**D**OCEO,ces. *inſtituo, erudio, edoceo, præcepta do, vias trado, informo, diſcipinã trado.* pro Q.R.49 b, de Or.128 b, Aut ſi qua eſt ars ſalis, eam nos tu potiſſimũ docebis. I. P. 95 a, Quid nũc te Aſine literas doceam? nõ opus eſt verbis, ſed fuſt. b. de Or. 126 b, Quamobrẽ hoc vos doceo Sulpitij, vt in dicendo iraſci, vt dolere poſſitis. pro Quin. 14 b, Docet me eiuſmodi rem & factũ ſimul Sex. Næuij: quod ſi ſolũ proferretur, ſatis eſſe deberet. pro Pomp. 7 a, Deinde nos idem iſte Mithridates docuit, id quod certè calamitate docti memoria retinere debemus. de Op. 243 a, Docere, delectare, permouere animos audientium. de Or. 119 b, Cõciliare, docere, mouere. Ep. 61 b, De rationibus prouinciæ quid vellem fieri, vt is vos doceret & cõmonefaceret. Orat. 200 b, In quo cũ doceret eos, qui, &c. domus eius officina habita eloquẽtiæ eſt. contr. Rull. 88 a, Vt doceam te in his tacere rebus. de Or. 116 a, Docilẽ, non cum polliceor me demonſtraturum, ſed cũ doceo, & explano. Offic. 20 b, Quæ *ratio* docet & explanat, quid faciendum fugiendumq; ſit. Offic. 31 a, Erudire atq; docere aliquẽ. de Orat. 95 a, Docere mercede. I. A. 162 a, Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede nihil ſapere docuit. Quint. fr. 309 b, Tyrannio docet apud me. pro Flac. 155 a, Tradere artẽ docendi. Epiſt. 140 b, Socratẽ fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. de Orat. 95 b, Docere, tradere, inculcare. Attic. 118 b, Nihil arbitror fore, quod reprehẽdas: ſi qua erũt, doce me. Att. 257 a, Docui literis, hoc fieri nõ poſſe. Ep. 34 a, Cùm intereà ne literas quidẽ vllas accepi, quę me docerẽt quid ageres. pro Dom. 219 b, De religione, de rebus diuinis, ceremonijs, ſacris, pontificum collegium docere. de Or. 118 a, Equidẽ ſoleo dare operam, vt de ſua quiſq; re me ipſe doceat. I. V. 226 b, Docere iudicẽ de iniurijs ſuis. de Sen. 82 b, Vt ſenectus adoleſcẽtulos doceat, inſtituat, ad omne officij munus inſtruat. Offic. 31 b, Neq; ſolùm viui atq; præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atq; docent. * de Diu. 109 a, Quod munus Reipub. afferre majus meliúsve poſſumus, quàm ſi docemus atq; erudimus iuuentutem? his præſertim moribus atq; temporibus. Offic. 31 b, Neq; ſolùm viui atq; præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atque docent.

**D**OCEOR, ris. de Clar. 182 b, Doceri de aliqua re. & pro S. R. 39 b, Aliquem doceri ab aliquo de aliqua re. pro S. S. 23 b, Vt mori mallet, quàm de his rebus Syllam doceri.

† Syntaxis. *Ignoratio docendi. Inſtituere docereq;. Docere de aliqua re aliquem. Docere & erudire. Docere, tradere, inculcare. Docere aliquem quid agat. Docere, inſtituere, inſtruere.*

**D**OCHIMVS, mi. *pes oratorius v - - v -* de Orat. 218 b, * Dochimus autẽ è quinq; ſyllabis, breui, duabus longis, breui, lõga, vt eſt hoc: Amicos tenes, quouis loco aptus eſt, dum ſemel ponatur: iteratus aut continuatus numerum apertum & nimis inſignem facit.

**D**OCILIS, le. *qui facilè libenterq; docetur & intelligit, aptus ad diſciplinam.* )( *Indocilis.* de Or. 116 a, Iubẽt enim exordiri ita, vt eũ qui audiat, beneuolũ nobis faciamus, & docilẽ, & attentum. & 138 b, de Orat. 116 a, Docilem aũt facio, non tum polliceor me demonſtraturũ, ſed tum cum doceo & explano. ad Heren. 2 a, Docilis eſt, qui attentè vult audire. Tuſcul. 178 a, Præbere ſe docilem ad aliquam ſententiam. Epiſt. 105 a, O' medicum ſuauem, meq; docilem ad hanc diſciplinam.

† Syntaxis. *Docilis eſt, qui attentè audit. (ergo quódnam diſcrimẽ inter docilem & attentum?) Ad pietatem docilis.*

**D**OCILITAS, tis. *diſcendi facilitas.* pro Seſt. 22 a, Ij perfecto genere humanæ docilitatis atq; ingenij diſsipatos vnũ in locum congregârunt. de Fin. 133 a, Prioris generis eſt docilitas, memoria: quas virtutes qui habent, ingenioſi vocantur.

**D**OCTE`. *peritè, literatè.* in Sal. 273 a, Satis doctè ac peritè feciſti.

**D**OCTOR, oris. *magiſter, præceptor, interpres.* de Orat. 87 a, Ea, quæ Græci dicendi artifices & doctores reliquerunt. de Or 91 a, Hæc cùm ego cũ ſummo illo doctore iſtius diſciplinæ Appollonio contuliſſem. Or. 207 b, Iudicẽ me eſſe, non doctorem volo. de D. 81 a, Sed à Stoicis vel principibus eius diſciplinæ Poſsidonij doctor, diſcipulus Antipatri degenerauit Panætius. de Orat. 148 a, Neq; diſiuncti doctores, ſed ijdem erant viuendi præceptores atq; dicendi. Orat. 148 a, Doctor ſapientiæ. Epiſtol. 104 b, Libri iuris ciuilis quanquam plurimi ſunt, doctorem tamen lumenque deſiderant. de Orat. 108 b, Ab his doctoribus, quibus ille vteretur, erudiremur. ibid. Doctoribus noſtris ea ponere in percunctando. * de Orato. 156 a, Qui hunc Alexandro filio doctorem accierit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta & eloquendi. Offic. 1 a, Propter ſummam & doctoris autoritatem & vrbis: quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis.

† Syntaxis. *Doctè & peritè facere. Liber doctorem ac lumen deſiderans. Theologiæ doctor.*

**D**OCTRINA, næ. *eruditio, literæ.* I. V. 194 a, Homo omni doctrina & virtute ornatiſsimus. de Orat. 85 b, Qui in artium ſtudijs liberaliſsimis ſunt doctrinisque verſati. Orat. 200 a, & pro S. R. 25 b, In maximis occupationibus nunquam intermittis ſtudia doctrinæ. pro Cæl. 42 a, Studium doctriæ atq; humanitatis. de Orat. 154 a, Noſtra eſt omnis iſta prudentiæ doctrinæq; profeſsio. de Clar. 186 a, M. Piſo quicquid habuit ex diſciplina, maximeq; ex omnibus qui fuerunt, Græcis doctrinis eruditus fuit. Epiſt. 48 a, Is autem ſummè omnium doctrinarũ ſtudioſus fuit. de Nat. 110 b, Res quæ doctrina aliqua continetur. Epiſt. 49 a, Me omnis ars & doctrina liberalis, & maximè philoſophia delectat. pro Arch. 187 a, & 188 a, Relaxare animũ doctrina. & ibid. Excolere animum doctrina. Aca. 1 a, Magnum optimarũ artium ſtudium, & omnis liberalis & digna homine nobili à Lucullo percepta doctrina quibus temporibus florere in foro maximè potuit, caruit omnino rẽbus vrbanis. de Orat. 132 b, Ambigui genera, de quibus eſt doctrina quædã ſubtilior. de Or. 198 a, Ab alijs rerũ, ab alijs verborum doctrina quęritur, Part. 139 a, Doctrina dicendi in tres partes diſtributa eſt. Orat. 212 b, Quòd ſi indocta conſuetudo tam eſt opifex ſuauitatis, quid ab ipſa tandẽ arte & doctrina poſtulari putamus? pro Mur. 138 a, Ego quoq; in adoleſcentia diffiſus ingenio meo, quęſiui adiumenta doctrinæ. de Ar. 188 b, Sępius ad laudẽ atq; virtutẽ uaturam ſine doctrina, quam ſine natura valuiſſe doctrinam. de Leg. 177 b, Ciuitates malis ſtudijs maliſq; doctrina euerti. de Orat. 118 b, Eiuſmodi definitio genere ipſo doctrinam redolet, exercitationemq; penè puerilem. & 154 a, Inſtitutus liberaliter educatione doctrinaq; puerili. & 102 b, Hæc nõ aliqua mihi doctrina tradita ſunt. & 107 a, Ius ciuile ſummatim percipi ſine doctrina poteſt. * de iur. ciuil. Nec verò ſcientia iuris maioribus ſuis Q. Aelius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. Hortenſ. Literis talibusque doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet. de Orat. 148 a, Qui cùm ipſi doctrina & ingenijs abundarent. pro Mur. 138 b, Acceſsit his tot doctrina non moderata nec mitis, ſed paulò aſperior & durior. pro Seſt. 25 a, Sed mihi ſumpſi hoc loco doctrinã quandam iuuentuti, qui eſſent optimates. de Legib. 177 b, Quam ſenſim pernicies illapſa ciuium animos malis ſtudijs malisque doctrinis repentè totas ciuitates euerteret. Offic. 30 b, Quibus artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris vtilitas quæritur, vt medicina, vt architectura, vt doctrina rerum honeſtarum: *id eſt, ipſum docere res honeſtas.* Q. fr. 291 a, Cuius natura talis eſt, vt etiã ſine doctrina videatur moderata eſſe potuiſſe. Ea autem adhibita doctrina eſt, quæ vel vitioſiſſimam naturam excolere poſsit. Herenn. 23 b, In μνημονικοῖς minimum valet doctrina, niſi induſtria, ſtudio, labore, diligentia comprobetur.

† Syntaxis. *Studium artium, & doctrina. Doctrinæ profeßio. Educatio, doctrinaq; puerilis. Doctrina tradere aliquid alicui.*

**D**OCTVS, a, um. *literatus, doctrina excultus, eruditus, intelligẽs, literis perpolitus, homo abundanti doctrina, doctrina atq; optimarum artium ſtudijs eruditus, vir præclara eruditione atq; doctrina ornatus.* de Orat. 93 b, Quid mihi tanquam Græculo ocioſo & loquaci fortaſſe docto & erudito, quæſtiunculam ponitis? de Orat. 124 b, Hæc apud doctos ſemidoctus ipſe percurro. & 111 a, Ea quæ ſcribo, neq; ab indoctiſsimis neque ab doctiſsimis legi vellem. de Nat. 13 b, Simonides non ſolùm poëta ſuauis, ſed etiam doctus fuiſſe traditur. Orat. 108 a, Ita & doctis eloquẽtia popularis, & diſertis elegãtis doctrina defuit. de Cl 181 a, In quo nunquã fuit populo cum doctis intelligentibusq; diſſenſio. Tuſc. 148 b, Antiquiſsimum è doctis genus poëtarum. de Diu. 80 a, Gens humana atq; docta. )( *Immanis atq; barbara.* pro Cæl. 42 a, Adoleſcens humaniſsimus & doctiſsimus rectiſsimis ſtudijs atq; artibus præditus T. Coponius. de Clar. 179 b, M. Gratidius doctus Græcis literis. & ibid. Doctus & Græcis literis & Latinis. & 186 b, Offic. 1 a, Vt non modò Græcarum literarũ rudes, ſed etiam docti aliquantum ſe arbitrentur adeptos. de Clar. 173 a, Vir doctus ex diſciplina Stoicorum. & 174 b, Doctus vir, & Græcis literis eruditus. de Clar. 175 b, Tritæ noſtrorum hominum aures, & erudita ciuitas. de Orat. 136 b, Quidam doctus homo, & in primis eruditus. de Orat. 115 a, Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm (id quod eſt maius) expertus. pro Plan. 276 b, Locus ille mutus, vbi quiſq; altus aut doctus eſt. pro Mil. 193 a, Ad hanc legem non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Offic. 55 a, Itaq; cum ſunt docti à peritis, deſiſtunt facilè à ſententia. * de Clar. 174 a, Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris à puero doctus & Græcis literis eruditus.

† Synta-

† Syntaxis. *Doctus & eruditus. Doctus & intelligens. Græcis literis doctus. Ex diſciplina Stoicorum doctus. Doctus homo, & imprimis eruditus.*

DOCVMENTVM, ti. *admonitio, præceptum, exemplum, monumẽtum.* pro R.P.127 a, P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus noſtris virtutis, antiquitatis, prudentiæ. I.A.231 b, Ex quo nimirũ documentum nos capere fortuna voluit, quid eſſet victis extimeſcẽdum. pro D.138 b, Homo omnium ſcelerum flagitiorumq; documentum. Att.284 a, Vt in poſterum documentũ ſtatuerem, ne quis, &c. pro Milo.105 b, Iam ab adoleſcentia dederas, documenta maxima, quàm contemneres populares inſanias. contra Rull. 65 b, Habere aliquem ſibi documento.

† Syntaxis. *Is fuit nobis documentum. Homo flagitiorum documentum. Capere documentum. Habere aliquem ſibi documẽto. Documenta dare: id eſt, argumenta, ſigna indicia.*

DODONA, næ. *Epiri vrbs.* de Diuin.100 a, Aut à Dodona oraculum petebant.

DODONAEVS, a, um. de Diu.96 a, Cum oraculum à Ioue Dodonæo petijſſet. & 80 b, Dodonæum oraculum. Att. 25 a, Quercus Dodonæa.

DODRANS, tis. *nouem vnciæ, quaſi de aſſe dempto quadrante: & ſignificat totius integræ rei tres partes.* Att.19 a, Q. frater qui Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit, &c.

DOGMA, tis. *decretum quaſi dictatum, præceptum,* θεώρημα. Acad.33 b, Scelus enim dicebas eſſe Luculle, dogma prodere. Acad.8 a, Sapientia neque de ſe ipſa dubitare debet, neq; de ſuis decretis, quæ philoſophi vocant δόγματα: quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit. cum enim decretum proditur, lex veri rectique proditur. Acad.86 b, Vt prouerbia nonnulla veriora ſint, quàm veſtra dogmata.

*DOLATVS, a, um. Acad. 25 b, Non eſt è ſaxo ſcalptus, *homo*, aut è robore dolatus.

DOLENDVS, a, um. Epiſt.197 a, Hæc à te vlciſcenda ſunt, etiam ſi non ſint dolenda. Attic.278 a, Et eſt dolendum in tam graui vulnere.

DOLENS, tis. *mœrens.* Parad.122 b, Epiſt.64 a, Quædam peſtes hominum laude aliena dolentium.

DOLENTER. de Or.128 a, Caſus humanarum miſeriarũ grauiter accipiuntur, ſi dicuntur dolenter. & Orat. 209 a, Epiſt 159 a, Dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. I.A.218 a, Dolenter hoc dicam potiùs, quàm contumelioſè. pro Dom.232 b, Atq; ita vt dolenter abſis.

DOLEO, es. *dolorem capio vel accipio, condoleo, indoleo, mœreo, angor, dolenter fero, angor animo, dolore ardeo, ingemiſco, acerbè fero, dolorem animo capio, moleſtiam capio, in dolore & mœſticia ſum, dolor mihi accidit, in dolore ſum vel mœrore potius.* de Orat. 104 b, Nemo ingemuit, nihil cuiquam doluit, nemo eſt queſtus, nemo remp. implorauit, nemo ſupplicauit. pro Mur. 134 a, Cui placet, obliuiſcitur: cui doles, meminit. pro Cæl. 45 a, Si egebis, tibi dolebit. Attic.288 b, Dolet mihi, quòd tu non ſtomacharis. Epiſtol. 70 b, Doleo, quia doles & angere. Attic.252 b, Dummodo doleant aliquid, doleant quidlibet. Brut.165 a, Si id dolemus, quòd eo iam frui nobis non licet, noſtrum eſt id malum. Attic.186 b, De Atticæ febricula ſcilicet valde dolui. Epiſt.122 a, A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me exiſtimas & dolere, & vlciſci tuas ſolere. & ibid. Doleo dolorem tuum. Att.133 a, Vt meam vicem doleres, cum videres derideri. & 118 b, Pompeius cuius ego vicem doleo. I.V 99 a, Si alienam vicem pro noſtra iniuria doleremus. Attic 92 b, Curionis & Pauli meorum familiarium vicem doleo. Attic.92 b, Equidem doleo non me tuis literis certiorem fieri. Attic. 58 a, Noſque malo ſolatio, ſed nonnullo tamen conſolamur, quòd ipſius vicẽ minimè dolemus. & 95 b, De Hortenſio te certò ſcio dolere. pro Plan.266 a, Omnibus illa iniuria dolori fuit. Octa. 329 b, Quis iſta aut diſſimulare poſſit, aut non dolere? & pro Seſt. 28 a, Qui meum caſum luctumq; doluerunt. Tuſc. 206 b, Quid ergo? illud quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis vitijsq; conſtabat. in Vat.35 a, Quis tum non ingemuit? non doluit Reip. caſum? pro Cæl.42 a, Qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluit. pro Flac.158 a, Non enim omnia quæ dolemus, eodem iure queri poſſumus.

† Syntaxis. *Id non eſt dolendum. Id tanto vulnere dolendum eſt. Dolenter facio, non inimicè. Ille dolet. Illi dolet. Dummodo doleas aliquid. De febricula filiæ valde doleo. Dolere iniurias, dolorem, vicem, alicuius. Pro mea iniuria tuam doleo vicem De Cæſare doleo.*

DOLIVM, lij. *vas amplum, in quo vinum in annum reconditur.* de Clar.192 b, Qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet?

DOLO, as. *edolo.* de D. 226 b, Quis robur illud cecidit? quis dolauit? de Or.113 b, Vt homo neq; doctus neq; maximè aptus ad dicẽdum, ſicut potuit, dolauit illud opus. Acad. Non enim eſt è ſaxo ſculptus, aut è robore dolatus. *de homine loquitur.* * de Orat.113 b, Dolo opus.



† Syntaxis. *Dolare orationem.*

DOLOPES, pum. *populi.* I.P.99 a.

DOLOR, oris. *mœror, acerbitas, acerbus ſenſus animi vel corporis, animi cruciatus.* Tuſcul.182 a, Dolor aũt motus aſper in corpore à ſenſib. alienus. Attic. 120 b. In vtraq; re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor. Tuſc. 213 a, Dolor eſt ægritudo crucians. Att.142 b, Plus apud me valere beneficij gratiã, quàm iniuriæ dolorẽ volo. de Pro.78 a, Ego dolorẽ & inimcitias meas reip. conceſſi. I. A.217 b, Quanquã proprios dolores ſuarum rerum omnes habebãt, tamen huius ciuitatis miſerijs nõ poterant nõ cõmoueri. de Pro.79 a, Sed ego in hac ſententia dicenda nõ parebo dolori meo, nec iracundiæ ſeruiam. & ibid. Tamen aliquam dolori meo veniã tribueretis. pro Clu.19 b, Huic nihil poteſt offenſionis accedere, ſine acerbiſſimo animi ſenſu & dolore. de Aruſp.247 b, Animi quidã dolor homines aliquãdo effert ad gloriã in refutandis maledictis improborum. At.175 b, Sed augeo cõmemorando dolorẽ, & facio etiam tibi. pro Dom.232 b, Accepi magnũ atq; incredibilem dolorẽ. & Epiſt. 47 b, Eſt omnino vix cõſolabilis dolor. Att.124 a, Sed hęc omittamus: augemus enim dolorẽ retractãdo. & 45 b, Ne ſcindã dolorẽ meũ. de Orat.127 a, Et eorũ dolorẽ qui lugebant ſuos, oratione refricabam. & ibid. Nihil mihi ad dolorẽ acerbius accidere poterat. pro Dom 242 b, Vt perpetuum dolorẽ auulſus à meis ſuſtinerem. I.C.118 a, Mihi hęc cõditio conſulatus data eſt, vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusq; perferrẽ. pro Cæl.44 a, Minimũ enim dolorẽ capiet, qui illã nõ videbit. de Cla.165 a, Opinione omniũ maiorẽ animo cepi dolorem. de Cla.176 a, Is cùm remiſerant dolores pedũ, nõ deerat in cauſis. Q. fr.305 a, Sed omnis dolor eſt, quòd, &c. & 300 b, Atq; his dolor eſt, quòd, &c. & 315 b, Faciam, vt in medio dolore ac deſiderio mei læteris. pro Mur.145 a, b, At habet magnũ dolorem, vnde cũ honore deceſſeris, eódem cũ ignominia reuerti. de Orat.203 b, Quid eſſet iracundia, feruórne mẽtis, an cupiditas puniendi doloris. de Aruſp.152 b, Hominibus iniuria tui ſtupri illata in ipſos, dolori nõ fuit. & 254 a, Cauſa grauis, & cũ aliquo animi & iuris dolore cõiuncta I.V.258 b, Ille facilè dolorẽ corporis patiebatur. pro Seſt.14 a, Hũc dolorẽ perpeti malui, quàm, &c. pro Cæl.50 a, Vidi enim, & illũ hauſi dolorem, vel acerbiſſimũ in vita, cum, &c. I.V.110 b, Hæc res magnũ & acerbum dolorem commouẽt, mulierculis præſertim. Epiſt.50 b, Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat. Attic. 138 b, Obſecro te, eripe mihi hunc dolorem. & ibi. Non angor, ſed ardeo dolore. & 85 b, Accipiam equidem dolorem, mihi illum iraſci. & & 110 a, Hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. I.V 231 b, Exiſtimare vos hoc volo, mirum quendam dolorẽ accidere ijs, ex quorũ vrbibus hæc auferantur. Att 4 a, Terentia magnos articulorum dolores habet. Octau. 329 a, Nulla remedia tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. Tuſc.246 b, Si voluptas dolorem effectura ſit. de Fin.53 b, Vt omittam dolorem, quem optimus quiſq; pro patria & pro ſuis ſuſcipit. & 56 b, Aliquem in voluptate eſſe, aut in dolore. Ep.51 b, Sed opprimor interdum, & vix reſiſto dolori. Epiſt.52 a, Nec eum dolorem, quem à Repub. capio, domus iam conſolari poteſt, nec domeſticum Reſpub. Epiſt. 72 a, Exhaurire alicui vniuerſum dolorem. & 50 a, Minuere dolorem.)(. *Augere dolorem.* & 70 a, Abijcere omnem dolorem. Ep.81 a, Hoc loco vides me augere dolorẽ tuum, quem conſolando leuare debeam. Epiſt.62 a, Cuius in ſermone & ſuauitate omnes curas doloresq; deponerem. Ep.47 a, Vehementer eſſe ſolicitum, & in cõmunibus miſerijs præcipuo quodam dolore angi. & 81 b, Quanto fuerim dolore, meminiſti, in quo prima illa cõſolatio eſt. I.A.130 b, Magno in dolore ſum, vel mœrore potius, quẽ accepimus ex crudeli morte Trebonij & 238 b, Quã acerbiſſimũ alicui dolorẽ inurere. Ep.4 b, Afficior ſummo dolore, eiuſmodi tempora, &c. Tuſc 186 b, Et tamen fuiſſe acrem morſum doloris idem Marius oſtendit, crus enim alterum non præbuit: ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo, maiorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit. Attic.190 b, Recordationes effugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. * in Clod. Dolor acceſſit bonis viris. pro M. Scau. Vxor pellicatus dolore concitata. Hortenſ. Vidi in dolore podagræ nihilo ipſum fortiorem, quàm. de Orat. 125 b, Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor, oculis, vultu, geſtu, digito denique iſto tuo ſignificari ſolet. ibid. Quod ſi fictus aliquis dolor ſuſcipiendus eſſet. ibid. Non me hercule vnquam apud iudices aut dolorem, &c. excitare dicendo volui, quin ipſe in commouendis iudicibus ijs ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere vellem, permouerer. pro Dom. 234 a, O rem, quam homines ſoluti, à cura liberati, ridere non deſinunt: triſtiores autem ſine maximo

dolore

dolore audire non poſſunt. pro Marc. 136 b, Magnis curis, moleſtijs, doloribus liberatus. de Fin. 58 b, Qua *voluptate* carere poſſent ſine dolore. ibid. Vt nulli propter eas *voluptates* dolores conſequantur. de Fin. 59 a, Dolorem ſæpe perpetiuntur: ne, ſi id non faciant, incidant in maiorem. de Fin. 84 a, Dolor metuetur ſemper, etiamſi non aderit. ibid. Ratio negligendi doloris. ibid. Maximus dolor breuis eſt. ibid. Summus dolor plures dies manere non poteſt? Niſi fortè eum dicis, qui ſimul atque arripuit, interficit. Quis iſtum dolorem timet? Illum mallem leuares, quo Cn. Octauium confici vidi. Ep. 5 b, Me in ſummo dolore, quem in rebus tuis capio, conſolatur ſpes, Att. 45 a, Me etiam mentis errore ex dolore affici. & b. Cæteri dolores mitigantur vetuſtate: hic non poteſt non & ſenſu pręſentis miſeriæ, & recordatione præteritæ vitæ quotidie augeri. Att. 46 a, Neque eò hæc ſcribo, quò te non meo caſu maximo dolore affectum eſſe ſciam. ibid. Sed tu tantum lachrymas præbuiſti dolori meo. Att. 173 a. Solicitum eſſe te de me ac de dolore meo ſentio. qui quidem dolor meus non modò non minuitur cum ſocium ſibi adiungit dolorem tuum, ſed etiam augetur. ibid. Minus accepiſſem doloris. Q. fr. 319 b, Id ego ſummo meo dolore & deſiderio, tamen ex parte gaudeo.

† Syntaxis. *Dolor eſt motus aſper (ecce genus:) eſt ægritudo crucians, (alterum genus.) Acerbus animi ſenſus, & dolor. Dolor vix conſolabilis. Dolorem ſuſtinere, perferre, capere. Remittit dolor, Omnis dolor eſt, quòd, &c. Dolorem haurire. Dolorem id commouet. Dolore ardere. Dolorem accipere. Eripere alicui dolorem, & dare. Dolorem habere capitis. Facere alicui dolorem. Suſcipere dolorem pro aliquo. Dolorem alicui exhaurire. In aliquo dolorem deponere. Eſſe in dolore, & magno dolore. Dolorem alicui inurere.*

DOLOSE, *malitioſè. ex inſidijs, ex occulto.* Off. 64 a, Doloſè & malicioſè agere aliquid.

DOLOSVS, a, um. *malicioſus.* pro R.P. 123 b, Ptolemæus doloſis conſilijs regno pulſus.

DOLVS, li. *fraus, fallacia, machina, inſidiæ, dolus, malus.*)(. *bona fides.* de N. 74 b, Doli, machinæ, fallaciæ, præſtigiæ, ſine ratione eſſe non poſſunt. & ibid. Commoliri dolos & fallacias ad aliquem. *in verſu.* Top. 234 a, Dolus malus eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur. Off. 64 b, Simulatio & diſſimulatio dolus malus eſt. & 60 b, Pacta ſempér ne ſint ſeruanda, quæ nec vi, nec dolo malo, vt prætores dicere ſolent, facta ſint. de N. 75 a, Iudicia de fide mala, & iudicium de dolo malo. Off. 64 a, Aquilius protulit formulas de dolo mâlo. & ibid. Iſte dolus legibus erat vindicatus. de N. 75 a, Iudicium de dolo malo, quod Aquilius protulit: quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, cum, &c. ad Her. 16 b, Dolus conſumitur in pecuniam, pollicitationes, diſſimulationes, maturationes, mentitiones, & dolores. & 40 b, Dolis malicioſa Carthago. & 17 b, Nam quod in dicendo rei dilucidandæ cauſa dolum appellauimus, id in dicendo honeſtiùs conſilium appellabimus. Attic. 1 b, Agere cœpit cum eius fratre de ijs rebus, quas eum dolo malo accepiſſe de Vario diceret. pro Fl. 161 b, Adductus eſt in iudicium Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione huius ipſius tutelæ nomine. pro Dom. 228 b, Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. * ad Heren. 16 b, Hæc *vtilitas tuta* diſtribuitur in vim & dolum: quorum aut alterum ſeparatim, aut vtrunque ſumemus coniunctè.

† Syntaxis. *Doli machinæ, fallaciæ. Dolus malus. Dolus malicioſus. Dolo malo agere.* )( *bona fide.*

DOMESTICVS, a, um. *familiaris, inteſtinus, vernaculus, priuatus, intimus.* )(. *Externus, alienus.* I. V. 35 a, Quis vnquam in luctu domeſtico, in funere familiari cœnauit cum toga pulla? Offic. 38 a, Externa libentius in tali re, quàm domeſtica recordor. Epiſt. 59 b, Ego vrbem à domeſticis inſidijs, & ab inteſtino ſcelere defendi. I. V. 179 b, Domeſticum atque vernaculum crimen. *id eſt, Romæ, non in prouincia paratum.* & 84 a, Occultum, inteſtinum ac domeſticum malum. ad Her. 24 a, Domeſtico & ſui ipſius teſtimonio abuti. de Or. 116 b, Stultitiæ ſuæ quàm plurimos teſtes domeſtico præconio colligere. de Ar. 248 a, Huius gentis ac terræ domeſticus natiuuſque ſenſus. Tuſc. 148 a, Res domeſticæ & familiares. pro Seſt. 23 b, Domeſticis malis impediti. Difficultate domeſtica laborare. 1. ad Att. Domeſticus amor. de Aruſp. reſp. Domeſticus ſanguis. pro Roſc. Amer. Domeſticus vſus & conſuetudo. ibid. Domeſtica crudelitas. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Domeſtica diſciplina. 8. Fam. Cælij, Domeſtica diſſenſio. *id eſt, ciuiles diſcordiæ.* pro Deiot. Domeſtica inhumanitas. 5. Verr. Domeſticum lenocinium. 7. Fam. Valde iam lautus es, qui grauere literas ad me dare, homini præſertim propè domeſtico. 16. ad Att. Domeſticum conſilium capere. 4. Famil. Domeſtica ſede iucundior locus. pro Fonteio, Domeſtici & alienigenæ. ad Brut. Domeſticæ epiſtolæ, *id eſt, domo miſſæ, & de rebus domeſticis ſcriptæ.* 1. ad Att. Domeſticæ res & forenſes: publicæ & priuatæ, opponuntur. 10. ad Att. Domeſticæ tricæ. 2. de Nat. Deor. Domeſtica exempla. 1. de Finib. Vnde hoc tam inſolens domeſticarum rerum faſtidium. pro Deio. Intra Domeſticos parietes dicere. Curionis lib. 2, Paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios. *id eſt, priuatim, & meo nomine.* Ep 70 a, Ergo & domeſtica feremus vt cenſes: & publica paulò etiam fortiùs, quàm tu ipſe qui præcipis. de Nat. deor. 2, Ne domeſticis quidem exemplis docti. 6. Famil. Domeſticis rebus & cupiditatibus ſuis per opportunam victoriam fore putabant. * I. A. 260 a, Quid hoc biduo timuerimus à domeſticis hoſtibus: id eſt, qui intra mœnia hoſtes ſunt.

† Syntaxis. *Domeſticæ inſidiæ. Domeſticum & vernaculum crimen: id eſt, in patria. Inteſtinum ac domeſticum. Domeſticus natiuusq; gentis ſenſus. Domeſtica diſſenſio: id eſt, ciuilis.*

* Domi. vide Domus.

DOMICILIVM, lij, *domus, habitatio, ſedes, tectum.* de N. 45 a, Si eſſent qui ſub terra habitarent bonis & illuſtribus domicilijs. contra Rul. 83 b, Vt aratores cultu agrorum defeſſi vrbis domicilijs vterentur. pro Arch. 186 b, Cùm hic domicilium Romæ multos iam annos haberet. contra Rul. 85 b, Coloni Capuæ in domicilio ſuperbiæ atq; in ſedibus luxuriæ collocati. Poſtquam 207 b, In qua vrbe domicilium quondam ſuperbiæ fuit. Tuſc. 153 a, In cœlum quaſi in domicilium ſuum peruenire. pro Arch. 187 a, At domicilium Romæ habuit. pro Cor. 57 a, Pompeij gloriæ domicilium communis imperij finibus terminatur. I. P. 96 a, Qui familiaritatis licentia ſuorum improbiſſimorum ſermonum domicilium in auribus veſtris eius impulſu collocauerunt. de N. 163 a, Humanam figuram domicilium mentis eſſe. Ep. 263 a, Cui verbo domicilium eſt proprium in officio. pro D. 238 b, Conſecrantur ædes, non priuatorum domicilia. pro Ar. 186 b, Si in Italia domicilium habuiſſent. I. V. 110 a, Sedes ac domicilium collocare. de Senect. 90 a, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. & 93 a, Eſt enim animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus in terram. pro Rab. 93 a, Quem cenſoriæ leges vrbis domicilio carere voluerunt. Epiſt. 108 a, Erat enim multò domicilium huius vrbis aptius humanitati tuæ. de Clar. 188 b, Firma tecta in domicilijs habere. de Orat. 93 b, Qui in hoc domicilio imperij & gloriæ ſit conſilio linguaque princeps. * poſt red. 212 b, Atque idem ſibi domicilium & vitæ & mortis depoſceret. pro Marc. 135 b, Sedem ſtabilem & domicilium certum non habebit *nomen tuum.* Tuſcul. 160 b, Neque ea planè vidit animus cum repentè in tam inſolitum tamque perturbatum domicilium immigrauit. Incer. Non quæ flamma terreſtre domicilium Iouis deleret, ſed quæ ſublimius magnificentiusq; depoſceret.

† Syntaxis. *Bonis & illuſtribus domicilijs habitare. Vti domicilio. Habere domicilium, Gloriæ domicilium. Sedes & domicilium collocare.*

DOMINA, næ. *princeps regina.* Off. 57 b, Hæc enim virtus eſt domina & regina virtutum. & 40 b, Voluptates blandiſſimæ dominæ ſæpe maiores partes animi à virtute detorquent. pro Marc. 132 a, Fortuna domina rerum humanarum. I. P. 80 a, Sit ſanè ſors domina campi. Parad. 123 b, Cupiditas honoris quàm eſt imperioſa domina. de Leg. 182 a, Et in ea lamina ſcriptum, Domina honoris.

DOMINANS, tis. pro Mil. 116 b, Dominante homine furioſo. Off. 43 b, Vt nos adoleſcentes contra L. Syllæ dominantis opes fecimus. pro Clu. 31 b, Beſtiæ fame dominante, plerunque ad eum locum, vbi aliquando paſtæ ſunt, reuertuntur. de ſenect. 85 a, Libidine dominante, temperantiæ locus non eſt. Tuſc. 164 a, Vetat enim dominans ille in nobis Deus.

DOMINATIO, onis. *dominatus, tyrannis, regnum.* Attic. 110 b, Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione & Marij tyrannide Philippus. I. A. 190 a, Non modò crudelis & ſuperba dominatio nobis, ſed ignominioſa etiam & flagitioſa eſt ferenda. Ep. 163 a, Vita ſub dominatione miſera eſt. ad Her. 30 a, Ne fortuna magnam in nos habeat dominationem. I. V. 108 a, Dominationem expectant, rerum potiri volunt: contra Rul. 64 a, Nouam dominationem ſibi comparare. Attic. 115 a, Nihil Cæſari minus expedit ad diuturnitatem victoriæ & dominationis. & 125 a, Dominatio quæſita ab vtroque eſt. I. V. 72 b, Quoniam hæc te omnis dominatio regnumque iudi-

ciorum tantoperè delectat. de In. 82 b, Rationis in libidinem dominatio. *pro C. Cornel. 1, Propter nimiam dominationem potentium ſecederent. de Orat. 82 b, Temperantia eſt rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus, animi firma & moderata dominatio.

† Syntaxis. *Habere dominationem. Rationis in libidinem dominatio.*

DOMINATRIX, cis. *domina*. de Inu. 42 a, *Ita propter errorem atque inſcitiam cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendam viribus corporis abutebatur, pernicioſiſſimis ſatellitibus.

DOMINATVS, tus. *dominatio, principatus, tyrannis.* )( *Seruitus.* de D. 57 a, Terrenorum commodorum omnis eſt in homine dominatus. de N. 31 a, Digniſſimus poteſtate & dominatu omnium rerum. pro Deio. 149 b, In dominatu ſeruitus fit, in ſeruitute dominatus. de D. 61 b, Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. I. A. 238 a, Caſſio mea ſententia dominatum & principatum dari. Parad. 123 b, Dominatus cupiditatum, & ibid. Iudex verò quantum habet dominatum. Off 33 a, Cum dominatu vnius omnia tenerentur. pro R. P. 128 b, Dominatus eſt, inquit, Alexandriæ: imò verò in ſuperbiſſimo dominatu fuit. pro D. 226 b, Aliquem nouo dominatu pulſum eſſe. de Or. 129 b, & pro Dom. 235 b, L. Brutus populum Romanum dominatu regio liberauit. de Fin. 115 a, Cum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ, huius tutelæ ſubijciantur. Tuſc. 239 a, Occupare dominatum. *Tuſcul. 209 a, Dominatu regio Repub. liberata.

† Syntaxis. *Poteſtas & dominatus. Dare alicui principatum & dominatum. Eſſe in ſuperbiſſimo dominatu. Dominatu pelli.*

DOMINOR, aris. *rerum potior, regno teneo, dominatum teneo, dominatu teneo, dominatu premo, imperium in aliquos teneo.* de Fin 32 a, Cleanthes ſolem dominari & rerum potiri putat. pro R. P. 128 b, Dominatus eſt, inquit, Alexandriæ: imò verò in ſuperbiſſimo dominatu fuit. *in hoc exemplo. Alexandriæ vrbis, genitiuus eſt, non datiuus, ac ſi dicas, Cæſar dominatus eſt Romæ: id eſt, in vrbe Roma.* Orat. 218 a, Vbi libido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt. de Or. 111 b, Vſus dicendi in omni pacata & libera ciuitate dominatur. pro Qu. 17 b, Vt in capite fortuniſque hominum honeſtiſſimorum dominentur hi. & 18 a, Dominari in bonis alicuius. Q. fr. 290 b, Neque eiuſmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur. Epiſt. 55 b, Caſus & fortuna in bonis dominatur. pro Cæc. 298 a, Nimia potentia in ciuitate dominatur. de Sen. 84 b, Senectus honeſta eſt, ſi nemini mancipata eſt, ſi ſi vſque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos. de Or. 87 b, Hæc vna res in omni libero populo, maximeque in pacatis tranquilliſque ciuitatibus præcipuè ſemper floruit, ſemperque dominata eſt I. V. 58 b, & 104 a, Dominari in iudicijs. Or. 204 a, Atque hæc in oratore dominabuntur.

¶ *Regor, gubernor.* Off. 28 a, O domus antiqua, heu quàm diſpari dominaris domino.

† Syntaxis. *Dominatur & rerum potitur Sol. Dominari in capite bonorum, in ſuos. Dominans in nobis Deus.*

DOMINVS. *rex princeps, tyrannus, imperator.* Off. 68 b, Ecce tibi qui rex pop. Rom. dominuſque omnium gentium eſſe concupierit. de L. 189 b, Senatus eſt dominus publici conſilij. pro Dom. 231 a, Populus dominus regum, victor atq; imperator omnium gentium. I. A. 207 b, Pop. Rom. dominuſque omnium gentium. pro Plan. 261 a, Hic princeps populus & omnium gentium dominus atque victor. cont Rul. 70 a, Hos omnium rerum dominos habebimus. I. V. 163 a, Aratorum dominus & rex. de Fin. 61 a, In diſcordia dominorum domus beata eſſe non poteſt. Ac. 32 a, Cogimur diſſenſione ſapientum dominum noſtrum ignorare. de Vn. 198 b, Deus animum vt dominum atque imperatorem obedienti præfecit corpori. Att. 191 b, In omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate. Tuſc. 192 b, Qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant XII. tab. pro S. R. 31 b, Ne tam diu quidem dominus erit in ſuos, dum ex ijs de patris morte quæratur. de Senec. 87 a, Libenter verò iſtinc tanquam à domino agreſti ac furioſo profugi. Tuſc. 158 b, Liberatos enim ſe per eum dicunt grauiſſimis dominis, terrore ſempiterno, & diuturno ac nocturno metu. de Fin. 108 b, Deus ſummus rector & dominus. de L. 172 a, Dominos eſſe omnium rerum & moderatores deos. pro Cor. 61 a, Sui quemque iuris & dimittendi & retinendi eſſe dominum. de Sen. 89 a, Semper boni & aſſidui domini referta cella vinaria, olearia, penuaria eſt. pro Dom. 342 b, Cum vir bonus dominum ſe in ſuis ædibus eſſe voluiſſet, I. V. 35 a, Cum ipſe epuli dominus Qu. Arrius albatus eſſet. I. A. 249 b, Nam ſi ipſe ſeruire poterat, nobis dominum cur imponebat? de Ora. 134 b, Naſica ſenſit ancillam domini iuſſu dixiſſe, &c. Offic. 28 a, O domus antiqua, heu quàm diſpari dominaris domino. de Nat. 58 a, Canum tam fida cuſtodia, tam amans dominorum adulatio. Offic. 28 a, Non domo dominus, ſed domino domus ornanda eſt. * Incer. An verò multorum in terris prædiorum dominos diuites appellamus.

† Syntaxis. *Senatus eſt publici conſilij dominus. Grauiſſimo domino liberatus. Canum amans dominorum adulatio. (in bonam partem.)*

DOMIPORTA, tæ. *cochleæ epitheton.* de D. 136 a, Quid me igitur mones, vt ſi quis medicus ægroto imperet, vt ſumat Terrigenam, tardigradam, domiportam, ſanguine caſſam potius quàm hominum more cochleam dicere. *exemplum hoc eſt obſcuræ circuitionis ſeu deſcriptionis.*

DOMITIVS, a, um. pro Font. 277 b, Viam Domitiam munire.

DOMITOR, oris. Off. 18 b, Equos propter crebras præliorum contentiones ferocitate exulſantes, domitoribus tradere ſolemus, ut his facilioribus poſſimus uti. pro Milo. 108 b, Milo domitor armorum Clodij. * Hortenſ. Vt domitores equorum non verbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahunt.

DOMITVS, tus. de N. 56 b, Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

DOMITVS, a, um. de Or. 101 a, Docemur autoritate, nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. de N. 58 b, Belluæ domitæ & condocefactæ. pro Syll. 167 a, Improbi ciues domiti atque victi pro Fon. 276 b, Galli ſubacti & bello domiti. de Pro. 70 a, Domitis gentibus finitimis, barbariaque compreſſa.

DOMO, as. *condocefacio, edomo.* Off. 35 b, Sine hominum opera, aut paſcere equos, aut domare non poſſemus. pro Seſt. 18 a, Qui ſeruitia virtute victoriaque domuit. pro Mar. 132 a, Domuiſti gentes immanitate barbaras. de Pro. 75 b, C. Pontinus Allobroges domuit. * Hortenſ. Domitores equorum verbera adhibent ad domandum.

DOMOR, ris. de Pro 75 b, omnes has nationes frangi domarique cupiunt.

† Syntaxis. *Habere domitas libidines, coercere cupiditates, (aſpice ſynonymiam in ſententiis.) Domita & condocefacta beſtia. Domitus & victus. Subacti & bello domiti Galli. Frangere, domareque nationes.*

DOMVITIO, onis. *reditus.* ad Heren. 22 b,

*Iam domuitionem reges Atridæ parant.* Poët.

*Alij domi vltionem legunt.*

DOMVS, mi, & mus. *ædes, domicilium, tectum, dij penates, lares, lar familiaris, lares familiares, ſedes, foci patrij, aræ focique.* pro Dom. 235 a, Nihil ſanctius, nec omni religione munitius, quàm domus vniuſcuiuſque ciuium: hìc aræ ſunt hìc foci, hìc dij penates, hìc ſacræ religionis cerimoniæ continentur; hoc perfugium eſt ita ſanctum omnibus, vt inde abripi neminem fas ſit. Off. 28 a, Ornanda eſt dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. ibid. Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. & ibid. Domus finis eſt uſus, ad quem accommodanda eſt ædificandi deſcriptio. I. C. 118 a, Domus commune perfugium. I V. 200 b, Domus amicis apertiſſima & perhoſpitalis. Qu. fr. 299 a, Iam tibi Aſia, ſicut vnicuiq; ſua domus, nota eſſe debet. I. P. 82 b, Me domo mea expuliſtis, Pompeium domũ ſuam compuliſtis. pro Fl. 149 a, Qui domo exire nolebant. & ibid. Qui domi ſtare non poterant. Or. 205 a, Ridicula ex tempore ficta vel domo allata. Att. 26 b, Clodius in domo Cæſaris quondam vnus vir fut. At 7 a, P. Clodius deprehenſus domi Cæſaris. I. V. 71 a, Siculis denunciatum eſt domum ad illum vt venirent. Epiſt. 229 a, Apud eum ſic fui tanquam domi meæ. I. V. 250 b, Is domi apud me eſt. I. V. 214 a, Ego verò neque veni, & domo me tenui. & ibid. Scio me domi manſiſſe At. 54 b, Venonius domum Ventidij venit. Of. 74 b, Is cum prima luce Pomponij domũm venit. Tuſc. 250 a, Diodorus multos annos noſtræ domi vixit. Ep. 138 a, Balbus rectè à porta domum meam venit: neque hoc admiror, quod non ad tuam potius, ſed illud, quòd nec ad ſuam. ad Her. 34 a, Qui nuper alienæ domui, non auſim, &c. de D. 90 a, Quæ ſimulachra ipſa domi Phalaridis conſecrauiſſet. Epiſt. 53 a, Nónne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ? Ep. 222 a, Quem tibi ſic commendo, vt vnum ex domo noſtra. Epiſt. 135 a, Tu velim cum fabris domum perſpicias: ſi enim nihil eſt in parietibus

aut

aut in tecto vitij, cætera mihi probabuntur. pro Do. 136 a, is duas magnas & nobiles domos coniungere voluit Epiſt. 64 a, Vt domus tua tota cognoſceret, &c. ad Octa. Domus illa æterna. *vbi videlicet agunt beatæ animæ.* 1. Of. Ampla domus Lel. Quo cum domus fuit & militia communis. de Aruſp. reſp. Domus in imperio eſt. de Nat. deor. 2, Domus magna pulcraque. 12. ad Att. Tota domus ſuperior vacat. pro Dom. ſua, Affligere domum alicuius pro Dom. ſua, Diſturbare ac diripere domum alicuius 2. ad Qu. fr. Extra domum gratioſus. 4. ad Her. Domum & familiam perfringere. pro Dom. ſua, Domum conijcere aliquem. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Domum deducere. pro Quint. Domum denunciare. 15. Fam. Domum aliquid literarũ dabis. 8. ad Att. Domum aliquem expectare. pro Arch. Statim Luculli, &c. eum domum ſuam receperunt. 11. Fam. Domum alicuius ventitare, in ſummis officijs ducebatur. pro Roſc. Amer. Domum vocare, Offic. 28 a, Odioſum eſt, cum à prætereuntibus dicitur, O domus antiqua, heu quàm diſpari dominare domino. 10. Fam. De domo me deduceret. pro Flac. Adiunxit illa, vt eos qui domo exire nolebant, teſtimonij denunciatione terreret. 9. Famil. Domo ſe non commouerunt. 2. Philip. Domo conſilium petere. Poſt redit. Propter metum dimicationis & ſanguinis domo ſe tenere. 3. Ver. Clamor interea fit tota domo inter ſeruos Rubri atque hoſpitis, &c. Offic. 2, Eſt enim valde decorum, patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus. * con. C. Anton. Dico cuiuſdam domum Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conueniſſe. pro M. Scau. Domus tibi deerat? At habebas. ibid. Depreſſam, cæcam, iacentem domum pluris quàm te æſtimaſti. Hortenſ. Si ex hac in aliam haud paulò meliorem domum ſine mora demigrare *volumus*. I. A. 167 a, Ad quem è domo Cæſaris tam multa delata ſunt. cuius domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum commentariorum & chirographorum officina: agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium, flagitioſiſſimæ nundinæ. I. A. 161 a, Quum omnes impuritates pudica in domo ſuſceperis. Acad. 41 a, Remigrare in domum veterem è noua. * I. V. 119 b, Quam tu domum, quam vrbem adijſti? quod fanum denique? quod non euerſum atque exterſum reliqueris? I. V. 200 b, Huius domus eſt vel optima Meſſanæ, notiſſima quidem certè, & noſtris hominibus apertiſſima, maximeque perhoſpitalis. Ea domus ante aduentum iſtius ſic ornata fuit, vt vrbi quoque eſſet ornamento. pro Dom. 242 a, Hic eſt reditus, hæc reſtitutio, in domo, in ſedibus, in aris, in focis, in Dijs Penatibus recuperandis. pro Seſt. 26 a, Domum reditus erat eiuſmodi. ibid. Vt meam domum metueret. in Piſ. 79 b, Nullum non modò illuſtre, ſed ne notum quidem factum erat aut militiæ aut domi. pro Deiot. 145 a, Tu illius domum inire voluiſti. Off. 28 a, Quòd præclaram ædificaſſet in Palatio & plenam dignitatis domum: quæ cum vulgò viſeretur, ſuffragata domino, nouo homini, ad conſulatum putabatur. Hanc Scaurus demolitus acceſſionem adiunxit ædibus. Itaque ille in ſuam domum conſulatum primus attulit: (*al. intulit:*) hic in domum multiplicatam non repulſam ſolum retulit, ſed ignominiam etiam & calamitatem. ibid. Sic in domo clari hominis, in quam & hoſpites multi recipiendi ſunt, & admittenda hominum cuiuſque generis multitudo adhibenda eſt cura laxitatis. Aliter ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo, & maximè ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. de Amic. 97 b, Cùm Senatu dimiſſo domum reductus ad veſperam eſt à patribus conſcriptis, à populo Rom. ſocijs & Latinis. Att. 37 a, Domus celebratur. Att. 173 a, Recipio me tempore domo. Acad. 40 b, Nos in noſtra vrbe peregrinantes errantesque tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt. *Apud Auguſtinum lib. 6. de Ciuit. Dei cap. 2, reduxerunt legitur.*

† Syntaxis. *Domo ſe tenere. Domum aliquem expectare. De domo deducere. Domum alicuius affligere. Domo ſe non commouere. Tota domo fit clamor. Commendare aliquem, vt vnum ex domo ſua.*

DONANDI. I. V. 190 a, Aduocare cõcionem donandi cauſa.

DONATIO, onis. *amicè, ſponteque facta diſtributio.* I. A. 293 a, Quos non bonorum donatio, non agrorum aſſignatio ſatiauit. & pro S. R. 22 b, Eaque donatio in theatro facta eſt. * de Opt. 244 b, Eaque donatio fieret in theatro, populo conuocato. I. A. 196 a, Per quam diſſipationem ſepties millies falſis perſcriptionibus donationibusque auertit. de Leg. 180 a, In donatione hoc idem ſecus interpretantur: & quòd paterfamilias in eius donatione, qui in ipſius poteſtate eſſet, approbauit, ratum eſt.

DONATVS, a, um. de Fin. 94 a, Alia videntur à natura propter eorum vſum tantùm eſſe donata. de Arr. 144 b, Aliquem quaſi diuino munere donatum reip. videri. de Nat. 27 a, P. Vacienus, & agro à ſenatu, & vacatione donatus. de Finib. 94 a, Cauda pauoni à natura donata eſt ad ornatum. Att. 277 a, Dyrrhachini ſibi donatum æs alienum à Cæſare dicunt.

DONEC, *dum, quoad, vſque eo dum, tandiu dum, vſque ad eum finem dum, vſque eo, quoad.* Epiſt. 67 b, Ad properationem meam quiddam intereſt, non te expectare donec ad locum venias.

DONO, as. *condono, largior, munere afficio, munus do, munus affero, donum affero, ſtipendio afficio, muneribus ampliſſimis orno.* I. V. 190 a, Qui Rubrium corona, & phaleris, & torque donaſti. I. C. 101 b, Vtinam tibi iſtam mentem dij immortales donarent. pro S. R. 22 a, Is non pauca ſuis adiutoribus largè effuſeque donabat. Qu. frat. 329 b, Minuebat vectigalia, donabat ciuitates ex commentario. I. P. 80 b, Mihi populus Rom. vniuerſus illa in concione non vnius diei gratulationem, ſed æternitatem immortalitatemque donauit. pro Ar. 186 b, Itaque eum Tarentini ciuitate cæteriſque præmijs donauerunt. de N. 58 a, Niſi fortè dubium eſt, quin hominibus hæc omnia natura donauerit. I. V. 114 a, Donare aliquem annulo aureo. Tuſc. 249 a, Munera iſta ciuibus tuis dona. Epiſt. 62 a, Tu tuas inimicitias, vt reipub. donares, te viciſti, *id eſt, permitteres.*

DONOR, ris. de Opt. 544 b, Corona aurea donari. de Or. 94 a, Hæc quidem inſeri & donari ab arte non poſſunt. pro S. R. 36 a, Donari ab aliquo maximis præmijs. Epiſt. 69 a, Cùm ipſi corona donarentur. de Leg. 178 a, Vir nemo bonus ab improbo ſe donari vult.

DONVM, ni. *munus.* de Leg. 186 a, Donum ne capiunto, neue danto, neue petenda, neue gerenda, neue geſta poteſtate. de Orat. 135 a, L. Cincius legem de donis & muneribus tulit. pro Clu. 31 b, Tantum donis datis muneribusque perfecerat, vt, &c. de Orat. 94 b, Omnia ſunt enim illa dona naturæ. Tuſc. 161 b, Philoſophia donum deorum. pro Ar. 198 a, Poetę quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videntur. I. A. 139 a, Non intermittis quaſi donum aliquod quotidie afferre reipub. pro Clu. 31 b, Dona nuptialia. I. V. lib. 7, Donum facere. Tuſc. lib. 5, Quaſi dona fortunæ. de Leg. lib. 2, Donis placare Deorum iram impius ne audeto. * Frag. ep. Vt à te fictis aggrederer donis. * de Nat. 75 a, Vt donum hoc diuinum rationis & conſilij ad fraudem hominibus, non ad bonitatem, impertitum eſſe videatur. de Leg. 179 a, Ebur haud ſatis caſtum donum Deo. ibid. Diuiniſſima autem dono aues & formæ ab vno pictore vno abſolutæ die. Itemque cætera huius exempli dona ſunto. Hęc illi plabent. Sed ego cętera non tam reſtrictè præfinio.

† Syntaxis. *Diuino munere donatus vir ipſi Reip. Vacatione donatus à Senatu. Aeternitate immortalitateque donatus. Donare ſuas inimicitias alicui: id eſt, alicuius gratia inimicitias omittere. Dona & munera. Dono & munere commendatus. Afferre donum Reipub. (Sæpe Tullius iungit donum & munus.)*

DORES, *tertium genus ferè Græcorum.* pro Fla. 159 b.

DORMIENS, tis. de Diui. 94 a, Iacet enim corpus dormientis vt mortui. Qu. fr. 298 b, Dormientem excitare de Diu. 133 b, Si ea dormientes agerent quæ ſomniarent, alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. de Diu. 137, Dormientis animus imbecillus & remiſſus.

DORMIO, mis *ſomnum capio, ſopitus ſum, quieti me trado, cubo.* de D. 133 a, Contrahi autem animum Zeno, & quaſi labi putat atque concidere, & ipſum eſſe dormire. Epiſt. 106 b, Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: ſic ego non omnibus, mi Galle, ſeruio. de In. 63 b, Poſtquam illos arctius, vt fit, iam ex laſſitudine dormire ſenſit, &c. de Diuin. 93 a, Arctè & grauiter dormire. Att. 167 a, Puella eius manè primùm dormit ad horas treis.

† Syntaxis. *Arctè & grauiter dormire. Dormire ad horam manè.*

DORMITANS, tis. de Or. 121 b, Et iſtam oſcitantem dormitantemque ſapientiam, Scæuolarum & reliquorum beatorum ocio concedamus. Attic. 31 a, Cœnato mihi etiam dormitanti pridie calend. Maias epiſtola eſt illa reddita, in qua de agro Campano ſcribis.

† Syntaxis. *Oſcitans & dormitans ſapientia, Cœnato mihi etiam dormitanti: id eſt, fereque.*

DORYLENSES, *populi.* pro Flac. 154.

DORYPHORVS, ri. *militaris Polycleti ſtatua. ſignificat autem ſatellitem, vel armigerum.* de Clar. 192 b, Polycleti Dorypho-

rum ſibi Lyſippus aiebat magiſtrum fuiſſe. Orat. 197 a, Doryphori ſtatua.

**Dos**, dotis. *ornamentum.* de Leg. 178 a, Cliſthenes Iunoni Samiæ filiarum dotes credidit. Att. 228 a, Quintus torquetur debitione dotis. pro Qu. 18 a, Ipſe filiæ nubili dotem conficere non poteſt. I. A. 133 a, His quaſi præter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum eſt largitus Antonius. pro Fla. 162 b, Quæcunque ſine tutore autore eſt dicta dos, nulla eſt. & ibi. Doti Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat. de Orat. 103 a, Cuius artem cum idotatam atque incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletaſti & ornaſti.

† Syntaxis. *Dotis debitione torqueri. Dotem conficere filiæ. Dicere dotem. Dote verborum ornare.*

**Dotalis**, le. Attic. 247 b, Mercedes dotalium prædiorum. Oct. 331 a, Dotale matrimonium.

**Dotatvs**, a, um. *dote donatus, ornatus.* )( *Indotatus.* Att. 228 a, Villa quo introducatur dotata aquilia.

**Drachma**, mæ. *vnciæ pars octaua, denarius.* L. Denarivs. pro Flac. 153 a, Dixit publicè datum drachmarum CC. & ſex millia. & Epiſt. 28 b, de Diuin. 108 a, Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipſi petunt. Epiſt. 189 b, Ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam eſt.

**Draco**, onis. *ſerpentis genus immane.* I. A. 248 a, Seruus domini patrimonium complexus (*al. circumplexus,*) quaſi theſaurum draco. ad Here. 40 a, Iſte quotidie per forum tanquam iubatus draco ſerpit. * de Diuin. 121 b,

*Vidimus immani ſpecie tortuque draconem*
*Terribilem, Iouis vt pulſu penetrabat ab ara,*
*Qui platani in ramo foliorum tegmine ſeptos*
*Corripuit pullos: quos cum conſumeret octo,*
*Nona ſuper tremulo genitrix clangore volabat.*
*Cui ferus immani laniauit viſcera morſu.*
*Hunc, vbi tam teneros volucres matremque peremit.*
*Qui luci ediderat, genitor Saturnius idem*
*Abdidit, & duro firmauit tegmine ſaxi.*

de Diuin. 122 a, De dracone ſilet: qui lapideus dicitur factus. & 136 b, Tum ſecundum quietem viſus ei dicitur Draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam in ore ferre, & ſimul dicere, quò illa loci naſceretur. in Arat.

*Has inter veluti rapido cum gurgite flumen*
*Toruus draco repit, ſubter ſupraque reuoluens*
*Seſe, conficiensque ſinus è corpore flexos.*
*Huic non vna modò caput ornans ſtella relucet.*

**Drepanitanvs**, a, um. *ex Drepano montorio.* I. V. 137 a.

**Drvides**, dum. *ſacerdotes, vates, & ſapientes quondam Gallorum: de quibus Cæſar de bello Gallico, lib. 6.* de Diuin. 99 a, Et in Gallia Druides ſunt. * *Alij Druidæ legunt.*

* **Dva**, orum. *duo.* Orat. 211 b, Sepulcra dua. *ex Accio.*

**Dvbiè**. de D. 106 a, Poteſt accidere vt aliquod ſignum dubiè datum, pro certo ſit acceptum.

**Dvbitans**, tis. pro D. 241 b, Identidem ſe ipſe reuocando, dubitans, timens, hæſitans. de D. 110 a, Nihil affirmando quæram omnia dubitans, plerunque mihi ipſe diffidens.

**Dvbitanter**, *timidè, diffidenter* )( *Fidenter, non dubitanter.* de In 63 a, Sine vlla affirmatione quærentes, dubitanter vnum quodque dicemus. de Clar. 172 a, Verecundè dubitanterque facere aliquid. Oct. 329 a, Spes poſteritatis, quæ ſublata non aubitanter óccidam.

**Dvbitatio**, nis. *exornatio eſt, cum quærere videtur orator, vtrum de duobus potius, aut quid de pluribus potiſſimũ dicat, &c.* ad Her. 33 a, de Orat. 162 a.

¶ *Hæſitatio. ſcrupulus, aporia.* Epiſt. 33 a, Itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. pro Cl. 21 b, Nec in cauſa vlla dubitatio eſſe poteſt. I. C. 119 a, Illi ſine dubitatione damnati eſſe videantur. de Orat. 160 b, Pro his omnibus ſine vlla dubitatione reſpondeo. Attic. 262 b, Conſules probauerunt cauſas ſine vlla dubitatione. pro Cec. 285 b, Cùm veſtrã in iudicando dubitationem conſidero. & 286 b, Iuris dubitatio tardiorem me facit ad iudicandum. pro Cl. 32 b, In ea obſcuritate & dubitatione omnium Canutio placuit pronunciare. contra Rul. Si fœdus illud habet aliquam dubitationem. Offic. 36 a, Nihil hic locus habet dubitationis, quin, &c. 54 a, De quo alterum poteſt habere dubitationem, an, &c. & 29 b, Ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere homines vſu peritos. de N. 14 a, Cùm pœnam ne dubitatio quidem effugere potuiſſet de Orat. 127 a, Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tractuſque verborum? Epiſt. 52 b, Hoc mihi affert dubitationem. de N. 58 a, Niſi fortè illud dubitationem affert, quin, &c. Attic. 188 a, Tollere omnem dubitationem alicui. de Ar. 254 b, Primùm explicabo, &c. ſi id facere verè & ſine cuiuſquam dubitatione potero: ſin ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliquis videbitur, religioni parebo. & 257 a, Aliquis ſine vlla dubitatione deterrimus. Offic. 55 b, Si quando dubitatio accidit, quale ſit id de quo conſideretur. de Fin. 130 b, Quod quanquam dubitationem non habet, eſt enim infixum in natura, comprehenditur ſuis cuiuſque ſenſibus, ſicvt contrà ſi quis dicere velit, non audiatur: tamen, &c. pro Cl. 33 b, Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus & dubitatio, quidnam eſſet actum. * Ep. 137 b, Nec tibi ſolicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione afferre volui.

**Dvbitatvr**. pro Cæc. 202 a, Non de armis dubitatur, ſed de verbis quæritur. * pro Marc. 136 b, Quandiu eſt de iluius ſalute dubitatum.

**Dvbitatvrvs**, a, um. pro Mil. 133 b, Arbitror eum non dubitaturum, quin cum ſuo periculo ſalutem patriæ afferat.

**Dvbito**, as. *addubito, hæreo, ambigo, quæro, timeo, mihi in dubium venit, dubium mihi eſt, dubium habeo, pendeo animi, mihi ipſe diuido, ambiguum habeo, in dubium venio.* de Nat. 5 b, Tum ille fidenter ſanè, nihil tam verens, quam ne dubitare de aliqua re videretur. & 46 a, Nemo de diuina ratione dubitaret. pro Syll. 177 a, Cornelius etiam de indicando dubitat. Tuſcul. 163 b, Nec verò de hoc quiſquam dubitare poſſet, niſi idem, &c. 67 b, Turpe eſt dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitant. Epiſtol. 76 a, Illud caue dubites, quod ego, &c. I C. 120 a, Itaque homo mitiſſimum non dubitat P. Lentulum æternis vinculis mandare. Acad. 14 a, Dubitant, hæſitant, reuocant ſe interdum. Attic. 264 b, Non dubito, quin mirere, qui tecum de eadem re ſæpiùs agam. & 90 a, Dionyſius non dubitabat, quin ei crederemus. pro Mar. 133 b, Non dubito, quin multos, ſi fieri poſſet, & Cæſar ab inferis excitaret. Epiſt. 248 b, Non dubito, quid præſentes ſentiant. Attic. 154 b, Non dubito, quid nobis agendum putes. de Orat. 100 a, Macinus in ſenarum introire non dubitauit. * pro Marc. 135 b, Multi dubitabant quid optimum eſſet.

† Syntaxis. *Se reuocando, dubitans, timens, hæſitans. Omnia dubitanter dicere, facere. Omnium obſcuritas & dubitatio. Id habet, affert dubitationem. Tollere alicui dubitationem. Inijcere alicui ſcrupulum ac dubitationem. De legendo dubito aliquid de aliqua re. Non dubito, quin, & quid credas.*

**Dvbivs**, a, um. *incertus, anceps, controuerſus, lubricus, ſuſpicioſus, varius, habens aliquid quæſtionis, habens dubitationem, dubitationem afferẽs, habens deliberationem, ancipiti cogitatione diſtractus.* de Nat. 61 b, Rem minimè dubiam argumentando dubiam facis. & pro Flac. 156 b, Res minimè dubia. de Ar. 248 a, Ne plura de re minimè loquar dubia. de Diuin. 130 a, Quæ dubia ſunt, ea ſumi pro certis atque conceſſis. & ibid. Id ſumere pro certo, quod dubium controuerſumque ſit. pro Mur. 140 a, Ridiculum eſt, quod eſt dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium poteſt eſſe, iudicare. de Inu. 55 b, Eorum igitur quæ conſtant, exempla ponemus. illorum quæ dubia ſunt, rationes afferemus. Offic. 36 a, Vti in re non dubia teſtibus non neceſſarijs. pro Diuin. 115 a, Res erat non in opinione dubia, ſed in præſentia, atque ante oculos propoſito periculo. de Orat. 92 b, Quæ ab oratoribus tractantur, dubia eſſe & incerta. Ibi. 105 b, Tum ille confirmabat ita ſe rem habere, ne dubium eſſe poſſe. de Finib. 121 b, Dubium eſt, ecquænam fieri poſſit acceſſio. Attic. 127 a, Cùm nobis non dubium eſſet, quin Brunduſium contenderemus. & 219 a, Prorſus ex his literis non videbatur eſſe dubium, quin, &c. de Orator. 111 b, Non eſt dubium, quin ſi quis hoc animaduerterit, id poſſit notare. Par. 133 b, Non dubium eſt id quidem, quin definitio, &c. Attic. 115 b, Mihi dubium non eſt, quin, &c. Attic. 173 b, De hac re mihi dubium non eſt. pro Cec. 288 a, De ciuitate in dubium venire. Attic. 179 b, Alij non veniunt in dubium de voluntate. pro Qu. Non eo dico, quòd mihi veniat in dubium tua fides. pro Qu. 12 a, Res in dubium venire non poteſt. pro Pomp. 9 a, Quæ res eſt, quæ cuiuſquam animum in hac cauſa dubium facere poſſit? Acad. 8 b, Hæc autem habere dubia, abhorrere à ſapientia eſt. pro Cec. 290 b, An in coacta multitudine, in armis, in telis, in præſenti metu mortis, perſpicuo periculo cædis, dubium vobis fuit, an eſſe vis aliqua videretur, necne? Epiſt. 7 a, Si dubium tibi eſt, poſſe te illius regno potiri, non eſt conandum: ſi exploratum, non eſt cunctandum. & 58 b, Cognoui autem id quod mihi dubium nõ fuit. de Inu. 72 b, Vocare aliquid in dubium. & Part. 233 b, & Epiſt. 163 b, de Orat. 121 b, Quæ in dubium vocarentur, &c. Attic.

263 b

263 b, Acta Cæſaris in dubium ventura videntur. pro Cec. 389 b, Omnia in dubium incertumque reuocari. pro Cl. 29 b, Dubij & varij caſus. de Nat. 64 b, Et Chryſippus tibi acutè dicere videbatur, homo ſine dubio verſutus & callidus. de Finib. 131 a, Attic. 17 b, Heluetij ſine dubio ſunt in armis. Epiſt. 29 b, Et hercle ſine dubio erit ignominia.

† Syntaxis. *Dubium & controuerſum. Non id opinione dubium eſt, ſed ante oculos propoſito periculo. In dubium id mihi venit: & venio de hac re. Vocari, vocare in dubium, & reuocare. Dubij & varij caſus. Hercle, ſine dubio. Non eſt dubium, quin, &c.*

DVCENDVS, a, um: & di. *æſtimandus.* pro Seſt. 7 b, Officij rationem in omni vita, non commodi eſſe ducendam. pro Arch. 118 a, Pericula mortis parui eſſe ducenda.

¶ *Hauriendi.* Anteq. 197 a, Vti liberum ſpiritum ducendi nullam habeat poteſtatem.

DVCENS, tis. *gubernans, ductor, dux.* Att. 116 a, Cohortes ex Piceno Lentulo & Thermo ducentibus cum Domitij exercitu iunctas eſſe.

DVCENTI, orum. cont. Rul. 72 b, Ianitores ducenti.

DVCENTIES. I. A. 168, Ego enim amplius H-S. ducenties acceptum hæreditatibus retuli.

DVCO, cis. *deduco, ſumo.* I. A. 156 b, Viri fortiſſimi, qui ordines duxerunt: pro Mur. 128 a, Qua in legatione duxit exercitum, ſigna contulit. pro Fl. 155 b, Heraclides, quem iudicatum hic duxit Hermippus.

¶ *Adduco, induco.* Tuſc. 184 a, Ita me ad credendum tua ducit oratio.

¶ *Iudico, exiſtimo.* I. V. 248 b, Ducere aliquos in hoſtium numero. Epiſt. 6 a, & 52 a, Quæ ne tu quidem vnquam timenda duxiſti. item, Quæ non aliena eſſe ducerem à dignitate tua. in Sal. 273 a, Nunc ea reprehendis, quæ antea gloriæ mihi ducebas. de Orat. 193 a, Nec in hoc ironiam duxeris eſſe. de Fin. 69 b, Lælius eo dictus eſt ſapiens, non quòd intelligeret quid ſuauiſſimum eſſet, ſed quia parui id duceret. de Finib. 96 a, Ducere omnia humana infra ſe. ad Heren. 30 b, Et tamen cum ita viuit, neminem præ ſe ducit hominem.

¶ *Produco profero, protraho, traho.* pro Mil. 115 b, Ducere parietem per veſtibulum alicuius. Att. 91 b, Vt fœnus quaternis centeſimis ducant. I. V. 82 a, Ducere tempus.

¶ *Deriuo.* Qu. fr. 318 b, Ducere aquam per fundum alterius. Epiſt. 83 b, * Notantur mihi ad diuinandum ſigna duplici quadam via, quarum alteram duco è Cæſare ipſo, alteram è temporum ciuilium natura atque ratione. Off. 71 b, A' quatuor fontibus honeſtatis primo libro officia duximus.

¶ *Concipio.* de In. 65 b, Ducere, trahere, ſumere ſuſpicionem in aliqua re, & elicere.

¶ *Obtineo, aſſequor.* pro Dom. 144 a, Qui commendationem in cunctis ætatis ab impietate & ſcelere duxerit. Or. 97 b, Aliquis è quo ſimilitudinem duceret.

¶ *Abeo, cum me, te, ſe.* Epiſt. 164 a, *Aſinij.* Balbus quæſtor magno pondere auri maiore argenti coacto de publicis exactionibus ne ſtipendio quidem militibus reddito duxit ſe à Gadibus: *id eſt, abduxit, latenter abijt.*

¶ *Promiſcuæ vires.* pro Seſt. 4 a, P. Seſtius duxit C. Albini filiam. de Orat. 138 a, Neque attendit eos ipſos, vnde hoc ſimile ducit aliter facere. Acad. 46 b, Ex quo etiam nomen hoc duxerat. Brut. 277 b, C. Naſennius Cretenſi bello Metello imperatore octauum principem duxit. Epiſt. 143 b, Vt optandum ſi, vt poſſimus ad id tempus reip. ſpiritum ducere. Orator. 209 b, Ab eodem verbo ducere ſæpe orationem: *id eſt, incipere.* I. V. 31 b, de Nat. 37 a, Ducere principium ab aliquo, vel ab aliqua re. pro Pomp. 10 a, Atque eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis. ad Heren. 34 a, Ducere ſpiritum præ cura. de Nat. 29 b, Aër ille quem ſpiritu ducimus. Attic. 128 a, Duxi meam mecum rationem. I. V. 101 a, Debere eum aiebat ſuam quoque rationem ducere, multa ſibi opus eſſe, &c. pro S. R. 40 a, Non vllius rationem ſui commodi ducit de Fin. 128 a, A' quo totius vitæ ducat exordium. contr. Rul. 69 b, Tunc quero quam ob cauſam initium rerum ac legum ſuarum hinc duxerit, vt pop. Roman. ſuffragio priuaretur. * Acad. Ipſam *honeſtatem* ſuo ſplendore in ſe animos ducere. I. A. 200 a, L. quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit. *Propriè de Laniſſa dicitur* Tuſc. 246 a, An Scythes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere.

DVCOR, ris *habentur in præcidenti verbo Homonyma.* de Diuin. 87 b, Oracula, quæ æquatis ſortibus ducuntur. & ibid. Sortes duci. pro Flac. 190 a, Si quis deſpicatui ducitur. pro Qu. 9 b, Officij rationem atque exiſtimationis duci conuenit. I. V. 229 a, Hanc damnationem duci non oportet. & 261 a, Ipſi in hoſtium loco numeroque ducemini. pro Qu. 9 a, Huic acerbiſſimum viuo videatique funus ducitur. Par. 118 b, Tanquam in gyrum rationis duci oporteret. Orat. 207 a, Qui eloquentiæ laude ducitur. pro Rab. 96 b, Qui in periculis cum laude & virtute verſantur, ſpe poſteritatis fructuque ducuntur. Tuſcul. 29 b, Alij emendi quæſtu & lucro ducuntur. I. V. 137 b, Qui ſtatuarum honore & gloria ducitur. pro S. R. 38 b, Ita credo, literis eorum Chryſogonus ducitur. de Orat. 100 a, Mulier, quæ in concubinæ locum duceretur. de Offic. 30 a, Nec quenquam hoc errore duci oportet. de Nat. 36 a, Ex quatuor temporum mutationibus omnium, quæ in terra marique gignuntur, initia cauſæque ducuntur. Attic. 143 a, Belli initium ducetur à fame. Offic. 12 b, Ab ijs rebus quemadmodum ducatur honeſtum, ſatis ferè diximus. Offic. 30 b, Sed ab ijs partibus, quæ ſunt honeſtatis, quemadmodum officia ducerentur, ſatis expoſitum videtur. de Aruſp. 156 b, Ad quem metum, ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaque raperemur. Br. 289 b, Bellum ducetur. *id eſt, producetur.* * Offic. 33 a, Quemadmodum officia ducerentur ab honeſtate, atque ab omni genere virtutis. de Fin. 137 a, Quid cum fictas fabulas, è quibus vtilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus. Tuſcul. 244 a, Ad quemcunque ipſæ *virtutes* dolorem cruciatumque ducentur.

DVCTOR, oris. *dux, qui ordinem ducit.* Tuſcul. 167 b, Quoties ductores noſtri ad nõ dubiam mortẽ concurrerunt?

DVCTVRVS, a, um. I. C. 109 b, Non ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi?

DVCTVS, a, um. Orat. 197 b, Ac video hanc primùm ingreſſionem meam non ex oratoris diſputationibus ductam, ſed à media philoſophia repetitam. de Finib. 93 b, Ex quo intelligi debet, principium ductum eſſe à ſe diligendi ſui. pro Flac. 156 b, Heraclides cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt, & poſtea miſſus, &c. Attic. 85 a, Soluere centeſimis ductis cum renouatione ſingulorum annorum. Attic. 91 a, Centeſimis ductis non perpetuis ſed renouatis quotannis. de Cl. 181 b, Is beneuolentia ductus mihi tribuebat omnia. pro Mur. 139 a, Non re ductus es, ſed opinione. 206 b, Ducere animam de cœlo. de Nat. 53 a, Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eademque à pulmonibus reſpirat. Attic. 44 b, meque temporis non longinqua ſpe ductum eſſe, moleſtè feram. de Nat. 53 b, Viæ ab inteſtinis ad iecur ductæ ac directe. Tuſcul. 163 b, Contumacia à magnitudine animi ducta, non à ſuperbia. in Arat.

*Huic ſpacio ſimili ductum latus extat vtrumque.*

pro Q. R. 53 a, vnde hoc totum ductum & conflatum iudicium eſt. de Cl. 166 b, Hinc Pomponij ductus eſt ſermo. de Finib. 124 b, Vt non ſine cauſa ex his locis memoriæ ducta ſit diſciplina. de Cl. 184 b, Omnis ille ſermo ductus è percunctatione filij. Tuſcul. 176 a, Oratorum laus ita ducta ab humili venit ad ſummum. de Nat. 25 a, Charum ipſum verbum eſt amoris: ex quo amicitiæ nomen eſt ductum.

† Syntaxis. *Spiritum ducere. Aër quem ſpiritu ducimus. Tua oratio me ducit ad credendum. Infra ſe ducere cuncta. Ducere opinionem ex aliqua re. Ducere commendationem & nomen à ſcelere. Ducere ſuam rationem ſecum. Ducere aliquem deſpicatui. Ducere rationem officij: id eſt, habere. In hoſtium loco ducere aliquem. A fame belli ducitur initium. Ad metum duci. Ductum & conflatum inde iudicium.*

DVCTVS, ctus. Ep. 43 b, Omnes vires ciuitatis ſe ad Pompeij ductum applicauerunt. pro Pomp. 5 b, Pompeius rem optimè ductu ſuo geſſit. Off. 35 b, Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. * de Aruſp. 244 a, Quique ſuo ductu & imperio cruento illo atque funeſto, ſupplicia neque à ſociorum mœnibus prohibere, neque hoſtium vrbibus inferre potuerunt: exciſionem, inflammationem, euerſionem, depopulationem, vaſtitatem eam ſua cum præda meis omnibus tectis atque agris intulerunt. de Leg. 169 a, Ductis verò aquarum, quos iſti Nilos *(al tubos)* & Euripos vocant, quis non cùm hæc videat irriſerit.

DVDVM *iam. de breui tempore ferè dicitur, quandoque etiam de longiore.* Att. 57 b, Dudum enim circũrodo, quod deuorandum eſt. de Orat. 133 a, Dixi dudum materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis. de Fat. 148 b, Ratio, quam dudum diximus. de Clar. 177 a, & 188 a, Cum vix vt dudum ad Demoſthenem, ſic nunc ad Craſſum peruenimus. Attic. 184 b, Quæ dudum ad me, & quæ etiam antè ad Tulliam ſcripſiſti, ea ſentio eſſe vera. Att. 227 a, Id erat quondam quaſi neceſſe, nunc quoquo modo res ſe habet, non eſt item quàm dudum.

DVELLIVS, lij. Orat. 211 a, Duellius, qui Pœnas claſſe deuicit, &c. *Alijs Duilius dicitur.*

DVELLVM,li.*bellum.* Orat.211 b, Antiqui nomina contrahebant, quo eſſent aptiora:vt duellum bellum, duis bis.de Leg 179 a,Iam æs atque ferrum duelli inſtrumenta, non fani.& 173 b,Quique agent rem duelli, quique populare auſpicium,præmonento. * de leg.185 b, Duella iuſta iuſtè gerunto.

DVLCEDO, is. *dulcitudo.* Attic.286 b, Vos quibus virtus aliena dulcedinem viuendi minuere non potuerit pro Ar. 190 b, Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, magno illud clamore approbauerunt. Anteq.192 b, Si liberûm conceptam dulcedinem animo incluſam continetis. de Leg.165 b,Quæ naturâ bona ſunt, quia dulcedine voluptatis & ſcabie carent, non cernimus ſatis. & 177 a, Mores hac dulcedine corruptelaque deprauati. de Fin. 73 a,Voluptas quæ maxima dulcedine ſenſum mouet. & 88 b, Cum omnes ſenſus dulcedine omni quaſi perfuſi mouerentur. Epiſt. 179 b, Neque pecuniæ dulcedine captus ſum. Qu. frat. 300 a, Quaſi dulcedo iracundiæ. de Orat.157 b, Dulcedo orationis, &c. ſunt ducta à cæteris ſenſibus. ad Heren. 30 b, Auium dulcedo ducit ad auium.

† Syntaxis. *Viuendi dulcedo,gloriæ, voluptatis. Dulcedo & corruptela.Pecuniæ,iracundiæ,orationis, auium dulcedo.*

DVLCESCO, ſcis. de Sen. 88 a, Vua primò eſt peracerba guſtatu,deinde maturata dulceſcit.

DVLCICVLVS a,um.*dimin. à dulci.* Tuſc.200 b, Demus ſcutellam dulciculæ potionis.

DVLCIS, ce.cior,ciſſimus.*ſuauis,charus,iucundus.* )(. *Amarus.* de Offic.1 b, Demetrius Phalereus, orator parum vehemens,dulcis tamen, vt Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere. de N. 65 b, Omne enim animal ſenſus habet. Sentit igitur & calida & frigida, & dulcia & amara. de Clar.171 b,Oratione Lælij nihil eſſe dulcius. Attic.224 a, Nunc epiſtolæ tuæ quid reſpondeam, niſi eam fuiſſe dulciſſimam? Attic.91 b, Nihil inquam in iſto, Brutum amaſti dulciſſime Attice.de Leg.189 a, Optime & dulciſſime frater. Hortenſ. Alterius ingenium ſic dulce, vt acetum Aegyptium dicimus. Lim.

*Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.*

*Att.68 b, Nihil potuit, mihi quidem vt viſum eſt, dulcius,idque cum verbis, tum etiam animo & vultu.

† Syntaxis. *Dulcis, Demetrius, frater, literæ. Dulciſſimè ſcribere.*

DVLCITER *ſuauiter,iucunde.* de Fin.68 a,Voluptas,qua ſenſus dulciter ac iucundè mouetur. * de Clar. 171 a, Hiſtoria ſcripta dulciſſimè.

DVLCITVDO, nis *dulcedo*, de Orat. 152 a, Guſtatus præter cæteros ſenſus dulcitudine commouetur. de Orat.157 b,Dulcitudo orationis. *Alij dulcedo legunt.*

DVM,*dummodo,donec, quandiu, vt.* de Diuin. 142 b, Virtus, quæ vetat ſpectare fortunam, dum præſtetur fides. Anteq 197, ſi mea pericula neglexi, dum timorem à patria propulſarem. de Orat.93 b, Iſta concione, dum mihi liceat fateri neſcire quod neſciam. Att.85 a, Quot vis præfecturas ſume, dum ne hic negocieris. I.V. 208 b, Nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentum. pro Qu.4 b, Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, &c. I.V. 201 b, Nihil dum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabar. Attic. 135 b, Brunduſio nihil dum erat allatum. I.V. 174 b,Num expectatis,dum L.Metellus,&c.Tuſcul.* Expectas fortaſſe dum dicat, patietur? Att. 276 b, Noli expectare dum tibi gratias agam. de Nat. 52 a, Vſque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere Epiſt.151 a, Nihil dum enim ſcribam. & 186 b, Nihil dum audieramus vbi eſſes. pro Mil.111 a, Suſtinuiſſe hoc crimen primum ipſe ille latronum occultator locus, dum neque muta ſolitudo iudicaſſet, neque cæca nox offendiſſet Milonem. I.V. 201 a, Vti aliqua re tamdiu dum velis.pro Flu.154 a,Qui valuit tam diu, dum hic prodiret. Att. 1 a, De Aufidio non puto te expectare dum ſcribam. 5. de Legib.Neque dum ſatis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur.

† Syntaxis. *Dum ne hic ſis. Nihil dum etiam audiebatur. Non expecto,dum gratias agat. Vſque ad eum finem, dum.Nihil dum enim ſcribam.Tamdiu dum velis.Expecta dum ſcribam.*

DVMETVM, ti.*locus ſpinis abundans enatis.* Tuſc.241 a,Septum vndique & veſtitum vepribus & dumetis indagaui ſepulcrum.

¶ *Arida & ſpinoſa diſputatio.* Acad.28 a,* Cum ſit campus, in quo poſſit exultare oratio:cur eam in tantas anguſtias & in Stoicorum dumeta compellimus?

DVMMODO, *modò vt,ſi modò, dum tamen, dum vt.* Attic.106 a, Quod nunquam dummodo ocioſi eſſent,recuſarunt. & 202, Dummodo ne ijſdem verbis. de Orat. 160 a, Dummodo ne continuum ſit. Offic. 68 a, Qui omnia honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur.



DVMVS, mi. *ſpina.* Tuſcul 241 a, Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem.

DVNTAXAT. *tantùm,ſolùm, ſaltem.* I.P.86 b, Atque ille diſceſſus, dolor meus duntaxat,veſtrûm quidem ſcelus ac dedecus haberetur. de Orat. 119 b, Hæc artem quidem & præcepta duntaxat requirunt. de Am. 106 a, Coluntur autem ſimulatione amicitiæ duntaxat ad tempus. Attic. 57 a, Nos animo duntaxat vigemus. pro Deiot. 144 a, Quod ipſum etſi non iniquum eſt in tuo duntaxat periculo,tamen,&c.de Fin.69 a.

DVO,*gemini, bini, duplices.* Octauio,331 a, Duo Decij.I.V. 113 a,Horum pater abhinc duo & viginti annos eſt mortuus.*duo, pro duos.*

Epiſt.32 b, Duos duarum ætatum plurimi facio Cn. Pompeium, & M. Brutum. Orat.211 b, Video ſepulcra duo duorum corporum. *ex Accio. aliàs dua legitur.* & ibi. Mulier vna duû virûm. *aduerte, duûm.* de Cl.179 a,Oratio, qua anno duodequinquageſimo vſus eſt.

DVODECIES.in Salluſtium, Seſtertio duodecies cum Cæſare paciſcitur.I.V.4, Furta prætoris quæ eſſent H-S.duodecies.

DVODECIM. de Leg.182 a, Diſcebamus enim pueri duodecim, vt carmen neceſſarium. & 181 a, Quid? qui poſt duodecim in vrbe ſepulti ſunt. de Legib.lib.2, de Orat. lib.1, Duodecim tabulæ. * Hortenſ. Quod in duodecim ſcriptis ſolemus. *Hieron. Vuolfius Scrupis legit.*

DVODENVS. a. in Rul.83 a, Et in ea duodena deſcribit in ſingulos homines iugera.

* DVODEQVADRAGINTA,*triginta octo.* Tuſcul.239 a, Duodequadraginta anni.

DVODETRICIES,I.V.184 a, H-S. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebantur.

DVODEQVINQVAGESIMVS, a, um. de Cl. or. 179 b, Anno duodequinquageſimo.

DVODEVIGINTI. * *decem & octo.* Acad 20 b, Duodeuiginti partes. Acad. 32 b, Solem, quem metiri non poſſunt, plus quàm duodeuiginti partibus maiorem eſſe quàm terram.

DVPLEX, cis. *geminus.* ad Heren.22 a,Duplices ſimilitudines eſſe debent: vnæ rerum, altera perſonarum. Tuſcul. 163 b,Itaque diſſeruit duas eſſe vias, duplicesque curſus animorum è corpore excedentium. Orat.216 a, Par, duplex, ſeſquiplex. * Incert. Quæ *fœminæ* duplices pupillas habent. Tuſcul 163 a, Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum,nihil coagmentatum, nihil duplex.

† Syntaxis. *Viæ duæ,duplicesque curſus.*

DVPLICATVRVS,a,um Att 78, Exercitum Deiotari aduentu cum ſuis omnibus copijs duplicaturi eramus.

DVPLICATVS, a, um.Part.231 b, Verba duplicata & idem ſignificantia.& 234 b, Verba iterata, duplicata.Part.231 b, Verba geminata & duplicata, vel ſæpius iterata. pro Dom 232 a, At id nec propoſitum vllum fuit, & ſi fuiſſet, duplicata gloria diſceſſiſſem.

† Syntaxis. *Duplicare nouis copiis exercitum. Duplicata, & idem ſignificantia verba.Verba geminata, duplicata, iterata. Duplicata gloria diſcedere.*

DVPLICITER,*bis, bipertitò.* Orat. 287 b, Is ſe maledictis non abſtinet, ijs quidem, quæ in ipſum dupliciter recidunt. Epiſt 138 a, Dupliciter delectatus tuis literis:& quòd,&c. & 136 a, Qua culpa mihi videor dupliciter carere. Acad. 26 a Quæ cùm expoſuit, adiungit, dupliciter dici, aſſenſus ſuſtinere ſapientem: vno modo, cùm, &c. altero, cùm,&c.

DVPLICO,as *gemino, itero.* de D.117 a, Facile fuit, quatuor partes cœli,quas nos habemus duplicare. * de Nat. 13 b, Cùm ſæpiùs duplicaret numerum dierum.

DVPLICOR, ris. Epiſt. 70 b, Duplicare ſolicitudines. Orat. 209 a, Cum duplicantur iteranturque verba. * Incert. Si mihi vitæ ſpatium duplicetur.

DVPLVS,pla,plum *altero tanto.* de Vniu.199 a, Vnã principiò partem detraxit ex toto, ſecundam autem primæ partis duplam, deinde tertiam quæ eſſet ſecundæ ſeſquialtera, deinde quartam quæ ſecundæ dupla eſſet, quintam inde quæ tertiæ tripla, tum ſextam octuplam primæ, poſtremò ſeptimam, quæ ſeptem & viginti partibus antecederet primæ. pro Fl.156 b, Prætor iudicauit, vt ſi iudicatum negaret in duplum iret Off.64 b, Subire pœnam dupli.in cod.Germ.Orat.215 b, Duplo maius, & altero tanto maius idem. de Vn.199 a, * Deinde inſtituit dupla & tripla interualla explere.

† Syntaxis. *Ire in duplum: id eſt dupli pœna mulctari.*

DVPONDIVS,dij *à duobus ponderibus, dictum dupondium Varro ſcripſit, quòd vnum pondus Aſſipondum dicebatur, ideo quòd as erat libræ pondus. Sed apud Cic pecuniola eſt ſiue numus duobus aſſibus valens.* pro Qu. 9 b, Si dupondius tuus agere-

ageretur. *ſic enim legit Rufinianus, in figura quæ Communicatio dicitur.*

DVRESCO, ſcis, *durus fio*. de Nat. 31 a, Aquilonibus reliquiſque frigoribus dureſcit humor.

DVRIENS, is. ſc. pro Cornel. 55 b, Durienſe prælium.

DVRITAS, tis *ſeueritas, duritia, acerbitas*. )( *comitas, lenitas*. de Sen 90 b, Quanta in altero duritas? in altero comitas? * Orat. 201 b, Ecce alij duritatem & ſeueritatem quandam verbis, & orationis quaſi mœſtitiam ſequuntur.

DVRITER. ad Her. 27 a, Verba duriter aliunde tranſlata. * Ep. 182 a, Vt nonnulla durius quàm à te facta ſunt, proferantur. Attic 2 a, Duriùs accipere hoc mihi viſus eſt quàm vellem. & 274 b, Nihil diſſerui duriùs.

DVRITIA, tiæ. *durities* pro Dom. 232 b, Eamque animi duritia ſicut corporis, quod cum vritur, non ſentit, ſtuporem potius quàm virtutem putarem. Par. 237 a, Patientiam duritiâ immanis imitatur. de Orat. 148 b, Qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone adamârat. Tuſcul. 243 a, * Nec verò illa ſibi remedia comparauit, duritiam virilem, &c.

DVRITIES, ei. *duritia*. pro Dom. 233 a, An ego tantam animi duritiem habere poſſim, vt poſſem, &c.

† Syntaxis. *Animi duritia ſtupor eſt. Duritia virilis. Habere animi duritiem.*

DVRO, as. *ſto, maneo, diuturnus ſum, ſtabilis permaneo, diu hæreo*. de Sen. 92 b, Iam ſenſus moriendi, ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus durat, præſertim in ſene. Offic. 45 a, Ipſa illa delinitio multitudinis, ad breue exiguumque duratura eſt tempus.

† Syntaxis. *Ad breue tempus, exiguumque durare.*

DVRVS, a, um: DVRIOR, & ſimus. *crudelis, aſper, inhumanus, incultus, ferreus horridus, vix homo, agreſtis* de Clar 175 a, Vir vt vita ſic oratione durus, incultus, horridus. Offic. 43 a, Duri hominis, vel potius vix hominis videtur periculum capitis inferre. Br. 91 a, Duri fuimus in Dolabella. I.V. 290 a, Durus, ferreus, inhumanus. pro Cæl. 45 a, Senex durus, & penè agreſtis. Orat. 210 b, Durum agreſtemque ſe præbere. Attic. 228 b, Duriorem ſe præbere miſeræ & afflictæ fortunæ alicuius. )( *Facilem ſe præbere*. de Finib. 124 a, Horridiores euadunt, aſperiores, duriores & oratione & moribus. Att. 235 b, Attilius poëta duriſſimus. pro Muræ. 138 b, Acceſſit his tot doctrina non moderata nec mitis, ſed paulo aſperior ac durior pro Arch. 189 a, Quis tam animo agreſti ac duro eſt? de In. 48 a, Nam ipſe durus eſt præter æquum & bonum. pro Arch. 289 b, Marius qui durior adhæc ſtudia videbatur. pro Dom. 216 a, Annona in meo reditu facta erat durior. & 231 b, Hæc duriſſima reip. tempora. Par. 123 b, Duriſſima ſeruitus. pro R. P. 125 a, Prouidete, ne duriorem vobis conditionem ſtatuatis. Par. 123 b, Cupiditas honoris quàm dura eſt domina. de Orat. 134 b, Neminem puto eſſe tam durum, cui non oratio tua miſeranda viſa ſit. Offic. 8 b, Quamquam id nomen durius effecit iam vetuſtas. de Cl. 190 b, Verbum durum, inſolens, humile.

† Syntaxis. *Vt vita, ſic oratione durus, incultus, horridus, Durus, ac vix homo. In aliquo durus. Durus, ferreus, inhumanus. Annona durior, tempus, ſeruitus, conditio, nomen.*

DVVMVIRI, orum. Orat. 211 b, Plane duorum virorum iudicium, aut triumuirorum capitalium, aut decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam, atqui dixit Accius ſepulcra duorum corporum. contra Rul. 69 b, Triumuiri, quinqueuiri, decemuiri, &c. pro Cl. 22 b, Quatuoruiri, quos municipes fecerant. *Septemuirales, & Septemuiratus, vide locis ſuis.*

DVVMVIRATVS, *duumuirorum officium*. pro Sect. 6 * b, In qua vrbe ipſa tum imaginis formandæ cauſa Duumuiratum gerebat.

DVX, cis. *qui ducit exercitum, ductor, imperator, princeps, ſignifer, qui ordines ducit, præfectus, autor*. I.V. 254 a, Dux præfectuſque claſſis. Att. 257 a, Planè hoc ſpectat Octauius, vt ſe duce, bellum geratur. Epiſtol 142 a, Summum me ducem litteræ tuæ reddiderunt: Planè neſciebam te tam peritum eſſe rei militaris. pro Font. 283 a, Induciomarus dux Allobrogum. pro Dom. 231 a, Præbere aliquem ducem exercitui. pro Pl. 275 a, Qui cauſæ noſtræ duces & quaſi ſigniferi fuerunt. pro Mur. 136 a. Dux & ſignifer calamitoſorum. de Am. 101 b, Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum eſt, Pyrrho & Annibale. I.C. 98 a, Imperator eorum caſtrorum, duxque hoſtium. de Am. 104 a, Nec maior pœna ſtatuenda eſt ijs qui ſecuti erunt alterum, quàm ijs qui ipſi fuerint impietatis duces. & 103 b, Nec ſe comitem illius furoris, ſed ducem præbuit. & 99 a, Natura optima rectè viuendi dux. de Fin. 63 b, Magiſtra ac duce natura. Offic. 56, Naturam debemus ducem ſequi. I.C. 155 b, Dijs immortalibus ducibus, hanc voluntatem ſuſcepi. de Orat. 148 b, Autor publici conſilij, dux regendæ ciuitatis, ſententiæ princeps in ſenatu. Epiſt. 146 b, Præbere ſe autorem, principem & ducem ſenatui. I.V. 159 a, Dux & magiſter ad faciendum aliquid. de Aruſp. 257 a, Sed tamen eorum omnium hic dux eſt atque princeps. de Di. 105, Ad hoſtiam deligendam poteſt dux eſſe vis quædam ſentiens. de D. 125 b, Vt ad rem gerendam non ſuperſtitionem habeas, ſed rationem Ducem. Tuſcul. 154 a, Mors claris viris & fœminis dux eſt in cœlum. Attic. 106 a, Dux tanta autoritate. * de Orat. 85 b, Quis dubitet quin belli duces ex hoc vna ciuitate præſtantiſſimos penè innumerabiles proferre poſſimus? pro Pomp. 10 b, Quàm celeriter Cn. Pompeio duce tanti belli impetus nauigauit? pro Flac. 151 b, Vtrum hoc Græci ſtatuent? an veſtri prætores? veſtri duces? veſtri imperatores? pro Dom. 231 a, Cui populo duces Lentidios, Lollios, Sergios præfeceras. de Sen. 83 a, Ille dux Græciæ nunquam optat, vt Aiacis ſimiles decem habeat: at vt Neſtoris quandoque. Quod ſi accidat, non dubitat quin. Attic. 115 a, Ad manendum hyems lictores, improuidi & negligentes duces: ad fugam hortantur amicitia Cneij, &c.

† Syntaxis *Cauſa, dux & ſignifer. Magiſtra ac duce natura. Dux regnedæ ciuitatis. Prebere ſe autorem, ducem, principem Senatui. In hac re, ad hanc rem ducem habeas rationem. In cœlum dux eſt piis mors.*

DYNAEI, *populi*. Att. 50 b.

DYNASTES, ſtæ. *princeps, & quiuis magiſtratus*. Attic. 28 a, Si erit nebulo iſte cum iis Dynaſtis in gratia. I.A. 237 a, Cæteri reges, tetrarchæ, dynaſtæ.

DYPILVS, li. *locus*. de Fin. 114 a.

DYRRACHINI. *populi*. pro Sect. 34.

DYRRACHIVM, chij. *oppidum*. Att. 129 b.

ΔΥΣΧΡΗΣΤΗΜΑΤΑ. I. COMMODA.

DYSENTERIA, riæ. *tormina*. Epiſt. 107 b, Sanè δυσεντερίαν pertimueram. & ibid. Δυσεντερικὰ πάθη, morbus edacitatis.

DYSVRIA, riæ. *vrinæ difficultas, στραγγουρία. Quomodo autem dyſuria & ſtranguria diſtinguantur, à Galeno, & Celſo diſcendum eſt*. Epiſt. 107 b, Δυσουρικὰ πάθη, morbus turpioris intemperantiæ. Att. 164 b, Δυσουρία tua mihi valde moleſta.

## E

E *Altera ex vocalibus*. de Orat. 147 a, Vt iota literam tollas, & è pleniſſimum dicas.

¶ *Præpoſitio eadem virtute qua Ex, De: & hic varia poteſtas, nimirum.*

¶ *Ratione materiæ*. Acad. 26 b, E' ſaxo ſculptus. pro Plan. 279 b, Lapidem è ſepulcro venerari pro deo. Orato. 214 b, E' poëticis numeris. Orator. 215 b, E breuibus. * de Nat. deorum, Fictor è cera.

¶ *Originis*. Orat. 210 a, Eunuchi è Syria Aegyptoque. de Orat. 86 a, Cæterarum artium ſtudia ferè reconditis è fontibus hauriuntur. de Cl. 289 b, Quicquid habuit, id totum habuit è diſciplina. de Nat. 75 b, Poſſe acerbos è Zenonis ſchola exire.

¶ *Numeri*. de Cl. 179 b, Q. Vectius Vectianus è Marſis.

¶ *Pro à*. Att. 116 a, E Philotimo literas accepi.

¶ *Commodi, vſus, & vtilitatis ratione*. Orat. 212 a, Ex vſu dicunt, & è rep. quòd in altero vocalis excipiebat, in altero eſſet aſperitas, niſi literam ſuſtuliſſes. I. A. 189 a, E' rep. *id eſt, ex vtilitate reip.* Item: Senatuſconſultum è rep. factum. I.A. 224 a, Senatus cenſet, atque è rep. exiſtimat, ædiles, &c. Att. 273 b, Facis ex tua dignitate & è repub. in Ant. 229 b, Brutum bene & è republ. & ſua maiorumque ſuorum dignitate conſuetudineque feciſſe. Epiſt. 207 a, Ea prædia, ſi dicam non eſſe è repub. diuidi, docere te videar, non rogare.

E' regione *an conſpectu, & quaſi rectis lineis oppoſitus*. Topic. 224 b, Occurrunt tanquam è regione quadam contraria. de Nat. 46 b, Luna Cùm eſt è regione ſolis, deficit. de Di. 112 a, Luna è regione ſolis facta incurrit in vmbram terræ. Qu. fr. 318 a, Diphillus columnas neque rectas, neque è regione collocârat. Acad. 31 a, Nónne etiam dicitis eſſe è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduerſis veſtigijs ſtent contra noſtra veſtigia, quos antipodas vocatis? de Fat. 144 a, E' regione ferri deorſum ad lineam. de Fin. 53 b, ſi omnia deorſum è regione ferrentur, & vt dixi, ad lineam. de Vn. 199 a, Vt & ipſe ſecum & inter ſe ex commiſſura, quæ è regione eſſet, iungeretur.

† Syntaxis. *E' Cæſ literas accepi. Ex tua dignitate facis, & è repub. Id fieri non eſt è Repub Id exiſtimo è re tua eſſe.*

EA, re. *propterea, ob eam rem*. Attic. 123 a, O' rem turpem & ea re miſeram: ſic enim, &c. Ep. 127 a, Is metuit, & ea re fugit.

I. A. 191 a, Deinde ea re non venit in mentem: quia nihil attinuit. Off. 62 b, Id ea re quia turpe eſt, non eſt faciendum. Ep. 221 b, Ea re vtrunque ſcripſi, vt, &c. de In. 74 b, Et ea re traduci non potuerunt.

† Syntaxis *Id ea re, quia turpe eſt, non faciendum. Ea re dico, vt.*

EATENVS. *hactenus, vſque dum, vſque ad eum finem, vſque eò, quoad, vſque eò ne.* Qu. frat. 291 b, Ferre aliquem eatenus, quoad per ſe negligat, &c. de Opt. 245 a, Verba perſequens eatenus, vt ea non abhorreant à more noſtro. de Leg. 158 b, Sed hoc ciuile eatenus exercuerunt, quoad populo præſtare voluerũnt. de Vn. 202 a, Dij eatenus nobis declarantur quo ipſi volunt.

† Syntaxis. *Eatenus feram, quoad. Eatenus vt. Eatenus id ſpero facies, quo poſſis.*

EBLANDIOR, ris. *blanditiis quaſi extorqueo.* Attic. 263 b, Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, vt Plancus, &c.

EBLANDITVS, a, um. *perpetiendi ratione.* pro Pl. 261 a, Comitijs ædilitijs ſtudium eſſe populi, non iudicium: eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia.

EBRIETAS, tatis. Tuſc. 214 b, Inter ebrietatem & ebrioſitatẽ intereſt: aliudque eſt eſſe amatorem, aliud amantem.

EBRIOSITAS, tis. *affectio vel habitus, cum quis & citò & facilè ebrius fit.* Tuſc. 214 b, L. EBRIETAS, *proximè ſuprà.*

EBRIOSVS, a, um. *facilis ad ebrietatem.* de Fat. 142 a, Stilponem ferunt & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe. Aca. 14 a, Vtimur exemplis furioſorum, ebrioſorum, &c.

EBRIVS, a, um. *temulentus, vinolentus, vino languidus, vino obrutus, vino confectus.)(.Sobrius, ſiccus.* pro Mil. 113 b, Seruos Milonis apud ſe ebrios factos dixit. I.A. 180 a, Perſonabant omnia vocibus ebriorum. de D. 133 b, Quid dicam inſanis? quid ebrijs? quàm multa falſa videntur?

EBVLLIO, lis, *propriè efferueſco: metapho. quaſi iacto, vel oſtento.* Tuſc. 199 b, Qui ſi virtutes ebullire volent & ſapientias, nihil aliud dicent, niſi, &c. de Finib. 143 b, Dixerit hoc Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem: quod quidem ſolet ebullire nonnunquam.

EBVR, oris *dens elephantis.* de Legib. 179 a, Ebur ex inani corpore extractum, haud ſatis caſtum donum Deo. Parad. 118 a, Marmorea tecta ebore, & auro fulgentia. de Cl. 188 b, Mineruæ ſignum ex ebore pulcerrimum Phidiæ. * I.V. 201 b, Qui omnia ſigna, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coëmeret.

EBVRNEVS, a, um: *&* EBVRNEOLVS. *ex ebore.* I. V. 200 a, Signum æneum, marmoreum, eburneum. de Orat. 164 a, Eburneola fiſtula. * *Gellius tamen lib.* 1. *cap.* 11. *Eburnea legit.*

EC. *num vel an, in compoſitione.* I. V. 122, 139. Ecquis? ecqui, ecquæ. I.V. 293 b, Attic. 23 b, Sed heus tu, ecquid vides Cal. venire? de Ar. 251 b, Ecquid ſcis, &c. Ep. 102 b, Ecquid in Italiam venturi ſitis, faceſciam. Att. 128 b, & Epiſt. 124 a, Deinde fingas, quem me eſſe deceat, & vbi me plurimum prodeſſe reip. ſentias, ecquę pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. de Finib. 121 b, Dubium eſt, ecquæ nam fieri poſſit acceſſio de Inu. 67 a, Ecquæ lex, ecquo artificium, &c. ecquo. ab alio fieri potuerit. Acad. 39 a, & 21 a, & Tuſcul. 151 a, Percunctantibus nobis ecſiquid Roma fortè noui. Par. 234 a, Quid illa, ecquónam modo, ecquónam loco artis indigent? & 235 a, Vt cúm quæritur, ecquíſnam, &c pro Mur. 140 b, Eccui autem non proditur reuertenti? I. A. 166 a, Eccui poteſtas in forum introeundi fuit? I. V. 117 a, Ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putaſti? ecquando de his rebus tales viros adiutores exiſtimaſti? Att. lib. 13, Brutus ecquid agit? ecquando? I.A. 151 b, Ecquò te tua virtus prouexiſſet? ecquò genus, &c.

† Syntaxis. *Ecquid venturus eſt? Ecquæ perſona hic adſit neſcio. Ecquo ab alio ſperas? Ecſiquid iſtic eſt noui, ſcribe. Ecquónam modo? Eccui dicis? Eccquando venies? Ecquo vadis?*

ECBATANA, orum. pro Pomp. 5 b, * Vſque in Hiſpaniam legatos Ecbatanis miſit ad eos duces. *Quæ tamen lectio nonnullis hominibus doctis minus probatur. Neque enim Mithridates Mediæ, ſed Ponto Cappadociæque imperauit.*

ECCE. adverb. *rem improuiſam ſubitamque demonſtrans.* Att. 15 b, Ecce aliæ deliciæ equitum vix ferendæ. Att 208 b, Ecce tuæ litteræ de Varrone. pro Cl. 20 b, Ecce autem ſubitum diuortium de Pro. 78 a, Ecce illa tempeſtas, &c. I.V. 334 b, Ecce autem noua turba atque rixa. Att. 89 a, Ecce autem alia puſilla Epiſtola. Att. 121 a, Sed ecce nuncij ſcribente me hæc ipſa noctu in Caleno. & ibid. Ecce literæ Cæſaris ad Corfinium. & 123 a, Ecce ſubitò literæ Domitij ad illum. & 116 b, Ecce poſtridie Caſſij literæ. de Ar. 254 b, Ecce ijſdem autoribus reſtituti ſumus. Att. 240 a, Ecce autem de tranſuerſo L. Cæſar vt veniam ad ſe rogat. Offic. 69 b, Ecce tibi qui rex pop. Roman. eſſe concupierit. Attic. 30 b, Ecce ex altera parte Seboſus, &c. I.V. 69 b, Ecce autem repentè, &c. pro Cec. 290 b, Cùm ſubitò ecce idem, &c. pro Cl. 33 a, Ecce tibi eiuſmodi ſortitio, vt inprimis Bulbo eſſet iudicandum. ad Heren. 27 a, Ecce tibi iſte, &c. de Orat. 117 a, Ecce tibi exortus eſt Iſocrates. de Finib. 85 a, Ecce miſerum hominum, ſi dolor ſummum malum eſt, dici aliter non poſteſt.

† Syntaxis. *Cum ſubitò ecce. Ecce tibi iſte. Ecce miſerum hominem.*

ECDICVS, ci. *Ecdici dicuntur municipiorum tribuni, vel quæſtores, qui eos perſequuntur, qui reip. pecuniam debent.* Ep. 224 b, Dixerat mihi Euthydemus ſe curaturum, vt Ecdici Milaſij Romam mitterentur, ter vſurpatum eſt. * ibid. Legatos audio miſſos eſſe, ſed malo ecdicos, vt aliquid confici poſſit. Quare peto à te, vt eos & Alabadenſes iubeas ecdicos Romam mittere.

ECHINEIS *inſula in Aegeo.* in Arat.

ECLIPSIS, pſis. *defectio, obſcuratio.* ad Heren. 23 a, Eclipſes Solis mirantur, quia raró accidunt: & ſolis eclipſes magis mirantur quàm Lunæ: quoniam hæ crebriores ſunt.

ECLOGARII, orum, Att. 252 a, Sed notentur Eclogarij. *id eſt, nomina eorum qui in libris de gloria loquentes inducuntur, notentur minio, aut ſimili colore, vt internoſcantur.* * *Sic ferè Manutius. Boſius ita interpretatur: Eclogarios vocat, qui ex libro, qui recitatbaur, κατὰ τάχος excipiebant, quæ maximè obſeruatu digna videbantur. Eclogæ ſunt quæ inter legendum aliquis in ſuum vſum deligit & decerpit, vt ſint præcipua librorum capita. Huiuſmodi ſunt quæ hodie extant Cteſiæ & Polybij eclogæ. Cicero obſeruari vult eclogarios, ne ex libro de gloria eclogas decerpant.*

ECONTRARIO. de Fin. 133 a, Econtrariò moderati habitus, &c.

ECVLEVS, lei. *genus tormenti, vt rota.* I.A. 232 a, Ponite ante oculos vincula, verbera, eculeum, carnificem, tortoremque Samarium. pro Mil. 112 b, Facti enim in eculeo quæſtio eſt, iuris in iudicio. * pro Deiot. 144 b, Quem dominum in eculeo appellare non poſſet ſeruus, cum accuſet ſolutus. de Fin. 99 a, Non poſſe ſapientem beatum eſſe, cùm eculeo torqueatur. de Fin. 113 a, Si ille ſapiens ad tortoris eculeum à tyranno ire cogatur. Tuſcul. 230 b, Hæc etiam in equuleum conijciuntur, quò vita non aſpirat beata. ibid. Chorus virtutum in equuleum impoſitus. Tuſcul 231 a, Beatam vitam conantem ire in equuleum retinet ipſa prudentia. Vide EQVVLEVS.

EDACITAS, tis, *vitium ventris & gutturis.* Qu. fr. 328 b, Sine matre edacitatem pueri pertimeſco. Ep. 107 b, Epicurei ἀλυσιτελικὰ πάθη morbum edacitatis putant.

EDAX, cis, *vorax.* Ep. 138 b, Cum homine edaci tibi res eſt. pro Flac. 154, Edacem hoſpitem amiſiſti.

EDENDVS, a, Epiſt. 16 b, Quos libros iampridem ad te miſiſſem, ſi eſſe edendos putaſſem.

EDERA, ræ, Qu. fr. 319 a, Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit edera. *bis.*

EDICENDVM. de Fin. 80 a, eſt enim tibi edicendum, quæ obſeruaturus ſis in iure dicendo. Attic. 17 b, Ne abſens cenſeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus.

EDICO, cis. *indico, proſcribo, expono. Edicere non ſolùm prætoris eſt, ſed etiam conſulis.* I.P. 83 a, I.V. 122 a, Si quis eum pulſaſſet, edixit ſeſe iudicium iniurarium non daturum. Off. 68 a, Edictum quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit. pro Qu. 15 b, Quid eſt cauſæ quin ſi longè aliter poſſedit quàm prætor edixit, iſte ex edicto non poſſederit? I. P. 83 a, Conſul edicit, vt ſenatus ſenatuſconſulto ne obtemperet. de Nat. 77 a, Edixit vt quiſque, &c. Qu. fr. 295 a, Prætorem edicere, ne fiat aliquid. de Leg. 174 a, Suade igitur iſtam ipſam legem, vt ego poſſim edicere, &c. de In. 70 b, Quæ prætores edicere conſueuerunt. de Amic. 107 a, Alius igitur finis amicitiæ conſtituendus eſt, ſi prius quid Scipio reprehendere ſolitus ſit, edixero. Att. 174 a, Antonius edixit, ita vt me & Læliũ exciperet.

EDICOR, ris. de Or. 209 b, Nullus locus ferè ab eo ſine confirmatione ſententiæ edicitur. *aliter, inducitur.* I. A. 206 a, Iuſtitiam edici, ſaga ſumi dixi placere.

EDICTVS, a, um. Qu. fr. 307 a, Comitia edicta ſunt ad XI. calend. Febr. I. V. 104 b, Iſte locare incipit non proſcripta, neque edicta die.

EDICTVM, cti. *interdictum.* I. V. 95 b, Hi qui decretis edictiſque tuis in te concitati ſunt. I.V. 98 b, Qui plurimum tribuunt edicto prætoris, edictum legem annuam dicunt eſſe. I.V. 32 b, Qui Romæ totum edictum & omnia decreta vendidit. Offic. 69 a, Edictum quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit. I. A. 223 a, Senatum cenſere, ædiles curules edictum quod de funeribus habeant, ſeruij Sulpitij funeri remittere. pro Qu. 11 a, Quod prætor nõ fieri, ſed ex edicto ſuo fieri iubet. Ep. 224 a, Pecuniam neque ex edicto, neque ex decreto depoſi-

depoſitam habui. pro Qu. 13 a, Si ex edicto poſſediſti, quæro, cur bona non venierint. & 15 b, Qui ex edicto meo in poſſeſſionem venerit. pro Flac. 160 a, Flaccus ſanxit edicto, ne frumentum ex Aſia exportari liceret. * I. V. 152 b, Nouis inſtitutis & edictis tota Hieronica lege reiecta & repudiata. Primum edictum audite iudices præclarum. ibid. Quid eſt hoc? vtrum prætoris inſtitutum in ſocios, an in hoſtes victos inſani edictum atque imperium tyranni? ibid. Contra edictum feciſſe damnabere. ibid. Si hæc edicta non ex ipſius tabulis totidem verbis recitare poſſem, ſicuti faciam. Da quæſo ſcribæ: recitet ex codice. Recita edictum de profeſſione. Negat me recitare totum. I. V. 153 a, Recita edictum de iudicio in octuplum. ibid. Expecto vim edicti. & b. Quid tandem poſtulat arator? Nihil niſi ex edicto iudicium in octuplum. ibid. O ſeuerum edictum. ibid. In quem iudicium ex edicto tuo poſtulatum ſit. I. V. 154 a, Habuiſſe te edictum. & b. Cum verò verbo iudicium ſit in edicto. ibid. Cum in tantis incommodis aratorum iniurijsque decumanorum nullum ex iſto præclaro edicto non modò factum, ſed ne poſtulatum quidem iudicium inueniatur. ibid. Idem habuit in edicto. ibid. Illa verò præclara eſt clauſula edicti. I. V. 155 a, Exoritur peculiare edictum repentinum. ibid. Cum illud edictum repentè vberrimum & quæſtuoſiſſimum naſcitur. ibid. Hoc edicto non Siculi (nam eos quidem ſuperioribus edictis ſatis perdiderat atque afflixerat) ſed iſti ipſi equites Romani vincti Apronio traditi ſunt. Attendite enim cuiuſmodi edicta ſint. I. V. 155 b, Quod ex edicto profeſſus non eſſet *numerum iugerum*. ibid. Iniquitas nouorum edictorum. & 156 a, Si præco decumas pronunciauit: reuera, hoc eſt, lege, edicto, conditione, plus etiam quàm dimidiæ vænierunt? I. V. 236 b, Omnium inſtituta atque edicta prætorum fuerunt eiuſmodi, vt nequis cum telo ſeruus eſſet. pro Pomp. 15 a, Neque me impediet inimicum edictum. Off. 68 a, Conſcripſerunt communiter edictum cum pœpœna atque iudicio. ibid. Idq; quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit.

† Syntaxis. *Edicta & decreta ex edicto facere. Sancire edicto. Edictum & interceſſio Tribunorum.*

Ediscendvs, a, um. de Orat. 97 b, Exercenda eſt etiam memoria, ediſcendis ad verbum quàm plurimis & noſtris ſcriptis & alienis. pro Mur. 129 a, Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit. Acad. 34 a, Eſt enim non magnus, ſed aureolus, & ad verbum ediſcendus libellus.

Edisco, ſcis. *memoriæ mando*. de Fin. 68 b, Quis veſtrûm non edidicit Epicuri κυρίας δόξας? Epiſt. 92 a, Lepta ſuauiſſimus ediſcat Heſiodum, & habeat in ore, &c. de Or. 106 b, & 105 a, Qui iſtam artem facillimam non ediſcunt.

Ediscor, ris. Tuſc. 180 b, Vt non legantur modò *poëtæ*, ſed ediſcantur.

Edissa *vrbs, & portus*. I. V. 235 b.

Edissero, ris *expono*. de Leg. 181 a, Neque neceſſe eſt ediſſeri à nobis, quæ finis funeſtæ familiæ.

Editio, onis. pro Plan. 267 a, * Cur iſta editio tribuum non ſummam habeat acerbitatem.

Edititivs, tij. *qui ab vna tantùm parte iudex electus eſt.* pro Pla. 267 b, Nec quicquam aliud in hac lege niſi edititios iudices es ſecutus. pro Mur. 135, * Idem edititios iudices eſſe voluiſti.

Editvrvs, a, um. pro Syl. 175 b, Tibi meo familiari & contubernali prius edituri fuerint iudicium ſcribæ mei, ſi voluiſſes, quàm in codicem retuliſſent.

Editvs, a, um. *altus*. I. V. 225 a, Locus præcelſus atque editus.

¶ *Genitus*. Off. 21 a, Hercules Iouis ſatu editus. Tuſc. 190 a, Simulatq; editi in lucem & ſuſcepti ſumus.

¶ *Patefactus*. Attic. 264 a, Hæc ex oraculo Apollinis edita tibi puta. de Orat. 100 b, Deinde poſteaquam eſt editum *ius*, expoſitis à Cn. Flauio primùm actionibus, nulli fuerunt.

¶ *Creatus*. pro Pl. 267 b, Clariſſimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt.

¶ *Factus*. I. C. 113 a, Pòſt autem aliquanto Vulturnij iam iudicio expoſito atque edito ſurrexit. de Ar. 257 a, Infinita ſunt ſcelera, quæ ab illo in patriam ſunt edita.

Edo, is. *facio, profero*. de Fin. 69 b, & de Diu. 119 a, Edere clamores. de Leg. 163 b, Edere magnam ruinam Qu. fr. 312 a, Memini nos miros riſus edere. pro Seſt. 16 a, Edere ſcelus in aliquem. I. A. 250 b, Edere facinus. de Nat. 52 a, Crocodilos cùm in terra partum ediderint, obruere oua. de Nat. 58 a, Oues nullum fructum edere ex ſe ſine curatione hominum poſſunt. de Or. 110 b, Ager, qui meliores fœtus poſſit & grandiores edere. * pro C. Cornel. 2. Ego vobis edam duos teſtes. pro Quint. 14 a, Socium tibi in huius bonis edidiſti Quintium. & 16 b, Qui ſibi nuper eum edidit ſocium. de Diuin. 121 b,

*Qui luci ediderat genitor Saturnius, idem*
*Abdidit.* ſcil. *draconem*.

Q. frat. 300 a, Simile in ſuperiore parte prouinciæ edere exemplum ſeueritatis.

¶ *Diuulgo*. Att. 210 b, Dic mihi placétne tibi primùm librum edere iniuſſu meo? de Orat. 138 a, Nam nonnulli cum illud principium meditati ediderunt, ſic ad reliqua tranſeunt, vt, &c. de Leg. 157 a, Scriptores qui nondum ediderunt, de quibus exiſtimari non poteſt. & 193 b, Qui magiſtratu abierint, apud Cenſores edant, exponant, quid in magiſtratu geſſerint. pro Qu. 11 b, Iudicium quin acciperet, in ea ipſa verba quæ Næuius edebat, non recuſaſſe. & 12 a, Se iudicio id quod edat accipere. de Cla. 116 b, Vt illos de rep. libros edidiſti. de Or. 95 a, Qui nihil poſſunt dignum hominum auribus efficere atque edere. Att. 32 a, Is me rogat, vt annales ſuos emendem & edam. Aca. 4 a, Nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet. pro Dom. 216 a, Is meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat. Offic. 49 b, Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia niſi auaritia eſſe perituram.

¶ *Conficio*. Att. 102 b, edere rationes alicui.

¶ *Promiſcua, coniunctim tamen*. I. A. 243 a, Cuius in complexu libenter expreſſum vitæ ſpiritum ediderim. pro Seſt. 21 a, Edere animam. * Q. fr. 308 b, Idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vaccinam & C. Cornelium.

Edor, ris. pro Pl. 266 b, Non intelligo, quamobrem Senatus hoc vno in genere tribus edi voluerit *ab accuſatore*. Att. 255 a, Eas epiſtolas perſpiciam, corrigam, tum denique edentur. de Diu. 114 a, Illud naturale genus diuinandi concitatione mentis edi, & quaſi fundi videbatur. de Leg. 173 b, Leges autem edentur à me non perfectæ, &c. Tuſcul. 173 b, Qui naſcitur, in lucem edi dicitur. pro Syl. 175 a, Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs, diuidi paſſim & peruulgari, atque edi populo imperaui.

† Syntaxis. *In Lucem editus, ac ſuſceptus. Edere ſcelus. Ager meliores & grandiores fœtus edens. Spiritum, animam, rationes edere.*

Edo, es, eſum. *comedo, cibum capio*. Att. 222 a, Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς & iucundè, opiparè ſanè & apparatè. de Orat. 130 a, Catulus fœnum alios aiebat eſſe oportere. de N. 27 b, Mergi pullos in aqua iuſſit vt biberent, quoniam eſſe nollent. Tuſc. 247 a, Nunquam ſitiens biberat, nec eſuriens ederat. de Fin. 69 a, Primùm ita non religioſi vt edant de patella. de Am. 109 a, Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiæ munus expletum ſit.

Edoceo, ces. *doceo*. Poſtquam. 210 b, Qui meam cauſam prudentibus commendârit, imperitos edocuerit. Sal. in Cic. 271 a, Quem Minerua omnes artes edocuit. Tuſcul. 208 a, Edocuit tamen ratio, &c. ad Her. 13 a, Id magis veriſimile aiunt, quod vſus re ab ſe experiendo edocet.

Edolo, as. *dolo*. Att. 220 a, Omiſi ea quæ in manibus habebam, quod iuſſeras edolaui.

Edomo, as. *domo*. de Fat. 142 a, Vitioſam naturam ab eo ſic edomitam & compreſſam eſſe doctrina, vt, &c.

ΗΔΟΝΗ, L. Volvptas & Volvptarivs.

Edormio, mis. *ope ſomni conficio, expergeſio*. I. A. 166 a, Edormi crapulam & exhala. Acad. 14 a, Cumque edormierunt, illa viſa quàm leuia fuerint, intelligunt.

Edvcando. de Finib. 87 b, Quid ſi etiam beſtiæ multa faciunt duce ſua natura, vt in gignendo, in educando.

Edvcatio, onis. *inſtitutio, diſciplina*. de Orat. 154 a, Inſtitutus liberaliter, educatione doctrinaque puerili. de Legib. 160 a, Id difficile factu eſt, niſi educatione quadam & diſciplina. pro Seſt. 28 b, Partus & educatio ferarum. * de Fin. 103 a, Atque etiam in beſtijs vis naturæ inſpici popoteſt: quarum in fœtu & educatione laborem cùm cernimus.

† Syntaxis. *Educatio & doctrina. Educatio & diſciplina. Fœtus & educatio beſtiarum. (hic fœtus partum, & actum paturiendi, non quod naſcitur, ſignificat.)*

Edvcator, oris. *altor*. de Nat. 43 a, Omnium rerum ſator, educator & altor mundi eſt. & pro Flanc. 276 b, * Cui nō educatores ſui cū grata recordatione in mēte verſentur.

Edvcatrix, cis. *nutrix*. de Leg. 168 b, Earum rerum parens eſt educatrixq; ſapientia.

Edvcatvs, a, um. *altus, nutritus, inſtitutus*. I. V. 245 b, Habemus hominem in fœcialium manibus educatum. de Orat. 96 a, Homo ingenuus liberaliterque educatus. Or. 201 a, Educata huius nutrimentis eloquentia eſt. de Inu. 50 b, Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. de Clarat. 183 b, Filius non tam in gremio quam

in ſermone matris educaus.I.V. 160 b, Qui à parentibus ſuſcepti educatique ſunt.

*EDVCENDVS,a, um. de Orat. 97 b, Educenda deinde dictio eſt ex hac domeſtica exercitatione & vmbratili medium in agmen,in puluerem, in clamorem, in caſtra atq; aciem forenſem.

EDVCO,as.educaui.*alo,nutrio,inſtituo.* de Or. 141 b, Sed vt ea quæ orta ſunt, educet atque confirmet *ars.*

EDVCO, cis.*extraho,duco,libero.*de Inuent.63 b,& I.C.112 a, Educere gladium è vagina.Diuin.lib. 1,Educere in aciem copias.de Diuin. 95 b, Educere exercitum in expeditionem I.C. 99 b, Educ tecum omnes tuos. Q. frat. 324 a,Si nobiſcum eum rus aliquò eduximus. de Orat. 154 a, Quantis ex anguſtijs oratorem educere auſus es. contra Rull.70 a, Sortiri tribus,& educere quas velis.I. V. 171 b, Cùm in ius ipſum eduxi, expreſſi, vt conficere tabulas ſe negaret.* pro P. Oppio.Quos educere inuitos in prouinciam non potuit. de Orat. 119 b, Neque enim boni eſt, neq; liberalis parentis, quem procreârit,& eduxerit eum non & veſtire & ornare.

EDVCOR,ris. Tuſc.lib. 1. Educi è cuſtodia.de Orat.100 a, P. Rutilius Macinum de ſenatu iuſſit educi.

EDVCTVS,a,um.Attic.7 a, Eum per manum ſeruulæ ſeruatum & eductum.de Di. 101 a,Si lacus ita eſſet eductus, vt ad mare peruenire non poſſet.

EFFANDVM Att. 229 b, Opinor augures nihil habere ad templum effandum.

EFFARIS,vel re,tur.*eloquor, enuncio.* in Sal.275 b,Mihi rario habenda eſt, vt ea dicam, quæ honeſtè effari poſſim. pro D. 242 a, Nec vllum verbum ſolenne potuit effari. Acad.24 b, Quod ita effabimur, aut viuet cras,&c.de Diu. 89 a, Hæc pater effatus, &c. de Orat. 157 a, Effari & nuncupari Latinè dici poſſe. Tuſcul. 183 b, Non potoſt effari tantum dictis, quantum factis ſuppetit laboris.

EFFATVM, ti *pronunciatum.* Ac. 23 b, Nempe fundamentum dialecticæ eſt, quicquid enunciatur (id autem appellatur ἀξίωμα quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe aut falſum.

EFFATVS, a,um.*paſſiuè.*de Leg. 173 b, Vrbem & agros & templa liberata & effata habento.

¶ *Oraculum, vaticinium.* de Legib. 173 b, Alterum genus ſacerdotum,quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita.

EFFECTIO, onis. *effectus, efficientia, non actio.* de Fin. 99 b, Quemadmodum opportunitas non fit maior productione temporis ſic recta effectio (κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα) igitur effectio creſcendi acceſſionem nullam habet.* Acad. 40 a, Noſtra tu phyſica noſti, quæ continentur ex effectione & ex materia ea, quam fingit & format effectio. de Fin 95 a, Non foris petatur extremum: id eſt, artis effectio.

EFFECTOR, oris:*præfector, architectus, molitor, creator, autor.* Tuſc. 163 a, Quin his præſit aliquis conditor vel Effector tanti operis ac muneris. de Di. 120 a, Magna ſtultitia eſt earum rerum deos facere effectores. de Vn 202 a, Horum operum ego parens effectorque ſum.de Orat. 97 a, Stylus optimus dicendi effector & magiſter. * de Vni. 197 b, Hanc habuit rationem effector mundi molitorque Deus, vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atq; perfectis abſolueret.de Vni.203 a, Imitantes genitorem & effectorem ſui.

† Syntaxis. *Deus mundi effector & molitor. Alicuius rei effector Huius operis parens & effector,id eſt, princeps, autor, effector ac magiſter.*

EFFECTRIX,cis.de Fin.76 a, Pecunia eſt effectrix multarum & magnarum voluptatum. * de Fin. 62 b, Amicitiæ non modò fautrices fideliſſimæ, ſed etiam effectrices ſunt voluptatum. de Vni. 201 a, Terram altricem noſtram, quæ tranſfixo axe ſuſtinetur, diei noctiſque effectricem eandemq; cuſtodem, antiquiſſimam Deorum voluit eſſe eorum,qui intra cœlum gignerentur.

EFFECTVRVS, a, um. de N. 12 a, Vt innumerabiles mundos natura effectura ſit,efficiat, effecerit.

EFFECTVS,a, um. ut, *locus ab effectis rebus.* Topi. 222 b, Offic.32 b, Quare hoc quidem effectum ſit in officijs deligendis, hoc genus officiorum excellere, quod, &c. Top.226 b, Quod effectum eſt, quæ fuerit cauſa,demonſtrat.Or. 206 b, Nam in me quidem iampridem effectum quod futurum fuit.de Diu. 129 a, In latere & cæmento, ex quibus urbs effecta eſt. * 3 de Nat. Deor. Materiam rerum, vnde orta ſunt omnia, eſſe diuina prouidentia effectam. de Vni. 197 b, Itaque & ob eam cauſam, & ab ijs rebus numero quatuor, mundi eſt corpus effectum.

EFFECTVS, ctus. *quod effectum eſt, euentus quandoque.* de Fin. 97 a, Nam vt peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, quæ ſunt in effectu: ſic timere, ſic in libidine eſſe, peccatum eſt, etiam ſine effectu. de D. 318 a, Radicum,quarum cauſam ignoramus, vim & effectum videmus.Tuſc.175 b,Effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio. * de N.c. 32 b, Vt pictura & fabrica, cæteræque artes habent quendam abſoluti operis effectum. Ep. 148 a, *Planci.* Vt ad effectum horum conſiliorum peruenirem.

† Syntaxis. *Violare, vitium eſt in effectu: timere, ſine effectu. Cauſarum vim & effectum videre.*

EFFERATVS, a,um. *immanis.* de Natur. 14 a, Multas eſſe gentes ſic immanitate efferatas,vt,&c.Tuſcul.216 a,Sunt enim multa efferata & immania. * Incer. In hominis figura animo eſſe efferato.

EFFERENS, tis. Par. 118 a, Aliquis ſe gloria & prædicatione efferens.

EFFEROR, aris. de N. 46 b, Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari.

EFFERO, fers, extuli,elatum. *edo.* de Cl. 166 a, Ager qui multos annos quieuit, vberiores efferre fruges.I.V.172 a, Cùm ager id quod perrarò euenit, cũ decimò extuliſſet. & 193 a,Id perdere aratorem, quod agri ſegeteſque extuliſſent.de Nat.43 a,Quæ ſeſe,perfectiores habere naturas, quàm ea quæ ex his efferuntur.

¶ *Promo, pronuncio.* de Orat. 94 a, Peto à vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis. Or.211 b, Efferre ſententiam grauem inconditis verbis. *Lim.

*Tu quoque qui ſolus lecto ſermone Terenti*
*Conuerſum expreſſumque Latina voce Menandrum*
*In medio populi ſedatis vocibus effers.*

¶ *Profero, educo.* Att. 97 a, & 161, Bibulus pedem porta non plus extulit quàm domo ſua. pro S.R. 18 b,Vt quam exiſtimationem & honeſtatem in iudicium tuum attulit, eam liceat ei ſecum ex hoc loco efferre. I.C. 112 a, Qui ex ædibus eius,ſi quid telorum eſſe efferret. E quibus ille maximum ſicarum numerum & gladiorum extulit. Epiſt. 104 a, Iam iſta tua culpa eſt, qui verecundiam tecum extuleris,& non hic nobiſcum reliqueris. I.C.124 b, Quòd verò non cruentum mucronem, vt voluit,extulit, quanto tandem,&c.de.N.76 a, Cur maximus filium extulit conſularem? *id eſt, ad funus tulit.* * I.A. 222 a, Secum ille mortem extulit.

¶ *Ex tollo, celebro.* Attic. 138 a, Cn. Lucullus matrem efferebat.pro Muræn.17 a,Contempſiſti L. Murænæ genus, extuliſti tuum. de Orat. 147 b, Efferre aliquem verbis. Epiſt.133 a, Efferre aliquem ſummis laudibus in cœlum. de Fin. 153 a,Si vincunt,efferunt ſe lætitia: victi debilitantur, animoſque demittunt. Tuſcul. 217 a, Efferre ſe inſolenter. pro Dom. 241 b, Efferre animos. de Pro.76 a, Quæ res quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando,& ad renouandum bellum reuireſcent. de Orat. 140 b, Cùm pupillum filium ipſe penè in humeros ſuos extuliſſet. pro * 184 a, Patriam demerſam extuli. I. C. 103 a, Populus Romanus, qui te per omnes honorum gradus ad ſummum imperium extulit. pro Qu. R. 50 a, Quæ res extulit eum? vna commendatio huius. Antequam 149 b, Quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriam,virtus extulit ad laudem, eundem Tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Cor. 58 a, Hi quos fortuna extulit, aut, &c.de Aruſp. 247 b, Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum animi quidam dolor, quis non ignoſceret? pro Marc. 135 b, Cùm alij laudibus ad cœlum res tuas geſtas efferent. Tuſcul. 156 b, Si verò aut numerus quidam ſit animus,aut quinta illa natura: multò etiam integriora ac puriora ſunt, vt à terra longiſſimè ſe efferant. Parad. 118 a, An quiſquam in potiundis voluptatibus gloria ſeſe & prædicatione efferet? *al. extollit.*

¶ *Afficio.* Epiſt.23 a, Comitia iſta præclara, quæ me lætitia extulerunt.

EFFEROR,ris. *homonyma in actiuo ſunt.* Attic. 5 a, Efferri ſtudio in aliqua re. L. ELATVS. de Sen. 49 b, Efferor ſtudio te videndi. in Sal. 274 a, Cupiditatibus infinitis efferri. pro Deiot. 148 b, Efferri lætitia. contra Rul. 85 b, Sed certò non continebuntur, progredientur longiùs, efferentur. de Ar. 244 a, Dolore efferri & iracundia longiùs digredi quàm deceat. pro Cæl. 41 b, Læſi dolent, irati efferuntur,de Leg. 183 b, Efferri ante lucem: *id eſt, ad ſepulturam.* de Orat. 129 b, Cùm caſu in eadem cauſa cum funere efferretur anus Iunia. ad Her. 39 b, Verba quæ ſimiliter iiſdem caſibus efferuntur. Tuſc. 219 a, Et efferri ira. * pro Flac. 154 b, Atque hic Doryleſis nuper cum efferretur magna frequentia conſeſſuque veſtro. Acad.46 a, Natura efferri lætitia.

† Syn-

† Syntaxis. *Ager cùm decimò effert. Parum ager & ſeges extulit. Efferre ex ſe aliquid. In cœlum laudibus efferre, & ſimpliciter Efferre. Animos efferre. Se lætitia efferre & efferri. Animi dolor ad gloriam illum extulit. Efferor ſtudio in literis, in philoſophia. Cupiditatibus efferri. Ille cum funere effertur.*

EFFERVESCENS, tis. de Cl. 187 a, Pontidius efferueſcens in dicendo ſtomacho ſæpe iracundiaque vehementius. de Or. 116 a, Verba efferueſcentia. de Pro. 70 b, Totus Pontus armatus efferueſcens in Aſiam, atque erumpens.

EFFERVESCO, ſcis, efferbui. *ebullio, erumbo.* de Nat. 31 b, Aquæ, quæ efferueſcunt ſubditis ignibus. Epiſt. 127 a, Cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum efferueſcat hęc gratulatio. pro Cal. 53 b, Si nimium efferbuiſſe videtur huius vel in ſuſcipiendis, vel in gerendis inimicitijs vis, ferocitas, pertinacia. pro Planc. 262 a, Si campus atque illæ vndæ comitiorum, vt mare profundum & immenſum, ſic efferueſcunt quodam quaſi æſtu, vt, &c.

† Syntaxis *Efferueſcit prouincia armata, aqua, lætitia, comitiorum vndæ. Efferueſcens in aliquem & erumpens.*

EFFICACITAS, tis. *virtus, efficientia, efficiendi facilitas.* Tuſc. 215 b, Itemque viribus corporis & neruis & efficacitati ſimiles, ſimilibusque verbis animi vires nominantur. Qu. de Pet. 206 b, Qui tantum habet in libidine artis & efficacitatis, vt, &c.

EFFICAX, cis. *qui multum habet efficacitatis.* Epiſtol. 120 a, *Calij.* Noſti Marcellum quàm tardus & parum efficax ſit, itemque Seruius quàm cunctator.

EFFICIENDI. de Leg. 159 a, Cuius muneris colendi efficiendique cauſa nati ſumus.

EFFICIENS, tis. *conficiens, quod efficit.* de Diu. 106 b, Nihil eſt futurum, cuius non cauſas id ipſum efficientes natura contineat. de Fat. 146 a, Sed cauſas id efficientes non habebat. Off. 14 a, Cauſa autem & ratio efficiens magnos viros eſt in priore. Off. 75 b, & de Fin. 68 b, Cyrenaici virtutem cenſuerunt eſſe laudandam, quòd efficiens eſſet voluptatis. Acad. 43 b, De natura ita dicebant, vt eam diuiderent in res duas, vt altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe præbens, eaque ex qua efficeretur aliquid. In eo quod efficeret, vim eſſe cenſebant, in eo quod efficeretur, materiam quandam. *efficientem hic, pro forma vſurpauit.* Top. 225 b, Res effectæ ab efficientibus cauſis. Top. 225 b, Res efficientes, quæ cauſæ appellantur. Topic. 238 a, Efficiens cauſa. *aliter, Conficiens.* de Fin. lib. 3. 101 b, Bonorum alia ad illud vltimum pertinentia: ſic enim appello, quæ τελικὰ dicuntur: alia efficientia, quæ Græcè ποιητικὰ: alia vtrunque. Off. 54 b, Si virtus efficiens vtilitatis eſſet.

EFFICIENTER. de Fat. 147 a, Quod cuique efficienter antecedat.

EFFICIENTIA, tię. *vis efficiendi* de Fat. 144 a, Intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas, & inter cauſas continenentes in ſe efficientiam naturalem. de N. 45 a, Cùm aſpexiſſent ſolem, eiuſque tum magnitudinem pulcritudinemque, tum etiam efficientiam cognouiſſent, quòd is diem efficeret toto cœlo luce diffuſa.

EFFICIO, cis. *facio, re ipſa facio, efficiens ſum, effector ſum, perſequor, concludo, conflo, effero.* Att. 204 a, De pecunia verò, video à te omnem diligentiam adhiberi, vel potius iam adhibitam eſſe: efficis enim: à te hortos habeo. Top. 226 a, Cauſæ quæ ſine vlla appetitione animi, ſine voluntate ſuum quaſi opus efficiunt. Att. 98 b, Feci igitur atque effeci, vt neuter quenquam omnium pluris quàm me faceret. de Orat. 119 b, Hoc ille in noſtros mores induxit, ſolus auxit, ſolus effecit. de Or. 95 a, Qui nihil poſſunt dignum hominum auribus efficere atque edere. de Am. 107 a, Sed potius debet eniti & efficere, vt excitet, &c. Att. 263 b, Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice. Att 213 a, Heri effeci epiſtolam ad Cæſarem: tibi enim placebat. Ep. 115 a, Nec adhuc frequentem ſenatum efficere potuit. Att. 85 a, Ea *tributa* vix in fœnus Pompeij, quod ſatis ſit, efficiunt. de Fin. 53 a, Efficere & concludere rationem. Qu. fr. 297 b, Caueamus quantum efficere & conſequi poſſimus, ne, &c. Att. 10 a, Tu mandata effice, quæ recepiſti. I. A. 181 a, Statimq; illa mirabilia facinora effecit. Par. 116 a, Cato minutis interrogatiunculis quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. de Nat. 41 a, Hinc omnia effingis atque efficis. I. A. 250 b, Quæ L. Antonius in Parmenſium vxoribus effecerit. de Fin. 56 b, Doloris amotio, ſucceſſionem effecit voluptatis. Ep. 1 a, Ego quia non idem in tua cauſa efficio, vitam mihi acerbam puto. Ep. 58 a, Quod ſentias, aut re efficere, aut denique libera oratione defendere. de Fin. 131 a, Vſus progrediens familiaritatem efficit * de Clar. 190 a, Itaque tantos proceſſus efficiebat, vt Hortenſ. Solertia efficit, vt ibid. Vt eaſdem tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli. Off. 36 a, Quos negat ſine adiumentis hominum tantas res efficere potuiſſe. I. A. 153 b, Qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. de Diuin. 128 a, Si hoc non vis & natura gignentium efficeret, ſed temperatio Lunæ, cœlique moderatio.



EFFICIOR, ris. Ora. 229 a, Maius opus inſtitutum eſt, quàm effici potuerit. Off. 4 a, Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honeſtum. Ep. 35 a, b, Sic habeto, quicquid arte effici potuerit (non enim, &c.) ſed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad iſtorum beneuolentiam conciliandam, ſummo ſtudio me conſecutum eſſe. Att. 85. a, Nec id ſatis efficitur in vſuram menſtruam. Attic. 260 a, Hoc ne inſtitui, nec effici poteſt ſine tua ope.

† Syntaxis. *Virtus eſt efficiens voluptatis. Enitere, elabora, effice. Efficere & concludere rationem. Caue quantum efficere & conſequi potes. Efficere mandata, recepta. Efficere ſenatum, epiſtolam. Feci, atque effeci.*

EFFICTIO, onis. *ornatio ſententiarum.* ad Herenn. 39 b, Effectio eſt, cum exprimitur & effingitur verbis corporis cuiuſpiam forma, &c.

EFFICTVS, a, um. Acad. 6. a, Viſum igitur impreſſum effictumque ex eo vnde eſſet, &c. pro S. R. 26 a, Vt effictos mores noſtros in alienis perſonis, & expreſſam imaginem noſtram vitæ quotidie videremus.

EFFIGIES, ei, *ſpecies, imago, ſimulacrum.* de Fin. 76 b, Reliquit effigiem & humanitatis & probitatis ſuæ filium. Qu. fr. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad fidem hiſtoriæ ſcriptus, ſed ad effigiem juſti imperij pro Ar. 191 b, Conſiliorum relinquere & virtutum noſtrarum effigiem multò malle debemus, ſummis ingenijs expreſsã & politam. de Or. 101 a, Plurima eſt in XII. tabulis antiquitatis effigies. de N. 21 b, Sit ſanè Deus Hominis effigies & imago. de Or. 141 a, Res autem ipſas rerum effigies notaret. * I. V. 141 a, Eius effigiem ſimulacrumque ſeruare. Tuſcul. 190 b, Conſectatur nullam eminentem effigiem virtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ. de Nat. 23 b, Omnis iſta rerum effigies ex indiuiduis quomodo corporibus oritur? Q. fr. 303 b, Quid quod eodem tempore deſidero filiam, &c. Effigiem oris, ſermonis, animi mei?

EFFINGO, gis. *exprimo.* ad Her. 39 b. Exprimere & effingere formam alicuius. de Or. 135 a, Mores oratoris effingit oratio. de Leg. 191 a, Tum natura ſpeciem ita formauit oris, vt in ea penitùs reconditos mores effingeret. Tuſc. 161 a, Quæ porrò tam immenſa magnitudo, quæ illa tam multa poſſit effingere? de N. 14 a, Hinc omnia effingis atque efficis. de D. 85 a, Aſperſa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta effingere poſſunt. de N. 64 a, Natura ſui diſſimilia non poteſt effingere. de Orat. 141 a, Effingere animo, quæ memoria tenere velis. * de Diuin. 128 a, Quis enim non videt, & formas, & mores, & pleroſq; ſtatus ac motus effingere à parentibus liberos?

EFFINGOR, ris. de Orat. 141 b, Ea animis effinguntur noſtris.

† Syntaxis. *Effictum & expreſſum, vel impreſſum. Effictos mores, & expreſſam vitæ imaginem videre. Effigies, ſimulacrumque. Effigies & imago. Effigies eminens. Exprimere & effingere formam. In ore mores effinguntur. Hinc effingis omnia, & efficis. Effingere animo: id eſt, concipere, agitare, cogitare.*

* EFFLAGITANS, tis. pro Marc. 133 a, Ciuium pacem efflagitantium.

EFFLAGITATIO, onis. *petitio, poſtulatio.* Att. 287 a, Libertatis defenſorẽ eſſe Efflagitatione omniũ. * Ep. 74 a, b, Communicatio conſilij tali tempore quaſi quædã admonitio videtur eſſe officij, vel potius efflagitatio ad coëundam ſocietatem vel periculi vel laboris. Ep. 159 a, *Planci.* Quæ mens eum aut quorum conſilia à tanta gloria auocârint, & ad cogitationem conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, & inſulſa cum efflagitatione tranſtulerint, exputare non poſſum.

EFFLAGITATVS, tus. *Efflagitatio.* I. V. 251 a, * In iudicio coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos tantò pòſt eum.

EFFLAGITATVS, a, um. I. V. 56 a, Iudiciorum deſiderio tribunitia poteſtas efflagitata eſt.

EFFLAGITO, as. *magnopere poſtulo.* pro Mil. 119 b, Eorum nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant. Qu. fr. 313 a, Epiſtolam hanc conuitio efflagitârunt codicilli tui. Att. 287 a, Quoniam efflagitas, coactu tuo ſcribam. I. V. 88 b, Cùm iſte à Dolabella efflagitaſſet, vt, &c. Antequam. 194 a, Auxilium ab alienis efflagitatis, cum ciues veſtros deſeratis?

EFFLANS, tis. pro Mil. 111 a, Clodius Cyrum animam efflantem reliquit. de Diuin. 102 a, Abijcit efflantem & laceratum affligit in vnda.

EFFLO, as. *emitto.* Academ. 12 a, Nam & agere animam & efflare dicimus. * de Sen. 89 b, Suauitas odorum qui efflarent ( *al. efflarentur*) è floribus.

EFFLORESCO, ſcis. *ſplendeſco, eluceo, eniteo. exiſto, mano.* de Or. 86 b, Ex rerum cognitione effloreſcat & redundet oportet oratio. de Am. 115 a, Vtilitas, effloreſcit ex amicitia, etiamſi tu eam minus ſecutus ſis. de Or. 160 a, Pòſt anapæſtus procerior quidam numerus effloruit. pro Cæl. 35 b, Amputanda multa ſunt illi ætati, ſi quidem effloreſcit ingenij laudibus. de Orat. 138 a, Et apparebit eas penitùs ex ea cauſa, quæ tum agatur, effloruiſſe. de Fin. 63 a, Cùm autem vſus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem effloreſcere, &c.

† Syntaxis. *Effloreſcens ac redundans oratio rerum cognitione. Effloreſcere ex aliqua re.*

* EFFLVENS, tis. de Vniuerſ. 203 a, Influente atque effluente animo.

EFFLVO, is. *elabor, excido, abeo.* de Orat. 136 b, Quod ſemel eſſet infuſum, nunquam effluere poſſet, Att. 201 b, Conſiderabis etiam de Tuſculano, ne æſtas effluat. pro Dom. 237 b, Etſi effluunt multa ex veſtra diſciplina, quæ etiam ad noſtras aures ſæpe perueniant. de D. 100 a, Quondam lactis imber effluit. de Sen. 78 a, Præterita ætas, quamuis longa, cum effluxerit, non poteſt conſolari ſtultum ſenem. de Clar. 184 a, Huic minimè mirum eſt ex tempore dicenti ſolitam effluere mentem. de Sen. 91 b, Cùm enim id aduenerit, tunc illud quod præterit, effluxit. I. V. 213 a, Hoc modo me commonuit Piſonis annulus, quod totum effluxerat. *id eſt, exciderat.* Ep. 102 a, Antequam planè ex animo tuo effluo de Fin. 57 b, Nec præteritas voluptates effluere patiatur. Tuſcu. 187 b, Cùm vnà cum ſanguine vitam effluere ſentiret.

¶ *Emano copioſè.* de D. 93 b, ſive deeſt naturæ aliquid, ſiue abundat atque effluit.

† Syntaxis. *Effluere tempus, imbrem, mentem, voluptates. Ex animo alicuius effluere. Vita cum ſanguine effluit.*

EFFODIO, dis. *eruo.* de N. 78 b, Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt. pro Mar. 132 b, Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit.

EFFODIOR, ris. Off. 35 a, Nec ferrum, aurum, æs, argentum effoderetur penitùs abditum, &c.

EFFOEMINATE', *muliebriter.* Off. 4 a, Caueatque, ne quid indecorè, effœminateque faciat.

EFFOEMINATVS, a, um. *qui animum gerit muliebrem.* Offi. 26 a, Ne quid effœminatum aut molle, aut nequid durum aut ruſticum ſit. pro Mil. 119 a, Homo effœminatus. I. A. 185 b, Impudicus & effœminatus. Tuſcul. 223 b, Videndum eſt in vtriſque, ne quid humile, ſummiſſum, molle, effœminatum, fractum abiectumque faciamus. pro Pl. 277 b, Illa vox furialis nefarijs ſtupris effœminata.

EFFOEMINO, as. de N. 39 a, Effœminarunt autem eum Iunonique tribuerunt, quòd nihil eſt eo mollius. *id eſt, aerem.*

EFFOEMINOR, ris. *eneruor.* Tuſc. 169 a, Nam nunc quidem cogitationibus molliſſimis effœminamur. de Fin. 84 b, Fortitudinis quædam præcepta ſunt, quæ effœminari virum vetant in dolore.

† Syntaxis. *Effœminatè, indecorè, muliebriter agere. Effœminatum, ac molle.*

EFFOETVS, a, um. *exhauſtus, confectus, debilis.* de Sen. 83 a, Intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti.

EFFRACTVS, a, um. I. V. 222 a, Conuulſis repagulis, effractiſque valuis. pro Mur. 132 a, Ianua, qua effracta & reuulſa tota pateret prouincia.

EFFRENATE'. *temerè.* de Sen. 85 a, Voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitantur. Tuſc. 192 a, Effrenatè ferri. Att. 263 a, Libertatis auida legio effrenatiùs in aciem hoſtium irrupit.

EFFRENATIO, onis. *impotentia, inſolentia.* I. A. 198 b, Quæ effrenatio impotentis animi?

EFFRENATVS, a, um. & tior. *proiectus, præceps, indomitus, profuſus, impotens.* Offic. 18 b, Homines ſecundis rebus effrenatos ſibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. pro Cl. 29 b, O libidinem effrenatam & indomitam. I. A. 244 b, Noui hominis furorem, noui effrenatam violentiam. I. V. 88 a, Indomitæ atque effrenatæ cupiditates. I. C. 102 a, Quò te iſta tua cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat. de Or. 111 b, Languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. de Ar. 243 b, Effrenatus & præceps furor alicuius. pro Cæl. 44 b, Mens & effrenata & præceps pro D. 236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas. Tuſc. 212 b, Libido efficit effrenatam appetentiam. de Orat. 162 a, Vox quædam libera, atque etiam effrenatior. * Hortenſ. Vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis.

† Syntaxis. *Effrenatus ac ſibi præſidens. Effrenatus ac indomitus. Effrenatus ac furioſus. Effrenatus & præceps furor, mens. Proiecta & effrenata cupiditas.*

EFFRINGO, gis. *frango, deÿcio, perfringo.* pro Cæl. 45 b, Fores effregit, reſtituentur.

EFFRINGOR, ris. I. V. 211 b, Effringi fores, reuelli clauſtra.

EFFVGIENDVS, a, um. de Fin. 56 b, Dolorum effugiendorum gratia. Qu. fr. 305 b, Quod ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptiſſimum.

EFFVGIO, gis. *euito, elabor, euolo.* pro Pomp. 8 a, Rex ipſe è manibus effugit. ad Heren. 7 a, Aut eum effugiſſe alias rationes commodiores propter cupiditatem. I. V. 97 a, In quibus non dubito, quin offenſionem negligentiæ vitare atque effugere non poſſim. de Or. 180 a, Theophraſtus moleſtè tulit, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, cum ætatem ageret Athenis. Att. 256 b, Effugere vituperationem. Epiſt. 49 a, Et effugere offenſionem alicuius. pro Fl. 147 b, Et is eſt reus auaritiæ, qui in maledicentiſſima ciuitate in ſuſpicioſiſſimo negocio maledictum omne, non modò crimen effugit. de Orat. 122 a, Nihil te effugiet, atque omne quod erit in te, occurret atque incidet. * in Clod. Quo ex iudicio, velut ex incendio, nudus effugit. de Conſolat. Mori, & tanquam ex incendio effugere fortunæ.

† Syntaxis. *Vitare atque effugere offenſionem negligentiæ, vituperationem. Nihil te effugiet, atque omne ( id eſt, imò ) quod erit in re, occurret atque incidet. animaduerte repetita ſenſa, Nil effugiet, imò occurret ac incidet.*

EFEVGIVM, gij. *refugium, profugium, verè euaſio.* de Na. 50 a, Quaſdam animates habere effugia pennarum. I. V. 270 a, Non modò effugium, ſed ne moram quidem mortis aſſequi potuit.

EFFVNDO, dis. *profundo, emitto.* de Orat. 98 a, Effudi vobis omnia quæ habebam. pro Flac. 154 b, Teſtis effudit, quæ voluit omnia. de Orat. 167 b, Hæc enim ætas effudit hanc copiam. Or. 291 b, Segetes fœcundæ effundunt herbas inimicas frugibus. Epiſt. 15 b, Quòd ego odium effudiſſe me omne arbitrabar. Attic. 274 a, Magno timore perculſa ciuitas tota ad te ſecum coniugibus & liberis effundebat. Epiſt. 198 b, Effundere furorem in aliquem. de Ar. 251 b, Qui omnes iudices Tribunus è carcere in forum effudit. I. P. 82 b, Quod in me carcerem effudiſtis. Attic. 283 a, Per eos ipſos dies effudi (ſi ita vis) honores in mortuos. pro Planc. 281 a, Effudi plurimas lachrymas. I. A. 184 a, C. Cæſar patrimonium ſuum effudit. quanquam non ſumus vſi eo verbo, quo decuit: non enim effudit, ſed in ſalutem reipublicæ collocauit. Offic. 44 a, Effundere patrimonium. pro S. R. 19 b, Per luxuriam effundere & conſumere omnes fortunas. pro S. R. 29 b, C. Grachus cùm largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, verbis tamen defendebat ærarium.

¶ *Eloquor.* Att. 256 b, Brutus effudit illa omnia, quæ tacuerat.

¶ *Mergo.* Par. 119 b, An temporantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit?

EFFVNDOR, ris. de Natur. 49 a, Mare, medium terræ locum expetens conglobatur undique æqualiter, neque redundat vſquam, neque effunditur. pro Fl. 160 b, Vox in coronam, turbam effunditur.

EFFVSE', *largè, prolixè*, pro S. R. 22 a, Largè effuſeque donare alicui. & pro Cæl. 45 b, Tuſc. 212 a, Cùm & inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt. I. P. 81 a, Id nemo tam effusè petulans conatus eſt.

EFFVSIO, nis. *φθορὰ, largitio, corruptela*, pro S. Roſc. 41 a, In hac vita iudices quos ſumtus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis? Partit. 237 a, Liberalitatem effuſio imitatur. * Off. 44 b, Qui has effuſiones pecuniarum non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam. Att. 102 a, Nequaquam ſatis pro meis officijs, pro ipſius in alios effuſione, illum in me liberalem fuiſſe.

¶ *Diſsipatio populi in occurſu, obuiatio.* Tuſc. 224 a, Eodem vitio eſt effuſio animi in lætitia, quo in dolore contractio. de N 31 a, Aquæ declarat effuſio. I. P. 90 b, Quid dicam aduentus meos? quid effuſiones hominum ex oppidis? quid concurſum ex agris?

EFFVSVS, a, um. *prodigus, profuſus.* pro Cæl. 40 a, Quis in largitione effuſior? & 29 b, ſumptus effuſi cum dedecore.

¶ *Diffuſus, diſsipatus.* pro Deiot. 145 b, Conſules ex Italia profugiſſe, cunctum ſenatum, totam Italiam eſſe effuſam. contra Rul. 84 a, Effuſis ac diſſipatis fructibus veſtris.

¶ *Apertus.* Att. 60 a, Pompeius in nos ſuauiſſimè eſt effuſus.

fuſus. † Syntaxis. *Segetes fœcundæ effundunt herbas. ( hic ſeges pro agro. ) Effundit ſe ad te tota vrbs. In aliquem effundere carcerem. Honores in mortuos effundere. Effundere, pro eloqui. In libidinem ſe effundere. Per luxuriam patrimonium effundere & conſumere. Non redundat mare, neque effunditur. Vox in coronam, turbamque effunditur. Inaniter & effuſè exultare. Animi, & hominum obuiam prodeuntium certatim effuſio.*

EFFVTIENS, tis. de N. 18 a, Quàm bellum erat confiteri potius neſcire, quod neſcires, quàm iſta effutientem nauſeare.

EFFVTIO, tis. *inaniter fundo.* de Nat. 45 a, Quidam temerè de mundo effutiunt. Tuſc 245 b, Nec hoc ſic agit, vt ex tempore quaſi effutire videatur.

EFFVTITVS, a, um. de Diuin. 132 a, Quorum *Apollinis opertorum* partim ficta ſunt aperte, partim effutita temerè.

H'ΓEMONIKO'N. L. PRINCIPATVS.

EGENS, tis: tior, ſsimus. *indigens. qui eget, qui in egeſtate eſt, cui quæſito opus eſt. )( locuples.* Att. 85 a, Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius. Attic. 226 b, Serui & egentes in tecta noſtra cum facibus immiſſi pro S.R. 22 a, Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus, erat ( vt fit ) inſolens in aliena. pra Fl. 153 b, Aſclepiades fortuna egens. Epiſt. 93 b, Ipſe egens rebus omnibus. ad Heren. 29 b, Egens æquè eſt is qui non ſatis habet, vt is cui nihil ſatis poteſt eſſe. Attic. 140 a, Egeſtates tot egentiſſimorum hominum. & 118 b, Vagantur egentes cum coniugibus & liberis de Am. 100 a, Amici egentes abundant.

EGEO, es. *mihi opus eſt, mihi quæſito opus eſt, indigeo )( quàm plurimum habeo, abundo.* de Natur. 49 a, Quæ vt fierent, ratione eguerunt. & 55 a, Cùm oculis ad cernendum non egeremus. Topic. 226 b, Quæ ſe ipſis contenta ſunt, meliora quàm quæ egent alijs. de Cl. 186 b, C. Macer autoritate ſemper eguit. Offic. 10 b, Etiamſi ille his non eget. Tuſcul. 176 a, Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus. de Diuin. 109 b, Vt Græcis de philoſophia literis, non egeant. Quint. frat. 325 b, Incredibile eſt quàm egeam tempore. Epiſt. 153 a, Tu quanquam conſilio non eges, vel abundas potius, &c. Offic. 35 a, Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio. Epiſt. 82 b, Egere auxilio alicuius, & 71 b, Et egere conſolatione. Att. 116 a, Rectè ſic cenſeo, cedendum de oppidis ijs, egeo conſilij, quod optimum factu videbitur, facies. Epiſt. 127 b, Grauitas morbi facit, vt medicinæ egeamus. ad Heren. 41 a, Res non egent longæ orationis. pro Qu. R. 48 b, Egebat, imò locuples erat. Attic. 284 b, Themiſtoclis liberi eguerunt. Anteq. 195 a, Quondam felix, &c. nunc ab amicis circumuentus, eget indignè. Offic. 11 a, Eorum qui egent, infinita eſt multitudo. ad Heren. 24 a, * Ne *exemplum* egeat ipſum confirmationis. pro M. Scau. Pecunia ſuperabat? at egebas. Hortenſ. Ne prudentia quidem egeremus. 2. Acad. Non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. I.C. 109 b, Sed ſi omiſſis his rebus omnibus eget ille Senatu, Equitibus Romanis, populo, vrbe, ærario, vectigalibus, cuncta Italia, prouincijs omnibus, exteris nationibus, &c.

† Syntaxis. *Nihil hoc loco egentius, nihil ſpoliatius. Serui & egentes concurrunt. Ille fortuna egens. Egentium egeſtas. Conſilio, & conſilij egeo. Abſolutè, Egeo. Egere indignè.*

EGESTAS, tis. *inopia, indigentia, mendicitas, domeſtica difficultas. )( abundantia copiæ.* Poſtquam. 206 a, Qui egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. Pro S.R. 42 b. & 32 b, Degere vitam in egeſtate. I.C. 109 b, Copiæ cum egeſtate confligunt. de In. 58 b, Si propter inopiam in egeſtate eſtis, pecunias non habetis. I.P. 84 a, Non capiunt anguſtiæ pectoris tui, non egeſtas animi recipit tantam perſonam. * Paradox. 124 b, Iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem & mendicitatem tuam nunquam obſcurè tuliſti. Att. 140 a, Noli putare, &c. egeſtates tot egentiſſimorum hominum nec priuatas poſſe res neque Repub. ſuſtinere.

† Syntaxis. *Paupertas, imò potius egeſtas & mendicitas. Eſſe in egeſtate propter inopiam. Animi egeſtas, anguſtiæ pectoris. vis eadem duplicata.*

EGIALEVS, ei. *viri nomen apud Pacuuium comicum.* de N. 69 a.

EGYNA, *ciuitas.* I.V. 170 a, Ciuitas Eggyna.

E'NKEΛEY'ΣMATA. *vide* COHORTATIO.

EGO, mei. *ipſe.* I.C. 118 a, Ego ſum ille conſul, qui, &c. pro Syl. 170 b, Atque idem ego, neque, &c. I.C. 98 b, Si ego idem in Senatu, &c.

EGREDIENS, tis. de Ar. 243 b, Cùm egredientem inſequi cœpiſſem.

EGREDIOR, ris. *exeo, prodeo.* pro Quin. 6 b, Certos mihi fines terminosque conſtituam, extra quos egredi non poſſim. & ibid. Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſe circumdedi. I.P. 90 a, Cùm ſenatum egreſſum vidi ad complectendum conſeruatorem ſuum. Tuſcul. 151 a,



An tu egreſſus porta Capena, putas, &c. Att. 96 b, Tarquinius ſimul è portu egreſſus eſt, &c. & 208 b, Nos pedem è villa adhuc egreſſi non ſumus. I. C. 104 b, Egredi vrbe. pro Qu. 4 a, Romà egreditur Quintius, &c. Epiſt. 241 b, Ex prouincia egredi. I.V. 212 b, Egredi è naui de Cl. 171 b, Egredi à propoſito ornandi cauſa. * pro Lig. 137 b, Domo eſt egreſſus non modò nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli.

† Syntaxis. *Neque pedem è villa egredi. A' propoſito egredi.*

EGREGIE'. *benè, valde, præclarè, bellè.* de Orat. 133 b, P. Cornelius egregiè fortis & bonus imperator. Qu. fr. 293 a, Seruus egregiè fidelis. de Clar. 167 b, Egregiè ſubtilis ſcriptor. Attic. 235 a, Dolabellam valde tibi placere video, mihi quidem egregiè. de Clar. 188 b, Pauci poſſunt egregiè pingere. Att. 37 a, Egregiè gratum. de Orat. 101 b, Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus.

† Syntaxis. *Egregiè fortis, fidelis, ſubtilis ſcriptor, gratus, cordatus.*

EGREGIVS, a, um. *excellens, præſtans, præclarus.* I. A. 153 a, Præclara tum oratio Antonij, egregia etiam voluntas. de Orat 95 b, Egregia & præclara indoles. & 85 b, Minimam copiam poëtarum egregiorum extitiſſe. de Clar. 172 a, Lælius in laude bellica egregius. de Orat. 103 a, Vir in procuratione ciuitatis egregius. de Nat. 21 a, Egregium opus. ad Heren. 23 a, Egregia pulcritudo, vnica turpitudo. de Fin. 78 a, Egregius color, integra valetudo. Epiſt 22 a, Ciuis egregius.

† Syntaxis. *Egregia & præclara indoles, oratio, poëta. Egregius in laude bellica.*

EGRESSVS, ſus. *profectio.* I.P. 86 a, Si minus frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando atq; celebrando.

EHEV. *doloris nota.* Antequam. 197 b, Eheu conditionem huius temporis.

EHO. *admonentis vox.* Orat. 211 b, Eho tu cognatum tuum non nôras? ad Her. 13, de In. 59, Or. 201, Ennij.

EIECTIO, onis. Att. 33 a, Tenemur vndique, neque iam quo minus ſeruiamus, recuſamus: ſed mortem & eiectionem, quaſi maiora timemus, quæ multò ſunt minora.

EIECTVS, a, um. *proiectus.* I. P. 83 a, Eiectum cadauer. pro S.R. 19 b, Damnatus & eiectus. *id eſt, in flumen proiectus.* pro Quin. 11 b, Eiectum hominem. I.C. 106 b, A' me in exilium eiectus eſt Catilina. de Orat. 133 b, Gallus pictus eiecta lingua buccis fluentibus. de Orat. 143 b, C. Cotta eiectus eſt è ciuitate. * pro C. Corn. 2. Contemptiſſimum nomen eiectum eſſe ex ijs, qui tribuni plebis fuerunt.

EIERO, as. *eiuro.* de Orat. 135 a, Non ego mihi illum iniquum eiero, verùm omnibus. *id eſt, teſtor, reijcio.*

EIICIENDVS, a, um. I.A. 246 a, Eumque ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.

EIICIO, is. *expello, exturbo, extrudo, detrudo, deiicio, extermino, effundo, profundo.* de Orat. 130 b, Non nimium liberale hoſpitium meum dices: nam te in viam ſtatim extrudam & eiiciam. pro S.R. 27 a, Amorem illum penitùs inſitum eiicere ex animo. Epiſt. 234 a, Eiicere nos, magnum fuit: excludere, facile eſt. Qu. frat. 312 a, Furium Flaccum Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt. I.C. 103 b, Quid, ſi ſe eiecerit, ſecumque ſuos eduxerit. * Tuſcul. 169 a, Reliquum *venenum* ſic è populo eiecit, vt id reſonaret.

EIICIOR, ris. Or. 206 a, Ita poſtremò eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidē mortui conquieſcant. de Or. 143 a, pro Quin. 4 b, Expelli atque eiici è prædio. pro Mil. 121 b, Ex vrbe expelli, exterminari, eiici. * pro C. Cornel. 1, Circuitis roſtris eiicerentur lapidibus homines. pro Mil. 121 b, Vobis non modò reſpectantibus, ſed etiam armatis, & huic iudicio præſidentibus, hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur? exterminabitur? eiicietur?

EIMAPMENH. *vide* FATVM.

EIPΩN. L. SIMVLATOR.

EIVLANS, tis. *plorans.* Tuſc. 178 b, Aſpice Philoctetam magnitudine dolorum eiulantem.

EIVLATIO, onis. *eiulatus.* de Leg. 182 b, Lælius Leſſum, quaſi lugubrem eiulationem, vt vox ipſa ſignificat.

EIVLATVS: tus. *eiulatio.* de Ar. 252 b, Non ſunt illi gemitus & eiulatus Philoctetæ tam miſeri, quàm, &c. Tuſc. 187 a, Eiulatus ne mulieri quidem conceſſus eſt. * de Finib. 84 b, Saxum illud Lemnium clamore Philoloctetæo funeſtare.

*Quod eiulatu, queſtu, gemitu, fremitibus,*
*Reſonando multum flebiles voces refert.*

& Tuſcul. 182 a, Qui eiulatu, queſtu &c.

EIVRO, as. *eiero, iuro, deteſtor.* I.V. 178 b, Negociatores putant eſſe turpe, id forum ſibi iniquum eiurare, vbi negocientur: prætor prouinciam ſuam totam ſibi iniquam eiurat.

I.A. 242 b, Itaque vt alacres illi inter ſe quaſi viciſſent, gratulabantur: ſic me iniquum eiurabant, de me querebantur. Ep. 136 b, Tu autem, quòd mihi bonam copiam eiures, nihil eſt.

EIVSDEMMODI. *eiuſdem generis* I.V. 114 b, Eiuſdemmodi totum ius prętoriũ, eiuſdemmodi omnis res iudiciaria fuit. & Acad. 19 b, Vt doceret nullum tale eſſe viſum à vero, vt non eiuſdemmodi etiam à falſo poſſit eſſe. * pro Seſt. 25 a, Eiuſdemmodi furias.

EIVSMODI. *talis, eius generis.* pro Pom. 4 b, Genus belli eſt eiuſmodi, quod maximè veſtros animos excitare debet. Acad. 10 b, Si id tale eſſet ab eo quod eſt, vt eiuſmodi ab eo quod non eſt, poſſet eſſe. Ep. 55 b, *bis*: Reliqua ſunt eiuſmodi, vt &c. Epiſc. 5 a, Sed tamen in eiuſmodi rerum perturbatione, quanquam omnia metuenda ſunt, nihil magis quàm perfidiam timemus, Orat. 207 a, Nam cùm compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe.

¶ *Adeò, tam.* pro Cælio, Quod quanquam nec ſapienter, & me inuito facit, tamen eſt eiuſmodi cupidus, vt magis inſectari, &c.

ELABOR, ris. *excido, euado.* de Orat. 127 a, Nihil vnquam vidi, quod tam è manibus elaberetur, quàm mihi tum elapſa eſt illa cauſa. pro Dom. 227 a, Frater meus ex veſtro ferro ac manibus eſt elapſus. Epiſt. 172 a, Dabo operam ne Ventidius elabatur. Quint. frat. 324 a, Quid eſſem, ſi me agente eſſet elapſus. I. C. 100 b, Quoties tibi ſica excidit caſu aliquo, & elapſa eſt. pro Dom. 234 a, Ex ore iſto religionis verbum excidere atque elabi poteſt? de Nat. 51 b, Cùm animal ex vtero elapſum excidit. de Diuin. 90 a, Cùm ſe conuoluens ſol elaberetur & abiret. de Som. 131 a, Eorum animi corporibus elapſi circum terram ipſam volutantur. I.V. 137 a, & de Sen 85 b, Ex tot tantisque criminibus elapſus eſt. Attic. 11 b, Reipub. ſtatum illum, quem, &c. elapſum ſcito eſſe de manib. vno hoc iudicio ad Heren. 23 a, Vſitatæ res è memoria elabuntur. Tuſcul. 153 b, Cùm poſui librum, aſſenſio omnis illa elabitur.

† Syntaxis. *E manibus elabi. Ex ferro & manibus elabi ſicca excidit, & elapſa eſt. Sol elabitur, & abit. Simpliciter, Elabi.*

ELABORANDVM, *enitendum, contendendum.* Tuſcul. 149 a, In quo eò magis eſt elaborandum, quòd, &c. pro Mar. 135 a, In hoc tibi elaborandum eſt, rempub. vt conſtituas. Epiſt. 21 a, & 29 b, & 30 a, & 231 b, Mihi eſt in petitione Milonis non modò contentione, ſed etiam dimicatione elaborandum.

*ELABORANS, tis, de Sen. 84 b, Hæ ſunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. In his deſudans atque elaborans corporis vires non magnoperè deſidero.

ELABORATIO, onis. *labor, nimia cura.* ad Heren 31 a, Hæc non videntur reperiri poſſe ſine elaboratione, & operæ conſumtione.

ELABORATOR. Orat. 200 a, De induſtriaque non ex inſidijs elaboratur, vt verba verbis quaſi demenſa & patria reſpondeant. Epiſtol. 135 a, b, Sic habeto, quicquid arte effici potuerit (non iam ſatis,) &c. ſed tamen quicquid elaborari, aut effici potuerit ad iſtorum beneuolentiam conciliandam & colligendam, ſummo ſtudio me conſecutum eſſe. Att. 72 b, Quod ſupereſt, elaboratur in hoc à me, ſicut tibi ſenſi placere.

ELABORATVS, a, um. *exornatus, excultus, politus.* de Clar. 194 a, Diligenter elaborata & tanquam elucubrata oratio. pro Cæl. 47 a, Oratio & cura & vigilijs elaborata. Orat. 200 a, Ornati elaboratique verſus. Orat. 204 b, Elaborata concinnitas. pro Pomp. 4 a, Perfectum ingenio, elaboratum induſtria. de Clar. 167 a, Græcia omnes artes vetuſtiores habet, quàm hæc eſt à Græcis elaborata dicendi vis atque copia. I. A. 210 a, Omne curriculum induſtriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt.

ELABORO, as. *laboro, curo, operam do, contendo, enitor, elucubro, excudo.* de Orat. 136 a, Non tam vt proſim, elaborare ſoleo, quàm vt ne quid obſim. & 85 b, Qui non aliqua in re vna ſeparatim elaborauerunt. & 87 a, Neque in vniuerſo genere ſingulos elaboraſſe, ſed, &c. contra Rul. 79 b, Nullum eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret. de Orat. 86 b, Ex illis rebus vniuerſis eloquentia conſtat: quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. Orat. 201 b, Elaborant alij in lenitate & æquabilitate, & puro quaſi quodam genere dicendi. & 205 b, Qui in illo ſubtili & acuto *genere dicendi*, elaborauit, &c. de Sen. 42 a, In literis elaboraui. Qu. de Pet. 208 b, Elaborare & eniti cauſa alicuius. Brut. 282 b, Sacerdotum comitia mea ſumma cõtentione in alterum annum ſunt reiecta: quod ego cùm Ciceronis cauſa elaboraui, tum Domitij, &c. Att. 263 b, Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, vt Plancus, &c. Qu. frat. 298 a, Contende quæſo atque elabora, vt, &c. Tuſcul. 171 a, Qui ſe oſtenderit de hoc toto genere nihil elaborare. * de Fin, 50 b, Sed nec tam docti tunc erant, ad quorum iudicium elaboraret *ſcripta*.



ELABOROR, aris, Epiſt. 45 a, Hæc mihi ampliora multò ſunt, quàm illa ipſa propter quæ elaborantur.

† Syntaxis. *Non modò contentione, ſed etiam dimicatione elaborandum. Ornati, elaboratique verſus. Elaborare in aliqua re vna. Cultus agricolæ in ſaxeto etiam elaborat. Elaborare pura oratione. Elaboro & enitor. Enitere, elabora, eblandire, effice. (animaduerte congeſtam vim ferè ſynonymorum.) De hac re non elaboro.*

ELAPSVRVS, a, um. Att. 11 b, Et eum extraordinaria pecunia crimen ſubterfugere velles, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare.

ELAPSVS, a, um. pro Mur. 144 a, Si hæc elapſa de manibus noſtris in eum annum, qui conſequitur, redundârint.

ELARGIOR, ris. *largior.* Epiſt. 5 a, Ex ijs rebus, quas tibi fortuna elargita eſt.

ELATÈ, Tuſc. 233 a, Elatè & amplè loqui.)(*.Humiliter demiſſeque ſentire.* de Opt. 243 b, Elatè dicere.)(*.Submiſſè.*

ELATIO, onis. *præſtantia.* )(*.ſubmiſſio.* Top. 227 a, Parium comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem. de Diuin. 97 b, Lętitia, quaſi geſtientis animi elatio voluptaria. Offic. 13 a, In hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. de Clar. 170 b, Horum ſententijs officit Theopompus elatione atque altitudine orationis ſuæ. * Off. 13 a, Sed ea animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribus, ſi iuſtitia vacat, pugnatque non pro ſalute communi, ſed pro ſuis cõmmodis, in vitio eſt.

ELATVS, a, um. contra Rul. 85 b, Quibus illi rebus elati & inflati non continebuntur. Offic. 12 b, Quod animo magno & elato factum ſit. Orat. 268 a, Principia verecunda non elatis intenſa verbis. de Diuin. 90 b, Ille autem elatus cupiditate reſpexit. Tuſc. 231 b, Elatus inani lætitia exultans, temerè geſtiens. de Nat. 13 a, Sed elatus ſtudio vereor ne lõgior fuerim. Or. 203 b, Res alio atq; alio elata verbo. de Aruſp. 247 b, At te ipſum Cato & nunc animi quodam impetu concitatum, & vi naturæ atque ingenij elatum, iam ætas mitigabit. Att. 226 b, Si Cæſar funere elatus eſſet. Epiſt. 151 a, Et gaudio ſum elatus. pro Dom. 221 b, Cum tua rogatione funere elata Reſp. eſt. * de Cl. Nihil tam ornatum aut verborum grauitate aut ſententiarum, quo quicquam eſſet elatius.

† Syntaxis. *Elata & ampla locutio. Elatio & magnitudo animi. Elatio & altitudo orationis. Elatus & inflatus. Animus magnus & elatus. Studio elatus: in bonam partem. Elatus cupiditate. Elata Reſpublica funere.*

ELECTE, *diſtinctè, diſertè.*)(*. Permiſtè.* de In. 52 b, Electè gerere.

ELECTIO, onis. *lectio, ſelectio, delectus.* Orat. 203 a, Id autem eſt iudicium electioque verborum. & de Fin. 116 b, Initia quorum ex electione virtus poſſit exiſtere.

ELECTOR, oris. ad Heren. 25 a, Poſtremo in eo vim artificij conſumant, vt ipſi ab aliis potius eligendi, quàm aliorum boni electores exiſtimentur.

ELECTVS, a, um. & ſſimus *lectus.* pro Quint. 1 b, Vir electiſſius noſtræ ciuitatis. I.V. 95 b, Prudentiſſima electiſſimaque fœmina. contra Rul. 85 a, Iſte ab Rullo conquiſiti atque electi coloni. * I.V. 94 a, Ipſe myoparonem pulcherrimum de decem Mileſiorum nauibus electum L. Magio uendidit.

† Syntaxis. *Vir electiſſimus. Prudentiſſima, electiſſimaque fœmina.*

ELEGANS, tis. *luculentus, concinnus, politus.* de Orat. 131 a, Perſpicitis hoc genus quàm ſit facetum, quàm elegans, quàm oratorium. de Clar. 192 a, Faceta & elegans ironia. de Diuin. 53 b, Epicurus ſentit nihil vnquam elegans, nihil decorum. Tuſcul. 191 a, A quibus manſuefacti & exculti ad elegantiora defluximus. Epiſt. 105 a, b, Homo in omni iudicio elegantiſſimus. de Fin. 69 b, Vir mundus & elegans. de Clar 161 b, & Offic. 21 a, Politus, vrbanus, elegans. de Cl. 167 b, Lyſias ſabtilis ſcriptor atque elegans. & 170 a, Acutus, elegans, facetus, breuis. Orat. 204 b, Vt in epularum apparatu à magnificentia recedens, non ſe parcum ſolùm, ſed etiam elegantem videri volet, eliget quibus vtatur. pro S.R. 58 b, Pueri ex tot elegantiſſims familijs lecti. pro Planc. 279 a, Perelegans & perſubtilis oratio. de Clar. 186 b, Torquatus elegans in dicendo. Attic. 259 b, Illa *epiſtola* omnium elegantiſſima. * de Clar. 177 a, Craſſus erat elegantium parciſſimus Scęuola parcorum elegantiſſimus.

†Syntaxis. *Politus, vrbanus, elegans. Elegans familia: id eſt, egregia. In iudicio elegans homo.*

ELEGANTER,& tiſsimè,*ornatè, politè, enucleatè.* )(.*Ineleganter.* Tuſc.176 a, Qui profitentur ſe neque diſtinctè, neque diſtributè, neque eleganter, neque ornatè dicere. de Clar. 172 a, Cauſam pro aliquo politè eleganterque dicere. Attic.122 a, Liberti lautiores eleganter accepti. de Clar. 118 a, Cæſarem omnium ferè oratorum Latinè loqui elegantiſſimè. Epiſt. 69 b, Quæ eleganter copioſeq; collegiſti.

† Syntaxis. *Neque eleganter, neque ornatè. Cauſam dicere politè ac eleganter. Latinè loqui eleganter.*

ELEGANTIA,tiæ.*mundicia, lauticia, Latinus atticiſmus.* Attic. 103 a, Terentius, cuius fabulæ propter elegantiam ſermonis putabantur à Lælio ſcribi. de Or. 111 a, Catulus, cui Græci ipſi ſolent ſuæ linguę ſubtilitatem elegantiamque concedere. de Cl. 188 b, Itaq; ad hanc elegantiā verborum Latinorum adiungit illa oratoria ornamenta dicendi. de Or.85 a,b, Tu autem eloquentiam ab elegantia doctrinæ ſegregandam putas? Orat. 404 a, Elegantia & munditia remanebit. de Fin 70 a, Epicurus contemnit elegantiam diſſerendi, confusè loquitur. & ibid. b, In hac diuiſione rem ipſam probo, elegantiam deſidero. ad Her. 27 b, Elegantia eſt, quæ facit, vt vnumquodq; purè & apertè dici videatur. eius partes ſunt, Latinitas & explanatio. Epiſt. 138 b, & 139 a, Verrius tuus & Camillus qua mundicia homines? qua elegantia? de Leg.184 a, Quid enim eſt elegantia tua dignius? pro Syl.182 a, Vos qui cum ſumma elegantia atq; integritate vixiſtis. * de Cl. 178 a, Adiunxit & loquendi elegantiam, quæ ex ſcriptis eius facillimè perſpici poteſt. de Fin. 90 a, Agricultura abhorret ab omni politiore elegātia. Epiſtol.48 b, Facilè cedo tuorū ſcriptorum ſubtilitati & elegātiæ. Att.5 a, Quæ tibi eius loci & noſtri ſtudij, & tuæ eligātię eſſe videbuntur.

† Syntaxis. *Elegantia & mundicia orationis. Polita elegantia. Viuere cum ſumma elegantia & integritate.*

ELEI, *populi* de D.114.

ELEMENTVM, ti *initium.* Acad. 44 a, Ergo illa initia, & vt è Græco vertam, elementa dicuntur: è quibus aer & ignis mouendi vim habent, & efficiendi, reliquę partes accipiendi & quaſi paciendi, aquam dico & terram. de Orat. 98 a, & 112 b, Hæ quæ iſti forſitan puerorum elementa videantur. Acad. 35 b, Quod in elementis dialectici docent. Acad 23 a, Dialectica, quæ primo progreſſu tradit elementa laquendi, &c. * de Fin.94 a, Hæc dicuntur fortaſſe ieiunius. Sunt enim quaſi prima elementa naturæ, quibus vbertas orationis adhiberi vix poteſt.

ELEPHANTVS, ti.*elephas* de Nat. 20 b, Elephanto belluarum nulla prudentior. de Nat. 50 b, Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad paſtum. I. A. 231 b, Romani nepotem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. I. A. 20 b, Equites, ſagittarios, elephantos in ſuam poteſtatem redegit.

* ELEPHAS, antis.*elephantus.* de Sen.82 b, Nec adoleſcens vires tauri aut elephantis deſiderabam.

ELEVANDVS, a, um. de Orat. 130 a, Quod eſt ab aduerſario obiectum, lepóre magis elevandum, quàm contentione frangendum videtur.

ELEVO, as.*leuo, ſubleuo, minuo.* de Am. 112 b, Suſpiciones & offenſiones in amicitia tum euitare, tum eleuare, tum ferre, ſapientis eſt. Tuſc.198 a, Nihil eſt, quod tam abtundat eleuetque ægritudinem, quàm, &c. Epiſt.70 b, Non intelligis duplicari ſolicitudines, quas eleuare tua te prudentia poſtulabat. de Orat 230 b, Mouere riſum oratoris eſt, quod frangit aduerſarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat, &c.

ELEVOR, ris. de In. 57 a, Reprehenſio eſt, per quam argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. *aliàs, alleuatur.*

† Syntaxis. *Hic ſummoperè animaduertas hoc dictum, Infirmatur aut eleuatur. etenim non diſiunguntur, quæ ſynonyma ſunt.*

* ELEVS, a, um. *Elide oriundus.* de Orat. 154 b, Eleus Hippias.

ELEVSIN, *ciuitas in Attica prouincia, non longè ab Athenis.* Att. 95. & de Nat. 24.

ELEVTHEROCILICES, *populi.* Att.79, Ep.245.

ELICIENDVS, a, um. *ſeligendus.* de Orat. 97 b, Et quicquid erit in vnaquaque re probabile, eliciendum atque dicendum. de In. 53 b, Si tacebitur, elicienda eſt reſponſio. de Nat. 56 b, Manus aptæ ad Neruorum eliciendos ſonos.

ELICIO, cis.*educo, extraho, allicio, adduco* de Orat 93 a, Verbum ex eo nunquam elicere potui de ratione dicendi. I V.31 b, Elicere animas inferorum. de Orat. 190 b, Tu quem ego toties omni ratione tendans ad diſputandum elicere nunquam potui. Academ 3 a, Neque noſtræ diſputationes quicquam aliud agunt, niſi vt in vtranque partem dicendo & audiendo eliciant & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id quàm proximè accedat. de In.42 a, Si quis opportunitatē, quæ in animis ineſſet hominum, poſſet elicere, & præcipiendo meliorem reddere. de D.63 a, Quis igitur elicere cauſas præſenſionum poteſt? pro Cor 59 a, & 62 b, Propoſitis præmijs elicere ex ciuitatibus ſociorum optimum quenque ad ſubeunda pericula pro nobis. Tuſcul.132 b, Elicere aliquem præmio, vt agat aliquid. Att. 99 a, Tamen dabunt operam, vt eliciant ſententiam meam. de Orat. 190 b, Dolor & ardor animi, qui etiam ex infantium ingenijs elicere voces & querelas ſolet. Attic.135 b, Vt aliquas abs te epiſtolas eliciam. & 109 b, Tuas volo elicere literas. de Nat. 56 b, Nos è terrę cauernis ferrum elicimus. * Ep. 198 b, Meque cùm elicere vellet ad cædis cauſam. Q. fr. 300 a, Zeuxim elicere omni ratione voluiſſe.

¶ *Emitto, profundo* de Sen. 88 a, Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem. pro Cæl. 50 a, Nónne ipſam domum metuet, ne quam vocem eliciat?

ELICIOR, ris. de Inu. 67 a, Ex quibus elicitur aliquid ſuſpicionis. de Nat. 31 a, Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. Att. 37 a, Multa ab ipſo Publico elici, multa cognoſci poterunt. Tuſcul 174 a, Vt hoſtium ſanguis eliciatur ſuo. * Top. 223 b, Cum ex vi nominis argumentum elicitur. Hortenſ. Quæ confectio eſt valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur atque eliciatur voluptate? Tuſcul. 187 a, Num ſatis habent, latera, fauces, linguam intendere, è quibus elici vocem & fundi videmus. Quint. frat. 300 a, Zeuxin, &c. conquiri & elici blanditijs (vt tu ſcribis) ad iudicium neceſſe non fuit.

† Syntaxis *Elicere blanditijs aliquem ad diſputandum. Vocem elicere: id eſt, emittere. Terra viriditatem elicit herbeſcentem.*

ELIDENDVS, a, um. *perdendus.* Tuſcul.208 b, Hæ ſunt illę fibræ ſtirpium, quas initiò dixi, perſequendæ & omnes elidendæ, ne vlla vnquam poſſit exiſtere. Tuſcul. 208 b, Stirpes ægritudinis trunco euerſo omnes elidendæ ſunt.

ELIDO, dis *frango, incído.* Tuſc.280 b, Poëtæ neruos omnes vitutis elidunt.

ELIDOR, ris *conficior.* Tuſc.231 a, Qui rebus his fractus ægritudine eliditur.

ELIGENDVS, a, um. de Am.108 a, Sunt igitur conſtantes eligendi amici. * de Clar.177 a, In verbis & eligendis (neque id ipſum tàm lepôris cauſa, quàm pondęris) & collocandis.

ELIGO, gis.*lego, deligo, carpo, excerpo, opto, adopto.* Attic.147 b, Aliquot enim ſunt anni, cum vos duos elegi, quos præcipuè colorem. Orat.215 b, Elegit ex omnibus Iſocratis libris verſus fortaſſe X X X. Hieronymus Peripateticus. I.V. 61 b, Facere alicui poteſtatem optionemque, vt eligat vtrum velit. de Inu 62 b, Eligere à multis commodiſſimum quodque. I. A. 215 a, Ac permitto, vt de tribus Antonijs eligas, quem velis. pro Dom.213 a, Eligere ampliſſimos viros ad ſacerdotia. Offi. 53 a, Non ſolòm ex malis eligere minima oportet, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſt boni.

† Syntaxis. *Eligere ex, & à. Ex malis eligere minima.*

ELIMATVS, a, um. Academ.17 a, Sed ad Helicem & clariſſimos ſeptentriones. id eſt, rationes has non latiore ſpecie, non ad tenue elimatas.

ELIMO, as.*perpolio, limo.* Attic.256 a, Velim σχόλιον aliquod elimes ad me.

† Syntaxis. *Ad aliquem aliquid elimare.*

ELINGVIS, gue.*mutus, indiſertus.* de Cl.173 b, Fannius nunquam eſt habitus elinguis. pro Flac.150 b, Conuicit, elinguem reddidit. * Poſtquam 205 a, Mutum forum, elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem videbatis.

ELIS, dis.*vrbs Peloponneſi.* de D.99 a.

ELOCATVS, a, um.*locatus.* I.V.259 a, Xenophon fundum elocatum eſſe dicebat pro Fl. 160 b, Nunc verò hoc magis, quòd illa gens eſt victa, quòd elocata, quòd ſeruata.

ELOCVTIO, onis. *explicatio exornata & elaborata.* de In. 44 a, Elocutio eſt idoneorum verborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio. ad Herenn.34 a, Circuitio eſt oratio, rem ſimplicem aſſumta circumſcribens elocutione * ad Heren. 27 b, Quoniam quibus in rebus elocutio verſari debeat, dictum eſt: videamus nunc quas res debeat habere elocutio commoda & perfecta. Quæ maximè oratori accommodata eſt, tres res in ſe debet habere, elegantiam, compoſitionem, dignitatem.

¶ *Simplex dictio.* de Orat. 86 b, Oratio, quæ niſi ſubeſt res ab oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem, & penè pucrilem.

**Elogivm**, gij. *dictum, ſiue ſententia, laudem alicuius vel vituperationem, vel aliquid aliud declarans.* de Senect. 90 a, Attilius Calatinus, in quem illud elogium, Vnicum (*al. vno ore quem*) plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. de Fin. 89 a, Neminem videbis ita laudatum, vt artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur, non elogia monumentorum id ſignificant, velut hoc ad portam, vno ore, cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. Tuſcul. 154 b, Quid ipſa ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant? niſi nos futura etiam cogitare? pro Muræn. 142 a, At hoc nuſquam opinor ſcriptum fuiſſe in illo elogio, quod te conſule in ſepulcro reipub. inciſum eſt, velitis, iubeatis, &c. in Sal. 274 b, Si illud cenſorium elogium Appij Claudij, & L. Piſonis, quo vſus eſt quiſque eorum, pro lege palàm vniuerſis recitarē, nónne tibi viderer æternas inurere maculas? pro Clu. 45 b, Quod elogium recitaſti de teſtamento Cn. Egnatij, idcirco ſe exhæredaſſe filium, quòd is ad oppianici damnationem pecuniam accepiſſet. de Sen. 92 a, Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum lamentisq; vacere.

† Syntaxis. *Monumentorum elogia, ſæpius in bonam partem.*

**Eloqvendi**. Orat. 202 b, Dicendi, id eſt, eloquendi maxima vis oratori conceditur. Q fr. 325 b, Qui omnes iſto eloquendi & exprimendi genere ſuperaſti. de Orat. 62 b, Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. Orat. 202 b, Græcè ab eloquendo rhetor, Latinè eloquens dictus eſt. de Nat. 56 a, Eloquendi vis. *id eſt, eloquentia.*

**Eloqvens**, tis. *rhetor, copioſus ad dicendum, copioſè ſapienterque dicens, in dicendo ſuauis, ornatus, non infans.* Orat. 296 a, Is eſt eloquens, qui humilia ſubtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè poteſt dicere. ibid. Parua ſubmiſsè, modica temperatè, magna grauiter dicere. item: Erit igitur eloquens, is qui in foro cauſiſque ciuilibus ita dicet, vt probet, vt delectet, vt flectat: probare neceſſitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere victoriæ. Orator. 208 a, Is erit eloquens, qui ad id quodcunque docebit, poterit accommodare orationem. Orat. 198 a, Antonius diſertos ait ſe vidiſſe multos, eloquentem verò neminem. & de Orat. 92 b, Diſertos cognoui nonnullos, eloquentem adhuc neminem. Orat. 202 b, Perfectus orator, & Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus eſt. de Orat. 90 a, Socrates dicere ſolebat, omnes in eo quod ſcirent, ſatis eſſe eloquentes. de Orat. 89 a, Peripatetici, qui eloquentes & in dicendo ſuaues, & ornati fuerunt. de Natur. 26 a, Nec timuiſſem ſine iſta philoſophia rhetorem quamuis eloquentem. * de Clar. 181 a, Quis eſt in hac ciuitate eloquentiſſimus? Orat. 198 a, Sine philoſophia non poſſe effici, quem quærimus, eloquentem. Orat. 205 b, & 206 a, Tenemus igitur, Brute, quem quærimus, ſed animo. Nam manu ſi prehendiſſem, ne ipſe quidem ſua tanta eloquentia mihi perſuaſiſſet, vt ſe dimitterem. Sed inuentus profectò eſt ille eloquens, quem nunquam vidit Antonius. ibid. In qua vrbe auditus eloquens nemo erat. ibid. Si Antonio Craſſus eloquens viſus non eſt, aut ſibi ipſe. Orat. 207 a, Eſſe perfectè eloquentis puto, non eam ſolum facultatem habere, &c. dicendi, ſed etiam vicinam eius atque finitimam Dialecticorum ſcientiam eſſumere.

¶ *Loquens ſimpliciter.* Orat. 209 b, Muta quædam eloquentia inducere. ad Her. 40 b, Cùm res muta aut informis ſit eloquens & formata. * Att. 136 a, Poſthumus ad me venit, nihil niſi claſſes eloquens & exercitus.

**Eloqventia**, tiæ. *eloquendi vis, dicendi ratio, dicendi grauitas & copia, ſumma copia & ſingularis facultas dicendi, diuinum atque incredibile genus orationis.* )(. *infantia.* Par. 236 b, Nihil aliud eſt eloquentia, quàm copioſè loquens ſapientia. de Orat. 147 b, Eſt enim eloquentia vna de ſummis virtutibus. & 148 b, Stoici eloquentiam, virtutem ac ſapientiam eſſe dixerunt. item: Eloqentiam rem vnam eſſe omnium difficillimam: quibus enim ex quinque partibus conſtare dicitur, earum vnaquæque eſt ars ipſa per ſeſe. de Orat. 86 b, Ex illis rebus vniuerſis eloquentia conſtat, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. & 97 a, Non eſſe eloquentiam ex artificio, ſed artificium ex eloquentia natum. de Clar. 169 a, Vt hominis decus eſt ingenium, ſic ingenij lumen eloquentia. & 191 a, Multitudo & forum, cui nata eloquentia eſt. & 168 b, Pacis eſt comes, ocijque ſocia, & iam penè conſtitutæ ciuitatis quaſi alumna quædam eloquentia. Orat. 210 a, Eloquentia primas tenuit ſemper vrbanis pacatisq; rebus, ſecundas iuris ſcientia. Orat. 210 a, Eloquentia illi ipſi, qui conſecuti ſunt, tamen ſe valere diſſimulant, propterea quòd prudentia hominibus grata, lingua ſuſpecta. de Opt. 243 a, Eloquentia conſtat ex verbis & ſententijs.



Tuſcul. 175 b, Popularis enim eſt illa facultas, & effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio. Tuſc. 161 b, Eloquentiam non ſine vi quadam maiore fluere, abundantem ſonantibus verbis, vberibusque ſententijs. de Inu. 42 a, Hæc ars quæ vocatur eloquentia, ſiue ars, ſiue ſtudium, ſiue exercitatio, ſiue facultas à natura profecta. Offic. 31 b, Eloqui copioſè, modò prudenter, melius eſt, quàm vel acutiſſimè ſine eloquentia cogitare. Offi. 42 b, Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam: ea eſt enim quam eloquentiam dicimus. & 43 b, Quid tam inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad ſalutem hominum & ad conſeruationem datam, ad bonorum peſtem perniciemque conuertere? & 46 b, Quid enim eloquentia laudabilius & præſtabilius, vel admiratione audientium, vel ſpe indigentium, vel eorum qui defenſi ſunt gratia? Tuſc. 149 b, Ariſtoteles prudentiam cum eloquentia iungebat. de Orat. 85 a, b, Tu autem eloquentiam ab elegantia doctrinæ ſegregandam putas. & 86 a, Athenis ſtudia eloquentiæ viguerunt. de Fin. 52 a, Et tamen à philoſopho, ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem. de Nat. 55 b, De quo dum diſputarem, tuam mihi dari velim eloquentiam. * de Clar. 166 b, Qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ. pro L. Varen. Ad L. Craſſi eloquentiam grauis & vehemens & volubilis eſt Septimius. Frag. ep. Eloquentiam, quæ admirationem non habet, nullam iudico. Horſenſ. Eloquentiam tueri, quam tu in cœlum, Hortenſi, credo vt ipſe cum ea ſimul aſcenderes, ſuſtuliſſes. de Orat. 88 a, An verò tibi Romulus ille aut paſtores & conuenas congregaſſe, aut Sabinorum connubia coniunxiſſe, aut finitimorum vim repreſſiſſe eloquentia videtur? non conſilio & ſapientia ſingulari? Quid in Numa Pompilio? &c. num quod eloquentiæ veſtigium apparet? ibid. Iſta præclara gubernatrice, vt ais, ciuitatum eloquentia Rempub. diſſipauerunt. de Orat. 98 b, Non defuit illis patronis eloquentia, neque dicendi ratio aut copia. de Orat. 108 b, Si homines non eruditi ſummam eſſent prudentiam atque incredibilem eloquentiam conſecuti. de Orat. 109 a, Neminem eloquentia non modò ſine dicendi doctrina, ſed ne ſine omni quidem ſapientia florere vnquam & præſtare potuiſſe. ibid. Aut eloquentiæ nomen relinquendum eſt. ibid. Talem verò exiſtere eloquentiam, qualis fuerit in Craſſo, &c. de Clar. 167 a, Laudare eloquentiam, & quanta vis ſit eius expromere, quantamque ijs, qui ſint eam conſecuti, dignitatem afferat, &c. Siue illa *eloquentia* arte pariatur aliqua, ſiue exercitatione quadam, ſiue natura, rem vnam eſſe omnium difficillimam. ibid. Teſtis eſt Græcia, quæ cùm eloquentiæ ſtudio ſit incenſa, iamdiuque excellat in ea, præſtetque cæteris, &c. quàm hæc eſt à Græcis elaborata dicendi vis atque copia. ibid. Quem conſtat cùm prudentia, tum etiam eloquentia præſtitiſſe. de Clar. 168 a, Vidéſne vt in ea ipſa vrbe, in qua & nata & alta ſit eloquentia, quàm ea ſerò prodierit in lucem? ibid. Niſi iam tum eſſet honos eloquentiæ. de Clar. 180 a, Cn. Octauij eloquentia, quæ fuerat ante conſulatum ignorata, in conſulatu multis concionibus eſt vehementer probata. & b, Maximis præmijs eloquentiæ propoſitis. de Clar. 181 a, Eloquentiam meam populo probari velim. Orat. 198 a, Eloquentia hæc forenſis ſpreta à philoſophis & repudiata, multis quidem illa adiumentis magniſque caruit: ſed tamen ornata verbis atque ſententijs iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehenſionemque pertinuit. Ita & doctis eloquentia popularis, & diſertis elegans doctrina defuit. Orat. 205 b, Cuius ornatum dicendi & copiam admiratæ. gentes eloquentiam in ciuitatibus plurimum valere paſſæ ſunt: ſed hanc eloquentiam, quę curſu magno ſonituque ferretur, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. Huius eloquentiæ eſt tractare animos, huius omni modo permouere. Hæc modo perfringit, modò irrepit in ſenſus, inſerit nouas opiniones, euellit inſitas. Orat. 206 a, Ne ipſe quidem *eloquens* ſua tanta eloquentia mihi perſuaſiſſet. ibid. Eloquentiam nullis niſi eloquentiæ oculis videre poſſumus. Orat. 207 a, Palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. ibid. Qui eloquentiæ laude ducatur. Top. 228 a, Quibus rebus eloquentia efficiatur. ibid. Poſsitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam? pro Quint. 1 a, Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore: ſumma gratia & eloquentia. Quarum alteram, C. Aquili, vereor, alteram metuo. Eloquentia Q. Hortenſij ne me dicendo impediat, nonnihil commoueor, &c. Neque hoc tantoperè querendum videretur, hæc ſumma in illis eſſe: ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. pro Qu. 15 a, Non omnia ſunt in eloquentia. de

tia. de Clar. 169 a, Vt ſemel è Pyreæo eloquentia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, atque ita peregrinata tota Aſia eſt, vt ſe externis oblini ret moribus, omnemq; illam ſalubritatem (alij hoc omittunt) Atticę dictionis quaſi ſanitatem perderet, ac loqui penè dediſceret.

ELOQVOR, ris. *aico, effero, enuncio, exprimo.* Part. 230 a, In rebus inuenire, in verbis eloqui dicitur. Tuſcul. 149 a, Fieri autem poteſt, vt rectè quis ſentiat, & id quod ſentit, politè eloqui non poſſit: ſed mandare quenquam literis cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, nec illuſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter abutentis & ocio & literis. de Clarat. 188 a, Præclarè eloqui cogitata mentis. de Orat. 89 a, Oratoris eſt compoſitè, ornatè, copioſè eloqui. de Orat. 123 a, Omne quod eloquimur, fit vt id aut eſſe dicamus, aut non eſſe. Epiſt. 140 b, Memini in ſenatu diſertum conſularem ita eloqui: hanc culpam maiorem an illam dicam? de Fin. 74 b, Vereturque quicquam aut facere, aut eloqui, quod parum virile videatur. Offic. 31 b, Eloqui copioſè, modò prudenter, melius eſt, quàm vel acutiſſimè ſine eloquentia cogitare, quòd cogitatio in ſeipſa vertitur. de Orat. 102 b, Nullum eſt periculum, ne quid tu eloquare niſi prudenter. ad Her. 30 a, Eloqui rem aliquam per continuationem.

† Syntaxis. *In eo quod ſcimus, eloquentes ſumus. Eloquens, & in|dicendo ſuauis & ornatus. (agnoſce ſynonyma tria.) Rem mutam eloquentem facere.*

ELORINVS, na. *ex Eloro Siciliæ vrbe.* I. V. 170 a.

ELVCENS, tis. de Or. 128 a, Inter flammas circulus elucens ſplendidiſſimo candore.

ELVCEO, ces. *appareo, exto, emineo, excello, vigeo.* de Am. 115 a, Amicitia magis elucet inter æquales. de Orat. 113 b, Nemo ſtudet eloquentiæ, niſi vt in cauſis & in foro eluceat. Orat. 209 b, Hoc in genere eluceat oportet omnis eloquentiæ magnitudo. pro Fon. 278 b, Quid eſt igitur, vbi elucere poſſit prudentia? Off. 20 b, Ex quo eluceat omnis conſtantia omniſque moderatio. Par. 233 b, Ex quibus proprium quid ſit eluceat. Ep. 47 b, Exiſtimant quaſi lumen aliquod elucere ſanctitatem tuam. Ep. 149 b, Quare ſit modò aliqua reſpub. in qua honos elucere poſſit, omnibus (mihi crede) honoribus abundabis. pro S. R. 32 a, Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur. Offic. 21 a, In ipſo loco aliquod probi ingenij lumen eluceat. pro Cæl. 47 a, Atque in eo ingenium eius elucere videbatis. de Ami. 105 b, Si qua ſignificatio virtutis eluceat. * de Fin. 107 a, Eaque in maximis ingenijs maximè elucere. Offic. 4 b, Vt animi excellentia magnitudoque cùm in augendis opibus vtilitatibusq; & ſibi & ſuis comparandis, tum multò magis in his ipſis deſpiciendis eluceat.

† Syntaxis. *Elucet amicitia, virtus, homo, lumen.*

ELVCVBRATVS, a, um. *elaboratus, politus.* de Cl. 195 a, Diligenter etiam quàm elucubrata oratio.

ELVCVBROR, aris. *elaboro, excudo.* Attic. 114 b, Epiſtolam quam eram elucubratus, ad te non dedi.

ELVDENS, tis. de Diu. 138 a, Quæ eſt iſta ars coniectoris eludentis ingenio.

ELVDO, dis. *irrideo, fallo.* Acad. 31 a, Sed vos ab illo irridemini, & ipſi illum viciſſim eluditis. I. V. 72 a, Ita magnas accuſatoris minas magnamque iudicij expectationem ad noſtrum arbitrium libidinemque eludemus I. V. 58 b, & 61 b, Pueri quos adhuc eluſit. de Op. 244 b, Quaſi rudibus Iſocratis eludit oratio. I. C. 97 b, Quandiu nos etiam furor iſte tuus eludet. de Leg. 180 b, Sed quod idem iuris ciuilis eſt, ſpernitis, & ſcientia illa eluditis. * pro Mil. 107 b, Speraſſet ſe poſſe Rempub. eludere in illis ſuis cogitatis furoribus.

* ¶ *Euagor.* Top. 223 b, Solebat Aquilius littus ita definire, qua fluctus eluderet.

ELVDOR, ris. *irrideor.* pro S. R. 39 b, & de Ar. 249 a, Nos ab iſto nebulone facetè eludimur.

ELVGEO, es. *lugeo, defleo.* Ep. 139 a, Inde corpori omne tempus datur: patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm vlla mater vnicum filium.

ELVO, is. *diluo, deleo, abſtergeo.* I. A. 156 b, Sordes eluere. pro Seſt. 17 a, Macula quam nemo iam poſſet eluere.

ELVOR, ris. I. A. 242 a, Vt centurionum profuſus ſanguis eluatur, num elui crudelitatis prædicatio poterit? * de Leg. 174 b, Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus vllis elui poteſt. in Saluſt. 271 b, Non procacitate linguæ vitæ ſordes eluuntur.

* ELVSVRVS, a, um. I. V. 61 b, Te verò Cæcili quemadmodum ſit eluſurus.

* ELVSVS, a, um. *deceptus.* I. A. 175 b, Qui tum eſt impulſus, eluſus, inductus.

ELVVIES, ei. *labes, macula, cõtagio.* pro Dom. 224 a, * Tu ad il-



lam labem atque eluuiem ciuitatis, ſine ſumma vi peruenire potuiſti?

ELVVIO, onis. *terræ hiatus, vorago aquarum vi facta.* de Som. 129 b, Propter Eluuiones exuſtioneſq; terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modò non æternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus. Off. 36 a, Cauſæ eluuionis, peſtilentiæ, &c.

EMANATVRVS, a, um. Attic. 44 b, Orationem ita compreſſeram, vt nunquam emanaturam putarem.

* EMANCIPO, as. *patria poteſtate libero.* de Finib. 53 b, Cùm illam ſeueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipauerat.

EMANCIPOR, ris. *quaſi manumittor, à patria poteſtate liberor.* pro Dom. 220 b, Adoptatum emancipari ſtatim, ne ſit eius filius qui adoptârit, cur ergò adoptatur? Liberos propriè emancipari, ſeruos manumitti dicemus.

EMANDANDVS, a, um. *mittendus.* Attic. 103 b, De Ciceronibus noſtris dubito quid agam: nam mihi interdum emandandi videntur in Græciam. *aliàs Amandandi.*

EMANO, as. *exeo, effluo* de Inu. 63 a, Alij ex alio fonte præcepto res dicendi emanauerunt. pro Cæl. 41 a, Quæro ex quo iſte fonte ſenator emanet. de Orat. 149 a, Ab Arceſila recentior Academia emanauit. pro S. R. 19 a, Oratio mea nequaquam ſimiliter exire atque in vulgus emanare poterit. de Leg. 164 a, Metuo ne hoc emanet. Att. 115 a, Mala enim noſtra iſtinc emanant. de Orat. 120 b, Partes autem ſunt, quæ generibus, ex quibus emanant, ſubijciuntur. de In. 55 a, Ex quo *loco* omnis oportet vis emanet ratiocinationis. Orat. 261 a, Ex quo emanant qui communes appellantur loci. Q. de Pe. 207 b, Nam ferè omnis ſermo ad forenſem famam ab his emanat autoribus. de Clar. 185 a, Vereri te arbitror, ne per nos hic ſermo tuus emanet. I. V. 76 b, Quæ fama nõ idcirco ſolùm emanârat. Ep. 115 b, Deniq; inuidioſũ tibi ſit, ſi emanârit. de D. 121 a,

*Sub platano vmbrifera fons vnde emanat aquai.*

† Syntaxis. *Orator non emanat: (ex compreſſa ſcilicet oratione.) Exire, & in vulgus emanare librum. Per te id emanauit.*

EMATHIVM, thij. *Attici villa.* de Leg. 170.

EMAX, cis. *qui libenter & ſæpius emit, emendi cupidus.* Parad. 125 a, Non eſſe emacem, vectigal eſt.

EMBAENETICA, cæ. *nauicularia.* Epiſt 112 a, Qu. Pompeium Baulis embæneticam facere. Cælij. * *alij Schænobaticam legunt.*

EMBLEMA, tis. *Signa & ornamenta vaſorum, quæ detrahi poſſunt, emblemata dicuntur, nec non etiam aliarum rerum.* I. V. 212 a, Vaſis cruſtæ aut emblemata detrahebantur. I. V. 211 a, Duo pocula non magna appoſuerat, veruntamen cum emblematis. ibid. Emblemata auellenda curauit. I. V. 208 a, Scaphia cum emblematis Lilybæi vtrum empta eſſe dicis? an confiteris erepta? I. V. 210 a, Te cum inſpiciendum popoſciſſes *thuribulum*, auulſo emblemate remiſiſſe. I. V. 212 a, Hanc tantam vim emblematum ſine cauſa coacervare voluiſſe. ibid. Poſteaquam tantam multitudinem collegerat emblematum, vt ne vnum quidem cuiquam reliquiſſet. I. V. 212 b, Tum illa *emblemata*, ex patellis & thuribilis quę vellerat, ita ſcitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in ſcyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata eſſe dicere.

¶ *Adhæc, ſi de pauimentis aut tabulis intelligitur, eſt opus ex teſſerulis, vel è lapidib. vel ex ligno minutatim cõſectis, & cõciſis variis colorib. diſtinctis & notatis compoſitũ, varias rerum formas & effigies oſtendens. Idcirco vermiculatum vocatur, quod ſit minutatim ſectum & variè diſtinctum.* de Orator. 158 b, & Orator. 210 b,

*Quàm lepidè lexeis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes*
*Arte pauimento atque emblemate vermiculato.*

*Ex Lucil.* de Clar. 190 a, Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, ſtructũ verbum videres.

† Syntaxis. *Cruſtas & emblemata detrahere, auellere. Emblema vermiculatum.*

EMBOLIVM, ij. *interpoſitio.* pro Seſt. 25 a, Qui omnia ſororis embolia nouit. Att. 314 b, Embolium mirificum cogito. *Budæus embolimon, & embolima legit in comment.*

EMENDATE, *caſtigatè.* de Opt. 243 a, Purè & emendatè loqui, quod eſt latinè.

EMENDATOR, oris. *corrector* de Clar. 188 b, Siſenna quaſi emendator ſermonis vſitati eſſe volebat. I. A. 168 b, Iam de ipſo emendatore & correctore noſtro dicam. *(ſynonymiam in duplicatis agnoſce.)* * pro Cornel. 58 b, O præclarum correctorem atque emendatorem noſtræ ciuitatis: qui hanc pœnam fœderibus adſcribat, vt omnium præmiorum beneficiorumque noſtrorum expertes faciat fœderatores.

EMENDATRIX, cis. de Leg. 167 b, Lex eſt emendatrix vitiorum. Tuſc. 224 b, O præclaram emendatricem vitæ

poëticam, quæ amorem flatij, leuitatis autorem in concilio Deorum collocandum putet.

**Emendatio**, onis. de Finib. 111 a, Nec videlicet eſt correctio philoſophiæ veteris & emendatio. Acad. lib. 3, Felicior eſſet emendatio temeritatis.

**Emendatvs**, a, um. de Cl. 187 b, Locutio emendata & Latina. de Amic. 107 b, Cùm emendati mores amicorum ſint, tum, &c. Acad. 4 b, Certè enim recentiſſima quæq; ſunt correcta & emendata maximè.

**Emendo**, as. *corrigo*. Orat. 211 b, Serò à quibuſdam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt, nam, &c. pro Muren. 138 b, Conſilium tuum vituperare non audeo, nonnulla in re forſitan conformare, & leuiter emendare poſſim. Att. 32 a, Me rogat, vt annales ſuos emendem & edam. de Clar. 118 b, Cæſar rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendat.

**Emendor**, ris. de Leg. 190 a, Vt vitijs principum infici ſolet tota ciuitas, ſic emendari & corrigi continentiâ.

* **Emendvs**, a, um. pro Clu. 38 b, Oppianicum iudici ad emendas ſententias pecuniam dediſſe iudicatum eſt.

**Ementiens**, tis. de D. 83 a, Videmus hæc ſigna nunquam, ferè ementientia.

**Ementior**, ris, *mentior, nego*. de Opt. 244 b, Aeſchines legationem ementitus eſt. Parit. 234 a, alij ementiti ſunt in eos quos oderant. pro Cor. 55 b, Ementiri genus ſuum. & ibi. Non furatus eſt ciuitatem, non penus ſuum ementitus? pro Dom. 223 b, Me non ementitum eſſe autoritatem eius ordinis. I. A. 176 a, ementitus eſt auſpicia. * Partit. 234 a, Dolorem fugientes multi in tormentis ementiti perſæpe ſunt. pro Sex. Roſc. 39 b, Ego hæc omnia Chryſogonum feciſſe dico, vt ementiretur, vt malum ciuem Roſcium fuiſſe fingeret. pro Planc. 274 b, Eo me beneficio obſtrictum eſſe ementiar.

**Ementitvs**, a, um. *fictus, falſus, vanus*, I. A. 177 a, Quod me de ementitis auſpicijs putares eſſe dicturum. Tuſc. 203 a, Quantum ſit ementita opinio, apparet.

† Syntaxis. *Ementiri in aliquem aliquid. Opinio ementita.*

**Emereor**, ris. *mereo, ſtipendia facio*. Att. 91 a, Annuæ mihi operæ ad III. cal. Sextil. emerentur.

**Emergens**, tis. de Nat. 48 a,

*Vt ſeſe emergens, oſtendit Scorpius altè.*

**Emergo**, gis. *exeo, euado, exiſto.* )( *Mergor, demergor.* pro Pomp. 5 a, Mithridates non ſe Cappadociæ latebris occultare vult, ſed emergere è patrio regno. de Nat. 51 a, Aues, quæ ſe in mari merſerant, emerſerunt. pro Cl. 56 b, Hoc vno mdo ſæpe multorum improbitate deprehenſa veritas emergit. pro Cæl. 43 b, Qua ex vita emerſit totumque ſe eiecit atque extulit. de Finib. 100 a, & 120 b, Emergere ex aqua. de Ar. 255 a, Reſpirare vos à metu cædis, emergere autoritatem veſtram à fluctibus ſeruitutis. in Vat. 33 b, Emergere ex mendicitate. I. V. 78 a, Emergere ex peculatus iudicio. & 184 b, Filium emergere ex paternis probris ac vitijs. & 230 a, Cùm multa ex illo mari bella emerſerint, & multa in pontum inuecta ſint, Attic. 71 b, Incommoda valetudo, qua iam emerſeram. & 72 b, Meum conſilium reprehendo, quòd non aliqua ratione ex hoc negotio emerſeram. Offic. 37 b, Quamuis enim demerſæ ſint leges, quamuis tremefacta libertas, tamen emergunt hæc aliquando. Att. 29 b, Emerſeram commodè ex Antio in Appiam ad Tres tabernas ipſis Cerealibus. & 144 b, Nunc emergit amor, nunc deſiderium ferre non poſſum. & 90 b, Hac autem re incredibile eſt, quantum ciuitates emerſerint. Offic. 22 b, Ex quo magis emergit quale ſit decorum illud, &c. de Di. 95 b, Ab infima ara ſubitò anguis emerſit. & 122 b, Dionyſij equus emerſit ex flumine. de Vn. 201 b, Quibus temporibus ſtellæ à noſtro aſpectu oliteſcant, rurſusque emergant. de Sen. 88 a, Cùm viriditas herbeſcens è vaginis emerſerit. * pro Cæl. 48 a, Emerſiſſe iam è vadis, & ſcopulos prætervecta videtur oratio mea. de Finib. 120 b, Si plures ex alto emergere velint. de Nat. 51 a, Quæ *aues* cùm emerſiſſent.

¶ *Appareo*. de Ar. 256 b, Iſta ſerpens, quæ tum hîc deliteſcit, tum ſe emergit.

† Syntaxis. *Emergere ex valetudine: &, valetudine. Emergere, abſolutè. Anguis ſe emergit.*

**Emeritvs**, a, um. *qui iam ſtipendio confecto eſt*. Att. 95 a, Nos annuũ tempus propè iam emeritum habeamus. de Sen. 87 a, Animum tanquam emeritis ſtipendijs ambitionis, ſecum eſſe *id eſt, confectis ſtipendiis.*

† Syntaxis. *Tempus, & ſtipendium emeritum.*

**Emersvs**, a, um. *exiens, apparens, prodiens*. de D. 137 a, Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti, ſubito ſum viſus emerſus ex flumine. pro Seſt. 7 b, Homo emerſus ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum ac ſtuprorum. in Vat. 32 b, Homo emerſus è cœno. de Vniu. 201 b, * Dij (*id eſt, ſtellæ*) emerſi.

† Syntaxis. *Ille viſus eſt emerſus è flumine.*



**Emetior**, ris. de Cl. 166 a, Ego voluntatem tibi profectò emetiar, ſed rem ipſam nondum poſſe videor. *id eſt, cumulatè præſtabo.*

**Emigro**, as. *diſcedo, migro, excedo*. I. V. 241 b, Ex illa domo ſic emigrabat, vt, &c. & 216 b, Emigrare domo. de Leg. 180 a, Emigrare è vita.

**Eminens**, tis. *editus* )( *lacunoſum*. de Nat. 16 a, Species deorum, quo nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis. de Nat. 35 a, Figura nihil habens inciſum angulis, nihil eminens, nihil lacunoſum. de Nat. 55 a, Genæ leuiter eminentes. in Vat. 29 b, Oculi eminentes. Tuſc. 162 a, Globus terræ eminens è mari. Tuſc. 241 a, Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem.

¶ *Præclarus, præſtans*. Or. 163 a, Diſcutienda ſunt ea quæ obſcurant, & ea quę ſunt eminentia & promta, ſumenda.

**Eminentia**, tiæ. Acad. 6 b, Multa vident pictores in vmbris & in eminentia, quę nos non videmus. de N. 22 a, Res nullam habens ſoliditatem, nec eminentiam.

**Emineo**, nes. *exto, excedo*. de D. 99 b, Cùm ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli poſſet officere.

¶ *Appareo, eluceo, eniteo, præcello*. pro S. R. 38 b, Quod quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur & abſconditur, eo magis eminet & apparet. de Orat. 152 a, Quo magis id quod erit illuminatum, extare, atque eminere videatur. ad Heren. 26 a, Ne poſſit ars eminere. Orat. 206 a, Demoſthenes vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi. pro Clu. 56 b, Illi quorum eminet audacia, atque proiecta eſt à conſilijs, malitiæ deſeruntur. in Vat. 268 b, Toto ex ore crudelitas eminebat. *aliter, emanabat.* Orat. 204 a, Sententiarum ornamenta ſunt illa quidem permulta, ſed quę emineant, pauciora. de Som. 131 a, Si iam tum cùm erit incluſus in corpore *animus*, eminebit foràs, & ea quæ extrà erunt contemplans, quàm maximè ſe à corpore abſtrahet. Tuſc. 188 b, Amplitudinem animi & quaſi quandam exaggerationem quam altiſſimam animi, quæ maximè eminet in contemnendis & deſpiciendis doloribus, vnam eſſe omnium rem pulcherrimam.

† Syntaxis. *Eminere & apparere, Extare & eminere:*

**Eminvs**, *è longinquo*. )( *Cominus*. de Sen. 81 a, Eminus haſta, cominus gladio vti.

**Emissarivs**, rij. *excurſor, vexator, calumniator*. I. V. 112 b, Petit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor, & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus, condemnatus iniuriarum. & 257 b, Hunc præcurſorem habere ſolebat & emiſſarium. I. V. 167 b, Illis emiſſarijs hæc tibi omnis pecunia quæſita eſt. Epiſt. 96 a, Perſuaſeratq; nonnullis inuidis meis, ſe in me emiſſarium ſemper fore. * Epiſtol. 117 a, De vi reus à quo ſuo emiſſario eſt factus. Epiſtol. 263 b, Helluo nequiſſimus H-S CII. dabat nullo aprico horto, nullo emiſſario.

† Syntaxis. *Excurſor & emiſſarius. Præcurſor & emiſſarius. Eſſe emiſſarium aliquem in quempiam.*

**Emissio**, nis. *iactus, ictus, coniectio*. de Di. 121 a, Emiſſio fœminæ anguis mortem afferebat Graccho. Tuſcul. 187 a, Tormenta eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt cõtenta atque adducta vehementius.

**Emissitiae**, arum. *quiſquiliæ, ſordes, quod proijcitur vel eijcitur in nuptijs, aut alijs ſolennibus actis, vt qui non ingrediuntur in ædes, aliquid habeant honoris cauſa.* de Leg. 188 a, C. verò Gracchus ruinis & emiſſitijs, quas ipſe ſe proieciſſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe ciues, nónne omnem reipublicæ ſtatum permutauit?

**Emissvs**, a, um. de Orator. 129 a, Facetè dicta ſtatim vt emiſſa ſunt, hærere debent. & 128 b, Argumentum ratio ipſa confirmat, quæ ſimul atq; emiſſa eſt, adhæreſcit. I. C. 102 b, Vt abs te non emiſſus ex vrbe, ſed immiſſus in vrbem eſſe videatur. Tuſc. 164 a, *bis*, Cùm illuc ex his vinculis emiſſi feremur. pro Pl. 265 b, Emiſſus aliquis è carcere. Att. 62 b, Lacus Velinus à M. Curio emiſſus.

**Emitto**, tis. *edo, dimitto, mitto*. ad Heren. 40 b, Quòd ſi nunc hæc vrbs inuictiſſima vocem emittat, non hoc pacto loquatur. de Ar. 244 a, Emittere telum, & conijcere telum. de Di. 117 a, Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſt fulmen. Epiſt. 110 b. Si quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus. *id eſt, edidimus.* pro Cæl. 43 a, Emittere aculeos in aliquem. & 51 b, Emittere aliquem è manibus. * Incer. Nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet, emiſit. pro Cæl. 51 b, Quæro cur Licinium, &c. mulieraria manus iſta de manibus emiſerit?

**Emittor**, ris. I. V. 249 b, Quæram, cur hunc eundem repentè de carcere emitti iuſſerit. pro Plan. 271 a, Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur.

† Synta-

† Syntaxis. *Emiſſa ratio adhæreſcit. Nubium conflictu ſe ardor emitit. Emittere è manibus.*

Emo, mis. *coemo, mercor, paro, comparo, cauponor, nundinor, pecuniam in aliquare colloco.* Att. 158 b, Mihi Philotimus dixit, ſeſe cc l. emere de Canuleio diuerſorium illud poſſe: minoris etiam emturum, ſi Veſtinum rogaſſem. Off. 63 b, Emit homo cupidus & locuples *hortos* tanti, quanti Pythius voluit. Att. 215 a, Is cc. iugera de M. Pilio emit. pro S.R. 19 a, b, Bona huius de L. Sylla duobus millib. nummûm ſeſe emiſſe dicit Chryſogonus. pro Dom. 236 b, Emit domum propè dimidio carius quàm æſtimabat. Att. 268 a, Cùm illa fundum ſecunda fortuna emiſſet in diem, neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet, ille ſe interpoſuit. Epiſt. 63 a, Emi eam ipſam domum millibus nummûm xxxv. I. V. 202 b, Profectò hinc natum eſt, malo emere quàm rogare. Attic. 214 b, Emere magno, vel paruo. Att. 8 b, Tantum quod ea emtione & nos bene emiſſe iudicati ſumus. Att. 261 a, Emere aliquid pecunia *I V. 180 a, Aliquando deſinat ea ſe putare emere, quæ ipſe ſemper habuit venalia, fidem, iuſiurandum, veritatem, officium, religionen. pro Cecin. 288 b, Fundum illum &c. ſuum eſſe, ſeque ſibi emiſſe.

*Emor, eris pro Seſt. 19 a, Ex his *tribunis plebis* princeps emitur ab inimicis meis is. Att. 18 a, Vt ager hac aduentitia pecunia emeretur.

† Syntaxis. *Emere de aliquo aliquid. Dimidio carius emere, quàm. Secunda fortuna in diem emere. Iſta emtione bene emiſſe indicatus ille eſt.*

Emolumentum, ti. *acceſſio, vtilitas, commodum*, ὠφέλημα. pro Mil. 107 b, Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpe paruo. Ep. 100 b, Si id tibi eſſe emolumento ſciam. de Orat. 87 b, Vt & vobis honori, & amicis vtilitati, & reipublicæ emolumento eſſe poſſitis. & 140 b, Sine præmio & emolumento facere quippiam. pro Font. 279 b, Ob aliquod emolumentum ſuum cupidius aliquid dicere. Offic 59 a. Emolumenta rerum fallacibus iudicijs vident, pœnam legum non vident. de Fin. 77 a, Cuius mors emolumentum tibi factura eſt Offic. Si propter ſuum quiſque emolumentum ſpoliet alerum, neceſſe eſt, &c. de Fin 60 a, Plusque in ipſa iniuria detrimenti eſt, quàm in his rebus emolumenti, quæ iniuria pariuntur. * de Fin. 56 a. Claris & fortibus viris commemorandis, eorumque factis non emolumento aliquo, ſed ipſius honeſtatis decore laudandis. de Fin. 104 b, Et emolumenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant, communia eſſe voluerunt. Quorum altera proſunt, nocent altera. Nec ſolum ea communia, verùm etiam paria eſſe dixerunt.

Emorior, ris. *morior.* de Orat 106 a, Scæuola, qui excogitaſſet naſci prius oportere quàm emori. Epiſt. 26 a, pro Pompeio emori poſſum. pro Plan. 278 b, Tuſc. 151 b, Emori cum pernicie reipub.

Empedocles, clis. de Orat. 103 b, Empedocles phyſicus egregium poema fecit. de Am. 100 b, Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus vaticinatum ferunt, &c. & ibid. Opinio Empedoclis de amicitia & diſcordia. &c.

Empedocleus, a, um Qu. fr. 313 b, Tuſc. 156.

Empirici, *medici, qui ſe ab experientia ſic nominarunt: hi in vſu & experimentis medicinam ponunt.* Acad. 30 b, Itaque medici ipſi, quorum intererat ea noſſe, aperuerunt, vt ea viderent: nec eo tamen aiunt empiricis notiora eſſe illa, quia poſſit fieri, vt patefacta & defecta mutentur.

Emporium, rij *mercatus, vel locus eius.* Att. 69 a, Cùm per emporium Puteolanorum iter facerem.

Emptio, onis. *coemtio* pro Cec 288 a, Hac emtione facta pecunia ſoluitur à Cæſennia. Att. 8 b, Quòd ea emtione & nos bene emiſſe iudicati ſumus, & homines intelligere cœperunt. * Attic. 18 a, Populo Pompeioque ſatisfaciebam emtione, qua conſtituta diligenter, &c. Att. 186 b, Nomen illud, quod à Cæſare, tres habet conditiones, aut emtionem ab haſta, &c.

Emptor, oris. pro Cecin. 288 b, Fundus, cuius iſte emtor fuit mandato Cæſenniæ. Offic. 62 a, Vt ne quid omnino quod venditor nôrit, emtor ignoret. Qu. fr. 307 a, Tuſculano emtor nemo fuit. I. A. 178 b, Omnino vllius rei nemo fuit emtor, cui defuerit hic venditor. * Quint. 9 a, Quo non amici conueniunt, ſed bonorum emtores, vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & diſtrahendas.

Emtus, a, um. *coemtus, comparatus.* de Nat. 75 a, Quæ ex emto & vendito contra fidem fiunt. I. P. 87 a, Præter duos de lapide emtos Trib. plebis. * Att. 261 a, Deſeruit *Rempub.* emtus pecunia.

Emungo, gis. *abſtergo*, ad Heren. 41 a, Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

En, *demonſtrandi aduerb. ſed habet etiam vim indignationis: hæc cauſa.* Poſtq. 201 a, En ego tot teſtimonijs reſtitutus, &c. I. V 260 b, En quod Tyndaritani libenter prædicent, & 646 a, En fœderum interpretes, &c. Epiſt. 210 a, En hic ille eſt, de illis maximè, qui, &c. pro Cl. 56 b, En hoc illud eſt, quod antè dixi, mulier, &c. pro Deiot. 146 b, En crimē, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet pro Seſt. 16 b, En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur. I. A. 178 b, En cur magiſter eius ex oratore arator factus ſit. *aliter hem.*

Ε'ΝΑΡΓΕΙ'Α, *as, demonſtratio.* Dicitur illuſtratio à Cicerone, teſte. Quint. lib. 6. cap. 3. Item euidentia & perſpicuitas. L. ſuis in locis.

Enarro, as. *explano, narro.* de D. 98 a, Cumque ſenatui ſomnium enarrauiſſet, pedibus ſuis ſaluus reuertit. de In. 48 b, Nam ſæpe ſatis eſt, quod factum ſit dicere, non vt enarres quemadmodum ſit factum. pro Mar. 181 a, Nulla dicendi tanta vis, quæ non dicam exornare, ſed enarrare res tuas geſtas poſſit.

Enascor, ris. *naſcor.* Attic. 171 a, Ex multis curis eſt vna enata.

Enato, as. *eno, emergo, euado.* Tuſc. 245 b, Reliqui, qui, &c. enatant tamen, &c.

Enavigo, as. *euado.* Tuſc. q. 216 a, E' logicis, tanquam è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio.

* Endo. *antiqua præpoſitio, pro In.* de Or. 158 b, Orat. 210 b,

*Quàm lepidè lexeis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes*
*Endo pauimento atque emblemate vermiculato.*

Endymion, onis. Tuſ. 168 a, Endymion verò ſi fabulas audire volumus, neſcio quando in Latmo obdormiuit, &c.

Enectus, a, um. *confectus, exhauſtus.* de D. 123 b, Auis fame enecta in offam pultis inuadit. Tuſc. 150 a, Siti enectus Tantalus. de D. 93 b, Ea parte animi nec inopia enecta, nec ſatietate affluenti. Att. 84 a, Sic Appius cùm ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curârit, ſanguinem miſerit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradidit prouinciam enectam, & ἀνασυνατρεπομένην. de Diu. 137 b, * Pleni enectine fame ſimus.

Enervatus, a, um *debilitatus, effœminatus.* pro Seſt. 8 a, Homo eneruatus & exſanguis, & Tuſc. 117 a, Mollis & eneruata oratio. Tuſc. 170 a, Eneruata muliebriſque ſententia. Att. 31 b, Ego vſque eo ſum eneruatus, vt, &c. I. P. 97 a, Afflictus, infirmus, & eneruatus reus.

Enervo, as. *debilito.* de Sen. 93 b, Sed tamen non planè me eneruauit, non afflixit ſenectus.

Enervor, ris Att. 31 b, Tantum abeſt, vt eneruetur oratio compoſitione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis eſſe poſſit.

Engonasis, ſis. *Nixus, Hercules.* de N. 47 a,

*Engonaſim vocitant, genibus quia nixa feratur.* in Arat.
*——Ille vagans vulgato nomine Nixus.*

Enguini. *populi* I. V. 223.

Enim. *nam, namque.* de Nat. 7 b, Terra enim profectò pars mundi eſt. item: Nihil habebam quod ſcriberem. de rep. enim nihil ſcribere poſſum, neque enim quod ſentio libet dicere. I. V. 125 b, Attendite enim diligenter, cognoſcetis, &c. Att. 179 b, & 188. * Enim peruellem. de Inu. 68 b, At enim, qui, &c. I. V. 106 a, At enim ſi, &c. Or. 147 b, Verùm enim oratori, &c.

Enimvero', *verùm enim, at enim, profectò.* Att. 247 a, Hoc enimuerò nunc diſcere aueo, hoc ego quid ſit, interpretari non poſſum. I. V. 89 b, Enimuerò ferendum hoc non eſt. de Orat. 98 a, Enimuerò, inquit Craſſus, &c. Qu. fr. 295 a, Enimuerò ſi vnus homo, &c. quanta tamen pecunia, &c. I. V. 160 b, Enimuerò iſte ridere, &c. I. V. 234 a, ille enimuerò negat, & ait, &c. & 256 b, Illi enimuerò ſe oſtendunt quod vellet eſſe facturos.

† Syntaxis. *At enim ſi. Verùm enim licebit. Attende enim.*

Enitendum. Off. 60 b, Omnibus meis facultatibus enitendum mihi eſt.

Eniteo, tes *clareo, emineo.* Att. 21 b, In Philippicis orationibus enituit Demoſthenes. de Cl. 184 a, Craſſi magis enitebat oratio. de Orat. 120 a, In quibus hoc maximè enituit, quòd tibi omnes dant acumen. pro Mur. 131 b, Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis. pro Fl. 149 b, Athenæ non ſolùm in Græcia, ſed propè cunctis gentibus enitebant. de Inu 62 b, Fortaſſe magis hoc ſuo in genere opus noſtrum, quàm ille in ſua pictura nobilis eniteret. Tuſc. 177 b, Etſi in ſegetem ſunt deteriorem datæ fruges, ipſę tamen ſuapte natura enitent de In. 42 b, Studia recta atque honeſta ab optimis concelebrata enituerunt. ad Her. 255 b, Non poſſe vnum in omnibus elocutionis partibus enitere.

Enitesco, ſcis *ſplendeſco*, ad Her. 38 a, Quæ *gloria* cum ſumma laude prodita, vetuſtate quotidie magis eniteſcit.

† Syntaxis. *Ille in hoc enituit. Boni ſua natura etiam inter malos enitent.*

Enitor,ris.eniſus ſum.*elaboro,connitor,cõtendo.* Attic.151 b, Tu nunc omni amore enitere vt nos iuues. Qu. frat. 328 a,In quo enitar non minus quàm ſum eniſus in noſtro. Offic.60 b, Qui ſtadium currit,eniti & contendere debet quàm maximè poſſit,vt vincat.de Am. 107 a, Sed potius debet eniti & efficere vt,&c.|Att.263 b, Enitere,elabora, vel potius eblandire,effice,vt,&c,Ep.132 b, Eniti,contendere, perficere aliquid.Att.230 b, Omni ope & opera enitar,vt,&c.&255 a,Quod quidem certè enitar.I.A.165 a, Nihil prætermiſi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium à Cæſaris coniunctione auocarem. Epiſt.145 b,Quantum viribus eniti,conſilioque prouidere, autoritate monere potero. Ac.2 b,Vt plurimis proſimus, enitimur. Epiſt. 40 b, Illud pugna & enitere, ne, &c. & 14 a, Tantun enitor, vt amicis non deſim. de Orat.136 a, Eniti in aliqua re.Qu. de Pet. 208 b, Elaborare & eniti alicuius cauſa.

† Syntaxis.*Enitor,& In hoc enitor,& hoc, & alicuius cauſa.Eniti & contendere Eniti,& efficere Omni ope & opera eniti. Quantum facere, enitique potui.Viribus eniti. Pugna & enitere. Elabora & enitere.*

Enixè,*cupidè,conatu maximo.*pro Seſt. 11 a, Meam cauſam omnes boni enixè ſuſceperant.

Enna,*ciuitas mediterranea Siciliæ* I.V.191 b,Enna mediterranea eſt maximè.

Ennensis *ſiue vt Plinius Hennenſis.* I.V. 192 b, *I.V.157 b, Ennenſis ager.

Ennivs,nij. Orat.200 a, Ennius non diſcedit à communi more verborum.

Eno,as.*Enato.*de Fin.103 b,Isque,qui enat è concha, pinoteres vocatur.

Enodatè, tiùs.*explicatè.*de In.49 a, Quæ illius erunt,leuiter attingendo,ſua diligenter & enodatè narrando.de Finib. 130 b,Hæc igitur nobis explicanda ſunt,ſed ſi enodatiùs, vos ignoſcetis. huius enim ætati, & huic nunc hoc primùm fortaſſe audiendi ſeruire debemus.

Enodatio,onis.*explicatio.*de N.71 b, Quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum? Top. 223 a, Notio,eſt cognitio enodationis indigens.

Enodatvs,a,um.de In.63 a, Ariſtoteles nominatim cuiuſque præcepta magna conquiſita cura perſpicuè conſcripſit, atque enodata diligenter expoſuit.

Enodo,as.*explico.* de Na 72 a,In enodandis nominibus laboratis. ad Her 9 a, Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad noſtræ cauſæ commodum.* de Leg. 161 a,Natura homini rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enodauit (*al.enudauit*) quaſi fundamenta quædam ſcientiæ.

Ennoias. Acad lib.2. ἐννοίας enim notitias appellare tu videbare.eod.Notitiæ rerum, quæ Græci tum ἐννοίας, tum προλήψεις vocant.de Fin.lib.3,Intelligentia,vel notitia potius,quam appellant ἔννοιαν illi. L. ΠΡΟΛΗΨΕΙΣ.

Ensis,*gladius*.* 2.de Glor.

*Qui quondam Hectoreo perculſus concidit enſe.*

de Nat. 58 a,

*Ferrea tum verò proles exorta repentè eſt,*
*Anſaq; funeſtum prima eſt fabricarier enſem.*

in Arat.

*Orion humeris & lato pectore fulgens,*
*Et dextra retinens non caſſum luminis enſem.*

ENTEΛΕΧΕΙΑ.*vide* Continvatvs.

Entellini.*populi.*I.V.170,& 193.

Enthymema,tis.*contrarium,contentio,concluſio ex repugnantibus ſententiis.*Topic 225 a, Ex hoc illa rhetorum ſunt ex contrarijs concluſa, quæ ipſi enthymemata appellant: non quòd non omnis ſententia proprio nomine enthymema dicatur,ſed vt Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen efficit apud Græcos ſuum: ſic cum omnis ſententia enthymema dicatur, quia videtur ea quæ ex contrarijs conficitur, accutiſſima, ſola propriè commune nomen poſſidet eius generis hæc ſunt: Hunc metuere, alterum in metu non ponere: eam quam nihil accuſas,damnas: bene quàm meritam eſſe autumas dicis malè mereri:quod ſcis,prodeſt nihil:id quod neſcis, obeſt.hoc differendi genus attingit omnino veſtras quoq; in reſpondendo diſputationes, ſed philoſophorum magis, quibus eſt cum oratoribus illa ex repugnantibus ſententijs communis concluſio: quæ à dialecticis tertius modus, à rhetoribus enthymema nuncupatur.

ΕΝΘΟΥΣΙΑΣΜΌΣ. L. Afflatvs.

Envcleandvm.Par 234 b,Nec quicquam in amplificationibus nimis enucleandum eſt: minuta eſt enim omnis diligentia.

Envcleatè. de Finib. 107 b, qui grandia ornatè vellent, enucleatè minora dicere. de Fin. 145 b, Enucleatè dicere de aliqua re. Orat. 199 a, Eleganter & enucleatè dicere. de Clar.175 a, Enucleatè & politè dicere. & 167 b, Subtiliter, preſsè,enucleatè.Qu frat,323 a, De aqua & via nihil prætermiſi quadam epiſtola,quin enucleatè ad te perſcriberem.

Envcleatvs, a,um.*explicatus.* de Orat.145 b,Genus dicendi acre,acutum, enucleatum. Orat 203 b, & 205 a, pro Pl. 261 a,Eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia.

Envcleo,as.*explico,enarro,aperio.* Tuſc. 232 b, Hæc nunc enucleare non ita neceſſe eſt.

† Syntaxis. *Eleganter & enucleatè dicere. Enucleatè & politè. De re aliqua enucleatè ſcribere.*

Envdo, as. de Leg. 161 a, Natura homini rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ. *aliter,enodauit:& rectiùs.*

Envmeratio,onis.de Leg.188 b, Sed eſt iniqua in omni re accuſanda, prætermiſſis bonis, malorum enumeratio. de Clar. 577 a, Quandiu in eorum enumeratione verſamur.de In.51 b, Enumeratio eſt, in qua pluribus rebus expoſitis, & cæteris infirmatis, vna reliqua neceſſariò confirmatur. & 60 a, Enumeratio, pars concluſionis eſt, per quam res diſpersè & diffusè dictæ,vnum in locum coguntur,& reminiſcendi cauſa vnum ſub aſpectum ſubijciuntur. ad Heren.3 b, Diſtributio diuiditur in duas partes, enumerationem & expoſitionem. Enumeratione vtemur, cum dicemus numero, quot de rebus dicturi ſimus. Eam plus quàm trium partium numero eſſe non oportet.ad Heren. 15 a, Concluſiones conſtant ex enumeratione, amplificatione & commiſeratione. Enumeratio eſt, per quam colligimus & commonemus, &c. & ordine quicquid erit dictum referemus. ibid. Ne aut ab exordio, aut à narratione repetatur orationis enumeratio.ibid. Initium enumerationis ſumendum eſt à diuiſione. de Inuen.58 a, Enumeratio vitioſa intelligitur. ibid.Præteritur quiddã in eiuſmodi enumerationibus.ibi. Quo illato infirmatur enumeratio: quoniam id ſit inductum,quod præteritum ſit in enumeratione. Altero autem modo reprehendetur. de Inuen. 60 a, Concluſio habet partes tres,enumerationem,indignationem, conqueſtionem. ibid Enumeratio ſi ſemper eodem modo tractabitur, perſpicuè ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur. Sin variè fit, & hanc ſuſpicionem & ſatietatem vitare poterit. de Inuun.60 b, Enumerationem rei totam attribuere. ibid. Si alicui rei huiuſmodi, legi, loco,vrbi, monimento, attribuetur oratio per enumerationem. ibid. Commune præceptum hoc datur ad enumerationem. pro Clu.31 a, Enumeratio ſingulorum argumentorum non eſt neceſſaria.

Envmero,as.*perſequor,conſequor, numero,recenſeo.* Poſtqu. 198 b, Quis veſtra in me beneficia nõ modò augere aut ornare oratione, ſed enumerare aut conſequi poſſit? Epiſt. 212 a, Quæ ne ſingula enumerem, totam tibi domum commendo. Attic.41 b,Non faciam, vt enumerem miſerias omnneis.pro S.R.26 b,Dicere atque enumerare cauſas omnes oportebat. de Nat.50 a, Enumerare poſſum, ad eum paſtum capeſſendum, &c. quæ ſit in figuris animantium, & quàm ſolers deſcriptio partium, quamque admirabilis fabrica membrorum.

* Envmeror,aris. pro S.Roſc.40 b, Qui prætereuntes pretium enumerari audiebant. Parad.117 1, Qui *Bias* enumeratur inter ſeptem ſapientes.

Envnciandvs,a,um ad Her. 20 a, Continuatio eſt orationis enunciandæ acceleratio clamoſa.de Fat 143 b, Multa genera ſunt enunciandi:ſed nullum diſtortius quàm quo Chryſippus vtitur.

Envnciatio, onis.*pronunciatio,enunciatum, effatum,pronunciatum, axioma,annunciatio.* de Fat. 144 a, Omnis enunciatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera aut falſa eſt.de Fat.140 a, explicanda vis eſt ratioque enunciationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant. de Fat.145 b, Si tum non eſſet vera hæc enunciatio.

Envnciatvm, ti.*effatum, enunciatio.* de Fat.144 a,Omne enunciatum aut verum aut falſum eſſe, & 145 b.

Envnciatvs, a, um pro Mur. 129 b, Id enunciatis veſtris myſterijs totum eſt contemtum.

Envncio, as. *pronuncio, propono, effero, dico.* de Orat. 102 b, Enunciare myſteria dicendi.de Diuin. 86 a, Diræ enunciant euentura, niſi prouideris: *id eſt, ſignificant.* Plan. Epiſtol. 147 b, Non enim præteritam culpam videri volo redemiſſe,ſed optimæ mentis cogitata iampridem maturo tempore enunciare. de Orator. 94 b, Ac ſi quæritis planè quid ſentiam, enunciabo apud homines familiariſſimos, quod adhuc ſemper tacui & tacendum putaui.

¶ *Patefacio,aperio,ſignifico.* pro S.R. 38 a, & contra Rul.85 a, Qui ſociorũ cõſilia aduerſarijs enũciauit.pro S.R.39.b,

Enun-

Enunciare conſilia alicuius alteri:Tuſc.181 b, Enunciare commiſſa.Att.157 a. Coſſinius valde mihi bonus homo viſus eſt, & talis qualem eſſe eum tuæ mihi literæ enunciârant.*id eſt, ſignificârant.*

ENVNCIOR,ris.de Fat.144 a, Quod ita enunciatur, deſcendit in Academiam Plato de Orat.258 b, Cùm res enunciatur ornatiùs.Acad.23 b, Nempe fundamentum dialecticę eſt,quicquid enunciatur (id autem appellatur ἀξίωμα,quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe aut falſum.

EO,is.*vado,iter facio,iter habeo,iter mihi eſt,aliquo proficiſcor,pergo,concedo, iter contendo, iter confero.* Qu. fr. 324 a,Patiamur illum ire noſtris itineribus. I. C. 101 b, Ire in exilium, & proficiſci in exilium.I.A.175 b, Celeriter iſti & rediſti.pro Cl.92 b,I lictor,colliga manus. Ep.3 a, De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.Ep.174 a,Quacunq; iuit, ergaſtula ſoluit. Att.26, Equidem antequam tuas legi literas,in hominem ire cupiebam.

¶ *Progredior:ad res relatum.* de Am. 104 b, Quod quidem vt res ire cœpit, haud ſcio an aliquando futurum ſit. Att. 231 a,Incipit res melius ire,quàm putâram.& 235 b, Prorſus res ibat.

¶ *Venio.*Qu.fr.319 a,Ad Pomponiam ſcribas velim, cum aliquò exibimus,vt eat nobiſcum,puerumq; ducat. Att. 168 b, Is dixit ſe nobiſcum ire non poſſe.

¶ *Mulctor.*pro Fl. 156 b, Prætor decreuit, vt ſi iudicatum negaret, in duplum iret.

EO. *idcirco.* At.5 b, Vindemiolas meas eò reſeruo, vt illud ſubſidium ſenectuti parem.de Orat. 160 b, Quod eò ſæpiùs teſtificor, vt, &c. & ibid. Sed eò te non interpellaui, ne,&c.Epiſt.229 a, Eò pluribus ſcripſi, vt. &c. de Fin. 129 b,Eò ſeparanda fuit,&c. quia, &c. Ad Her.17 b, Eò feci, non quòd,&c.ſed,&c.

¶ *Ad illum terminum.* Ep.147 a, Sed vſq; mihi temperaui, dum perducerem eò rem, vt dignum aliquid conſulatu meo efficerem.ad Her. 3 a,Si non ad extremum, ſed vſq; eò,quo opus erit, proſequemur.

¶ *Tanto,cum vocibus Magis, Maximè,etiam magis: & cum comparatiuis nominum & adverbiorum, Plus, Minus.* Att. 136 b, Ille confidebat, & eò magis, quòd, &c. & 179 b,& 31 b, de Am.96 b,Eoq; magis.*id eſt,præſertim.* & 109 b, Off.15 b, In magnis animis id plerumq; contingit, eoq; magis, ſi,&c.Att.177 b,Eò maximè,quòd, &c. I.V. 223 a,Atq; eò etiam magis,quòd,&c.Att.264 a,Nunc mi capito,ſcio enim quantum ſemper apud eos,quibuſcum ſis, poſſe ſoleas, eò plus apud hominem facillimum Plancum enitere,vt,&c.Att.179 b, Eò minus ſcilicet,quòd,&c.Ep.63 b, & 179 b,Et eò minus,quòd me frigus Dalmaticum illinc eiecit.pro S.R.32 b, Tenuitas huius eò magis elucet,quò magis occultatur. Tuſc. 187 a, b, Vt baliſtæ lapidum eò grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contentæ vehementiùs: ſic plaga hoc grauior,quò eſt miſſa contentiùs. Att.30 a,Quanto magis, &c.eò celeriùs,&c.

EPHEBVS, bi.*puber.*de Nat.17 a,E' gregibus Epheborum vix ſinguli reperiebantur pulcri.pro Fl.257 a,Quem tu ephebum cognouiſti. de Or.138 a, Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis.

EPHEMERIS,dis. *liber, ſeu commentarius, in quem quotidianæ actiones referuntur.* pro Qu.10 b. In memoriam rediit Quintius,quo die Roma in Galliam profectus ſit:ad ephemeridē reuertitur,inuenitur dies ꝓfectionis, pridie cal.Febr.

EPHESIVS, a, um.de Diu. 90 a, Epheſiæ Dianæ templum. I.A.186 a,Trallianam, aut epheſiam putes dicere.

EPHESVS,ſi.*vrbs in Aſia.*Att.74 b, Epheſum venimus ad XI. cal. Sextil.

EPHIPPIA,orum.*ſtrangula, quibus inſternuntur equorum ornamenta,præſertim verò ea quam vocant ſellam.* de Fin.93 a, Puto concedi nobis oportere, vt Græco verbo vtamur, ſi quando minus occurret Latinum: ne hoc ephippijs & acratophoris potius quàm proegmenis & apoproegmenis concedatur.

EPHORI, orum. *quaſi Tribuni apud Lacedæmonios.*de Leg.187 a, Quare nec ephori Lacedæmone ſine cauſa à Theopompo oppoſiti regibus, nec apud nos conſulibus tribuni.Offic.50 a,Lacedæmonij Lyſandrum ephorum expulerunt. *Tuſcul.170 a, Damnatus ab ephoris.

*EPICHARMIVS, a, um. ἐπιχάρμειος. de petit.conſul.211 a, Quamobrem ἐπιχάρμειον illud teneto.

*EPICHARMVS, i. Att. 19 a, Vt crebrò mihi vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cantilenam illam ſuam. Tuſc. 151 a, Sed tu mihi videris Epicharmi acuti nec inſulſi hominis, vt Siculi,ſententiam ſequi.

EPICHEIREMA, tis.*ratio,argumentum, argumentatio.* Ad Her. 6 b, Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant.Att.9 a,Si vnquam mihi ἐπιχειρήματα ſuppeditârunt illo tempore:quid multa?

*EPICOPVS,a,um.*remis iam impellendus.* Att.231 a,In phaſelum epiſcopum.*Alij epiſcopium & epiſcopum legunt.*



EPICRATES. *id eſt,Pompeius.* Att.24.

EPICTETVS, *id eſt,Phrygia.*Epiſt.45.

EPICVREVS,a,um.*voluptarius*, de N. 5 a, Caius Velleius ad quem tum Epicurei primas deferebant.

EPICVRVS,ri.*philoſophus à ſuccurrendo & ſubueniendo dictus, quod Græci dicunt ἐπικουρεῖν. quò alludens Cicero in Acad. dixit.* Nam qui voluit ſubuenire erroribus,Epicurus is eſt. Off. 75 b, Cyrenaicis obſoletis floret Epicurus. de Diu.116 b, Epiſt.138 b,In Epicuri nos aduerſarij noſtri caſtra coniecimus. * Acad.40 a, Si Epicurum:id eſt, ſi Democritum probarem.

EPICVS, ci. *heroicus.*de Opt. 24 a, Ennius ſummus poëta epicus.eodem,Tragici,Comici, Epici, Melici etiam ac Dithyrambici.

EPIDAVRVS. *ciuitas in Peloponneſo.* de Nat.76 b, Epiſt.55 b, Sulpitius.

E'ΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΝ.*dicendi genus.* L. DEMONSTRATIVVS.

E'ΠΙΓΕΝΗΜΑΤΙΚΟΝ. L. POSTERVS.

EPIGONI, orum.*Accij tragædia.*de Opt.244 b,* Nec Andromacham aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant. Tuſcul. 188 a, Verſum ex Epigonis ferunt dixiſſe. Offic. 23 a, Illi non optimas, ſed ſibi accommodatiſſimas, fabulas eligunt.Qui enim voce freti ſunt,Epigonos Medeamque.

EPIGRAMMA,tis.pro Ar.190 b, Epigramma in eum fecit, tantummodo alternis verſibus longiuſculis. At.13 b, Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus. in Verr.229 b, Epigramma Græcum nobile inciſum habuit in baſi.Tuſcul.166 a, Callimachi quidem Epigramma in Ambraciotam Cleōbrotum eſt. * I. V. 229 b, Quòd *epigramma* iſte, &c. non ſuſtuliſſet. Nunc enim quod inſcriptum eſt inani in baſi, declarat quid fuerit,& id ablatum indicat.

EPILOGVS,gi.*peroratio,concluſio.*de Orat.134 b, Orator in epilogo miſericordiam mouet. Tuſcul.173 a, Num etiam rhetorum epilogum deſideramus? pro Planc. 277 a, Vt miſerabiliores epilogos poſſem dicere. ad Heren. 15 a, Concluſiones, quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominantur, tripartitæ ſunt:nam conſtant ex enumeratione, amplificatione,& commiſeratione.de Fin.111 a,Patronus cauſæ in epilogo pro reo dicens. * de Cl.276 b, Extat eius peroratio, qui epilogus dicitur: qui tanto in honore pueris nobis erat, vt eum etiam ediſceremus. Att.62 b, Publius diſerto epilogo criminans mentes iudicium commouerat.

EPIMENIDES, *vates.* de Diu.87.

EPIPHANEA, *vrbs.* Epiſt.244.

EPIPHORA, ræ. *humoris diſtillatio.* Ep. 266 a, Balbus ad me ſcripſit tanta ſe epiphora oppreſſum, vt loqui non poſſit. *locus eſt.*

EPIROTICVS,a,um. Att.203 b, Att.80,Ep.211.

EPIRVS, *regio.* Att.3 a, Bruti.

EPISCOPIVS,a,um. *nauicula exploratoria.* Attic.231 a, Conſcendens ab hortis in phaſelum epiſcopium. *Alij epicopum legunt.*

EPISCOPVS,pi.*ſpeculator.*Att. 109 a, Vult enim me Pompeius eſſe, quem tota hæc maritima ora habeat ἐπίσκοπον, id eſt,ſpeculatorem & cuſtodem.Att 231 a,*Phaſelus epiſcopus. Aliàs epicopus.*

EPISTOLA,læ.*literæ, codicilli.* Quint.frat. 296 b, Hoc eſt epiſtolæ proprium,vt is ad quem ſcribitur, de ijs rebus quas ignorat,certior fiat.Epiſt.19 a, Epiſtolarum genera multa eſſe non ignoras: ſed vnum illud certiſſimum cuius cauſa inuenta res ipſa eſt, vt certiores faceremus abſentes,ſi quid eſſet,quod ſcire aut noſtra,aut ipſorum intereſſet. & ibid. Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo: vnum familiare & iocoſum,alterū ſeuerum & graue.Epiſt. 139 a, Quid ſimile habet epiſtola aut iudicio aut concioni? Attic.75 b, Habes epiſtolam plenam feſtinationis & pulueris, reliquæ ſubtiliores erunt. Offic.8 b, M.quidem Catonis ſenis eſt epiſtola ad M. filium, in qua ſcripſit,ſe audiſſe eum miſſum factum eſſe.Attic.19 b,Ei nunc epiſtolæ his literis reſpondeo.Offic 42 b, Extant epiſtolæ Philippi ad Alexandrum. I. A. 175 a, Confeſtimque ad eam deducitur,eique epiſtolam tradidit.Att.95 a, Facere longiorem epiſtolam.Attic.89 a, Ecce autem puſilla epiſtola, quam non relinquam ἀναντιφώνητον.Epiſt. 139 a, Texere epiſtolas quotidianis verbis. Attic.93 b, Q. Cicero puer legit, vt opinor, epiſtolam inſcriptam patri ſuo. Epiſtol. 252 a, Hæc tertia iam epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſchedulam aut literam. * Att. 29 a, Iſti puero da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum,ſed etiam opinionum tuarum.I.V.184 b, Ab epiſtola Timarchidis longiùs digreſſa eſt oratio mea. Epiſtol.107 a, Quod epiſtolam conciſſam doles,

noli

noli laborare: ſalua eſt domi: petes cùm libebit. ibid. Caue putes quicquam melius quàm epiſtolæ tuæ partem, ab eo loco. Att. 119 a, Cùm eadem lucerna hanc epiſtolam ſcripſiſſem, qua inflammaram tuam. Quint. frat. 319 a, Venio nunc ad tuas literas, quas pluribus epiſtolis accepi, dum ſum in Arpinati. Nam mihi vno die tres ſunt redditæ equidem, vt videbantur, eodem abs te datæ tempore: vna pluribus verbis, in qua primum erat. & b, Neque nos datis iam epiſtolis diem commutari curemus. Epiſtol. 36 b, Videbam te hanc epiſtolam, cum ad vrbem iſſes, eſſe lecturum. ibid Prima duo capita epiſtolę tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda ſunt. Ep. 109 b, Eam epiſtolam cum hac coniunxi. quam ille cum acceperit. Ep. 285 a. Cuſpianorum omnium commẽdationis cauſam hac tibi epiſtola exponendam putaui. Reliquis epiſtolis tantum faciam vt notam apponam eam. Att. 29 a, O ſuaues epiſtolas tuas vno tempore mihi datas duas, quibus διαγγέλια quæ reddam neſcio, deberi quidẽ planè fateor. & b, Ibidẽ illico puer abs te cum epiſtolis. ibid. Properans ad epiſtolas. Att. 30 a, Epiſtolam αὐθωρεὶ tibi à tribus tabernis reſcriptam ad tuas ſuauiſſimas literas neminem reddidiſſe? At ſcito eum faſciculum, quo illam conieceram, &c. Itaque tibi tuam epiſtolam iuſſi referri: ex qua intelligeres, quàm mihi tum illæ gratæ fuiſſent. & b, Vt ſcribis, ita video non minus incerta in Rep. quã in epiſtola tua. Att. 31 a, Cænato mihi & iam dormitanti pridie Cal. Maias epiſtola eſt illa reddita, in qua de agro Campano ſcribis Quid quæris? primum ita me pupugit, vt ſomnũ mihi ademerit: ſed id cogitatione magis quàm moleſtia. Att. 42 b, Ex epiſtolarum mearum inconſtantia puto te mentis meæ motum videre. Att. 74 a, Accepi faſciculum, in quo erat epiſtola Pyliæ, abſtuli, aperui, legi: valde ſcripta eſt συμπαθῶς. Brunduſio quæ tibi epiſtolæ redditæ ſunt ſine mea, tum videlicet ſunt datæ. Att. 78 b, Obſignaram iam epiſtolam eam, quam puto te modò perlegiſſe ſcriptã mea manu, in qua omnia continentur. Att. 85 b, Hoc tempore ipſo impingit mihi epiſtolã Scaptius Bruti, rem illam ſuo periculo eſſe. Att. 86 a, Quæ epiſtola tua eſt, in qua non mentionem facias? & b, Correcta verò epiſtola Memmiana nihil negotij fuit. Att. 88 b, Lepta tua epiſtola gaudio exultat. Etenim ſcripta bellè eſt, meq; apud eum magna in gratia poſuit. ibid. Ecce autem alia puſilla epiſtola, quam non relinquam ἀναντιφώνητον. Att. 114 b, Eam epiſtolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi: erat enim plena ſpei bonæ. Att. 123 a, Epiſtolam meam quòd peruulgatam ſcribis eſſe, non fero moleſtè. Quinetiam ipſe multis dedi deſcribendam. Att. 166 a, Tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando concerpito, ne quando quid emanet. Att. 203 b, De epiſtola ad Cæſarem, quid egeris expecto. ibid. Miſi ad te epiſtolas ad Martianum & ad Montanũ: eas in eundem faſciculum velim addas, niſi fortè iam dediſti. Att. 204 a, Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem. ibid. Si de Epiſtola certiorem me feceris. & b, Oppio & Balbo epiſtolas deferri iubebis. Att. 205 a, Miſi ad te epiſtolam, quia commodè ſcripta erat. & b, Quòd epiſtolam meam ad Brutum poſcis, non habeo eius exemplum, ſed tamen ſaluũ eſt, &c. vnà cũ illius obiurgatoria tibi meam quoq;, quã ad eum reſcripſerã, miſi. ibid Epiſtolas mihi pronunciabat verſiculis facetis, ad familiares miſſas à Corintho. ibid. Cauſam eã aſcribere, q̃ erat in epiſtola noſtra. At. 207 a, Valde me momorderũt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra. Eædem tamẽ ſanauerunt. Att. 210 a, Ad Hirtiũ dederam epiſtolã ſanè grandẽ, quam ſcripſerã proximè in Tuſculano. Huic, q̃ tu miſiſti, ſcribã aliâs: nũc alijs malo. At. 211 b, Epiſtolã Cæſaris miſi, ſi minus legiſſes Att. 212 b, Nunc Alexionis epiſtolis cedimus. ibid. Sed quæſo epiſtola mea ad Varronem, valdéne tibi placuit? Malè mihi ſit, ſi vnquã quicquã tam enitar. At ego ne Tironi quidẽ dictaui, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet, ſed Spinthero ſyllabatim. Att. 213 a, Heri etiã effeci epiſtolã ad Cęſarem: tibi enim placebat: q̃ non fuit malum ſcribi. & b, Quod aliud argumentum epiſtolæ noſtræ, niſi κολακεία fuit? ibid. De epiſtola ad Cæſarem (iurato mihi crede) non poſſum. Att. 214 a, Quid? tu hunc de pompa Quirini contubernalem his noſtris moderatis epiſtolis lætaturũ putas? & b, Ciceronis epiſtolã tibi remiſi. ibid. Eam epiſtolam tibi miſiſſem. Nam illã alterã de rebus geſtis eodẽ exemplo puto. ibid. In eius epiſtola nihil erat noui, niſi auctionem biduũ. At. 215 a, De epiſtola ad Cæſarẽ κέκρικα. ibid. Idem ego ſuadebã in illa epiſtola. & b, Alteram à te epiſtolam cum hodie accepiſſem, volui te eſſe mea vna contentum. ibid. Dicæarchi. &c. καταβάσεως πολιτικὸν non inuenio, & epiſtolam eius, q̃ Ariſtoxenum miſit. Att. 217 b, Datur mihi epiſtola à ſororis tuæ filio, quam ipſam tibi miſi: cuius eſt principiũ, &c. Att. 218 a, Ego verò Quinto epiſtolam ad ſororẽ miſi. Att. 219 a, Epiſtolam ad me attulit miſſam ſibi à Cæſare: quæ quanquam antè data erat q̃ illę Diocharinæ: tamẽ planè declarabat illum, &c. In qua extrema ſcriptum erat, vt. ibid. Cum eã epiſtolã legiſſet. Att. 220 a, Obſignata hac epiſtola. & b, Q. fratris epiſtolã ad te miſi, non ſatis humanè illam quidẽ reſpõdentem meis literis. Att. 221 a, Conſcripſi de his libris epiſtolã Cæſari, q̃ deferetur ad Dolobellã: ſed eius exemplum miſi ad Oppium. ibid. Epiſtolã meam iuſſerunt dari Dolobellæ. & b, Ad Cæſarẽ q̃ miſi epiſtolam. Q. fr. 313 a, Epiſtolã hanc cõuitio efflagitarũt codicilli tui. ibid. Epiſtolæ noſtræ debent interdũ hallucinari. Q. fr. 314 a, Sed ille ſcripſit ad Balbum, faſciculũ illum epiſtolarũ, in quo fuerat & mea & Balbi, totũ ſibi aqua madidũ redditũ eſſe, vt ne illud quidẽ ſciat, meam fuiſſe aliquã epiſtolã. Sed ex Balbi epiſtola pauca verba intellexerat. Q. fr. 321 b, Quòd multos dies epiſtolam in manibus habui propter commorationem tabellariorũ, ideò multa cõiecta ſunt, aliud alio tempore. Q. fr. 322 a, Nihil te recordari de ſe, de epiſtolis illis, quas in Tuſculano eius mihi oſtẽdiſti Q. fr. 326 b, Hanc ſcripſi ante lucẽ ad lychnuchum ligneolum. ibid. Superiori epiſtolæ quod reſpondeam nihil eſt, quæ plena ſtomachi & quærelarum eſt: quo in genere alterã quoq; te ſcribis pridie Labieno dediſſe. Q. fr. 327 a, Deleuit mihi omnẽ moleſtiã recẽtior epiſtola. ibid. De virtute & grauitate Cæſaris magnã ex epiſtola tua accepi voluptatem. ibid. Ex epiſtola, quam ad te miſeram, cognouit Cæſar, me, &c.

† Syntaxis. *Epiſtolam facere longam, ponderoſam, contextam quotidianis verbis.*

EPITAPHIVM, phij. *Platonis liber, & ſepulchri inſcriptio.* Tuſc. 235 a, Videtúrne omnem hic beatam vitam in vna virtute ponere? quid verò in Epitaphio? quomodo idem? Att. 196 a, Vetus illud ἐπίγραμμα quemadmodum ſcripſiſti, vel ἐπιτάφιον putabo.

EPITOME, es, & EPITOMA, æ. *quod alij autores, ijque boni, compendium appellãrunt, liber eſt, qui capita modò & ſummas rerum complectitur.* Att. 206 a, Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas. Att. 187 a, Conturbor enim epitome Bruti Fanniana. * ibid. In Bruti epitoma Fannianorum ſcripſi. *Varia tamen ibi lectio eſt.*

EPOCHE, ches. Acad. 15 b, Ex his illa neceſſariò eſt ἐποχὴ, id eſt, aſſenſionis retentio.

EPOROEDIA, *vrbs.* Epiſt. 177.

ΕΠΩΔΟΣ. I. INSINVATIO.

EPOTVS, a, um. *potus.* pro Clu. 53 a, Quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe dixiſtis. & 54 a, Venenum epotum.

EPVLAE, arum *cibi præſtantes.* I. Vat. 35 a, Ita enim illud epulum eſt funebre, vt munus ſit funeris, epulæ quidem ipſæ dignitatis. de Fin. 86 a, Itemq; omnibus menſibus viceſimo die lunæ dent ad eorum epulas, qui vnà ſecum philoſophati ſunt. Top. 222 b, Sed quoniam auidum hominẽ ad has dicendi epulas recepi, ſic accipiam, vt reliquiarum ſit potius aliquid quàm te hinc patiar nõ ſatiatum diſcedere. de Ar. 248 b, Tui ſacerdotij ſunt, libationes epulæq; ludorum. de D 93 b, Mens ſaturata bonorum, cogitationum epulis. Tuſc. 240 a, Menſę conquiſitiſſimis epulis extruebantur. de Fin. 59 b, In quibuſdam neq; pecuniæ modus eſt, nec libidinum, nec epularum, nec reliquarum cupiditatum. * pro Mur. 142 a, Qui quotidianis epulis in robore accumbunt. & b, Non amat *populus* profuſas epulas: ſordes & in humanitatem multò minus. de Leg. 183 a, Sequebantur epulæ, quas inibant propinqui coronati, apud quas de mortui laude cũ quid veri erat prędicatum.

EPVLANDVM. de Fin. 83 b, Tenuiſſimo victu nõ minorẽ voluptatẽ percipi, quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandũ.

EPVLARIS, e. de Sen. 86 b, Accubatio epularis amicorum. & de Orat. 149 b, Ludorum epulare ſacrificium.

EPVLATIO. Oecon. 1, Quæ ad menſam quotidianam atque epulationem pertinerent.

EPVLATVS, a, um. Tuſcul. 163 a, & de Fin. 67 b, Pòſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe.

EPVLO, onis. *præfecti epularum, qui epulas Ioui cæteriſque diis inſtituendi poteſtatem habebant.* de Orat. 149 b, Pontifices veteres propter ſacrificiorum multitudinem tres viros epulones eſſe voluerunt de Ar. 248 b, Ad quos epulones Iouis Opt. Max. &c. afferunt.

EPVLOR, aris. *conuiuor, epulas do.* Att. 72 a, Cùm quidem & Corcyræ & ſybotis, muneribus tuis, &c. epulati eſſemus Saliarem *(al. hilarem)* in modum. & pro Fl. 149 b, de Sen. 86 b, Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modicè. de Orat. 141 a, Hoc interim ſpatio conclaue illud, ubi epulabatur Scopas, cóncidit Ep. 143 a, Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnà, non modò non contra legem, ſed etiam intra legem. pro Dom. 225 b, Conſules epulabantur, &c.

† Syn-

† Syntaxis. *Epulari op:pare hilarem in modum.* hîc mirificam
aduerte phraſim, pro hilarè, hilarem in modum. *Epulari
inira legem. Epulæ dicendi, & cogitationum.*

Epvlvm, li. *conuiuium publicum.* pro Mur. 142 a, Cùm epu-
lum Q. Maximus Africani patrui ſui nomine populo
Rom. daret. de Clar. 171 a, Carmina in epulis cantitari ſo-
ta à ſingulis conuiuis de virorum clarorum laudibus.
Tuſcul. 148 b, Solitos eſſe in epulis canere conuiuas ad
tibicinem de clarorum hominum virtutibus. Tuſcul. 149
a, Themiſtocles cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus
eſt indoctior. in Vat. 35 a, Vt in epulo Arij cum toga pul-
la accumberes. ibid. Epulum funebre. pro Flac. 164 a, Se-
pulcrum L. Catilinæ multorum conuentu epuliſque ce-
lebratum eſt. * in Vat. 35 a, Sed omitto epulum. ibid.
Epuli dominus. ibid. Quis ſermo alius in epulo fuit?
ibid. Niſi violaſſes templum Caſtoris, nomen epuli.

† Syntaxis. *Epulum dare alicui nomine alicuius. Sepulchrum e-
pulis celebrare.*

Eqva, equæ de Diuin. 119 b, Is quomodo equa pariat, i-
gnorat. Verr. 112 b, Greges nobiliſſimarum equarum
abacti.

Eqves, tis. *qui equo meret, vir ordinis equeſtris.* pro Deiot. 149
a, Cùm is in illo noſtro exercitu equitaret, cum ſuis dele-
ctis equitibus. Attic. 130 b, Equitum & peditum copiæ.
pro Clu. 50 a, Equites ordini ſenatorio proximos digni-
tate, concordia coniunctiſſimos eſſe cupiunt. pro Qu. R.
52 a, Cliuius, quem tu ſi ex cenſu ſpectas, eques Rom. eſt.
pro Font. 279 b, Illi equites Rom. quos nos vidimus,
qui nuper in rep. & in iudicijs maximis floruerunt. pro
Mur. 146 b, Equites Rom. iudicabunt, principes eius or-
dinis quinquaginta. Anteq. 197 b, Nunc ego vos, Equites
Roman. obteſtor, quorum virtute nomen Romanum
victoriam cum laude poſſidet coniunctam, quorum fa-
ctis gloriantur ciues, lætantur ſocij, gemunt hoſtes, &c.
pro Pl. 261 a, Equites, equeſtris ſplendor, idem. * de
Orat. 127 a, Animos Equitum Roman. apud quos tum
iudices cauſa agebatur, ad Qu. Cepionis odium, à quo
erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atque
reuocabam. I. V. 209 b, Tum iſte ab equite Roman.
ſplendido & gratioſo Cn. Calidio, equuleos argenteos
nobiles, qui Qu. Maximi fuerant, aufert. Anteq. 197 b,
Si erga vos, Equites, omni tempore optimè fui anima-
tus, &c. ſi æquè liberis veſtris proſpexi, ac vos patenti-
bus conſueſtis: vt nunc me velitis veſtis opibus defen-
ſum, incolumem in hac ciuitate retinere, &c. nec patia-
mini. pro Deiot. 148 a, Equites non optimos miſiſ-
ſe tibi. Veteres credo Cæſar: nihil ad tuum equitatum, ſed
miſit ex ijs, quos habuit, electos.

Eqvester, vel Eqvestris, ſtre. *quod equitum eſt.* pro Pl.
277 b, Equeſter ordo. pro S. R. 42 a, Equeſtris ſplendor.
I. V. 228 b, Equeſtris pugna Agathoclis regis. de Finib.
88 a, Equeſtres pedeſtreſque copiæ. contra Rul. 62 b,
Cicero equeſtri loco ortus. Qu. frat. 300 b, Homo leuis,
ſed tamen equeſtris inceſſu Catienus. I. V. 139 a, Statuæ
equeſtres inauratæ. I. A. 223, 207 a, Statua ænea pede-
ſtris, vel equeſtris. I. A. 207 b, Aſpicite equeſtrem illam
ſtatuam.

† Syntaxis. *Ordo, locus, ſplendor, pugna, copiæ, ſtatua e-
queſtris.*

Eqvidem. *ego quidem, ego verò, & quidem, quidem.* Attic. 92 b,
Equidem doleo non me his literis certiorem fieri, &c.
Epiſt. 23 a, Equidem nunquam domum miſi vnam epi-
ſtolam, quin eſſet ad te altera. de Leg. 169 a, Equidem,
qui nunc primùm huc venerim, ſatiari non queo, &c.
Epiſt. 80 b, Equidem cum hæc ſcribebam, putabam, &c.
Attic. 229 b, Quod admiror equidem. pro Plan. 265 b,
Emiſſus aliquis è carcere, equidem emiſſus (vt cognoſcis)
optimi adoleſcentis rogatu. Attic. 213 a, Equidem id erat
primum. de Diuin. 138 a, Huic equidem Antipho, tu ve-
rò, inquit, &c. Attic. 40 b, Adhuc equidem valde me pœ-
nitet, &c. Tuſcul. 247 b, Veſtræ equidem cœnæ iucundæ
ſunt. de Finib. 91 b, Sic equidem ſæpius iſta loquemur
inter nos. Attic. 213 a, Equidem credibile non eſt, quan-
tum ſcribam die.

Eqvinvs, a, um. Tuſc. 240 a, Gladius è lacunari ſeta equina
appenſus.

Eqvitando. Offic. 42 b, Equitando, iaculando, &c.

Eqvitatvs, tus. *equitum manus & turmæ.* Attic. 149 a, Hunc
ita paratum video equitatu, peditatu. &c. Attic. 91 b, Sed
iam quid opus equitatu? Epiſt. 95 a, Armatura varia pe-
ditatus & equitatus. * pro Font. 276 b, Cæteris magnos
equitatus ad ea bella, &c. imperauit. I. A. 195 b, Tu ciuem
ſceleratum & perditum, Gallorum & Germanorum exer-
citu, pecunia, peditatu, equitatu, copijs inſtrues? pro
Deiot. 148 a, Nihil ad tuum equitatum.

Eqvito, tas. *equo vehor vel aduehor, in equo vehor, equo iter fa-*



*cio, in equo ſedeo.* pro Dom. 149 a, Cùm is in illo noſtro e-
xercitu equitaret cum ſuis delectis equitibus. de Nat. 62
b, Eos qui ſemel cremati eſſent, equitare poſſe. I. V. 209 b,
Iactabit ſe, & in his equitabit equuleis: emi, pecuniam
ſolui.

Eqvvlevs, lei. *equulus.* Tuſc. 295 a, Vt iniecto equulei freno
repentè tactu exagitantur nouo. I. V. 209 b, Iactabit ſe, &
in his equitabit equuleis: emi, pecuniam ſolui. L. Ecv-
levs. * Hortenſ. Vt fame debilitetur equuleorum nimis
effrenata vis. I. V. 209 b, Ab equite Rom. Cn. Calidio e-
quuleos argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerāt, aufert.

Eqvvlvs, li. *iunior equus, equuleus.* de Nat. 33 b, * Omnia in
perfectis & maturis docet eſſe meliora, vt in equo quàm
in equulo.

Eqvvs, qui. pro Mil. 106 b, Obuiam fit ei Clodius expedi-
tus in equo. in Vat. 241 a, Eam nemo vnquam in equo ſe-
dentem vidit. de Nat. 27 a, Caſtor & Pollux ex equis pu-
gnare viſi ſunt. Attic. 222 a, Cùm Cæſar præteriret, omnis
armatorum copia, dextera, ſiniſtra, ad equum, nec vſ-
quam alibi. Attic. 255 a, Vtrumque ſinum pedibus & e-
quis tranſmiſimus. I. P. 92 b, Quid habent legati in equis
& tribuni. de D. 137 a, Equus in quo vehebar, mecum vnà
demerſus, rurſus apparuit. I. A. 156 b, Qui equo meruiſ-
ſet. de Sen. 83 b, Cùm ingreſſus iter pedibus eſt, in equum
omnino non aſcendit: cū equo, non deſcendit. pro Deiot.
149 a, Deiotarum cum plures in equum ſuſtuliſſent, vix
hærere in eo ſenex poterat. Attic. 89 a, Rheda equis vecta.
*al. iuncta.* pro Cl. 54 b, Is ex equo cecidiſſe dicitur, & latus
offendiſſe vehementer. pro Mur. 126 b, Sedere in equis
triumphantium prætextati potiſſimùm filij ſolebant.
Poſtq. 210 b, Equis inſignibus & curru aurato in patriam
reportari. Epiſt. 259 b, Equum & mulum Brunduſij tibi
reliqui. Offic. 18 b, Equos propter crebras contentiones
præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere
ſolent, vt his facilioribus poſſint vti. Quint. frat. 315 b, Sic
ego te ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem, tum e-
quis, tum verò quadrigis poëticis. Ac. 32 b, Ego enim vt
agitator callidus, priuſquam ad finem veniam, equos ſu-
ſtinebo, eoque magis, ſi locus is, quo ferentur equi, præ-
ceps erit. * ad Heren. 38 b, Neque equus indomitus,
quamuis natura benè compoſitus ſit, idoneus poteſt eſ-
ſe ad eas vtilitates & aptus, quæ deſiderantur ab equo.
pro Mur. 143 a, Intus, intus inquam, eſt equus Troianus,
à quo nunquam, me Conſule, dormientes opprimemi-
ni. Tuſc. 189 b, Equi Pelopis illi Neptuni, qui per vndas
currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur, excipient te, & quò
velis perferent. de Nat. 48 a.

*Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti*
*Summum contingit caput alno.*

pe Diuin. 92 a, Cum tu equo aduectus, &c. eodemque
equo aduerſam aſcendiſſe ripam. de Diuin. 136 b, De no-
ſtris ſomnijs quid habemus dicere? tu demerſo me & e-
quo ad ripam? de Diuin. 137 a, Equus, in quo ego vehe-
bar, mecum vnà demerſus rurſus aparuit. Off. 75 b, Cum
his velis equiſque (vt dicitur) decertandum eſt. de Amic.
109 a, Vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus. ibid.
Atqui in ipſo equo (cuius modò mentionem feci) ſi nul-
la res impediat, nemo eſt, qui non eo, quo conſueuit, li-
bentius vtatur quàm intractato & nouo. Nec modò in
hoc, quod eſt animal, &c. conſuetudo valet.

*Eqvvs Troianvs. *tragœdia.* Epiſt. 95 a, Quid delectatio-
nis habent, &c in Equo Troiano craterarū tria millia? Ep.
102 b, In Equo Troiano ſcis eſſe in extremo: Serò ſapiunt.

† Syntaxis. *Expeditus in equo. Sedens in equo. Ex equo pugnare.
Pedibus & equis tranſire flumen. In equo vehi. Equo aduehi. Equo
merere. In equum aliquem tollere. Equis inſignibus reportari. Tar-
ditatem corrigere tum equis tum velis. Equum ſuſtinet agitator
callidus.*

Eqvvs. *pro ſaxo vnde præcipitatus eſt Daphytas.* de Fat. Quid e-
nim ſi Daphytæ fatum fuit de equo cadere, atque ita per-
ire: ex hócne equo qui cum equus non eſſet, nomen ha-
bebat alienum?

Erana, *vrbs.* Epiſt. 245.

Erciscor. L. Herciscor.

Erebvs, bi. *De Erebo & nocte eorumq; filijs.* de Nat. 68 b.

Erectvs, a, um. *ſtans, celſus.* de Nat. 54 a, Deus homines
humo excitatos, celſos & erectos conſtituit. Orat. 202 a,
Status erectus & celſus. pro Fon. 280 b, Is vagatur lætus
atque erectus paſſim toto foro. de Orat. 100 a, Aliquem
erectum & celſum huc & illuc vagari. de Sen. 92 b, Alacri
animo & erecto proficiſci ad mortem. Tuſ. 236 b, Vir cel-
ſus & erectus, & omnia quæ accidere poſſunt, parua du-
cens. Nunc verò multo ſum erectior, quòd, &c. ad
Heren. 11 b, Feras beſtias videmus alacres & ere-
ctas vadere, vt alteri beſtiæ noceant. pro Deiot. 150 b,
Magno animo & erecto eſſe. Att. 178 a, Sum erectior ani-
mo.

mo.de Sen.87 b, Culmoq; erecta *viriditas herbeſcens* geniculato, vaginis includitur. ad Her. 41 a, Oculis ardentibus, erecto capillo. * Att.47 a, Totam Italiam in me erectam ad me defendendum deſtitui & reliqui. I.A. 193 b, Sic ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. At. 278 b, Erectior ſenatus erat, non ſententijs ſolùm noſtris, ſed etiam cohortationibus excitatus.

† Syntaxis. *Erectus & celſus homo. Status erectus & celſus. Alacer & erectus animus. Vir celſus & erectus.* ad animum refert. *Ardens & erectus ad libertatem. Animo erectior.*

**EREPTIO**, *ablatio.* I.V.202, * Putabant ereptionem eſſe, non emptionem.

**EREPTOR**, oris. *direptor.* pro Qu. 5 a, Iſte bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor pro D.229 b, Ereptor ciuitatis. pro Seſt.24 b, Et ereptor libertatis. I.V.77 b, Non furem, ſed ereptorem, &c. in veſtrum iudicium adduximus.

**EREPTVS**, a, um. pro S.R.43 b, Vita Sex. Roſcij erepta de manibus ſectorum I. C. 101 b, Vita multis ſupplicijs erepta. pro Ar. 189 b, Vrbem amiciſſimam Cizicenorum eiuſdem conſilio ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus ereptã eſſe atque ſeruatam. * pro P.Opp. Telum ei è manibus ereptum eſt. pro Marc. 136 a, Arma ab alijs poſita, ab alijs erepta ſunt. Ep.123 a, Quod per iniuriam ſibi putat ereptum.

**ERETRICVS**, vel **ERETRIACVS**, a, um. Tuſc.250 a, Aeſclepiades Eretricus Philoſophus. de Orat.148 b.

**ERETRIAS**, *ab Eretria vrbe.* Acc.33 a, A Menedemo, quòd is Eretrias fuit, Eretrici philoſophi appellati: quorum omne bonum in mente poſitum, in mentis acie qua verum cerneretur, *aliàs, Eretriaci.*

**ERGA**, *præpoſitio, aduerſum, aduerſus, in.* de Nat.37 b, Id non ſine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur. Att. 292 a, Tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. de Am.106 b, Vt eodem modo erga amicum affecti ſimus, quo erga noſmetipſos. de Orat. 127 a, In meis moribus erga meos neceſſarios declarandis manſuetiſſimus viſus ſum. de Diu. 242 a, Tuum erga dignitatem meam ſtudium & iudicium. Att.119 b, Merita Pompeij ſumma erga ſalutem meam. pro Qu. 24 a, Studium quod habes erga propinquum tuum. Offic.10 b, Habere beneuolentiam erga aliquem. pro Dom. 219 b, & Epiſt. 3 a, Cn. Pompeij merita erga me. Pro Plan. 281 a, Veſtra erga me voluntas commutata eſt. de Orat.125 a, Animos iudicum conciliari ad beneuolentiam erga oratorem. de Fin. 56 a, Torquati noſtri, quos tu paulò antè tum memoriter, tum etiam erga nos amicè & beneuolè collegiſti.

† Syntaxis. *Tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. Erga ſalutem amici. Habere beneuolentiam erga aliquem.*

**ERGASTVLVM**, li. *mancipiorum carcer.* pro Cluen. 21 a, M. Aurius in Qu. Sergij manus incidit, & apud eum fuit in ergaſtulo. Epiſt. 174 a, Quacunque iuit, ergaſtula ſoluit. * pro Rab. 94 b, Etiam ille ex compedibus atque ergaſtulo Gracchus.

**ERGO**. *igitur, cauſa.* Tuſc. 150 a, Nemo ergo non miſer, prorſus nemo. de Inuen. 78 a, Ergo is qui ſcriptum defendet, his locis plerunque omnibus poterit vti. Acad.19 a, Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus? At. 50 b, Si quid contra alias leges, eius legis ergô factum ſit. de Fin.129 b, Ergo hinc capiamus exordium. de Leg. 183 a, Mulieres genas ne radunto, néve leſſum funeris ergô habento. de Opt.244 a, Atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergô.

**ERICHTHEVS**, chthei *rex Athenienſium.* pro Seſt.12 b, Erichthei filiæ. de Nat. 69, de Fin.130.

**ERICIVS**. *mons in Sicilia.* in Verr. act.4.

**ERICINA**. *Venus.* I.V. act.3.

**ERIDANVS**, ni. *fluuius, &, vt communis eſt opinio, Padus, in Italia.* in Arato.

**ERIGO**, erigis. *extollo, excito.* de Fin. 134 b, Cùm autem paulum firmitatis acceſſerit, & animo vtuntur *parui* & viribus, connituntúrque vt ſe erigant, & manibus vtantur. de Finib.134 a, agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. de Legib. 161 a, Natura cùm cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœlique conſpectum excitauit. de Or. 125 b, Inclinantem erigere.)(. *Stantem inclinare.* de Orat. 111 a, Paulùm ſe erexit, & addidit hiſtoriæ maiorem ſonum vocis Antipater.

¶ *Excito, inuito, confirmo.* Anteq. 194 b, Quem paulò antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, eundem tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Pl. 266 a, Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppreſſa ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata ſe erigere debebat. Att.131 a, Poſſumus etiam nũc rempub. erigere, ſi communi conſilio rem adminiſtrabimus. pro Deiot.151 a, Quibus literis ſe magis etiam erexit, ab omníque ſolicitudine abſtraxit. Att.282 b, Erexerat ſe ciuitas in retinenda libertate conſentiens. pro Cl. 29 a, Erigebat animum iam demiſſum & oppreſſum Oppianicus pro Cl. 60 a, Qui erigere animum, & paulùm reſpirare à metu cœpit. I. V. 196 a, Erigere & recreare aliquem afflictum. pro Dom. 218 a, Is ciuitatem ad ſpem libertatis erexit. contra Rull.83 b, Vt recreatus exurgere atque erigere ſe poſſet. pro Seſt.18 b, Vt erigere oculos & viuere videretur. ad Heren 24, Imò erigit *autoritas antiquorum* omnium cupiditates, & acuit induſtriam. Quint frat. 304 a, Nunc ſi potes, erige te & confirma. pro Syl.173 a, Erigite mentes aurésque veſtras, & me de inuidioſis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. I. V. 81 b, Quo tempore igitur aures iudex erigeret, animúmque attenderet? Acad.3 b, Ad audiendum animos ereximus. de Nat.48 b,

*Hic ſeſe infernis è partibus erigit hydra.*

pro Cæl.43 a, Cùm eos *aculeos* accuſator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora.

**ERIGOR**, ris. de Fin. 60 b, Iis bonis erigimur quæ expectamus. Orat. 208 a, aut erigatur, aut paret ſe ad diſcendum.

† Syntaxis *Erigere aliquem, & ſe. Erectus & excitatus homo ad cœli conſpectum. Erigere & recreare afflictos Exurgere & erigere ſe. Erigere ſe, & confirmare. Erigere aures, & attendere. Erigi: pro inflammari, & lætari.*

**ERIPHYLE**, les. *vxor Amphiarai, quæ pulcritudine monilis incenſa, ſalutem viri prodidit.* In Verr. 208 b, & de Inu. 59 b, Eriphyle auro viri vitam vendidit.

**ERIPIO**, pis. *aufero, adimo, extorqueo.* contra Rull. 70 a, Id totum eripere nobis atque ex manibus extorquere conatus eſt de Diuin. 125 a, Cæſar Deiotaro regnum eripuit I.C. 101 a, Hunc mihi timorem eripere. Attic. 12 a, Omnem illi *παῤῥησίαν* eripui. Attic 138 b, & 157 b, Eripe mihi hunc dolorem. de Nat 3 a, Philoſophia quæ lucem rebus eriperet. pro Seſt.15 a, Cùm ego me è conſpectu veſtro eripuiſſem. de Amic.112 a, Eripere alicui poteſtatem hominis aſpiciendi. * pro C.Cornel.2, Potentiſſimorum hominum collegijs eripuit cooptandorum ſacerdotum poteſtatem. pro Syll.172 a, Horum ego faces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, ſicut feci. pro Dom. 216 b, Rem maximam eripui à peſte ſummi periculi: non ſolùm eam, ſed etiam vos à cæde, incendijs, vaſtitate. & 263 a, Quo *puncto temporis* meus diſceſſus iſti cauſam cædis eripuit. Tuſc.176 a, Vt huius quoque generis laudem iam languenti Græciæ eripiant.

¶ *Libero, eruo.* de Orat. 104 a, Eripite nos ex miſerijs, eripite, &c. de Diuin.113 b, Eripere aliquem à morte. pro Cluen. 32 a, Si quis eum caſus ex periculo eripuerit. * in Clod. Integritas tua te purgauit, pudor eripuit. Att.164 b, Ego verò vehiculo *(al. vel lintriculo)* eripiam me ex iſtorum parricidio. I C. 118 a, vt vos, P. C. populumq; Rom. ex cęde miſera: coniuges, liberosq; veſtros, virginesque Veſtales ex acerbiſſima vexatione: templa atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium noſtrum ex fœdiſſima flamma: totam Italiam ex bello & vaſtitate eriperem.

**ETIPIOR**, ris. Parad. 126 a, Virtus nec eripi nec ſurripi poteſt. Epiſt.5 a, Sed vereor ne eripiatur à nobis cauſa regia. pro Mur. 143 b, Nunquam eſt, cùm ego non ex iſtorum inſidijs eripiar atque euolem. * pro Cornel. 65 a, Qui imperatoribus noſtris in bello, in acie, in exercitu, delectum virtutis, qui ſocijs, qui fœderatis, in defendenda Repub. noſtra ſpem præmiorum eripi vellet.

***ERODO**, is. *corrodo, derodo.* Incert. Byturi vites in Campania erodunt.

**EROGATIO**, onis. *diſtributio.* * Att.239 a, Hos tamen *πεντέλοιπον* moueri iſta videntur, inprimis erogatio pecuniæ.

**EROGATVS**, a, um. I.V.185 a, Pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi ad emendum frumentum attributa. & 245 b, Multas pecunias iſti erogatas in operum locationes falſas atque inanes eſſe perſcriptas. pro Flac.152 a, Pecunia in claſſem eſt erogata.

**EROGO**. *curo, diſtribuo.* in Vat.35 a, Erogaſti pecunias ex ærario tuis legibus.

**EROGOR**, ris. Attic. 82 a, Qua ex inſula nullus numus me obtinente erogabitur. Qu.fr. 295 a, Quanta tamen pecunia penderetur, ſi omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent, erogaretur. * Att.88 b, Nullum in mea prouincia nummum, niſi in æs alienum, erogari.

**ERRANS**, tis. *imprudens.* de Ar. 252 a, Sacrificium tam occultum, quòd non modò curioſos oculos excludit, ſed etiam errantes.

¶ *Vagus.* de Nat. 26 a, Errans & vaga ſententia.)(. *Stabilis & certa*

*& certa.* & 36 a, Maximè verò admirabiles ſunt motus earũ quinq; ſtellarũ, quæ falsò vocãtur errãtes.* Acad.40 b, Nos in noſtra vrbe peregrinantes errantesque, tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt. *Apud Auguſtin.lib.6.de Ciuit.Dei, cap.2, reduxerunt legitur.*

Erraticvs, a, um. de Seneƈt. 88 a, Vitem ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans coërcet ars agricolarum.

Erratio, onis. *error.* de Nat. 37 a, In cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas ineſt. de Vn. 198 a, Deus motum cœli ab omni erratione liberauit.

Erratvm, ti. *mendum, error.* contra Rull. 67 a, Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus proponitur. pro Syll. 170 b, Peterem veniam errato L. Cecilij. pro Cluent.45 a, In Habitum animaduerterunt nullum ob totius vitæ, non dicam vitium, ſed erratum. Attic.255 b, Agnoui erratum meum. & 88 a, Nam illud de Flauio ſi ſecus eſt, commune erratum eſt. Ep.264 b, Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, vt nõ ſolùm animus à factis, ſed aures quoq; à comemoratione abhorreant. Att.219 a, Quod appelletur L. Curſidius in oratione Ligariana, erratũ eſt meum, ſed vt aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Epiſt.76 b, Non meum erratum, ſed tuum.* Frag.ep. Defendas velim tolerabile erratum. de Finib.54 b, Et quidem tibi, &c. probabo: & Democriti errata ab Epicuro reprehenſa & correcta permulta. de Natur.8 b, Quæ ſunt in ijſdem erratis ferè.

† Syntaxis. *Errato ſuo veniam petere. Agnoſcere erratum. Errata ætatis meæ magnum mihi afferunt dolorem & cruciatum.*

*Erratvr. Ep.76 a, Quæ cùm viderem tot veſtigijs impreſſa, vt in his errari non poſſet.

Erro, as. *labor, pecco, offendo, prolabor, per errorem labor, errore ducor, in errore verſor, error mihi obiectus eſt, conſilio labor, errore captus ſum, in errorem rapior, in culpa ſum.* I. A.240 a, Cuiuſuis hominis eſt, errare: nullius, niſi inſipientis, perſeuerare in errore. I.A.164 b, In eo non tu quidem tota re, ſed temporibus errasti. Tuſc.156 a, Errare malo cum Platone, quàm cum iſtis vera ſentire. Orat.201 a, Me autem qui Iſocratem non diligunt, cũ Socrate & Platone errare patiantur. pro Corn 68 b, Videte, ne vtilius nobis & honeſtius ſit, illis ducibus errare, quàm hoc magiſtro erudiri. de Orat. 116 a, Quod autẽ putant, &c. valde mihi videntur errare: omninoque in hoc omnis eſt error, quòd, &c. Orat.215 b, Sed & illi priores errant. & Ephorus in culpa eſt. I V.183 b, Sed in hoc errat vno, quòd, &c. pro Cecin.291 a, Fac in hoc errare me.

¶ *Vagor, aberro.* de Orat.102 b, Ne vagari & errare cogatur oratio. & Or.204 a, Vt ingredi liberè, non vt licenter errare videatur. Acad. 17 a, Eo fit, vt & errem & vager latiùs. Att 125 b, Ego Arpini volo eſſe pridie Calend. deinde circum villulas noſtras errare.

Error, oris. *erratio, erratum, peccatum, lapſio, prolapſio, fraus, falſa opinio, culpa, flagitium.* de Nat.40 a, Quæ res genuit falſas opiniones erroresq; turbulentos, & ſuperſtitiones penè aniles. de Leg.178 b, Opinionibus vulgi rapimur in errorem. Tuſc.171 a, Sed plena errorum ſunt omnia. & 190 b, Errorem cum lacte nutricis ſuximus. & 242 b, Aegyptiorũ mentes imbutæ priuatis erroribus. pro Syll.174 b, Vos mihi in tantis tenebris erroris & inſcitiæ, clariſſimum lumen prætuliſtis. pro Seſt. 7 a, Aliquis falſa opinione & errore hominum commẽdatus. I.P.92 b, Honores in quibus homines errore ducuntur. pro Corn.60 b, Quo errore ductos vidi egomet multos, &c. I.A.220 a, Deponere errorẽ. Offic 30 a, Nec quenquam hoc errore duci oportet, vt arbitretur, &c. & 34 b, Quorũ error eripiendus eſt, omniſque opinio, &c. Attic.41 b, Coarguere errorem alicuius. Att.157 b, Eripe mihi hũc errorem. pro Cec.286 b, Si quis error nobis in tanta re ſit obiectus. de Nat.1 b, Verſari in ſummo errore, & in maximarum rerum ignoratione. I.A. 140 b, Panſa eodem captus errore quo nos, contra Rul.90 a, Hoc vos in errore verſari diutius nõ oportet. & 67 a, b, Verſatur enim magnus error propter inſidioſas nonnullorum ſimulationes. pro Mur.129 a, Non patiar te in tanto errore verſari. Acad.29 a, Eſt'ne quiſquam tanto inflatus errore, vt ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit? de Or.133 a, Naturâ enim nos noſter delectat error. Offic.68 b, Auertere aliquẽ ab errore. de Cla.192 b, Inducere aliquẽ in errorẽ I. P.92 a, In errorẽ induci. Qu.fr.328 b, Lapſus eſt per errorẽ. de Di. 120 b, Sæpe etiam errorem creat ſimilitudo. & 121, Eumq; errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturę ratione depellito. de Orat.116 a, Omninoque in hoc omnis eſt error, quòd, &c. pro Cec.298 b, Nonnunquam honeſto ac probabili nomine bono viro iudici error obijci ſolet. * de Conſolat. Neſcio qui nos teneat error, aut miſerabilis ignoratio veri. 3. Acad. Corrigere errorem pœnitendo. Hortenſ. Ex quibus humanę vitæ erroribus atq; ærumnis fit, vt. ibid. Quo minus ſe admiſcuerint atque implicuerint *animi* hominum vitijs atque erroribus. pro Planc. 264 a, Quod C. Marium ciuili errore atq; ex impijs manibus eripuerunt, quòd tecto receperunt, quòd feſſum inedia fluctibusq; recreârunt, quòd viaticum congeſſerũt, quòd nauigium dederunt, quòd eum lachrymis votisq; omnibus proſecuti ſunt. Tuſc.155 b, Quam eorũ opinionem magni errores (*al. terrores*) conſecuti ſunt, quos auxerunt poëtæ. ibid. Tantum valuit error, (*al. terror*) qui mihi quidem iam ſublatus videtur. de Nat. 80, Nónne in maximo errore verſatur? Offic.23 a, Quàm multa paſſus eſt Vlyſſes in illo errore diuturno? de Amic. 111 b, In ijs pernicioſus eſt error, qui exiſtimant. Attic.185 a, Omnia fecimus his erroribus & miſerijs & animi & corporis, quibus proximi vtinam mederi maluiſſent quàm obeſſe.

† Syntaxis. *In errorem rapi. Sugere errorem cum lacte nutricis. Erroris tenebræ. Falſa opinio, & error.* hîc habes deſcriptionem erroris. *Errore duci in aliqua re. Eripere, obijcere alicui errorem. Errore inflari. Per errorem labi.*

Ervbescens, tis. de Nat.23 a, Epicurus voluptates non erubeſcens, perſequitur omnes nominatim.

Ervbesco, ſcis. *rubeo, pudet.* de Legib.166 a, Vt bonum rumorem colligant, erubeſcunt, pudici etiam loqui de pudicitia. & 164 & 164 a, O rem dignam, in qua omnes erubeſcant. pro Qu.R.46 a, Erubeſcit: quid reſpondeat, neſcit. in Sal.274 b, Salluſtius cõfeſſus eſt vobis audiẽtibus adulterium, nec erubuit ora veſtra. in Vat. 36 b, Affines te erubeſcunt. Att.254 b, Circunſpicite, ſed ante quàm erubeſco. Epiſt. 67 a, & de Fin.79 b, Epiſtola enim non erubeſcit. ad Herenn.7 b, Erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe.

† Syntaxis. *Erubeſcere: & in aliqua re. Erubeſcere ora ſenatorum. Boni prauos erubeſcunt.*

Ervctando. I. P. 82 a, Vnde tu nos turpiſſimè eructando eiecisti.

Ervcto, ctas. *ructo, iacto, crepo, erumpo.* I. C.106 b, Socij Catilinæ accubantes in conuiuijs, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atq; vrbis incendia.

Ervdio, dis. *doceo, inſtituo, expolio, imbuo, inſtruo, ad humanitatem informo.* de Orat.109 b, Nec verò rhetoricis quibuſdam libris inſequor, vt erudiam. Tuſc 183 a, Erudire iuuẽtutem laboribus. Off.31 b. Neq; ſolùm viui atq; præſentes ſtudioſos dicendi erudiunt atq; docent, ſed hoc idem etiã poſt mortem monumentis literarum aſſequuntur. de Fin. 161 b, Philoſophia nos primùm ad deorum cultum, deinde ad ius hominum, tum ad modeſtiam magnitudinemq; animi erudiuit. I. V. 184 a, & de Orat. 146 a, Inſtituere & erudire filios ad maiorum inſtituta. Quint.frat.291 b, His autem in rebus iam te vſus ipſe profectò erudiat Epiſt.8 b, Lentulum noſtrum cùm cæteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias. de Amic.98 a, Qui magnam Græciam inſtitutis & præceptis ſuis erudierunt. de Or.107 a, Erudire aliquem in iure ciuili. * Tuſc.182 a, Cretum quidem leges, itemq; Licurgi, laboribus erudiunt iuuentutem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando.

¶ *Certiorem facio.* Ep 24 b, Obuiæ mihi velim ſint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni rep. ne hoſpes planè veniam.

Ervdior, ris. Quint.fr.300 b, Qu. filius puer optimus eruditur egregiè.

Ervditio, onis. *doctrina, inſtitutio.* Qu.fr.320 b, De Ciceronis tui eruditione quòd labores, nihil eſt. Off.24 a, præclara eruditione atq; doctrina ornatus. de Diuin. 135 b, Ad hæc opus eſt ingenio præſtanti, & eruditione perfecta. de Orat. 108 b, omnino omnis eruditionis expers atque ignarus. de Fin.63 b, Epicurus nullam eruditionem eſſe duxit, niſi quæ beatæ vitæ diſciplinam iuuaret. Ac.39 b, Quæ ſine eruditione Græca intelligi non poſſunt. * Tuſc.148 b, Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in neruorum vocumq; cantibus.

Ervditivs. *aduerbium.* de Seneƈt.77 b, Qui ſi videbitur eruditiùs diſputare, quàm conſueuit ipſe in ſuis libris.

Ervditvs, a, um: & iſſimus. *doctus, perpolitus, philologus.* de Orat.93 b, Quid mihi tanquam Gręculo ocioſo, & loquaci & fortaſſe docto atq; erudito, quæſtiunculam ponitis? de Fin.54 a, Eruditus eſt, qui omnibus bonis artibus politus eſt. Qu.frat. 494 a, Vir doctrina atq; optimarum artium ſtudijs eruditus. Tuſc.140 a, Eruditus & doctrina excultus. de Nat.3 b, Complures Græcis inſtitutionibus eruditi. Attic.66 b. Ex quibus nullos puto te literis aut muſicis eruditos expectare. de Orat.99 b, Homo omnium diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus. de Fin.51 b, & de N.64 a, Homo omni doctrina eruditus. de Clar.191 a, Erat autẽ cùm inſtitutus optimè, tum etiam perfectè eruditus. pro Cor.64 b, C. Marius ſtipendijs & legationibus bellicis eruditus. de D. 128 b, T. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. de Orat.155 b, Quidam Socraticis diſputationi-

bus eruditi. Par. 116 b, An alia quædam eſſet erudita, alia popularis oratio. pro Ar. 188 b, Quid illi, iſtáne literatura eruditi fuerunt? pro Pl. 263 b, Aliquis eruditus artificio ſimulationis. pro Font. 283 a, Homo non literis ad rei militaris ſciētiam, ſed rebus geſtis & victorijs eruditus. pro Ar. 186 a, Vrbs eruditiſſimis hominibus liberaliſſimisq; ſtudijs affluens. de Orat. 111 a, Hominem audietis de ſchola atq; à magiſtro & Græcis literis eruditum. de Cl. 174 a, Doctus, & Græcis literis eruditus. Par. 123 a, Nā nos quoq; oculos eruditos habemus. Epiſtol. 79 b, Animus eruditus, qui ſemper aliquid ex ſe promat, quod alios delectet. Tuſ. 176 a, Qui liberaliter eruditi adhibita etiam diſſerendi elegantia, ratione, & via philoſophantur. ad Herenn. 40 b, Diſciplinis erudita Corinthus. de Orat 85 a, Eruditiſſimorum hominum artes. Qu. fr. 295 a, Græci diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi. de Clar. 174 a, & de Fin. 49 a, Gracchus fuit literis Græcis eruditus. de Nat. 90 b, Homo eruditus in philoſophia.

†Syntaxis. *Erudire ac docere. Erudire ad pietatem & ad inſtituta pietatis*, hîc habes finem, & rationem, vel rem cum qua. *Erudire in aliqua re. Erudiunt literæ de: id eſt, reddunt certiorem. Eruditio & doctrina. Doctus & eruditus. Eruditus & doctrina excultus. Oculus eruditus. Erudita diſciplinis Baſilea. In iure eruditus.*

ERVMPENS, tis. de Pro. 70 b, Byzantij totum pontum armatum efferueſcentem in Aſiam atq; erumpentem, ægrè repulſum & ceruicibus ſuis intercluſum ſuſtinuerunt.

ERVMPO, pis. *exeo, euado, efferueſco, exardeo, eruptionem facio.* pro Dom. 125 b, Omnis improborum vis diu collecta & inueterata compreſſo odio erumpebat in actū. pro Mur. 135 b, Vt odia occulta ciuium in optimi cuiuſq; fortunas erumperent. I. V. 225 a, Ignes qui ex Aetnæ vertice erumpunt. Quint. frat. 318 a, Vaporarium, ex quo ignis erumpit. de Diuin. 126 a, Itaq; perfracto ſacto ſortes eruperunt. pro Seſt. 4 b, Cùm illa coniuratio ex latebris atq; ex tenebris erupiſſet. pro Syl. 179 b, Furor biennio antè cōceptus erupit in meo cōſulatu. I C. 104 b, Abijt, exceſſit, euaſit, erupit. I. A. 238 a, Poſtremò erūpat aliquādo vera & me digna vox. de Amic. 110 b, Erumpunt ſæpe vitia amicorum, tum in ipſos amicos, tum in alienos. de Orat. 130 b, Quomodo riſus exiſtat, atq; ita repentè erumpat. Att. 252 b, Ne in me ſtomachum erumpant, cùm ſint tibi irati. *I. C. 98 b, Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia. Epiſt. 123 b, Sic illi iam amores & inuidioſa coniunctio non ad occultam recedit obtrectationem, ſed ad bellum erumpit.

¶ *Emitto.* in Arat. *Feruidus ille canis, &c.*

*Aeſtiferos validis erumpit flatibus ignes.*

ERVPTVRVS, a, um. Att. 335 b, Hæc dominatio quorſum eruptura ſit, horremus. de Ar. 244 a, Videbam illud ſcelus non poſſe arceri ocij finibus, ſed erupturum aliquādo ad perniciem ciuitatis. Att. 92 b, Bellum magnum videtur in hanc prouinciam erupturum.

† Syntaxis. *In actum erumpens vis, odium. Erumpere in aliquos ſtomachum. Bellum in pios erumpit.*

ERVENDVS, a, um. pro Mur. 127 b, Ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ.

ERVO, eruis. *eligo, eripio. extraho.* Epiſt. 65 b, Profectò tibi illum reperiam, niſi in Dalmatiam aufugerit, & inde tamen aliquando eruam. Tuſc. 154 a, Si quæ Græci ſcriptores prodiderunt, eruere conor. de Orator. 122 a, & 141 b, Scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus. contra Rull. 61 b, Aliquid indagare, inuenire, ex tenebris eruere. de Finib. 108 b, Eruere obruta. Attic. 214 b, Sicunde potes, erues.

ERVOR, ris. de Orat. 124 a, Reliqua cura & cogitatione eruuntur. Attic. 298 a, Fanum fieri volo, neque hoc mihi erui poteſt.

† Syntaxis. *Hoc mihi non erues: id eſt, ab hac ſententia non poſ- (ſum auelli.*

ERVPTIO, onis. * Ep. 174 b, Tantam ſpem attulerat explorata victoria, tua præclara Mutina eruptio. Att 39 a, Cuius domum conſtitutam fuiſſe, vnde eruptio fieret. Attic. 111 b, Secutorum in ludo M. fuerunt, bis eruptionem facturi dicebantur. Attic. 273 b, De Antonij fuga audiſti, Bruti eruptione, populi Rom. victoria. Attic. 275 a, Bruti eruptio non ſolùm ipſi ſalutaris, ſed etiam maximo ad victoriam adiumento.

ERVTVS, a um. *extractus.* de Diu. 92 b, Aliquem mortuum erutum eſſe. & de Fin. 208 b, Sententiæ neſcio vnde ex abdito erutæ.

ERYCINA. *Venus.* I. V. 63, & 81 b.

ERYCVS, ci. *mons Siciliæ.* I. V. 112 b.

ERYMANTHIVS, a, um. *ab Erymantho monte & fluuio.* L. APER.

ERYTHRAE, *populi.* I. V. 86 a.

ERYTHRAEA, *Sibylla.* de Nat. 87.

* ERYTHRAEVM, i. *oppidum.* Incer. Erythræo oppido ſuperpoſitum montem Mimanta.

ESCA, ſcæ. *cibus.* de Diuin. 27 b, Dij nec eſcis, nec potionibus fruuntur. de Nat. 58 a, Sus verò quid habet pręter eſcā? de Diuin. 104 a, Si modò temperatis eſcis modicisq; potionibus eſt affectus. de Sen. 86 a, Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo piſces. de Finib. 83 b, Negat enim tenuiſſimo victu, id eſt, contemptiſſimis eſcis & potionibus minorē voluptatem percipi, quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandum. * Hortenſ. An verò voluptates corporis expetendæ, quæ verè & grauiter à Platone dictæ ſunt illecebræ atque eſcæ malorum?

† Syntaxis. *Eſca & potiones iunguntur ferè ſemper.*

ESCVLENTA, orum. *eſca, cibus.* de Nat. 54 b, Ea pars oris, qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit.

ESCVLENTVS, a, um. *eſca, eſcas, redolens.* I. A. 172 b, Antonius vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus, totum tribunal impleuit. de Natur. 51 a, Eligere quæ ſint eſculenta.

† Syntaxis. *Eſculenta & poculenta*, ſubſtantiæ modo: *& fruſta eſculenta*, adiectorum ratione.

ESQVILINVS, a, um. I. P. 91 b. de Orat 134 a. Porta Eſ- (quilina.

ESSEDARIVS, rij. *eſſedi auriga.* Epiſt. 99 a, * Ne ab eſſedarijs decipiaris.

ESSEDVM, di. *genus vehiculi.* Att. 89 a, Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis & rheda equis vincta & lectica. I. A. 171 b, Vehebatur in eſſedo Tribunus pl.

ESTO. *vox cōcedentis.* pro Deiot. 149 b, Eſto, concedatur hęc quoquę acerbitatis magnitudo. I. A. 175 b, Eſto hoc imperitè (nec enim, &c) I. V. 62 a, Eſto, ipſe nihil eſt: at venit, &c. pro Sex. Roſc. 30 b, Eſto, cauſam proferre non potes, tametſi, &c. I. V. 251 a, Verum eſto. de Finib. 77 b, Eſto, fecerit, ſi ita vis.

ESTVNTO, *imperantis.* de Leg. 185 b.

ESVRIENS, tis. I. V. 253 b, & de D. 96 b, Ecce autem ebrio Cleomene eſurientibus cæteris, nunciatur naues eſſe in portu. Tuſc. 247 a, Nunquam videlicet ſitiens biberat, nec eſuriens ederat.

ESVRIES, ei. *fames.* Ep. 112, Vt ego miſererer eius eſuriei, non ſum commotus. *Cælij.*

ESVRIO, ris. *fameſco.* Epiſt. 125 b, Noſtri milites facilè algere & eſurire conſueuerunt.

ET, *que, etiam, iam verò etiam, item, itemq́;* de Orat. 85, Mathematici recondita in arte, & multiplici ſubtiliq; verſantur. de Orat. 106 b, Virtus hominibus inſtituendo & perſuadendo, non minis & vi ac metu traditur. I. C. 106 a, Frigore & fame, & ſiti, ac vigilijs perferendis. Offic. 14 a, Tum etiam ægritudine & voluptate animi & iracundia vacare. pro Dom. 227 b, Senatus eſt ſummum populi Rom. populorumq́; & gentium omnium ac regū conſilium. item: Alterumq́; & tertium poſcitur. Tuſ. 243 a, Academici balbutire deſinant aliquando, aperteq́; & clara voce audeant dicere, &c. Off. 22 a, Quod in Catulo, & in patre, & in filio, idemq́; & in Qu. Mutio Mancino vidimus. de Orat. 88 a, Quorum pater & ſæpe aliàs & maximè cenſor ſaluti reip. fuit. pro Cec. 295 b, Non alia cauſa eſt æquitatis in vno & in pluribus. pro Cæl. 52 a, Lux longè alia eſt ſolis & lychnorum. & 43 a, Res tamen ipſa & grauiter accuſari poteſt. de Diuin. 130 b, Et quidem cur ita opinetur, rationē ſubjcit. de Clar. 191 b, Et quidem duo fuerunt, &c. I. A. 168 b, Duo millia iugerùm ei aſſignaſti, & quidem immunia. & ibid. a, Et quidem vide, quàm te amen, &c. de D 137 b, Sed draconem loquentem viſus eſt audire: & quidem, quo maius ſit, cum radiculam in ore teneret, locutus eſt. I. A. 175 a, Atq; etiam me aſpicis, & quidem tu videris iratus. * ad Herenn. 6 b, Reliquum videbatur eſſe vt oſtenderemus, quæ ratio poſſet, &c. Et item quales, &c. pro Planc. 260 b, Sed impetu nonnunquam *ducitur populus*, & quadam etiam temeritate. Attic. 259 b, Nam etiam lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat. Epiſt. 142 b, Autoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, & etiam gratia.

† Syntaxis. *In patre & in filio, idemq́; & in, &c. Et ſæpe aliàs, & maximè nūc. Non magis amo te, & illū. Ille tamen & alacer venit.*

ETENIM. *nam, ſedenim, nunc, quippe.* de Diuin. 137 b, Etenim ex diuiſione hoc ſecundum eſt, quę eſt, &c. *id eſt, nunc hoc, &c.* I. V. 143 a, Etenim rem totam breuiter cognoſcite. & 138 a, Etenim ſic conſiderate. I. V. 158 b, Etenim quoniam numerum iniuriarum vobis non poſſum exponere, ſigillatim autem de vniuſcuiuſq; incommodo dicere infinitum eſt, genera ipſa iniuriarum quæſo cognoſcite. pro Rab. 97 a, Etenim ſi Scæuæ ſeruo, &c. & 96 b, Etenim Quirites, &c. de Finib. 55 a, Etenim quoniam detractis, &c. & ibid. Etenim quid percipit præter voluptatem. pro Flac. 154 a, Neque in toto Aemonenſium teſtimonio commouebor: etenim quibus ego iſtam laudationem remittam. *id eſt, quippe quibus, &c.*

**Eteſiae**, arum. *venti ſtati, qui quotannis poſt caniculæ exortum flant diebus* XXXX. de Nat. 52 a, Venti Eteſię, tempeſtiui & ſalutares non modò hominibus, ſed etiam pecudibus ac ſtirpibus: quorum flatu nimij temperantur calores, & ab iiſdem maritimi curſus celeres & certi dirigũtur. Attic. 282 a, Eteſiarum diebus auſter me in Italiam retulit. & 96 b, Rhodo Athenas euntibus Eteſias valde reflare poſſe. Epiſt. 198 b. In Græciam deſperata libertate rapiebar, cum me Eteſiæ proſequi noluerunt, auſterque aduerſus maximo flatu me Rhegium retulit. Epiſt. 26 b, Ego niſi quid me Eteſiæ morabuntur, celeriter vos videbo. Orat. 211 a,

*Hoc motu radiantis Eteſiæ in vada ponti.*

* Ep. 250 a, Nauigatio incurrebat in ipſos Eteſias.

**Ethologus**, gi. de Orat. 131 a, Vitanda eſt mimorum ethologorum ſimilitudo.

**Ethruſci**, *populi*. de Diu. 114 a, *Scribitur etiam Etruſci.*

**Etiam**, *& item, vel.* Epiſt. 142 b, Autoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, & etiam gratia. Epiſt. 48 b, Vno te vicimus, quòd te Marcelli collegæ tui ſalute paulo antè quàm tu, cognouimus, etiam mehercule, quòd quemadmodum ea res ageretur, vidimus. pro Dom. 220 a, Adoptat annos viginti natus etiam minor ſenatorem. Quint. fr. 388 a, Cùm multa maledicta, verſus etiam obſcœniſſimi in Clodiam dicerentur. de Orat. 88 b, Erat etiam Metrodorus, &c. Att. 52 b, Cognoui te, &c. etiam, &c. eundemq; te, &c. de Orat. 99 b, Etiam illa cognôram, &c. audiueram etiam, &c quin etiam, &c. I. V. 256 b. Credo haſce tabellas ei nihil profuturas, etiam plus ſuſpicionis in eo crimine futurum. Orat. 220 b, Vt ea qui vtantur, non ſtulti homines haberi poſſint, etiam plerunq; prudentes. hic *etiam, pro imò.* I. V. 192 a, Facinus fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum. de Cla. 189 a, Voce, motu, forma etiam magnifica. de Clar. 189 a, Orator probabilis, iam verò etiam probatus ex hac, &c. * pro Planc. 260 b, Sed impetu nonnunquam *ducitur populus*, & quadam etiam temeritate.

**Etiam** nunc. *nunc etiam, etiam nũm, adhuc, etiam tum, etiam cum.* Att. 48 a, Aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hęc loca commorabor. Att. 43 a, Me etiam nunc iſtorum beneficiorum expectatio hic tenet. Att. 131 a, Da operam, ſi vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt te explices. Orat. 207 b, De materia loquor orationis etiã nunc, non ipſo de genere dicendi. pro Mur. 130 a, Etiam nunc ſtatuere non poſſum, vtrum, &c. Ep. 76 a, & 170 a, Quod etiam nunc corrigere poſſum. Att. 29 a, Sed tota res etiã nunc fluctuat. Epiſt. 165 a, Etiam nunc Balbus in prouincia eſſet. & I. V. 105 b, & de Orat. 109 a, & Att. 137 b, Epiſt. 41 a, 76 a, 149 b, 210 a, I. V. 128, Cùm iſti etiam tum de Sthenio integra tota res eſſet. pro Arch. 189 a, Etiam cum, &c. I. V. 107 a, Quæremus etiam, quid, &c.

**Etiamſi** *etiam vt, quamuis, licet.* Att. 106 a, Ego bonos viros ſequar, etiamſi ruent. de Fin. 128 b, Etiamſi id aſſequi nequeas, tamen, &c. Att. 240 b, Etiam vt nullum periculũ ſit, &c. Ep. 14 b, Etiamſi non in nos is eſſet, qui eſt. Ep. 178 a, Tuis enim opibus, etiamſi timidi eſſemus, tamen omnẽ timorem abijceremus.

**Etiam** atq; etiam. *magnopere, magis ac magis, magis magiſque.* pro Pomp. 15 a, De qua, vt arbitror, iſti ipſi, qui minantur etiam atq; etiam, qui id liceat, conſiderabunt. Att. 131 a, Etiam atq; etiam te hortor, vt, &c. I. V. 62 a, Vide modò, etiam atq; etiam conſidera. I. V. 60 b, Tu quemadmodum exiſtimes, vide etiam atq; etiam. Epiſt. 83 a, Etiam atque etiam puto, &c. Quint. frat. 301 b, Te vehementer etiam atq; etiam rogo. Att. 133 b, Etiam atque etiam ſe auertere, &c. de Diuin. 81 a, Diligenter etiam atque etiam facere aliquid.

**Etiam**. *affirmatus, aduerbium.* )( *Non.* Acad. 24 b, Omne qđ ita diſiunctum ſit, quaſi aut etiam aut non, non modò verum eſſe, ſed etiam neceſſarium. Acad. 26 a, Vt ſequens probabilitatem vbicunq; hæc aut occurrat aut deficiat, aut etiam aut non reſpondere poſſit.

**Et verò etiam**. *id eſt, atq; etiam.* L. Verò.

† Syntaxis. *Et etiam. In nullo adhuc etiam viſum. Etiam nunc moraris? Etiam nunc non poſſum. Etiam tum ille dicebat. Etiamſi nobis dicas. Etiam vt neges, dabo.*

* **Etruſci**, orum. *populi Italiæ.* de Diu. 114 a, Aruſpices Etruſci. Hortenſ. Prædones Etruſci. *Scribitur Ethruſci.*

**Etſi**. *tametſi, quanquam, quamuis, licet.* Att. 128, Id enim etſi erat deliberationis, tamen obire non potui. Att. 76 a, Etſi in ipſo itinere diſſidebant tabellarij, tamen ſurripiendum aliquid ſpacij putaui, ne me immemorem tui putares. Qu. frat. 289 b, Etſi non dubitabam, quin &c. tamen, &c. Etſi quamuis, &c. * Ep. 266 a, Etſi manè Harpalum miſerã: tamen cum haberem cui rectè darem literas, etſi noui nihil erat, iiſdem de rebus volui ad te ſæpiùs ſcribere.

† Syntaxis. *Etſi quamuis.* aduerte, quamuis, vocem fermè redundantem.



**Et verò**. L. Verò.

**Etymologia**, giæ. *notatio, ἔτυμον, vocabulum.* Acad. 45 a, Verborum etiam interpretatio probabatur, qua de cauſa quæq; eſſent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Top. 223 b, Ἐτυμολογία, id eſt, verbum ex verbo, veriloquium: nos autem nouitatem verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationẽ appellamus: quia ſunt verba rerum notæ.

**Etymon**. Epiſt. 262 a, Docui enim te fides ἔτυμον quod haberet.

**Euado**, dis. *fio.* I. V. 184 a, Tu eiuſmodi euaſiſti, in furis & diuiſoris diſciplina educatus. de Clar. orat. 193 a, In dicendo pauci digni nomine euadunt. & 176 b, Is perfectus Epicureus euaſerat. & 18 a, Is ſimili ratione ſummus euaſerat. de Orat. 95 a, Quos iudicabat non poſſe oratores euadere. de Leg. 178 b, Sed nimis ſæpe ſecus aliquos videmus euadere. Qu. de Pet. 210 a, Minutatim ex communibus proprij, ex fucoſis firmi ſuffragatores euadunt. Orat. 105 b, È philoſophorum ſcholis tales ferè euadunt. de Finib. 121 b, Ex his anguſtijs iſta euaſerunt deteriora. de Fin. 124 a, Quæ rurſus dum ſibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, aſperiores, duriores, & oratione & moribus. Att. 277 b, Bibulum noli dimittere ex ſinu tuo, tãtum iam virum, ex quanto, crede mihi, poteſt euadere, qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus.

¶ *Aufugio, euolo, exeo.* Tuſc. quæſt. 257 a, Accedit vt eo faciliùs animus euadat ex hoc aëre, eumq; perrumpat, ꝙ, &c. Tuſc. quæſt. 169 b, Euadere ab improbis iudicibus. in Verr. 78 b, Euadere ex iudicio, & emergere. de Sen. 93 b, Cùm animus ex inſipienti corpore euaſiſſet. I. C. 104 b, Abijt, exceſſit, euaſit, erupit. de Nat. 45 a, * Si, &c. ex illis abditis ſedibus euadere in hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuiſſent. de Diuin. 111 a, Aut ex morbo euaſurum ægrotum? ex periculo nauem? aut ex inſidijs exercitum?

¶ *Erumpo, irruo.* pro Cæl. 51 b, Euaſiſſent ſubitò ex balneis mulieris amici: *id eſt, erupiſſent.*

¶ *Euenio, cado.* de Diuin. 133 b, Aliquãdo id quod ſomniamus euadere. de Diu 138 b, Cùm eadem ſomnia & alijs aliter euadant, & iiſdem non ſemper eodem modo. & ibid. Cui ſomnium euaſit. de Diu 131 a, Multa vera, inquit, euadunt. & ibid. Aliquid, ſicut prædictum eſt, euadere. Attic. 234 b, Nihil antè de profectione conſtituam, quàm iſta, quò euaſura ſint, videro. Att. 153 a, Antea videamus, hoc quorſum euadat. Att. 261 b, Quoad audiamus hæc, quæ commota ſunt, quorſum euadant.

† Syntaxis. *Ille eiuſmodi euaſit. Dignum in dicendo euadere. Euadet ille perfectus, ſummus. Ex iudicio euadere & emergere. Euaſit. Abijt, exceſſit, euaſit,* ſynonyma perpende per gradus poteſtatum. *Illud euadet verum.*

**Euagor**, aris. Off. 20 b, Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquam exultantes ſiue cupiendo, ſiue fugiendo, non ſatis à ratione retinentur, hi ſine dubio finem & modum tranſeunt.

**Euaneſco**, ſcis. *vaneſco, ad nihilum recido, è conſpectu omniũ me aufero, exareſco, obſoleſco, in nihilum occido.* de Orat. 117 b, Omnis eorum memoria ſenſim obſcurata eſt & euanuit. Att. 43 b, Sin, vt ſcribis, iſta euanuerint, aliud aliquid videbimus. Attic. 44 b, Poſteaquam extenuari ſpem noſtram & euaneſcere vidi. Attic. 287 a, Non modò reliqui temporis gloriam eripueris tibi, ſed etiam præterita euaneſcere coges. Tuſcul. quæſt. 245 a, Nam Pyrrhonis & Herilli ſententiæ euanuerunt. de Diuinat. 88 b, Poteſt autem vis illa terræ euanuiſſe vetuſtate, de Diuin. 132 b. Hoc loco cum vrgerentur, euanuiſſe aiunt vim loci eius. de Diuinat. 132 b, De vino aut ſalſamento putes loqui, quæ euaneſcunt vetuſtate. de Clar. orat. 195 b, Cùm iam penè euanuiſſet Hortenſius. * de Clar. 174 a, Isq; & orationes reliquit, quæ iam euanuerunt.

**Euangelia**. *præmia quæ dantur ob iucundum nuncium, & ſupplicationes quæ ob rem bene geſtam decernuntur.* Atttic. 24 a, Primùm, vt opinor, εὐαγγέλια. Attic. 29 a, Epiſtolis tuis εὐαγγέλια quæ reddam neſcio. & 218 a, Iráne nunciat Brutus illum ad bonos viros εὐαγγέλια ſed vbi eos: niſi fortè ſe ſuſpendit.

**Euaſurus**, a, um. Att. 113 b, Hæc intelligentur, quorſum euaſura ſint.

ΕΥΚΑΙΡΙΑ. L. Occaſio & Opportunè & Opportunitas.

**Euchius**, chij, *Bacchus.* L. Bacchus.

ΕΥΧΡΗΣΤΗΜΑΤΑ L. Commodat.

**Euclides**. *Socratis diſcipulus Megareus.* Acad. 32 b.

**Eudaemon**, onis. *id eſt, Arabia.* Att. 147.

ΕΥ'ΔΟΞΙ'Α. L. Fama.

**Euectus**, a, um. *ſublatus.* de Clar. 169 a, Vt ſemel è Piræo eloquentia euecta eſt. I. V. 86 b, Signa ploſtris euecta aſportataq;.

Evellendvs,a,um. pro Seſt.104, Conſules non modò ex memoria,ſed etiam ex faſtis euellendi.

Evello,lis.*extirpo.* de Diuin.122 b,Timidè fortaſſe ſignifer euellebat *ſignum* ,quod fidenter infixerat. pro S. R.19 b,Hunc mihi ex animo ſcrupulum euelle. Att.165 a,Euellere radices. pro Seſt. 16 b, & de Orat.143 a, Euellere linguam alicui. Orat.205 b, Inſerere nouas opiniones,& euellere inſitas. de Orat.104 b, Tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euelliſſet vis orationis tuæ. * de Prouin.78 a,Nonne vobis videor & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerũ natura non poſſem euellere,ex animo quidem certè excidere?

Evellor,ris.de Finib.85 a,Euelli iuſſit haſtam. * de Fin. 123 b, Quæ *verba* rurſus dum ſibi euelli ex ordine *(al.ore)* nolunt.de Diuin.122 b, Quòd euelli primi haſtati ſignum non potuerit.

† Syntaxis. *Aliquem ex memoria euellere. Scrupulum ex animo euellere.*

Evenio,nis.*euado,obuenio,cado,fio,obtingo,conficior,accidit, vſu venit,procedo,exitum habeo,intercedo.* de Diuin. 119 b, Omnia ferè contrà ac dicta ſunt, euenêre. & 86 a, Auſpicia quæ alicui ſecunda euenerunt. de Diuin. 106 a,Vt cùm euenerit,ita cadat,vt prædictum ſit. pro Qu.8 b,Nam quid homini poteſt turpius accidere? quid verò miſerius aut acerbius vſuuenire? quod tantum euenire dedecus? Tuſc. 266 a,At certè ei melius euenisset. Epiſt.93 a, Timebam, ne euenirent ea quæ acciderunt. I.C.124 a, Idem ego ſum precatus,vt ea res vobis fauſtè,feliciter, proſpereq; eueniret.Epiſt.44 b,Velim tibi proſperè euenire quæ facta ſunt. pro Seſt.19 a,Quibus vtinam ipſis euenisſent ea, quæ tum homines precabantur. de Nat.59 b,Magnis viris proſperè eueniunt ſemper omnes res. & 76 a,Multis bonis malè euenire,multis improbis optimè.de Diuin.219 a,Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his? & 120 a, Alia Romæ, alia Tuſculi euenit ſæpe tempeſtas. de Orat.129 a, Fortè euenit, vt in Priuernati eſſemus. de In.51 b,Quæri ſolet,quid ex quaq; re euenerit, eueniat,euenturumq; ſit. & 54 b,Quare euenit,vt res, &c. *id eſt,quare ſit.* de In.46 b, Quod eueniet, ſi facies,&c. Attic.255 b,Id euenit ob eam rem,quòd,&c.pro Pl.262 a,Nihil vt plerunq; euenit, præter opinionem accidet. de Fin.60 a, Incommoda, quæ eueniunt improbis. Att.275 a, Nihil nobis aduerſi euenire poteſt.Epiſt.23 a, Ex quo vereor,ne idem eueniat in meas literas. * de Fin.125 a,Vſu hoc euenire vt cogitemus. Tuſcul. 197 a, Nihil antequam euenerit non euenire poſſe arbitrari. ibid. Quicquid præter ſpem eueniat. *ex Terentio.* de Vni.203 a, Si quid poſteà fraudis aut vitij euenisſet.

Eventvm,ti.*euentus,exitus,caſus,res,fortuna.* de Diuin.82 b, Rerum euenta magis arbitror quàm cauſas quæri oportere. Top.226 b, Cauſarum cognitio cognitionem euentorum facit. Attic.137 b, Cauſæ euentorum magis mouent quàm ipſa euenta. pro Mil.122 b, Hoc plerinq; facimus, vt conſilia euentis ponderemus: & cui bene quid proceſſerit, multum illum prouidiſſe:cui ſecus,nihil ſenſiſſe dicamus.de Diuin,129 a,Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur. I.P.100 b, Non euentis, ſed factis cuiuſq; fortunam ponderari. Epiſt.8 a,Ego te ex noſtris euentis communibus admonendum putaui. & 68 a, b,Vt à continentibus tuis ſcriptis ſecernas hanc, quaſi fabulam rerum euentorumque noſtrorum. *ſæpius pluratiuo numero.* * Hortenſ.Vt aliorum facta & euenta conquiram. de ſuo conſul. Atq; animo pendens noctis euenta timebat. de Diu.125 a, Si euenta quærimus, quæ exquiruntur auibus:nullo modo proſpera Deiotaro.

Eventvrvs, a, um. de Diuin 80 a, Vt prædici poſſit, quicquid cuique euenturum, & quo quiſque fato natus ſit. de Diuin.130 a, Neſcire ea quæ euentura ſunt,melius eſt quàm ſcire. Tuſc.149 b, Illi quibus iam euenit vt morerentur,& quibus euenturum eſt,miſeri. de Nat.49 b,Ex quo euenturum noſtri putant, vt ad extremum omnis mundus igneſceret.

† Syntaxis. *Alicui,& in aliquem aliquid euenire.*

Eventvs,tus *euentum, exitus,caſus.* de Inu. 51 b, Euentus eſt alicuius exitus negotij. Attic.242 a, Conſilia ex euentu,non ex voluntate à pleriſque probari ſolent. pro Quin. 15 b,Spem maleficij præſentis in incerto reliqui temporis euentu collocare. pro R.93 b, Harum rerum non ſolum euentus atque perpeſſio, ſed etiam expectatio indigna homine libero eſt. de Aruſp.244 b, Scipio Carthaginem quaſi fatali euentu ſolus euertit. pro Corn 56 b,Ipſe caſus euentusq; rerum, non duces, ſed comites eius conſiliorum erunt. I. A.295 a, Sed ſpei fructum rei conuenit & euentui reſeruari. de Leg. 178 b, Sceleris eſt pœna triſtis, & præter eos euentus qui ſequuntur, per ſeipſa maxima eſt.de Diuin 92 b,Mihi à peritis in Aſia prædictum eſt, fore eos euentus rerum qui acciderunt. de Diuin.113 a,Si ab adoleſcentia ſciſſet, quos euentus ſenectutis eſſet habiturus. de Orat.95 a, Euentum dicendi ex ſententia procedere.& 94 b, Varios euentus orationis pertimeſcere. At. 139 a, Fortiter ferre aliquem euentum. Ep.93 b,Nunc nihil timeo,& ad omnem euentum paratus ſum. ad Heren, 26 b,Qui ſciunt, quid alijs acciderit,facilè ex aliorum euentibus ſuis rationibus poſſunt prouidere.I.C.100 b,Ab euentu ſuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt.*id eſt,ab aduentu.* * de Orat.114 a,In rebus magnis memoriaq; dignis cõſilia primùm,deinde acta,poſtea euentus expectantur. pro Marc. 134 b,Incertos euentus valetudinis extimeſco. ibid. Si ad incertos euentus valetudinis ſceleris etiam accedat, inſidiarumq; conſenſio. de Diuin. 82 b, Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo, & ſignificatione euentus animaduerſa & notata. de Diuin.124 b, Aues euentus ſignificant aut aduerſos aut ſecundos. ibid. Aues proſperos euentus oſtenderunt.

† Syntaxis.*Euētus eſt exitus,*habes hic genus.*Caſus euētusq;.*

Everricvlvm,li. *retis piſcatorij genus, à verrendo dictum.* de Nat.75 a, Inde euerriculum malitiarum omnium iudicium de dolo malo. * I.V.212 a,Quod vnquam huiuſcemodi euerriculum vlla in prouincia fuit.

Eversio,onis.*ruina,caſus,pernicies.*de Fin.131 a,Quæ ſine dubio vitæ ſunt euerſio de Sen,85 a, Hinc Rerum publicarum euerſiones naſci. I. A.153 b,Euerſio illius execratæ columnæ. de Ar.244 a, Inferre euerſionem tectis atq; agris. Acad.25 a, * Sequitur omnis vitæ ea, quam tu, Luculle, commemorabas, euerſio.

Eversor,oris.pro Seſt.5 b,Euerſor huius imperij. * Partit.239 b, Potueritne rectè ſalutis Reipub. cauſa ciuem euerſorem ciuitatis,indemnatum necare? pro Dom.233 b, Qua pœna Senatus affecerat euerſorem ciuitatis.)*(cuſtodem patriæ.*

Eversvs,a,um.pro Peſt.10 b,Vrbs exciſa & euerſa. Attic. 76 b, Euerſam in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcio.pro Qu.12 b,Aliquis afflictus,euerſus.

Eversvs,ſa,ſum.*ab euerror,euerreris, vt apparet.* I. V.119 b, O Verrea præclara, &c. Quam tu domum, quam vrbem adijſti? quod fanum deniq;, quod non euerſum atq; exterſum reliqueris?

Everto,tis.*exturbo,euerſionem infero.*Att.283 b,Lepido ſtatuam in roſtris ſtatuimus, ijdem illam euertimus.pro Sex. Roſc.37 b,Sed hunc funditùs euertit bonis. Academ.6,Vt retineamus eam definitionem,quam Philo voluit euertere. Orat.208 a, Sua confirmare, aduerſaria euertere.de Finib.81, Iſta præcepta quæ probas, funditùs euertunt amicitiam.de Aruſp.244 a,Scipio ſolus Carthaginem euertit.Attic.16,Ille annus duo firmamenta reip per me vnum conſtituta euertit. pro Dom.220 a, Funditùs euertiſti ciuitatem. de Orat. 99 a, Qui duorum ſcalmorum nauiculam in portu euerterit.Parad.119 a, & de Finib.123 b, Auri nauem euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum,in gubernatoris inſcitia nihil intereſt. de Clar.164 a, Huius vita & mores omnem commendationem ingenij euertunt. Epiſt.61 a, Is me decreuerat non iudicio atq; diſceptatione, ſed vi atque impreſſione euertere. Attic.261 a,Is quantum in ipſo fuit, remp.euertit. I.V.85 a, Euertere aliquem omnibus fortunis.de Fin.91,* Quaſi virtutis lumen extinxeris,& virtutem penitùs euerteris. I.P 98 a,Euertiſti miſeras funditùs ciuitates.

Evertor,ris.de Amic.100 b, Nulla domus tam ſtabilis, nulla ciuitas tam firma eſt, quæ non odijs atque diſſidijs funditus poſſit euerti.

† Syntaxis. *Vi aliquem & impreſſione euertere. Omnibus fortunis aliquem euertere.*

Evestigio.*repentè.*Epiſt.56 a, Eueſtigiò cõ ſum profectus prima luce. I. V. 56 b,Sed repentè eueſtigiò ex homine,&c.factus eſt Verres.

Evictvs,a,um. I. V. 76 b, Verres tam nefarijs criminibus, tam multis teſtibus euictus.

Evidens,tis. *clarus, apertus, perſpicuus, dilucidus.* Acad.5 b, Pleriq; definitiones euidentium rerum non improbant.& 12 a, Euidentes & perſpicuæ res. de Nat.61 b,Euidens eſt, de quo inter omnes conueniat. & 26 b, Quid enim eſt hoc euidentius? de Amic.101 a, Quod in homine multò eſt euidentius.Top.229 b,Narratio euidens.*id eſt,dilucida.* de Vniu.200 b, Menſura euidens.

† Syntaxis.*Euidens & perſpicuum.*

Evidentia,tiæ. *perſpicuitas* Acad. 5 b, Nihil eſt clarius ἐνάργεια, vt Græci: perſpicuitatem aut euidentiam nos,ſi placet,nominemus. & ibid.Sed tamen orationem nullam putant illuſtriorem ipſa euidentia reperiri poſſe.

Evigilatvs,a, um. Attic.148 a,Honeſta atq; expedita tua conſilia, quàm euigilata tuis cogitationibus.

Evigilo, as. *vigilo, incumbo, elaboro.* Parad.118 a, In quo euigi-

euigilarunt curæ & cogitationes meæ. Att.282 a, Meſſala tanta eſt induſtria, tantoq; euigilat ſtudio, (*al. tantum euigilat in ſtudio.*) vt, &c.

Evisceratvs, ta, tum. *viſceribus exemptus, confoſſus, diſſcerptus.* de Di.136 a, Euiſcerata, inanima, cum animali ſono. ex Pacu. I.P. 88 b, & Tuſc.171 b, Vt tu vſpiam ſaxis fixus aſperis, euiſceratus làtere penderes, vt ait ille, ſaxa ſpargens tabo.

Evitandvs, a, um. Orat.216 a, Vt verſum fugimus in oratione, ſic ij ſunt euitandi continuati pedes.

Evitatio, nis. ad Heren.6 b,* Cauſa eſt ea, quæ induxit ad maleficium commodorum ſpe, aut incommodorum euitatione.

Evito, as. *vito, effugio.* de Fin.129 a, Ne vitationem quidē doloris ipſe per ſe quiſquam in rebus expendendis putauit, nec ſic etiam euitari poſſet.

Evitor, aris de Orat.163 a, & Tuſcul.166 b, & 200, Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam euitari. *id eſt, eripi, auferri. poet.*

Eulogivm, gij. L. Elogivm.

Evmenides, *furiæ.* de Nat. 68 b, Eumenides, quæ ſi deæ ſunt, quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos, vt ego interpretor, lucus furiæ, furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices credo & vindices facinorum & ſceleris.

Evmolpidae. de Leg b. 177 a, Quid ergo aget Inachus, Eumolpidæq; veſtri & auguſta illa myſteria? ſi quidem ſacra nocturna tollimus.

Evnvchvs, chi. *exectus, caſtratus.* Orat.220 a, *Neque veſtis aut cælatum aurum & argentum, quo noſtros veteres Marcellos Maximosq; multi eunuchi è Syria Aegyptoque vicerunt.

*Evocandvs, a, um. Ep. 121 b, Quibus hac re ad interceſſionem euocandam interpellantibus venuſtiſſimè Curio reſpondit.

Evocatio, onis.* ad Heren.16 b, Vis ſecernitur per euocationes hominum.

Evocator, oris. I.C.102 b, Euocatorem & ſeruorum & ciuium perditorum exire patieris?

Evocatvs, ta, tum. *miles auxiliarius & externus, ex diuerſis locis coactus.* Epiſt.244 a, Euocatorum firma manus. & 162 a, & 34 b.

¶ *Acceſſitus.* de Finib.85 b, Probitas præmiorum mercede euocata. pro Deiot. 151 a, Miſericordia tua occurrere ſolet ſupplicibus, nullius oratione euocata. Attic.119 a, Non expulſi, ſed euocati è patria. pro Deiot.146 a, Et venit vel acceſſitus, vt ſocius, vel euocatus, vt is qui ſenatui parere didicerat.

Evoco, as. *elicio, exuſcito, excito.* I.V.81 b, Verres ſtatim Meſſana literas dedit, Dionem euocauit. de Orat.141 a, Iuuenes ſtant ad ianuam duo, qui te magnopere euocant. Att. 38 a, Sic te euocabam, vt nihil acrius.

Evocor, ris. I.V.162, Ita Agyrio quinq; primi accitu iſtius euocantur. * Hortenſ. Quæ confectio eſt valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnū, quod dedecus, quod non euocetur atque eliciatur voluptate?

Evolo, as. *auolo, effugio.* I.V.253 a, Euolàrat iam è conſpectu fere fugiens quadriremis. I.V.78 b, & pro Mur.143 b, Confringat iſte ſane vi ſua conſilia ſenatoria, quæſtiones omnium perrumpat, euolet ex veſtra ſeueritate. Epiſt.190 b, Quin hinc ipſe euolare cupio. pro Deiot. 149 b, Vbi id quod intus eſt atq; noſtrum, impunè euolare poteſt. de Clar.190 a, Itaq; tantos proceſſus faciebat, vt euolare, nō excurrere videretur. de Leg. 165 a, Aquila euolauit ex arbore I.A.193 b, Liceat ex hac flamma euolare. de Som.127 b, Qui ex corporum vinculis tanquam ex carcere euolàrunt. de Diu. 103 b, Quorum animi ſpretis corporibus euolant, & excurrunt foràs. pro Seſt.8 b, Conſul exanimatus euolat è ſenatu. de Orat. 98 a, & 110 b, Tantus curſus verborum fuit, & ſic euolauit oratio, vt, &c.

¶ *Aſcendo.* Ep.7 b, Quem illi eſſe in principibus facile ſunt paſſi, euolare altius certè noluerunt.

¶ *Vito, effugio.* de Pro.71 b, Quam pœnam ſi tum aliorum opibus, non ſuis, inuitiſſimis nobis euolàrunt.

† Syntaxis. *Euolat nauis. Euolare & excurrere foras. Curſus verborum & euolans oratio.*

Evolvendvs, a, um. de Fin.63, In poëtis euoluendis tēpus conſumere.

Evolvo, uis. *explico.* pro Clar.49 a, b, Cuius ego criminis neq; principium inuenire, neq; euoluere exitum poſſum. Offic.67 a, Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem euoluere in Arat.

*Quare ego nunc nequeo totos euoluere curſus.*

Att.146 a, Totam hanc deliberationē euoluis accuratius in literis VIII. cal. Mart. datis. Topic 221 b, * Quæ definitio quaſi inuolutum euoluit id, de quo quæritur.



¶ *Expendo animo.* Tuſc.152 b, Euolue diligenter eius librū, qui eſt de animo. Acad.28 b, Euoluere naturam omnium rerum. Att.145 a, Euolui volumen epiſtolarum tuarum.

Evolvtio, onis. *lectio.* de Fin.53 b, Quid hiſtoriæ cognitio? quid poëtarum euolutio? quid tanta tot verſuum memoria voluptatis affert?

Evolvtvs, a, um. *abſolutus.* de Orat.141 a, Aliquando te euolutum nudatumq; video illis integumentis diſſimulationis tuæ.

Evomo, mis. *foras proijcio.* I. C.104 b, Quòd tantam peſtem euomuerit *vrbs*, foraſq; proiecerit. pro Mil.116 b, Non vereor, ne odio inflammatus libentius hæc in illum euomere videar quàm verius. de Am.122 b, Apud aliquem euomere virus acerbitatis ſuæ. I.P.99 a, In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vticanorum (*al. Vtinachorum*) centum talenta euomere non poteras. * I.A. 198 a, In me abſentem orationem ore impuriſſimo euomuit. de N.51 a, Eadem hæc auis *platalea* ſcribitur conchis ſe ſolere complere: eaſq; cum ſtomachi calore concoxerit, euomere.

† Syntaxis. *Euomere, foraſq; proijcere. Euomere pecuniam.*

Evphrates, tis. *fluuius.* de Nat. 52 b, Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis nouos agros inuenit.

Evripides, dis. Ep.259 a, Ego ſingulos Euripidis verſus, ſingula eius teſtimonia puto.

Evripidevs, dea, deum. Tuſc.203 a, Euripideum carmen.

Evripvs, pi. de Leg.169 a, Ductus aquarum, quos iſti Nilos (*al. tubos*) & euripos vocant. de Nat.64 a, Quid Chalcidico euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? pro Mur.132 a, Quod fretum, quem euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatitis agitationes fluctuum?

Evropa, pæ, *è tribus mundi partibus vna, ſed minima.* de Nat. 64 b, & pro Fl.159 b, * Græcia paruum quendam locum Europæ tenet.

*Europam Lybiamq; rapax vbi diuidit vnda.*

Evrotas, tæ. *fluuius.* Tuſcul. 182 b, 247 a, de Inu.74 a, Attic. 242 a.

Evrvs, euri. *ventus ab ortu flans inter Subſolanum & Nothum.* Att.252 a, * Euro villa extrudimur.

Evvlsio, onis. de Natur.71 a, Aeſculapius primus dentis euulſionem inuenit.

Evvlsvs, a, um. Attic.239 b, Exciſa eſt arbor, non euulſa: itaq; quàm fructificetur vides.

ΕΥΘΥΜΙΑ. *animus terrore liber.* de Finib.145 a, Democritus ex illa inveſtigatione naturę cōſequi volebat, vt eſſet bono animo: id enim illi ſummum bonorum εὐθυμίαν, & ſæpe ἀθαμβίαν appellant, id eſt, animum terrore liberum.

ΕΥΤΑΞΙΑ. L. Ordo, Collocatio, Dispositio.

Evxinvs, i. de Orat.99 a, * In Euxino ponto Argonautarum nauem gubernàrit.

Ex, *præpoſitio, vires habens diuerſas: nimirum dictionum.*

¶ *Ab.* Epiſt. 137 a, Ex aliquo ſcire, ex aliquo quærere. pro Qu. R. 46 a, C. Piſo ex aduerſarijs pecuniam non peteret. Ep.177 a, Ex hoc pendere totum negocium, vt plurimum lucri fiat. Att.159 b, Aenigma Opiorum ex Velia. Offic.65 a, Pater ſæpe ex filio eſt nominandus. Epiſt.34 a, Ex literis tuis intellexi. Att.252 b, Ex Zenone cognoſcam. Orat 207 a, Rhetoricam quaſi ex altera parte reſpondere Dialecticæ. Attic.125 b, Accepi tuas literas, ex quibus cognoui, &c. Ex eadem parte eodem in genere. de Inuent.45 a. * Incer. Cum ex aduerſis & perditis rebus ad meliorem ſtatū fortuna reuocatur. pro Marc.136 a, Quod ex omnium precibus & lacrymis ſentire potuiſti.

¶ *Poſt.* Attic.117 b, Diem ex die expectare. I.V.18 b, Ex interuallo reguſtare aliquid. I.A.205 b, Res ex cal. Ian. agitata, paulo antè confecta eſt. I.A.262 a, ex cal. Ian. ad hanc horam vigilaui. Epiſt.259 b, Vereor, ne ex cal. Ian. magni tumultus ſint. & 214 b, Negocia mea quæ ſunt in Achaia, ex eo quòd hæres ſum M. Mindio. Attic. 138 b, Ex ea die Septentriones venti fuère. pro Qu.4 a, Ex eo tempore res eſſe in vadimonium cœpit. Att.251 a, Sumptus ex cal. April. ad H-S. LXXX. accommodetur. pro Dom. 227 a, Ex cal. Ian. quoad perfecta res eſt, de me retul. ſti. Attic.76 b, Futurus ſum extra vrbem ex idibus Ian. I. A.153 a, Nec verò vſquam diſcedebam ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati ſumus. de Cl.194 b, Cotta ex conſulatu profectus eſt in Galliam. I.V.71 b, Tribuni militares ex cal. Ian. non iudicabunt. contra Rul. 77 a, Infinito ex tempore nō vt antea ab Sylla & Pompeio Coſ. Off. 42 b, Ex qua ætate qui exercentur, laude affici ſolent. pro Seſt.3 a, Si quis antea iudices mirabatur, &c. ex hoc tempore miretur potius, &c. pro Dom.231 b, Tantum ex vetere illa coniuratione odium continebat.

¶ *Propter.* Att.34 a. Ex literis alicuius aliquem in amicitiam recipere. Ep.32 b, Ex illius ſermone ad te ſcribam plura pro

Font. 279 a, Aliqui ciuilibus ſtudijs atq; ex obtrectatione domeſtica inimici. de Clar.or. 190 b, Ex te nos duplex afficit ſolicitudo. pro Rabir. 126 a, Demetrius & ex repub. Athenis, quam optimè digeſſerat, ex doctrina nobilis & clarus.pro S.R.32 a, Quæ mihi iſte viſus eſt ex alia oratione declamare. Offic.66 a, Ex alterius inſcitia prædari. Att. 128 b, Ex literis Pompeij non dubitabam, quin, &c. *de Inuen.65 b, Poſtquam illos arctius, vt fit, iam ex laſſitudine dormire ſenſit.

¶ *Circa.* Off.32 a, Ea virtus quæ conſtat ex hominibus tuẽdis. *id eſt, ex ſocietate generis humani.* & 16 a, Quanquam hæc quidem res, non ſolùm ex domeſtica ratione eſt, attingit enim & bellicam.

¶ *In.* Off 38 a, Alexander Pheræus ex inſidijs interijt. & 27 a, Ex inſidijs capi. de Clar. 173 a, Spurius doctus ex diſciplina Stoicorum. pro Muren.142 a, Fuit eodem ex ſtudio vir eruditus apud patres noſtros. Q.Tubero. Tuſc.239 b, Ex turri alta concionari.

¶ *Per.* de Inuent. 55 b, Ex ſe intelligi propoſitio dicitur, cũ approbationis non indiget. de Inuent.45 a, Ex ſe & ex natura conſiderare aliquid. & ibid. Ex ſe nihil firmi dare ad recuſationem. de Natur. 32 a, Ipſum ex ſe ſua ſponte moueri. & 31 a, Quæque ipſa ex ſe generata ſtirpibus continentur.

¶ *Iuxta.* pro Qu.5 b, Ex ſponſo agere. pro Quin.8 b, Ex officij ratione, atq; ex omnium conſuetudine factum alicuius conſiderare. de N.75 a, Quæ ex empto aut vendito, cõducto aut locato fiunt. Par. 240 b, Fides ex fortuna ponderanda non eſt. pro S.R.7 a, Ex vnius iudicio factum alterius conſiderare. pro Q. 1 b, Si ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur. de Or.153 a, Ex iure ciuili ſurculo defringendo vſurpare poſſeſſionem amiſſam. pro Mur.129 b, & 131 a, Ex iure manu conſertũ. pro Clu.39 a, Iudex qui non ex lege ſediſſet. pro S.R.22 b, Ex ſua natura cæteros fingere. de Ar. 248 a, Domus mea ædificatur ex autoritate ſenatus, pecunia publica. Att.273 b, Facis ex tua dignitate & è repub.& 72 a, Statues, vt ex fide, fama, req; mea videbitur. de Diuin.90 a, Somnia, quæ Magi Cyro interpretati ſunt ex Dionyſij Perſici libris. Att.80 b, Te ex ſententia nauigaſſe gaudeo. pro Corn.67 b, Nauigium ex tempeſtate moderari. de Or.121 a, Non ex reis, ſed ex rebus numerare cauſas. pro Q R 52 b, Non ex pactione verborũ, ſed ex malitia & perfidia dij hominibus iraſci ſolent. pro Qu.R. 54 a, Ex iuriſperitorũ conſilio & autoritate reſtipulari ab aliquo. de In.56 a, Ex lege iurati iudices iudicent. de In.55 b, Ex legib. optimè reſp. adminiſtratur. de Inu.55 b, Ex vtilitate cõmuni leges interpretari, non ex ſcriptione quæ in literis eſt, & ad vtilitatem cõmunem. de In.44 a, Ex ore alterius loqui. Tuſc.160 b, Ex quo. ad Her.5 b, Ex teſtamento iuberi, & ex plebiſcito vetari aliquid facere. ad Her.25 a, Ex arte ſcribere. de In.44 a, Ex arte dicere. Tuſc.225 a, Ex præceptis ſapientum viuere. *id eſt, vt præcipiunt ſapientes.* Ep. 31 b, Eaq; me ex tuis mandatis monuit. Ep. 196 a, Ex re & ex tẽpore conſtituere aliquid. & 185 a, Ex opinione hominum ſcribo quæ ſcribo. Tuſc.234 b, Ex aliqua re ſpectare aliquem. *id eſt, æſtimare.* Anteq.197 a, Quæcunq; adminiſtraui, ex veſtra autoritate, & patrum conſcriptorũ voluntate feci. I.P.86 b, Illud etiam accidit præter optatum meũ, ſed valde ex voluntate. contra Rul.79 a. Ex ſua voluntate facere, &c. I.V.65 b, Duo conſules erunt ex illius voluntate. de Or. 92 b, Ex cõmuni quadam hominũ opinione dicere. Att. 111 b, De quibus antè ad te falſum ex Torquati literis ſcripſeram. & 267 a, Atq; hoc poteris ex ſuperiorib⁹ meis literis recordari. & 251 a, Tu ex meis literis quãdo reſpondeas meditare. Qu.fr 306 b, Noli, inquit, ex taciturnitate noſtra Lupe quid aut probemus aut improbemus, iudicare. Qu fr.306 a, b, Ex ſuperiorum temporũ coniecijs, ex præſenti ſilentio, quid ſenatus ſentiret, ſe intelligere dixit. & 300 a, Zeuxis, quẽ ego & ex ſuis ciuibus & ex multis alijs quotidie magis cognoſco nobiliorẽ eſſe propè, quàm ciuitatem ſuam. pro S. R.21 a, Spero ex hoc ipſo non eſſe obſcurum, ad quem, &c. * Frag. ep. Bellum ex conſenſu ciuitatis confectum iam haberemus.

¶ *Inſuper numeri, copiæq; ratione.* de Orat.93 b, Ex magna hominum frequentia dicere iubebat, ſi quid quæreret. Epiſt. 2 b, Treis legatos ex ijs qui priuati ſunt, &c. I.V.131 b, Nihil ex ſacro, nihil de publico attigit. Offic.39 b, Honeſtum illud maximè perlucet ex ijs quas commemoraui virtutibus. contra Rull.70 b, Si vobis ex omni populo deligendi poteſtas eſſet. & ibid. Quem vnum ex cunctis delegiſſetis. Epiſt.203 a, Is non eſt ex iſtis. & ibid. Aulus vnus ex meis intimis. de Legib.160 b, Ex tot generibus nullum animal eſt, &c. de Amic. 108 a, Hunc ex maximè raro hominum genere iudicare debemus. de Or.98 b, Homo ex numero diſertorum poſtulabat, &c. pro Ar.188 b, Ex hoc eſſe hunc numero quem, &c. Attic.280 b, Veterem ex tuis literis cõplexus ſum. *pro M.Scau. Vnus ex omni memoria ſceleratiſſimus. Hortenſ. Eundem non modò ex mediocri pecunia, ſed etiam ex tenui percipere poſſumus. de Conſolat. Et mares & fœminas complures ex hominibus in Deũ numero eſſe videmus.

¶ *Materiæ.* pro Arch. 190 a, Ennius in ſepulcro Scipionum conſtitutus ex marmore. I. V.119 a, Statua ex ære facta. & 216 b, Simulacrũ ex ære. & 214 a, Poculũ ex auro. de D.90 b, Alexander ex eo auro buculã faciendam curauit. de N. 67 a, Teperantia cõſtat ex prætermittẽdis voluptatibus. de Vn. 197 a, Vinculorũ id aptiſſimũ, quod ex ſe, atq; de ijs q̃ aſtringit, maximè vnũ afficit. Att. 207 b, Totam Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. Parad.124 b, Populus Romanus ex tantis vectigalibus iampridem vix poteſt alere exercitum.

¶ *Mutationis.* de Opt.244 b, & 245 a, Ex Græco, vel è Græco, vel à Greco conuerſa oratio.* de Orat.122 a, Ipſum ingenium dil gentia etiam ex tarditate incitat.

¶ *Receſſus.* Ex vita, vel è vita, vel à vita excedere. L. Excedo.

¶ *Cauſſæ efficientis, & occaſionis. Ex quo, quo, qua ex re, quocirca, vnde.* de Finib.52 a, Atomi ita feruntur, vt concurſionibus inter ſe cohæreſcant, ex quo efficiuntur omnia. de Fat.149 a, Ex quo facile intellectu eſt, verbis eos, non re diſſidere. de Amic.100 a, Ex quo quantum boni ſit in amicitia, iudicari poteſt. Offic.8 a, Ex quo intelligi poteſt, nullum bellũ, &c. de Diuin.93 a, Ex quo etiam Pythagoricis interdictũ putatur, &c. de Diuin.87 a, Ex quo factum eſt, vt rex, &c. de Diuin.94 a, Ex quo illud eſt Caleni, &c. Offic. 7 b, Ex quo illud, ſummum ius, ſumma iniuria. & 5 a, Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatium dicatur, &c. & ibid. Ex quo, quia ſuum cuiuſq; fit, &c. quod cuiq; obtigit, id quiſq; teneat. de Nat.4 b, Ex quo exiſtit & illud, &c. Offic. 3 b, Ex quo animi magnitudo exiſtit, &c. de Orat. 122 b, Ex quo quidam ferunt, &c. de Nat. 137 a, Ex quo etiam illud aſſequor, &c. de Clar. 169 b, Ex quo nulla ſuſpicio eſt, &c. pro Mar.133 a, Ex quo nemo erit, &c. ad Heren.6 a, Ex quo ſimul oſtendebatur, quomodo, &c.* Frag. ep. Anconẽ deiectus eſt ex Senatuſconſulto.

¶ *Loci.* pro Cluent.27 a, Cum multi boni viri ex occulto interueniſſent.

¶ *Tandem vim habet præpoſitionum Abſq;, Sine, Citra.* de In.50 b, Ex tempore: *id eſt, ſubitò.* de Orat.131 b, Illud egregium & ex tempore: Manus laua, inquit, & cœna. item Itaq; his de rebus ex tempore & coràm. pro Arch.189 a, Sæpe ego hunc vidi cũ literam ſcripſiſſet nullam, magnũ numerum optimorum verſuum de his ipſis rebus quæ tum agerentur, dicere ex tempore. de Orat. 191 a, Antipater Sidonius ſolitus eſt verſus ex tempore fundere. de D.95 b, Alia autẽ ſubito ex tempore coniectura explicantur. Off. 39 b, Capere conſilium ex tempore. Orat.205 a, Ridicula ex tempore ficta, non domo allata. pro Flac. 153 b, Græcos ex tempore, quod opus ſit, obſignare dixit. Att.154 b, Quæ partim parari & iam cogitari, partim ex tempore futura cenſes. de Inuent.47 b, Res ex tempore nata. Tuſc.145 b. & de In.50 b, Ex tempore effutire, &c. Att.86 b, Te enim ſequor σχεδιάζων: id eſt, ex tempore agentem.

Exactio, onis. *penſio, tributum, ſtipendium, vectigal.* Attic. 67 a, Ne extrema exactio noſtrorum nominum expectatur. Ep.164 a, Magno pondere auri coacto de publicis exactionibus. de Leg.180 b, Exactio pecuniarum. pro Dom. 223 b, Quid operum publicorum exactio? quid inſcriptio nominis tui? * de Leg.180 b, Eaq; pecunia nõ minor eſſet facta cum ſuperiore exactione. Ep. 37 b, Ne in venditionem tributorum & illam acerbiſſimam exactionem, quã tu nõ ignoras, capitum atq; oſtiorum inducerentur ſumptus minimè neceſſarij.

¶ *Item expulſio* de Orat.88, * Quid exactis regibus? Tametſi ipſam exactionem mente, non lingua, perfectam L. Bruti eſſe cernimus.

Exacturus, a, um. Qu. de Pet.212 a, Demonſtres, quàm moleſtè feras, alijs te id rebus exacturum eſſe perſuadeas: *id eſt, quaſi cumulatè compenſaturum.*

Exactus, a, um. *completus.* I.V.85 b, Latonam iam ad pariendum vicinam temporibus exactis fuiſſe Delum. Tuſc. 168 b, Eorum autem qui exacta ætate moriuntur, fortuna laudatur. & I.V.239 b, Pater exacta ætate. I.C.112 a, Tertia ferè vigilia exacta.

¶ *Acceptus, de argento ſcilicet debito.* de Nat. 77 a, Per præconem vendidiſſe, exactaq; pecunia dixiſſe, vt, vt, &c.

¶ *Expulſus.* de Orat.88 a, Quid exactis regibus?

Exacuendus, a, um. de Orat.95 b, Ad vos exacuendos accommodaui orationem meam.

Exacuo, is. *acuo, cohortor.* Attic. 198 a, Velim cohortere & exacuas Cloatium. Epiſt. 158 a, Solicitudineſque meas quotidie magis tua merita exacuunt. de Legib.168 a Nam cum animus, &c. exacuerit illam vt oculorum, ſic ingenij aciem

aciem ad bona deligenda, & reijcienda contraria. de Leg. 188 a, Niſi mucronem aliquem tribunitium exacuiſſet in nos.

EXADVERSVS: *aduerbium, è regione, ex aduerſo.* de Diu. 101.

EXAEDIFICATIO, onis. *conſtructio, compoſitio.* de Orat. 114 a, *Ipſa exædificatio *hiſtoriæ* poſita eſt in rebus & verbis.

EXAEDIFICATVS, a, um. de L. 178 b, In noſtris ſedibus exædificatum templum Licentiæ. Ac. 32 a, Ne exædificatum quidem hunc mundum diuino conſilio exiſtimo.

*EXAEDIFICO, as. ędifico. de Orat. 98 a, Te rogo ne graueре exædificare id opus, quod inſtituiſti.

EXAEDIFICOR, ris. *ædificor.* in Verr. 245 a, Capitolium publicè gratis coactis fabris operiſq; imperatis exædificari atq; effici potuit.

† Syntaxis. *Exædificari, ac effici.*

EXAEQVO, as. *æquo, æqualem vel parem facio.* I. V. 133 b, Iſte omnia iura precio exæquauit, omnium rerum delectum atq; diſcrimen pecunia ſuſtulit. de Finib. 92 a, Exæquare omnia. Epiſt. 218 b, Sed vereor, ne quia complures tibi præcipuè commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. Att. 62 b, Pecunia omnium dignitatem exæquat. ad Heren. 30 b, Vt longitudo & plenitudo harum, multitudinem alterius aſſequatur & exæquet. in Arat. Exæquare vnum cum alio. de Amic. 109 b, Qui in amicitiæ neceſſitudine ſuperiores ſunt, exæquare ſe cum inferioribus debent.

EXAEQVOR, ris. ad Heren. 30 a, Pauci pluribus exæquari non poſſunt. Poſtq. 203 a, Superiorem eſſe contra improbos minus eſt negocij, quàm bonis exæquari.

† Syntaxis. *Pecunia omnium exæquat dignitatem. Exæquare ſe cum inferioribus: & cum datiuo.*

*EXAERESIMVS, a, um. I. V. 134 b, Eſt conſuetudo Siculorum cæterorumq; Græcorum, vt eximant vnum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe: quos illi exæreſimos dies nominant.

*EXAGGERANS, tis. Acad. Voluptatis nomen, ſuauitatem, quietem, teſte populo exaggerans. Offic. 19 a, Delectarentur re ſua familiari: non eam quidem omni ratione exaggerantes.

EXAGGERATIO, onis. *elatio.* Tuſc. 188 b, *Hoc tibi propone, amplitudinem animi & quaſi quandam exaggerationem quàm altiſſimam animi, quæ maximè eminet in cõtemnendis & deſpiciendis doloribus, vnam eſſe omnium rem pulcherrimam: eoque pulchriorem, ſi vacet populo, neq; plauſum captans ſe tantum ipſa delectet.

EXAGGERATVS, a, um. *erectus, cumulatus, amplus.* Parad. 124. a, Qui animo excelſo, & alto, & virtutibus exaggerato eſt. Orat. 125 b, Alta & exaggerata oratio.) (*humilis & abiecta.* de Clar. orat. 170 b, Hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. I. C. 122 a, Benignitate deorum auctas exaggeratasq; fortunas nox vna penè deleuit.

EXAGGERO, as. *amplifico, verbis aliquid magnum facio, augeo.*) (*extenuo.* de Orat. 105 a, Veritus es niſi iſtam artem exaggeraſſes, ne operam perdidiſſes. pro Planc. 274 a, At enim nimis ego magnum beneficium Plancio facio, &, vt ais, id verbis exaggero. de Orat. 135 b, Id complector, exorno, exaggero. & 152 b, Exaggerare & amplificare orationem *Tuſcul. 245 a, Vt grauitatem dignitatemq; virtutis exaggerent. Quam cum ad cœlum extulerint.

† Syntaxis. *Exaggeratus animus virtutibus. Exaggerare & amplificare.*

EXAGITATOR, ris. *vexator.* Orat. 200 b, Plato exagitator omnium rhetorum.

EXAGITATVS, a, um. *agitatus, vexatus.* Epiſt. 2 b, Vt in rebus multo ante quàm tu pfectus es ab ipſo rege, & ab intimis Pompeij clàm exulceratis, deinde palàm à conſularibus exagitatis, & in ſummam inuidiam adductis ita verſamur. pro Syll. 178 b, Colonorum diſſenſio delata ad patronos eſt, cum multos annos eſſet exagitata. Orat. 198 a, Horum enim diſputationibus, & exagitatus maximè orator eſt, & adiutus. Poſtq. 208 b, Cauſam ſenatus exagitatam eſſe concionibus improborum. de Som. 131 a, Nec in hunc locum niſi multis exagitati ſeculis reuertuntur: *id eſt, exerciti & agitati.*

EXAGITO, as. *vexo, diuexo, inſector, exerceo, iacto.* de Orat. 148 a, Inuenti ſunt, qui hanc dicendi exercitationẽ exagitarent atq; contemnerent. Att. 12 a, Inſectari & exagitare aliquẽ. ¶ *Tracto, commemoro.* Orat 210 b, Quod apud Lucilium ſcitè exagitat in Albutio Scæuola. Attic. 41, Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem.

EXAGITOR, aris. Orat. 199 a, Quonam igitur modo audiretur Phryx Athenis, cùm etiam Demoſthenes exagitetur vt putidus?

† Syntaxis. *Res exulceratæ & exagitatæ. Inſectari & exagitare hoſtes. Exagitare ſuum mœrorem.*

EXALBESCO, ſcis. *expalleſco, extimeſco.* de Orat. 93 a, Equidem in me ipſo ſæpe experior, vt exalbeſcam in principio dicendi. & 165 b, Acad. 13 a, Tremere & exalbeſcere obiecta re terribili. de Fin. 131 b, Exalbeſcere metu. *Hortenſ. vt ait Ennius: Refugiat timido ſanguen atque exalbeſcat metu.

EXAMEN, nis. *apum congregatio.* de Aruſp. 249 b, Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet. * ibid. Videmus vniuerſi repentè examina tanta ſeruorum immiſſa in populũ Rom. ſeptum atq; incluſum, & non commouemur? Atq; in apum fortaſſe examine nos ex Hetruſcorum ſcriptis aruſpices vt à ſeruitio caueremus monerent. Off. 31 b, Apum examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur: ſed cùm congregabilia natura ſint, fingunt fauos. de Sen. 88 b, Res ruſticæ letæ ſunt apum examinibus.

EXAMINANDVS, a, um. pro Fon. 278 b, Ad vnamquamq; rem examinandam, momentoq; ſuo ponderandam.

*EXAMINANS, tis. Or. 199 a, In hoc ipſo diligenter examinante verborum omnium pondera.

EXAMINATVS, a, um. *libratus.* Tuſcul. 157 b, Cùm enim ſui ſimilem & leuitatem & calorem adeptus eſt *animus*, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur.

EXAMINO, as. *perpendo, expendo, pondero, excutio, exquiro, in manibus iacto.* pro Plan. 276 a, Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, quid cuiq; debeam. Orat. 199 a, Diligenter examinare verborum omnium pondera.

EXAMINOR, ris. de Or. 123 a, Sed ea probanda, quę nõ aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur.

† Syntaxis. *Rem examinare, momentoq; ſuo ponderare. Animus æquis examinatus eſt ponderibus.*

*EXANCLATVS, a, um. Acad. 27 a, Herculis quendam laborem exanclatum à Carneade, quòd vt feram & immanem beluã, ſic ex animis noſtris aſſenſionem: id eſt, opinationẽ & temeritatem, extraxiſſet. Tuſc. 179 a,

*O multa dictu grauia, perpeſſu aſpera*
*Quæ corpore exanclato atq; animo pertuli.*

*EXANCLO, as. *exhaurio, ſecundum Feſtum, perpetior, ſupero, exhaurio, perficio, effundo, ſecundum Nonium Marcellum.* Tuſc. 174 a, Cùm exanclauiſſet omnes labores. de Diu. 122 a,

*Tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos.*

EXANGVIS, gue. *pallidus.* de Ar. 242 b, Ille exanguis & æſtuãs ſe è curia repentè proripuit. I. P. 98 b, Cùm tu, quòd tibi ſuccederetur, exanguis & mortuus concidiſti. I. V. 202 a, Exanguium corpora mortuorum. pro Seſt. 20 b, Aliquis extremo ſpiritu exanguis & confectus. & 8 a, Homo eneruatus & exanguis Qu. frat. 308 a, Ille furens exanguis interrogabat, &c. Tuſcul. 196 a, Lacrymæ peredere humore exangueis genas. ad Herenn. 27 b, Aridum & exangue genus dicendi.

† Syntaxis. *Exanguis & æſtuans. Exanguis ac mortuus Extremo ſpiritu exanguis & confectus. Furens exanguis. Arida & exanguis dictio.*

EXANIMATIO, onis. Offic. 26 b, Sic cauebimus, ne in perturbationes atq; exanimationes incidamus. *Tuſcul. 212 a, Quæ ſine ratione fit declinatio, & cum exanimatione humili atq; fracta. Tuſc. 213 a, Quæ ſubiecta ſunt ſub metum, ea ſic definiunt, &c. Exanimationem metum ſubſequentem, & quaſi comitem pauoris.

EXANIMATVS, a, um *conſternatus, metu conturbatus.* I. C. 118 b, Meam mentem domum ſæpe reuocat exanimata vxor, metu abiecta filia. I. V. 147 a, Itaq; illum mutum, exanimatum, & vix viuum relinquo. de Orat. 146 b, Nolo verba exiliter exanimata exire. pro Mil. 113 a, Milo nullo metu perterritus, nulla conſcientia exanimatus. Epiſt. 124 b, Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuę tam grauiter exanimatum fuiſſe? de Orat. 95 a, Adoleſcentulusq; in initio dicendi ſic exanimatus ſum, vt, &c. Ep. 124 b, Exanimatus ſum tuis literis, &c.

EXANIMO, as. *perturbo, perterrefacio.* Att. 162 b, Aduentus Philotimi exanimauit omnes qui mecum erant. pro Mil. 118 b, Me quidem exanimant & interimunt hæ voces Milonis. Par. 116 a, Te metus exanimat iudiciorum. Att. 173 b, Tulliæ meæ morbus me exanimat.

EXANIMOR, ris. de Fin. 85 a, Cum graui vulnere exanimari videret ſe. Tuſcul. 243 b, Denique vt exanimarentur, priuſquam ſe victos faterentur.

† Syntaxis. *Verbum exanimatum. Exanimatus conſcientia. Exanimari aliquem & interimi.*

EXANTLATVS, a, um. *Rectiùs exanclatus.* Tuſc. 179 a, Quæ corpore exantlato atq; animo pertuli. Acad. 27 a, Herculis labor exantlatus à Carneade.

EXANTLO, ab ἐξαντλῶ, *exhaurire: ſignificat enim excipio, perfungor, haurio.* de Diuin. 122 a, *Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos.* Tuſc. 174 b, Quod cũ exantlauiſſet oẽs labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. * *alij exanclo legunt, quod Feſti & Nonij Marcelli autoritate comprobatur.*

EXARATVS,a,um. *arando effoſſus.* de D.119 a, An eſt quiſquam ita inſipiens, qui credat exaratum eſſe Deum dicam, an hominem? & 125 a, Exaratus puer. de Leg.182 a, Cùm multa in eo loco ſepulcra fuiſſent, exarata ſunt.

EXARDESCENDVM. de Orat.125 a, Materia facilis ad exardeſcendum.

EXARDESCO,is:exarſi. *inflammor* de Amic.115 a, Mirabilis quædam exardeſcit beneuolentiæ magnitudo. de Am. 115 a, Ex quo eorum exardeſcit amor, &c. Tuſcul.187 b, Ira exardeſcit, libido concitatur. I.V. 89 a, Homo vt hæc audiuit, exarſit ad id qđ nunquã viderat: *id eſt, amore captus eſt.* Epiſt. 15 a. Exarſi non ſolùm præſenti iracundia, ſed, &c. Attic.35 a, Nunc verò ſibilis vulgi, &c. vereor, ne exarſerit. I.V. 118 b, Homo exarſit iracundia & ſtomacho. de Orat. 145 a, Philippus grauiter exarſit, *id eſt, iratus eſt.* Tuſcul.244 b, Ingenium Carneadis exarſit contra Stoicorum diſciplinam. Brut.90 b, Is in cauſa Bruti exarſit incredibili dolore. Orat.206 a, In omni genere amplificationis exarſimus. I.A. 194 a, Hodie longo interuallo ad ſpem libertatis exarſimus. & 228 b, Tota Italia libertatis deſiderio exarſit. & 231 a, Ipſi enim ſponte veſtra exarſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatem. pro R.P.124 b, Quãquam tum propter multorum delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat. pro Syll.181 b, Ex multis vitijs repentè iſta tanta importunitas inauditi ſceleris exarſit. de Amic. 110 b, Niſi quædam admodum intolerabilis iniuria exarſerit. de Diuin 94 a, Præſagitio, &c. ea ſi exarſit acrius, furor appellatur. de Aruſpic. 254 a, Ego illam flammam excepi, pro patria ſolus exarſi. * Acad. Contra eos *Stoicos* potiſſimùm Academicorum exarſit ingenium. de Nat.7 a, Quòd pars earum *regionum terræ* appulſu Solis exarſerit.

† Syntaxis. *Exardeſcere beneuolentiam, importunitatem. Exardeſcere ad aliquid, iracundia, ſtomacho.*

EXARESCO,ſcis. *exſiccor, exhaurior, abſumor.)(. reuireſco.* de Diuin.88 b, Vt quoſdam exaruiſſe amnes videmus. I P. 97 a, Si amnes exaruiſſent. de Clar. 166 a, Sic omnis fructus repreſſus, exuſtusq; flos ſiti veteris vbertatis exaruit. Attic. 167 a, Miror eius lacrymas diuturna miſeria non exaruiſſe. de Clar. 171 b, Itaque exaruerunt *orationes Galbæ* vix iam vt appareant. Epiſt. 138 a, Deinde ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. & 106 b, Vides enim exaruiſſe iam veterem vrbanitatem. ad Heren.24, Aliquando reipublicę rationes quæ malitia nocentium exaruerunt, virtute optimatum reuireſcunt.

EXARO,as. *cogo, colligo.* I.V. act.3, Ijs plus frumenti importabatur, quàm quantum exarârant. I.V. 157 a Hæ literæ Iudices L. Metelli quas audiſtis, hoc quantum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exarauerant. *ſæpe in ijſdem Verrinis hoc modo vtitur.*

¶ *Conſcribo.* Attic.217 a, Ante lucem cum ſcriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui, neſcio quid ad te. & 185 a, Hoc literularum exaraui egrediens è villa ante lucem. & 255 b, Itaq; ſtatim nouum procœmium exaraui. Epiſt. 196 a, Hæc cum eſſem in ſenatu, exaraui. & 142 b, Cùm ad te harum exemplum in codicillis exaraui.

EXATVRO, as: L. EXSATVRO.

EXAVDIO, dis. *audio* I.C. 121 b, Sed quæ exaudio, diſſimulare non poſſum. pro Syll. 173 b, Vt idem omnes exaudiãt, clariſſima voce dicã. & ibid. a, Maxima voce, vt oẽs exaudire poſſint, dico, &c. de Diuin. 95 b, Cum aliquantulum progreſſus eſſet, ſubitò exaudiuit hinnitum. I.C.102 b, Quorum voces paulò antè exaudire potuiſti. Orat. 215 b, Sed non attendimus, neque exaudimus noſmetipſos. Attic. 220 b, Heri neſcio quid in ſtrepitu mihi videor exaudiſſe, cum diceres, &c. Attic. 59 b, Vix enim exaudiſſe videor. Acad.6 b, Multa exaudiunt in eo genere exercitati.

EXAVDITVS,a,um. de Finib.63 b, Qui exaudita quaſi voce naturæ, ſic, &c. ad Herenn. 7 b, Num qui ſtrepitus, clamor, crepitus exauditus ſit. Attic.9 a, Tanti ſonitus fuerunt, vt ego eo breuior ſim, quod eos vſque iſtinc exauditos putem.

EXCAECO,as. *ſenſu videndi orbo.* Ac.19 a, Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus?

EXCANDESCENTIA, *eſt ira naſcens & modò exiſtens, quæ Græcè dicitur θύμωσις.* Tuſcul.213 b,* Quæ libidini ſubiecta ſunt, ea ſic definiunt: vt, &c. excandeſcentia ſit ira naſcens & modò exiſtens: quæ θύμωσις Græcè dicitur.

EXCANDESCO,ſcis. *exardeſco.* Tuſc.218 a, Hæc nullam habent vim, niſi ira excanduit fortitudo. Epiſt.122 a, Id poſtquam reſcijt, excanduit, & me cauſam inimicitiarum quęrere clamitauit.

EXCARNIFICATVS, a, um. *diſcruciatus.* de Nat.76 b, Democritum à Cyprio tyranno excarnificatũ accepimus.

EXCAVATVS,a,um. in Ver.214 a, Trulla excauata, cum manubrio aureo.

EXCEDO, dis. *emineo.* Parad. 123 b, Quid, cum cupiditatum dominatus exceſſit? de Vniu. 197 b, Sic in omni mundo omnes partes collocatæ ſnnt, vt nulla pars huiuſce generis excederet extrà. in Sal. 174 b, Ea pars, quò tanquam in vnam voraginem cœtus omnium vitiorum exceſſerat.

¶ *Abeo, exeo.* Attic. 282 b, Vos fortaſſe ſapientiùs exceſſiſtis vrbe, quàm liberaueritis. Epiſt.165 a, Finibus prouinciæ meæ nunquam exceſſi. I.A. 154 b, Excedere ex vrbe. I.C.104 b. Abijt, exceſſit, euaſit, erupit. Poſtq.205 a, Cùm is exceſſiſſet, qui cædi & flammæ vobis autoribus reſtiterat. in Ant. 218 b, Niſi prius ſibi reſpondiſſet, quàm ex illa circumſcriptione excederet. de Diuin. 91 b, Cùm animus Eudemi ex corpore exceſſerit. pro Arch. 186 a, Vt primùm ex pueris exceſſit Archias. de Orat.138 b, Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, &c. de Clar.189 a, Sed ad eos qui vita exceſſerunt, reuertamur. Off.31 a, Excedere è vita. & de Clar. 171 b, Tuſcul. 154 a, Excedere à vita. * I. A.252 a, In eam vrbem redijt armis, à *(al. è)* qua exceſſerat legibus.

† Syntaxis. *Excedere vrbe: & ex. Sic à vita, è vita, & vita excedere.*

EXCELLENS,tis: & tiſſimus. *præſtans, præſtabilis, præcellens, antecellens, eximius, egregius, excellenti animo ac virtute.)(. vulgaris.* de Cl.199 b, Virum excellentem præclarè tum illi homines florem populi eſſe dixerunt. de Diu.135 a, Dij immortales rerum omnium præſtantia excellentes. de N.1 b, Vt vna excellentiſſima virtus iuſtitia. pro S.R.5 a, b, M. Petrei excellens in amore reip. virtus. de In. 62 a, Excellens muliebris formæ pulcritudo. Tuſ.148 b, Excellens in omni genere virtus. pro Ar. 189 a, Excellenti animo ac virtute vir. de Clar.196 b, Galba fuit inter tot æquales vnus excellens. Acad.41 b, Vir excellens omni genere laudis. de Cl. 189 b, Excellens in aliqua arte. de Nat.13 a, Et piè ſanctèq; colimus naturam excellentem atq; præſtantem. Ep.48 a, Tua ſcientia excellens ac ſingularis. Antequam.196 b, Dij, qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam. * de Finib. 91 b, Vir omnibus excellens. de Amic. 96 a, Lælius & ſapiens, & amicitiæ gloria excellens.

† Syntaxis. *Vir excellens. Et rerum præſtantia excellens, & in aliqua re. Excellens ac præſtans. Excellens & ſingulare.*

EXCELLENTER. *magnificè, excelsè.* Off.13 a, Quæ magno animo fortiter excellenterq; facta ſunt.

EXCELLENTIA, tiæ. *præſtantia.* Off 20 a, Nobis autẽ perſonam impoſuit ipſa natura, magna cum excelleetia præſtantiaq; animantium reliquorum. de Amic. 109 a, Sæpe enim excellentiæ quædã ſunt. qualis erat Scipionis in noſtro (vt ita dicam) grege Off. 19 b, Decorũ id eſt, quod cõſentaneũ eſt hominis excellentię. Off.4 b, Animi excellẽtia magnitudoq; cùm in augẽdis opibus vtilitatibusq; & ſibi & ſuis cõparandis, tum multò magis in his ipſis deſpiciẽdis eluceat. * Topic.225 a, Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen efficit apud Græcos ſuum. de Fin.112 b, Vt ei tribueret animi excellentiam.

† Syntaxis. *Excellentia præſtantiaque. Excellentia, & magnitudo animi.*

* EXCELLEO,es. *excello.* Frag.ep. Quare effice, & elabora vt excelleas.

EXCELLO, lis. *præſto, antecello, anteſto, emineo, eniteo, princeps ſum.* de Clar.172 a, Mos eſt hominum, vt nolint eundem pluribus rebus excellere. & 184 a, Tuſcul. 174 a, Sed ab ea vna virtute quæ cæteris excellat, omnes nominatæ ſunt. de Inuent. 62 a, Zeuxis longè cæteris pictoribus excellebat. de Orat. 288 b, In iocis tu longè alijs mea ſententia excellis. & ibid. Attic. In eo genere præter cæteros excellunt. Orat.197 b, In oratoribus verò admirabile eſt, quantum inter omnes vnus excellat. Or.156 a, Si quærimus, qđ vnum excellat, ex omnibus docto oratori palma danda eſt. de Inuent.42 b, Excellere inter aliquos. de Leg.166 a, Qui ſingulis vitijs excellunt, aut etiam pluribus. de Diuin. 99 a, Telmeſus in Caria eſt, qua in vrbe excellit aruſpicum diſciplina. de Diuin.88 a, Igitur oraculum illud nunc minore gloria eſt, quia minus oraculorum veritas excellit. de Amic. 110 a, Non enim tu poſſis quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores ampliſſimos perducere. Epiſt.177 b, Excellere in aliquo genere virtutis. Acad.2 a, Excellere ingenio & doctrina. de Orat. 103 b, Qui in aliqua arte aut facultate excellit.

† Syntaxis. *Excellere aliqua re: & in re. Excellere alicui, & inter aliquos.*

EXCELSIVS, *altius.* Orat.107 b, Excelſiùs & magnificentiùs dicere.

EXCELSITAS,tis. *celſitas, altitudo.* Off.56 b, Etenim multo

magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi & magnitudo, quàm voluptas, &c. Nonius: *aliter, celſitas.*

Excelsvs, a, um. *altus, ſublimis.* Att. 66 b, Septa marmorea facturi ſumus, eaq; cingemus excelſa porticu. in Verrem 217 a, Hæc erat poſita Segeſtæ ſanè excelſa in baſi. pro Milone 111 b, Atqui excelſo loco ſuperiorem ſe fore putabat Milo. de Somn. 127 a, Oſtendebat autem Carthaginem de excelſo, pleno ſtellarum, illuſtri & claro loco. de Nat. 21 b, Ibes ſunt aues excelſæ, cruribus rigidis, &c. in Verrem 217 a, Erat admodum amplum & excelſum ſignum cum ſtola. in Arat. Excelſi colles. Attic. 88 a, Statua quæ ad Opis per te poſita in excelſo eſt. I. C. 115 a, Simulacrum Iouis maius facere, & in excelſum collocare. de Opti. 244 a, Ii quos nihil excelſum magnificumq; delectat. pro Muræna 138 b, Vir magnus & excelſus. Orat. 207 b, Orator grandis, & quodammodo excelſus. Tuſc. quæſt. 177 a, Vir altus, & excelſus, & humana deſpiciens. Offic. 16 a Animus excelſus & magnificus. & 4 a, Animi excelſi atq; inuicti magnitudo ac robur. Epiſtol. 19 b, Excelſo & illuſtri loco ſita eſt laus tua. ad Herenn. 18 b, Parem aut excelſiorem fuiſſe. * pro Mur. 138 b, Finxit te ipſa natura ad honeſtatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinē animi, iuſtitiam, ad omnes deniq; virtutes magnum hominem & excelſum.

† Syntaxis. *Excelſitas animi & magnitudo. In excelſum collocare ſtatuam. Vir altus & excelſus. Animus excelſus & magnificus. Excelſum ſimulacrum, baſis, collis.*

Exceptio, onis. *adiunctio.* de Amic. 107 b, Tum ſit inter eos omnium rerum ſine vlla exceptione communitas. Epiſt. 82 a, Quotieſcunque filium tuum video, polliceor ei ſtudium quidem meum & operam ſine vlla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem & autoritatem cum hac exceptione, quantum valeam, quantumque poſſim. contra Rull. 70 b, Optimæ leges hac lege ſine vlla exceptione tollentur. de Finib. 69 a, Quid attinet luxurioſis vllam exceptionem dare? pro Corn. 61 a, Quòd ſi exceptio facit ne liceat, ibi ineſſe eſt licere. contra Rull. 62 b, Sunt in tota lege exceptiones duæ: excepit enim, &c. de Inuent. 69 a, Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones. pro Cecin. 289 a, Prætor interdixit ſine vlla exceptione, tantum vt vnde deiciſſet, reſtitueret. de Orat. 98 b, Vt illi vnde peteretur, vetus atque vſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet. de Or. 98 b, Vt petitor rurſus cum peteret, ne exceptionē excluderetur. de Inuent. 83 a, Homines vt cibo vtantur non neceſſe eſt, niſi cum illa exceptione, extra quam ſi nolint fame perire. ad Herenn. 4 b, In priuatis actionibus, prætoriæ exceptiones fiunt. I. V. 252 a, Tametſi rectè ſine exceptione dixeram. de Inuent. 80 a, Quædam tacitis exceptionibus cauentur. de Orat. 121 b, Nunquam ego cuiquam tam præciſè negaui, quàm hic mihi planè ſine vlla exceptione præcidit. pro Qu. 297 a, Non patiar te cum exceptione laudari. * de Inuent. 53 b, Si id adſcribat ad legem, & addat exceptionem hanc: Extra quam ſi quis Reipub. cauſa exercitum non tradiderit. de Inuent. 69 a, In iure exceptiones poſtulantur. & b, Poſtulat is, qui cùm agitur, à prætore exceptionem: Extra quam in reum capitis præiudicium fiat. ibid. Exceptionem addi ait oportere. de Inuent. 79 a, Exceptionem ipſe in legem adſcribat. Epiſt. 101 b, Neque eſt quod illam exceptionem in interdicto pertimeſcas. Att. 87 a, De Bibuli edicto nihil noui, præter illam exceptionem, de qua tu ad me ſcripſeras. Ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν, ſed certiorem (*al. tectiorem*) ex Q. Mutij P. F. edicto Aſiatico: Extra quam ſi ita negotium geſtum eſt, vt eo ſtari non oporteat, ex fide bona.

† Syntaxis. *Luxurioſis dare exceptionem: id eſt, modum præſcribere. Sine exceptione interdixit. Prætor, vti tantum reſtitueret, &c. Habere exceptionem.*

Excepto, as. *excipio, extraho.* Par. 123 a, Aliquis barbatulos mullos (*al. mullulos*) exceptans de piſcina, & pertractans.

Exceptvs, a, um. *excluſus: quod etiam ſignificamus his voculis Extra, Præter.* Epiſt. 2 b, Is hac regia cauſa excepta, pollicetur ſe, &c. & 77 a, Mihi ſolitudo iucundior eſt, quàm ſermones eorum qui frequentant domum meam: excepto vno, aut ad ſummum altero. de Orat. 88 a, Omnes, exceptis, Craſſe, vobis duob. Poſt 205 b, Duos conſules improbos nunquam, excepto illo Ceſonio, tempore fuiſſe. de Orat. 114 b, Deniq; ei qui profitetur, &c. nullum poteſt eſſe genus orationis, quod ſit exceptnm. pro Clu. 42 b, Leges quibus exceptum eſt, de quibus cauſis iudicem legi non liceat. pro Clu. 42 b, Exceptum fœdere, in Verrem, & pro Corn. Balbo.

¶ *Captus.* Epiſt. 190 a, Claſſis diſſipata eſt, onerariæ omnes ad vnam à nobis ſunt exceptæ.

¶ *Auditus.* Att. 29 a, Niſi ſi quid ex prætereunte viatore exceptum eſt, nihil ſcire poſſumus.



Excerpendvs, a, u, um. de Orat. 112 b, Non enim ſi eſt facilius, eo de numero eſt excerpendum.

Excerpo, pis. *decerpo, deligo.* Off. 53 a, Non ſolùm ex malis eligere minima oportet, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſt boni. de Inu. 62 a, Quod quiſq; commodiſſimè præcipere videbitur, excerpſimus.

Excessvs, ſus. de Leg. 156 b, Romulus poſt exceſſum ſuū Proculo Iulio dixit. * de Finib. 102 b, Ad ea referri omnes noſtras cogitationes: in his & exceſſum è vita, & in vita manſionem. Tuſc. 153 b, Neq; exceſſu vitę ſic deleri hominem, vt funditùs intereat.

Excetra, træ. *hydra.* Tuſc. 179 b, Hæc dextra Lernam tetram mactata excetra placauit.

Excido, dis. *elabor, fluo, defluo.* I. A. 240 b, Excident gladij: fluent arma de manibus. de Am. 107 a, Neq; enim verendū eſt, ne quid éxcidat, aut ne quid in terram defluat. I. C. 100 b, Quoties tibi ſica éxcidit caſu aliquo, & elapſa eſt? pro Syl. 180 b, Verbum ecquod vnquam ex ore huius éxcidit, vnde quiſquā poſſet offendi. pro Dom. 234 a, Ex iſto ore religionis verbum excidere aut elabi poteſt? I. A. 255 a, Quod verbum tibi non éxcidit fortuitu. Attic 278 b, Quodammodo victoria éxcidit è manibus. de N. 51 b, Cùm animal ex vtero elapſum éxcidit. Attic. 145 a, Sol excidiſſe mihi è mundo videtur. de Orat. 85 a, Libellus, qui me imprudente & inuito éxcidit, & peruenit in manus hominū. & ibid. Quæ pueris nobis ex commentariolis noſtris inchoata atq; rudia exciderunt. * Ioc. lib.

*Fundum Varro vocat quem poßim mittere funda,*
*Ni tamen exciderit qua caua funda patet.*

¶ *Cum vi obliuionis.* de Legib. 179 a, O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi iſta exciderant. Attic. 137 b, Sed ea iam mihi exciderunt. Epiſt 99 b, Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidiſſet, etenim penitùs inſederat: tamen, &c. Attic. 86 a, Sed planè te intelligere volui, mihi non excidiſſe illud, quod tu ad me quibuſdam literis ſcripſiſſes.

† Syntaxis. *Excidunt gladij, fluunt arma de manibus. Caue, ne quid éxcidat, aut ne quid in terram defluat. Excidit, & elapſum eſt.* hîc expende ſynonyma pura. *Ex ventre elapſum animal éxcidit. Id ex animo éxcidit.*

Excidendvs, a, um. *diruendus.* Off. 15 b, African⁹ in excidenda Numantia reipub. profuit.

¶ *Reſcindendus.* de Orator. 143 a, Hæc tibi eſt excidenda lingua: qua vel auulſa libidinem tuam libertas mea refutabit.

Excido, dis. *cædo, excindo, exciſionem infero.* ad Brut. 286 a, Ijs qui illud malum exciderint, cuius iſtæ reliquiæ ſunt, nullum vnquam dignum præmium tribui poterit. Epiſt. 105 a, Quanquam illa quidem habet lucum, à quo etiam aduenæ teneri ſolent: quem tamen ſi excideris, multum proſpexeris. * de Prouin. 78 a, Nónne vobis videor & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerum natura non poſſem euellere, ex animo quidem certè excidere?

¶ *Diruo.* pro Dom. 225 b, Excidere vrbes hoſtium. pro Seſt. 23 a, Qui ædes ſacras expugnauit, excídit, incendit.

Excidor, ris. Offic. 35 a, Nec lapides exciderentur è terra ad vſum noſtrum neceſſarij.

Excindens, tis. de Som. 129 a, Numantiam excindens.

Excindor, ris. *excidor, euertor, diruor, deleor.* pro Pl. 280 a, Vrbs quæ ſe vel potius excindi facilè pateretur, quàm, &c. pro Mil. 119 a, Curiam inflammari, excindi, funeſtari.

Excio, cis. *euoco.* in Ant. 242 a, Iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus.

Excipiendvs. *excluendus.* Attic. 81 b, Hic facit vt mihi excipiendus ſit, cum teruncium nego ſumptum factum.

Excipiens, tis. de Diu. 99 b, Nihil eſt quod diuturnitas temporum, excipiente memoria, prodendiſq; monumētis, efficere atq; aſſequi poſſit.

Excipio, pis. *excludo, ſecerno.* I. C. 121 b, Hoſce ego homines excipio & ſecerno libenter. Tuſc. 150 a, Nā ſi ſolos eos diceres mortuos quibus moriendū eſt, neminē tu quidem eorū, qui viuerēt, exciperes. Acad. 18 a, Democritus ita eſt auſus ordiri: Hęc loquor de vniuerſis: nihil excepit, de quo nō profiteretur. quid enim eſſe poteſt extra vniuerſa? Qu. frat. 297 a, Omnes ita de tua virtute commemorant, vt in ſummis tuis laudibus vnam excipiant iracundiam. & 295 a, Cùm lex nominatim exciperet, vt ad templum monimentumq; capere liceret. Att 85 b, Id verò per te exceperamus negociatori, quod ſi cuipiā, huic tamē non. de Diu. 98 b, Excepi de antiquis præter Xenophanem neminem. in An. 215 b, Omnes idem ſentiunt: cùm omnes dico, eos excipio, qui, &c. Acad. 8 b, Qui negat quicquam eſſe quod percipiatur, is nihil excipit. Att. 174 a, Tum ille ita edixit: vt me exciperet, & Lælium nominatim.

¶ *Recipio,*

¶ *Recipio, capio, ſuſcipio, arripio.* de Senect. 80 b, Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequẽtes. de Nat. 52 a, Linguam ad radices eius hærens excipit ſtomachus. Att. 8 b, Craſſus poſtea quàm vidit illum excepiſſe laudem ex eo, quòd, &c. Ep. 157 b, Excipere aliquem cum literis. I. C. 112 b, Excipere fugientes. de Cl. 187 a, & Ep. 233 b, Excipere labores. pro Seſt. 7 b, Excipere vulnera. pro Seſt. 27 b, Herculis ambuſto corpore, vitam & virtutem immortalitas excepiſſe dicitur. de Clar. 194 b, Interim me Quæſtorem Sicilienſis excepit annus. ad Heren. 27 b, Grauem figuram excipiat attenuata. Orat. 212 a, Ex vſu dicunt & è repub. q in altero vocalis excipiebat, in altero erat aſperitas. Brut. 91 a, Timeo, ne illum aliquorum furor excipiat. de Inuent. 49 a, Cùm rei expoſitio magnã excipiat offenſionem. de Orat. 134 a, Ex alterius oratione excipere aliud atq; ille vult. Ep. 16 a, Nullum meum dictũ, non modò factum, pro Cæſare interceſſit, quod ille non illuſtri gratia exceperit. pro S. R. 44 a, Iſti bonorũ emptores arbitrantur vos hîc tales viros ſedere, qui excipiatis eos, qui de ſuis manibus effugerint. de Or. 122 a, Aduerſarij non ſolũ ſententias, ſed etiã verba omnia excipere. de Cl. 165 a, Excipere ſanguinẽ patera: *id eſt, bibere.* I. A. 126 b, Brutus legiones cõſcripſit nouas, excepit veteres. de D. 119 a, Omnia alicuius loquentis verba excipere, literiſque mandare. pro Deoit. 148 a, At eo tempore ipſe miſit, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe deferrent. de D. 113 a, Genus diuinãdi naturale, quod animus arriperet aut exciperet extrinſecus ex diuinitate. pro Pomp. 8 a, Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex excepit, diffidentemq; rebus ſuis confirmauit. pro Mil. 122 a, O` terram illam beatã, quæ hunc virũ exceperit. pro S. R. 42 b, Roſcius ſua omnia tibi conceſſit, ex omnibus rebus ſeipſum nudũ, neq; præterea quicquã excepit. Ep. 51 b, Non enim vt tum me à republ. mœſtum domus excipiebat, quæ leuaret, ſic nũc domo mœrens ad remp. confugere poſſum, vt in eius bonis acquieſcam. de Leg. 170 a, Patria eſt illa quæ nos genuit, & illa quæ excepit. I. V. 256 b, Vt filiorũ extremum ſpiritũ excipere ſibi liceret. pro Dom. 225 b, Omnem vim improborum excepi meo corpore. de Pro. 73 b, Vnum pro vniuerſis ſubire atq; excipere omnia tela. de Pro. 77 b, Quãuis excipere fortunã, ſubire vim atq; iniuriam. de Or. 93 a, Aliquid ex ſermone alicuius memoria dignum excipere. I. V. 144 b, Is omnia tela excipiat neceſſe eſt. Attic. 164 a, Omnino excipiam hominem. Orat. 216 a, Eaq; dum animis attentis admirãtes excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus. de Aruſp. 254 a, Cùm in me illa flamma illorum temporum conijciebatur, excepi, & pro patria ſolus exarſi. * Frag. ep. Vt mirum Senatus conuitium exceperit. Ep. 147 a, *Planci.* Quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi.

¶ *Suſtineo.* pro R. P. 129 b, Excipere aliquem labentẽ. * de Cl. 187 a, Labores etiam magnos excepiſſet.

Excipior, ris. Att. 174 a, Poterat enim ſine nomine res excipi. p Cec. 200 b, Nulla res eſt, q̃ aut cõprehendi ſatis, aut caueri, aut excipi poſſit. pro Pl. 271 a, Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. Attic. 127 a, A` multis admoniti ſumus, vt caueremus ne exciperemur à Cæſare. de Nat. 53 a, Anima quæ excipitur ſpiritu, ac reſpiratur.

† Syntaxis. *Excipere ſpiritum, ac reſpirare. Excipere flammam, vulnera, labentem amicum. Animam excipi ſpiritu, & reſpirari:* egregia dicendi ratio.

Excisio, onis. pro Dom. 243 a, * Non me tectorum exciſio permouet. de Aruſp. 244 a, Exciſionem, inflammationem, &c. ſua cum præda meis omnibus tectis atq; agris intulerunt.

Excisus, a, um. pro Seſt. 10 b, Vrbs exciſa & euerſa. I. V. 246 b, Opus ingens multorum operum penitus exciſum. Att. 256 b, Exciſa eſt arbor, non auulſa, &c.

Excitandus, a, um. *incitandus, accendẽdus, inflammãdus.* Offic. 21 a, Appetitus omnes contrahendi, ſedandiq; ſunt, excitandaq; animaduerſio, &c. de Or. 125 b, Omnia dicẽdo excitanda ſunt, nihil adiuuante natura. de Or. 86 b, In eorum qui audiunt mẽtibus ſedandis, aut excitandis. Ep. 256 a, In excitando autem & in acuendo plurimùm valet, ſi laudes eum quem cohortere.

¶ *Reuocandus.* pro Font. 281 a, Ita verò C. Marius excitandus erit ab inferis, qui, &c.

Excitatus, a, um, *ſublatus, erectus, ſtans, celſus.* de N. 54 a, Deus homines humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, vt, &c. Ep. 129 b, Ex media Academia excitatos *admonitores, id eſt, libros* miſi.

¶ *Excellens.* Ep. 23 a, Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcerem.

¶ *Vehemens.* de Som. 129 a, Summus ille cœli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt concitatior, acuto & excitato mouetur ſono.

¶ *Concitatus.* pro Seſt. 25 b, Tantus ex omnibus ſpectaculis plauſus excitatus. Off. 49 a, Tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum eſt.

¶ *Confirmatus.* Att. 278 b, Erectior ſenatus erat, non ſentẽtijs ſolùm noſtris, ſed etiam cohortationibus excitatus. pro R. P. 129 b, Sunt ea quidem magna, ſed magnis excitata ſunt præmijs ad memoriam hominum ſempiternam.

¶ *Vſurpatus.* de Orat. 124 a, His locis in cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum poſita excitatis.

Excito, as. *adhortor, inuito, inflammo, incito, allicio, cõmoueo, concito, ſtimulo, elicio, ſtimulos admoueo.* pro Plan. 271 b, Quæ ſcripſit grauis ille poëta, vt nos & noſtros liberos ad laborem & laudẽ excitaret. pro Pomp. 4 b, Genus belli eſt eiuſmodi, quod maximè veſtros animos excitare atq; inflammare debet. de Orat. 102 a, Motus in animis hominum dicendo excitare vel ſedare. Topic. 221 b, Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque ad memoriam rerũ noſtrarum excitarem. Ac. 23 b, Excitare aliquem ex ſomno. Ep. 262 a, Excita ex ſomno tuas literas. Qu. fr. 298 b, Dormientem excitare, currentem incitare. Plan. Ep. 154 b, Quę ſi aduẽtus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ conſtãtiæq; meæ, quę me ad hanc experientiam excitauit. Att. 96 a, Eum valde tuæ literæ excitârunt. Ep. 79 a, Quem autoritate tua cunctantem & diffidẽtem excitare ſolitus es. Off. 36 b, Hoc cognito, dicendum eſt, quonam modo hominũ ſtudia ad vtilitates noſtras allicere atq; excitare poſſimus. de Orat. 119 b, & 126 b, Excitare reum conſularem, & cicatrices aduerſas ſenis iudicibus oſtendere. pro R. P. 130 b, Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis meæ. de Orat. 106 b, Dicẽdo excitare aliquẽ à morte. Or 204 b, & Top 224 b, & I. V. 262 a, & I. C. 108 b, Excitare mortuos ab inferis. Poſt. 209 b, Excitare aliquem ab inferis vel ab Acheronte. Or. 200 a, Excitare alicuius memoriam charã alicui. I. A. 165 b, Cn. Domitium non patris interitus clariſſimi viri? non auunculi mors? non ſpoliatio dignitatis? ad recuperandam libertatem, ſed autoritas excitauit? pro Planc. 270 b, Alia te ratio, alia cogitatio ad ſpem huius opprimendi excitauit. de Leg. 191 b, Excitabat fluctus in ſimpulo, vt dicitur, Gratidius: quos pòſt filius eius Marius in Aegæo excitauit mari.

¶ *Confirmo, erigo, ſubleuo, conſolor.* de Clar. 166 a, pro Mar. 134 a, & pro Dom. 232 b, Excitare iacentem. de Amic. 107 a, Excitare animum abiectum & iacentem. Att. 12 a, Confirmare & excitare afflictos & abiectos, & eos ad priſtinam dignitatem reuocare.

¶ *Facio, offero, exhibeo, præbeo, edo, occaſionem præbeo.* pro Mur. 136 b, Excitare incendium in fortunas alicuius. pro Seſt. 12 a, Hanc ei ſuſpicionẽ alij literis mittendis, alij nuncijs, alij coràm ipſi excitauerũt. Off. 4 a, Facies honeſti, quę ſi oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret ſui. de Fin. 75 b, Sapientia ardentes amores excitaret ſui, ſi videretur. Epiſt. 43 a, Excitare riſum. & 140, Excitare clamorem. Or. 218 a, Magnus clamor concionis excitatus eſt. de Clar. 195 a, Excitare ſummã hominum admirationem. Off. 43 a, Quæ in multitudine habetur oratio, ea ſæpe vniuerſam excitat gloriam. pro Seſt. 25 b, Excitare fletum alicui,

¶ *Vexo.* Offic. 65 b, Excitare atq; agitare feras.

¶ *Concito.* pro Mar. 133 b, Dij qui ciuile bellum excitauerũt. * cont. C. Anton. Paſtores retinet, ex quibus ait ſe ſubitò fugitiuorum bellum excitaturum.

Excitor, ris. *in proximo actiuo ſunt homonyma.* de N. 49 b, Excitar. humo. de Legib. 183 b, Nec è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudẽ mortui inciſam. pro Mur. 133 a, Tempeſtates cõmoueri, concitari, excitari. de Ar. 244 a, Tum vidi, ac multo antè proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quãta impenderet procella reipubl. pro Plan. 263 b, Nec vides iſtorum ipſorum charitate ad huius ſalutem defendendam maximè ſtimulari me atq; excitari. de Diu. 120 a, Galli victores alacritate ad cauendum excitantur. * I. A. 173 b, Neceſſe eſt, &c. perterritũ de ſomno excitari, furere etiam ſæpe vigilantem.

¶ *Educor, extrahor.* de Nat. 49 b, Vapores, qui à ſole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur.

† Syntaxis. *Audientes excitare, ſedare. In excitando & accendendo id valet. Ab inferis excitare. Homo animal excitatum, erectum, celſum,* omnino ſynonyma. *Fortuna excitata.* )( *Inclinata, iacens. Sonus cœli acutus & excitatus. Excitatur præmijs virtus. Excitanda ſunt in vita philoſophiæ præcepta. Excitare motuos ab inferis, à morte, ab Acheronte. Confirmare & excitare afflictum & abiectum. Incendium in fortunas alicuius excitare. Excitare ſui amores. Fletum alicui excitare. Tempeſtas commota, concitata, excitata. Vapor ex aquis à ſole excitatus.*

Excitus, a, um. *experrectus.* de D. 88 b, Ennij.

*Excita cum tremulis anus attulit artubus lumen.*

Exclamatio, onis. *acclamatio, clamor.* ad Herenn. 28 b, Exclamatio eſt, quæ conficit ſignificationem doloris aut indigna-

indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei alicuius, compellationem: hoc modo, Te nunc alloquor, Africane, cuius, &c. & 20 a, Acutas vocis exclamationes vitare debemus. Orat. 209 b, Exclamatio vel admirationis, vel conqueſtionis.

EXCLAMO, as. de N. 4 b, Itaq; mihi licet exclamare, vt Statius in Synephebis: Prò Deûm &c. Tuſc. 187 a, Qui volunt exclamare maius, toto corpore contentioni vocis aſſeruiunt. de Som 127 a, Hic cùm exclamaſſet Lælius, &c. de Orat. 112 a, Non poſſum quin exclamem, &c. I. A. 166 a, Brutus nominatim Ciceronem exclamauit.

EXCLVDENS, tis. *ſecludens, excipiens.* Off. 19 a, Nec excludentes ab eius *rei familiaris* vſu ſuos, potiusque & amicis impartientes & reipub.

EXCLVDO, dis. *arceo, diſtraho, extrudo, prohibeo, portas alicui claudo.* pro Cor. 63 a, Gaditani Pœnos mœnibus excluſerunt. Ep. 71 b, Sed neſcio quomodo ipſæ illæ *literæ* excludere me à portu & profugio (*al. perfugio*) videntur. Att. 130 a, Priuſquã Cæſar aut tuum iter impedire, aut te à me excludere poſſet. Anteq. 196 b, Aliquem ſupplicem à ſe abſterrere & excludere. de Ar. 254 a, Quod anno ante frater Metellus & concors etiam tum ſenatus excluſerat. de N. 75 a, Ratio quæ vitia culpamq; excluderet. I. A. 200 a, Excluſit eum à republ. diſtraxit, ſegregauit, ſcelus illius, ſed etiam fortuna quædam Reipub.

¶ *Excipio* Epiſt. 2 b, Craſſus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium.

¶ *Emitto.* de Natur. 52 a, & de Orat. 150 a, Gallinæ ex ouis pullos excludunt.

EXCLVDOR, ris. *excipior.* de Orat. 98 b, Vt petitor rurſus cum peteret, ne exceptione excluderetur. de In. 69 a, Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones. I. V. 106 a, Anguſtijs temporis excluduntur omnes. pro Cecin. 330 a, Aliquem verbo excludi. de Orat. 89 b, Repelli oratorem à gubernaculis ciuitatum, & excludi ab omnium rerum ſcientia. Attic. 136 b. Quæ ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excluduntur. pro Clu. 24 a, Ne partu eius ab hæreditate fraterna excluderetur. contra Rull. 78 a, Qui honore Decemuiratus excluditur nominatim.

EXCLVSVS, a, um. *expulſus, impeditus.* I. V. 259 b, Matres ab extremo complexu liberûm excluſæ. I. V. 213 a. Hi excluſi temporibus pop. Roman. agere quæ voluerant, non potuerunt.

¶ *Reiectus, prohibitus mœnibus, aditu.* Bru. 91 a, Dolabellam à Rhodijs excluſum. Qu. fr. 294 b, Nullius inopiam ac ſolitudinem domo tua & cubiculo eſſe excluſam. Attic. 127 b, Qui regionibus excluſi intra præſidia aliena veniſſent.

¶ *Orbatus.* pro Cornel. 59 b, In ſocios verò incurioſum eſt, ijs præmijs excluſos eſſe eos, quæ patent ſtipendiarijs.

¶ *Sublatus, demptus, ademptus.* de Cl. 196 a, Pacis ſpem à publico conſilio eſſe excluſam videmus.

¶ *Emiſſus, genitus, editus.* de Nat. 50 b, Ex ouis pulli orti, relinquunt matres, à quibus excluſi fotiq; ſunt.

¶ *Prolatus, pronunciatus, emiſſus.* I. A. 174 a, Itaq; excluſis tuis vocibus, ad te milites miſit.

EXCOGITANDVM. de Orat. 94 a, Motus animi atq; ingenij celer ad excogitandum.

EXCOGITATIO, onis. Tuſc. 161 a, Illa vis quæ inueſtigat occulta, quæ inuentio atq; excogitatio dicitur. de Or. 119 b, Hæc excogitationem non habent difficilem. * ad Heren. 1 a, & de Iuuen. 44 a, Inuentio eſt excogitatio rerũ verarum aut veriſimilium, &c.

EXCOGITATVS, a, um pro Cluent. 24 b, Ratio excogitata Larini eſt. * pro C. Cor. 2, O' rem excogitatam. Hortenſ. Qui crudelitate excogitata necabantur.

EXCOGITO, as. *cogitando inuenio, machinor, fingo, meditor.* I. A. 217 b, Excogitare quæ tua ratio ſit, Calene, non poſſum. Acad. 18 a, Excogitauit aliquid, eadem dici, quæ Stoici. I. V. 135 b, Mira quædam excogitare genera furandi. Att. 139 a, Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita. & 281 a, In quo tuo conſilio egeo, & ſi nihil excogitas.

EXCOGITOR, ris. I. C. 105 b, Quid mali aut ſceleris fingi, aut excogitari poteſt. de N. 12 a, Vita, qua nihil beatius excogitari poteſt.

EXCOLO, lis. *exorno, expolio.* pro Ar. 188 a, Niſi animos noſtros doctrina excolamus. * Q. fr. 291 a, Ea adhibita doctrina eſt, quæ vel vitioſiſſimam naturam excolere poſſit.

EXCOLOR, ris. *amor, diligor, erudior.* Qu. fr. 317 b, A' propenſis in hanc partẽ vehementer excolimur & amamur. Or. 199 b, An victus hominũ Athenienſium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Par. 116 a, Nihil eſt tam horridum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur. * Oecon. 1, Vtenſilia, quibus hominum genus excolitur. Hortenſ. Literis talibusq; doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet.

† Syntaxis. *Excoli & amari. Splendeſcens & excultum.*

EXCORS, dis. *amens, vecors.* de N. 26 b, Quæ anus tam excors inueniri poteſt, quæ extimeſcat? Tuſc. 150 a, Quis tam excors eſt, quem iſta moueant? de Am. 124 b, Apertè adulantem nemo nõ videt, niſi admodum eſt excors. pro D. 223 a, Neq; tu eras tam excors, tamq; demens, vt neſcires, &c. I. A. 195 b, Hoc qui non videt, excors eſt. de Diu. 216 a, An quod aſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde priuatus eſt?

† Syntaxis. *Excors & demens.*

EXCRVCIATVS, a, um. I. V. 85 a, Hominẽ fumo excruciatum ſemiuiuum reliquit. pro Pom. 5 b, Aliquem vinculis ac verberibus, atq; omni ſupplicio excruciatam necare.

EXCRVCIO, as. *conficio, exanimo, interimo.* Att. 170 a, Nõ loquor plura, ne te quoq; excruciem. ipſe conficior veniſſe tempus, &c. Ep. 334 a, Conficior enim mœrore, mea Terentia, nec me meæ miſeriæ magis excruciant quàm tuæ. de Finib. 59 b, Temeritas & libido & ignauia ſemper animum excruciant.

EXCVBIAE, arum. *diurnæ nocturnaq; vigiliæ.* pro Mar. 136 a, Nos tibi excubias & cuſtodias pollicemur. in An. 213 b, Cuius ego excubias & cuſtodias mei capitis cognoui in conſulatu meo. pro Pl. 280 b, O' excubias tuas Cn. Planci miſeras. * pro Mil. 114 b, Si excubiæ, vigiliæ, atq; illa omnia in hunc vnum inſtituta, parata, intenta ſunt.

† Syntaxis. *Excubiæ & cuſtodiæ.*

EXCVBO, as. *vigilo, vigilans ſum.* I. A. 208 a, Quambrem Quirites quantum potero excubabo, vigilaboq; pro vobis. de Diuin. 103 a, Vt tecta relinquerent, & armati in agro excubarent. de D. 100 a, Lacedæmonij non contenti vigilantibus curis in Paſiphææ fano ſomniandi cauſa excubabant, quia vera quietis oracula ducebãt. Tuſc. 217 a, Qui ſemper animo ſic excubat, vt ei nihil improuiſum poſſit accidere. At. 147, & Tuſc. 217 a, Et tamẽ omnis ſpes ſalutis in illis eſt, & ego excubo animo, nec partem vllam capio quietis. Pl. Epiſt. 148 a, Ex quo intelligi poteſt, curam reip. ſummè defendendæ iampridem apud nos excubare.

† Syntaxis. *Excubare vigilareq; pro aliquo. Animo excubare, & nullam capere partem quietis. Apud me cura hæc excubat.*

EXCVDO, dis. *compono, elucubro.* Att. 249 b, De gloria excudam aliquid ἡρακλείδιον, quod lateat in theſauris tuis.

EXCVLPO, pis. Att. 214 a, Tamen neſcio quid è quercu exculpſeram, quod videretur ſimile ſimulacri.

EXCVLTVS, a, um. *ornatus, decoratus, præditus, inſtitutus.* de Cl. 173 a, C. Tuditanus omni vita atq; victu excultus atq; expolitus. Tuſc. 161 a. A' quibus manſuefacti & exculti à neceſſarijs artibus ad elegãtiora defluximus. Tuſc. 149 a, Nec qui id neſciebat, ſatis excultus doctrina putabatur. & 236 a, Humanus animus ſi eſt excultus, &c. fit perfecta mens. Off. 35 b, Quibus rebus exculta hominum vita plurimùm diſtat à victu beſtiarum. Orat. 201 b, Ingenia quæ diſciplinis exculta ſunt. * de Conſolat. Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & inſtitutis excultam conſtitutamq; habemus. de Leg. 177 a, Quibus *myſterijs*, ex agreſti immaniq; vita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus.

EXCVRRENS, tis. de Orat. 214 b, Productiora alia, & quaſi immoderatiùs excurrentia. Attic. 70 b, & 71 a, Summa excurrens DCCCXX.

EXCVRRO, ris. Att. 168 b, Ego dum naues & cætera parantur, excurro in Pompeianum. & 231 b, Cupio excurrere in Græciam. & 1 b, Fortaſſe excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem. I. V. 79 b, Excurrat aliquis, qui hoc tantũ mali filio ſuo nunciet. Epiſt. 35 b, Mandaui vtrique, vt antè ad me excurreret, vt tibi obuiã prodire poſſem. cont. Rull. 83 b, Excurrere ex Africa, & imminere pop. Rom. I. V. 110 a, Habent propinquam prouinciam, quò facilè excurrunt. de Diuin. 102 b, Quorũ animi ſpretis corporibus euolant & excurrunt foràs. pro Muren. 128 a, Campus in quo excurrere virtus & cognoſci poſſit. de Clar. 190 a, Itaq, tantos proceſſus faciebat, vt euolare, non excurrere videretur. Orat. 213 b, Orationem non claudicare, nec inſiſtere, ſed cum ſententia pariter excurrere.

† Syntaxis. *Oratio producta & excurrens. Animus euolat, & foràs excurrit. Excurrere ad aliquem. Oratio cum ſententia pariter excurrens.*) (*Claudicans, inſiſtens.*

EXCVRSIO, onis. *decurſio, incurſio.* de Pro. 69 b, Via illa excurſionibus barbarorum eſt infeſta. de Diuin. 113 b, Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis curſio: nunc cominus agamus. pro Deiot. 147 b, Copijs tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium & latrocinijs. pro Pomp. 6 b, Cùm vna excurſio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre poſſit. de Senect. 81 a, Nec enim excurſione, nec ſaltu vteretur.

† Synta-

† Syntaxis. *Via excurſionibus infeſta.*

EXCVRSOR, oris. I. V. 112 b, * Petit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius. I. A. 194 a, Eſt populo Rom. omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco.

*EXCVSANDVS, a, um. Att. 189 a, De me excuſando apud Apuleium dederam ad te pridie literas.

*EXCVSANS, tis. de Clar. 173 b, C. Lælius ſe excuſans dixit. I. A. 222 b, Quem cùm videretis ſe magis morbo quàm oratione excuſantem.

EXCVSATIO, onis. *purgatio, ſatisfactio, cauſa.* de Orat. 95 a, Stultitiæ peccatum excuſationem non habet. de Sen. 90 b, Moroſitas tamen & hæc vitia, quæ dixi, habent aliquid excuſationis, non illius quidē iuſtæ, ſed quæ probari poſſe videatur. I. V. 229 b, Nam Sappho, quæ ſublata de Prytaneo eſt, dat tibi iuſtam excuſationem, propè vt concedendum atq; ignoſcendum eſſe videatur. de Orat. 126 b, Vix mihi tenuis quædā venia dabatur excuſationis, quòd tamen eum defenderem, qui mihi quæſtor fuiſſet. Attic. 128 b, Nihil prætermiſſum eſt, quod non habeat ſapientē excuſatiohem, non modò probabilem. I. A. 197 a, Qui habent legitimam excuſationem, exilij cauſa ſolum vertiſſe. Orat. 210 a, Quibus ſi nihil aliud reſponderem, &c. iuſta eſſet excuſatio. pro Cæl. 37 b, Sed ego Atracino ignoſco, qui habet excuſationem vel pietatis, vel ætatis, vel neceſſitatis. Offic. 47 b, Vtendum eſt excuſatione aduérſus eos quos inuitus offendas, quacunque poſſis, quare id quod feceris neceſſe fuerit, nec aliter facere potueris. I. P. 82 a, Vt excuſatione valetudinis. pro Cæl. 47 b, Defendere vitia alicuius excuſatione adoleſcentiæ. pro R. P. 126 a, Neceſſitatis excuſatio Rutilium facilè defendit. de Ar. 244 b, Si autem id non videt, periculum eſt, ne ſe ſtuporis excuſatione defendat. pro Syl. 172 a, & I. P. 87 a, Me neq; honoris, neq; ætatis excuſatio vendicat à labore. pro Syl. 176 a, Illæ valent apud me excuſationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia noſtra. de Am. 104 a, Turpis excuſatio eſt, & minimè accipienda, cùm in cæteris peccatis, tum ſi quis contra rempub. ſe amici cauſa feciſſe fateatur. I. P. 81 a, An poteſt vlla eſſe excuſatio cōſuli malè ſentienti? de Am. 104 b, Talis improborum conſenſio, excuſatione amicitiæ tegenda non eſt. pro Cec. 290 b, Excuſatione ſummæ ſtultitiæ, ſummæ improbitatis odium deprecari. pro Rab. 91 b, Cùm ad iudicij moram familiaris funeris excuſatio quæreretur. Att. 195 a, Dubito, an excuſationē aliquam ad Silium parem. & ibid. b, Quærenda eſt excuſatio ad Brutum & 138 a, Hanc eram ipſam excuſationem relicturus ad Cæſarem. & 165 a, Is mihi non reddit, quod ei dedi mutuum, & vtitur excuſatione temporis. de Orat. 134 a, Cùm Metellus excuſationem oculorum à me non acciperet. pro Muræn. 130 a, Morbi excuſationi pœna addita eſt. & 195 a, Nullæ iſtæ excuſationes ſunt, Meus amicus eſt, &c. de Amic. 103 b, Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Orat. 219 b, Nobis in ſcribendo atque in dicendo, neceſſitatis excuſatio non probatur. de Natur. 78 a, At Deo ne excuſatio quidem eſt inſcientiæ. de Inuent. 74 b, & 75 a, Quibus in ſimili excuſatione non ſit ignotum. I. P. 87 a, Nemini ciui vlla, quo minus abeſſet, ſatis iuſta excuſatio viſa eſt. Epiſt 198 b, Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationē. Epiſt 145 a, Ego autem præteriti temporis excuſationem affero. & ibid. Afferre excuſationem ceſſationis Epiſt. 86 a, Vtriq; rei excuſationem tuæ vitæ conſuetudo dat. & 180 a, Errare cū excuſatione poſſe. & 266 b, Vti excuſatione iuſta & idonea.* pro A. Gabin. Officium prætermiſſum imprudentię vel negligentiæ excuſatione defenditur. I. A. 211 b, Sed erat tunc excuſatio oppreſſis miſera illa quipem, ſed tamen iuſta: nunc nulla eſt. I. A. 222 a, Quòd ſi excuſationem Ser. Sulpitij legationis obeundæ recordari volueritis. & b, Vehementiùs excuſationi obſtitiſtis. Epiſt. 264 b, Gaudeo te meam ſine dubitatione accepiſſe excuſationem. Ep. 265 a, Excuſatiouem anguſtiarum tui temporis accipio. Ep. 266 b, Et ſi iuſta & idonea vſus es excuſatione. ibid. Noli cōmittere vt excuſatione potius expleas officium ſcribendi, quàm aſſiduitate literarum.

† Syntaxis. *Ebrietas, non habet, non dat excuſationem iuſtam. Hoc habet ſapientem excuſationem, legitimam, probabilem. Nullā tu habes excuſationem. Minimè accipienda excuſatio. Quæſita excuſatio, parata. Excuſationem ad aliquem relinquere. Vti temporis, neceſſitatis, ignorantiæ, imprudentiæ, valetudinis excuſatione. Non accipio digiti excuſationem:* id eſt, affecti morbo digiti. *Id non excuſationem. Errabis nunquam cum excuſatione.*

EXCVSATVS, a, um. I. V. 97 a, Hîc omnibus mè vehementer excuſatum volo, non negligentia mea fore, vt, &c. Att. 190 a, Martianus ad me ſcripſit, me excuſatum eſſe apud Apuleium à Torquato & Strabone.



EXCVSO, as. *purgo, excuſatione vtor, excuſationem affero, ſatisfacio, crimen remoueo, culpa libero, à culpa eximo, excuſatione alicuius rei tego, adumbro.*) (*.accuſo.* Attic. 250 a, Atticæ meæ velim me ita excuſes, vt omnem culpam in te transferas. Qu. fr. 307 a, Primùm me tibi excuſo, in eo ipſo, in quo te accuſo: me enim, &c. Attic. 174 b, Quod te excuſas, ego verò tuas cauſas noſco. Epiſt. 175 a, Collegæ mandaſti, vt te mihi per literas excuſaret. Cæl. Epiſt. 111 b, Sed ipſum volumen quod tibi miſi, facilè vt ego arbitror, me excuſat. Att. 149 b, Viris bonis me non nimis excuſo. & 183 b, An his illuc euntibus mandem, vt me excuſent. pro Lig. 140 b, Is cùm morbo impediretur, ſtatuerat ſe excuſare. de Orat. 132 a, Cùm eum gregales requirerēt excuſauit Veſpa Terentius, quòd eum brachium fregiſſe diceret. Attic. 249 b, Varroni memineris excuſare tarditatem literarum mearū I. A. 214 a, Quanquam is quidem antequam ſententiam diceret, propinquitatem excuſauit.

*EXCVSOR, aris. Attic. 189 a, Sed cura, ut excuſer morbi cauſa in dies ſingulos: quod ſi erit durius, veniam ipſe, & perpetuum morbum iurabo. & 190 a, Apud Apuleium, quoniam in perpetuum non placet, in dies vt excuſer videbis. de Am. 108 a, Quidam excuſari ſe arbitrantur, quia non ſine magna cauſa peccauerint. in Ant. 197 a, Si Lyſiades citatus iudex non reſponderit, excuſeturq; Areopagites eſſe, accipiétne excuſationem is, &c. & ibid. Sunt item lecti iudices, qui fortaſſe excuſabuntur.

† Syntaxis. *Aliquem alicui excuſare. In aliqua re ſe excuſare. Excuſari morbi cauſa. Non in perpetuum, ſed in dies excuſari.*

EXCVSSVS, a, um. *vacuus.* de Ar. 252 b, Iudices te dimiſerunt excuſſum & exhauſtum.

¶ *Amiſſus.* Epiſtol. 131 a, Adeón' tu mihi excuſſam ſeueritatem putas, vt ne in foro reliquiæ priſtinæ frontis appareant?

¶ *Tritus, tractatus.* pro Mur. 130 a, Res peruulgatá, atque in manibus iactata & excuſſa. pro Syl. 179 a, Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari. Tuſc. 167 a, Hoc igitur probè ſtabilito & fixo, illud excutiendum eſt, vt ſciatur, &c.

EXCVTIO, tis: excuſſi. *agito.* Qu. fr. 291 b, Scrutari omnes ſordes, & excutere vnumquenq; comitum.

¶ *Examino.* contra Rull. 78 a, Decemuiri qui noſtros imperatores excutiant.

¶ *Exploro.* pro S. R. 34 b, Nihil eſt quod metuas, non excutio te, ſi quid fortè ferri habebas, non ſcrutor, &c.

¶ *Animaduerto.* Par. 241 a, Explicare & excutere aliquid verbum.

¶ *Reijcio.* Pro Cæl. 52 a, Quamobrem excutiemus omnes iſtorum delicias, omnes ineptias, ſi prodierint.

¶ *Excito.* Offic. 68 a. Explica atq; excute intelligentiam tuā, vt videas, &c.

¶ *Aufero, depello, abigo, eripio.* pro Dom. 228 a, Quare illa calamitas excuſſit hoc genus totum maledicti. pro Syl. 171 b, Excutiam tibi iſtam iactationem. Tuſc. 173 a, Hanc excutere opinionem mihimet radicitùs nolui.

¶ *Proijcio, deijcio.* de N. 44 b, Excutere aliquid in terram.

EXCVTIOR, ris. *vexor, ſpolior.* Aſin. Epiſt. 163 b, Tabellarij ſexcentis locis excutiuntur.

¶ *Attrector.* ꝓ Plan. 265 a, Facilis eſt illa occurſatio & blāditia popularis, aſpicitur non attrectatur: procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur.

¶ *Eripior.* pro Mur. 131 a, Omnia iſta nobis ſtudia de manibus excutiuntur.

EXECO, as. *ſeco. reſeco.* pro Cl. 55 b, Ipſe armarij fundum executit, & nummos abſtulit. pro Seſt. 26 a, Hi medentur ciuitati, qui execant peſtem aliquam, tanquam ſtrumam, ciuitatis. Att. 22 b, Non minus eſſet probanda medicina quæ ſanaret vitioſas partes, quàm quæ execaret.

† Syntaxis. *Execare peſtem ac ſtrumam.* Hîc animaduertendum eſt, peſtem accipi pro tumore ipſo, & ſtrumam pro abſceſſu.

EXECRANDVS, a, um. *deteſtabilis.* I. A. 172 b, Hic execrandus pop. Rom. & deteſtabilis eſt.

EXECRATIO, onis. *preces malæ.* pro Seſt. 19 a, Exierunt malis ominibus & execrationibus duo Vulturij. pro Seſt. 6 a, Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, nihil contra me eſſe facturum. I. V. 257 a, Vbi fides? execrationes? Offic 62 b, Quod Athenis execrationibus publicis ſancitum eſt. Att 33 a, Habet etiam Campana lex execrationem in concione (*al. coitione*) candidatorum. I. P. 88 b, Thyeſtea iſta execratio eſt poëtæ.

EXECRATVS, ta, tum. I. A. 153 b, Euerſio illius execratæ columnæ.

EXECROR, aris. *malè precor.* I. V. 101 a, Alij Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquiſſet. I. P. 101 a, Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant, te execrantur.

I. P. 86 b,

I.P.86 b, Quòd tibi proficiſcenti euenit, vt omnes execrarentur, malè precarentur. de Leg. 162 b, Rectè Socrates execrari eum ſolebat, qui, &c. Off. 54 a, Itaq; accepimus Socratem ſolitum execrari eos, qui &c. Tuſc. 262 b, Execratur apud Ennium Thyeſtes primùm vt naufragio pereat Atreus. Or. 209 b, Vt optet, vt execretur. de N. 39 a, ex Enn. Cui, quod in me eſt, execrabor hoc, quo lucet, quicquid eſt.

† Syntaxis. *Execrari, malè precari.*

Exectio, onis, *exciſio*. pro Clu. 55 b, Cum illa exectio fundi in armario animaduerteretur. * quærebant homines, quonam modo fieri potuiſſet * I.V. 58, Exectio linguæ.

Exectus, a, um. *caſtratus*. de Nat. 38 b, Vetus opinio eſt, exectum eſſe Cœlum à filio Saturno.

¶ *Abſciſſus*. pro Clu. 57 a, Strabo in crucem actus eſt execta lingua. contra Rull. 84 b, Neruis omnibus exectis.

Execvtio, onis *perſecutio*. ad Her. 9 b, Quæritur in translatione primùm, num aliquis eius rei actionem, petitionem, aut executionem habeat, quam non oportet.

Exedo, dis, & exes. *conſumo, conficio, corrodo*. Tuſc. 196 b, Ægritudo lacerat, exeſt animum, planeq; conficit. Tuſc. 231 b, Quem nullæ ægritudines exedunt. de Diu. 116 a, Cor eſt in extis, iam abſcedet, Deus id eripiet, vis aliqua conficiet, aut exedet. * de Fin. 61 a, Mœrores, qui animos exedunt conficiuntq; curis.

Exedor, ris de Fin. 59 b, Solicitudines, quibus hominum animi dies & noctes exeduntur.

† Syntaxis. *Ægritudo animum lacerat, exeſt, conficit.*

Exedra, dræ. *locus vbi ſint ſedes multæ paratæ, præterea nihil: quas vacuas aulas vocant*. de Orat. 14 a, Cotta in eam exedram venit, in qua Craſſus lectulo poſito recubuiſſet. de Nat. 5 a, Offendi eum ſedentem in exedra. de Fin. 125 a, Tamen ego illa moueor exedra. * de Prouinc. 72 a, Quibus, cùm in exedra (*al. orcheſtra*) helluatur.

Exedria, *pro exedris*. Epiſt. 106 a, Exedria quædam mihi noua ſunt inſtituta, in porticula Tuſculani.

Exemplar, ris. *exemplum, imago, ſpecies quam artifex imitatur, & quam ſibi proponit ad imitandum, ad quod efficitur aliquid*. Attic. Epiſt. 146 a, Ex literis quas Panſa mihi miſit, cognoſces omnia: nam earum tibi exemplar miſi. Att. 57 b, Vigebar ab eo cui miſi, & non habebam exemplar. pro Muræn. 140 a, Ad imitandum verò tam mihi propoſitum exemplar illud eſt, quàm tibi. de Vniuer. 195 b, Qui aliquod munus efficere molitur, ſi eam ſpeciem, quæ ſemper eſt eadem, intuebitur, atq; eam ſibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat neceſſe eſt. ibid. Vtrum fabricator ille tanti operis imitatus ſit exemplar, idue quod ſemper vnum & idem vti ſui ſimile, an id quod generatim ortumq; dicimus. de Vniuerſ. 201 a, Ex ea parte deficiebat adpropoſitum exemplar imaginis ſimilitudo. de Am. 100 a, Amicum qui intuetur, tamquam exemplar, aliquod intuetur ſui. pro Cecin. 290 a, Falcula exemplar antiquæ religionis dixit. in Saluſt. 274 b, Eius enim partis exemplar erat Saluſtius, quo, &c.

† Syntaxis. *Literarum exemplar. Imitandum exemplar. Speciem ſibi & exemplar proponere.*

Exemplvm, pli. *exemplar, imago, factum, authoritas, documentum, ſpecimen, clariſſimis monumentis teſtata conſignataque antiquitas*. Att. 116 b, Cæſaris literarum exemplum tibi miſi. Att. 122 a, Earum literarum exemplum infrà ſcripſi. Epiſt. 48 a, Sæpius ad aliquem literas vno exemplo dare. & 135 a, De quo tu mihi antea ſcripſeras bis eodem exemplo. contra Rul. 76 b, Quarum *literarum* ego iam exemplum ab iſtis compoſitum eſſe arbitror. Att. 118 a, Capua literæ ſunt allatæ hoc exemplo: Pompeius mare tranſijt, &c. de Orat. 100 b, Hiſce ego rebus exempla adiungerem, niſi cernerem, &c. Off. 2 b, Superioris generis huiuſmodi exempla ſunt. Omniáne officia perfecta ſint: nunquid, &c. de In. 69 b, Exemplum translationis in cauſa nobis poſitum ſit huiuſmodi, cum, &c. de In. 81 b, Supponere exemplum vniuſcuiuſque rei. Top 225 a, Exempla poſui ex iure ciuili. de Orat. 162 b, Quæ tu, Craſſe, ſine definitionibus & ſine exemplis effudiſti. ad Heren 24 b, Hoc intereſt inter exemplum & teſtimonium: exemplo demonſtratur id quod dicimus, cuiuſmodi ſit: teſtimonio, eſſe illud ita vt nos dicimus, confirmatur. de Diu. 88 b, Sed exemplis grandioribus decuit vti. I.A. 246 b, Exempli cauſa paucos nominaui. Par. 117 a, Sed hæc videri poſſunt obſcuriora, cū ſine appoſitione exemplorum lentiùs diſputantur, vita atq; factis illuſtranda ſunt ſummorum virorum hæc, quę verbis ſubtiliùs q̃ ſatis eſt, diſputari videntur. de Inuen. 55 a, Vt certum quiddam & breue exempli cauſa ponamus. pro Mur. 130 a, Vt quia in alicuius libris exēpli cauſa id nomen inuenerant, putarunt, &c. de In. 55 b, Eorum igitur quæ conſtant exempla ponemus: horum quæ dubia ſunt, rationes afferemus. & 56 b, Id vt perſpiciatur, aut ſcribamus, aut in quolibet exemplo de ijs quæ propoſita ſunt, hoc idem exerceamus. de In. 58 b, Perſpicuo & grandi vitio præditum poſuimus exemplum. de In. 25 b, Exemplum eſt, quod rem autoritate aut caſu alicuius hominis, aut negocij confirmat aut infirmat, horum exēpla & deſcriptiones in præceptis elocutionis cognoſcentur. ad Her. 39 a, Exemplū eſt, alicuius facti aut dicti præteriti cum certi autoris nomine propoſitio: exemplū rem ornatiorem facit, cùm nullius rei niſi dignitatis cauſa ſumitur: apertiorem, cùm id, quod ſit obſcurius, magis dilucidum reddit: probabiliorem, cùm magis veriſimilem facit: ante oculos ponit, cum exprimit omnia perſpicuè, vt res dicta propè manu tentari poſſit. de Pro. 73 a, Cū ego meorum factorum exempla ex ſummis viris petam. pro Cor. 91 a, Autoritate & exemplo alicuius facere aliquid. & de Ar. 246 b, pro Plan. 278 b, Peremptū eſſet mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinēdo fuiſſet ſenatus. de D 94 a, Diuinare autem morientes, etiam illo exemplo cōfirmat Poſſidonius, quo affert Rhodiū quēdam, &c. Off. 38 b, Ad exemplū amiſſi imperij, portari in triumpho Maſſiliā vidimus. pro Seſt. 6 b, Vnum aliquem te ex barbaris illis, exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis diceres intueri. in Sal. 271 b, Vt ego ſim poſteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplū. ꝓ Deiot. 149 a, Is vir vnde pudoris pudicitiæq; exempla peterentur. Ep. 13 a, Exemplum præclariſſimum vindicandæ religionis ſuſtulerunt. in Sal. 272 b, Saluſtius omnium maiores ad vnum exemplū & regulam quærit. de Leg. 190 b, Pernicioſè merentur de repub. vitioſi principes, ꝙ non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatē: neq; ſolùm obſunt, quòd illi ipſi corrumpuntur, ſed etiā quòd corrumpunt, pluſq; exemplo q̃ peccato nocent. Or. 213 b, Habet autem vt in ætatibus auctoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas. de Or. 104 b, Cùm eſſet ille vir exemplum, vt ſcitis, innocentiæ. pro S. R. 23 a, In qua muliere etiam nunc quaſi exempli cauſa, veſtigia antiqui officij remanēt. I. A. 186 a, Quod in iuuentute habemus illuſtrius exemplum veteris ſanctitatis? de Or. 209 a, Si exempla ſequimur, à Demoſthene ſumamus. Qu. frat. 300 a, Edere exemplum ſeueritatis alicubi. pro Muræn. 249 a, Domeſticum te habere dixi exemplum ad imitandum. & ibid. Eſt illud quidem exemplum tibi propoſitū domi. Off. 21 a, Suppetitant autem & campus noſter, & ſtudia venandi, honeſta exempla ludēdi. pro Fl. 151 a, Tamen hæc in imitatione atque in exemplo pertimeſcenda videntur. & ibid. Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis. Ep. 134 a, Liberaſti ciuitatem metu: neq; ſolùm ad tempus maximam vtilitatem attuliſti, ſed etiam ad exemplū facti. pro Fl 151 b, In hoc ego reo, ne quod pernicioſum exemplū prodatur, pertimeſcam? pro Syl. 179 b, Et tamen id veteri exemplo atq; inſtituto optimi cuiuſq; faciebant. Or. 101 b, Monumentum rerū geſtarum, vetuſtatis exempla, oratori nota eſſe debent. de In. 62 b, Non vnum aliquod propoſuimus in exemplum, cuius omnes partes exprimerentur. Or. 208 a, Commemoratio antiquitatis, exemplorumq; prolatio. pro Clu. 45 b, Qua de re tota ſi vnum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam: non enim mihi exēplum ſummi & clariſſimi viri P. Africani prætereundum videtur. I. A. 153 a, Athenienſium renouaui vetus exemplum. Ep. 47 b, Quod exemplo fit, iure fieri putant. Off. 65 b, Imagines enim illę feruntur ex optimis naturæ principijs, & veritatis exemplis. de Inu. 62 b, Vt mutum in ſimulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. de Leg. 179 a, Itemq; cætera huius exempli dona ſunt. de Amic. 111 a, Nec ipſi ſibi exemplo ſunt, hæc vis amicitiæ qualis & quanta ſit. de Amic. 192 b, Atq; harum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineuntis ætatis, quòd, &c. Offic. 55 a, Nec verò ab his iuſtitiæ, tanquam à ſapiente petitur exemplum. I. A. 182 a, Quòd ſi illi è conſpectu noſtro ſe abſtulerunt, at exemplum facti reliquerunt. ibid. 225 a, Et proponis illi exempla ad imitandum. ad Heren. 26 b, Aut ſi aceruos ſe dicant tritici habere, & eorum exēplum pugno non habeant. * pro C. Cornel. 1. Qui aliquod inſtitui exemplum diſturbandorum iudiciorum pernicioſiſſimum, temporibus ſuis accommodatiſſimum, meis alieniſſimum rationibus cupierunt Hortenſ. Vnde ad agendū aut dicendū copia depromi maior grauiſſimorū exemplorū quaſi incorruptorū teſtimoniorū poteſt? de Cl. 182 a, Ab exēplis copioſè. ꝓ Deiot. 150 a, Vt huius vrbis iura & exēpla corrūperes. de Di. 110 a, Plurimis noſtris exēplis vſus es, & ijs quidē claris & illuſtrib. de Vni. 195 b, Generatum exemplū eſt ꝓ æterno ſecutus.

† Syntaxis. *Plures epiſtolæ vno exemplo. Epiſtolæ exemplū mittere. Exempla ponere, ſupponere. Exempli cauſa dicere. Ad exemplū amiſſi imperij. Ad vnū exemplū & regulā omnes aptare. Nō tan-*

*tum mali eſt peccare Principes, quantum illud, quod &c.* hoc adnotamus, quia phraſis eſt ſingularis, licet extra vocem Exemplum *Vir innocentiæ exemplum. Id ago ad facti exemplum. In exemplum proponere.*

*Exemptvrvs, a, um. pro S R. 22 b, Ille confirmabat ſeſe nomen Sex. Roſcij de tabulis exemturum.

*Exemptvs, a, um. Qu fr. 312 a, Si ſibi cum populo dies agendi eſſent exempti.

Exeo, is. *egredior, prodeo, progredior, pedem effero. foras me do, procedo excedo emergo, erumpo, emano, mano, euolo, euado, orior, naſcor* de Or. 129 a, Minimè mirum eſt te ſuadere: modò enim exiſti de balneis. de Or. 113 a, Quando tandem Galba de triclinio tuo exibis? Cùm tu, inquit, de cubiculo alieno. Off. 11 b, Qui cùm vna domo iam capi non poſſint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Off. 24 a, Herculem ferunt exiſſe in ſolitudinem, atq; ibi ſedentem diu ſecum &c. I.V. 121 a, Cùm omnes boni perſpicerent, ad iſtum non modò illos nummos, qui per ſimulationē ab iſto exierant, reuertiſſe. Att. 18 a, Cū de conſularibus mea prima ſors exiſſet, &c. de Cl 189 a Nihil non conſideratū exibat ex ore. p S. R. 19 a, Nequaquā tamen ſimiliter oratio mea exire, atq; in vulgus emanare poterit. Att 208 a, Libri quidē exierunt, vt in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quicquā. Tuſc. 192 a, Exiſſe ex poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracūdia. ibid. Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum eſt. pro Dom. 229 b, Exire è patricijs: *id eſt, fieri plebeium per adoptionem.* 11 a, Exire domo. & 46 a, Exire ex vrbe. I. P. 86 b, Exire patria *(al. à patria)* & Att 27 a Exire de naui. Off. 68 a, Exire de vita. *in Vatin. 29 b, Non putas fas eſſe, verbum ex ore exire cuiuſquam. de Diu. 92 b, Priuſquam plauſtrum ex oppido exiret I. V. 73 b, Inuenti ſunt ſenatores, qui C. verre prætore vrbano ſortiente, exirent in eum reum, quem incognita cauſa condemnarent *h.e quorum iudicum futurorum in reum nomina de hydria exirent.* in Vat. 31 a, Exieriſne legatus in vlteriorem Hiſpaniam, C Coſconio proconſule? Ep. 115 b, *(al. ij.)* Quemadmodum exeat ex hac cauſa.

† Syntaxis. *Exire in prouinciam Libros exire Ex poteſtate exire,* id eſt, ferri tranſuerſum, furere. *E patriciis exire. patria, de vita, ex vrbe.*

Ex eo *inde, ideo, idcirco, ea re, quia,* de D 123 b, Attulit in cauea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius. de Or. 119 b, Si quid in re eſt, ex eo eſt, quòd, &c. de Diuin. 123 a, At paulò pòſt audita vox eſt monentis, vt, &c. Ex eo Aio loquenti ara conſecrata eſt. de Or. 135 a, Scaurus nonnullā habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona ſine teſtamento poſſidet. de Fin. 122 b, & 70 b, Præpoſitū ex eo, credo appellatum eſt, quòd præponatur aliis. Att. 97 a, Cognoui ex eo, quòd ita ſcripſeras, te Romā veniſſe, &c. Att 9 a & de Or 141 a, Poſteaquā vidit illum excepiſſe laude ex eo quòd hi ſuſpicarentur, &c. de Cl. 168 b, Cùm ex eo, quia quaſi committeret contra legem, ſæpe in iudicium vocaretur.

† Syntaxis. *Ex eo ſic dicitur. Si quid eſt in te, ex eo eſt, quòd.* hic expende numerum in monoſyllabis octo. *Ex eo quòd iubeas, id agam. Ex eo quia venis, gaudeo.*

Exeqvendvs, a, um. Tuſc. 192 b, Conturbatus animus non eſt aptus ad exequendum munus ſuum. Off. 16 a, In exequendis negotijs rationi obedire.

Exeqviae, arum *funus, pompa, iuſta, iuſta funeris, ſupremi diei celebritas, litatio, parentatio* pro Qu. 9 a, Funus, quò amici conueniunt ad exequias cohoneſtandas. pro Clar. 60 a, Mater exequias illius funeris proſecuta eſt. de Leg. 278 b, Qui ſepultura & iuſtis exequiis caruerunt. pro Mil. 108 a, Cadauer P. Clodij ſpoliatum imaginibus, exequiis, pompa laudatione *pro Mil. 118 b, Vt ſine imaginibus, ſine cantu, ſine ludis, ſine exequijs, &c. amburereturetiam abiectus.

† Syntaxis *Funus, quò conueniunt amici ad cohoneſtandas exequias. Exequiæ funeris.*

Exeqvor, ris. *ſequor, obſeruo, præſto, perficio.* Att 46 a, Exequi ſua officia & ſtudia. de Sen. 83 b, Maſaniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur. & 92 a, Quoad munus officij exequi & tueri poſſis de Sen. 82 b, Quod ſi exequi nequeas, poſſis tamē alijs præcipere. & 84 b, Quæ ſi exequi nequirem, tamē &c. Att 177 a, Ne ſi ſit, quidem quod ad te debeam ſcribere, facilè id exequi poſſem. I. A. 22 a, Exequi mandata alicuius.

¶ *Imitor.* I A. 171 a, Omnes conſulares, qui per valetudinē exequi fugam illam potuiſſent I V. 157 a, Tamē antiquū modū ſationis nulla ex parte exequi potuit. Att. 148 a, Cur non omnes fatum illius executi ſumus? de Vn. 196 a Nō igitur dubium eſt, quin æternitatem maluerit exequi.

¶ *Continuò.* pro R. P 123 a, Difficile eſt, quod cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non exequi vſque ad extremum.

¶ *Attingo.* in Saluſt. 274 a, Neq; tu ſi qua in pueritia peccaſti, exequar.

¶ *Explico* Ep. 181 b, Nam præter hæc habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi poſſim.

Syntaxis. *Ad exequendum munus. Officia & munera ſua exequi. Officij munus exequi & tueri. Exequi alicuius accuſati delicta.*

Exercendvs, a, um. Off. 16 a, Exercendum autem eſt corpus, & ita afficiendū, vt obedire rationi poſſit. p Pomp. 4 b, Quorum magnæ res aguntur in veſtris vectigalibus exercendis occupatæ. Off. 18 a, In liberis verò populis & in iuris æquabilitate exercenda eſt facilitas & altitudo animi quæ dicitur.

Exercens, tis. de Sen. 82 b, Athletæ in curriculo ſe exercentes. de Orat. 135 b, Cum cæteris ſe in campo exercentibus ipſe in herba recumbebat.

¶ *Faciens. tractans* pro Ar. 86 a, Prætor exercens iudicium.

Exerceo, ces. *colo, excolo, facio, factito, tracto, exercitatione vtor, verſor in aliqua arte, conſuetudinem atque exercitationem capio.* Att. 282 a, Meſſala graui iudicio multaq; arte ſe exercuit in veriſſimo genere dicendi. de Orat. 97 a, Pleriq; in hoc vocē & vires exercent ſuas & ibid. Vehementiſſimè exercere ſe in aliqua re. Att. 137 a, Exercere ſe in conſultationibus, & diſſerere in vtramq; partem. Orat. 205 b, Is in hoc ſolo ſe exercuit, huic generi ſtudet vni. de Somn. 131 a, Exercere animam in optimis rebus I.C 102 a, Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna ſeruauit. de Sen. 81 a, Exercere memoriam. ad Her. 22 a, Exercere ingenium. in Ver 265 a Exercere crudelitatē in Ant. 232 a, Exercere crudelitatem ſuam in aliquo. in Verr. 57 a, Exercere inimicitias nimium familiariter Att. 274 a, Exercere iracundiam in ſuperatos. p Pomp. 6 b, Qui vectigalia exercent atq; exigunt Tuſc. 123 b, Subduc cibum vnū diem athletæ, Iouem ipſum, cui ſe exercebit, implorabit. Tuſc 228 b, Fortuna me in multis varijsq; caſib. exercuit. de Leg. 158 b, Exercere ius ciuile de Orat. 97 b, Exercere ſe ad verſus alicuius Epiſt. 8 a, Ad hæc te exerceas, hæc cogites pro Pom. 9 b, Quod genus belli eſt, in quo illum nō exercuerit fortuna reipublicæ? de Cl. 185 b, Is me adoleſcentem multos annos in ſtudio eiuſdem laudis exercuit. de Cl 196 a, Pammenes exercuit Brutum. de Cl. 187 b, Is ſeſe quotidianis commentationibus acerrimè exercuit. I. V. 107 b, Atq; etiam iudicium in prætura publicū exercuit de Fin. 75 b, Qui cùm prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet pro Cl 55 b, Exercere medicinā. Or 201 a, Ariſtoteles adoleſcentes in theſi, non ad philoſophorum morem tenuiter diſſerendi, ſed ad copiam rhetorum in vtramq; partem exercuit.

¶ *Affligo, ago.* pro Ar. 91 a, Quid eſt, quòd in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam breui tantis nos in laboribus exerceamus? Epiſt. 185 a, Nunc me reliquiæ veſtræ exercent, & quidem præter cæteros me.

Exerceor, ris. Qu fr. 317 a, Scauri iudicium ſtatim exercebitur. pro Cal. 37 b, Omnibus negocijs intermiſſis vnum hoc iudicium exercetur. de Nat. 58 b, Vt exerceamur in venando. I. V 212 b, Prætoris armis exercetur. Att. 86 b, Pueri amant inter ſe, diſcunt, exercentur. de Cl. 164 b, Apud Demetriū ſtudioſe exerceri ſolebam. de Cl. 194 a, A Diodoro cùm in alijs rebus, tum ſtudioſiſſimè in dialectica exercebar Or. 106 a In hoc genere pueri apud magiſtros exercentur Tuſc. 187 a, Faciunt idem, cū exercentur athletæ *Frag. ep. Quòd ſtudioſiſſimus quiſq; apud eum exercetur. Ep 110 b Quòd hæc pennigero nō armigero, in corpore tela exercentur, vt ait Philoctetes apud Accium, abiecta gloria.

¶ *Affligor, mœreo.* Attic. 211 b, Te de prædio auiæ exerceri moleſtè fero.

† Syntaxis. *Exercere corpus, ſe pietatem, dialecticam, Medicinam, potentiam, vim, in Theologia. Exercere crudelitatē ſuam in aliquo, inimicitias, quæſtionē, iudiciū. Aliquem exercere literis Exerceri pro laborare, vel ſe exercere. Exerceri de annonæ caritate: id eſt, angi.*

Exercitatio onis *vſus, tractatio, actio meditatio, commentatio, conſuetudo, munus, ſtudium, ludus, induſtria, agitatio, curriculum* de Nat 31 a, Corpora noſtra motu atq; exercitatione recreſcunt. de Nat 21 b Pueri etiam cum ceſſant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. Att. 224 a, Noſti horū exercitationem in latrocinio. pro Mil. 108 a, Milo exercitationem virtutis dedit. de Sen. 84 b Hæ ſunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis Off. 25 a, Senibus labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur. de Sen. 78 b, Aptiſſima ſunt omnino arma ſenectutis, artes exercitationesq; virtutum. Off. 26 b, Color exercitationibus corporis tuendus eſt. de Sen. 84 a, Vtendum eſt exercitationibus modicis. pro Cal. 39 b, Vt exercitatione ludoq; campeſtri tunicati vteremur. I.C 106 a, Aliquis ſcelerum exercitatione aſſuefactus pro Dom. 213 b, Is conuicij exercitationem cum intolerabili petu-

petulantia,tum diuturna impunitate muniuit. de Cl. 196 b,Exercitatio dicendi linguam acuit.de Orat.92 b, Conſuetudo exercitatioq; & intelligendi acuit prudentiam, & eloquendi celeritatem incitat. de Orat.106 a,Quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo . de Orat. 107 b, Subitæ ad propoſitas cauſas exercitationes, &c. multi ſudoris eſt. de Fat. 140 b, Oratorias exercitationes non tu quidem, vt ſpero, reliquiſti. de Orat.160 b, Cùm exercitatione, tum ſtylo formanda nobis oratio eſt.pro Pom.4 a, Quantum homini vigilanti ex forenſi vſu,propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre. Off.12 b,Conſuetudo exercitatioq; capienda eſt,vt,&c.ibid.Nec medici,nec imperatores,nec oratores quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum ſine vſu & exercitatione conſequi poſſunt,&c pro Mur.130 b, Dicendi conſuetudo longè iſti veſtræ exercitationi ad honorem antecellit.pro Arch.185 b.Si qua eſt in me exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter eſſe verſatum de Orat.91 b, Abſtrahi ab exercitatione & conſuetudine dicendi.de D. 128 b, Multi naturæ vitium meditatione & exercitatione ſuſtulerunt, vt Demoſthenem ſcribit Phalereus exercitatione feciſſe, vt. ad Heren.1 b, Exercitatio,eſt aſſiduus vſus conſuetudoq; dicendi.Tuſc. 184 a, De exercitatione & conſuetudine , & cōmentatione dixi.& 193 b,Tantum exercitatio,meditatio, conſuetudo valet. Epiſt. 17 a. Tu me de Lentuli tui noſtriq; ſtudijs & exercitationibus velim quàm ſæpiſſimè certiorem facias . * Frag. ep. Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe.Oecon 1, A natura comparata eſt opera viri ad exercitationem forenſem & extraneam. de Orat.97 a, Ea exercitatio quædam ſuſcipienda vobis eſt. ibid. Qui ea,quæ agenda ſunt in foro tanquam in acie, poſſunt etiam nunc exercitatione quaſi ludicra prædiſcere ac meditari.Hanc ipſam,inquit Sulpitius, noſſe volumus. ibid. De ipſa exercitatione quid ſentias. ibid.In iſtis ipſis exercitationibus etſi vtile eſt etiam ſubitò ſæpe dicere. I. V.62 a,Homo non ætate, ſed vſu forenſi atq; exercitatione tyro.pro Cæl 48 b,Quæ mihi propter hanc exercitationem vſumq; dicendi fructum aliquem ferre potuiſſent. pro Deiot.145 a , Qui cùm videantur neque ingenio neq; vſu atque exercitatione rerum valere.de Fin.99 a,Carneades egregia quadam exercitatione in Dialecticis. Tuſcul.182 b,His laborioſis exercitationibus & dolor intercurrit nōnunquam.Tuſc 183 a,Quid exercitatio legionum? Quid ille curſus,cōcurſus,clamor,quanti laboris eſt? & b , Sed de conſuetudine adhuc exercitationis loquor.de Nat.59 b, Eamq; facultatem diſſerendi , quam tibi à rhetoricis exercitationibus acceptam amplificauit Academia , huc potius conferas.Off.1 a, Neque id in philoſophia ſolùm, ſed etiam in dicendi exercitatione feci.de Sen. 84 a,Poteſt exercitatio & temperantia etiam in ſenectute conſeruare aliquid priſtini roboris.Ep.104 b,Nullam artem literis ſine interprete & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. ibid. Vt verò etiam ipſi tibi loci propoſita quæſtione occurrant,exercitatione conſequere : in qua quidem nos te continebimus.

† Syntaxis. *Motu & exercitatione recaleſcunt membra. Vſus & exercitatio. Ludicra exercitatio. Ingenij exercitatio,mentis curriculum,* copulæ ſynonymæ. *Aſſuefieri ſcelerum exercitationi.Conſuetudo , exercitatioque.Exercitatio eſt aſſiduus vſus.* hic genus. *Exercitatio,meditatio, conſuetudo.*

EXERCITATVS,a,um:tior, & tiſſimus *verſatus, exercitatione præditus.)( rudis.* I.V 246 b,Sex lictores valentiſſimi,& ad pulſandos verberandosq; homines exercitatiſſimi . pro Cl.28 a , Homo in hominibus necandis exercitatus . pro Pom.14 a, & pro Muræ. 129 a, Homines in maritimis rebus exercitatiſſimi paratiſſimiq;. Att 227 b, Veſtorius in arithmeticis ſatis exercitatus.I.A.208 b , An ſum rudis in rep.quis exercitatior?qui,&c de Diu.99 b,Hetruſci ob eā cauſam portentorū exercitatiſſimi interpretes extiterunt. de Somn. 131 a, Agitatus & exercitatus in optimis curis. Orat. 216 b,Id autem bona diſciplina exercitatis , qui & multa ſcripſerint, & quæcunq; etiam ſine ſcripto dicerēt, ſimilia ſcriptorum effecerint,non erit difficillimū. Qu fr. 290 a, Animus maximis in rebus gerendis & ſuſtinendis exercitatus.pro Qu.1 a , Homo & in a ijs cauſis exercitatus,& in hac multum & ſæpe verſatus.cont Rul.83 a, Aratores glebis ſubigendis exercitati pro Qu.18 a, Manus in propinquorum perſcribendis bonis exercitata. Off 44 a,Conſuetudine beneficentiæ paratiores erunt & tanquā exercitatiores ad bene de multis promerendum. Acad.27 b,& 6,Item ſi de Officio,multisq; alijs de rebus in quibus verſatus exercitatusq; ſit, neſcire ſe dicat. Qu. fr. 323 b, Pœonius rhetor homo valde exercitatus & bonus.

† Syntaxis. *Exercitatus in pulſandis, & ad pulſandos homines. Exercitatus & paratus in rebus bellicis. Agitatus & exercitatus in curis optimis.*

EXERCITVS,a,um.*peritus.*pro Fon. 282 b, M Fonteius vſu bellorum in primis eorū hominum, qui nunc ſunt, exercitus.Att.6 a,Scito nihil tam exercitū fuiſſe Romæ,quàm candidatos omnibus iniquitatibus.

¶ *Iactatus,vexatus,*pro Planc.276 a , Quo quidem etiā magis ſum non dicam miſer, ſed certè exercitus. pro M l.102 a,Quid enim nobis duobus laborioſius , quid magis ſolicitum , magis exercitum dici aut fingi poteſt.

†Syntaxis. *Laborioſum, ſolicitum, exercitum.*

EXERCITVS,tus.*manus,copiæ.*pro Pom.15 b, Pompeius exercitum difficillimo reipubl.tempore confecit , eiq; præfuit.I.A 192 a,Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit. I.A. 199 a , Cæſar paucis diebus exercitum fecit.I.A.201 b, Conſcribere & comparare exercitū. de Pro.89 b,Dimittere exercitum. pro Mur.128 a,Ducere exercitum.de Pro.69 b,Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu & duriſſima conquiſitione collectus omnis interijt. I.C.105 a , Itaque ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus & cum hoc delectu. 105 a , Magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria,ex ruſticis mediaſtinis,decoctoribus, ex ijs qui vadimonia deſerere quàm illum exercitum maluerunt. * I.V. 227 a,Conferte huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto. I.V. 228 b , Aduectum & comitatum cum exercitu & victoria conferatis. de Aruſp.253 b , Exercitu L.Luculli ſolicitato per nefandū ſcelus fugit illinc. Frag. Epiſt. De exercitu retinendo. ibid. Eo *exercitu* tradito aut demiſſo.de Orat 99 a , De cuius morte cum domum falſus ab exercitu nuncius veniſſet. Catil.105 a,Quibus ego non modò ſi aciem exercitus noſtri, verum etiam ſi edictum prætoris oſtendero,concident & b,Mementote nō tam exercitum illum eſſe nobis, quàm hoc, qui exercitū deſeruerunt,pertimeſcendos.pro Clu.38 a, Maximè eius opera,cum quæſtor eſſet,in exercitu ſeditionem eſſe conflatam.pro Mur.128 b, Apud exercitum mihi fueris.Ibid. Vt eò, quò intendit, maturè cum exercitu perueniat.pro Mur.131 b,Quem L.Sylla maximo & fortiſſimo exercitu cùm exacerbaſſet pugna excitatum non rudis imperator,&c. cum pace dimiſit.de Prouin.71 a , Cùm palā populi Rom.imperator inſtructo exercitu dextram tendēs non ad laudē milites hortaretur, ſed omnia ſibi & empta & emenda eſſe clamaret.I.A.202 b, Aduolabat ad vrbem à Brunduſio cum exercitu Antonius. ibid. Prius confecit exercitum,quem furori M.Antonij opponeret.I.A.203 a, Pompeius ad L. Syllæ maximum imperium , victorumq; exercitum acceſſit. ibid. Ipſe princeps exercitus faciendi, & præſidij comparandi fuit.ibid. Hic ex Antonij amicis, ſed amicioribus libertati , contra Antonium confecit exercitum. ibid. Demus igitur imperium Cæſari : ſine quo res militaris adminiſtrari,teneri exercitus,bellum geri nō poteſt. Tuſcul. 182 b, Noſtri exercitus primùm vnde nomen habent vides,& 183 a , Tantum intereſt inter nouum & veterem exercitum.Ep.97 a,Signa tyrone & collectitio exercitu cū legionibus robuſtiſſimis contulit.& b , Amiſſo exercitu. Att.278 a,Cùm in te non ſolum exercitus tui, ſed omnium ciuium,ac penè gentium,coniecti oculi ſint. ibid. Nos te tuumq; exercitum expectamus : ſine quo vix ſatis liberi videmur fore.& b , Te cognita Senatus autoritate in Italiam adducere exercitum. ibid. Sunt exercitus boni,ſed rudes,Bruti & Planci.

† Syntaxis. *Exercitum comparare,conſcribere , facere , inſtruere, conficere,ducere,conducere , colligere,dimittere.*

EXESVS,a,um.*conſumtus.*Tuſcul.241 a, Exeſis poſterioribus partibus verſiculorum dimidiatis ferè.

EXHAEREDANS,tis.in Ant.168 b, Igitur fratrem exhæredans te faciebat hæredem.

EXHAEREDATVS,a,um.ad Her.31 b , Sed etiam à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt.

EXHAEREDO,as. *hæreditate priuo* pro S. R. 26 b , Pater iſtum exhæredare in animo habebat. pro Clu.45 b, & 52 a , Ille cùm filium exhæredaret, quem oderat, ei filio homines alieniſſimos cohæredes coniunxit.

EXHAERES,dis.*hæreditate excluſus.*de Orat. 99 a , Egit lege in hæreditatem paternam teſtamēto exhæres filius. & ibid. b, Poſſet ne paternorum bonorum exhæres eſſe filius, quem pater teſtamento neque hæredem, neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim.

EXHALANDVS,a,um.I A.168 b, Quanquam tu quidem vini exhalandi,non acuendi ingenij cauſa declamitas.

EXHALATIO,onis *vapor, anhelitus terræ,afflatus ex terra expiratio,aſpiratio.* Tuſc.157 a , Cœlum hoc, quod humidum & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

EXHALO,as.*ſpiro , reſpiro , emitto.* Verr.153 b, Qui nondum conuiuij crapulam exhalaſſent.I.A. 166 a,Edormi crapulam & exhala.

EXHAVRIENDVS,a,um.*infirmandus,educẽdus.* contra Rul.80 a, Vrbanam plebem nimium poſſe, exhauriendam eſſe. * Hoc enim verbo eſt vſus: quaſi de aliqua ſentina,ac nõ de optimorum ciuium genere loqueretur.

EXHAVRIO,ris.*aufero.* in Sal. 275 a,Ex africa tantum hic exhauſit, quantum potuit in naues contrudi. cont. Rul.86 a, Cùm omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis. pro Seſt.13 b,M. Craſſus eadem ſibi manu vitam exhauſit,qua mortem ſæpe obtulit hoſtibus. & 20 b, Plaga illa vna extrema defuit:quæ ſi acceſſiſſet,reliquum ſpiritum exhauſiſſet.* in Piſ.90 a,Effuſa iam maxima præda, quã ex fortunis publicanorum,ex agris vrbibusq; ſociorum exhauſerat.

¶ *Minuo.* Ep.133 b, Libentiusq; omnes meas laudes ad te transfuderim,quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis.

¶ *Exequor.* Att. 98 b, Reliquum eſt vt mandata noſtra exhaurias.& 71 a, Mandaui omnia quæ tu exhauries.

¶ *Effundo,proijcio.* Att. 16 a,b, Multa ſunt quæ me ſolicitãt anguntque, quæ mihi videor aureis nactus tuas, vnius ambulationis ſermone exhaurire poſſe.

¶ *Euacuo, exinanio, ſpolio.* de Sen. 80 b, Cùm alij per foros currant,alij ſentinam exhauriant. Att.18 a,Exhaurire ſentinam vrbis. in Vat. 29 b, Aerarium exhaurire, rempubl. compilare.I Ant.196 a,Immanes quæſtus,quos M. Antonij tota exhauſit domus. Oct 329 b, Antonius publicam dilapidabat pecuniam. ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia. * Parad.124 b, Quo cupiditates breui tempore maximas copias exhaurire poſſint.

¶ *Voro,imungo,* I.A.172 b, Tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet vomere.

EXHAVRIOR,ris.Att. 36 a, Tantus fuit amor, vt exhauriri nulla poſſet iniuria.Ep 72 a, Non facilè exhauriri tibi iſtũ dolorẽ poſſe vniuerſum puto. Qu fr.29 a, Prouinciã ſumtu exhauriri.I.C.99 b,Sin exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina reipubl.

EXHAVSTVS,a,um.*conſumtus, exinanitus, perditus.* de Or.152 a,Actio conſumta ſuperiore motu & exhauſta. Att.55 a, Amicorum benignitas exhauſta eſt in ædificando I.P.98 a,Ciuitates omnibus rebus exhauſtæ. Att.84 b,Prouincia ſumtib. & iacturis exhauſta.de Pro.70 a,Byzantij exhauſtis ſumtib.bellisq; maximis.I.V.164 b,Aratores funditus euertebantur, & eo magis quòd ſuperioribus annis exhauſti erãt, ac penè perditi.I.V.184 b,Aerariũ inops & exhauſtũ.de Pro.69 a,Vt exhauſtas domos replere poſſent.

¶ *Profligatus, reiectus, pulſus, ſublatus, fugatus.* ad Her.27 a, Scurra exhauſto pudore. de Ar.252 a, Iudices te dimiſerunt excuſſum & exhauſtum.I.C.105 b, Vno mehercule Catilina exhauſto releuata mihi reſpubl.videtur.

¶ *Siccatus* pro Cluent.24 a, Is exhauſto illo poculo mortis,eſt mortuus.

¶ *Fuſus.* Qu. fr.299 a, Exhauſtus enim eſt ſermo hominũ, & multæ emiſſæ iam eiuſmodi voces.

EXHIBEO,es.*profero,oſtendo.* pro Fl 153 b, Cedo tabulas,nõ deportaui fratres exhibe,non denunciaui.pro Mil.107 b, Exhibe quæſo,Sexte Clodi,exhibe librarium illud legum veſtrarum,quod &c I.A.207 a,Horam exhibere vllam in tali ciue liberando non poſſumus: *aliter, eximere vllam* pro Seſtio 24 b, Qui ſe non ſolùm autorem meæ ſalutis, ſed etiam ſupplicem populo Rom.exhibuit.At.78 a,Sed iam exhibeo pupillum,neque defendo. * de Nat.11 a, Quod æternum beatumq; ſit,id nec habere ipſum negotij quicquam, nec exhibere alteri.

¶ *Faceſſo,adduco,paro,comparo.* Att.21 b, Exhibere moleſtiam alicui. * Ep.111 b,*Cælij.* Ne moleſtiam tibi cum impẽſa mea exhibeam.

EXHIBEOR, ris. off. 74 a, Quod audiſſet adoleſcens filius negocium exhiberi patri, accuriſſe Romam. I.V. 148 a, Miſit complures,ut omnia ſibi integra quamprimùm exhiberentur.

EXHIBITVRVS,a,um.Acad.42 b,Quid me, inquam,putas, qui philoſophiam iam profeſſus ſim populo noſtro exhibiturum?

EXHILARATVS,ta *hilaratus.* Ep.142 b, Miraris tam exhilaratam eſſe ſeruitutem *(al.ſeueritatem)* noſtram.

EXHORRESCO, ſcis, *horrore perfunditur.* de Orat. 147 b, In quo igitur homines exhorreſcunt?quem ſtupefacti dicentem intuentur?in quo exclamant?de Fin.58 a,Exhorreſcere metu.Epiſt.154 b,Sed non poſſum non exhorreſcere,ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris.

EXHORTATIO,onis.Planc.Ep.147 a,* Quæ & tua exhortatione excepi,& mea affirmatione tibi recepi.

EXHORTOR,aris.de Senect.85 b, Cùm eſſet conſul in Gallia,exhortatus eſt in conuiuio à ſcorto, ut, &c. *Si vera hæc lectio eſt,habes hic Exhortor in patiendi( vt aiunt) ſignificatione. Sed ego, exoratus, integram eſſe lectionem arbitor.* Acad. * Exhortari ad virtutis ſtudium.



* EXIBILO, vide EXSIBILO.

* EXICCO, vide EXSICCO.

EXIENS,tis. de Diuin.91 b, Quinto autem anno exeunte, cum eſſet ſpes,&c.* pro Q.Gall.videbar mihi videre alios intrantes,alios autem exeuntes.

EXIGENDVS,a,um:do. Off.46 a,b, Conuenit autem tum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbũ. Ep.208 b,& de Leg. 180 b, Ad pecunias q̃ à colonis debentur, exigendas, legatos equites Romanos miſimus. Off.90 a,Vti ſeruis vt mercenarijs ad operam exigendam.

EXIGO,gis.*ad diſſolutionem cogo,poſtulo,flagito, extorqueo.* de C. 166 a,Ego verò expectabo ea quæ polliceris, neq; exigã: & erunt mihi grata,ſi ſolueris. Ep.253 a, Sed non vrgeo: longiores enim expectabo, vel potius exigam.in Verr.60 a,Mancipes à ciuitatibus ꝓ frumento pecunias exegerũt. pro Muræna 134 a, Deſperatas iã pecunias exegerunt.de Or.120 a,Quo facilius id à te exigam quod peto, nihil tibi à me poſtulanti negabo. pro Font. 278 a, Quaternos denarios in ſingulas amphoras portorij nomine exegiſſe.pro R.P.128 a,Poſthumus exegit quod tradiderat.Qu. frat 296 b,Exigere vectigal.)(*.pendere vectigal* Epiſt.35 a,Et ſimul querebare,quòd eos tributa exigere vetarem.& 20 a,Ne id quod petat, exigere magis q̃ rogare, & in mercedis potius quam beneficij loco numerare videatur. & 9 a,Teneor tam diu dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem.de Or.130 a, Exigere collectam à conuiua.in Verr 81 b,Exigere nomina ſua. Att.53 a,Exigere fructus prætermiſſos.Off.71 a. Exigere promiſſa.de Fin.89 b,Exigerem ex te,cogeremq; vt reſponderes.Epiſt. 115 a,Si ad illam ſummam veritatem ius exegeris.de Fin. 80 a, Omnibusq; ex rebus voluptatem quaſi mercedem exegit. Tuſc. 168 b, Atqui ab hoc acerbius exigit natura, quod dederat.de Optim.244 a,Vt intelligant, quid ab illis exigant,qui ſe atticos volunt.de Leg.156 b, Qui in iſto opuſculo non vt à poëta,ſed vt à teſte,veritatem exigant. de Amic.102 a,Liberales ſumus, non vt exigamus gratiã: non enim beneficium fœneramur,ſed, &c.Att.286 b, Benefacta pro debitis exigimus. I.V.102 b, Omnia ſarta tecta exigere.

¶ *Profligo,pello.* In Ant. 173 b, Mimam illam ſuam ſuas ſibi res habere iuſſit,ex XII. tabulis cauſam addidit *(al.claues ademit)* exegit.de Orat. 126 b, Reges ex ciuitate exigi.

* EXIGOR,eris.con.Rull.80 b,Quid pecunia fiet?Et referre in ærarium lex vetat exigi prohibet.

† Syntaxis.*Exigere Epiſtolas, vectigal,penſiones, collectum,fructus gratiam,benefacta.Exigere ab aliquo,& ex.*

EXIGVE. *tenuiter,exiliter* de Ora.156 a,Cùm de duabus prioribus celeriter exigueq; dixiſſes. de Am.107 a, Nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam. Plan. Epiſt. 149 a,Nihil aut ſerò aut exiguè à patria ciui tributum poteſt videri.Att.180 a, Epiſtola exiguè ſcripta.

Syntaxis. *Exiguè dicere. Scripta exiguè epiſtola. Exiguè tributum tibi eſt à Principe.*

EXIGVITAS,tis.*exilitas.* de Fin.113 b, Iſtæ ipſæ obſcurationes,quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem appareant. Cæl. Epiſt. 120 a, Nunc exiguitas copiarum receſſum, non dimicationem mihi tuam præſagiebat. * de Fin 112 b,In quibus *voluptatibus* propter earum exiguitatem obſcuratio obſequitur.

EXIGVVS,a,um.*exilis.* de Di.119 a,Poſſum ſuſpicari contractum morbo aliquo bouis exile, & exiguum, & vietum cor fuiſſe.Paradox.125 b. Ille ſumtus non modò ad fructum, ſed etiam ad fœnus eſt exiguus.Ep.63 b,Quanquã literæ tuæ exiguam ſignificationem tuæ erga me voluntatis habebant. de Orat. 149 b, Ex ingenti quodam oratore, immenſoq; campo in exiguum ſanè gyrum compellitis.de Or.108 b, Tu autem exiguis quibuſdam Finib. totum oratoris munus circũdediſti. pro Qu.1.a,P. Quintius,cui tenues opes,nullæ facultates,ex guæ amicorum copiæ ſunt de Or 86 b,Exiguum oratorum numerum inueniri.& 59 b, Tenui quodam & exiguo ſermone diſputare.contra Rul.67 a,Cui errato exigua laus proponitur. pro Rab 92 a,Exiguum & anguſtum tempus.de L.157 b, Ex guo tempore abſoluere aliquid.de Orat.92 b, Exigui temporis opinio.

† Syntaxis.*Cor exile,exiguum, vietum: ſynonyma.Gyrus exiguus. Exigui fines:id eſt anguſti Exiguæ amicorum copiæ. Exigua oratio,ac tenuis. Exiguum & anguſtum tempus.*

EXILIO,lis *proſilio euado,me proripio.* Epiſt.153 a, Mihi crede,tuis & illius literis perlectis exilui gaudio.I.V.269 b, Cùm populi Romani clamore perturbatus exiluiſti.& 250 a,Exiluit conſcientia ſceleris excitatus.

EXILIS,le. *tenuis.* de Diu.114 b, Iecur nitidum ac plenum. )(*.iecur horridum & exile.* contra Rul. 76 b, Solum exile & macrum. de Orat 123 a, Genus ſermonis exile, aridum, conciſum,minutum.)(*.liquidum,fuſum, profluens.* de Clar. 171 b,

171 b, Exiliores orationes. de Orat. 91 b, Spinoſa & exilis oratio.

† Syntaxis. *Corpus horridum & exile. Solum exile & macrum. Oratio ſpinoſa & exilis.*

**EXILITAS**, tis *tenuitas, ieiunitas.* de Or. 89 a, Qui diſcernes eorum quos nominaui vbertatem in dicendo & copiam, ab eorum exilitate, qui hac dicendi eligantia non vtuntur? * de Clar. 191 a, Inde erat iſta exilitas, quam ille de induſtria conſequebatur. *al. conſectabatur.*

**EXILITER**, *tenuiter, ieiunè.* de Orat. 89 a, Videmus iiſdem de rebus ieiunè quoſdam & exiliter diſputaſſe. de Or. 146 b, Verba exiliter exanimata exire. de Clar. 147 a, Orationes exiliter ſcriptæ. * de Amic. 107 a, Nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam.

**EXILIVM**, lij. *patriæ aut alicuius ciuitatis priuatio, pœna exilij, proſcriptio.)( reſtitutio.* de Or. 99 b, Qui Romã in exiliũ veniſſet, cui Romæ exulare ius eſſet, &c. Par. 119 a, Exilium terribile eſt illis, quibus circumſcriptus eſt habitandi locus. Parad. 121 b, Exiliũ eſt pœna ſcelerum, & ibid. Leges volunt ſceleratos exilio affici. pro Cecin. 304 a, Exilium non ſupplicium eſt, ſed perfugium portusq; ſupplicij. & ibid. In nulla lege noſtra reperietur maleficium vllũ exilio eſſe mulctatum. ibid. b, Cùm is profugit, receptus eſt in exilium: hoc eſt, in aliam ciuitatem. I. C. 101 b, Egredere ex vrbe Catilina, in exilium proficiſcere. pro Muræna 145 a, Ibit igitur in exilium miſer. I. C. 106 b, Eijci in exilium. Att. 151 a, Ab illo patriæ proditores de exilio reductos eſſe. Anteq. 107 b, Proijcitur Tullius in exilium. I. A. 162 a, Reducere aliquem de exilio. pro Syl. 181 a, Et cum lege retineretur, ipſe ſe exilio penè mulctauit. I. A. 197 a, Aliquem exilij cauſa ſolùm vertiſſe, nec poſtea eſſe reſtitutum. de N. 76 a, Cur. P. Rutilius in exilio eſt? Att. 167 b, Damnati reſtituentur, in exilium ibo. de Orat. 113 b, Aliquem in exilium pulſum eſſe de Fin. 76 a, Profectus eſt in exilium Tubulus ſtatim. * in Clod. Neq; te retinere in ciuitate, ſed exilio priuare voluerunt. Antequam. 196 a, Neq; exiliũ turpe eſt, quod virtute ſuſcipitur. ibid. Si exilio mulctabunt corpus. pro Clu. 23 a, Quem leges exilio, natura morte mulctauit. Antq. 196 a, Si exilio mulctabũt corpus. Tuſ. 248 b, Quid relinquitur quod ex timeſcendũ ſit? Exilium credo, quod in maximis malis ducitur. Id ſi propter alienam & offenſam populi voluntatem malum eſt. Tuſc. 249 a, Iam verò exilium, ſi rerũ naturã, non ignominiam nominis quærimus, quantum demũ à perpetua peregrinatione differt? & b, Num ſtultè antepoſuit exilij libertatem domeſticę ſeruituti? Ep. 85 a, Meus error exilio corrigitur. & 97 a, In quo bello aut in acie cadendum fuit, &c. aut capiendus tanquam exilio locus. ibid. Ex omnibus incommodis nihil tolerabilius exilio, præſertim innocenti. Att. 161 a, Niſi fortè me Sardanapali vice in meo lectulo mori malle cẽſueris, q̃ exilio Themiſtocleo.

† Syntaxis. *Venire in exilium, recipi. De exilio reduci. Exire, proficiſci, proijci, exportari in exilium.*

**EXIMIÈ**. *egregiè.* pro Arch. 189 b, C. Marius eximiè L. Plocium dilexit.

**EXIMIVS**, a, um *egregius, præſtans.* pro Pomp. 4 b, Dicendum eſt enim de Cn. Pompeij ſingulari eximiaq; virtute & de Pro. 76 b, & pro S. R. 39 b, Syllæ eximia virtus. de Orat. 120 a, Sed hæc ipſa, quæ nunc ad me delegare vis, ea ſemper in te eximia & præſtantia fuerunt. pro S. R 315 b, Viri fortes, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit. Off. 14, Ea quæ eximia plerisq; & præclara videntur, parua ducere, de Fin. 57 b, Iſtæ veſtræ eximiæ pulcræq; virtutes. I. V 252 a, Erat Nice facie eximia, vt prædicatur, vxor Cleomenis, &c. de Di 91 a, Fœmina eximia pulcritudine. Ep. 82 b, Eximium ingenium.

† Syntaxis. *Eximia, ſingularíq; virtute vir. Facies, opus, ingenium, pulcritudo, virtus eximia.*

**EXIMO**, mis: emi, emtum. *excludo, excipio.* de Amic. 100 a, Si exemeris ex rerum natura beneuolentię coniunctionem: nec domus ulla, nec vrbs ſtare poterit.

¶ *Libero.* Or. 204 a, Eximere aliquem è vinculis numerorũ. de Inu. 65 a, Eximere aliquem à culpa. Ep. 63 a, Qui ex obſidione fœneratores exemerit. I. V. 128 b, Ob eam cauſam ne tu ex reo eximerere, ſi ego non adeſſem ad diem. I. V. 209 a, Abſentem de reis eximit. de Or. 133 b, Eximere aliquem ex ærarijs. Att. 268 b, Eximere aliquem de proſcriptorum numero. *in vita Attici.*

¶ *Conſumo, produco, protraho.* Att. 56 b, Metellus calumnia dicendi tempus exemit: *id eſt, contriuit, conſumſit.* Qu. frat. 306 b, Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit.

¶ *Minuo, detraho,* Tuſc. 181 a, Illud quod me angit, non eximis I. V. 134 b, Eximere vnum diem ex menſe.

**EXIMOR**, ris. I. P. 100 a, Nulli conijcientur in hunc ordinẽ, nulli eximentur. I. A. 179 b, Agrum de vectigalibus eximi.

**EXIN**. *exinde.* de Diuin. 82 a, Exin cuidam ruſtico, &c. de Nat. deor. 48 a, & de Orat. 211 a,

*Exin contortis aries cum cornibus hæret.*

**EXINANIENDVS**, a, um. in Verr. 248 b, Nox illa tota, exinanienda naui conſumitur.

**EXINANIO**, nis. *exhaurio.* I. V. 56 b, Verres fana ſpoliaſſe domos exinaniſſe dicitur I. V. 174 a, Arationes & agros vectigales vaſtaſſe atque exinaniſſe.

**EXINANITVS**, a, um. I. V. 257 a, Nauis exinanita. cõtra Rull. 80 b, Regibus atq; omnibus gentibus exinanitis.

† Syntaxis. *Agri vacui, & exinaniti. Rex hominesque exinaniti.*

**EXINDE**. *dein, exin.* de Diuin. 46 a, Exinde mari finitimus aer die ac nocte diſtinguitur.

**EXISTIMANDVS**, a, um: de Or. 201 b, Quòd ſi, &c. quid tandem in cauſis exiſtimandum eſt? quibus, &c. pro Font. 278 b, Ad vnamquamq; rem exiſtimandam, & momento ſuo ponderandam. de Cl. 186 b, Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens.

**EXISTIMANS**, tis. Or. 204 a, Orationis ſubtilitas imitabilis videtur eſſe exiſtimãti, ſed nihil eſt experienti minus. de Or. 138 a, Iudices beneuolos & bene exiſtimantes facere. Off. 58 a, Homo ipſe de ſe bene exiſtimans, ſeſeq; diligens.

**EXISTIMATIO**, onis. *autoritas, honeſtas, fama.* de Or. 124 a, Bona exiſtimatio diuitijs præſtat. Anteq. 196 a, Vtiq; ea maneat opinio & exiſtimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata eſt. Ep. 74 b, & 75 a, Nihil feci ſciens, quod ſit contra aut rem, aut exiſtimationẽ tuam. pro Flac. 157 a, Homo egens, ſordidus, ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine ſenſu. de Orat. 127 a, Nihil mihi ad exiſtimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere potuit. pro Q. R. 47 b, Iudicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicã, capitis. I. V. 120 b, & 143 a, Quo in re ipſius prętoris caput exiſtimatioq; agitur. de Or. 126 a, Cùm agitur ingenij noſtri exiſtimatio. pro Syl. 182 a, Quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſeruabitur. pro Fl. 153 a, Aſclepiades fortuna egens, vita turpis, exiſtimatione damnatus. pro Deiot. 148 b, In ea exiſtimatione & ætate ſaltauit. pro Cæl. 38 b, Meus hic forenſis labor dimanauit ad exiſtimationẽ hominum. Ep. 230 a, Violare exiſtimationem alicuius. Att 2 a, Venire cõtra exiſtimationẽ alicuius. pro Pl. 260 a, Offendere exiſtimationem alicuius. Ep. 138 b, Vt cùm me hoſpitio recipies, exiſtimationẽ te aliquã putes accipere. ad Her. 27 a, Perdere exiſtimationem. * I. V. 182 a, Bono præſidio munitur exiſtimatio tua: ſiquidem in Apronij conſtituitur diligentia atq; autoritate. de Inuen. 66 b, Aut falsò veniſſe in eam exiſtimationem dicetur, aut ex aliquorũ inuidia, aut obtrectatione, aut falſa opinione. I. V. 67 a, Adduxi hominem, in quo reconciliare exiſtimationem iudiciorum amiſſam, &c. poſſetis.

¶ *Opinio, iudicium.* pro Qu. R. 47 a, Cuius exiſtimatio ſanctiſſima eſt. de Inu 82 a, Exiſtimatio bona & mala. I. A. 191 b, In hoc genere facilior eſt exiſtimatio, quàm reprehenſio de Prou. 77 b, Quò minus ſæpe aut interpellei à nonnullis, aut tacita exiſtimatione reprehendar. pro Clar. 29 a, Oppianicus re & exiſtimatione iam, lege & pronunciatione nondum condemnatus. pro Font. 282 b, Tum continuę præturæ, quæ & cęteris ornamentis & exiſtimatione innocentiæ maximè floruerunt. * I. V. 177 b, Non aliqua re ſimulatione populi Rom. exiſtimationi ſe hominum vendicaſſet. ibid. Omnium exiſtimationi ſatisfeciſſes. pro Cec. 286 b, Quia res iniqua ſit, ideo turpem exiſtimationem ſequi: quia turpis exiſtimatio ſequatur, ideo rem indignam non iudicari.

† Syntaxis. *Bona exiſtimatio. Opinio & exiſtimatio. Sine honore, ſine exiſtimatione. Hic igitur caput & exiſtimatio tua. Exiſtimatione damnatus: id eſt, infamis. Venire & facere contra exiſtimationem. Offendere, perdere, accipere exiſtimationem.*

**EXISTIMATOR**, oris. *iudex, opinator.* de Cl. 195 a, Tantum detraxit, quantum non quiuis vnus è populo, ſed exiſtimator doctus & intelligens poſſet cognoſcere. de Clar. 182 b, Intelligens dicendi exiſtimator iudicat. de Clar 177 b, In augendo, in ornando, in refellendo, magis exiſtimator metuendus, quàm admirandus orator. de Or. 150 b, Neq; me eſſe hiſtrionẽ neceſſe eſſet, ſed fortaſſe non ſtultũ alieni artificij exiſtimatorem. de Cl. 188 a, Et de hoc huius generis acerrimo exiſtimatore ſępiſſimè audiui. Orat. 207 a, Vt exiſtimatores videamur loqui, non magiſtri.

**EXISTIMATVRVS**, a, um. Epiſt. 7 a, Vt ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos videremus.

**EXISTIMATVS**, a. um. de Orat. 133 b, P. Cornelius homo (vt exiſtimabatur) auarus & furax de Cl. 171 b, Orationes ex quibus exiſtimari de ingenijs poteſt. de Ar. 250 b, Deiotarus ſæpe à ſenatu regali nomine dignus exiſtimatus eſt. p Cecin. 287 a, Qui domi ſuę honeſtus in primis (*al. cum primis*) exiſtimatus eſt. * pro Quint. 2 b, Nam neq; parùm facetus ſcurra Sex. Næuius, neq; inhumanus præco eſt vnquam exiſtimatus.

Ex iſtimo,as.*puto,reputo,ſentio,opinor, duco,iudico,habeo.* Off. 40 b,& 41 a,I.V.191 b,Eum qui hoc fecit,auarum poſſumus exiſtimare.pro Do. 216 b, Proinde quaſi iſti de Cn. Pompeio aliter atq; ego exiſtimo, ſentiant. contra Rull. 84 a, Quòd ſi maiores noſtri exiſtimaſſent quenquam, &c.pro Cl.51 b, Maximè exiſtimare conſcientiam mentis ſuæ.Epiſt.256 a,Cùm verò ea ſine ſummo amore cogitare non potueris,non poſſum exiſtimare plus quenquam à ſeipſo quàm me à te amari.Epiſt.5 a, & ibid. Tuæ ſapientiæ eſt, exiſtimare omnem amplitudinem & dignitatem in virtute tua eſſe poſitam. Epiſt.5 a, Quorum vtrum minus velim,non facilè poſſum exiſtimare. Att. 274 b, & 275 a, Quanta ſim lætitia affectus, cognitis rebus Bruti noſtri,faciliùs eſt tibi exiſtimare quàm mihi ſcribere. Ep. 259 a,De ingenio eius valde exiſtimaui bene.de Cla.177 a,Ego ſic exiſtimo,hos oratores,&c.in Sal.275 b, Deſine vnumquemq; moribus tuis exiſtimare. pro Cæl.27 b, Si exiſtimare verè de omni hac cauſa volueritis. Att. 110 b, Ne me exiſtimâris ad manendum eſſe propenſiorem.I.V. 67 b,Verres de omnibus bonis malè exiſtimat. Off 40 a, Malè exiſtimare de aliquo.Epiſt.38 b,Simulq; nõ de meis peius quàm de te exiſtimat. de L. 157 a, Scriptores qui nondum ediderunt,de quibus exiſtimare non poſſumus. Tuſc.228 b, Sed in hoc me ipſe caſtigo, quòd ex aliorum & noſtra fortaſſe mollitia non ex ipſa virtute de virtutis robore exiſtimo.de Or. 109 a, Artes de quib.aliquid exiſtimare poſſem. Att. 90 a, Dionyſius de Dicæarcho bene exiſtimabat.

Exiſtimor, ris.de Orat. 109 a, Craſſus exiſtimari volebat non dediſſe de Or.118 a, Nõnulli dum operã ſuam multam exiſtimari volũt,volitant, &c Epiſt.258 a,& Att. 152 b, De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio.* Incert. Cuſtodia caſtrorum non honoris, ſed oneris,exiſtimatur.

† Syntaxis. *Exiſtimare de aliquo ex facie.In exiſtimando prudens. In ſuos beneuolus,& bene exiſtimans, De aliquo bene & malè exiſtimare. De illo bene exiſtimatur.*

Ex iſto,ſtis:extiti.*ſum, appareo.*de Orat. 190 a, Talem verò exiſtere eloquentiam,qualis fuerit in Craſſo, non potuiſſe confirmo.Off.28 b,Vt in corporib.magnæ diſſimilitudines ſunt,ſic in animis exiſtunt etiam maiores varietates.Ep.43 a,Nec tam glorioſum exitũ tui iudicij extitiſſe,ſed tam prauã inimicorũ tuorũ mentẽ fuiſſe mirabar. Ep.115 a,De Gallijs cõſtituetur,erit qui intercedat:deinde alius exiſtet,qui impediat,&c. Anteq.174 a,Itaq; quod putaui fore gaudiũ,id extitit exitiũ.de N.43 a, Vt ſi quis dicat, dẽtes & pubertatẽ naturã exiſtere: ipſum autẽ cui ea exiſtãt,non cõſtare naturã.Att. 165 a, Eò magis timeo, ne in filiũ exiſtã crudelior. de Or.128 b, Quidã ſic inſulſi extiterunt, vt nihil aliud eorũ niſi ipſa inſulſitas rideatur. ꝑ S.R. 19 a, His de cauſis ego huic cauſæ patronus extiti. de Cl.167,Huius ex vberrimis ſermonibus extiterunt doctiſſimi viri.Ep.12 a,Cuius ego fautor & adiutor extiti.Ep. 20 a,Tua in me clariſſima & maxima beneficia extiterũt. & 64 a,Quãtum meũ ſtudiũ extiterit dignitatis tuę tuẽdę, nõ dubito,quin,&c.Ep.95 a, In aliquo admiratio magna vulgi,delectatio nulla extitit.Tuſc.242 b,Ex qua *differendi ratione & ſcientia* cùm ſumma vtilitas exiſtit ad res ponderandas,tum maximè ingenua delectatio & digna ſapientia.Ep.146 b,Qui animo in temp extitit conſulari.ꝑ Arc. 190 a,Niſi Ilias extitiſſet illa,idẽ,&c.de In.51 a, Res, quæ in præſentia exiſtunt.ꝑ R.P. 122 b, Si extitiſſet in rege fides,nihil ſapientius Poſthumo.de Or.85 b, Cur plures in omnibus artibus, q̃ in dicendo admirabiles extitiſſent. de Or.85 b,Quo in genere multi perfecti homines extiterunt.& ibid. Minimã copiã poëtarum egregiorũ extitiſſe. de Am.109 a, Exiſtit autẽ hoc loco quæſtio ſubdifficilis, num quando, &c.de Am. 100 b, Itaq; ſi quando aliquod officium extitit amici in periculis aut obeũdis aut communicandis,&c.quis id non laudet?de Or.130 b,Quo pacto concitetur riſus,vbi ſit,quomodo exiſtat, atq; ita repentè erũpat.ꝑ S.R.30 b, Ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erumpat audacia,&c. Off 50 a, Ex quo tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt,vt tyrãni exiſteret,& optimates exterminarentur.Att.104 b,Ex victoria cũ multa mala, tum certè tyrannis exiſtet.ꝑ Cor. 64 b, Exiſtat ille vir parumper cogitatione veſtra, quoniam re nõ poteſt, &c.ꝑ Cæl. 44 a, Exiſtat igitur ex hac ipſa familia aliquis, & potiſſimùm cæcus ille,&c.qui ſi extiterit,ſic loquetur,&c.de N. 3 a,Partim admiratium, vt hoc philoſophandi nobis ſubitò ſtudium extitiſſet.I.V 84 a,Hoc malum nõ modò nõ exiſtit,ſed etiã opprimit,antequã poſſit perſpici.I.V 95 b, Quid expectas?an dum ab inferis ille Maleolus exiſtat. de N.57 a,Ex quibus *virtutibus* vita beata exiſtit.& 4 b. Ex quo exiſtet & illud, &c.de Or.127 a, Poëta nemo exiſtere poteſt ſine quodam afflatu,&c.de D.122 b, At in Lyſandri ſtatuæ capite Delphis extitit corona, & quidẽ ſubita. & 92 b,Cùm delapſus in flumẽ nuſquã apperuiſſes, te repentè lętũ extitiſſe.& 95 b, Summerſus equus voraginib. non extitit.& 122 a, Anguis ab ara extitit.& 96 b,Lyſandri ſtatuæ,quæ Delphis ſtabat, in capite corona extitit ex aſperis herbis. & 101 a, Cùm terræ motus factus eſſet, vox ab æde Iunonis ex arce extitit, vt ſuæ plena procuratio fieret.& ibid.Neq; diu vox vlla extitit. * Incer. Diuinitùs extitiſſe illã flammã.Tuſc.155 a, Idq; *augurium ſeculorum futurorum* in maximis ingenijs altiſſimisq; animis & exiſtit maximè, & apparet facilimè. Tuſc.242 a, Hæc tractanti animo, & noctes & dies cogitanti exiſtit illa à Deo Delphis præcepta cognitio.ibid.Hinc illa cognitio virtutis exiſtit. de Nat.31 b, Aër exiſtit motu eius caloris, qui aquis continetur. de Diu. 93 b, In qua *parte animi* irarum exiſtit ardor.

¶ *Prodeo, exeo.* I. V. 225 a, Spelunca,qua ferunt ditem patrem repentè cum curru extitiſſe.

¶ *Conſto.*de Nat.11 b, Cùm infinita ſimillimarum imaginum ſpecies ex innumerabilibus indiuiduis exiſtat.

† Syntaxis. *Exiſtunt in me tua beneficia. Ille extitit ab inferis,ex domo.Exiſtit homo animo & corpore. Vox extitit. Angelus extitit: id eſt, apparuit.*

Ex itiabilis,le.Att.lib.10.156 b,Bellum exitiabile.

Ex itialis, le. *exitioſus.* I.V. 226 a, Perditæ ciuitates hos ſolent exitus exitiales habere.

Ex itioſus,a,um.*pernicioſus.*pro Plan.378 a,Quibus armis à ſeruis cædem fieri ſenatus Reip.exitioſum fuiſſet.Epiſt. 70 a,Sed quod & fieri poſſe & exitioſum fore ſi eueniſſet, videbam. I.C.119 a, Tam exitioſam haberi coniurationẽ. de Aruſ.244 a, Exitioſum prodigium.

Ex itivm, tij,*pernicies.* I.C.99 a, Qui de noſtro interitu, & huius vrbis exitio cogitent & 120 a, De pernicie reipubl. & de exitio vrbis cogitare. Qu.fr.305 b,Me miſerum, ego omnibus meis exitio fui. * pro P.Opp. Multùm poſſe ad ſalutem alterius,honori multis:parum potuiſſe ad exitiũ, probro nemini fuit. cont. conc. Qu.Met. Niſi eorum exitio non requieturum.Orat.211 b, Texitur exitium examẽ capiti.pro Mil.102 a,Quos P.Clodij furor rapinis & incẽdijs & omnibus exitijs publicis parauit ibid. Metu crudeliſſimorum exitiorum *(al.ſuppliciorum)* carere non poſſumus.Tuſc.183 a,Qui alteri exitium parat.At.47 a,Me certè ad exitium præcipitantem retinuiſſem.

Ex itvrvs,ra,rum.Ep.Fam lib.15, Nõ plus quàm has,quas nunc legis,ex ſtimaui exituras.

Ex itvs,tus.*euentus,caſus,finis.* de Cl.176 a, L.Beſtia bonis initijs orſus tribunatus, triſtes exitus habuit conſulatus. Ep.27 b,Sed ego fortaſſis vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus.Att.279 b, Si contigerit noſtris rebus exitus, quem optamus. Ep. 23 b. Hæc æſtas hunc habuit exitum ſanè felicem.de Diu. 119 b, Reſponſa aruſpicum, quæ aut nullos habuerunt exitus,aut contrarios.I.A.202 b,Fugam quærebamus omnes, quæ tamen exitum non habebat.de Fat.149 a,Vtriq; ad eundem exitum veniunt. Or.207 b, Nunquam ad exitum perueniri poteſt. Ep.156 b, Cùm ea quæ conſulebantur, ad exitum non peruenirent.Or.212 b, Verba, quæ caſus habent in exitu ſimiles. de Or.92 b,Artem rebus in vnum exitum ſpectantibus & nunquam fallentibus contineri. Tuſc.231 a, Atqui profligata iam hæc,& penè ad exitum adducta quæſtio eſt.Ep. 44 b,Expedire exitum inſtitutæ rei.& 49 b,Sed etiam qui curſus rerum,qui exitus futurus ſit.Tuſc.168 a, Quomodo initium nobis rerũ omniũ ortus noſter affert: ſic exitũ mors Br 91 b,& de D.113 a,Ea quoq; habuit exitũ optabilem.Ep.68 a, Viri excellentis ancipites varijq; caſus, ſi notabili exitu cõcluduntur, expletur animus voluptate. de Nat.78 a,Boni bonos habent exitus.I.V. 238 a,Perditę ciuitates hos ſolent exitus exitiales habere. pro Mur.143 a,in exitu eſt iam conſulatus.pro Cæl.51 b, Mimi ergo eſt exitus, non fabulæ: in quo cum clauſula non inuenitur, fugit aliquis è manibus.Att.102 b,Armorũ exitus ſemper incerti.pro Mar.133 b, Incertus eſt exitus & anceps fortuna belli. Att.261 a, Exitum expectare debemus. de Leg. 189 a,Atq; hoc rei exitus indicauit.* de Orat.137 b, Quæ *cauſæ* plurimos exitus dant ad eiuſmodi digreſſionem. pro Pom.4 b, Huius orationis difficilius eſt exitũ quàm principium inuenire.Acad.8 a,Sic & initium quærẽdi, & exitus percipiendi,vt cõprehendendi, tenet. Ep.86 a,A te omnia ꝑficiantur,& per te ad exitũ perducãtur neceſſe eſt Att.148 a,Ratibus exitus portus teneri.ibid. Vt iam illum Mutianum exitum exoptem.

¶ *Factus, re.* Epiſt. 148 a, Vt quæ reipubl. polliceremur, exitu præſtaremus.

¶ *Terminus,finis,modus.*de Fin.60 a,Ne ipſarũ quidẽ virtutũ laus reperire poterit exitum, niſi dirigatur ad voluptatẽ.

† Syntaxis. *Habere triſtes exitus,militiæ,itineris.Habeat hoc bonum*

*num exitum.Fuga non habuit exitum. Ad exitum peruenitur.Verba, quorum caſus exitu ſimiles.Hæc in vnum ſpectant exitum. Caſus tui exitu præclaro concluſi. quæ polliceris, exitu præſta.*

EXLEX.*qui lege aliqua non tenetur.*pro Cl.37 a, Non quod illi Syllam exlegem eſſe putarent.

EXOLESCO,ſcis.*quaſi inueteraſco.*in Sal 274 b, Poſteaquam ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuiſſet, exoleuerat.

EXOLETVS.ti.*quaſi emeritus,catamitus.* ꝓ Mil. 112 a, Clodius ſemper ſecū ſcorta,ſemper exoletos,ſēper lupas ducebat.

EXOLVO,vis *ſoluo,diſſoluo,libero,abſoluo.* I.V.159 b, Ille tantū decumanis, quantū iſte imperauit,exoluit.Off.53 b,Nec exoluit quod promiſerat.Att.255 b,Nomina mea per deos expedi,exolue.bella reliqui.Ep.95 b,Si me occupationibus relaxâro:nam vt planè exoluam, non poſtulo.

EXOPTANDVS, a, um. Epiſt. 20 b, Si vnus ex omnibus exoptandus eſſet.

*EXOPTANS, tis. Tuſc. 224 a, *poëtæ.*de improuiſo Chryſis vbi me aſpexerit: Alacris obuiam mihi veniet complexū exoptans meum.

EXOPTATVS,a,um:tior,ſſimus.*expectatus.*pro S.R.21 b,Exoptatum nuncium alicui afferre.Att.lib.5, Nihil exoptatius aduentu meo. item lib. 4, Exoptatiſſima gratulatio.

EXOPTO,as. Epiſt. 52 a, Multis de cauſis te exopto quàm primùm videre. & 21 a, Vt ſempiternæ laudi tibi ſit iſte Tribunatus exopto.I.P.100 b, Omnes te oderunt,tibi peſtem exoptant,te execrantur.At. 148 a,Torqueor infelix, vt iam Mutianum exitum exoptem.Qu.fr.302 b,Nunc ea cognoſce,quæ maximè exoptas.

EXORABILIS,le.*placabilis.)(.inexorabilis.* Att. 2 b, & Qu. fr. 298 a,Ille eſt minus exorabilis.& pro Dom.222 a,Exorabilis iracundia.

EXORATVS,a,um. de Senect.85 b, Is exoratus eſt à ſcorto, vt ſecuri feriret aliquem, &c. pro Clu.52 a, Pòſt exoratus popoſcit,&c.

EXORBEO, es.*haurio,helluor.*in Ant.173 b, Guſtâras ciuilem ſanguinem,vel potius exorbueras.Tuſc.179 a,Iam decolorem ſanguinem omnem exorbui. item: Quæ vnquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantinorum prædas exorbuit?pro Murę.128 a,Seruius multorum difficultates exorbuit.

EXORBEOR,ris.de Orat.140 a,Ne iniquo iudicio exorbeatur ſanguis meus.

EXORDIENDVS,a,um.de Orat.94 b,Qui non timidè ad dicendum accedunt, neq; in exordienda oratione perturbantur, penè videntur impudentes.

EXORDIOR,ris.*ordior,exordium capio, principiū duco.*de Diu. 129 a, Quæ cùm ille dixiſſet, tū ego rurſus quaſi ab alio principio ſum exorſus dicere,Non ignoro,Quinte,&c.de Or.123 a, Ea quib. antè exorſa, & potius detexta propè retexātur.de Or.116 a,Iubēt exordiri ita,vt eū qui audiat, beneuolū nobis faciamus, & docilē, & attentū. & 121 b, Pertexe modò Antoni,ꝙ exorſus es.& 11 b,Exorſus es nō glorioſè magis,vt tu putas,à veritate, q̃ à neſcio qua dignitate.de Or.138.& 160 a,Exordiri ab ipſa re.ad Her.2 b, Exordiri cauſam à dicto aduerſarij. pro Cæl.45 a, Quid clamore exorſa verbis paruam rem magnam facis? de Fin.54 b, Tunc dicere exorſus eſt.Primùm igitur, inquit, &c.* Hortenſ.Nec enim imperitè exorſus es.

† Syntaxis. *Ab illo principio exordior dicere. In exordienda oratione.Pertexe, quod exorſus es.*

EXORDIVM,dij.*principium,exorſus,procemium.*de Or.95 a,Animaduerti ſummos oratores in dicendo exordio permoueri.de Vn. 196 a, Difficilimum eſt in omni cōquiſitione rationis exordiū.Tuſc.149 b, Ergo ita naſcetur exordiū. de Leg.157 b,Ego ab vltimis temporibus ſcribendi exordium capiendū cenſeo.de Fin.129 a, Ergo hinc capiamus exordium, omne animal, &c.I.A. 201 a, A' Bruto igitur exordiū capiamus.de Fin.128 b, A' qua re totius vitæ ducat exordiū *prudentia.* de Vn.199 b,ſeſeq; ipſe verſans ſempiternæ vitæ induxit exordiū *animus.* de Fat.147 b, Néue inde nauis inchoandæ cepiſſet exordium. de Inu. 42 b, Exordium mali explicemus.* ad Her.1 b, Inuentio in ſex partes orationis conſumitur,exordium,&c.ibid. De exordio primū dicendū videtur.ibid. Conueniet exordiorum rationē ad omne genus cauſæ accōmodari. Exordiorum duo ſunt genera. ad Her. 2 b, Tum id per exordiū cauſæ maximè cōparandum eſt.Nunc,ne quando vitioſo exordio vtamur,&c.ibid. Vitioſum exordiū eſt,quod in plures cauſas poteſt accōmodari:quod vulgare dicitur Item vitioſum eſt,quo nihilo minus aduerſarius poteſt vti,quod cōmune appellatur.Itē illud, quo aduerſarius poterit vti ex contrario.Itē vitioſum eſt, quod nimiū apparatis verbis cōpoſitum eſt,aut nimis longū eſt,& quod nō ex ipſa cauſa natū videtur:quod ſeparatū vocatur: in quo etiam translatū cōcluditur: vt non ꝓpriè cohæreat cū narratione:& quod neq; beneuolū,neq; docilē,neq; attentū facit auditorē.De exordio ſatisdictū eſt.de Inuēt.46 b,Exordiū princeps omniū *partium* eſſe debet. ibid. Exordiū in duas partes diuiditur,in principiū & inſinuationem.de Inuen. 47 a,Quas res exordio conficere oporteat.& b, Exordiū ſententiarum & grauitatis plurimum debet habere, & omnino omnia, &c. ſplendoris & feſtiuitatis & concinnitudinis minimū.de Inuen.48 a, Vitia hæc ſunt certiſſima exordiorum,quæ ſummoperè vitare oportebit: vulgare, commune,cōmutabile,longum,ſeparatum, translatum, cōtra præcepta. Vulgare eſt,quod in plures cauſas poteſt accommodari,vt conuenire videatur. Cōmune eſt,ꝙ nihilominus in hanc q̃ in contrariam partem cauſæ poteſt conuenire.Cōmutabile eſt,quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatū ex contraria parte dici. Longum eſt, quod pluribus verbis aut ſententijs vltrà quàm ſatis eſt producitur.Separatum eſt,quod non ex ipſa cauſa ductum eſt, nec ſicut aliquod membrum annexum orationi.Tranſlatum eſt,quod aliud cōficit, quàm cauſæ genus poſtulat. Contra præcepta eſt, quod nihil eorum efficit, quorum cauſa de exordijs præcepta traduntur:hoc eſt, quod eum qui audit neq; beneuolum,neq; attentum, neq; docilem reddit, aut (quo profectò nihil peius eſt) vt contrà ſit facit. de Orat.137 b, Quo vtar exordio. Nam ſi quando id primū inuenire volui,nullum mihi occurrit, niſi aut exile,aut nugatoriū,aut vulgare atq; cōmune.ibid. Neq; eſt dubium, quin exordium dicendi vehemens & pugnax non ſæpe eſſe debeat.

† Syntaxis. *Naſci,capere,ducere,inducere exordium.*

EXORIOR,ris.*orior,exiſto,erumpo.*de D.127 b, Poſt ſolſtitium canicula exoritur.pro Syl.182 a, Noua quædā illa immanitas exorta eſt. ꝓ Cl. 30 a, Repentè eſt exorta mulieris importunæ nefaria libido.de N.58 a, *Ferrea tum verò proles exorta repentè eſt.* contra Rul. 89 a, Et repentinus Sylla nobis exoritur. Ep. 4 b, Subitò exorta eſt nefaria Catonis ꝓmulgatio.Tuſc.234 b,Qua gloria commotus Epicurus exoritur.de Fin.140 a,Honeſtum, quod ex his virtutibus exoritur. Off.62, Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. de Op.244 a, Sed exorietur Thucydides. Att.117 a, Ego nunc paulùm exorior, & maximè his literis, quæ Roma afferuntur.cont.Rul.84 a, Quod non antè extingui atque opprimi,quàm planè exortum ac natum eſſet, poſſet.

EXORNATIO,onis.*ornamētū,ornatus,cōformatio,lepor, cōcinnitas,feſtiuitas.*de In.63 b,Exponere aliq̃d ſimpliciter ſine vlla exornatione.ad Her.28 a,Dignitas eſt elocutionis forma,q̄ reddit ornatā orationē varietate diſtinguēs. hæc in verborū & ſentētiarū exornationē diuidit̃.itē:Verborū exornatio eſt, q̄ ipſius ſermonis inſignita cōtinetur perpolitione:ſentētiarū exornatio eſt,q̄ nō in verbis,ſed in ipſis rebus quandā habet dignitatē.* Oecon.1, Quæ ad lauationem, q̄ ad exornationē pertinerent, exponebantur.ad Her.11 a, Abſolutiſſima & perfectiſſima argumētatio eſt, quæ in quinq; partes eſt diſtributa, ꝓpoſitionem, rationem,rationis confirmationem, exornationem,& cōplexionem. ibid. Exornatio eſt, qua vtimur rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſa, confirmata argumētatione. & b,Sublata exornatione.Partit.203 b, Delectationē in exornatione ſibi proponet orator.ibid. Sic tria ſunt genera, iudicij, deliberationis, exornationis: quæ quia in laudationes maximè confertur, proprium habet iam ex eo nomen. ibid. Quæ in exornationem cadunt omnia.

EXORNATOR,oris.de Orat.111 a, Cæteri non exornatores rerum,ſed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNATVS,a,um.de Ar.254 a, Mulieres cum ita exornatum deprehenderunt. I.V.125 b, Domus exornata & inſtructa.)(*.nuda & inanis.* de In. 35 b, Clarum & exornatū trophæum.* ad Her.39 a, Citharam tenens exornatiſſimam auro & ebore diſtinctam.

EXORNO.as *expolio,illumino.)(.deformo.* I.V. 214 a, Exornat amplè magnificéq; tricliniū, exponit plurima ac pulcerrima vaſa argentea. Tuſc. 230 a, Pythagoras exornauit eam Græciam,quæ magna dicta eſt, præſtantiſſimis artibus.de Orat. 156. Illuſtrare & exornare orationem. Tuſc. 177 b, Exornare aliquem falſa gloria. de Orat. 135 b, Id amplector,exorno, exaggero. ad Her.23 a, Id accidet, ſi imagines aliqua re exornabimus, vt ſi coronis aut veſte purpurea:aut ſi qua re deformabimus,vt ſi cruentam aut cœno óblitam inducamus.

EXORNOR, ris.*adornor, ſubornor,ſollicitor.*de Inu.29 a, Et vtrúmne aliquem exornari oportuit, qui iſta prohiberet, ac fieri non ſineret, an non?

Syntaxis.*Orationem illuſtrare, & exornare.*

EXORO,as.*impetro.* de Orat. 96 a,Nūc te iam exoremus neceſſe eſt,vt nobis explices.&c.Epiſt.264 b,Exoro enim,vt mecum cœnet.pro Qu.Roſ.52 b,Quem ego vt mētiatur, inducere poſſum, ut peieret facilè exorare potero. Oct.

 336 b,

336 b,Ille ea exorabat,quę volebat auferre:tu extorques. de Or. 109 b,100 a, Ita me frater exorauit, vt huc ſecum venirem.I.A.217 b,& de Prou. 78 a, Antea deterrere te, ne popularis eſſes,non poteramus:nunc vt ſis popularis, exorare non poſſumus. *Frag.ep. Ego ibidem orans inter cœnam exoraui.

Exoror,ris *placor*,ꝑ Deiot.145 a, Cùm facilè exorari Cęſar,tum ſemel exorari ſoles.de Or.96 a, Brutus & Caſſius vtinam q̃ facilè à te de me impetrare poſſunt, ita per te exorētur,ne,&c.I.V.104 a,Negat illa poſſe hominē exorari.pro Mur.138 b,Viri non eſſe,neq; exorari,neq; placari. Poſtq.203 a,Bene meritos quin colas,exorari fas non eſt.

*Exorsvs,a,um.de Or.123 a,Reperiunt nō modò ea,quę iam non poſſint ipſi diſſoluere,ſed etiā quib.antè exorſa, & potius detexta,propè retexātur. pro Cęl.45 a,Quid tumultuaris ſoror?quid inſanis?quid clamore exorſa,verbis paruam rem magnam facis?

Exorsvs,ſus.*exordium*.pro Pomp.5 b,Quoniam is eſt exorſus orationis meæ.

Exortvs,tus. *ortus*. )(. *occaſus*. ad Her.23 a, Solis exortus, curſus, occaſus nemo miratur, quia quotidie fiunt. * de Diu.112 a, Qui exortus quoq; die ſigni alicuius, aut qui occaſus futurus ſit.

Exotericvs,a,um. At.63 b, Ariſtoteles in libris quos exotericos vocat,&c.

Expallesco,cis.*exalbeſco*.ad Her.7 b,Erubuiſſe, expalluiſſe,titubaſſe.

Expectatio,onis.*ſpes* cont.Rul.79 b, Nolo ſuſpenſam & incertam plebem Rom.obſcura ſpe & cæca expectatione pendére.Att.45 a, Ex tuis literis plenus ſum expectatione de Pompeio. & 30 a, Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli. Att. 26 b, Quantam mihi expectationem dediſti conuiuij iſtius. & 2 b, Crebras expectationes nobis tui commoues. in Saluſt.272 b, Scio me in reſpondendo non habere magnam expectationem,q̄, &c.Att.122 a,Pendeo animi expectatione Corfinienſi, in qua de ſalute reip decernitur. de Or. 115 a, Quo iſta maiora feciſti, eo me maior expectatio tenet quibuſdam rationibus, &c.Att.127 a, Aliquid in ſumma expectatione eſſe,audimus,&c. & 131 b,Omnis expectatio noſtra erat in nuncijs Brunduſinis. de Or.135 a,Nihil magis ridetur, quàm quod eſt præter expectationem.de Or.135 b,Decipere expectationem alicuius. Anteq. 195 b, Profectò iſtis hora bona nulla vacua expectatione periculi relinquetur. Offic 53 b, Suſt nes enim magnā expectationē induſtriæ noſtræ,magnā honorū,nonnullā fortaſſe nominis.Ep.18 b,Vt quā expectationē tui concitaſti,eam ſuſtinere ac tueri poſſis.de Or 99 b,Ea cauſa quo concurſu hominum,qua expectatione defenſa eſt? & 96 a,Nihil dicam expectatione veſtra dignum. Att.112 b, Nunc has expectationes habemus duas:vnā,&c.alterā, &c & 96 a, Varronis ſermo facit expectationē Cęſaris.de N.60 a,Neſcis quanta cū expectatione te ſim auditurus. Att.105 b, Scribis mirificam expectationē eſſe mei.de Or.192 a, Ea ſi paulo latiùs dixeris, expléris omnē expectationē diuturni deſiderij noſtri.Att.284 a,Summa eſt expectatio tui. Ep.19 a Summa ſcito in expectatione te eſſe.Tuſc.156 a, Cùm me in ſummam expectationē adduxeris. Att.48 a, Afferre expectationē alicui.Aca.3 b, Facere expectationē ſui.Ep.19 b,Vincere expectationem.& 245 b, Sum in expectatione omnium rerum. pro Clu.33 a,Summa omniū expectatio,quidnā ſententię ferent nūmarij iudices.* Cato.Vt expectatio à cognitione, aures ab oculis vincerentur.Att.49 a,Ego huic ſpei & expectationi, q̃ nobis ꝓponitur,maximè tamen volui præſtolari apud te in Epeiro. ¶ *Timor*.de Cl.189 b, Præteritorum recordatio eſt acerba, acerbior expectatio reliquorū. pro Rab.93 b,Harū rerum non ſolùm euentus atq; perpeſſio,ſed etiā conditio,expectatio, mentio ipſa deniq; indigna homine libero eſt.

† Syntaxis. *Obſcura ſpes,& cæca expectatio.ſynonyma.Expectatione ſum plenus de te.Mouere expectationem,dare,concitare,commouere, habere in legendo. Expectatione animi pendere. Suſtinere expectationem,explere. in expectationem adducere. Afferre alicui, facereque expectationem.eſſe in expectatione omnium rerum.*

Expectandvm. Ac. 6 a, Neq; hoc loco expectandum eſt, dum de remo inflexo reſpondeam.

Expectatvs,a,um:& tiſſimus.*exoptatus*. Att.56 a, Aduentus tuus mihi ſuauiſſimus, expectatiſſimusq; erit. Ep 145 b,Intellexi te laborare,vt ad me tuæ expectatiſſimæ literę perferantur.Ep.257 a, Charus omnibus expectatusq; venies.& 55 a,Venies,mihi crede, expectatus. de Sen. 91 a, Aliquis expectatus ad ampliſſimam dignitatem:*id eſt, de quo ſpes eſt,eum fore clariſſimum.*

Expecto,as.*præſtolor,ſpero*. Att 117 b,Diem ex die expectabam,vt ſtatuerem,quid eſſet faciendum.& 121 b,Expecto vt ſciam quid reſpondeas conſultationi meæ, I.A. 358 b, Hanc rem auidiſſimè ciuitas expectat. Att. 264 b, Quod cum magna ſpe expectauimus. Ep.253 a, Longiores expectabo,vel potius exigam. & 179, Non expectāt ſolùm, ſed poſtulant. I. A. De Aufidio non puto te expectare dū ſcribam, &c.de In. 73 a, non neceſſe eſt expectare, quin mox fiat,&c.Ep.256 a, Reliquum eſt, vt tuam perfectionem amore proſequar, reditum ſpe expectem, abſentem memoria colam.At.2 a,Nos hîc te ad menſem Ianuarium expectamus ex quodam rumore,&c.Ep 90 a,Omnia volo à me & poſtules & expectes.Att.35 b,Si homines tranſitum tempeſtatis expectare potuiſſent. & 71 b, Sed curſum expectabamus.

† Syntaxis. *Suauis & expectatus. Charus & expectatus. Ad gloriam expectatus. Diem ex die expectare. Spe expectare.*

Expectoro,as. *è pectore eijcio, expello*. de Orat. 157 b, Pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat.& 163 b,& Tuſc.213 a,Ennij.

Expediendvs,a,um.*abſoluendus*. de Clar. 178 a,Expediendis conficiendisq; rebus vincere alios. Qu fr. 316 b, Ad expediendum te,ſi cauſa fuerit,commorere. pro Mil.103 b,Si vita noſtra in aliquas inſidias incideret, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.

Expedio,is *libero,explico,extrico*.)(.*Impedio*.At.39 b, Aut nos expedies omni moleſtia, aut eris particeps I.P.95 b, Imò habeo gratiam:hærerem enim,niſi tu me expediſſes,Att. 49 a,Expedire ſe ab omni occupatione. I.V. 129 a, Expedire ſe ex laqueis.)(. *Inducere ſe in laqueos*. pro R. P. 126 b, Sapientis eſt,cùm ſtultitia ſua impeditus ſit,quoquo modo poſſit expedire.I.V.129 b,Videte, vt dum expedire ſeſe vult induat.Att.255 b, Quod ſatiſdato debeo,peto à te vt antè prouideas,planè expedias, & ſolutum relinquas.

¶ *Abſoluo*.Ep. 214 b, Peto à te vt eius negocia explices & expedias, tum iure & poteſtate quam habes, tum etiam autoritate & conſilio tuo.de Fin.62 a,Ii remotis ſenſibus, ne idipſum quidem expedire poſſunt quod differunt.Ep. 44 b,Expedire exitum inſtitutæ rei. Epiſt 92 a,Non deſinā cum Galba cōmunicare, ſi quid expedire poterit. de Sen. 89 a,Breuî expediam,agro bene culto,&c. Att.251 a, Nihil expedio niſi, &c. *id eſt,extrico*.

¶ *Promptum facio,facilè,ſine impedimēto*.pro Cæl.41 b,Cùm Licinius veniſſet,pyxidē expediret, manu porrigeret, &c. Epiſt.219 b,Peto à te vt eum expedias.& 138 b, Me aliud ex alio impedit:ſed ſi me expediero, &c.

Expedior,ris. Ep ſt.129 a, Nam non expeditur ſucceſſio, quando Galliæ,&c.Att.81 a,Dum hic nodus expediatur. * Frag ep. Ex cæteris generbus pecunia expedietur.

Expedit,bat.*vtile eſt,conducit* Att.115 b, Nihil Cæſari minus expedit ad diuturnitatem victoriæ & dominationis. pro Cæc. 288 a, Pecuniam in prædijs collocare expedit. pro Mar. 135 b, Multi dubitabant, quod ſibi expediret. cont.Rul.79 b,& 70 b,Idem expedit & tibi & mihi.Off.67 a,Facere quod vtile ſit, quodq; expediat. Ep.74 b, Quid rectum ſit,apparet:quid expediat, obſcurum eſt.I.A.240 a,Omnibus bonis expedit ſaluam eſſe remp. Attic.130 b, Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam.

† Syntaxis. *Id facere quod vtile eſt, ac expedit.*

Expeditè.*planè*. de Clar. 186 b, C.Cenſorinus quod propoſuerat explicans expeditè. de In.70.& 82.

Expeditio,onis.*abſolutio*.ad Her.41 a,Habet paucis comprehenſa breuitas multarum rerum expeditionem.

¶ *Bellum*.de Diu lib.1,Educere exercitum in expeditionē.

Expeditvs,a,um.& tiſſimus.*promptus,paratus,facilis,nulla re implicatus*. de Am. 68 a, Reditus ad cœlū optimo cuiq; expeditiſſimus eſt.Att.39 a,Quare aduola:expedita mihi erunt omnia,ſi te videbo. Qu.fr. 316 b, Sic habeto, nihil nobis expeditis fore fortunatius. pro Qu.4 a, Hic cū cæteris,quę habebat vadimonia differt,vt expeditus in Galliam proficiſci poſſet. pro Mil.106 b, Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda,nullis impedimentis.I.A.236 a,Expedito nobis homine & parato opus eſt, qui, &c.& ibi. Bonorum animus ad nutū noſtri ordinis expeditus iā nō erit.Anteq.193 a, Non cōuenit enim, cū ego ad promerendū officiū fuerim expeditus, vos ad referendā gratiā eſſe tardiores.cont.Rul.82 b,Ad vim prōtus,ad ſeditionē paratus,ad cædē expeditus. Qu.fr.316 b, Ea ſunt ad explicādū expeditiſſima.de Cla.188 a,Diſciplina Hermagorę ad inueniendū expedita. Att.78 a, Exercictus expeditus ad mutandū locū. de Cl. 180 b, Facilis & expeditus ad dicendū.de Or.120 b, Expeditus ad ꝓnunciandū.de Cl.187 a,A natura ſatis ſolutus, atq; expeditus ad dicendum.& 185 a, Expedita & perfacilè currens oratio. & 184 b, Expedita & profluens in dicendo celeritas. pro Fl.166 a,Illā viam ſibi videns expeditiorem ad honores.de Or.219 a,Quos locos multa cōmentatione & meditatione paratos atq; expeditos habere debitis.At.124 a,

Pom-

Pompeius expeditus anteceſſerat legiones XI. Luceria. Ac. 26 b, Sic igitur inducto & cōſtituto ꝓbabili, & eo quidem expedito, ſoluto, libero, & nulla re implicato, vides ꝑfectò Luculle, &c. de Fin. 55 b, Facilis & expedita diſtinctio. Ep. 239 b, Sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidē expedita ſunt. Att. 70 a, Sed non dubito, quin. S.C. expeditū ſit. Att 65 a, Indicia reliqua impendēt, nondū eſt planè expeditū de Aruſp. 247 b, Sed quoniam mea cauſa expedita eſt, videamus nunc, quid Aruſpices dicant.

† Syntaxis. *Facilis & expeditus ad dicendum. Solutus & expeditus Expedita & profluens celeritas. Expedita oratio, cauſa exercitus, homo in equo Ad cædem expeditus.*

EXPELLO, lis. *eijcio, exigo, detrudo, exturbo, depello.* Att. 156 b, Hi ſunt, qui me ciuitate expulerunt.

EXPELLOR, ris. pro Milo. 121 b, Ex vrbe expelli, exterminari, eijci. pro Qu 4 b, & 15 b, Expelli atq; eijci è prædio. contra Rul. 82 b, Expelli atq; exturbari ex agris.

EXPENDO dis. *perpendo, exquiro, examino.* Ora. 201 a, Nec verò vtetur impudenter hac copia, ſed omnia expendet ac ſeliget. Poſt. 207 a, Iidem expendunt atq; æſtimant voluptates. I.V. 240 a, Deinde hac expēdite ac æſtimate pecunia. de Orat. 137 b, Equidem cum colligo argumenta cauſarum, non tam ea numerare ſoleo, quàm expendere. pro Fl. 158 b, Vos qui in iudicijs teſtem diligenter expenditis. de Cl. 181 a, Nos qui hæc arte aliqua volumus expēdere. Off. 23 a, Quę contemplantes expendere oportebit, quid quiſq; habeat ſui.

¶ *Do, cum Pœnas.* Tuſc. 179 b, Expendere pœnas alicui.

EXPENDOR, ris. *æſtimor* pro R. P. 129 a, Hæc laus non poëtarum carminibus celebratur, ſed prudentium iudicio expenditur.

EXPENSVS, a, um. *datus.*)(*Acceptus.* I.V. 95 a, Expenſa Chryſogono H-S. ſexcenta, accepta pupillo Malleolo retulit, & ibi. Chryſogono expenſa lata ſunt. Att. 24 b, Ne tu expenſum muneribus ferres. Att. 247 b, Videas enim, vnde nummi ſint, mihi feras expenſum. I. A. 108 a, Quis vnquam in illo Iano inuentus eſt, q̄ L. Antonio mille nūmûm ferret expenſum? * pro Q. Roſc. 45 a, Qui per tabulas homines honeſti pecuniā expenſam tulerunt. ibid. Scripſiſſet ille, ſi non iuſſu huius expēſum tuliſſet? nō ſcripſiſſet hic quod ſibi expenſum ferre iuſſiſſet? ibid. Si tabulas C Fannius accepti & expenſi ꝓfert ſuas, in ſuā rem, ſuo arbitratu ſcriptas. & b, Quomodo H-S CCCIↃↃↃ in codice accepti & expenſi non ſunt? ibid. Non habere ſe hoc nomē in codice accepti & expenſi relatum confitetur. pro Q. Roſc. 46 a, Tamen in codicem acceptum & expēſum *hoc nomen* referri debuit. ibid. Vtrum cætera nomina in codicem accepti & expenſi digeſta habes, an non? I.V. 143 b, Quas pecunias ferebat ijs expenſas, quibus cum contrahebat, eas ipſi iſti referebat acceptas. pro Cecinn. 288 a, Se habere ait argentarij tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaq; relata.

¶ *Menſuratus.* ꝓ Fl. 160 a, Ante pedes prætoris in foro expēſum eſt auri pōdo centū paulò minus per Sex Cęſium.

EXPERGEFACIO. cis. *ex ſomno excito.* I.V. 243 b, Si fortè expergefacere te poſſes ad Her. 34 a, Hic Italiam tumultus expergefecit terrore ſubito.

EXPERGISCOR, ris. experrectus ſum. *à ſomno, vel de ſomno excitor, ſomno ſoluor.* L. EXPERRECTVS. Att. 38 a, Si dormis, expergiſcere. Academ. 14 a, Itaq; ſimul experrecti ſumus, viſa illa contemnimus. de Diu. 93 a, Cùm autē experrectus eſſes, hora ſecunda ferè te ſibi ſomnium narrauiſſe. in Sal. 274 a, Sed non ita experrecti ſumus, vt à te cauere poſſimus. Att. 217 b, Deinde cùm ſomno repetito ſimul cum ſole experrectus eſſem, datur mihi epiſtola à ſororis tuæ filia.

EXPERIENDVS, a, um *explorandus, tentandus.* de Diuin. 128 b, Babylonij CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundisq; pueris quicunque nati eſſent poſuerunt. pro Seſt. 26 b, Alicui magnos eſſe experiundos & ſubeundos labores. pro Cec. 291, Qui ad conſtitutum experiundi iuris gratia veniſſet. de Am. 108 a, Et iudicare difficile eſt ſanè, niſi expertum: experiendum autem eſt in ipſa amicitia. Attic. 145 a, Nunc ſine periculo experiendum erit: experiar certè, vt hinc auolem.

EXPERIENS, tis: & tiſſimus. *expertus* I V. 158 b, Homo nauus & induſtrius, experientiſſimus ac diligentiſſimus arator. & 208 a, pro Cl. 22 a, A. Aurius vir fortis & experiens. Epiſt. 47 b, Quod experiens quotidie probo.

EXPERIENTIA, tiæ *periclitatio, vſus, exemplum.* Planc. Epiſt. 154 b, Quæ ſi aduentus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ conſtantiæq; meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. pro Rab. 129 b, * Equidem Romanum, &c. non libidine, turpibus impenſis cupiditatem atq; iacturis, ſed experientia patrimonij amplificandi, labentem excepit: corruere non ſinit.



EXPERIMENTVM, ti. *argumentum.* Tuſc. 206 b, Sed nimirum hoc maximum eſt experimentum, cum conſtet, &c.

EXPERIOR, ris. *periclitor, periculum facio, vſu tractando cognoſco, tento.* Att. 101 a, Itaq; omnia experiar &, vt ſpero, aſſequar. Orat. 197 a, Experiri id noli, quod te aſſequi poſſe diffidas. Epiſt. 10 a, Te autem etſi mallem in meis rebus expertum, quàm etiam in tuis tamen, &c. & 317 b, Ego quod in me ipſo experiri potui, ad te refero. Orat. 197 a, Par eſt omnes omnia experiri, qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. pro Fl. 160 a, Si quid cū periculo experiri velis, in Caria id potiſſimùm eſſe faciēdum. pro Cæl. 50 a, Vim veneni aiunt Cælium eſſe expertum in ſeruo quodam ad rem ipſam parato, cuius perceleri interitu eſſet ab hoc comprobatum venenum. Att. 135 b, De Bruto etiam experti ſumus, quod nuper in edicto tuo ſcripſeram rogato tuo. I.A. 140 b, De me experior. At. 286 b, Experiar & tentabo omnia. At. 263 b, Facilè patior oblatum tempus, in quo amorem experiar tuum. de Cl. 185 b, Te arbitror malle ipſum tacere, quàm taciturnitatem noſtram experiri. * Frag. ep. His contraria atq; parata, vt eſſe ſolent, expertus ſum.

¶ *Item ad forum & iudicia relatū, ago in iure.* pro Qu. 12 b, Fuit ꝓcurator, qui cū experiri poſſet. & 13 b, Ego experiri non potui. ꝓ Qu. 6 b, Experiri ſummo iure. ꝓ Q. R. 49 a, Iudicio graui experiri nolebas. ꝓ Cęl. 41 b, Qui nunquā ne cōgreſſu quidē & cōſtituto cœperūt de tantis iniurijs experiri.

EXPERRECTVS, a, um. L. EXPERGISCOR. ꝓ S R. 42 a, Nobilitas experrecta remp. recuperauit. Anteq. 195 a, Nerei crudelitas in me experrecta, in vos conualeſcat, præcauete.

EXPERS, tis, *non particeps, vacuus, immunus.* de Orat. 168 b, Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuiſſe. de Orat. 108 a, Cenſebam oratorē nullius ornamenti expertē eſſe oportere. Att. 123 a, Pompeius omnes nos ἀπροσφωνήτους expertes ſui tanti ac tam inuſitati conſilij relinquebat. de Leg. 160 b, Cum cæterea ſint omnia rationis expertia. Off. 11 a, & Oct. 329 b, Veræ rationis & orationis expertes. Ep. 58 b, de Fin. 72 b, Te omnium periculorum video expertem fore. Orat. 298 b, Vtriuſque particeps vel vtriuſq; potius non expers. de Am. 112 a, Amicitiam nullā ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui. de Diu. 125 a, Placet igitur humanitatis expertes habere diuinationis autores. pro Corn. 38 b, Facere aliquem expertem alicuius rei pro Seſt. 13 b, Homo expers conſilij, & ingenij. * I V. 147 b, Vt nulla eius vitæ pars ſummę turpitudinis eſſet expers. de Vni. 201 a, Quinq; reliquis motibus orbē eum voluit eſſe expertem.

† Syntaxis. *Eruditionis expers & ignarus. Conſilij ſui aliquem relinquere expertem. Periculorum expers.*

EXPERTVS, a, um. *pragmaticus, habens vſum multarum & magnarum rerum, multarum rerum peritus, experiens.* de Orat. 115 a, Dicā enim tibi Catule, non tam doctus quàm (id quod maius eſt) expertus, &c. pro Mil. 114 b, Hoc quàm crebrò accidat, experti debemus ſcire. pro Cor. 58 a, Cuius audita virtus dubitationi locum non daret, huius præſens experta, atq; perſpecta obtrectatorum voce lædetur? de Amic. 108 a, Et iudicare difficile eſt ſanè, niſi expertum. pro Pl. 263 b, Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis. pro Dom. 215 a. Neq; in coniectura proſpiciebamus, ſed iā experti videbamus. * Anteq. 194 b, 195 a, Nerei crudelitas experta (*al. experrecta*) in me, in vos conualeſcat.

EXPETENDVS, a, um. *optabilis.* de Ora. 197 a, Qui res magnas, & maximè expetendas concupiuerunt. de Orat. 104 a, Quæ vulgo expetenda & optabilia videntur. de Am. 111 a, Ea quæ putant homines expetenda, honeſtas, gloria, tranquillitas animi atque iucunditas. de Fin. 117 b, Quod optabile eſt, id eſſe expetendum. pro Arch. 188 a, Nihil eſſe in vita magnopere expetendum, niſi laudem atque honeſtatem. Ep. 42 a, Quæ tamen omnia in expetenda amicitia tua ſecutus ſum. Att. 96 b, Nec me κενὸν in expetendo cognoſces, nec ἄτυφον in abijiendo. de Finib. 55 a, Voluptatem ipſam per ſe eſſe expetendam, & dolorem ipſum per ſe eſſe fugiendum. pro Mil. 111 a, Ille nocturnus ad vrbem aduentus vitandus potius quàm expetendus fuit. * de Vni. 231 a, O loca cæteroqui valde expetenda.

EXPETENS, tis. pro Pom. 14 b, Ne legaretur A. Gabinius Pompeio expetenti ac poſtulanti.

EXPEDITVS, a, um. de Finib. 72 a, Qui potiatur expetitis corporis voluptasibus. * de Prouin. 70 a, Vt is imperator in pœnam exercitus expeditus eſſe videatur.

EXPETO, tis *opto, cupio, peto, aſciſco.* I. P. 83 b, A me quidem etiam pœnas expetiſti, quibus coniuratorum manus mortuorum expiaretis. pro Deiot. 149 b, Expetere vitam alicuius. itē: Nō expetere vitā, nō capitis arceſſere. Ep. 173 b,

Erich

Erichthei filiæ cupidè mortem expetiuerunt. pro Mar.133 b, Deos pœnas ab aliquo ob aliquod delictum expetere. de Ar.254 a, Expetere pœnas domeſtici ſanguinis. de Or. 96 a, Sine quo hoc quod tu expetis, nunquam aſſequère. At.290 a, Noſtram gloriam tua virtute augeri expeto. pro Pomp.9 b, Italia ab hoc auxilium magnopere expetiuit.

EXPETOR, ris. de ſn.72 a, Expetere.)(*Vitare.* Orat.202 b, In concionibus tracta quædam & fluens expetitur oratio. ℘ Pom. 4 b, Pompeiũ ab omnibus ad id bellum imperatorem depoſci atq; expeti. de Or. 142 a, Si ſapientia tantopere expetitur, &c. de Fin. 133 a,b, Ea enim vita expetitur, quæ ſit animi corporiſq; expleta virtutibus. & 58 b, Nunc ſapientia expetitur, q' eſt tanquam artifex comparandæ voluptatis. de Orat.124 a, Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis eſt expetenda. de Fin.72 a, Itaque Epicurus ſemper hoc vtitur, vt probet, voluptatem natura expeti, quòd, &c. de Cl.183 a, Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in cauſis reijciendis fuit pro Fl.164 a, Nunc à Flacco Lentuli pœnæ per vos expetuntur. I.V.225 b, Athenienſium ſacra ſumma cupiditate expetuntur. * pro M. Scau. Fibri redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur.

EXPIABILIS, le, *placabilis*. I.A.246 a, Bellum expiabile. *aliàs, inexpiabile.*

EXPIANDVS, a, um. pro Mil.115 b, Cuius ſupplicio ſenatus religiones expiandas ſæpe cenſuit. pro Rab.92 b, Qui expediandũ forũ ab illis nefarijs ſceleris veſtigijs eſſe dico.

EXPIATIO, onis. *procuratio* de Ar. 247 b, Dijs violatis expiatio debetur. de Leg 163 b, Scelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio eſt.

EXPIATVS, a, um I. A.158 b, Expiato foro, diſſipato concurſu impiorum. de Leg. 163 b, Nam & ijs ſine illius ſuffimentis expiati ſumus.

EXPICTVS, a, um *epictus, deſcriptus, expreſſus.* Tuſc. 250 a,b, Qui motus hominum, qui ferarum non ita ab Homero expictus eſt, vt quę ipſe non viderit, nos vt videremus effecerit.

EXPILATIO, onis. *direptio.* Off.49 a, Expilatio direptioque ſociorum. * I. V. 49 a, Is in te non expilatione Aſiæ, vexatione Pamphilię, ſqualore & lachrymis Siciliæ cõcitetur? Off.59 a, Hinc expilationes & direptiones ſociorum naſcuntur.

EXPILATOR, ris. Qu.fr.291 a, Cùm domus hoſpitem, non expilatorem recepit.

EXPILATVS, a, um. de Orat. 154 a, Hæc ſumenda ſunt nobis ab ijs ipſis, à quibus expilati ſumus. pro Clu. 56 a, Expilato armario, pecunia ablata. I.V.214 a, Regem ſpoliatum expilatumq; dimiſit.

EXPILO, as. *diripio.* de Nat.76 b, Dionyſius fanum Proſerpinæ Locris expilauit. pro Pomp.14 b, Expilare ſocios, diripere prouincias.

EXPIO, as. *procuro.* I.P. 98 a, Tua ſcelera dij immortales in noſtros expiauerunt. de Ar. 245 b, Sed primùm expiabo religionem ædium mearum.

¶ *Placo.* I.P. 83 b, A' me quidem etiam pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum manes mortuorum expiaretis.

EXPIOR, ris. de Diu.135 b, Quæ dij ſignificent, quemadmodumq; ea procurentur atq; expientur. de Ar.251 b, Is nomen populi Romani tanto ſcelere contaminauit, vt id nulla re poſſit, niſi ipſius ſupplicio expiari. I.V. 266 a, Cereris numen iſtius ſupplicio expiari volebant. de Leg.173 b, Sacrum commiſſum, quod expiari non poterit, impiè commiſſum eſto: quod expiari poterit, publici ſacerdotes expianto. de Ar.249 a, Eaq; errata expiantur. Attic.15 a, Quare quæ violata ſunt expiabuntur. pro S.R.30 a, Quo *mari* cætera, quæ violata ſunt, expiari putantur.

† Syntaxis. *Expiare religiones, forum à veſtigiis ſceleris. Sine ſuffimentis expiari. Deus expiat ſcelera patris in filium. Expiare religionem ædium. Expiare Deum: id eſt, placare. Procurare, & expiare quæ à Deo ſignificentur. Sui ſupplicio ſcelus patratum expiare: id eſt, delere, purgare, veniam obtinere de.*

EXPIRATIO, onis. *exhalatio* de Nat.43 b, Terræ expirationibus aer alitur, & æther, & ſidera.

EXPISCOR, aris. *indago, inquiro.* I.P.94 b, Itaq; iſte ſimulatq; audiuit à philoſopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt. Ep.138 a, Neſcis me ab illo omnia expiſcatum. * Att.32 b, velim è Theophane expiſcere.

* EXPLANANS, tis de Diu.135 b, Iidemq; ſomniorum coniectionem definiunt hoc modo: eſſe vim cernentem & explanantem quæ à Dijs hominib. ſignificẽtur in ſomnis.

EXPLANATIVS, *planius, apertius.* Orat.207 b, Definire aliquid cùm explanatius, tum etiam vberius.

EXPLANATIO, onis. *explicatio, enodatio, interpretatio.* de Orat. 161 b, Commoratio vna in re permultum mouet, & illuſtris explanatio. de Diu.104 b, Quia erant multa obſcura & ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum. de Diu.135 b, Dij nobis obijciunt, quorum neq; ſcientiam, neq; explanationem habeamus. de Ar.248 a, Portentorũ explationes Hetruſcorum diſciplina continentur. de Ar. 246 a, Religionis explanatio, vel ab vno pontifice petito rectè fieri poteſt. ad Her.27 b, Explanatio eſt, quæ reddit apertam & dilucidã orationem. & 29, a, * Ratiocinatio eſt, per quam, &c. & crebrò noſmet à nobis petimus vniuſcuiuſq; propoſitionis explanationem. de Diuin.135 b, Similes ſunt dij, ſi ea nobis obijciunt, quorum neq; ſcientiam neq; explanationem habeamus.

EXPLANATOR, oris. *interpres, explicator.* de Diu.104 a, Sunt enim explanatores, vt grammatici poëtarum.

EXPLANATVS, a, um. de Fin. 42 b, In lingua ponebant explanatam vocum impreſſionem. de Fin.115 b, Nondum autem explanatum ſatis erat, quid maximè natura vellet: explanetur igitur.

EXPLANO, as, *interpretor, interpretationem vel explanationem facio, interpretatione explico, illuſtro, expono, perſpicuũ, planum facio, explico, aperio, patefacio.* de Cl.178 a, Explanare rem obſcuram interpretando. Or. 204 a, Verbum quod optimè ſonat, & rem maximè explanat. de Fin.77 a, Explanare aliquid apertiùs. Ep.30 b, Quapropter ille tibi omnia explanabit. Att.207 a, Planè quid ſit non intelligo: explanabis igitur. & 229 b, Explanabis igitur hoc diligentius. de Leg.171 a, Sed antè, &c. vim iſtius cœleſtis legis explana. Off 20 a, Quæ *ratio* docet & explanat, quod faciendum fugiendumq; ſit. de Orat. 116 a, Docilem autem facio, non tum cum polliceor me demonſtraturum, ſed tum cum doceo & explano.

EXPLANOR, ris. Off. 19 a, Hoc faciliùs intelligi quàm explanari poteſt, de Orat.235 a, Quæ coniectura explanantur longè aliter atq; ſunt. de Nat 60 b, de Orat.152 b, Ego verò, ſi quid explanari tibi voles, reſpondere volo.

EXPLEO, ples. *impleo, compleo, ſaturo, ſatio, abſoluo.* de Vn.196 a, Deus expleuit mundũ omnib. bonis. Or.220 a, Neque infarciens verba, quaſi rimas expleat. & 200 b, Explere ſentẽtias meliorib. numeris. & 219 a, Nihilo tamẽ aptius explet concluditq, ſententias. de Or.102 a, Ea ſi paulò latius dixeris, expléris omnẽ expectationẽ diutrni deſiderij noſtri. Ep.18 a, Nõ enim vereor ne nõ ſcribẽdo te expleã. de Sen.82 a, Explere diuturnã ſitim. ℘ Cęl. 47 b, Explere libidinẽ. Par.238 b, Explere cupiditates, ſatiare odium. ℘ S.R.43 a, Explere auaritiã ſuã pecunia. ad Her.34 b, Explere inimicitias & ſaturare odium. de Ar. 253 b, Explere intemperantiam alicuius. de Fin.73 b, Explere cumulatè vitã beatã. Off 58 b, Hanc igitur partẽ relictã explebimus. Ep 266 b, Noli cõmittere, vt excuſatione potiùs expleas officium ſcribendi, quàm aſſiduitate literarum. de Cl.178 a, Sic expleuit, quod vtriq; defuit. * pro Marc.135 a, Naturam ipſam expleueris ſatietate viuendi.

EXPLEOR, ris. Brut.286 a, Ijs qui illud malum exciderint, nihil quo expleri poſſit eorum meritum, tribui vnquam poterit. de Nat. 38 b, Saturnus annis inſatiabiliter expletur. de Orat 104 a, Quorum crudelitas noſtro ſanguine non poteſt expleri.

EXPLETIO, onis. de Fin.134 a, * In eaq; expletione naturę ſummi boni finem conſiſtere.

EXPLETVRVS, a, um. pro Dom.225 b, Nec illi cæmentis ac tegulis meorum tectorum ſe famem ſuam expleturos putauerunt.

EXPLETVS, a, um. *ſatur, plenus.* I.V. 169 b, Vt aliquando expleti ac ſaturati diſcederent. ℘ Syl.184, b, Te iam Torquate expletum huius miſerijs pigeat, &c.

¶ *Ornatus.* de Fin.133 a,b, Ea enim vita expetitur, quæ ſit animi corporiſq; expleta virtutibus.

¶ *Abſolutus.* de Fin.98 b, Quicquid enim à ſapiente proficiſcitur, id continuò debet expletum eſſe omnibus ſuis partibus. de N.33 a, Perfectum expletumq; omnibus ſuis numeris & partibus. de Am.109 a, Vt amicitiæ munus expletum ſit. de Fin.74 b, Expleta & perfecta forma honeſtatis. item: Quorum ſtudijs, ea quæ natura deſiderat, expleta cumulataq; habemus.

† Syntaxis. *Explere expectationem deſiderij. Explere inimicitias, & odium ſaturare. Explere quod reliquum eſt. Vita virtutibus expleta. Perfectum expletumque. Expletum & cumulatum.*

EXPLICANDVS, a, um. I. A.228 a, In legibus interpretandis, & æquitate explicandis. Off. 2 b, Præcepta Stoicorum, de quibus eſt nobis his libris explicandum. Attic. 120 b, O rem, in quis, inexplicabilem: atqui explicanda eſt. de Orat. 90 b, Quæcunque res inciderit, quæ ſit dictione explicanda.

* EXPLICANS, tis. de Clar.182 a, Hæc cùm grauiter, tum ab exemplis copioſè, tum variè, tum etiam ridiculè & facetè explicãs, eam admirationem aſſenſionemq; commouit.

EXPLICATE'. *enodatè.* de Orat.147 b, Explicatè & diſtinctè dicere.

Explicatio,onis. *interpretatio.* I.A. 209 b, Quarum rerum facilis explicatio videtur de Di. 135 a, Vtrum philoſophia dignus ſagarū ſuperſtitione iſta interpretari, an explicatione naturę. de N. 71 b, Quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum? de Diu. 106 b, Sed eſt quaſi rudentis explicatio * de Orat. 119 b, Explicationē magis illuſtrem perpolitamq; deſiderant. de Fin. 105 b, Nec verò pietas aduerſus Deos, nec quanta his gratia debeatur, ſine explicatione naturæ intelligi poteſt.

Explicator,oris. *explanator, interpres.* de In. 63 a, * Ad hūc quaſi ad quendam multò commodiorem explicatorem reuertantur. de Orat. 196 b, At laudatus eſt ab omnibus? Fateor, ſed ita vt rerum explicator prudēs, ſeuerus, grauis.

Explicatrix,cis. Acad. 45 a, Huic quaſi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ, &c.

Explicatvs,a,um. *apertus, definitus.* de Orat. 85 a, Veteris cuiuſdam memorię non ſatis explicata recordatio. pro Pl. 219 b, Sed mihi in cauſa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defenſionis ratio proponitur. de Or. 141 b. Locis eſt vtendum multis, illuſtribus & explicatis. Att. 139 b, Literæ tuæ, quibus nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfectius. de Pro. 76 b, Rem propè iam explicatam perturbare atque impedire. Offic. 17 a, Eoq; magis ſi plus adipiſcare re explicata boni, quàm addubitata mali. Ep. 78 b, Explicata & explorata ratio ſalutis. de Vn. 196 a, Explicata cognitio. Att. 71 a, Sed antequam proficiſcare, vtiq; explicatum ſit illud. H-S x x & dccc. de Nat. 1 a, Multæ res in philoſophia nequaquā ſatis adhuc exxlicatæ ſunt. de Diuin. 88 b, Somnia Antiphonis interpretatione explicata.

¶ *Tractatus.* Top. 221 a, Ariſtotelis Topica, quæ ſunt ab illo pluribus libris explicata. de Cl. 179 a, Capita multa expoſita, nec explicata.

¶ *Effuſus.* de Orat. 98 a, Tanquam in aliquam locupletem domum venerim, non explicata veſte, neq; propoſito argento, neq; ſignis ac tabulis propalam collocatis

¶ *Iacens.* cont. Rul. 85 b, Capua planiſſimo in loco explicata.

¶ *Decretus, certus.* Br. 91 b, Mihi non erat explicatum, quid agerem.

Explicatvs,tus. *explicatio.* de N. 79 a, Natura deorum obſcura eſt, & difficiles explicatus habet.

Explico,cas. *expono, dilato, in medio pono, enodo, euoluo, aperio, dico, recito, verbis rem amplector, exitum reperio, extrico.* Att. 119 b, Quid in vtranq; partem mihi in mentem veniat, explicabo breui. de Diu. 81 a, Chryſippus totam de diuinatione duobus libris explicauit ſententiam. item: Perfice, vt Craſſus quæ coarctauit, & peranguſtè refercit, in oratione ſua dilatet nobis atq; explicet. I.A. 211 a, Quæ tria dū explico, quæſo attendite. Ep. 67 b, Explicare cauſas rerū. de Orat. 93 a, Nunquam te, niſi omnia, quæ percunctati erimus, explicâris, dimittemus. de Cl. 166 a Explicare ordines temporum. de Diu. 109 b, Explicare philoſophiam. pro Fl. 148 a, Explicare ſe dicendo. de Fin. 64 a, Explicare ſententiam ſuam. Orat. 107 b, Explicare mentem ſuam de quaq; re. Att. 159 a, Explicare cogitationes ſuas literis. Ep. 96 b, Explicare, quid ſit optimum factu. de Or. 97 b, Summorum oratorum Græcas orationes explicabam: quibus lectis hoc aſſequebar, vt cum ea quæ legerē Græcè, Latinè redderem, non ſolùm optimis verbis vteretur, ſed etiam, &c. Epiſt. 142 a, κύκλον παιδείαν quam contriueram legendo, totam in hoc imperio explicaui. pro Pomp. 9 b, Siciliam vndiq; cinctam periculis nō terrore belli, ſed celeritate conſilij explicauit. de Diu. 116 b, Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? pro Cęl. 52 a, Qui ſe profectò nunquam, ſi in iſtum locū proceſſerint, explicabunt *id eſt, expedient, extricabunt.* Offic. 67 a, Si quis voluerit complicatam animi ſui notionē euoluere. I.V. 149 b, Explicare aliquid apertiſſimè & planiſſimè. contra Rul. 68 b, Is explicat orationem ſanè longam. pro S.R. 35 a, Veniat modò, explicet ſuum illud volumen, quod, &c. de Vn. 201 b, Hæc ſi verbis explicare conemur, fruſtra laboremus. Part. 241 a, Explicare & excutere aliquod verbū. de Cl. 186 b, Explicare expeditè, quod ꝓpoſueris. de Fin. 97 a, Explicare aliquid definitione. Att. 244 b, Nos τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnificè explicamus. de Di. 134 a, Si velim grammaticū aut phyſicum quiddā explicare ꝓ Fl. 155 b. Niſi mihi totam rationē omni & perſonarum genere & literarum explicâris. Tuſc. 183 a, De omni animi perturbatione explicabo. Att. 102 a, Eiuſq; rei cauſam verè explicas. * Hortenſ. Magna etiam animi contētio adhibēda eſt, explicando Ariſtotelem, ſi legeris. ibid. Vt breuiter totū explicem. Incer. Chryſippus æſtuans laboranſq; quónam pacto explicet, & fato omnia fieri, &c.

¶ *Abſoluo.* Epiſt. 214 b, Alicuius negocia explicare, & expedire. Attic. 74 b, Negocia noſtra amabo te, explica.

¶ *Expedio.* Att. 131 a, Quare da operā vt te explices, & huc quàm primùm venias. * Att. 129 b, Nunc cùm hoc tempore nihilo magis ego quàm vos ſubſidio Domitio iie.

¶ *Indico, demonſtro, oſtendo, expendo, excutio.* I.V. 59 a, Vitam alterius totam explicare, atq; eam in oculis conſpectuque omnium exponere.

¶ *Excito.* Off. 68 a, Explica atque excita intelligentiā tuam, vt videas, &c.

¶ *Produco.* Att. 69 b, Laxare aliquod ædificium, & explicare illud vſque ad aliquem locum.

¶ *Decerno.* Att. 214 b, Si Faberius nobis nomen illud explicat, noli querere quanti.

Explicor,ris de Nat. 54 a, Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. Att. 190 b, Nihil vidi vnquam, quod minus explicari poſſit. Att. 116 a, Explicari res non poteſt. de Fin. 68 a, Aperiendum eſt igitur, quid ſit voluptas: aliter enim explicari, quod quæritur, non poteſt. quam ſi explicauiſſet, non tam hæſitaret.

Explodo,dis *eijcio, exſibilo.* de Di. 126 b, Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam communis exploſit.

Explodor,ris. de Or. 108 a, Aeſopum, ſi paulùm irraucuerit, explodi video. Part. 120 a, Hiſtrio ſi paulò ſe moueat extra numerum, exſibilatur & exploditur. pro Qu. 50 a, Erotes comœdus non modò ſibilis, ſed etiam conuitio è ſcena explodebatur. Qu. fi. 131 b, Multa dixi in ignobilem regē, quibus totus eſt exploſus. Off. 2 a, Ariſtonis & Pyrrhonis exploſa ſententia eſt. de Fin. 129 b, Iam exploſæ eiectæq; ſententiæ Pyrrhonis & Herilli. pro Clu. 35 b, Id quod tum exploſum & eiectum eſt.

Explorate. *certè, planè* Plan. Ep. 148 a, b, Non ſolùm bene ſperare de nobis homines, ſed exploratè iudicare volumus. de Nat. 1 a, Exploratè perceptum eſſe & cognitum. Epiſt. 259 a, Exploratè nauigare.

Exploratvs,a,um: tius, & tiſſimus. *certus, explicatus.* )( *Dubius.* Att. 47 a, Fac, vt omnia ad me perſpecta & explorata perſcribas. I.A. 228 b, Magna ſpe & propè explorata, libertatis cauſam ſuſcepimus. Off. 75 b, Spes alicuius explorata. de Nat. 14 a, Non eſt igitur tam explorata iſta ratio ꝗ̃ videtur. Epiſt. 78 b, Explorata nobis eſt victoria. pro Muræn. 136 a, Sic vt ei iam exploratus & domi conditus conſulatus videretur. Att. 12 a, Vt non libeat cuiquā dare, niſi de quo exploratum ſit tibi eum redditurum. Ep. 27 b, De quo mihi exploratum eſt, ita eſſe, vt tu ſcribis. Poſtquam. 201 a, Cùm mihi eſſet exploratiſſimum, P. Lentulū proximo anno conſulem futurū. Ac. 14 b, Cui poſſit exploratum eſſe de ſua ſalute? Att. 287 a, Quid enim exploratius eſſe poteſt, ꝗ̃ illius animus in rempub. Epiſt. 131 b, Cùm mihi erit exploratum, te libenter eſſe riſurum, ſcribā ad te pluribus. de N. 160 b, Quid, ſi ne id quidē exploratū eſt, fore vt mihi liceat. Att. 252 a, & 261 a, Brunduſiū pergere cogito: felicior enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur, ꝗ̃ piratarum; qui apparêre dicuntur. & 119 b, Dixi, me nullo modo facere poſſe, niſi mihi exploratum eſſet, eum Tyrannoctonis amicum fore. de Sen. 91 a, Quis eſt tam ſtultus cui ſit exploratū, ſe vſq; ad veſperū eſſe victurum? Att. 47 b, Literæ à timore exploratæ.

Exploratvm habeo, *id eſt, compertum, perſpectum, cognitum.* de N. 12 a, Deus habet exploratum, fore ſe ſemper. I.A. 212 a, Poteritis igitur exploratam habere pacem, cum in ciuitate Antonium videatis? Att. 275 b, Si exploratum habere cœpero, Cæſarem honoribus extraordinarijs fore contentum. & 141 b, Cæſarem hoc idem probaturum, exploratum habeo. de Diu. 121 a, Illud exploratum habeo, nihil fieri poſſe ſine cauſa.

Exploro,as. *indago, exquiro, obſeruo.* I.V. 244 b, Quæ nanis quidem proſpectare iam exilium, & explorare fugam videbatur. ad Bru. 286 b, Futura quoque niſi antè ſit occurſum explores, ne ſe inſinuent. Att. 97 a, Sed explora rem totam. pro Pom. 10 b, Pompeius Siciliam adijt, Africam explorauit. de Or. 173 b, Vide quæſo ea quæ reſtant, & explora cum iſtis.

† Syntaxis. *Id mihi perſpectum, exploratum, & cognitum eſt. Exploratè nauigare. Eſſe alicui exploratum.*

Explosio,nis. Epiſt. 121 b. *Cælij.* * Multa tranſi, inprimis ludorum exploſionis, & funerum, & cæterarum ineptiarum.

* Explosvs,a,um. pro Clu. 35 b, Id quod tum exploſum & eiectum eſt. de Fin. 129 b, Iam exploſæ eiectæque ſententiæ Pyrrhonis & Herilli. Off. 2 a, Ariſtonis, Pyrrhonis & Herilli iampridem exploſa ſententia eſt.

Expolio,lis. *excolo, exorno, perpolio.* de Inuen. 62 b, Nihil ſimplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. de Or. 155 b, Plato Syracuſium Dionem doctrinis omnibus expoliuit. & 112 a, Nox te, inquit, nobis Antoni expoliuit. ad Her. 11 a, Difficillimum verò eſt inuentum expolire,

polire.de Inu. 56 b, Neque eâdem ratione expolire partitiones.

EXPOLITIO, onis. *exornatio, explicatio.* Orat 215 a, In verbis ineſt materia quædam, in numeris expolitio. de Orat. 89 a, Oratio ornata, & artificio quodam & expolitione diſtincta. de Inuent. 56 b, Argumentatio eſt inuenti artificioſa expolitio Qu.fr. 323 a, Expolitiones vtriusque noſtrûm ſunt in manibus, ſed tua ad perfectum. * & 319 a, Vrbanam expolitionem vrget ille.

¶ *Item exornatio quædam ſententiarum.* ad Heren. 37 a, Expolitio eſt, cum in eodem loco manemus, & aliud atque aliud dicere videmur. Ea dupliciter fit. * & b, Ergo huiuſmodi vehementer ornata poterit eſſe expolitio, quæ cõſtabit ex frequentibus verborum exornationibus & ſententiarum. Hoc modo igitur ſeptem partibus tractabitur. ad Heren. 38 a, In his igitur generibus expolitio verſatur: de qua producti ſumus vt plura diceremus: quòd non modò cùm cauſam dicimus adiuuat & exornat orationem, ſed multò maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem.

EXPOLITVS, a, um. de Cl. 173 a, Tuditanus omni vita atq; victu excultus, atque expolitus. de Diuin. 118 b, Cùm aut ad lineamenta oris peruentum eſt, tum intelligas illud, quod iam expolitum ſit, intus fuiſſe. * de Conſolat. Bonis ſtudijs atque artibus expolitos.

EXPONENDVS, a, um. *aperiendus.* Anteq. 195 a, Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem. de Orat. 113 a, Si mandata ſint exponenda in ſenatu ab imperatore. Orat 17 b, Si exponenda narratio eſt.

EXPONO, nis. *edisſero, exprimo.* pro S.R. 26 b, Ab initio, res quemadmodum geſta ſit, vobis exponam. pro Mil. 106 a, Exponere rem geſtam. de Am. 96 a, Quas ſententias in hoc libro expoſui meo arbitratu. de Am. 95 b, Is expoſuit nobis ſermonem de amicitia, &c. I.V. 59 a, Vitam alterius totam explicare atq; eam non modò in animis iudicum, ſed etiam in oculis conſpectuq; omnium exponere. de Orat. 104 b, Quam orationem in Originibus ſuis expoſuit ipſe Cato. de Inuen. 63 a, Exponere præcepta diligenter enodata. I.C. 113 b, Exponere aliquid ex memoria. de Orat. 150, Qui artes rhetoricas exponunt.

¶ *Narro.* de Fin. 77 a, Exponere mandata alicuius alicui. de Leg. 193 b, Qui magiſtratu abierint, apud cenſores edant & exponant, quid in magiſtratu geſſerint. de Fin. 93 a, Equidem ſoleo, quod vno Græci, ſi aliter non poſſum, idem pluribus verbis exponere. Par. 233 b, Dictum de altero eſt, expone nunc de reprehendendo. de Orat. 93 b, Hoc de quo modò expoſuit Antonius. Epiſt. 14 a, Ego autem cum illa ſequor, quæ paulò ante propoſui, tum hoc non in poſtremis, de quo cœperam exponere. Epiſt. 10 a, Quod tibi vt planius exponam, paulo altius repetam. & 12 a, Summam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, ſi potero, breuiter exponam. Orator. 200 a, Difficile eſt formam exponere optimi. I.P. 81 a, Expoſui breuiter conſulatum meum: audi nunc, &c. pro Cæl. 44 b, & Epiſt. 68 b, Reddere & exponere rationem alicuius facti.

¶ *Explico, propono, palàm pono, diſpono, offero, exhibeo.* Offic. 62 a, Frumentum aduexi, expoſui, vendo meum, &c. Att. 70 b, 71 a, Exponere & numerare pecuniam. pro Muræ. 142 a, Atque ille ſtrauit lectulos, & expoſuit vaſa Samia. Tuſc. 199 b, Expones, quæ ſpectat florida & varia? * 2. Acad Vitam ſuam exponere ad imitandum iuuentuti.

EXPONOR, ris. Epiſt. 59 b, Hoc in ſermone, cùm à me exponeretur, quæ mea expectatio fuiſſet orationis tuæ, viſa eſt oratio non iniucunda.

† Syntaxis. *Exponere literis, argumentis. Explicare & in oculis, conſpectuq; exponere. Mandata exponere. Exponere ſuam pecuniam.*

*EXPORTANDVS, a, um. I. V. 84 a, O portendum in vltimas terras exportandum. I. V. 146 a, Quæ occultiùs exportanda erant.

EXPORTATIO, onis.)(. *Inuectio.* Offic. 35 a, Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio certè nulla eſſet, niſi his muneribus homines fungerentur. * I.V 146 a, His exportationibus, quę recitatæ ſunt, ſcribit H S L X. ſocios perdidiſſe ex viceſima pertorij Syracuſis.

*EXPORTATVS, a, um. I.V. 146 a, Quid ex cæteris locis exportatum putetis.

EXPORTO, as.)(. *Inueho.* pro Fl. 149 b, Qui in fame frumentum exportare auſus eſt. * I.V 144 b, Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam, multam Deliacam ſupellectilem, plurima vaſa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam, Syracuſis exportaſſe. I.V. 242 a, Sic hanc tertiam dilexit, vt eam ſecum ex prouincia exportaret.

EXPORTOR, ris. in Vat. 31 a, Vt inde aurum exportari, argentumque prohiberes pro Pomp. 6 b, Aſia fertilis multitudine earum rerû quæ exportantur. * I.V. 217 b, Quod *ſignum Dianæ* cùm ex oppido exportaretur. pro Flac. 160 a, Cùm aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus veſtris prouincijs Hieroſolymam exportari ſoleret: Flaccus ſanxit edicto, ne ex Aſia exportari liceret.

† Syntaxis. *Exportare: & cum præpoſitione Ex.*

EXPOSCO, ſcis. pro Mil. 119 b, Miſericordiam ipſe non implorat: ego autem repugnante hoc imploro & expoſco.

EXPOSITIO, onis. ad Her. 6 b, Narratio defenſoris ſimplicem & dilucidam expoſitionem habere debet. de Orat. 162 a, Expoſitio ſententiæ ſuæ. ad Her. 36 a, * Deſcriptio nominatur, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam & dilucidam cum grauitate expoſitionem.

EXPOSITVS, a, um. *explicatus, declaratus.* de Orat. 100 b, Expoſitæ à Cn. Flauio primùm actiones. I.C. 113 a, Pòſt autem aliquantò toto Vulturtij iam indicio expoſito atque edito, ſurrexit, &c. Orat. 198 a, Ille ſermo noſter, qui eſt expoſitus in Bruto. de Clar. 179 a, Capita multa expoſita, nec explicata.

¶ *Diſpoſitus, appoſitus, paratus.* I. V. 207 b, & 214 a, Ab hoc abaci vaſa omnia vt expoſita fuerant, abſtulit. Par. 233 b, Ingenijs hominum criminoſorum expoſita eſt vita innocentium. pro Qu. 13 b, Quaſi eximio præmio ſceleris expoſito. Att. 2 b, Signa quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita. pro Cl. 24, Totam cauſam iudices explicemus, atque ante oculos expoſitam conſideremus. I. V. 207 a, Cùm eſſent triclinia ſtrata, argentumq; expoſitum in ædibus. pro Qu. 17 b, Domus patens, atque adeò expoſita cupiditatibus de Orat. 163 a, Colores pictori expoſiti ad variandum. * I. A. 182 a, Quod cùm ipſum factum per ſe præclarum atque diuinum eſt, tum expoſitum ad imitandum.

EXPOSTVLATIO, onis. *criminatio, quædam accuſatio.*)(. *Purgatio.* Epiſt. 35 a, Nunc cognoſce æquitatem expoſtulationis tuæ. Qu.fr. 306 a, Fuerunt contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio. Pro Cl. 52 a, Cùm eſſet expoſtulatio facta. pro Dom. 216 a, Flagitabar bonorum expoſtulatione, &c.

EXPOSTVLANDI. Ep. 41 a, De qua *ſuſpicione & dubitatione* alienum tempus eſt mihi tecum expoſtulandi, purgandi autem mei neceſſarium. Epiſt. 28 b, Sed locus videtur eſſe tecum expoſtulandi.

EXPOSTVLO, as. *expoſco, expoſtulationem facio.*)(. *Purgo.* I.V. 156 b, Omnes de noſtris iniurijs expoſtulant. Epiſt. 61 a, Facilis à te exiſtimari debeo, qui nihil tecum de ijs ipſis rebus expoſtulem. pro Syl. 175 b, Aut quoniam tam facilè inueheris in amicos, cur non iracundius aut vehementius expoſtulaſti? pro Pl 271 a, Sed venio ad L. Caſſium, cuius ex oratione ne illum quidem Iuuentium tecum expoſtulaui. pro Qu R. 53 a, Vix medius fidius tu Fanni à Ballione hoc expoſtulare auderes, & impetrare poſſes.

† Syntaxis. *Cum amico tempus expoſtulandi. Expoſtulare de iniurijs. Cum aliquo aliquem expoſtulare: & aliquid in aliquo.*

EXPRESSE'. *planè, apertè.* ad Her. 26 a, Expreſsè conſcripta ponere oportet exempla.

EXPRESSVS, a, um.)(. *Adumbratus.* de Nat. 16 a, Species deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis.

¶ *Firmus, confirmatus, apertus.* Epiſt. 8 a, Hæc vides quantò expreſſiora, quantoq; illuſtriora futura ſunt. pro Pl. 265 a, Hæc ſunt iudicia ſolida & expreſſa, hæc ſigna probitatis. pro S. R. 28 b, Expreſſa ſceleris veſtigia extant. pro Cęl. 39 b, Expreſſa ſigna virtutis.)(. *Adumbrata, &c.* Tuſc. 190 b, Res ſolida & expreſſa, non adumbrata. Offic. 65 b, Sed nos veri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur. & 27 a, Sonus erat dulcis, literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ. pro Fl. 157 b, Fateantur in perſona Meandri expreſſam eſſe faciem ciuitatis. pro Arch. 188 b, Multas imagines fortiſſimorum virorum expreſſas ſcriptores nobis reliquerunt. de Orat. 147 a, Aliquod vitium imitatione ex aliquo expreſſum. pro S.R. 26 a, Vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. pro Qu. R. 48 a, Perſona illa impura, inuiſa in huius moribus, natura, vitaq; eſt expreſſa. pro Arch. 191 b, Reliquere effigiem virtutum noſtrarum ſummis ingenijs expreſſam & politam. de Leg. 162 a, Lex eſt iuſtorum iniuſtorumq; diſtinctio, ad illam rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur. pro Arch. 189 b, Bellum Mithridaticum totum ab hoc expreſſum eſt.

¶ *Vt extractus.* de Diu. 123 b. Hoc auſpicium diuini nihil habere poteſt, quod tam ſit coactum & expreſſum.

& 117 a, Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit.

¶ *Editus accuratè.* Att. 151 b, Omnem illius meumq; ſermonem omnibus verbis expreſſum tibi ſtatim mittam.

¶ *Translatus.* de Fin. 49 a, Cùm ijdem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas non inuiti legant. Lim.

*Tu quoq; qui ſolus lecto ſermone Terenti*
*Conuerſum expreſſumq; Latina voce Menandrum*
*In medio populi ſedatis vocibus effers.*

EXPRIMENDVS, a, um. *aperiendus.* de Orat. 86 b, Omnis vis ratioque dicendi in eorum qui audiunt, mentibus aut ſedandis, aut excitandis, exprimenda eſt. Qu. frat. 325 b, Tu qui omnes iſto eloquendi & exprimendi genere ſuperaſti. Orat. 215 a, Oratio ad exprimendos animi ſenſus reperta.

¶ *Conficiendus.* pro Rab. 91 b, An de tabulario incenſo longa oratio eſt exprimenda. Orator. 202 b, Perfecti oratoris ſpecies exprimenda eſt,

EXPRIMENS, tis. de Orat. 162 a, Manus digitis ſubſequens verba non exprimens. & ibidem b, Geſtus ſcenicus, verba exprimens. de Ar. 258 a, Poëta fingendo exprimens Scyllam aut Charybdim.

EXPRIMO, is. *expono, eloquor, oratione complector, imitor, effingo.* Acad. 19 a, Nemo ſuperiorũ non modò expreſſerat, ſed ne dixerat quidẽ, poſſe hominẽ nihil opinari. de Diuin. 97 a, Atque hanc ſpeciem Praxiteles celauit argento, & noſter Archias expreſſit verſibus. item: Cur non ipſius cõfeſſionem multorum oculis, facinoris deniq; voce tanti ſceleris crimen expreſſerint? Ep. 43 b, Exprimere formam reipub. & temporum, de Orat, 117 a, Exprimere quandam formã dicendi. pro Cecin. 294 a, Qui iura non vtilitate cõmuni, ſed literis exprimis. ad Heren. 39 b, Exprimere & effingere formam alicuius. de Diuin. 97 b, Exprimere quædam verba imitando. de D. 93 b, Hæc verba ipſa Platonis expreſſi: igitur, &c. Att. 124 a. Ille vir quem noſtris libris ſatis diligenter, vt ibi quidem videmur, expreſſimus. de Orat. 125 a, Exprimere oratione mores alicuius. Ac. 41 a, Qui non verba, ſed vim Græcorum expreſſerunt poëtarum. pro R. P. 223 a, Filius liberalitate vitam patris expreſſit. de Orat. 117 a, Exercitatio, qua illum quem antè delegeris, imitando effingas atq; exprimas.* de Orat. 87 b, Quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus. de Leg. 161 b, Hunc locum ſatis in his libris expreſſit Scipio. Attic. 19 a, Tu ſi his blanditijs tamen à Sicyonijs nummulorum aliquid expreſſeris.

¶ *Aufero.* pro Mil. 103 a, & Orat. 212 a, Hanc legem à natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.

¶ *Cum labore obtineo*, Attic. 19 a, Si tuis blanditijs tamen à Sicyonijs nummulorum aliquid expreſſeris. I. V. 143 b, Nullam pecuniam ſtatuarum nomine, niſi vi expreſſam & coactam. I. V. 171 b, Cùm in ius ipſum eduxi, expreſſi, vt conficere tabulas ſe negaret. * Attic. 194 b, HS DC exprimes ab Hermogene.

EXPRIMOR, ris. *effingor.* Orat. 197 b, Vnde illud quaſi imago exprimatur. de Orat. 144 a, In libris Platonis ferè omnibus Socrates exprimitur.

¶ *Exponor.* de Fin. 93 a, Nec tamen exprimi verbum è verbo neceſſe erit, vt interpretes indiſerti ſolent. * de Orat. 87 a, Neq; ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi poſſint.

¶ *Pronuncior.* de Or. 146 b, Nolo exprimi literas putidiùs, nolo obſcurari negligentiùs.

† Syntaxis. *Expreſſum ac eminens. Expreſſum & illuſtre exemplum. Solida & expreſſa iudicia. Sonus non expreſſus, neq; oppreſſus Expreſſa & polita effigies. Coacta & expreſſa vix pecunia. Imitando effingere & exprimere. A' natura vitium exprimere. Fabulæ ad verbum de Græco expreſſæ.*

EXPROBRANDI, do. pro S. R. 25 b, Non enim hoc exprobrãdi cauſa, ſed commonendi gratia dicam. de Orat. 137 a, Quid ſi quæ vitia aut incommoda ſunt in iudicibus, ea tu in aduerſarijs exprobrando non intelligas te in iudices inuehi?

EXPROBRANS, tis. de Amic. 109 b, Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium.

EXPROBRO, as. *obijcio, probro, vitio & culpæ do, verto, &c.* I. V. 262 a, Num tibi caſus bellicos exprobrare, aut obijcere videor? Epiſt. 71 b, Neſcio, quomodo illæ ipſæ literæ quaſi exprobrare mihi videntur, quòd in vita maneam. I. S. 274 b, Exprobrare languorem alicui. de Am. 109 b, Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant.

† Syntaxis. *In aliquo exprobrare: &, alicui. Exprobrare, aut obijcere aliquid. Officia exprobrare.*

EXPROMO, mis. *profero, expono.* Epiſt 67 a, Quæ nunc expromam abſens audaciùs. de Legib. 173 a, Sed iam exprome, ſi placet, leges iſtas de religione. Attic. 29 b, Deinde ſuum exprompſit odium. pro Dom. 225 a, Sed quid ego veſtram crudelitatem expromo? pro Mil. 108 a, In meo inimico crudelitatem exprompſiſti tuam. Quint. frat. 295 b, Vtpudeos ipſos, quod ab ijs didicerimus, velimus expromere. de Diuin. 139 a, Conferre cauſas, & quid in quanq; ſententiam dici poſſit, expromere.



EXPROMOR, ris. I. C. 109 a, Quorum omnis induſtria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. Orat. 208 a, Cauſa, in qua vis eloquentiæ poſſit expromi.

EXPVGNATIO, onis. pro Pom. 6 a, Ipſorum aduentus in vrbes ſociorum, non multùm ab hoſtili expugnatione differt. * I. V. 86 a, Illa verò expugnatio fani antiquiſſimi & nobiliſſimi Iunonis Samię, q̃ luctuoſa Samijs fuit? quàm acerba toti Aſiæ? quàm clara apud omnes? quàm nemini veſtrûm inaudita? De qua expugnatione cùm legati ad C. Neronem in Aſiam Samo veniſſent. de Sen. 79 b, Vt vrbium expugnationes, &c. recordentur. Att. 184 a, Metu nocturnarum expugnationum.

EXPVGNATOR, oris. *vrbis expugnator.* de In. 59 a, * Si quis apud Alexandrum Macedonem contra aliquem vrbis expugnatorẽ diceret. I. V. 77 b, Non adulterũ, ſed expugnatorem pudicitię, &c. in veſtrum iudicium adduximus.

EXPVGNO, as. *capio vi.* pro Clu. 24 b, Hoc ſe Aiulio, tanquam aliqua machina admota, ſperabat ſe capere Aſinij adoleſcentiam, & fortunas eius expugnare poſſe. pro Cæl. 47 b, Expugnare pudicitiam. in Verr. 134 b, Certa aliqua ratione expugnare: *id eſt, conuincere.*

¶ *Extorqueo.* I. V. 85 a, Dij immortales, quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationẽ expugnauit.

EXPVGNOR, ris. Parad. 120 b, Sapientis animus nunquã vincitur, nec expugnatur.

† Syntaxis. *Ratione expugnare: id eſt, conuincere. Legationem ſibi expugnare allegationibus. Vincere & expugnare.*

EXPVLSIO, onis. * Offic. 36 b, Inuidię præterea multitudinis, atq; ob eas bene meritorum ſæpe ciuium expulſiones, calamitates, fugæ, &c. quanquam fortuita ſunt: tamen ſine hominum operibus & ſtudijs neutram in partẽ effici poſſunt. Parad. 125 a, Qui expulſiones vicinorum, &c. recordatur, vel videt.

EXPVLSOR, oris. pro Qu. 5 a, Iſte bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor annum & ſex menſes nihil petit, quieſcit, conditionibus hunc quoad poteſt, producit, à Cn. Dolabella prætore poſtulat, vt ſibi Quintius iudicatum ſolui ſatis det, ex formula, quod ab eo petat.

EXPVLSVS, a, um. pro Clu. 20 b, Epulſa atq; exturbata filia. & 57 b, Cupiditate matris expulſa ex matrimonio filia. Att. 119 a, Non expulſi, ſed euocati è patria. pro Mil. 111 a, Multi à Clodio bonis expulſi.

EXPVLTRIX, cis. Tuſc. 228 b, Philoſophia expultrix vitiorũ.

EXPVRGANDVS, a, um. de Clar. 188 b, Quo magis expurgandus eſt ſermo.

EXPVRGO, as. *quaſi expio.* Antequam. 196 a, Expurgare, ſuſpicionem dimouere.

EXPVTO, as. *excogito, reputo.* Epiſt. 159 a, Et rurſum quæ mens eum à tanta gloria auocârit, & ad cogitationẽ conſulatus bimeſtris tranſtulerit, exputare non poſſum. Planci.

EXQVILIAE, arum. *mons Romæ.* de Leg. 175 a.

EXQVILINVS, a, um. de Orat. 134 a. I. P. 91 b. Exquilina porta.

EXQVIRENDVS, a, um. pro Flac. 148 a, Vos qui mores exquirendos putatis. Tuſc. 241 a, Mens agitandis exquirendisq; rationibus alitur. pro Dom. 221 a, Nõ ſum in exquirendo iure augurum curioſus. Offic. 26 b, Cogitatio in vero exquirendo maximè verſatur. I. A. 192 a, His ſenatus arbitratur ſingulares exquirendos honores.

EXQVIRENS, tis. de Fat. 140 a, Maximè nos quidem exquirentes ea conſilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerẽt. Att. 121 a, Hæc ſcripſi ſedato animo, nullum meum iudicium interponens, ſed exquirens tuum.

EXQVIRO, ris. *quæro, requiro, perquiro, inueſtigo, perſcrutor.* Attic. 109 b, A' te nihil tum certi exquiro, ſed quid videtur. Att. 211 a, De Varrone non ſine cauſa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. & 114 a, Sed hæc non nimis exquiro à Græcis. pro Deiot. 151 b, Exquire de Bleſamio, nunquid, &c. Pom. 13 b, Omiſſis autoritatibus ipſa re & ratione exquirere veritatem. de Diuin. 117 b, Cùm ex te cauſam vniuſcuiuſque diuinationis exquirerem. & 118 a, Cauſam quærere. de Natur. 45 b, Exquirere cauſas rerum. I. V. 135 a, Exquirere aliquid palàm. pro Cecin. 295 b, Exquirere verba interdicti. I. V. 202 a, Noli facta Verris ad antiquæ religionis rationem exquirere. Offic. 30 a, Quid in aliquo peccatum ſit, exquirere. de Finib. 51 a, Quid veriſſimum ſit exquirere. de Diuin. 114 a, Sed ſoli ſumus, licet verum exquirere ſine inuidia.

* EXQVIROR, eris. de Diuin. 125 a, Si euenta quærimus, quæ exquiruntur auibus.

† Syntaxis. *Exquirere ex aliquo, & de.*

EXQVISITE', & tius. *accuratè, diligenter.* de Cl. 190 b, Accuratè exquiſiteq; facere aliquid. Tuſ. 173 b, Rationes à philoſophis exquiſitiùs colliguntur. de Cl. 195 a, Quid videretur

exquiſitius, quàm vulgus hominum ſtuduiſſe literis.

EXQVISITVS,a,um:& tior. *accuratus, lectus, excellens.* de Orat. 107 a, Quanquā ipſi omnia, quorū negocium eſt, conſulta ad nos & exquiſita deferūt. de Cl. 166 b, & de Fin. 49 a, Tua exquiſita doctrina & ſingularis induſtria. de Finib. 55 a, & Ep. 57 a, Exquiſitis rationibus confirmare aliquid. de Diu. 81 a, Philoſophorū exquiſita quædam argumenta, &c. de Orat. 124 a, Quod aūt, &c. nō eſt exquiſitę artis præſcribere, ſed medioeris ingenij iudicare. de Clar. 191 a, Accuratū & exquiſitū dicendi genus. Orat. 212 b, Verba bene ſonātia, ſed nō, vt poëtę, exquiſita ad ſonum, ſed ſumta de medio. Off. 26 a, Mundicia odioſa & exquiſita nimis. de Clar. or. 174 a, Gracchus ſemper habuit exquiſitos è Gręcia magiſtros. Off. 27 a, Nihil fuit in Catulis, vt eos exquiſito iudicio putares vti literarū de Or. 88 a, Multæ literę & exquiſitæ Cæſaris. I. P. 84 a, Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum. I. A. 192 b, Laudātur exquiſitiſſimis verbis legiones. de Clar. 190 a, Reconditæ, exquiſitæque ſententiæ. Offic. 72 a, Nec verò ignorabat ſe ad exquiſita ſupplicia proficiſci. de Clar. 195 a, Exquiſitiùs & minimè vulgare orationis genus. * de Finib. 78 a, Vt nulla tam exquiſita poſſet inueniri voluptas,

† Syntaxis. *Exquiſita doctrina, ratio. Accuratum & exquiſitum. Mundicia odioſa, & nimis exquiſita. Magiſter exquiſitus. Supplicia exquiſita.*

EXSACRIFICO. *ſacrifico.* de Diuin, 89 a, *Ennij.*

** Rex ipſe Priamus ſummo mentis metu*
*Perculſus, curis ſumptis ſuſpirantibus*
*Exſacrificabat hoſtijs balantibus.*

*EXSARCIO, is. *reparo.* ad Heren. 6 a, Quod negotio deminutum fuerit, exſarciemus induſtria. *Alij exæquabimus legunt.* Q. de petit 212 a, Alijs te id rebus exſarturum (*al. exacturum*) eſſe perſuadeas.

EXSATVRATVS,a,um. *expletus.* Tuſc. 148 a, Exſaturata libido.

EXSATVRO,as. vel EXATVRO,as. *expleo.* I. V. 249 a, * Cùm eius cruciatu atq; ſupplicio paſcere oculos animumq́ue exſaturare vellent.

EXSCRIBENDVS,a,um: & di. Ep. 265 b, Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis I. V. 96 a, Proinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet.

EXSCRIBO, bis. *deſcribo.* I. V. 147 a, Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo. * Oecon. 1, Cuiq́; ſua annumerauimus, atq; annumerata impleri exſcripſimus.

EXSIBILO, as. *explodo.* Parad 120 b, Hiſtrio ſi paulo ſe moueat extra numerum exſibilatur & exploditur.

EXSICCATVS,a,um. Ep. 266 a, Ne lagenæ dicerentur inanes fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ. de Cl. 192 a, Exſiccatū genus orationis. *id eſt, extenuatum.*

EXSPOLIO,as. pro Deiot. 148 a, Deiotarus auctionatus eſt, ſeſeq́; & filium ſuum exſpoliare maluit, quàm pecuniam tibi non ſubminiſtrare. de Fin. 73 b, Vt virtutem earum rerum ſelectione exſpoliarent. Att. lib. 10, Exſpoliare Pompeium exercitu & prouincia.

*EXSVSCITATIO,onis. *commotio.* ad Her. 37 a, Si ſententiam traijciemus aut ad ſermocinationem, aut ad exſuſcitationem. & b. Eadem res his tribus in dicendo commutabitur rebus, verbis, pronunciando, tractando: ſed tractando dupliciter, ſermocinatione & exſuſcitatione.

EXSVSCITO,as. *expergefacio* pro Mur. 129 a, Te gallorum cantus exſuſcitat. Offic. 3 b, Quæ cura exſuſcitat etiam animos, &c. Attic. 287 a, Tu te exſuſcita. ad Herenn. 20 a, Cum ſermone animum eius retinet, & exſuſcitat clamore. & 22 b, Si naturalem memoriam exſuſcitauerimus hac notatione.

EXSVSCITOR, ris. ad Heren. 32 a, Docet ergo ſe natura vulgari & vſitata re non exſuſcitari, nouitate verò, & inſigni quodam negocio commoueri. de Inuent. 68 a, Animus aut renouatur ad ea quæ reſtant, aut omnibus iam dictis exſuſcitatur.

† Syntaxis. *Exſuſcitari à ſomno. Animum, ſeſe, memoriam exſuſcitare.*

EXTA,orum. *præcordia.* de Diuin. 114 b, Gallinaceum fel, ſunt enim qui vel argutiſſima hæc exta eſſe dicant. de Diuin. 82 o, Exta pecudum, aut monſtra, aut fulgura interpretantium. * Top. 227 b, Per exta inuenta pręſenſio in Vatin. 31 b, Cùm puerorū extis Deos Manes mactare ſoleas. de N. 59 b, Multa oſtētis, multa extis, admonemur, multisq́; rebus alijs. de Diu. 114 a, Inſpiciamus, ſi placet, exta primū. ibid. Ea quæ ſignificari dicūtur extis. ibid. Alios alio modo videmus exta interpretari: nec eſſe vnā omnium diſciplinam. Et certè ſi eſt in extis aliqua vis. & b, Habitus extorum & color. ibid. Salubritatem etiā aut peſtilentiam extis ſignificari putat. ibid. Cum pecudū exta eodē tempore in eundem habitū ſe coloremq́; conuerterent. ibid. Quando ea nos extis exquirimus? Aut quando aliquid eiuſmodi ab aruſpice inſpectis extis audiuimus? de Diuin. 115 a, Si extis pecuniæ mihi amplificatio oſtenditur, idq́; fit natura: primum exta ſunt coniuncta mundo. & b, Si vllam eſſe conuenientiam naturæ cū extis conceſſero. ibid. Tum fieri extorum mutationem, vt aut abſit aliquid, aut ſuperſit. ibid. Vt ſe exta ad immolantis fortunam accommodent. ibid. Cum triſtiſſima exta ſine capite fuerunt, quibus nihil videtur eſſe prius. ibid. Vbi igitur illæ minæ ſuperiorum extorū? de Diu. 116 a, In tauri opimi extis immolāte Cęſare cor non fuiſſe. ibid. Caput eſt in iecore, cor in extis. ibid. Quæ inconſtantia Deorum eſt, vt primis minentur extis, benè promittant ſecundis? ibid. Vt Apollinis exta bona ſint, Dianæ non bona. ibid. Talia cuique exta eſſe, qualis cuiq; obtigerit hoſtia. & b, Is mihi agnus affertur, qui habet exta rebus accommodata. de Diuin. 118 b, De extis & fulguribus ſatis eſt diſputatum. & 119 a, Quod exta prohiberent. & b, Ille admodum extis & oſtentis mouebatur.

EXTABESCO, ſcis. *totus liqueſio, contabeſco.* Tuſc. 166 b, Corpus macie extabuīt. & de Nat, 27 b, Opiniones nouas diuturnitate extabuiſſe.

EXTEMPLÒ, *illicò.* pro Qu. R. 46 a, Quid fingat extemplò, non habet & in Arat.

*EXTEMPORALIS,le. de not. Extemporalis.

EXTENSVS,a,um. *extentus.* Ac. 36 a, Nam cum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, viſum, inquiebat, huiuſmodi eſt.

EXTENTVS,a,um. *extenſus, proiectus.* de Orat. 131 a, Cum extento brachio paululum etiam de geſtu addidit.

EXTENVATIO,onis. de Or. 161 b, Diſtinctè conciſa breuitas & extenuatio.

EXTENVATVS,a,um.)(. *Concretus.* de Nat. 46 a, Aer extenuatus in ſublime fertur, cōcretus autem in nubem cogitur. Brut. Epiſt. 174 a, Recurri ad copiolas meas. ſic enim eas verè appellare poſſum: ſunt enim extenuatiſſimæ, & inopia omnium rerum peſſimè acceptæ.

EXTENVO,as. *minuo, attenuo, deprimo.*)(. *Adaugeo, exaggero, amplifico.* Tuſc. 198 a, Quæ cogitatio omnes moleſtias extenuat. I. V. 36 b, Nā locupletiſſimi cuiuſq; cenſus extenuârant, tenuiſſimi auxerant. de Orat. 152 b, Amplificare rem ornando.)(. *Extenuare & abijcere.* Offic. 48 a, Neque enim verbis auget ſuum munus, ſed etiam extenuat. pro Mar. 134 a, Verbis extenuare ſuſpicionē. ad Her. 6 b, Aut cauſam vehementer extenuabit. * pro Marc. 131 b, Nam bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis.

EXTENVOR,ris. Att. 44 b, Poſteaquam extenuari ſpem noſtram & euaneſcere vidi. de Nat. 53 a, Dentibus in ore cōſtructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus.

† Syntaxis. *Extenuat amor moleſtias. Dentes extenuant & molliunt cibum. Munus verbis extenuare.*

EXTEREBRO, as. *exterebrando extraho, perterebro.* de D. 90 b, Itaq́; ex eo auro, quod exterebratum eſſet, buculam curauit faciendam.

EXTERMINANDVS,a,um. *ablegandus, profligandus.* I. A. 246 a, Hunc ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. pro Seſt. 4 b, Idem C. Marcellum exterminandum ab illa vrbe curauit: *aliter, cum illa.*

EXTERMINATOR,oris. *expulſor.* pro Dom. 242 a, Reſp. obſeruabatur ante oculos exterminatoris ſui.

EXTERMINATVS,a,um. *fugatus.* pro Flac. 151 a, Huius virtute reges exterminati ſunt. pro Dom. 242 a, Reſp. erat exterminata mecum. Poſtq. 201 a, & 211 b, Itaq; reſp. exterminata, mihi locum in hac vrbe eſſe non putaui. de N. 14 a, Protagoras vrbe atq; agro eſt exterminatus.

EXTERMINO,as. *expello, eijcio.* de Pro. 66 b, Vt non antè attigerint, quàm hunc ordinem condemnârint, quàm autoritatem veſtram ex ciuitate exterminârint. Off 61 a, Malè etiam, qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosq́; exterminant. pro Seſt. 9, Exterminabit ciues Romanos conſul à ſuis dijs penatibus?

EXTERMINOR,ris. pro Cor. 65 b, Atq; vtinam, qui vbique ſunt propugnatores huius imperij, poſſent in hanc vrbē venire, & contra oppugnatores reip. de ciuitate exterminari. I. C. 111 b, Cùm ex vrbe Catilinam eijciebam, cum illum exterminari volebam. * pro Mil. 121 b, Hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur? exterminabitur? eijcietur?

† Syntaxis. *Ab vrbe exterminari. Vrbe & agro. Exterminare autoritatem, Remp. peregrinos Exterminari, expelli, eijci.* exaggerationem agnoſce & ſynonymiam.

EXTERNVS,a,ū. *extrarius, extraneus, exterus, alienigena, extrinſecus accedēs, aduētitius, peregrinus.*)(. *Domeſticus.* in Ver. 227 a, Neq; hęc externa nobis eſt religio, neq; aliena. de N. 58 a, Canum amor in dominos & odium in externos. de Diu. 233 a, Animos externa & aduentitia viſione pulſari. de Nat. 31 a, Externus & aduentitius tepor. de Som. 131. b, Inanimatum eſt omne, quod impulſu agitatur externo.

Attic.

Attic.278 b,Nec externis hoſtibus magis quàm domeſticis laboramus. Offic. 46 b, Apud populos externos. & ibid.Externi homines. de Nat. 7 a, Mens cingitur corpore externo. Epiſt. 54 b,In externis locis minor eſt ad facinus verecundia. Tuſcul.233 b, Fortuna domina rerum externarum, & ad corpus pertinentium. Topic.228 b,Externa commoda.

† Syntaxis.*Externum,alienum.Domeſticus.*)(.*externus.Viſio animi externa & aduentitia.*

EXTERO,is.*comminuo, digero,conficio.* de Natur. 53 b, Aluum ſubiectam ſtomacho calorem multum habere exterendo cibo.

EXTERREOR,ris.*perterreor.* de Diuin.97 a,Offic.40 b,Dolorum cum admouentur faces, præter modum plerique exterrentur.

EXTERRITVS,a,um.*perterrefactus.*de Diuin.88 b,

*Talia commemorat lacrymans exterrita ſomno.*

* EXTERSVS, a, um. I. V. 119 b, Quam tu domum,quam vrbem adijſti?quod fanum deniq; ? quod non euerſum atq; exterſum reliqueris?

EXTERVS,a, um.*externus.* pro Font.281 a, & I.V.57 b.Exteræ nationes & gentes. I. C. 110 b, Exterus hoſtis atque longinquus.

EXTIMESCENDVM. I. A. 209 b, Ab Antonio maius periculum quàm vllis nationibus extimeſcendum eſt.de Fat.145 b,Nec ob rem fatum, aut neceſſitas extimeſcenda eſt.

*EXTIMESCENS,tis. pro Marc. 133 b. Quotiens ego eum vidi, cùm inſolentiam certorum hominum, tum etiam ipſius victoriæ ferocitatem extimeſcentem?

EXTIMESCO, ſcis.*pertimeſco.* Attic. 139 b, Vnum illud extimeſcebam,ne quid turpiter facerem.& Planc.250 a,Epiſt. 143 a,Nihil eſt,quòd aduentum noſtrum extimeſcas.Att. 258 a, Cerulas enim tuas miniatulas extimeſcebam. pro Deiot.144,De fortunis communibus extimeſcebam. * pro Marc. 134 b, Caſus duntaxat humanos, & incertos euentus valetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimeſco.Acad.46 a,Natura extimeſcere.

EXTIMVS,a,um. *externus.*)(.*Intimus.* de Somn. 128 a,Orbis cœleſtis extimus,&c.

EXTINCTIO, onis. *interitus.* Tuſcul. 174 a, Supremus ille dies non extinctionem, ſed commutationem affert loci. * Hortenſ. Neque moleſtam extinctionem & quaſi quietem vitæ fore.

EXTINCTOR, oris. I. P. 85 a, Sedebas non extinctor,ſed autor incendij.pro Syl.184 a, Ne extinctor patriæ,ne proditor appelletur. *pro Dom.233 b, Vt apud poſteros noſtros non extinctor coniurationis & ſceleris, ſed autor & dux fuiſſe videar. de Aruſp.255 a, Quoniam togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdaſſet.

EXTINCTVS, a, um. *oppreſſus, deletus, mortuus.* pro Dom. 233 a, Extinctum iam eſt illud maledictum crudelitatis. Offic.52 b,Extincto enim ſenatu,deletiſque iudicijs, quid eſt,&c.de Amic.110 b,Vt extinctæ potius amicitiæ quàm oppreſſæ videantur. Epiſt. 47 b, Omnes ciues ſic exiſtimant, quaſi lumen aliquod extinctis cæteris elucere ſanctitatem tuam. pro Cæl. 50 b, Sin autem iam ſuberat ſimultas,extincta erat conſuetudo, diſſidium extiterat, &c. de Orat.142 b, Illa virtus L. Craſſi morte extincta ſubitò eſt.pro Corn.62 a, Cùm duo fulmina noſtri imperij ſubitò in Hiſpania extincti occidiſſent. de Natur. 30 b, Refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipſi & extinguimur. pro Cæl.52 b, Memoria tanti flagitij non extincta illa quidem, ſed repreſſa vetuſtate. de Clar.165 a, Vir egregius,alieniſſimo reip.tempore extinctus. Epiſt.159 b, Quæ ad extinguendas reliquias belli pertinent. * pro Marc. 136 a, Omnis fracta diſſenſio eſt armis, & extincta æquitate victoris. I. A. 170 a, Nondum tot luminaribus extinctis.

EXTINGVO,guis.*reſtinguo,opprimo,deleo, interitum alicuius facio.*in Verr. 258 b, Non poſſe Verrem teſtes interficiendo crimina ſua extinguere. I. V.143 b, Vt ſi poſſet, quæ antea ſcripſerat,ea planè extingueret. I. V. 85 b, Fuit illa cupiditas tanta,quæ tantam extingueret religionem? I.C. 120 a, Qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere conati ſunt.pro Mil.102 b, Alicuius non ſalutē modò extinguere, ſed etiam gloriam per iudices infringere. de Ar.253 a, & Planc.157 b, Extinguere bellum domeſticum.Ep.2 b,Gratiam autem noſtram extinguit hominum ſuſpicio. de Pro.73 b, Inimicitias in fortiſſimis viris non ſolùm extinxit Reip. dignitas, & ipſorum, ſed etiam, &c. pro Mil. 115 b, Qui ædem nympharum incendit, vt memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret. de Aruſp.244 b, Extinguere & funditùs delere aliquid. de Orat.90 a, Animorum motus inflammare vel extinguere. I. V. 59 a, Extinguere & delere improbitatem.I.A.208 b,Omnes vnum ſtudetis,M.Antonij conatus auertere à Repub. furorem extinguere, opprimere audaciam. pro S. R. 24 a, Extinguere, atque opprimere potentiam alicuius.pro Corn.58 a,Mors extinguit inuidiam. 3.de Nat. deor. Ne ſuſceptas publicè religiones diſputatio talis extinguat.

EXTINGVOR, ris.ad Heren.32 b, Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur. de Senect.84 a, Animus & mens niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. de Am.103 a, Familiaritates extingui ſolere. Ep.179 b, Cauſam diſſenſionis naſcentem extingui ſummè ſtudui,contra Rul.84 a,Quod non antè extingui atq; opprimi poſſet, quàm planè exortum ac natū eſſet. pro Cæl. 54 b, Nolite hunc natura ipſa occidentem velle maturius extingui vulnere veſtro. de Clar. or. 173 a, Cum ardor animi conſedit, omnis illa vis, & quaſi flamma oratoris extinguitur. Offic.92 a,Itaq; adoleſcētes mori ſic videntur, vt cum aqua multitudine vis flammæ opprimitur: ſenes autem ſic, vt ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumptus ignis extinguitur. * Hortenſ.Si extingui tranquillè volumus. de Som. 130 a, Vt olim deficere Sol hominibus extinguiq; viſus eſt.ibid.Sermo, &c.obruitur hominum interitu, & obliuione poſteritatis extinguitur.

EXTIRPANDVS,a, um. Tuſc.218 a,Nos perturbationes extirpandas putamus.

EXTIRPATVS,a, um. de Amic. 105 a,Niſi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur.

EXTIRPOR,ris.*extrahor,euellor.* de Fat.142 a,Vitia ex naturalibus cauſis nata extirpari, ac funditùs tolli non poſſunt.

EXTISPEX,cis.*aruſpex.* de Diu.86 a,Ars extiſpicum.& 114 a, * Artificioſæ diuinationis illa ferè genera ponebas, extiſpicum,&c.& 116 b,Extiſpicum diuinatio.

EXTO,as. *appareo, conſto, ſum.* Attic. 25 a,Sed tamen vt iubes curabo,vti huius peregrinationis tibi opus extet. Attic.26 b,Denique aliquid aliud extabit, ne tibi planè ceſſaſſe videar.Attic.244 b,Extabit opera peregrinationis huius. de Clar.169 b, Quem verò extet,& de quo ſit memoriæ proditum, eloquentem fuiſſe, & ita eſſe habitum,primus eſt M.Cethegus. de Clar. orat.167 b, & 170 a,Demadis nulla extant ſcripta. Offic. 42 b, Extant Epiſtolæ Philippi ad Alexandrum,quibus,&c.pro Corn.27 a, Vbique extant huius fortitudinis expreſſa exempla.de Inuent. 56 a,Si literæ non extarent,magnopere eas requireremus. Epiſt.6 b,Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta ſit.de Inuent.51 a,Res quarum monimenta certa in literis extant. pro Planc.273 a,Non minus ocij quàm negocij rationem extare oportere. de Diuin. 95 a, Sine oculis non poteſt extare officium & munus oculorum. de Diuin. 130 b, Sine diuinatione non poteſt officium & munus diuinationis extare. de Legib. 191 a, Grauiora iudicia de potentiſſimis hominibus extant voces quàm tabellæ.Epiſt.175 b,Sed is ambitus extat,&c.& 60 a,Dum id ſenatuſconſultum extabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poterit. pro Planc. 259 a, Multa extant in me tua merita. Epiſt. 9 b, Quæ ſi erunt allatæ, noſtrum ſtudium extabit in conueniendis magiſtratibus. Orat. 216 b, Non item in oratione, vt in verſu extat numerus. I. V. 266 a, Sed ſcriptum extat in ijſdem literis, ἰδιχώθηται. de Orat.91 a, Tamen apparet, atque extat, vtrum ſimus earum rerum rudes, an didicerimus. de Orat.152 a, Quo magis id, quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur.

*EXTOLLENDVS,a, um.Partit.237 a,Magnitudinē animi ſuperbia imitatur in animis extollendis.

*EXTOLLENS, tis. *tenens, erigens.* I.A.165 b,Cruentum altè extollens M. Brutus pugionem.

EXTOLLO,lis:extuli.*effero,erigo,animos tollo,inſolentem facio.*)(.*Deprimo, ſubmitto.* Orat.211 b,*poët.* Neq; tuum vnquam in gremium extollas liberorū ex te genus. I. P.88 a, Etiámne vos meam fortunam deprimitis,veſtram extollitis? Antequam.102 b, Quem virtutis gloria ad cœlum extulit,eundem inimicorum inuidia indigniſſimè oppreſſum deprimit ad ſupplicium.pro Dom.237 a,Quem percuſſum ipſa Reſpublica ſuis manibus extolleret. pro Mar.132 a,Extollere aliquem iacentem.Tuſc.187 a, Animus,&c. remiſſione ſic vrgetur,vt ſe nequeat extollere.pro Planc.260 a,Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppreſſa ciuilibus,extollere iam caput, & aliquādo recreata ſe erigere debebat?de Am.109 b, Vt hi qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia:ſic quodā modo inferiores extollere.de Finib. 134 a,Erigere & extollere vites. Part.237 a,Extollere animum. in Sal.275 a,At hercule egregia facta tuorum te extollunt. Ep. 199 a, Quem tu ad cœlum laudibus extuliſti. ad Heren.2 a, & de In.47 a, Extollere aliquem laudando. de Aruſp.255 a, Laudibus aliquem ad cœlū extollo. pro Planc. 279 b, Dum Plancij in me verbis meritum extollerem,me arcē ex cloaca facere dixiſti. * Ep.88b,Vt nulla res

te ad æquitatem animi poſtea poſſit extollere.

† Syntaxis. *Extollere in gremium. Aliàs extollere manū. Extollere caput,& ſe erigere. Erigere & extollere vites. Opes illum extollunt.*

EXTORQVEO,ques.*exprimo,aufero,eripio.* Attic.89 a,Iam vos à Cæſare per Orodem talenta Attica L.extorſiſtis. I. C.104 b, & 100 b, Extorquere ferrum alicui de manibus. de Pro. 70 a, Poſtquam nihil exprimere ab egentibus,nihil vlla vi à miſeris extorquere potuit. pro Lig. 139 b, Qua qui vtetur,ſuam citius abijciet humanitatem , quàm extorquebit tuam. I. P.98 a, & I. V. 58 a, Vi extorquere aliquid.de Orat.115 b, Sententias de manibus iudicum vi quadam extorſimus. de Finib. 67 b, Hoc eſt vim afferre Torquate ſenſibus,extorquere ex animis cognitiones verborum. de Clar.165 b, & pro Cluent.28 a, Extorquere arma è manibus iratorum ciuium.Oct.33 b,Ille ea exorabat quæ volebat auferre,tu extorques.Tuſc.151 a,Quoniam extorſiſti, fateor ita eſſe,&c.

EXTORQVEOR,ris.de Orat.118 b, Definitio primū deprehēſo vno verbo,aut addito,aut dempto,ſæpe extorquetur è manibus. de Senect. 95 a, Nec mihi hunc errorem , dum viuo, extorqueri volo.

EXTORRIS,re. *exul.* I. V.174 b,Hinc centum patresfamiliâs extorres profugerunt.

EXTORTVS, a, um.Orat.212 a, Cùm mihi extorta veritas eſſet,conceſſi,&c.pro Cluent.34 a,Pecunia omnis ab eo extorta atq; erepta eſt. pro Milon. 105 a, Extorta eſt confitenti ſica de manibus.

† Syntaxis. *Vi extorquere pecuniam: &, De manibus extorquere, & ex animis. Alicui aliquid extorquere.*

EXTRA.*extrinſecus,præter vim exprimit remotionis loci.*de Nat.56 a,Senſibus & animo ea q extra ſunt, percipimus. de Som. 131 a,Eminere forâs, & ea quę extrà ſunt, contemplari, & quàm maximè ſe à corpore abſtrahere. de Vn.197 b,Si in omni mundo omnes partes collocatæ ſunt, vt nulla pars huiuſce generis excederet extrà.de Fin. 79 a,Et in corpore, & extrà quædam bona ſunt.de Nat.67 a, Sum futurus extrà vrbem ex idibus Ianuarijs. de L. 182 a, Extra portam Collinam ædes Honoris eſt.Tuſc.230 a,Solánc vita beata relinquitur extra oſtium limenque carceris? Acad. 18 b, Quid enim poteſt eſſe extra vniuerſa?

¶ *Naturæ.* de Diuin.95 a, Ex quo intelligitur eſſe extra diuinum animum , humanus vnde ducatur. pro Syl. 174 b, Hic extra coniurationem eſt, *id eſt, in coniuratis non eſt.* in Ant. 305 a, His militiæ vacationem eſſe placet extra tumultum Gallicum. de Vn.203 a,Extra culpam ponere ſe. Attic.184 b, Multa occultari poſſunt, vt extra ruinam ſint eam quæ impendet. pro Cecin.303 a,Id extra cauſam eſt. de Diuin.113 b,Nihil fieri extra fatum. I. C. 100 a, Nemo eſt extra iſtam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat.I. V.60 b, De te hoc extra hanc contentionem noſtram familiarem tecum loquar. pro Dom. 235 a, Ciuis eſt nemo in tanto populo extra contaminatam illam manum,qui,&c. de Orat. 146 b,Vox extra modum abſona. Offic. 28 b, Cauendum eſt etiam ſi ipſe ædifices,ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. de D.94 b,Extra me,*id eſt,præter me* Epiſt.96 b,Deinde extra ducem paucoſq; præterea (de principibus loquor) reliqui, &c. de In. 54 b,& 55 a, Hoc ſeparatum quiddam eſt extra illud,*id eſt, ab illo.*

¶ *Numeri.* Orat.215 b,Nullus eſt numerus extra poëticos.

EXTRA quem,quam,quod:*formula exceptionis.*Attic.87 b,Habeo exceptionem ἰσοδυναμοῦσαν, extra quam ſi negocium geſtum eſt, vt eo ſtari non oporteat. de Inuent. 53 b, Addat exceptionem hanc:extra quam ſi quis reip.cauſa exercitum non tradiderit,&c. & 69 b.Poſtulat is qui cum agitur, è Prætore exceptionem , extra quam in reum capitis præiudicium fiat.

† Syntaxis. *Extra pios nullus probus. Extra illud hoc ſeparatum eſt.*

EXTRACTVS,a,um.*productus.* Ep.4 a,Res ab aduerſarijs noſtris extracta eſt varijs calumnijs. Qu.fr.307 b, Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt.

EXTRAHO,his.*extirpo,euello.* de Nat.25 a,Epicurus ex animis hominum radicitùs extraxit religionem. Acad.27 a, Carneades ex animis noſtris aſſenſionem extraxit.pro S.R.21 b,Extrahere telum è corpore.

¶ *Eripio,libero.*pro Seſt 5 a, Vrbem ſenatus atq; omnes boni deprehenſis atq; oppreſſis domeſticis hoſtibus,me duce ex periculis maximis extraxiſſent.

EXTRANEVS,a,um.*extrarius.* Anteq.193 a,Pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domeſticis non inſideat? de Inu.84 b,Res extraneæ. ad Her.34 b,& 16 b,Extranea bona.)(*Animi & corporis.* & 5 a,Extranea cauſa. * Oecon.1, Exercitatio forenſis & extranea.

EXTRAORDINARIVS,a, um.*extra ordinem.)(Legitimus.* Att. 72 a, Summa abſtinentia munus hoc extraordinarium traducemus.I.A.234 a, Extraordinarium imperium ſemper populare atq; ventoſum eſt I.A.234 b,Etenim Cæſari imperium extraordinarium mea ſententia dedi , ſed ille mihi præſidium extraordinarium dederat. de Clar. 185 a. Conſulatus petitio extraordinaria. Attic. 279, & 228 a, Honor extraordinarius. Attic.375 b,Extraordinarios honores accipere. pro Dom.217 b, Quod idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. Ep. 116 b, Si extraordinarius nemo reus acceſſiſſet. in Verrem 96 b,& pro Q. R.45 b,Extraordinaria pecunia , *id eſt, quæ in codicem relata non eſt.* in Verr.243 a, Vt omnia ſemper quæ iudicanda videntur eſſe, non modò his extraordinarijs cupiditatibus , ſed etiam ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem.

EXTRARIVS,ria,rium. *extraneus.* ad Herenn.9 b,Cùm ipſam rem , quam nos feciſſe confitemur , iure factam dicemus, ſine vlla aſſumptione extrariæ defenſionis.

EXTREMITAS.tatis. *ora.* de Vniuer. 198 a, Globoſum,quod σφαιροειδὲς Græci vocant , cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur. de Fin.b. 86 a, Regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas.de Vniuer.199 b, Si animus extremitatem cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit. Tuſcul. 205 a, Ille omnem infinitatem peregrinabatur, vt in nulla extremitate conſiſteret.

* Acad. 29 a, Extremitatem & quaſi libramentum eſſe, in quo nulla omnino craſſitudo ſit.

† Syntaxis. *Cœli nulla ora,& nulla extremitas. (in oratione ſynonymiæ ratio.)*

* EXTREMO. *ad extremum, poſtremò.* in L. Piſon. Prius- deinextremò.

EXTREMVM. *vltimum, finis.* de Diuin. 129 b,Quod finitum eſt,id habet extremum. de Diuin. 30 a, Quod non habet extremum , infinitum ſit, neceſſe eſt. * Orat. 217 a, In quo quæſitum eſt, in totóne circuitu illo orationis, an in principijs ſolum , an in extremis, an in vtraque parte, numerus tenendus ſit. pro Marc.135 a,In quo eſt aliquid extremum.

¶ *Vim habet aduerbij, Tandem, Cum, Ad.* I. A.256 b, Sed iam ſe colligit, & ad extremum incipit philoſophari. Attic.37 a,Ad extremum manus dedit.Attic.278 b, Cui conſuli nō animus ab initio , nōn fides ad extremum defuit. de Nat. 49 b, Ad extremum omnium mundus igneſcet. de Orat. 116 a,& Parad.241 a,& de Orat.123 a,Primum,&c. deinde,&c.pòſt,&c tum ad extremum,&c.

EXTREMVS, a, um. *poſtremus, vltimus, nouiſſimus.)(Intimus.* pro Cluent.56 b, De furto, ſi non eo loco quo debuit, ne in extrema quidem , aut media, aut aliqua denique parte quæſtionis,verbum fecit nullum. de Natur. 39 a, Itaque in ea Dea,quæ eſt rerum cuſtos intimarum, omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt. de Diuin. 127 b, Cœlum ipſum , quod extremum atque vltimum mundi eſt. de Legib. 181 a, Februarius menſis extremus anni. in Sal. 274 a, In extrema fortuna ſtare. Epiſt. 166 a, Deſcendere ad extrema. de Clar. 185 b, Manus extrema non acceſſit operibus ſuis. *id eſt, non recognouit opera ſua.* I. V. 259 b, Excipere extremum ſpiritum alicuius. in Arato, Extrema nocte, & à prima nocte. de Orat. 138 b, Eſt id quidem in totam orationem confundendum , nec minimè in extremam. Attic. 225 a, Literæ quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri. Attic.219 a,Epiſtola,in qua extrema ſcriptum erat,&c. Quint. frat. 310 a, Iouis oratio, quæ eſt in extremo illo libro. & Offic. 54 a, In extremo tertio libro.de Diuin.82 a, Vt in extremo tertio ſcribis. de Orat.88 b, Quòd verò in extrema oratione, quaſi tuo iure ſumpſiſti, &c. Epiſt.34 a, & Attic. 195 a,In prima prouincia. Epiſt.244 a,In Cappadocia extrema. Attic. 117 b, Sed in ea Pompeij epiſtola erat in extremo ipſius manu, tu cenſeo,&c. Att.88 b,In extrema ferè parte epiſtolæ. Qu. frat. 299 a, In extrema parte & concluſione muneris ac negocij tui diligentiſſimus ſis.

† Syntaxis. *Id non habet extremum. Extremum ac vltimum cœlum. Ad extremum euaſit. In extremo quarto libro. Literæ quibus in extremis erat.*

EXTRICO,as.*explico,expedio.* Epiſt.65 b,De Dionyſio tuo nihil adhuc extrico.Vatinij.

EXTRINSECVS.*extrà,foris.*de Orat.123 b,Extrinſecùs autem aſſumuntur, cùm ea quæ ſunt foris, neque inhærent, in rei natura colliguntur. Topic.221, & 222 b,Alij loci aſſumuntur extrinſecùs. de Orat 138 a, Hæc autem non extrinſecùs alundè quęrenda.de Nat.25 a,Imagines vniuerſum mundum complectentes extrinſecùs. & 55 a, Pulmones extrinſecùs ſpiritum adducunt. Acad.13 a, Vt ſi quis exalbeſceret,vel ipſe per ſe motu mentis aliquo, vel obiecta terribili re extrinſecùs. de Fat.148 b. Aſſenſio fieri non poteſt,niſi commota viſo,neq; vlla vi extrinſecùs excitata.

de Vn.

de Vn.198 b,Deus animum circumdedit corpore,& veſtiuit extrinſecùs. Acad.31 b, Imagines extrinſecùs in animos noſtros per corpus irrumpunt.de Diuin.137 a, Nullæ imagines obrepunt in animos animantium extrinſecùs.de Diu.94 a, Ineſt igitur in animis præſagitio extrinſecùs iniecta,& incluſa diuinitùs. & 90 b,Cùm Annibal columnã auream vellet auferre, dubitauit, vtrum ea ſolida eſſet,an extrinſecùs inaurata. de Fin.141 a, Hæc quæ ſunt extrinſecùs. de Diuin.95 a,Animos hominum quadam ex parte extrinſecùs eſſe tractos & hauſtos. & 120 b, Et humor allapſus extrinſecùs, vt in tectoris videmus auſtro, ſudorem imitari poteſt.& 129 b, Quòd habet mediũ,id cernitur ex alio extrinſecùs. & ibid. *bis*, Quod habet extremũ, id cernitur ex alio extrinſecùs. & 137 a, Quia nulla cauſa accedat extrinſecùs. de Finib.134 a,Et nunc quidem quod vitem tuetur,eſt id extrinſecùs, *id eſt,non in ipſa vite.* Tuſcul. 22 a, Corporum adiumenta adhibentur extrinſecùs, animorum ſalus incluſa in ipſis eſt. Epiſt. 69 b, Non aliunde pendere, nec extrinſecùs, aut bene aut malè viuendi ſuſpenſas habere rationes.de Natur.69 a,Nullum eſt corpus quod effugiat accipiendi aliquid extrinſecùs. *id eſt, quaſi ferendi patiendique neceſſitatem.* * Acad.Nullo prorſus commodo extrinſecùs poſito.

† Syntaxis. *Pulmones adducunt ſpiritum extrinſecùs. Extrinſecùs veſtitus. Extrinſecùs inaurata columna. vim ergo habet hæc dictio termini à quo,& in quo.*

EXTRVCTIO,onis.in Ant. 264 b,Eoſq; nec inhumatos eſſe, ſed contectos publicis operibus,eaq; extructione, quæ ſit ad memoriam æternitatis ara virtutis.de Nat.56 b, Extructiones tectorum *dico.*

EXTRVCTVS,a,um *onuſtus.* de Sen 86 a,Senectus caret epulis,extructiſq; menſis, & frequentibus poculis. I.P.64 a, Menſa extructa non conchylijs aut piſcibus,ſed multa carne ſubrancida.

¶ *Aedificatus.* pro Dom.133 a, Domus mea euerſa ab inimico meo,& ab eodẽ extracta, & poſita in oculis ciuitatis. de Fin.106 a,Vſq; ad illum à Cyro extructum rogum.

¶ *Confirmatus.* de Fin.106 a, Fundata & extructa diſciplina.

EXTRVDO,dis.*eijcio.* I.V.243 b,Itaq; domo tua Chelidonem extrudere noluiſti. Attic.281 a, Cùm ad me de Ciceronis abs te diſceſſu ſcripſiſſes, ſtatim extruſi tabellarios. Epiſt. 136 b,& 99 a, Pollucem ſi non eſt profectus , quàm primùm fac extrudas. de Orat.130 b,Extrudere & eijcere aliquem hoſpitio.

EXTRVDOR,ris. At.252 a,Sed quoniam furore illo extrudimur,Brunduſium pergere cogito. & 45 a, Sed iam extrudimur, non à Planco(nam is quidem retinet ) verùm ab ipſo loco minimè appoſito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem.

EXTRVENDVS, a,um. I. P, 90 a,Permutationes ad hunc Tuſculanum montem extruendum.

EXTRVO,is. *excito,ædifico.* Attic.23 b, Magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes extruxeram. I.A.364 a,Cùm vobis immortale monumentum ſuis penè manibus ſenatus populuſq; Romanus extruxerit. ꝑ Dom.238 a,Is ad cœlum extruxit villam in Tuſculano. pro Milon. 115 b, Extruere ædificium in alieno.

¶ *Cogito.* de Fin.141 b,Age,nunc extrue animo altitudinem excellentiamq; virtutum.

EXTRVOR,ris.*ædificor.* de Leg. 183 b, Plato vetat ſepulcrum extrui altiùs, quàm,&c.

¶ *Oneror.* Tuſc.140 a, Menſæ conquiſitiſſimis cibis extruebantur.

EXTVRBANDVS,a,um. *propulſandus, profligandus.* Brut.287 a, Cicero iudicium ſuum direxit in exturbando Antonio.

EXTVRBATVS,a,um. *fugatus, eiectus.* I. V. 215 b, Antiochus præceps è prouincia exturbatus eſt.

EXTVRBO,as.*per vim eijcio,expello,deijcio,euerto.* Att.134 a,Quæro,qui ſint iſti optimates, qui me exturbent, cum ipſi domi maneant.pro Dom.218 a,Cùm ſenatum à gubernaculis deieciſſes,populum è naui exturbaſſes. pro Syll.180 b, Exturbare homines è poſſeſſionibus.I.V.118 a,Exturbare aliquem bonis patrijs, *id eſt, euertere.*

¶ *Vexo.* Quint. frat. 305 b, Multa conuenerunt,quæ mentẽ exturbarent meam.

EXTVRBOR,ris.*expellor,eijcior.* pro Quin.17 b,Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus. pro Cl.20 b, Exturbari domo, & expelli domo. pro Quint. 9 a, Ex numero viuorum exturbari. Antequam. 195 a, E ciuitate ciuis exturbatur,innocens expellitur.contra Rull.82 a,Exturbari & expelli ex agris.

† Syntaxis. *Exturbare,abſolutè,aliquem:& è prouincia,bonis patrijs, fortunis,domo, & ex numero virorum.Exturbare,& expellere(ſynonyma.)*

EXVL,lis.*eiectus, vi eiectus,extorris, damnatus, eiectus in exilium, exilio multatus, eiectus à patria, qui in exilio eſt,è ciuitate eiectus, qui domi ſtare non poteſt,exilio affectus.* pro Dom. 227 b,Exul eſt ipſum per ſe nomen calamitatis,non turpitudinis.Par. 121 b,Quos leges exilio affici volunt,exules ſunt,etiam ſi ſolum non mutârunt. pro Cl. 54 b, Cùm vagus & exul erraret,atq; vndiq; excluderetur Oppianicus, &c. de Or.115 b, Cùm Annibal Carthagine expulſus Epheſum ad Antiochum veniſſet exul. Ep.183 a,Tabulæ figuntur,immunitates dantur,exules reſtituuntur. pro Seſt.15 b,16 a,Reducti exules Byzantium cõdemnati. pro D.223 b,Vt exules Byzantium reducerentur.Att. 108 b,Exulum reditus.& ibid. φυγάδων κάθοδοι. ad Heren.14 b, * Ne exules,quibus cauſam dicere non licuiſſet, reducerentur. Ibid.Non exules, ſed vi eiectos, ſe reducere aiebat: proinde quaſi non omnes , quibus aqua & igni interdictum eſt, exules appellentur. Tuſc. 248 b, Mulctantur bonis exules. & 249 a, Nonne animo æquiſſimo Athenis exul philoſophabatur.

† Syntaxis. *Vagus & exul, & vndiq; excluſus. Reducere,reſtituere exules.*

EXVLANDVM. Epiſt. 53 b, Hic locus ad exulandum eſt aptiſſimus.

EXVLANS,tis.de D.119 a,Annibal apud Pruſiam regem exulans. de Diuin.lib.1, Quum Annibali exulanti depugnari placeret. Tuſc. lib. 3, Telamonem pulſum patria exulantem atq; egentem.& 249 a,Iure exulantem conſolari non oportet.

EXVLCERATVS,a,um *perturbatus,affectus.* pro Dom.219 a,Ille tot ſuſpicionibus certorum hominum , & ſcelere exulceratus pro Deiot.145 a,Vt in exulcerato animo facilè fictum crimen incideret. Epiſt 2 b, Vt in rebus multò antè quàm profectus es ab ipſo rege, & ab intimis Pompeij clàm exulceratis,deinde palàm à conſularibus exagitatis, & in ſummam inuidiam adductis verſamur.

EXVLCERO,as.*vlcus facio,corrumpo.* de Orat. 136 b, Quæ ſanare nequeunt,exulcerant. de Clar.or.178 b,Ea *obtrectatio & inuidia* non modò non exulcerat gratiam veſtram, ſed etiam conciliat.

EXVLO,as.*exul ſum,exilij cauſa ſolum verto, vel muto.* de Orat.99 b,Qui Romam in exilium veniſſet, cui Romæ exulare ius eſſet,ſi ſe ad aliquem quaſi patronum applicuiſſet.Par.121 b,Et me exulem tuo nomine appellas , cùm omnes meo diſceſſu exulaſſe rempub. putent? Par. 121 b, Familiaris tuus de te priuilegium tulit,vt ſi in opertum Bonę deæ acceſſiſſes,exulares.

EXVLTANS,tis. *ſe iactans,geſtiens,valde gaudens.* Top.228 b, Comprimere exultantem lætitiam. de Orat.158 a,Exultãtem & præfidentem tibi reprimunt validæ legum habenæ. pro Seſt.23 a,Qui furorem exultantem repreſſit. Off.18 b, Equos ferocitate exultantes domitoribus tradunt, vt his facilioribus poſſint vti. Tuſcul. 231 b, Elatus inani lætitia, exultans,temerè geſtiens. de Sen.79 a,Fabius Annibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat.de Diuin. 138 b,Delphini exultantes, tempeſtatem futuram ſignificant.de Ar.243 b,Hominem furentem exultantemq; continui.* Acad.Piſciculos exultantes videmus.

EXVLTATIO, onis.de Ar.252 b,Illa exultatio Athamantis.

EXVLTO,as,*immoderatè iactor,gaudio triumpho, voluptate vel lætitia nimia geſtio.* Att.87 b, Græci exultant, quòd peregrinis iudicibus vt ſuis vtuntur. Att. 12 a, Alacris exultat improbitas in victoria. Att.101 a,Cæſar quomodo exultat,Catonis in me ingratiſſimi iniuria. Or.199 a, Pòſt ſenſim incedens , in reliquis exultauit audaciùs. in Anton. 173 a, Exultare gaudio. Att.248 a,Quintus pater exultat lætitia. pro S. R. 21 a,Roſcius exultabat victoria nobilitatis. pro Cornel.67 a,Exultare in ruinis alterius. Tuſc.189 a,Cymbri in prælijs exultant,lamentantur in morbo.pro Cluent. 20 b,Palam exultare lætitia , & triumphare gaudio cœpit. I.C.102 a,Exulta impio latrocinio. Attic.224 b,Exultant lætitia in municipijs. I. C. 104 b, Hoc in quo exultat & triumphat oratio mea. Acad.28 a, Campus in quo poſſit exultare oratio. de Fin.60 a,Oratione exultare.de Diu.93 a, Exultare, immoderateq; iactari. * Hortenſ. Si quando paululũ aberrauerit timor, ſtatim ſpe impunitatis exultat.

† Syntaxis. *Lætitia exultans (attributũ.) Furor exultans,equus, delphinus. Furens & exultans. Gaudio, lætitia exultare. In ruinis alterius improbus exultas. Exultare lætitia,& gaudio triumphare. Oratio in campo exultans. Oratione exultare. Exultare,immoderateq; iactari. Elatus inani lætitia, exultans,temerè geſtiens. (vide amplificationem ex congerie ſynonymorum.)*

EXVENS,tis. de Finib.132 b, Vt ſi aut manibus ingrediatur quis,aut non antè,ſeu retrò fugere, planè ſe ipſe, & hominem ex homine exuens,naturam odiſſe videatur.

EXVO,is.*ſpolio.* Attic 204 b, Sed iam ad iſta obduruimus,& humanitatem omnem exuimus. pro Lig. 139 a, Nónne omnem humanitatem exuiſſes?

¶ *Extrico.* I.V.266 b, Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi maiores plagas incidendum eſt.

†Syntaxis. *Se ipſe exuens. Hominem ex homine exuens. Exuere ſe ex laqueis.*

EXVPERANTIA, tiæ. Tuſc. 248 b, Nonne exuperantiam virtutis oderunt.

EXVPERATIO, onis. *ſuperlatio, ὑπερβολή.* ad Her. 41 a, Significatio per exuperationem fit, cùm plus dictum eſt, quàm patitur veritas, augendæ ſuſpicionis cauſa.

EXVPERO, as. *ſupero.* de D. 113 b, Quod fore paratum eſt, id ſummum exuperat Iouem. Poſtquam. 203 a, Dum anima exuperabo mea, *id eſt, dum viuam.*

EXVRGO, gis. *ſurgo, erigo.* pro Clar 53 b, Tu autem niſi moleſtum eſt, paulisper exurge. de Orat. 108 b, Tum Scæuola, cùm exurgeret, ſimul arridens, inquit, &c. *Caſſy.* Epiſt. 254 b, Panſam noſtrum ſecunda voluntate hominum, exurrexiſſe gaudeo.

¶ *Confirmor, recreor.* contra Rul. 83 b, Ne recreatus exurgere atq; erigere ſe poſſet. pro Planc 281 a, Huc exurge tamen quæſo, retinebo, & complectar. I. A. 255 b, Si eſſet iugulata, nunquam exurgeret.

† Syntaxis. *Exurge, & erige te.*

EXVRO, ris. de N. 61 a, Mihi quidem ex animo exuri non poteſt, eſſe deos.)( *Inurere.*

EXVSTIO, onis. de Som. 129 b, Propter eluuiones exuſtionesq; terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modò non æternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus.

EXVSTVS, a, um. I. V. 60 a, Adrianus domi ſuæ viuus exuſtus eſt, pro Pomp. 4 b, Bithyniæ vicos exuſtos eſſe complures. de Clar. 166 a, Sic omnis fœtus repreſſus, exuſtusq; flos veteris vbertatis.

*EXVTVS, a, um. Tuſc. 242 a, Mens exuta vitijs.

EXVVIAE, arum. *ſpolia.* pro Pomp. 14 b, Cùm hunc locum nobis maiores noſtri exuuijs nauticis & claſſium ſpolijs ornatum reliquiſſent.

# F

*Litera digamma.* L. DIGAMMA.

FABA, *legumen maximum.* de Diuin. 93 b, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus. & 133 a, Faba quidem Pythagorici vtique abſtinuère: quaſi verò eo cibo mens, non venter infletur.

FABELLA, læ. *fabula.* de Orat. 131 a, Si quando quid tanquã aliqua fabella narratur. & pro Cæl. 51 a, Fabella vetus. Verùm hæc tota fabella veteris & plurimarum fabularum poetriæ, quàm eſt ſine argumento? quàm nullum inuenire exitum poteſt? de Nat. 10 a, In ſecũdo *libro* vult, Orphei, Muſæi, Heſiodi, Homeriq; fabellas accommodare ad ea. de Diuin. 125 a, Nihil debet eſſe in philoſophia commẽtitijs fabellis loci. Quint. frat. 317, *συνδείπνους Σοφοκλέους*, quanquam à te actam fabellam video eſſe feſtinè, nullo modo probaui.

FABER, bri. *opifex, artifex.* I. V. 245, Capitolium factum eſt publicè gratis, coactis fabris, operiſq; imperatis. de Cl. 188 b, Ego me Phidiam eſſe mallem, quàm vel optimũ fabrum tignarium. Epiſt. 127 a, Si quis adhibere volet, non modò vt architectos, verùm etiam vt fabros ad ædificandam rempub. poterimus & nos libenter accurrere. Epiſt. 135 a, Tu velim vt ſcribis, cum fabris domum perſpicias: ſi enim nihil eſt in parietibus, aut in tecto vitij, cætera mihi probabuntur. I. V. 106 a, Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. pro Planc. 272 a, Si mancipium pro fabro, aut pro textore emimus. Orat. 211 b, Fabrũm & procũm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Attic. 141 a, Iam duo præfecti fabrũm Pompeij in meam poteſtatem venerunt. *3. de Natur. deor. Vt faber cùm quid ædificaturus eſt, non ipſe facit materiam, ſed ea vtitur, quæ ſit parata.

† Syntaxis. *Faber tignarius. Pro fabro, aut pro textore mancipium emere.*

*FABERIANVS, a, um. Att. 214 b, Si Faberianum (*ſc. negotium ſiue nomen*) explicas. ibid. Faberiana cauſa.

FABIANVS, a, um, * I. V. 69 b, Fornix Fabianus.

*FABIVS, a, um. pro Planc. 262 b, Cùm ego ad Fabium fornicem impellor. *Alij Fabianum legunt.*

FABRATERIA, riæ. *oppidum.* Ep. 141 b.

FABRE. *artificioſe, ſcitè, affabrè.* I. V. 125 a, Argentum fabrefactum.

FABRICA, cæ. *ipſa fabricatio, ars fabrilis.* de Nat. 12 a, Natura effectum eſſe mundum, nihil opus fuiſſe fabrica. de Diuin. 104 b, Materia deinde quid iuuaret, niſi confectionis eius fabricam haberemus? Off. 12 b, Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominũ verecũdia. de Nat. 70 b, Vulcanus qui Lemni fabricæ præfuiſſe dicitur. & 32 b, Vt pictura & fabrica, cæteræq; artes habent quendam abſoluti operis effectum. & 54 a, Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. & 5 b, Quibus oculis intueri potuit veſter Plato fabricam illam tanti operis? qua conſtrui à Deo atq; ædificari mundum fecit? & 56 b, Cultus dico agrorum, omnemq; fabricam æris & ferri. & 50 a, Enumerare poſſum, quæ ſit in figuris animantium, & quàm ſolers ſubtiliſq; deſcriptio partium, quamq; admirabilis fabrica membrorum.

FABRICATIO, nis. *fabrica.* de Nat. 53 a, Si erit tota hominis fabricatio perſpecta. de Orat. 158 a, * Ne illa quidem traductio atq; immutatio in verbo quandam fabricationem habet, ſed in oratione.

FABRICATOR, ris. *ædificator, architectus, artifex, machinator.* de Vniu. 195 b, Ille fabricator tanti operis vtrum ſit imitatus exemplar. * Acad 30 b, Vt etiam inter Deos Myrmecides aliquis minutorũ opuſculorum fabricator fuiſſe videatur.

FABRICATVS, a, um. de Vniu. 198 a, Mundus globoſus eſt fabricatus. * Tuſcul. 158 a, Foramina illa quæ patent ad animum à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricata eſt.

*FABRICIANVS, a, um. pro Cluent. 57 b, Fabricianum venenum.

FABRICO, as. *fabricor, architector.* Off. 30 a, Pictores & ij qui ſigna fabricant. Acad. 5 b, Nihil eſt clarius ἐνάργεια, vt Græci: perſpicuitatem aut euidentiam nos, ſi placet, nominemus, fabricemusq;, ſi opus erit, verba.

FABRICOR, aris. *fabrico, architector.* Acad. 21 b, Eſſe aliquam vim cum prudentia & conſilio ſcilicet, quæ finxerit, vel, vt tuo verbo vtar, quæ fabricata ſit hominem, qualis iſta fabrica eſt? vbi adhibita eſt? &c. & 9 a, Quanto artificio natura fabricata eſſet, primùm animal omne, &c. deinde hominem. de N. 3 a, Vt ea ipſa dij immortales ad vſum hominum fabricati penè videantur. de Orat. 159 a, Itaque incredibiliter hoc natura fabricata eſt. & ibid. b, Capitolij faſtigium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. pro R. P. 123 b, Is qui fabricatus gladium eſt. de Diuin. 117 a, Cyclopas Ioui fulmen fabricatos eſſe in Aetna putant.

FABRILIS, le. Attic. 88 a, Erratum fabrile, *id eſt, opificis ſtatuarum.*

† Syntaxis. *Solers, ſubtiliſque partium deſcriptio, & admirabilis membrorum fabrica. Verba fabricare. Incredibiliter omnia fabricator Deus.*

FABVLA, læ. *res commentitia, ſcena, comœdia, tragœdia, apologus, argumentum.* de Diuin. 131 b, Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quæ delectationis habeant quantum voles, verbis, ſententijs, numeris, canticis adiuuentur. autoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitijs rebus adiungere. de Clar, 171 a, Liuius, qui primus fabulam docuit. & Tuſcul. 148 b, Liuius fabulam dedit. de Cl. 171 b, Ennius cùm Thyeſtem fabulam docuiſſet, mortem obijt. Qu. fr. 317 a, Quanquam à te actam fabellam video eſſe feſtiuè. pro Cluent 35 b, Stalenus à P. Cethego admonitus, iſtam dedit conciliationis & gratiæ fabulam. I. A. 167 a, Non ſolùm vnum actum, ſed totam fabulam confeciſſem, Attic. 219 a, De Varrone loquebamur, Lupus in fabula. & ibid. b, Etenim decantata erat fabula. de Sen. 90 b, Quibus qui ſplendidè vſi ſunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. & 91 b, Nec hiſtrioni vt placeat peragenda eſt fabula, modò in quocunq; fuerit actu probetur. pro Mil. 103 a, Itaq; non ſine cauſa fictis fabulis ſapientiſſimi homines memoriæ prodiderunt, Oreſtem, &c. de In. 48 a, Fabula eſt, in qua nec veræ, nec veriſimiles res cõtinentur. * ad Her. 3 a, Id *narrationis genus*, qđ in negotiorum expoſitione poſitum eſt, tres habet partes: fabulam, hiſtoriam, argumentum. Fabula eſt. quæ neque veras neque veriſimiles continet res: vt eæ, quæ tragœdijs traditæ ſunt. de Inuent. 47 b, Quæ res vel apologum vel fabulam, vel aliquam contineat irriſionem. & 48 a, Ea *pars narrationis*, quæ in negotiorum expoſitione poſita eſt, tres habet partes, fabulam, hiſtoriam, argumentum. Partit. 233 b, Fabula etiam nonnunquam etſi ſit incredibilis, tamen homines commouet. pro Sex. Roſc. 25 b, Vt ad fabulas veniamus.)(. & 26 b, Age nunc refer animum ſis ad veritatem. pro Sex. Roſc. 29 a, Quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis. pro Cluent. 54 a, Niſi fortè ineptijs ac fabulis ducimur. de Natur. 9 a, Puerilibus fabulis refercit libros. & 10 a, Partum Iouis ortumque virginis ad phyſiologiam traducens diſiungit à fabula. de Natur. 26 a, Si ea ficta credimus licentia fa-

tia fabularum, Mopſum, &c. quos tamen augures ne ipſæ quidem fabulæ aſciuiſſent, ſi res omnino repudiarent. de Natur. 38 b, Qui Dij induti ſpecie humana fabulas poëtis ſuppeditauerunt. ibid. Phyſica ratio non inelegans incluſa eſt in impias fabulas. de Natur. 71 b, Quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum? & 72 a, Commentitiarum fabularum reddere rationem. de Legib. 156 b, Quanquam & apud Herodotum patrem hiſtoriæ & apud Theopompum ſunt innumerabiles fabulæ. de Legib. 163. 164, Vt eos agitent inſectenturque furiæ, non ardentibus tædis, vt in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu. Offic. 59 b, Vt ferunt fabulæ. ibid. Fictam & commentitiam fabulam dicunt prolatam à Platone. Epiſt. 68 a, Vt à contientibus tuis ſcriptis, &c. ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorumque noſtrorum. Attic. 16 b, Cauſa fabulæ Clodianæ. de Finib. 137 a, Quid cùm fictas fabulas, è quibus vtilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus.

† Syntaxis. *Fabulam docere, dare, agere, conficere, decantare. Peragere fabulam ætatis.*

Facesso, ſis. *abeo.* pro Flac. 264 b, Vis abſit, ferrum remoueatur, operæ faceſſant, ſeruitia ſileant. de L. 263 b, Atque etiam Epicureos ab omni ſocietate reip. paulisper faceſſant rogemus.

¶ *Contraho, exhibeo, creo.* I. V. 61 b, Iſti profectò metuere incipies, ne innocenti periculum faceſſeris. Epiſt. 40 a, Faceſſere negocium alicui.

Facessor, ris. pro Clar. 51 b, Si cui fortè hac lege negocium faceſſetur. I. V. 233 a, Cùm audiſſent ei negocium faceſſitum.

Facete, *ſalſè, concinnè, ridiculè, venuſtè.* de Orat. 106 a, Colligere multa, non modò acutè, ſed etiam ridiculè ac facetè. & 131 b, & 129 a, & Epiſt. 135 b, Dicere aliquid facetè. pro Sex. Roſc. 36 b, Facetè eludi ab aliquo. * Frag. ep. Quæ facetè, & breuiter, & acutè locuti eſſemus. de Orator. 128 b, Omni de re facetiùs puto poſſe ab homine non inurbano, quàm de ipſis facetijs diſputari. & 129 a, Noſter hic facetiſſimè tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit.

Facetiae, arum. *iocus, ſal, lepos, cauillatio, dicacitas, vrbanitas, feſtiuitas, argutia.* de Orat. 128 b, Duo ſunt genera facetiarum, alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue: illa à veteribus ſuperior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata eſt. Orat. 204 b, Sales quorum duo genera ſunt. vnum facetiarum, alterum dicacitatis: vtetur vtroque, ſed altero in narrando aliquid venuſtè, altero in iaciendo mittendoque ridiculo. de Orat. 131 b, Quod facetè dicatur, id aliàs in re, aliàs in verbo habere facetias. Epiſt. 134 b, Mirificè capior facetijs his, maximè noſtratibus. de Orat. 106 a, Multò maiorem partem ſententiarum ſale tuo & lepôre, & politiſſimis facetijs pellexiſti. de Clar. 176 b, P. Scipio omnes ſale facetijsque ſuperabat. Offic. 27 a, Sale conditus & facetijs Cæſar, &c. de Clar. 186 b, Feſtiuitas, facetiæ, vrbanitas, lepor, ſuauitas. & 177 b, Facetiarum & vrbanitatis oratorius, non ſcurrilis lepos. de Clar. 179 b, Huius orationes multum argutiarum & vrbanitatis habent. de Orat. 86 b, Lepos quidam facetiæque, & eruditio libero digna. de Orat. 89 a, Libandus eſt etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos. Attic. 7 b, Aliquis facie magis quàm facetijs ridiculus. de Orat. 128 b, Suauis eſt & vehementer ſæpe vtilis iocus & facetiæ: quæ naturæ ſunt propria certè, neque vllam artem deſiderant. ibid. Omni de re facetius puto poſſe ab homine non inurbano quàm de ipſis facetijs diſputari. de Orator. 129 a, Multum in cauſis perſæpe lepôre & facetijs profici vidi. & b. Hoc lepôre atque ijs facetijs non minus refutatum eſſe Brutum. ibid. Et multum facetias in dicendo prodeſſe ſæpe, & eas arte nullo modo poſſe tradi. ibid. Cum autem eſſe facetiarum negares, aperuiſti quiddam, quod præcipiendum videretur. de Orat. 130 a, Sed hoc præceptum prætermittendum eſt facetiarum, quòd his nihil opus ſit: nos autem quomodo vtamur cum opus ſit quærimus: vt in aduerſarium, &c. in teſtem ſtultum, cupidum, leuem, ſi facilè homines audituri videbuntur. ibidem. Craſſo facetias concedit. ibidem. Loquor de facetijs. de Orat. 131 a, Duo ſunt genera facetiarum, quorum alterum re tractatur, alterum dicto. ibidem. Hæc duo genera ſunt eius ridiculi, quod in re poſitum eſt, quæ ſunt propria perpetuarum facetiarum: in quibus deſcribuntur hominum mores, & ita effinguntur. de Orat. 131 b, Quod facetè dicatur, id alias in re habere, alias in verbo facetias. de Orat. 132 a, Facetiæ reliquæ ſunt, quæ aut in re, vt antè diuiſi, poſitæ videntur eſſe, aut in verbo. de Orat. 133 a, Sunt etiam illa venuſta, vt in grauibus ſententijs, ſic in facetijs. & 134 a, Quæ à me de facetijs diſputantur. de Clar. 180 a, Erant ea in Philippo, &c. multæ facetiæ. pro Planc. 266 a, Ille L. Craſſi volunatatem aſperioribus facetijs ſæpe perſtrinxit impunè. Attic. 229 b, Loca tua plena facetiarum.

Facetosus, facetoſa, facetoſum. *iucundus.* de Finib. 86 b, In quãtam hominum facetoſam vrbanitatem incurratis, non dico. *pro facetoſam, ſunt qui legant, facetorum, quod placet.*

Facetus, a, um. *ſalſus, vrbanus, venuſtus, ſcitus, concinnus, feſtiuus, argutus, dicax.* Offic. 22 a, Facetus & dulcis, feſtiuique ſermonis, & in omni oratione ſimulator Socrates. de Orat. 129 a, Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos, & vultu adiuuante & voce, & ipſo genere ſermonis. & ibid. Antè illud facetè dictum emiſſum hærere debet, quàm cogitari potuiſſe videatur. de Clar. 192 a, Faceta & elegans ironia. I. A. 164 a, At etiam quodam loco facetus eſſe voluiſti. Epiſt. 255 b, Primùm, quod tibi facetum videtur, quicquid ego dixi: deinde, quòd illa ſiue faceta ſint, ſiue ſic fiunt narrante te venuſtiſſima. Or. 198 b, Alij in eadem ieiunitate concinniores, id eſt, faceti. de Clar. 179 a, Acutus, elegans, facetus, breuis. & 180 a, Erat in altercando. Cum aculeo & maledicto facetus. Offic. 21 a, Genus iocandi elegans, vrbanum, ingenioſum, facetum. pro Dom. 231 b, Et homo facetus inducit etiam ſermonem vrbanum & venuſtum. de Orat. 87 b, Sermo facetus, ac nulla in re rudis. & 119 a, Eſſe ſalſum & facetum. * Frag. ep. Pedes faceti. de Orat. 129 b, Faceta & vrbana innumerabilia ex vna concione meminiſtis. & 132 a, Non eſſe omnia ridicula faceta. ibid. Quod quibuſcunque verbis dixeris, facetum tamen eſt, re continetur: quod mutatis verbis ſalem amittit, in verbis habet lepôrem omnem. de Clar. 180 a, Homo facetiſſimus. de Leg. 177 a, Ariſtophanes facetiſſimus poëta veteris Comœdiæ.

† Syntaxis. *Homo facetus, & dictum facetum.*

Faciendus, a, um: di, do, dum. de Amic. Alienatio, diſiunctioque facienda. Sulpit. ad Ciceronem libro quarto, Funus ei ſatis amplum faciendum curaui. ad Quint. frat. Horum nihil faciendum eſt. in Anton. Quod agendum & faciendum eſt, non recuſo. in Catil. Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque tractatum eſt. 3. de Legib. Faciendum tibi eſt, vt magiſtratibus lege conſtitutis, de poteſtate, tum de iure diſputes. Attic. lib. 3, Siue per Epeirum iter eſſet faciendum, &c. ad Attic. Faciendum nobis erit, vt ab eo diſcedamus. 3. Offic. Promiſſum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. 3. Famil. Faciendum mihi putaui vt reſponderem. 3. Famil. *pro, Putaui mihi reſpondendum.* 1. Offic. 7. Verr. Ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. de Orat. Fidei faciendæ cauſa. pro Quin. Medicinæ faciendæ locus non erit. pro Planc. At ego, quum caſu diebus ijs itineris faciendi cauſa decedens è prouincia, Puteolos fortè veniſſem. de Orat. In locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit. Attic. libr. 16, De Publio autem quod præſcribi oportet, moram non puto eſſe faciendam. Attic. lib. 8. Neque ipſe ſatis firmus eſſet ad caſtra facienda. in Parad. Nam vt ijs qui honeſtè rem quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis ſumendis, intelligimus opus eſſe quæſito. * Orat. 213 b, Orationis faciendæ & ornandæ autores locupletiſſimi.

Faciens, tis. 12. ad Attic. Id faciens, interdum mihi peccare videor: interdum peccaturus eſſe, niſi faciam. 1. de Diuin. Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipſe demiſiſſet in flumen. 2. de Finib. Rectè facienti gratia habenda eſt. 1. de Diuin. Scribit Eudemum Cyprium familiarem ſuum, iter in Macedoniam facientem Pheras veniſſe. Orator. Quidã omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes.

Facies, ei, *ſpecies oris.* de Orat. 95 b, Non quæritur, &c. non ea, quæ nobis non poſſumus fingere, facies, vultus, ſonus. de Diuinat. 137 b, Hominis figura, vt cum Homeri faciem cogito. I. A. 168 b, Velim mihi dicas, L. Tarſucius qua facie fuerit, qua ſtatura. * de Natur. 22 b, Hoc idem fieri in Deo, cuius crebra facie pellantur animi.

¶ *Forma, ſtatus, ſpecies, conditio.* Off. 4 a, Formam & tanquam faciem honeſti vides. pro Flac. 157 b, Fateantur in Meandri perſona expreſſam eſſe faciem ciuitatis. I. A. 218 b, Legatus enim ſenatus faciem ſecum attulerat. pro Flac. 161 a, Affers faciem nouam, nomen vetus, &c. I. P. 96 b, Virtus, quam tu ne de facie quidem noſti.

† Syntaxis. *Facies honeſti, ciuitatis, virtutis, hominis.*

**Facile**, liùs, limè. *libenter, planè, prorſus, nullo negocio, nullo
labore, citò, procliuius, nihil negocij eſt.)(. Aegrè, triſtius, difficul-
ter, vix.* Tuſc. 195 b, Sed te aberrare propoſito facilè patie-
bar. de Orat. 97 a, & 113 b, Subitam orationem commen-
tatio facilè vincit. Ep. 5 b, Cæteris iniurijs, quæ propoſitæ
ſunt à Catone, facilè, vt ſpero, reſiſtemus. de Orat. 130 a,
Quis enim hæc vel non facilè, vel certè aliquo modo poſ-
ſet ediſcere? Epiſt. 87 b, Tu qui eſſes ordinis tui facilè prin-
ceps. de Orat. 146 b, Facilè vincit, & facilè ſuperat. Tuſcul.
165 b, Africani fratris nepos vita omnium perditorum ita
ſimilis, vt eſſet facilè deterrimus. pro Cæl. 41 b, Voluntas
teſtium, quæ facillimè fingi, nullo negocio flecti poteſt.
Antequam. 194 b, Qui ſperāt, facilius & procliuius ad lau-
dem nobilitatis peruenient.

† Syntaxis. *Facilè patior. Facilè princeps. Ille facilè eſt deterrimus.
Facillimè talis, nullo negocio talis. Faciliùs & procliuiùs perficies.*

**Facilis**, le. *lenis, procliuus, expeditus, explicatus, promptus, exo-
rabilis, indulgens.)(. Faſtidioſus, difficilis.* de Or. 105 b, Vtriuſq;
rei facilis eſt & prompta defenſio. pro Cec. 286 b, Potuiſti
ad tuum ius faciliore ac commodiore iudicio peruenire.
de Cl. 180 b, T. Iunius facilis & expeditus ad dicendum. de
Fin. 55 b, Facilis & expedita diſtinctio. de Orat. 125 b, Ma-
teria facilis ad exardeſcendum. I. A. 168 b, Sed materia faci-
lis, in te dicta dicere. pro Cæl. 50 b, Quæ omnia facilē ha-
bent rationem reprehendendi. de Or. 208 a, Nam ipſæ qui-
dem res in perfacili cognitione verſantur. pro Pomp. 12 a,
Facilis aditus ad eum priuatorum, liberæ querimoniæ de
aliorum iniurijs eſſe dicuntur. pro Dom. 222 a, Deinde ex-
orabilis populus, facilis ſuffragatio pro ſalute. pro Pl. 259
b, Sed mihi in cauſa facili & explicata, perdifficilis & lu-
brica defenſionis ratio proponitur.

¶ *Comis, lenis, paratus.* pro Corn. 62 b, Comes, benigni, faci-
les, ſuaues homines, &c. de Diu. 130 b, Etiamſi faciles nos
habuerit ad concedendum. de Cl. 183 a, Antonius facilis in
cauſis recipiendis erat, faſtidioſior Craſſus, ſed tamen re-
cipiebat. Epiſt. 61 a, Lenis à te & facilis exiſtimari debeo.
Quin fr. 296 a, Facilem ſe in hominibus audiendis admit-
tendiſque præbere. Epiſt. 95 b, Quòd ſi tam facilem po-
pulum haberem, quàm Aeſopus habuit, libenter meher-
cule artem deſinerem. de Clar. 72 a, Antiqui faciles in ſuū
cuiq; tribuendo. de Nat. 74 b, Facilis pater.)(. *Difficilis.* To-
pic. 226 b, Facilis, procliuis, idem. Par. 238 a, Facile, pro-
cliue, iucundum.

† Syntaxis. *Facilis & prompta res. Facili & commoda via perue-
nire. Facilem ſe præbere in legendis libellis. Homo lenis, & facilis.
Comis, benignus, facilis, ſuauis.*

**Facilitas**, tis. *lenitas, humanitas.* de Orat. 102 b, Quæ ſi
vobis non probabuntur, veſtram iniquitatem accuſatore:
qui ex me quæſieritis, quæ ego neſcirem: meā facilitatem
laudatote, cum vobis non meo iudicio, ſed veſtro ſtudio
inductus, non grauatè, reſpondero. pro Pomp. 12 a, Qui
dignitate principibus excellit, facilitate par infimis eſſe vi-
detur. Att. 200 a, Quis congreſſum meum? quis facilitatem
ſermonis deſiderauit? Ep. 214 a, De quo pro tua facilitate
& humanitate purgarū ſe tibi ſcribit eſſe. Qu. fr. 293 Adiū-
genda eſt facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. de
Orat. 110 a, Magis adeò id facilitate mea, quàm alia vlla
culpa mea contigit. Ep. 183 b, Sed immoderatè facilitate
noſtra abutuntur. Off. 28 a, Exercenda etiam eſt facilitas &
altitudo animi quæ dicitur. * de Orat. 125 a, Facilitatis,
liberalitatis, &c. ſigna proferri perutile eſt.

¶ *Promptitudo.* de Or. 125 a, * Facilitate ſignificandi effici-
tur vt. *Alij facultate legunt.*

**Facinoroſus**, a, um: & ſiſſimus. *ſceleſtus, flagitioſus.*
Anteq. 195 a, Nemo tam perdita autoritate facinoroſa in-
uentus eſt vita, qui, &c. de Orat. 130 b, Facinoroſos maio-
re quadam vi quàm ridiculi, vulnerari volunt. pro Cæl. 40
a, Cum facinoroſis audacter viuere. de Leg. 164 a, Iniurio-
ſa & facinoroſa vita. I. A. 251 b, Vitam facinoroſiſſimis
manibus ereptam. * 3. Acad. Depugnare cum facinoroſis
& audacibus.

**Facinus**, oris, *flagitium, ſcelus.* I. V. 270 b, Facinus eſt
vinciri ciuem Romanum, ſcelus verberari, propè parrici-
dium necari: quid dicam in crucem tollere? pro Mil. 120 b,
Miloni facinoris ſuſpicio, non facti crimen obſtat. de Fin.
84 b, Si enim ita eſt, vide ne facinus facias, cùm mori ſua-
deas potius. de Inu. 61 a, Voluntario facinori veniam dari
non oportere. 54 b, In externis locis minor eſt ad facinus
verecundia. Att. 275 b, Poſtea illud conſciui facinus. con-
tra Rull. 81 b, Homines ad vim, facinus, cædemq; delecti.
pro Mil. 115 b, Is cui nihil vnquam nefas fuit, nec in faci-
nore, nec in libidine. de Nat. 68 b, Furiæ vindices facinorū
& ſceleris. pro S. R 24 b, Sceleſtum ac nefarium facinus. de
Cl. 181 a, Deprehendi in manifeſto facinore. de N. 4. b, Fie-
ri in ciuitate facinora capitalia. I. C. 102, Obire facinus.
* pro Cecin. 292 a, Vt tantum facinus non in æquitate de-



fenſionis, ſed in vna litera latuiſſe videatur. I. V. 274 b, Si
eius omnia ſunt inaudita & ſingularia facinora ſceleris,
audaciæ, perfidiæ, libidinis.

¶ *Egregium factum, & laudabile.* Epiſt. 22 b, Facere magnum
facinus. & 49 b, Committere facinus. *vtrunque ambiguum.*
pro Rab. 94 a, Et id facinus pulcerrimum eſſe arbitrarer. I.
A. 181 a, Statimq; illa mirabilia facinora effecit. * ad He-
renn. 41 b, Quaſi facinus præclariſſimum feciſſet. I. A. 255
a, Qui iudicauerint Dolabellam hoſtem ob rectiſſimum
facinus.

† Syntaxis. *Id ita fieri facinus eſt. Facinus magnum facere. Con-
ciſcere facinus. Facinus ac ſcelus. Facere, efficere facinora præclara,
rectiſſima.*

**Facio**, cis. *ago, efficio, conficio, perficio, creo, tranſigo, præſto, con-
flo.* Att lib. 5, Ita viuam, vt maximos ſumptus facio. 16. Fa-
mil. Quod quidem aut facis, aut perbellè ſimulas: quod
tamen in modū procedit. pro Plan. Datus eſt tibi ille, con-
donatus eſt ille, non facis finem, ferre non poſſumus ad
Att. Facis ex tua dignitate & è repub. ad Qu. fr. Nam ſi te
interioribus amicis tuis anteponis, valde magnum facis. 7.
ad Att. Sed mihi venit in mentem multum fore ſermonē,
me iudicium iam de publica cauſa feciſſe. pro Qu. R. 48 b,
Vtrumq; ex vtriuſq; perſona veriſimile videretur, & Fan-
nium per malitiam feciſſe, & Roſcium per imprudētiam
deceptum eſſe. 2. de Fin. At enim hic etiam dolore: at cum
nihil facit. *ſubintellige fruitur.* 3. Offic. Emit homo cupidus
& locuples, tanti quāti Pythius voluit: & emit inſtructos,
nomina facit, negocium conficit. Diuin. lib. 1, Multaq; fa-
cere impurè atq; tetrè, cū temeritate atq; imprudentia. de
Fin. lib. 3, Facere multa laudabilia. Off. 1, Facere mutatio-
nem morum inſtitutorumq;. pro Seſt. Facere mutationē
veſtis. Tuſc. q. lib. 3, Nihil facere niſi quod expediat. 3. in
Verr. 7. Fam. Facere nomen. 11. Fam. Facere non poſſum
plus quàm feci. ad Att. Facere non poſſum, quin ad te mit-
tam. 11. ad Att. Facere non potuiſti, vt non mitteres, *pro,
quin mitteres.* 8. ad Attic. Facere hoc officium. Læl. Facere
omnia amici cauſa. 15. ad Att. Facere ſumma omnia de re
aliqua. Ep. lib. 8. Cælij, Scis Appium Cenſorem hîc oſten-
ta facere de ſignis & tabulis. ad Attic. Noli putare pigritiâ
facere me, quòd non mea manu ſcribam. de Aruſp. reſp.
Facere Megaleſia. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Facere mentionem
alicuius. pro Flacc. Facere ſibi crimen. 16. ad Att. pro Mi-
lo. Facere decretum ſecundū aliquem. 2. Philip. Facere in-
temperanter in domeſticum dedecus. de Nat. 1, Facere cō-
ſultò. in Piſon. Facere contentionē alicuius rei. Off. 3, Fa-
cere contra iuſiurandum ac fidem. in Vati. Leges, quas cō-
tra, præter te, nemo vnquam eſt facere conatus. Offic. 3,
Facere contra Remp. amici cauſa. in Orat. Controuerſiā
facere dicuntur verba. de Petit. Conſ. Facere conuiuia. 3. de
Orat. Facere ciuibus omnibus conſilij ſui copiam. 1. de
Leg. Imperitè facere. Off. 1. Tuſc. q. lib. 4, & pro Leg. Ma-
nil. Facere impetum in aliquem iniuſtè. de Fin. lib. 1, Face-
re impetum in hoſtem armatū. pro Dom. ſua, Facere im-
petus. 2. de Fin. Fœdus quoddam facere inter ſe. de Diuin.
134 b, Facere quid fruſtra, ac ſine cauſa, abhorret etiam ab
hominis conſtantia. 6. Verr. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Tuſc. q. lib.
1, Difficile eſt enim finem facere precio, niſi libidini fece-
ris. 6. Philip. Facere aliquē firmum. 1. de Orat. Facere con-
ceptionem. Att lib. 9, Cœnas facere. 9. Fam. Facere cœnu-
las. pro Planc. Facere coitionem. 4. ad Att. 2. Verr. Facere
comitia. 13. Fam. Facere commemorationem. pro Deiot.
Quos cōcurſus facere ſolebat? quàm ſe iactare, &c. 3. Ver.
Verùm vt ex vno de cæteris coniecturam facere poſſitis.
4. Verr. & 5. pro Mur. Quo facilius vos coniecturā de trien-
nio, & de tota Sicilia facere poſſitis. pro Cæl. Facere con-
ſtitutum cum aliquo. 13. Fam. Facere alicui conſuetu-
dinem cum alio. de Orat. A ſe aliquid facere. 13. Fam.
Facere aliquid alterius commendatione. Offic. 1, Face-
re aliquid contra morem conſuetudinemque ciuilem.
Tuſcul. q. lib. 3, Facere aliquid humanius. Tuſcul. q. lib. 4,
Facere aliquid humile, ſummiſſum, molle, effœminatum,
fractum, abiectum. 2. de Finib. Improbè aliquid facere. 13.
Fam. Facere aliquid in quempiam. pro Leg. Manil. Non
modò vt ſumptum faciat in militem, nemini vis affertur:
ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. 3. Verr. 14.
Fam. Quid hoc homine faciatis. *id eſt, facere debeatis.* 4. Aca.
Multaq; facimus vſq; eò, dum aſpectus ipſe fidem faciat
ſui iudicij. Epiſt. Equidem pro eo quanti te facio, quicquid
feceris approbabo. 2. de Orat. Vt ſementem feceris, ita me-
tes, inquit. 4. Acad. Diodoro quid faciam Stoico. pro Ce-
cin. Quid tu huic homini facias. pro R. Com. & de Prou.
Conſ. Quum de tota lite pactionem faceret. 2. de Orat.
Primùm quis Antonio permiſit, inquit, vt & partes face-
ret, & vtram vellet, prior ipſe ſumeret. 11. ad Att. Quid fa-
cerem? 6. Verr. Nam antè quàm verbum facerem, de ſella
ſurrexit, atq; abijt. 1. de Fin. Quæ mihi facultas, vt id meo
arbitra-

arbitratu facerem, ante hoc tempus nunquam eſt data.4. Acad. Quid enim faceret huic concluſioni, Si lucet, lucet. lucet aũt. lucet igitur. Orat. Poſſe aliquẽ inueniri oratorẽ, qui aliquid mali faceret dicẽdo, obeſſetq; ei quem defenderet.pro Leg.Manil. De quo homine vos,&c.tãta & tam præclara iudicia feciſtis. Anteq. In meis calamitatibus aliquam ferre opem, vt ſæpe multorum in periculis feciſtis. Off. 1, Facere aliquid indecorè, libidinosè, effœminatéue. 4.in Verr. Facere aliquid irritum. 6. Fam. Facere aliquid q̃ parciſſimè. de Pet. Conſ. Facere aliquid ſtudiosè ac libenter. de Amic. Amicè facere. de Senect. Faciã vt potero Læli. in Piſon. Non facies fidem ſcilicet, quũ hæc diſputabis. Att. lib 4, C. Memmius candidatus pactionẽ in Senatu recitauit, quã ipſe ſuus competitor Domitius cum Conſulibus feciſſet, vt,&c.3.Tuſc. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, &c.in Piſo. Dixiſti huius te cupiditati obſequi, ſicut ego feciſſem in collega meo.2 de Leg. Quòd ſi hoc, qui teſtamentũ faciebat, cauere noluiſſet 2. Philip. Medico tria millia iugerum, quaſi te ſanum feciſſet: rhetori duo, quaſi diſertum facere potuiſſet. de Orat. Feci hoc, quod ne adoleſcẽs quidem feceã, vt his de rebus diſputarẽ. 3. Ver. Decem enim naues iuſſu L. Murænæ populus Mileſius ex pecunia vectigali populi Romani fecerat. 4. Acad. Tum quum planè cõpreſſerat pugnũq; fecerat, comprehenſionẽ illã eſſe dicebat.3. Ver. Præterea pecunias occupârat apud populos, & ſyngraphas fecerat,&c.ad Plan. lib. 13 Teſtamento qđ Romæ Paulo & Marcello coſs. fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia eſt Capito. de Nat. deor. Vulcanũ eum quẽ Alcamenes fecit Athenis. Ep.176 a, Gratulatio quam tuo nomine ad omnia deorũ tẽpla fecimus. Att. lib. 13 6. Philip Et id, quoniã impenſam fecimus in macrocolla, facilè patior teneri. Att. Et ſi non potuiſti vllo modo facere, vt mihi illã epiſtolã non mitteres: tamen mallẽ non eſſe miſſam. *id eſt, quin mitteres.* pro Sylla. Non reſpondit tamẽ vnà facere Syllã.3. de Leg. Omnia infima ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit. 2. Verr. Perſpicua ſua conſilia, conatusq; omnibus fecit. 6. Phil. Quid enim ille vnquã arbitrio ſuo fecit. in Ver. Glabrionem id, quod fecit, facere lętatus ſum, vt teſtẽ dimitteret,&c. Terentiæ lib. 14, Labienus rem meliorẽ fecit. ꝓ Clu. Tamen Habitus Oppianicũ reum ſtatim nõ fecit. Qu. fr lib. 2, Sed fecit humaniter Licinius, quòd ad me miſſo Senatu veſperi venit, &c. Att. lib. 9, Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget ſyncerè, temperatè, prudenter, valde videro. in Vati. Facere contra leges. Att. lib. 1. & Top. Menelaus ægrè id paſſus, diuortium fecit.3 Off, 12. Phil. Pacem fecẽre cũ Samnitib. Romani. pro Seſt. Fœdus fecerunt cum Tribuno plebis palàm, vt ab eo prouincias acciperent, quas ipſi vellent,&c. de Orat. Neq; id actores prius viderunt, quàm ipſi poëtæ: quàm deniq; illi etiã qui fecerunt modos. de Diuin. Sanè quidem ſicut de religionum iure feciſti. Acad.q. ed. 2. lib. 1, Atq; ipſe varium & elegans omni ferè numero poëma feciſti. Att. lib. 12, Quòd domi te incluſiſti, ratione feciſti. ad Varronem lib 9. Feci igitur ſermonem inter nos habitum in Cumano, quum eſſet vnà Pomponius,&c. Lentulo lib. 1, Summã feci cogitationum mearũ omnium. in Rull. Feci finẽ offerendi mei.7. ad Att. Feci igitur, atq; effeci omni obſequio. pro Plan. Et me vnum ex ijs feci, qui ad aquas veniſſent. ad Qu. fr. Etiam Domitio ipſi multa iam feci, quæ voluit, queq; à me petiuit. Ac.q. ed. 2. lib. 1, Feci vt eſſent nota noſtris. περιφραστικῶς: *pro, noſtris expoſui.* Acad.q. ed. 1. lib. 2, Feci plus quàm vellem. in Vat. 32 b, Leges quas contra, præter te nemo vnquam eſt facere conatus. 2. de Leg. Quòd ſi hoc, qui teſtamentum faciebat, cauere noluiſſet. Att. lib. 8. de Aruſp. reſp. Vt quum de illo ægroto vota faciebant. Anteq. Quæcunque adminiſtraui, ex veſtra autoritate & voluntate feci. Att. Itaq; feci de Fabio, vt ſcribis: in Philip. 4. & Verr. 6, Vt feliciter vir auctionem faciebat. de Clar. orat. Phil. 4. & Verr. 6, Itaq; Hortenſius vtroq; genere florens, clamores faciebat adoleſcens. pro Mil. Nudauit ſe in ſanctiſſimo templo, quoniam vita tali & ciuis & viri fidem non faciebat. de Sen. Sua enim vitia inſipientes, & ſuam culpam in ſenectutẽ conferũnt: quod non faciebatis, cuius modò mentionem feci, Ennius,&c. in Ant. Quanquam te bonum timor faciebat. de Aruſp. reſp. Facere ſacellum. ad Brut. Maiores, qui hunc honorem mulieri Larentiæ tribuerunt, cuius vos pontifices ad aram in Velabro facere ſoletis. de Clar. or. pro Corn. Balbo, Sacrificium publicum cũ læna facere. 1. de Orat. pro Roſc. Amer. 3. in Verr. Scelus eos nefarium facere,&c. dicunt. 5. in Ver. Facere tributum. Diuin. lib. 3, Facere tripudium ſoliſtimum dicuntur pulli. Off. 1, Quod facere turpe non eſt, modò occultè, id dicere obſcœnũ eſt. de Aruſp. reſp. pro Dom. ſua, pro Rab. Poſth. 2. Philip. Facere ſyngrapham cũ aliquo. 11. Fam. Facere ad omnia deorũ templa. 3. Verr. Facere ignem ex lignis viridibus. Attic. lib. 7. & 12, Bene fecit Silius, qui tranſegerit. 6. Fam. Rectè facere, & bene ſentire, ad bene beateq; viuendum ſatis. 2. in Verr. Facere redemptionem. 2. in Ver. Facere reiectionẽ iudicũ. 13. ad Att. Facere reliqua. pro Deiot. & 14. Phil. Facere prælium. pro Dom. ſua, Facere pro aliquo. Tuſ. q. lib. 4, Facere progreſſus: ꝓ Flac. Prolixè cumulateq; facere. 1. Off. 1. Phil. Vt non reddere depoſitum, etiã ne furioſo promiſſum facere,&c. 2. de Or. Facere quod nõ peſſimè facias, vel non facere quod nõ optimè poſſis, humanitatis eſt. 2. Verr. pro Roſc. Amer. & Com. Cùm præſertim planum facere multis teſtibus poſſim, &c. Orat. Facere populi ſcitum. 8. Phil. Facere omnibus ſui conueniendi poteſtatẽ. Epiſt. Itaq; quod pro meo iudicio facere potui, vt laudarem,&c. feci. 1. de Orat. Quum iratum aduerſario iudicem facere vellet. 5. Phil. Facere iudicium de aliquo. ad Plan. lib. 13. de Or. 51. pro Q. & pro Flac. *bis.* Vt primùm per ætatem iudicium facere potueris, quanti quiſq; tibi faciẽdus eſſet. 4. Acad. Sed ne literam quidẽ vnam facimus niſi forenſem. pro Clu 4. Ver. pro Roſc. Amer. pro Q. Quo tandẽ igitur ore mentionẽ corrupti iudicij facitis. *I. V. 178 a, Quæſtores, legatos, præfectos ſuos, tribunos, multi miſſos fecerunt, & de prouincia decedere iuſſerunt. ibid. Facio eandem ſponſionem cum aliquo de ſocietate. Att. 66 b, In campo Martio ſepta tribunicijs comitijs marmorea ſumus & tecta facturi. Frag. ep. Vereor ne ferociorẽ eum faciant tua tam præclara de eo iudicia. Oecon Virum quàm mulierem audaciorem fecit natura. pro L. Varen. Cùm iter per agros & loca ſola faceret cum Populeno. pro C. Cornel. 1, Quæ A. Gabinius in re optima fecit omnia. 3. de Nat. deor. Vt faber non ipſe facit materiam, fictorque item è cera: ſic iſti prouidentiæ diuinæ materiam præſtò eſſe oportuit, non quam ipſa faceret, ſed quam haberet paratam.

¶ *Edo, compono, lucubror.* in Piſon. Poëma porrò facit ita feſtiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil vt fieri poſſit argutius. 2. de Diu. Iam Apollo verſus facere deſierat. 7. Ver. ad Qu. fr. Facere verſus in cupiditatem alicuius. Att. Ludos facere abſens malebat. Att. lib, 15, Ludos verò non facere quid fœdius?

¶ *Aeſtimo, iudico.* Epiſt. Nam ego te, ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci. 2. de Finib. Nam qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, quam vnam virtus minimi facit, &c. Epiſt. Duos duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompeium & M. Brutum. Epiſt. Nollem accidiſſet tempus, in quo perſpicere poſſes, quanti ego te, quanti Pompeium, quem vnum ex omnibus facio, vt debeo plurimi, quanti Brutum facerem. de Nat. deor. 1, Vt nullam reliquam faciat eius opinionem. ad Brut. Alienæ igitur, inquies, culpæ me reum facies. Tuſc. Nec pluris facit Camillus hoc ciuile bellum nunc, quàm illo viuo ego fecerim Romam captam.

¶ *Fingo, induco.* de Cl. or. In eo libro vbi ſe cũ Curione colloquentem facit. de Nat. d. 8 a, Plato facit Socratẽ diſputãtem. de Nat. Plato facit mundũ ædificari à Deo. pro Flacc. Quum verbis ſe locupletem faceret, haberet illam impudentiam quã videtis. de Nat. Facimus deos eſſe his vocabulis, quibus à nobis nominantur. 13. ad Attic. Feciſſem diſputantes, *id eſt, induxiſſem.* *pro Q. Gall. Cùm facit Euripidem & Menandrum inter ſe diſſerentes.

¶ *Inſtituo, creo.* 3. Offic. 3. Verr. pro Cec. Viros bonos & honeſtos complureis fecit hæredes.

¶ *Cogo, colligo, conflo.* pro Rabir. 91 b, Peculatum facere. 4. Verr. Quærere ipſe ſecum & cogitare cum ſuis cœpit quibúſnam rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere poſſet. 3. Verr. P. Seruilius quinquenniũ exercitui quum præeſſet, & iſta ratione innumerabilem pecuniam facere poſſet,&c. pro Cec 7. in Verr. Quum manum fecerit, copias parârit,&c.

¶ *Addo, efficio.* pro Leg. Man. Facere animum alicuius dubium. 1. in Verr. Cat. 4. ad Heren. 2. de Orat. Facere audientiam. pro Leg. Manil. Facere autoritatem. Att. An mihi nutus tuus non faceret fidem? in Catil. Vt quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorem fidem faceret oratio mea. 3. ad Attic. Tuæ quidem literæ quo ſæpius à me leguntur, hoc ſpem faciunt mihi minorem. Attic. lib. 13, pro Rab. perd. reo, Quam tu coniecturam faciebas ex literis Meſſalæ. in Brut. Credit ijs, quæ dicuntur: qui odit oratorem, vera putat, aſſentitur, probat, fidem facit oratio. de Opt. 244 a, Plato facit Iſocratẽ laudari à Socrate. *Orat. 219 a, In ijs, quibus vt pugiunculis vti oportet, breuitas facit ipſa liberiores pedes.

¶ *Infero, affero.* Att. lib. 1, Conuitium Piſoni Cõſuli mirificũ facit. in Or. Sic oratio nec plagam grauem facit, niſi petitio fuerit apta. in Catil. Att. lib. 10. pro Mil. Cædem infinitam ciuium feciſſent. pro Cecin. Qui illam vim, deiectionemq;, tuo rogatu aut tuo nomine fecerit. in Piſon. Facio

iniuriam fortiſſimo viro mortuo. pro Flac. Facere ſuſpi-
cionem. 3. Philip. Ille autem ex Myrmillone dux, ex gla-
diatore imperator, quas fecit ſtrages, vbicunque poſuit
veſtigia. 3. Philip. Quid eſt porrò facere contumeliam?
quis ſic loquitur. 10. Famil. Facere conuicium alicui. pro
Syl. in Catil. & pro Milon. & pro Font. Facere bellum ali-
cui. pro Sylla, Facere cædem vicinorum. ad Octaui. Nulla
enim remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt
dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. 9. Philip. Honorē mor-
tuo, cui iniuriam viuo fecimus, faciamus? de Diuin. lib. 2,
Facere mirationem. Planc. lib. 10. Epiſt. Non vllam rem a-
liam extimeſcens, quàm eandem quæ mihi quoque facit
timorem. 2. de Finib. Et neſcio quo modo is qui autorita-
tem minimam habet, maximam vim cum illis populis fa-
cit, &c. Att. lib. 11, Sed augeo commemorando dolorem,
& facio etiam tibi.

¶ *Exerceo.* poſt Red. Egeſtate & improbitate coactus pira-
ticam ipſe feciſſet. 7. Verr. Parad. Alios qui à prædonibus
erant capti, quum mercaturas facerent, vt, &c. ad Le-
ptam libr. 6, Neque enim erat ferendum, quum qui hodie
haruſpicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur. Le-
ptæ lib. 6, Reſcripſit, eos qui facerent præconium, vetari
eſſe in Decurionibus, *hoc eſt, qui præcones eſſent.* Quint. frat.
lib. 3, Topiariam facere. ad Octau. pro Seſt. Cuius auus
fuerit argentarius, adſtipulator pater, vterque verò preca-
rium quæſtum fecerit. 7. Verr. Is quem ille argentariam
Lepti feciſſe dicit.

¶ *Sacrifico.* pro Mur. 145 b, Iuno ſoſpita, cui omnes Conſu-
les facere neceſſe eſt.

¶ *Patior, experior.* 6. Verr. Detrimentum fecit, quòd per te
imperij ius vna in ciuitate imminutum eſt. 1. de Nat. illi e-
nim nuſquam picti ſunt, qui naufragium fecerunt, in ma-
rique perierunt. ad Tiro. lib. 16, Qui cupidè profecti ſunt,
multi naufragia fecerunt. in Topic. Si ædes exceſæ corrue-
runt, vitiúmve fecerunt, &c. hæres reſtituere non debet,
nec reficere. Diuin. lib. 2, Facere magnam iacturam cauſæ.
Off. 1, Facere iacturam gloriæ. Epiſt. lib. 4. Sulpitij, Iacturā
in vnius mulierculę animula facere. 2. de Fin. Facere iactu-
ram rei familiaris.

¶ *Acquiro, adipiſcor.* pro Flac. Minus igitur lucri facit. 3. Ver.
Dubitamus, quid iſte in hoſtium præda molitus ſit, qui
manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubijs fecerit.

¶ *Concedo.* ad Qu. fr. lib. 1, Quòd quum Gabinium de am-
bitu vellet poſtulare, neq; Prætores diebus aliquot adiri
poſſent, vel poteſtatem ſui facerent. in Cat. Si quid de his
rebus dicere vellet, feci poteſtatem.

¶ *Curo, procuro.* pro Rab. Poſthu. Facere iudicium in reum.
pro Flacc. Facere iuſta alicui. 1. de Finib. Facere lætitiam.
2. de Fin. Facere rem vnā ex duabus. 7. Verr. Res illius diui-
nas apud eos deos in ſuo ſacrario propè quotidie facere
vidiſti. ad Quin. frat. Quanta tandē pecunia penderetur, ſi
omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent, &c.
5. Fam. Vatinij, Tu nos fac ames. 11. Fam. Bruti & Caſſij,
Fac cogites: ad Qu. fr. Verborum ordinem immuta, fac ſic,
comprobauit filij temeritas. Att. lib. 2, Facito vt ſciam. 11.
ad Att. Feci vt darem. *pro, dedi.* pro Cluent. Quod fuit viri
optimi, feciſti, vt ne cui innocenti, &c. Appio lib. 11, Gra-
uiſſimum verò iudicium de mea fide & de conſtantia fe-
ciſti, &c. pro Clu. 4. Fam. Ser. Sulpitij, Et ibi de integro fu-
nus iam ſepulto filio fecit, 1. Philip. Ijdemq; buſtum in fo-
ro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. in
Philipp. Facit ſibi quiſq; nefas.

¶ *Admitto, committo, patro.* de Fin. lib. 2, Vide ne facinus fa-
cias, cum mori ſuadeas. pro Cluent. Att. lib. 6, Hoc ipſo fe-
rè tempore, Strato ille medicus domi furtum fecit, & cæ-
dem eiuſmodi. pro Milon. Facere ſtuprum cum ſorore.
Epiſt. Facere magnum facinus.

¶ *Exequor.* pro Flac. Quum iudicatum non faceret.

¶ *Fingo, effingo, ſimulo.* 51. Fam. Facio me alias res agere.

¶ *Promiſcuæ, præſtantes, lectiſſimæq; vires.* de Clar. orat. 12. ad
Attic. Ego verò, inquam, ſi potero, faciam vobis ſatis. pro
Quint. Neque tamen tam multa verba faciam. de Vniu. 1.
Tuſcul. Si ne tum quidem faciet finem vitiorum. 3. Offic.
pro Cecin. Quum is ſponſionem feciſſet, Ni vir bonus eſ-
ſet. pro Q. Si mehercule hæc tecum duo verba feciſſes,
Quid ago? reſpiraſſet cupiditas. in Philipp. Quòd Trib.
pleb. verba fecerunt, vt Senatus calend. Ianuarijs habere-
tur. pro Dom. ſua, Qui in conuentu bonorum virorū ver-
ba de ſalute mea fecerant. ad Attic. Volet enim, credo, Cę-
ſar S. C. facere. pro Quint. Facere ſocietatem rerum. 1. de
Orat. Facere ſpacia. 1. Offic. Demoſthenes ſi illa, quæ à
Platone didicerat, tenuiſſet, & pronunciare voluiſſet or-
natè ſplendideque facere potuiſſet. 5. in Verrem, 1. Offic.
Facere acceptam ſponſionem. 7. Verr. Sponſionem face-
re cum lictore ſuo, H-S. duobus milibus. pro Quin. Qui,
quum de re agendi nullo recuſante poteſtas fuiſſet, ſpon-
ſionem de probro facere maluerit. pro Quint. Iubet P.
Quintium ſponſionem cum Sext. Næuio facere, ſi, &c. 1.
Famil. Facere alicui ſtomachum. 5. Philipp. Facere legem.
5. in Verr. Facere locationem. 5. de Fin. Nihil opus eſt hoc
exemplis longiùs facere, eſt enim perſpicuum, &c. Orat.
Facere aliquem loquentem. Terentiæ, lib 14, ita ſum leua-
tus, vt Deus mihi aliquis medicinam feciſſe videatur. pro
R. Com. Dic pactionem feciſſe, vt abſolueretur, non pepi-
git. Catoni, lib. 15, Caſtra in Lycaonia apud Iconium fa-
ceret. Attic. lib. 1, Heluetij ſine dubio ſunt in armis excur-
ſionesque in prouinciam faciunt. pro Milon. Statim com-
plures cum telis faciunt de loco ſuperiore impetum. pro
P. Seſtio, Impetum faciunt in Fabricium. 2. in Verrem, pro
Milon. & pro Syl. Facere inſidias. 3. ad Attic. Varronis ſer-
mo facit expectationem Cæſaris. 2. de Orat. Facit enim de
ſe coniecturam: cuius, &c. de Clar. de Orat. Damnum e-
nim illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæque
literæ fecerunt. pro Legib. Manil. pro Roſc. Amer. 2. de
Diuin. Ex hoc ipſo loco permulta idem contra legem
verba feciſti. 15. Famil. Ad oppidum Cibyſtra caſtra feci.
pro Font. 1. & 4. in Verr. Facere verſuram ab aliquo. pro
Cecin. Veſtigium facere in poſſeſſionem. pro Rab. Poſt-
hum. Hic vos aliud nihil orat, niſi vt rectis oculis hanc vr-
bem ſibi intueri, atq; in hoc foro veſtigium facere liceat.
16. Famil. Ciceronis filij, Facere intercapedinem ſcribendi.
4. Tuſc. Vtrum igitur mauis, ſtatímne nos vela facere, an
quaſi è portu egredientes, paululum remigare. Parad. Fa-
cere incendium. 1. de Inuent. Facere inceſtum. 3. in Verr.
Facere indicium. 8. Philip. Inducias facere. in Verr. Facere
aliquem infamem. Att. lib. 7, 5. Philipp. Facere initium ar-
morum. 5. Philipp. pro Cluen. Facere initium cædis à me.
14. Philipp. Facere initium confligendi. 2. Verr. Facere pe-
riculum diligentiæ. 1. Verr. Facere periculum ſui. pro Leg.
Agrar. Iſtos, quibus ocioſi negocium feciſſemus, ocioſiſſi-
mos reddam. Plancus ad Ciceronem lib. 10, Magnā etiam
perditi hoſtes acceſſionem ſibi feciſſent. Plancus ad Cice-
ronem, 3. in Verr. Facere prædas. ad Att. lib. 4, Facio frau-
dem S. C. inde domū cœnatus, vt ſim manè præſtò Milo-
ni: ibi te igitur videbo & promouebo. in Rull. & 4. in Verr.
Facere ſummā pecuniæ. 3. Off. Facere promiſſa, ſtare cō-
uentis, reddere depoſita, cōmutata vtilitate fiunt inhone-
ſta. 7. Verr. Facere quæſtū furtis. Diuin. lib. 1, Facere ratum.
Catoni lib. 15, Quum exercitu luſtrato iter in Ciliciam fa-
cere cœpiſſem. Senatui populoq; Romano, lib. 15, Iter in
Ciliciam facere inſtitui. Attic. lib. 5, Actio maluimus iter
facere pedibus, qui incommodiſſimè nauigaſſemus. 3.
Verr. Facere iter quacunque. Attic. lib. 16, Iter ſecundum
mare facere. 5. ad Attic. Facere iuſta itinera. 1. de Leg. 10.
Fam. Ipſisque magnopere autorem fuiſſe, vt aliquando
controuerſiarum aliquem facerent modum. de Petit. Cō-
ſul. Facere fucum. 3. Tuſcul. Deinde etiam gratum ſe mor-
tuis facere, ſi grauiter eos lugeant, arbitrantur. 4. ad Attic.
5. in Verr. Facere gratulationem cuipiam. pro Cornel.
Balb. Facere hoſpitium cum aliquo. 5. in Verr. Facere de-
ductiones ex pecunia. 6 & 14. Philip. 6. in Verr. 1. Famil. Fa-
cere diſceſſionem in ſententiam. 2. Philipp. Facere diuor-
tium cum aliqua. 7. in Verr. Facere donum. 2, de Fin. Face-
re emolumentum. pro Flacc. Facere emptiones & proſcri-
ptiones prædiorum. ad Att. Facere longiorem epiſtolā. 5.
Philipp. Facere exercitum. 4. Acad. Expectationem ſui fa-
cere. Attic. lib. 8, Neq; caſtra propter anni tempus & mili-
tum animos facere poſſum. 2. de Orat. Facere cauſam. pro
Dom. ſua, Facere cautiones pecuniarum. pro Quint. Face-
re certiorem. pro Planc. Doceo gratioſum eſſe tribulibus
Plancium, quòd multis benignè fecerit. *pro, multis ſpoponde-
rit.* pro Dom. ſua. Quas iſte tum cædes, quas lapidationes,
quas fugas fecerit. Attic. lib. 8, Ac ne me exiſtimâris ad ma-
nendum eſſe propenſiorem, quòd plura in eam partem
verba fecerim. Attic. Feceris mihi gratum, ſi antè eò vene-
ris. Attic. lib. 1, Per mihi, per inquam gratum feceris. 1. de
Diuin. Quum duo quidam Arcades familiares iter vnà fa-
cerent. 9. Famil. Facere acceſſus & receſſus. pro Rab. Poſt-
hum. Facere acceſſionem & deceſſionem de ſumma. At-
tic. lib. 13, Aes alienum facere. pro Milon. Dein ſubito vul-
tu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim: vos & omnes
boni vota faceretis, vt Miloni vti virtute ſua liberet. de
Prou. Conſ. Retinete igitur in prouincia diutius eum qui
de ſocijs cum hoſtibus, de ciuibus cum ſocijs faciat pa-
ctiones. 2. de Orat. Quin prodis, mi Spuri, vt quotieſcun-
que gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in
mentem. Att. lib. 8, Aequum eſt me à te impetrare, vt co-
hortes, quę ex Piceno & Camerino venerūt, quę fortunas
reliquerunt, ad me miſſum facias. pro Roſc. Com. Et ſi
quando me vis peierare, vt paululum tui compendij fa-
cias, paratum fore ſcito. pro Cecin. Nam verba ipſa ſpon-
ſionis facerent mecum, ſi vellem diligenter attendere.

pro

pro Cluent. Quatuor viros municipes fecerunt.5.ad Attic. Facere permutationem cum aliquo. * Frag. ep. Cùm iter facerem Claternam tempeſtate ſpurciſſima. Attic. 102 b, Omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaq; dignos illac facere: hoc eſt, ſtare ab illius partibus. Attic. 162 b, Pompeium cum magnis copijs iter in Germaniam per Illyricum feciſſe. de Diu. 124 b, Lectica operta facere ſe iter ſolere. & 125 a, Cur aũt alijs à dextra, alijs à læua datum eſt auibus, vt ratum auſpiciũ facere poſſint? de Diuin. 126 a, Vt in aruſpicina fecimus. Facio flocci. L. FLOCCIFACIO.

**FAC**. *cũ infinito, concedentis eſt, pro eſto*. I. A. 161 a, Fac potuiſſe. Ep. 127 a, Verũ fac eſſe omnia. Tuſc. 193 a, Sed fac igneã, fac ſpirabilem: nihil ad id quod agimus. *ter*. 136 b, Verùm pone eſſe victum eum: id eſt, fac. Tuſcul. lib. 1, Sed fac vt iſti volunt, animos non remanere poſt mortem. eodem, Fac totum dolere corpus. eodem. Fac enim animum interire vt corpus. de Natur. deor. libro 1, Fac id mihi eſſe perſuaſum. eodem, Fac imagines eſſe, quibus pulſentur animi. I. V. Fac ita eſſe, tamẽ ferendum non eſt. I. A. or. 5, Sed fac ita non eſſe, num Latinè ſcit? de Orat. de Natur. deor. lib. 3. Att. lib. 14, Sed fac eſſe, nihil ſupereſt. Epiſt. lib. 7, Fac qui ego ſum, eſſe te. Attic. lib. 7, Tradam igitur iſti me? Me fac poſſe tutò. multi etiam hortantur: num etiam honeſtè? I. A. 13, Facite hoc meũm conſilium legiones nouas non improbare.

**FACERE** *cum aliquo, & ab aliquo, id eſt, conuenire*.) (*.facere contra aliquem*. pro Cecin. 305 a, Autoritas ſapientiſſimorum hominum nobiſcum facit. Attic. 96 b, Cum Cæſare Lentulus conſul facit. pro Cecin. 300 a, Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur. Part. 241 b, Defenſor autem de æquitate nitatur: & ea quum ſecum faciat, non re, ſed deprauatione verbi ſe vrgeri queratur. I. V. 99 b, Faciebant omnia cum Pupilla. pro Qu. 17 a, Veritas cùm hoc facit. pro Syll. 174 a, Facere cum aliquo, & idem ſentire. pro Planc. 277 a, b, Cùm furialis illa vox ſecum illos facere perſonabat. de Inuent. 59 Hoc nihilo magis ab aduerſarijs quàm à nobis facit. ad Herenn. 9 a, Attic. 102 b, Sic iudico omnes ignominia affectos illic facere. *id eſt, Cæſari fauere*. pro Sylla, Lucium Caſſium dixerunt commemoraſſe cum cæteris; Antronium ſecum facere. pro Sylla, Caſſius ſi reſpondiſſet idem ſentire, & ſecum facere Syllam, tamen mihi, &c. de Finib. 73 b, Populus cum illis facit.

¶ *In ſyntaxi nõ laboramus, quia vniuerſæ formulæ ſunt præcipuæ: neq; repetendæ ſunt fruſtra, ne tempus perdamus.*

**FACTIO**, *partes, ſecta, ratio*. de Cl. 179 a, In qua *oratione* inuidia concitatus in iudicum & in accuſatorum factionem. Qu. fr. 320, Gabinium tres adhuc factiones poſtulant. Att. 108 a, Tenuiſti prouinciam per decem annos, non tibi à Senatu, ſed à teipſo per vim & factionem datos. ad Heren. 2 a, In inuidiam trahemus, ſi vim, ſi potentiam, factionem, diuitias, &c. proferemus.

¶ *Confectio*. Top. 224 b, Tabulæ, quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet.

**FACTIOSVS**, a, um. *ſeditioſus*. ad Heren. 13 b, Si quis potens & factioſus, &c.

**FACTITATVS**, a, um. de Diuin. 128 b, Si eſſet factitatum non eſſet deſitum. Orat. 210 a, At alterum factitatum eſt, alterum nouum. Offic. 51 a, Hæc apud maiores noſtros factitata.

**FACTITO**, as. *exerceo, vſurpo*. de Clar. 170 b, Quod ne Græci quidem veteres factitârunt. de Cl. 176 a, M. Brutus accuſationem factitauit. I. A. 168 b, Quem palàm hæredem ſemper factitauerat. Orat. 210 b, Ille verſus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites.

**FACTV**. de Vni. Difficile factu eſt à dijs ortis fidem non habere: quanquam nec argumentis, nec rationibus certis eorum oratio confirmatur.

**FACTVM**, cti. Attic. 152 a, Meum factum abs te probari gaudeo. pro Dom. 232 a, Illud pulcerrimum factum, quod ex autoritate Senatus geſſi. Epiſt. 16 a, Nullum meum minimum dictum, non modò factum, pro Cæſare interceſſit, quod ille non ita illuſtri gratia exceperit. pro Cæl. 42 a, Qui non modo à facto, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. I. A. 282 a, Cùm ipſum factum per ſe præclarum atque diuinum eſt, tum expoſitum ad imitandum. pro Syll. 180 b, Ecquod eius factum aut commiſſum, quod cuiquam paulò minus conſideratum videatur factum? * pro M. Scau. Factum alicuius imitari. Hortenſ. Vt aliorum facta & euenta conquiram. * de Inuent. 66 b, Antè factis omiſſis. ibid. Ex facto ipſo ſuſpiciones ducentur. de Inuent. 68 b, Poſteà ad id, quod definieris, factum eius qui accuſabitur, adiungere oportebit. ibid. Facti atrocitas, indignitas, culpa. Orat. 211 b, Patris mei meum factũ pudet. *Poët*. Anteq. 195 b, Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos ſceleratè loquar factis? in Piſ. 79 b, Nullum non modò illuſtre, ſed ne notum quidem factum erat tuum aut militiæ aut domi. pro Marc. 136 b, Ad tua innumerabilia in me vnum merita maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit. de Finib. 156 b, Sed de clarorũ hominum factis illuſtribus & glorioſis ſatis hoc loco dictum ſit. Epiſt. 133 a, Deinde multa de facto ac de re geſta. Epiſt. 153 a, Cures vt antè factum à te egregium audiamus, quàm futurum putârimus. Attic. 204 a, Iſtuc iam pro facto habeo. de Inuent. 78 a, Sæpe cum ſcripto factum aduerſarij confligendo.

**FACTVRVS**, a, um. 1. Verrem, Quoties ille tibi poteſtatem optionemque facturus ſit, vt eligas vtrum velis, factum eſſe, nécne. Attic. libr. 13, Neque eſt facturus quicquam niſi de meo conſilio. 7. ad Attic. Facturum eum puto, vt præſidia deducat. *id eſt, puto eum deducturum*. Cat. libr. 15, Armenium regem in Cappadociam impetum eſſe facturum. 3 Offic. Iurauitque ſe illum ſtatim interfecturum, niſi iuſiurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Gallo libr. 7, Accepi Auianij literas, in quibus hoc inerat liberaliſſimum, nomina ſe facturum, cum veniſſet, qua ego vellem die. pro Seſtio, Ille ſe affirmare poſtero die moram nullam eſſe facturum. 7. Verrem, Quid exiſtimare eos qui audiebant, arbitrabare, &c. Nauiculariam te, quum Romam veniſſes, eſſe facturum. ad Brut. 29, Bruti, Facturum te quod oportet. Attic. libr. 16, Quod te tua ſponte facturum eſſe certo ſcio, honoris noſtri cauſa libenter, prolixè, celeriter facias. Attic. libr. 2, Idem affirmat verbum de me illum non eſſe facturum. 5. Verr. Scandilius verò negat ſeſe apud Artemidorum recuperatorem verbum eſſe facturum. in Verr. Quid ſi docebo, Iudices, eos qui CCCC millia lucrifaciunt, damnum facturos fuiſſe.

**FACTVS**, a, um. *natus, comparatus, aptus, conſtitutus*. Offic. 21 a, Neque enim ita generati à natura ſumus, vt ad ludum facti eſſe videamur, ſed ad ſeueritatem. pro Milon. 103 a, & Orat. 212 a, Ad quam legem non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. pro Quint. Ais vadimonium deſertum, quæſiuit à te ſtatim vt Romam redijt Quintius, quo die vadimonium iſtuc factum eſſe diceres. Attic. 234 a, Erotem ad iſta expedienda factum mihi videbar reliquiſſe. de Clar. 190 b, Siue quod natura non eſſet ita factus Orator. 216 a, Sed ita facti ſunt illi pedes, vt in eis ſingulis modus inſit. * Hortenſ. Interitus Romuli in obſcuratione Solis factus eſt. de Natur. deor. Quod ſi non eſt à Deo materia facta, ne terra quidem, & aqua, & aër, & ignis, à Deo factus eſt. pro Rab. 91 b, An de peculatu facto, an de tabulario incenſo, longa oratio eſt exprimenda? in Piſ. 79 b. Nunquam *erat* periculum factum conſilij. Ep. 134 a, Ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus.

¶ *Elaboratus*. in Ver. 248 b, Argentum factum atque ſignatum. de Orat. 160 a, Oratio quæ quidem ſit polita atque facta quodam modo. in Verrem 206 a, Phaleræ pulcerrimè factæ. & 208 a, Argentum optimè factum. & 209, Argentum bene factum. & 210 b, Hæc omnia antiquo opere & ſummo artificio facta. & 208 b, Pocula Mentoris manu ſummo artificio facta. * de Diuin. 126 a, Aruſpicum iuſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes.

**FACVLTAS**, tis. *δύναμις, commoditas, occaſio, anſa*. pro Pomp. 7 a, Nec ijſdem redimendi facultas erit propter calamitatem, nec alijs voluntas propter timorem. pro S. R. 33 b, Videamus nunc ecquæ facultas ſuſcipiendi maleficij fuerit. & ibid. Age nunc, cæteras quoque facultates conſideremus. pro Quin. 3 a, Romæ mihi nummorum facultas eſt: quam ſi ſapies, communem exiſtimabis. Orat. 207 b, Erit igitur hæc facultas in eo, quem volumus eſſe eloquentem. Attic. 127 b, Nec eius rei facultatem, ſi qua erit, prætermittam. pro Arch. 185 b, Alia quædam in hoc facultas eſt ingenij. Att. 276 b, Quòd ſi ſtatueris in Aſiam tibi eundum, nulla erit ad comitia noſtros accerſendi facultas. Off. 9 b, Videndũ eſt, ne maior ſit benignitas quàm facultas. pro Milon. 110 a, Miloni nulla facultas manendi, exeundi non cauſa ſolum, ſed etiam neceſſitas fuit. Ep. 57 a, At ea quidẽ facultas vel tui, vel alterius conſolandi in te ſumma eſt, ſi vnquã in vllo fuit. Ep. 145 b, Neq; ſi facultas optabilis mihi quidem tui præſentis eſſet, vnquam à tuis conſilijs diſcreparem. de Inuen. 58 a, Quare illa nobis alio tempore ſi facultas erit explicabuntur. de Orat. 113 a, Non deerit ipſi facultas ex cæteris rebus comparata. Attic. 105 a, Hic mihi ſui cognoſcendi penitùs etiam iſtam facultatẽ dedit. pro Font. 278 b, Ne irato teſti facultas ad dicendum data videatur. de Inuent. 80 b, Si cauſa dabit facultatem. pro Flacc. 150 a, Libenter arripere facultatem lædendi quæcunque detur. de Natur. 61 a, Si modò eam facultatem tibi

tem tibi cauſa dabit. pro Cecin. 298 b, Nonnunquam improbo iudici facultas datur, vt cum ſciens perperam iudicârit, tabulas ſecutus eſſe videatur. de Diuin. 116 b, Doleo tantam te omnibus irridendi tui facultaem dare. pro Clu. 19 b, Tamen multæ mihi poſtea ad ſatisfaciendum facultates dabuntur. Epiſtol. 155 a, Gloria, cuius dij maximam facultatem tibi dedêre. Attic. 90 b, His ego duobus generibus *ciuitatum* facultatem ad ſe ære alieno liberandas aut leuandas dedi. de Finib. 64 a, Quæ mihi facultas ad hoc tempus nunquam eſt data. pro Quint. 2 b, Q. Hortenſius cui ſummam copiam facultatemque dicendi natura largita eſt. pro Rabi. 93 a, Vtinam mihi hanc facultatem cauſa concederet, vt poſſem hoc prædicare, &c. de Orator. 97 b, Quintus Varius illa ipſa facultate, quamcunque habet, magnam eſt gratiam conſecutus. Orator. 207 a, Eloquens facultatem habet, quæ eſt eius propria, fusè lateque dicendi. Epiſtol. 7 a, Si res facultatem habitura videatur, vt Alexandriam tenere poſſis. & 151 b, Virtus maximè illuſtratur magnis in Rempublicam meritis, quam facultatem habes maximam. & 168 b, Sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. Offic. lib. 15 a, Ad rem gerendam qui accedet, non modò conſideret, quàm illa res honeſta ſit, ſed etiam vt habeat efficiendi facultatem. ad Attic. 3 b, Cùm & ocij ad ſcribendum plus, & facultatem dandi maiorem habueris. pro Pomp. 17 a, Nihil eſt, quod de perficiendi facultate dubitemus. contra Rull. 72 b, Cætera vectigalia belli facultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur. Quint. frat. 328 b, Nihil quod ad commodum meum pertineat, ſine maximo tuo commodo & maxima tua facultate mi frater cogitâris. I. A. 168 b, Vt ſemper nouus veniam, quam facultatem mihi multitudo iſtius vitiorum largitur. pro Muræn. 134 a, Reſpublica dedit ei facultatem liberalitatis, qua vſus eſt, &c. I. C. 112 a, Facultatem mihi oblatam putaui, vt quod, &c. pro Cluent. 33 b, Is oblatam ſibi facultatem putauit, vt poſſet, &c. Orat, 203 a, Magni igitur iudicij & ſummæ facultatis eſſe debebit moderator ille, &c. Attic. 14 a, Niſi mihi dolor meus, tum omnes partes mentis, tum huius generis facultatē ademiſſet. de Or. 140 a, Virtutes quæ ingenij aliqua facultate poſitæ ſunt. & 128 b, Omniū rerū in contrarias partes facultas ex eiſdem ſuppeditatur locis. & 96 a, Quoniam ex me non de oratoris arte, ſed de hac mea, quantulacunque eſt, facultate quæritis. *id eſt, de eo quod ego in dicendo præſtare poſſum.* de Opt. 243 b, Vim eloquentiæ non rei natura, ſed ſua facultate metiri. & ibid. Melius à deteriori facultate, quàm genere diſtinguitur. de Orator. 96 b, Omnis vis ac facultas oratoris in quinque partes diſtributa eſt. de Orat 111 a, Studium dicendi, res mihi videtur eſſe facultate præclara, arte mediocris. de Cl. orat. 185 b, Huius omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt. Offic. 44 b, Theophraſtus talium ſumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat. de Inuent. 66 b, In occaſione commoditas ad faciendum idonea, in facultate copia & poteſtas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, conſideranda eſt. de Inuent. 64 b, Aut poteſtas alijs defuiſſe demonſtranda eſt, aut facultas. poteſtas, ſi aut neſciſſe, aut non affuiſſe, aut conficere aliquid nō potuiſſe dicetur: facultas, ſi ratio, adiutores, adiumenta, & cætera quæ ad rem pertinebunt, defuiſſe alicui demonſtrabuntur. Part. 240 b, Facultatum autem infirmatione vtetur, ſi aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuiſſe demonſtrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum. de Orat. 90 a, Illuſtrare autem oratione, ſi quis iſtas ipſas artes velit, ad oratoris ei confugiendum eſt facultatem. & ibid. Aſclepiades in eo ipſo quod ornatè dicebat, non medicinæ facultate vtebatur, ſed eloquentiæ. de Nat. 135 b, Ex vtraque parte facultates & copias cognoſcere. Epiſtol. 241 b, Cura magis & diligentia, quàm facultate & copia facere aliquid. item: Materies digna facultate & copia tua. de Natur. 4 b, Cuius rei tantæ tamque difficilis facultatem conſecutum me non profiteor. ſecutum eſſe præ me fero. pro Syl. 175 a, Viri ſumma virtute & fide, cuius generis in ſenatu facultas maxima. Antequam 195 a, Cōſularis ſiomo nō minimis facultatibus vſus. de Or. 148 a, Habere ſummam facultatem vacui ac liberi temporis. de Natur. 77 b, Spei, ſalutis, opis, victoriæ facultas à dijs expetenda eſt. de Orat. 87 b, Vtrunque collaudandum videri, quòd tantam iam eſſent facultatem adepti, vt cum maioribus natu compararentur. de Orat. 88 b, Hoc amplius ſi quid poteris, nō id mihi videbitur orator, ſed Craſſus ſua quadam propria, non communi oratorum facultate poſſe. Offic. 1 a, Vt par ſis in vtriuſq; orationis facultate. I. V. 125 b, Prout Thermitani hominis facultates ferebant. de Inuent. 63 a, Quoad facultas tulit: *id eſt, quoad potuimus.* de Inuent. 52 b, Ac fons quidem confirmationis, vt facultas tulit, apertus eſt. & ibid. Vt facultas tulit, feci, &c. pro Dom. 243 a, Horum ego bonorum facultatem nunquam & copiam expetiui. Offic. 36 b, Quibus autem rationibus hanc facultatem aſſequi poſſimus, vt hominū ſtudia complectamur, dicemus. * de Orat. 92 b, Non deſpero fore aliquem aliquando, qui & ſtudio acriore quàm nos ſumus, & otio ac facultate diſcendi maiore ac maturiore, &c. de Orat. 140 a, Vt opes & copiæ non ſuperbiæ videātur ac libidini, ſed bonitati ac moderationi facultatē & materiam dediſſe. pro Mur. 126 a, Vt illos lex magis quædam accuſatoria, quàm vera maledicendi facultas de vita L. Murenę dicere aliquid coegerit. de Nat. 59 b, Eamq; facultatem diſſerendi, quam tibi à rhetoricis exercitationibus acceptam amplificauit Academia, huc potius conferas. Epiſt. 35 a, Vt eos quamprimum ad facultatem ædificandi liberarem. Att. 43 b, Ecquis vnquam ex tam amplo ſtatu in tam bona cauſa, tantis facultatibus ingenij, cōſilij, gratiæ, tantis præſidijs bonorum omnium concidit?

¶ *Ars, doctrina, ſcientia.* de Orat. 103 b, Qui in aliqua arte & facultate excellit. ibid. a, Oratoris facultas. de Orat. 92 b, Quibus in rebus oratorum verſatur facultas.

¶ *Opes, fortunæ, diuitiæ.* Off. 35 b, Effectumq; eſt, vt dando & accipiendo, & permutandis facultatibus, & commodis, nulla re egeremus. pro Rab. 93 a, Quæ ſi in illo minima fuiſſent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. Off. 2 a, Tum autem conſultant, conducat id, nec ne, ad facultates rerum atq; copias, ad opes, ad potentiam. * Oecon. 1, Vt aliquas facultates acquireremus.

† Syntaxis. *Suſcipiendi maleficij facultas. In aliquo, & alicui facultatem eſſe. Dari ad orandum facultatem, largiri, offerri, ſuppeditari. Ocium & facultas diſcēdi maturior. Vis & facultas, vel poteſtas illi defuit, vel facultas: id eſt, occaſio. Habere facultatē liberi & vacui temporis. Agam quoad feret facultas: id eſt, pro virili. Id non conducit ad rerum facultates & copias: non ad opes, aut potētiam. (hic agnoſcimus eſſe ſynonyma, facultates & copias: non abeſſe diſcrimen inter facultates & opes: & non parum differre facultates à potentia.*

FALCARII, *milites dicebantur falcibus quibuſdam armati.* I. C. 99 a, Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios in M. Leccæ domum. * pro Syll. 177 a, Cùm inter falcarios ad M. Leccā nocte ea, me conſule Catilinę denunciatione conuenit.

FALERNVS, a, um *Campanus.* de Clar. 191 b, Falernum vinū. pro Cl. 54 b, & in Rul. 88 b, Falernus ager.

FALISCVS, ager. contra Rull. 79.

FALLACIA, ciæ. *fraus, præſtigiæ, dolus, laqueus, fucus, ſimulatio, machinæ, verbi laqueus.* de Orat. 126 a, Nihil opus eſt ſimulatione & fallacijs. pro R. P. 128 a, Illinc omnes præſtigiæ, illinc omnes fallaciæ natæ ſunt. pro Cluen. 38 a, Exagitabātur omnes eius fraudes atq; fallaciæ. de Diuin. 126 a, Tota res eſt inuenta fallacijs, aut ad quęſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem. pro Qu. R. 48 a, Hic ex fraude, fallacijs, mendacijs cōſtare totus videtur. Att. 1 a, Prenſat vnus Galba ſine fuco & fallacijs. de Natur. 74 b, Doli, machinæ, fallaciæ, præſtigiæ, ſine ratione eſſe non poſſunt.

FALLACILOQVENTIA, æ. de Finib. 121 b, * Ex ea difficultate illæ fallaciloquētiæ (vt ait Accius) malitiæ natæ ſunt. *Hanc lectionem Nonius Marcellus cōfirmat. Alij fallacis loquētię legūt.*

FALLACITER, FALLACISSIMÈ. *malitioſè, doloſè.* pro Dom. 228 b, Maiores noſtri, qui non fictè & fallaciter populares, ſed verè & ſapienter fuerunt. Offic. 65 b, Ratio hoc poſtulat, ne quid fallaciter, ne quid inſidioſè ne quid ſimulatè de Diuin. 87 b, Fallaciter portēta interpretari. de Aruſp. 255 a, Fallaciſſimè ſe alicui venditare. Partit. 237 b, Fallaciter imitando.

FALLAX, cis: ciſſimus. *fraudulentus.* pro Flac. 262 b, Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis. Attic. 278 b, Quidam Cæſarem fallacibus interpretibus ac nuncijs impulerunt in ſpem certiſſimam conſulatus. de Diuin. 127 a, Oculorum fallaciſſimo ſenſu iudicant ea, quæ ratione atque animo videre debebant. Offic. 59 a, Emolumenta rerum fallacibus iudicijs vident. de Amic. 109 a, Vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. Acad. 19 a, Sophiſmata: ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ. de Nat. 75 a. Malitia eſt verſuta & fallax nocendi ratio. de Diuin. 88 a, Aſtrologi vani fallaces. pro Mil. 120 a, O ſpes fallaces, ô cogitationes inanes meæ. I. A. 240 b, Spes falſa & fallax. * pro Rab. 129 a, Auditæ viſæq́, merces ſunt fallaces quidem & fucoſæ. Att. 164 b, Literæ tuæ nihil habent ὕπουλον, nihil fallax.

† Syntaxis. *Præſtigiæ & fallaciæ. Fraudes & fallacias alicuius exagitare. Homo ex fraude & fallacijs, mendacijs conſtans. Fucus & fallaciæ. Fictè & fallaciter popularis. Fallaciter, inſidioſè & ſimulatè. Se fallaciſſimè venditare. Fucatus, fallax. Fallax & fucoſa merces. Verſuta & fallax ratio nocendi. Spes falſa & fallax.*

FALLENDVM. Quin. frat. 300 a, Hominum ingenia ad fallendum parata.

FALLENS,

FALLENS,tis. de Orat. 92 b, In vnum exitum ſpectantes,& nunquam fallentes res.

FALLO,lis.*decipio,induco,fraudo*.pro S.R.37 b,Roſcius ſocios induxit,decepit,deſtituit,aduerſarijs tradidit, omni fraude & perfidia fefellit.IC.123 b, Si vis improborum ſpem meam fefellerit,atque ſuperârit.de D.85 b,Diuinatio fallit fortaſſe nonnunquam,ſed tamen ad veritatem ſæpiſſimè dirigit.de Orat.85 a,Quam ſpem cognitionum & cõſiliorum meorum,cùm graues communium temporum, tum varij noſtri caſus fefellerunt.Off. 9 a, Ad ſupplicium redire maluit,quàm fidem hoſti datam fallere. Epiſt. 4 a, Quæ ne ſpes eum fallat,vehementer te rogo. Att. 252 a, Gaudeo non fefelliſſe eam rem opinionem tuam.in Sall. 273 a,Multum verò te opinio fallet,&c.Octau.330 a,pro Syl.175 a,Opinio de te multum me fefellit . de Orat. 107 b, Neque enim hoc te, Craſſe, fallit, quàm multa ſunt. Orat.220 a, Quem quæſo noſtrûm fefellit,ita vos eſſe dicturos? Att.51 a, Tamen in lege nulla eſſe huiuſmodi capita, te non fallit. I.A. 243 b, Is enim ſum ( niſi me fallo) qui,&c.pro S.R.26 a,Niſi me fallit animus.Att.227 a,Sed nos ( niſi me fallit) iacebimus. Brut. 289 a, Niſi me fortè fallit. Att.122 b,Niſi omnia me fallunt.Epiſt.33 a, Si quid me fallit in ſcribendo.Epiſt.76 a,Niſi quid me fallit.Epiſt. 6 a,Non fallam opinionem tuam.de Nat.74 b, Aut tu illum fructu fallas,aut,&c. * de Diuin. 124 b,Aues proſperos euentus oſtenderunt:certè fefellerunt.

FALLOR,ris. Acad.17 a, Cauere ne capiatur, ne fallatur videre. Attic.211 a,Poſſum falli, vt humanus. de Nat. 75 a, Spe falli poſſumus . & ibid. Deus falli qui potuit?in Sall. 272 b,Longè falleris opinione . * de Diuin.106 a, Homines,vt in cæteris artibus, ſic in hac *diuinatione* poſſe falli.

† Syntaxis. *Res nunquam fallens. Fallere, & ſuperare vi. Fidem fallere.Id me fefellit, & opinionem meam. Niſi me fallit. Niſi me animus fallit. Ne me fructu fallas. Opinione longè falli. Equidem (niſi me fallo )*

FALSE'.*falsò*.Acad.35 b,Aſſentiri falsè alicui rei.

FALSITAS,tatis.*vanitas*.pro Clu.18 b,Sicut alijs in locis parum firmamenti,& parum virium falſitas habet:ſic , &c.

FALSO'.*falsè,fallaciter*. pro Pom. 11 b , Hoc incredibile omnibus,& falsò memoriæ proditum videbatur. Ep.62 b, Quod verbum abs te aiunt falsò in me ſolere conferri. * pro Marc.135 b, Vt quidem falsò putant.

FALSVS,a,um.*adulterinus,inanis,mendax , vanus.)(.verus*. pro S.R.36 b , pro re certa ſpem falſam domum retulit. de D. 135 a,Falſis & mendacibus viſis mentes mortalium concitare.I.A. 231 a, Complexus falſæ beneuolentiæ extiterunt in amore ſimulato. de Orator. 125 b , In eo nihil eſſet niſi falſum & imitatione ſimulatum. & 69 a , De cuius morte domum falſus ab exercitu nuncius venit. Att.111 b, De quibus antè ad tè falſum ex Torquati literis ſcripſeram.& 12 b,Obijcit mihi ad Baias fuiſſe falſum. de Diu.130 b, Ex falſis verum effici non poteſt. de Nat.37 a.Quæ ordine & ratione vacant, ea mentita & falſa,plenaque erroris ſunt. de In.58 b,Falſum eſt , in quo perſpicuè mendacium eſt.de Diu.114 a, Teſtes malitia falſi, fictiq; eſſe poſſunt.pro Flac. 154 b, Pœna falſarum & corruptarum literarum grauis eſt. pro Syl.184 b , O falſam ſpem.I.A.240 b,Spes falſa & fallax.

† Syntaxis. *Falſa ſpes.Viſa falſa & mendacia.Falſum,& imitatione ſimulatum.De hoc ille falſum ſcripſit.mentita res , falſa plenaque erroris. Malitia falſus fictusque. Falſæ & corruptæ literæ. falſus & fallax homo.*

FALX cis.pro Mil. 119 b, Qui cum falcibus ad Caſtoris cucurrerunt.pro Syl.170 a, Ille arma miſit , cornua , tubas, falces. Tuſcul. 241 a , Immiſſi cum falcibus multi purgarunt,& aperuerunt locum.

FAMA,mæ.*opinio, exiſtimatio , nomen , ſermo,rumor , prædicatio, commemoratio nominis,celebritas ſermonis hominum,auditiones, diſſeminatus diſperſusque ſermo,celebritas, ventus quidam popularis*.Att.117 a,Bona de Domitio,præclara de Afranio fama eſt.I.V.66 a,Qui vt antè collectam famam conſeruet, laborat.pro Seſt.26 b,Expetenda eſt bona fama bonorũ, quæ verè ſola gloria nominari poteſt. de Finib. 101 a, Quam Græci εὐδοξίαν appellant,aptius eſt hoc loco bonam famam appellare,quàm gloriam.Offic.48 a,Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ eſt iuſtitia , ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. pro Qu.9 a , Famam exiſtimationemq; amittere.Off.39 b, Amor multitudinis commouetur ipſa fama & opinione liberalitatis.Qu.fr.294 b, Quod ita eſſe, conſtanti fama atque omnium ſermone celebratum eſt. pro Mur. 133 b, Hoc quanti putas eſſe ad famam hominum ? in hoc felicitatis fama ſermoq; valuit.pro Flac.148 b, Si quid ipſi audiſtis communi fama atque ſermone,de vi,de manu,de armis, de copijs.de Ar.78 a, Vt hominum fama eſt.pro Syll.169 a,Vix ad meas aures iſtius ſuſpicionis fama peruenit.pro Arch.186 b,Hac tanta celebritate famæ etiam abſentibus notus erat.item.At fuit fama, quotuſquiſque iſtam effugere poteſt in tam maledica ciuitate? I.A.261 a, Cùm triſtis à Mutina fama manaret. Att.126 b, A Brunduſio nulla adhuc fama venerat pro Milon.120 b, Fama de interitu Clodij fines imperij Romani peragrauit. Epiſt.149 a, Tamen ipſa fama,quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem conſecutus.I.V.215 b, Hæc fama de noſtris hominibus percrebuit. Topic. 227 b , Fama vulgi, quoddam multitudinis teſtimonium.pro Seſt.24 a, Hæc fama celebrantur.Epiſt.116 b,& 117 a,*Cœlij*. Magna illicò fama ſurrexit, & de damnatione feruenter loqui eſt cœptum.de Cl.188 b,Catulo ſuauitas vocis, bene loquendi famam confecerat. de Nat.45 a , Accipere fama & auditione eſſe aliquid.Offic.56 b, Hercules , quem hominum fama beneficiorum memor, in concilio cœleſtium collocauit. Tuſcul. 172 b , Fama nunquam deſeret Cæſarem. Epiſt. 12 a, Non putaui famam inconſtantiæ mihi pertimeſcendam. Epiſt.135 a , Effugere autem ſi velim nonnullorum acutè aut facetè dictorum offenſionem , fama ingenij mihi eſt abijcienda.Diuin li.2, Fama ac laus perennis, 2. Off. Commendatio & perpetua fama. Tuſc. q. lib.5,Fama popularis , ſtultorum improborumque conſenſu excitata.Tuſc.q.lib.3,Fama popularis , quæ ſe gloriæ imitatricem eſſe vult temeraria atque inconſiderata, & plerunque peccatorum vitiorumque laudatrix, ſimulatione honeſtatis formam eius pulcritudinemque corrumpit.de Amic. Itaque non tam iſta me ſapientiæ , &c. fama delectat,falſa præſertim, quàm,&c.pro Mur.Vetus & illuſtris fama. pro Cæl. Fama adoleſcentis paulùm hæſit ad metas.12.Fam. Fama nunciabat te eſſe in Syria,autor erat nemo. in verrem,Famam colligere. 2. de Legib. Famam mulierum vt multorum oculis lux clara cuſtodiat, diligentiſſimè ſanciendum eſt.4. ad Heren. Famam depeculari.11. Philip. Reprimere famam. ad Brutum 18. Famam temeritatis ſubire.9. Ad Att.Balbi , famam tuam ſuſtinere non poſſe,vt,&c. *id eſt , non conuenire famæ tuæ*. 3. de Natur. Ex vetere fama Græciæ hæc collecta ſunt. * Cat. Vt maiora omnia re, quàm fama viderentur. de Conſulat. Si Cadmi progenies in cœlum tollenda fama fuit. pro Sex.Roſc.26 a,Si per vos vitam & famam poteſt obtinere. pro Clu. 206 b , Diutius ſuſpicionibus obſcuris lædi famam ſuam noluit. ibid. Non timuiſſe ſi minus vim Deorum , hominumque famam. Q. de petit. 207 b, Fermè omnis ſermo ad forenſem famam à domeſticis emanat authoribus.Epiſt. 235 a, Illius miſellæ & matrimonio & famæ ſeruiendum eſt. Attic. 72 a, Statues, vt ex fide fama, reque mea videbitur.& b, Perſuaſum eſt omnibus meis , ſeruiendum eſſe famæ meæ. Tuſcul. 172 b , Quorum ſimilitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari , ſed vera bonorum laude metiens .

† Syntaxis. *Fama bona,præclara, collecta. Famam & exiſtimationem amittere.Fama & opinio ſapientiæ. Fama & omnium ſermo.Communi fama & ſermone audire.Illinc fama venit, emanat. Res fama celebratæ.Fama ſurrexit,confecta eſt.Fama & auditione accipere.Vetus & illuſtris fama , triſtis. Famam depeculari, ſuſtinere , reprimere. Fama & auditione accipere. Ex recenti fama colligere quippiam.*

FAMES. *mis. cibi appetitus , eſuries*. Attic. 82 a , Etiam fames, qua nihil miſerius eſt , quæ tum erat in hac mea Aſia,mihi optanda fuit. de Finib. 56 b , Cùm cibo & potione fames ſitisque depulſa eſt . de Finib.83 a , Cibi condimentum eſt fames. Tuſculan. 247 a , Obſonare ambulando famem. Attic.11 b, Fuerunt quos fames magis quàm fama commouerit. pro Dom. 225 b , Nec illi cæmentis ac tegulis tectorum meorum ſe famem ſuam expleturos putauerunt de Diuin. 123 b , Auis fame enecta , in offam pultis inuadit. pro Cluen. 31 b , Beſtiæ fame dominante, plerunque ad eum locum , vbi paſtæ aliquando ſunt, reuertuntur. Quint.frat.308 a , Quis eſſet qui plebem fame necaret. Attic.85 b , Senatores quinque fame necati ſunt. I. C.102 b , Patientia famis & frigoris. Epiſt.138 b, Integram famem ad ouum affero. * Hortenſ. Vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. Attic. 143 a, Cuius belli initium ducetur à fame. ibid. Noſtri principes antiquiſſimam & ſanctiſſimam parentem patriam fame necandam putent.

¶ *Caritas annonæ*. pro Flac.149 b , Qui in fame frumentum exportare erat auſus .

† Syntaxis.*Obſonare ambulando famem.Fame enectus. In fame, id eſt,caritate.*

FAMILIA,liæ.*agnatio,cognatio,ſtirps.Errant , qui putant familiam,& genus,& gentem,& gentiles,& agnatos,& ſtirpem,idem eſſe,& eiuſdem rei vocabula. Hæc enim ſic inter ſe differunt,vt to-*

*tum & pars, ſiue vt genus & ſpecies. Nam genus, gens, gentilis, & gentilitas totum ſunt: continentq́; quaſi partes familiam, ſtirpem, agnationem. Sic autem inter ſe comparantur. Genus, ſtirps: gentilitas, agnatio: nomen, cognomen. nam gens ad nomen: vt Cornelius, vnde Cornelia gens. familia ad cognomen, quo familiæ vnius gentis inter ſe diſtinguũtur: vt Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Syllæ, Cinnæ: quæ omnia, Corneliæ gentis cognomina familiaq́ue ſunt.* de Clar. 172 a, Cùm inſimularetur familia, partim etiã liberi. pro Cecin. 295 a, Vnus homo familia non eſt. pro R.P. 122 b, Qua in familia laus aliqua forte floruerit, eam ferè, qui ſunt eius ſtirpis, cupidiſſimè perſequuntur. de Legib. 160 b, In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus. de Clarat. 188 a, Vt dudum de Læliorum & Mutiorum familijs audiebamus. pro Muren. 127 a, Sunt amplæ & honeſtæ familiæ plebeiæ. de Orator. 109 b, Vnum putaſti ſatis eſſe in vna familia Rhetorem. * in Anton. 221 b, Qui primus in eam familiam, quæ poſtea viris fortiſſimis floruit, attulit conſulatum. pro Clu. 20 b, Dedecus familiæ, cognationis, nominis. pro Mur. 127 b, Ex familia vetere & illuſtri conſul deſignatus. pro Syll. 178 a, Is homo eſt? aut ea familia ac diſciplina? vt hoc credi poſſit.

¶ *Secta.* de Orat. 148 b, Proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe. de Orat. 88 b, Tum ſingulæ familiæ in te impetum facerent. * de Inuen. 63 a, Ex his duabus diuerſis ſicuti familijs, quarum altera cùm verſaretur in philoſophia, nonnullam Rhetoricæ quoque artis ſibi curam aſſumebat: altera verò omnis in dicendi erat ſtudio & præceptione occupata: vnum quoddam eſt cõflatum genus à poſterioribus, qui ab vtriſq; eas quæ commodè dici videbantur, in ſuas artes contulerunt. de Diu. 109 a, Magnus locus philoſophiæq́; proprius, à Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaq́; Peripateticorum familia tractatus vberrimè.

¶ *Tota patris familiæ poſſeſſio.* de Orat. 105 b, Qui quibus verbis herciſci oporteat neſcit, idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poteſt. pro Cec. 288 b, Arbitrum familiæ herciſcundæ, *id eſt, poſſeſſionis, ſeu hæreditatis diuidundæ. Eſt etiam nomen actionis familiæ herciſcundæ, vt habetur Digeſt. lib.* 10 *eodem titulo.*

¶ *Seruorum numerus.* pro Cecin. 295 b, Familiæ, quæ conſtant ex ſeruis. de Nat. 57 b, Homines coniugum, & liberorum, & familiarum ſuarum cauſa frumentum condũt. * pro L. Varen. In familiam Ancharianam incidiſſe dixerunt.

¶ *Gladiatorum manus ſub vno laniſta.* pro Syll. 177 b, Interpoſiti ſunt gladiatores, quos teſtamento patris videmus deberi. Arrepta (al. At empta) eſt familia: quæ ſi eſſet prætermiſſa, poſſet alia familia Fauſti munus præbere. Vtinam quidem hæc ipſa non modo iniquorum inuidiæ, ſed & æquorum expectationi ſatisfacere poſſet. ibid. Familia eſt comparata, ibid. At præfuit familiæ Cornelius. Iam ſi in comparanda familia ſuſpicio eſt nulla: quòd præfuit nihil ad rem pertinet. I.A. 200 a, L. quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit.

† Syntaxis. *Coniuges, liberi, & familiæ. Familia conſtans ex ſeruis pluribus. Peripateticorum & gladiatorum familiæ.*

FAMILIARIS, re: rior, ſſimus. *familiaritate coniunctus, neceſſarius, intimus, domeſticus, qui in intima familiaritate alicuius verſatur, vſu coniunctus.)( Alienus.* Attic. 264 b, Homo familiariſſimus, & mihi omnibus rebus coniunctus. Epiſt. 31 a, Is eſt ex meis domeſticis atque intimis familiaribus. I.A. 161 a, An ego non venirem contra alienum pro familiari & neceſſario meo? Quint. frat. 305 a, Intimus, proximus, familiariſſimus quiſque ſibi pertimuit. Epiſt. 99 b, Cæſar ad me ſcripſit, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas, ſed certè fore. Offic. 40 b, Habere amicos quibus cum poſſis familiares conferre ſermones. I.V. 53 a, Quis vnquam in luctu domeſtico, in funere familiari, cœnauit cum toga pulla? Tuſc. 148 a, Res familiaris & domeſtica. ad Heren 1 a, Etſi negotijs familiaribus impediti, vix ſatis, &c. pro Cæl. & I.A. 175 b, Fieri familiarem alicui. de Amic. 103 b, Vidimus Pub. Aemilium C. Luſcinio familiarem fuiſſe. Qu. fr. 315 a, Ipſe eſt enim veterator magnus, & perfamiliaris Philiſto. de Orat. 149 a, Is qui familiarior nobis propter ſcriptorum multitudinẽ eſt Demoſthenes. * de Amic. 112 b, Quod in Andria familiaris meus Terentius dixit.

† Syntaxis. *Ex domeſticis & intimis familiaribus. Familiaris & neceſſarius. Intimus, proximus, familiariſſimus. Familiarior.*

FAMILIARITAS, tis. *vſus, conſuetudo, neceſſitudo, coniunctio.* Epiſtol. 112 a, Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium vetus, quam ego neceſſitudinem ſanctè colendam puto: ſed ea cauſa etiam cum alijs compluribus, familiaritas tanta cum nullo hoſpite, & ea cùm officijs eius multis, tum etiam conſuetudine quotidiana ſic eſt auctà, vt nihil ſit familiaritate noſtra coniunctius. Officior. 11 b, Conſuetudines præterea & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ. & ibidem. Cùm boni viri moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. Attic. 38 a, Itaque in ſinu, & in familiaritate (*al. inſinuatus in familiaritatem*) adoleſcentis, & cum eo, vt res indicat, congreſſus eſt. pro Deiot. 251 a, Conſuetudo familiaritatem affert. Offic. 39 a, Familiaritates habere fidas amantium nos amicorum. (*aduerte.*) Epiſt. 102 b, I.V. 143 a, Venire in familiaritatem alicuius. Quint. frat. 300 a, & I.A. 175 a, Recipere aliquem in familiaritatem ſuam. pro Cornel. 67 a, Verſari in familiaritate alicuius. de Orat. 87 a, Antonius ſumma familiaritate coniunctus. I.V. 143 a, Is bene penitùs in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. Quint. frat. 292 a, Qui in tuam familiaritatem penitùs intrârit. pro Clu. 31 b, Is ſeſe ad Staleni familiaritatem applicauit. pro Qu. 2, Tamen inductus conſuetudine & familiaritate Quintius, fecit, &c. * Epiſt. 218 a, Neque id ambitione adductus facio, ſed tum familiaritate & neceſſitudine, tum etiam veritate.

† Syntaxis. *In ſinu & familiaritate. Conſuetudo familiaritatem efficit, affert. In familiaritatem venire, recipi, verſari, ſe dare. In familiaritatem bene penitùs intrare, ſe dare. Ad familiaritatem ſe applicare.*

FAMILIARITER, riùs, ſſimè. *liberè, amicè.* Attic. 95 b, Decreueram cum eo valde familiariter viuere. I.V. 59 b, Cum aliquo familiariſſimè atque amiciſſimè viuere. Attic. 136 b, Quæ ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excluduntur. pro Cæl. 49 b, Licentiùs, liberiùs, familiariùs cum aliquo viuere. de Orat. 119 a, Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas, Cæſari attribues: ſi familiarius, vtrique noſtrûm. * pro C. Cornel. 2, Familiariter ex aliquo quæro.

FAMILIAS *vt, paterfamiliâs: id eſt, dominus & adminiſtrator rei familiaris.* pro Qu. 2 a, C. Quintius ſuarum rerum paterfamiliâs & prudens & attentus. de Repub. libro 5, teſte Nonio: Bono patrifamiliâs, colendi, ædificandi, ratiocinandi quidam vſus opus eſt. pro Sext. Roſ. 25 a, Patresfamiliâs. & 26 a, Patrifamiliâs.

† Syntaxis. *Familiariſſimè & amiciſſimè.*

FAMOSVS, a, um. *infamis.)( Clarus, nobilis, honoratus, magnum nomen habens, qui eſt in magno nomine & gloria.* de Orat. 134 b, Nam me ad famoſas vetuit mater accedere. *Poëtæ.* de Repub lib. 4. teſte Nonio: Atque etiam ſi qua erat famoſa, ei cognati oſculum non ferebant.

FAMVLA, læ. *ancilla.* Tuſc. 164 a, Res familiaris eſt miniſtra & famula corporis. Tuſcul. 228 a, Si virtus famula fortunæ eſt

FAMVLARIS, re. *ſeruilis.* Tuſc. 174 a, Famularis veſtis. *aliàs, familiaris.*

FAMVLATVS, tus. *ſeruitus.* de Am. 109 b, Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerunt. Offic. 75 b, Quam miſer virtutis famulatus ſeruientis voluptati.

FAMVLOR, aris. de Rep. Eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, cùm hi ſunt alterius, qui ſui poſſunt eſſe: cùm autem hi famulantur, qui, &c. apud Non.

FAMVLVS, li. *pediſſequus.* Offic. 37 b, Heris ſit ſanè adhibenda ſæuitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. de Amic. 106 b, Parare pecuniam, equos, famulos, &c. Tuſculan. 185 b, Ergò hos vt famulos vinclis arceamus. * de Leg. 173 a, Ferijs iurgia amouento: easq́ue in famulis operibus patratis, habento. & 174 a, Præter Idææ matris famulos, eosq́ue iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito.

† Syntaxis. *Res familiaris miniſtra & famula corporis.*

FANATICVS, a, um. *delirus, furens.* de D 133 a, Iſti philoſophi ſuperſtitioſi, & penè fanatici. pro Dom. 234 a, Homo fanaticus.

FANDO. pro Q. 15 a, Nulla interceſſit poſtulatio, mitto æqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita. de Nat. 17 b, Ne fando quidem auditum eſt, ibim, &c. * Tuſcul. 223 a, Neque tam terribilis vlla fando oratio eſt.

FANDVS, a, um. *proferendus.* de D. 94 b, Neque me Apollo fatis fandis inuitam ciet. *Poëtæ.*

FANVM, ni. *templum, locus religioſus.* de Leg. 175 a, Athenienſes Contumeliæ fanum & Impudentiæ fecerunt. de Inu. 62 a, Crotonitatæ templum Iunonis religioſiſſimè colebant. pro Rab. 96 b, Pro fanis atque delubris propugnare. de Fin. 78 a, & Tuſc. 173 a, Ita non ſuperſtitioſus erat, vt illa plurima in ſua patria ſacrificia & fana contemneret. Epiſt. 75 b, Vt pecunia in fano poneretur. item: Fanum, templum, ædes ſacra. * I. V. 86 b, Spoliatum eſſe fanum Iunonis. ibi. Omnia ſigna ex fanis, ploſtris euecta aſportataq́; eſſe. ibid. Pergæ fanum antiquiſſimum & ſanctiſſimum

mum Dianæ ſcimus eſſe. Id quoq; à te nudatum & ſpo-
liatum eſſe dico. de Inuen. 62 a, Quarum tabularum nō-
nulla pars vſque ad noſtram memoriam propter fani re-
ligionem remanſit I.V. 85 a, Delum venit: ibi ex fano A-
pollinis religioſiſſimo noctu clam ſuſtulit ſigna pulcher-
rima atq; antiquiſſima. ibid. Poſtridie cum ſpoliatum fa-
nū viderent ij, qui Delum incolebant, grauiter ferebant.
Eſt enim tanta apud eos eius fani religio atq; antiquitas.
I.V. 85 b, Hoc tu fanum depopulari, homo improbiſſi-
me atq; amentiſſime, audebas? I. V. 86 a, Illa verò expu-
gnatio fani antiquiſſimi & nobiliſſimi Iunonis Samiæ
quàm luctuoſa Samijs fuit?

† Syntaxis. *Fanum facere, colere. Pro fanis atq; delubris pugnare.*

FARCITVS, ta, tum. *plenus, fartus.* I.V. 241 a, Puluinus perlu-
cidus, Melitenſi roſa farcitus. *Alij farctus legunt.*

FARCTVS. vide FARCITVS.

FARIS, vel Fare, fatur. *loqui.* de D. 94 b, Tum enim ferunt ex
oraculo hæc fatam eſſe Pythiam. de Vn. 202 b, Tum ad
eos is deus qui omnia genuit, fatur: Hæc vos, &c. Tuſcul.
250 b, Epicurei noſtri Græcè fari neſciunt, nec Græci La-
tinè. * 2 de Glor. Fabitur hoc aliquis. Heren. 14 a, Apertè
fatur dictio. *Poët.*

FARTOR, oris. *qui lucanicas facit & farcit, ſiue qui aues farcit &
ſaginat.* Off. 30 b, Cetarij, lanij, coqui, fartores, piſcatores.

FARTVS, ta, tum. *farcitus.* Tuſc. 180 a,

*Tum iecore opimo farta & ſatiata affatim*
*Clangorem fundit vaſtum.* *de Iouis ſatellite, vel aquila.*
Poëtæ.

FAS *ius, quod licet.* cont. Rul. 69 b, 69 a, Vt id quoad poſſet,
quoad fas eſſet, quoad liceret, populi ad partes daret pro
Dom. 220 a, Factus es filius contra fas, cuius per ætatem
poteras eſſe pater. pro Mil. 10 a, Clodium nihil delectat,
quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. p Dom.
238 b, Neq; enim id fieri fas erat. de Ar. 251 b, Oratores
contra ius faſq; interfectos. Att. 11 b, Ius & fas omne de-
lere. pro Dom. 232 a, Cùm hoc mihi vni dicere fas fuiſſet.
pro Clu. 20 a, Socrus generi ſui, contrà quàm fas erat, a-
more capta. pro Mur. 143 a, Ciues, ſi eos hoc nomine ap-
pellari fas eſt. Tuſc. 236 a, Si hoc fas eſt dictu.

† Syntaxis. *Fas eſt, licet. Contra fas. Id per naturam fas eſt. Con-
tra ius faſq;. Fas & ius. Ille, contrà quàm fas erat, amauit, Fas di-
ctu. Id agere fas eſt.*

* de Aruſp 254 a, P. Clodius à crocota, à mitra, à mulie-
bribus ſoleis purpureiſq; faſceolis eſt factus repentè po-
pularis. *Alij faſciolis legunt, & quidem rectius.*

FASCIA, *faſciæ.* Att. 24 a, Etenim mihi eius caligæ vt faſciæ
cretatæ non placebant. de Cl. 184 a, Cn. Octauius qui de-
uinctus erat faſcijs, & multis medicamentis propter do-
lorem artuum delibutus. de Diu. 136 a, Quidam ſomnia-
uit ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. in Clod.
Cùm vincirentur pedes faſcijs.

FASCICVLVS, li. Q. F. 314 a, Faſciculus ille epiſtolarum, in
quo fuerat & mea & Balbi totus mihi aqua madidus red-
ditus eſt. Att. 203 b, Eas epiſtolas in eundem faſciculum
velim addas & 74 a, Accepi faſciculum, in quo erat epi-
ſtola Pyliæ. Tuſc. 199 b, Faſciculum ad nares admouebis?
* Ep. 266 a, Faſciculus alter ad me iam ſine tuis literis per-
latus eſt. Att. 30 a, At ſcito, eum faſciculum, quo illam *epi-
ſtolam* conieceram domum eo ipſo die latum eſſe, quo e-
go dederam, & ad me in Formianum relatum fuiſſe. Att.
176 a, Delatus eſt ad me faſciculus. Solui, ſi quid eſſet ad
me literarum.

* FASCIOLAE, aliàs FASCEOLAE, larū. *Faſciæ, crurum integu-
menta, quibus ornatus cauſa crura inferiora vinciebant.* de A-
ruſp. 254 a, P. Clodius à crocota, a mitra, à muliebribus
ſoleis, purpureiſque faſciolis eſt factus repentè popu-
laris.

FASCIS, ſcis. Att. 120 b, Age iam has compedes, faſces in-
quam, hos laureatos, hæc ferre ex Italia quàm moleſtum
eſt. contra Rull. 85 a, Lictores prætoribus anteibant cum
faſcibus duobus. I.V. 240 a, Faſces prætoribus præferri.
& 111 a, Quæſtores cum faſcib. mihi præſtò fuerunt. pro
Dom. 218 a, Nullus locus orbe terrarum vacuus extraor-
dinarijs faſcibus & imperio Clodiano fuiſſet. * pro Lig.
138 a, A quo conceſſos faſces laureatos tenui, quoad te-
nendos putaui. de Diuin. 93 a, C. Marium cum faſcibus
laureatis quærere ex te.

† Syntaxis. *Faſciculus, & literarum faſciculus.*

FASTI, orum. *libri in quibus cuiuſque diei anniq; geſta continen-
tur.* Att. 86 a, Flauius Annij filius protulit faſtos: nam oc-
cultatam putant quodam tempore illam tabulam, vt di-
es agendi peterentur à paucis. pro Mur. 129 b, Poſſet agi,
necne, pauci quondam ſciebant: faſtos enim vulgò non
habebant. & ibidem: Scriba quidam Cn. Flauius ſingulis
diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit, & ab ipſis
cautis Iuriſconſultis eorum ſcientiam compilauit. de



Pro. 78 b, Non omnibus faſtis legem ferri licere. in Piſ. 86
a, Hanc legem vlli faſti ferre poſſunt? Att. 283 a, Decreui
vt in faſtis ad eum diem Bruti nomen aſcriberetur. & ibi.
Quod ego cùm dabam Bruto, notā eſſe in faſtis gratiſſi-
mæ victoriæ memoriam volebam. I.V 234 a, Cùm diem
feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent. I.V. 135 a, Exi-
mere dies de faſtis. pro Seſt. 10 a, Conſules non modò ex
memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. Tuſc. 162 a, Luna
accretione & diminutione luminis quaſi faſtorum no-
tans & ſignificans dies. Ep. 68 a, Etenim ordo ipſe anna-
lium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſto-
rum. * Att. 59 b, Vt non minus longas iam in codicillo-
rum faſtis futurorum cōſulum paginulas habeat, quàm
factorum.

† Syntaxis. *De faſtis auferre, eximere.*

FASTIDIO, dis. *faſtidio afficior, offenſionem atque faſtidium ad a-
liquam rem habeo, tædet, pertædet.* pro Mil. 109 b, Qui non
modò improbitati iraſcuntur candidatorum, ſed etiam
rectè factis ſæpe faſtidiunt. *aliter, in rectè factis.*

FASTIDIOSE. *ambitioſè, lentè.* de Orat. 107 b, Quod ego nō
tam faſtidioſè in nobis, quàm in hiſtrionibus ſpectari pu-
to. pro Planc. 273 a, Tum ego ſtomachans faſtidioſè, in-
quam, &c. de Orat. 64 b, Diligenter ac propè faſtidioſè
iudicare aliquid. Att. 21 a, Lentè & faſtidioſè probare a-
liquid. de Orat. 142 a, Pudentius, vel inuitius, vel etiam fa-
ſtidioſius facere aliquid.

FASTIDIOSVS, a, um: ſior, ſsimus. *difficilis.* de Cl. 153 a, Anto-
nius facilis in recipiendis cauſis erat, faſtidioſior Craſſus,
ſed tamen recipiebat.

¶ *Abhorrens.* de Cl. 187 b, M. Memmius faſtidioſus litera-
rum Latinarum.

¶ *Inſolens.* ad Her. 36 b, In æquos & pares faſtidioſus.

¶ *Facilè faſtidiens.* ad Her. 31 b, Aurium ſenſus faſtidioſiſſi-
mus.

FASTIDIVM, dij. *offenſio.* de Orat. 121 a, non ſunt tanti vlla e-
ius merita, quanta inſolentia hominis, quantumq; faſti-
dium. I. A. 228 a, Quorum, ſi eſſent arrogantes, non poſ-
ſem ferre faſtidium. & 243 a, b, Nec id fit faſtidio meo,
ſed charitate reipub. in Sal. 272 a, Ego dabo operam, vt
pro me minimo cum faſtidio reſpondeam. de Orat. 151 b,
Ab aliquo celerrimè faſtidio quodam & ſatietate abalie-
nari. & 161 a, Vt neq; ij ſatientur qui audient, faſtidio ſi-
militudinis. de Orat. 107 b, Quæ recta ſunt probari, quæ
praua ſunt faſtidijs adhæreſcere. de Opt. 144 b, Quod igi-
tur eſt eorum in orationibus à Græco conuerſis faſtidiū?
nullum cùm ſit in verſibus. de Opt. 244 a, Qui intelligen-
tiam ponunt in audiendi faſtidio. Tuſcul. 213 b, Eaque,
quæ eis morbis contraria, q̄ habēt ad res certas vitioſam
offenſionem atq; faſtidium. de Fin. 51 a, Vnde ſit hoc tā
inſolēs domeſticarū rerum faſtidiū. de Inu. 47 b, Cibi ſa-
tietas & faſtidium, aut ſubamara aliqua re releuatur, aut
dulci mitigatur. de Fin. 50 a, Rudem enim eſſe omnino in
noſtris poëtis, aut inertiſſimæ ſegniciæ eſt, aut faſtidij de-
licatiſſimi. * Epiſt. 26 b, Noſti non modò ſtomachi mei,
ſed etiam oculorum in hominum inſolentium indigni-
tate faſtidium.

† Syntaxis. *Bono faſtidire, in bono. Faſtidioſè ſtomachans. Dili-
genter & faſtidioſè. Pudentius, inuitius, faſtidioſius. Faſtidioſus
virtutum. In pares faſtidioſus. Id ago non faſtidio meo. Faſtidium
& ſacietas. Vitioſam habere offenſionem atque faſtidium ad pie-
tatem. Iners ſegnities, aut faſtidium delicatum.*

FASTIGIVM gij. *columen, conus: finis, tranſlatione.* de Orat. 159
b, Capitolij faſtigium illud, cæterarumque ædium non
venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Qu. fr. 320 a, Te-
ctum multorum faſtigiorum. I. A. 181 a, Diuus Iulius ha-
buit puluinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem, &c. Off.
59 a, Imponere faſtigium operi inchoato.) (*Iacere funda-
menta.*

FATALIS, le. *ex omni æternitate definitus & conſtitutus.* Poſt-
quam. 202 a, Quoniam nobis quaſi aliqua fatali neceſſi-
tate cum fortuna belligerandum fuit. pro Marcel. 136 a,
Reſpub. perfuncta eſt hoc miſero fataliqué bello. de Fat.
144 a. Cauſæ fatales. de Som. 127 a, Cum hi duo numeri
circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint. Acad.
44 b, Fatalis & immutabilis continuatio ordinis ſempi-
terni. de D. 123 b, Hæc poſſunt prouideri, q̱a certa ſunt, &
fatalia. de Fat. 146 b, Tam enim fatale eſt medicū adhibe-
re, quàm conualeſcere. de D. 113 a, Non igitur fatales exi-
tus habuerunt. de Ar. 244 b, Scipio quaſi fatali euentu
ſolus Carthaginem euertit. Poſtquam. 204 b, Ille annus,
quem ego mihi quàm patriæ malueram eſſe fatalem. I.
A. 162 b, Quod fuit illorum vtrique fatale. pro Seſt. 6 b,
Sed fuit profectò quædam illa reipub. fortuna fatalis, vt
ille, &c. de Cl. 187 b, In hoc communi noſtro & quaſi fa-
tali malo. I. C. 188 b, Meus conſulatus ad ſalutem reipub.
propè fatalis fuit. & 112 b, Hic annus fatalis eſt ad interi-

tum huius vrbis. I.P. 81 a, P. Clodius fatale portentum prodigiumque Reipub. de Fat. 141 a, Vis eſt nulla fatalis. de Nat. 12 b, & 10 a, Fatalis neceſſitas rerum futurarum. Part. 236 a, Quæ cuique accidunt diuina atque Fatalia. I.A. 209 a, Fuit aliquis fatalis caſus, vt ita dicam, &c. nunc ſi quis erit, erit voluntarius.

FATALITER, *neceſſariò*. de Diuin. 112 a, Omnia quæ fiunt, quæq; ſunt, ex omni æternitate definita eſſe fataliter.

† Syntaxis. *Fatale & immutabile. Certum & fatale. Diuinum & fatale. Ex omni æternitate definita res fataliter.*

FATENDO, dum. Partit. 234 a, Mori maluit falſum fatendo, quàm inficiando dolore. de N. 58 a, Hominum cauſa eatum rerum copias comparatas fatendum eſt.

FATEOR, eris. *confiteor*. Epiſt. 157 b, Laterenſis noſtri & fidem & animum in rempub. ſingularem ſemper fatebor. pro Cecin. 289 b, Non ſolùm fateri, ſed etiam profiteri aliquid. pro Rab. 93 b, Quamobrem fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero, per duellionis iudicium à me fuiſſe ſublatum. de Clar. 171 a, Tu qui à Næuio vel ſumpſiſti multa, ſi fateris: vel ſi negas, ſurripuiſti. Antequam. 195 b, Qui de ſcelere fateretur. & de Inuent. 72 a, Fateri de aliqua re. contra Rull. 77 b, Quæ eſt iſta æquitas? hunc agrum excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur. * *vbi paſſiuè vſurpatur.*

† Syntaxis. *Fateor, & profiteor, & præ me fero.*

FATIDICVS, ca. *quem Liuius fatiloquum dicit*. de Leg. 173 b, Fatidicorum & vatum effata incognita interpretari. de Nat. 5 b, Anus fatidica Stoicorum πρόνοια.

FATIGATVS, a, um. Topic 227 a, * Nam & verberibus torti & igni fatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere.

FATVITAS, tis. *ſtultitia*. de Inu. 74 b, Poſtea definitionibus oſtendere non hanc imprudentiam aut caſum, ſed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

FATVM, ti. *vis fatilis, fortuna, fatalis neceſſitas*, εἱμαρμένη *diuina neceſſitas*. de Fat. 144 a, Fati neceſſitas, quod à Deo conſtitutum & deſignatum eſt vt eueniat, cauſarum ſeries ſempiterna, cauſæ æternæ rerum futurarum, cauſæ immutabiles & æternæ, cauſæ incluſæ in rerum natura atq; mundo. de Diuin. 106 b, Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt, ordinem ſeriemque cauſarum: cùm cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignat, ea eſt ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna. & ibi. Fatum eſt cauſa æterna rerum, cur ea quæ præterierint, facta ſint: & ea quæ inſtant, fiant: & ea quę conſequuntur, futura ſint. de Nat 62 b, Quod ſemper ex omni æternitate verum fuerit, id eſſe fatum. de Fat. 148 a, & de Nat. 12 b, Omnia fato fieri, in qua ſententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Ariſtoteles fuit. de Diu. 112 a, Nihil fieri extra fatum. de Fat. 147 a, Stoici fato omnia fieri dicunt. Topic. 225 b, Ex hoc genere cauſarum ex æternitate pendentium fatum à Stoicis nectitur. de Diu. 112 a, Omnia quæ fiant, futuráve ſint, fato contineri. & ibid. Anile ſanè & plenum ſuperſtitionis fati nomen ipſum. de D. 112 b, Ruina igitur oppreſſus eſſet. at id neque ſi fatum fuerat, effugiſſet: neque ſi non fuerat, in eum caſum incidiſſet. & ibid. Mutari enim fata non poſſunt. & ibid. Sin autem id poteſt flecti, nullum eſt fatum. de Fat. 141 a, Daphnitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. & 146 a, Si fatum tibi eſt ex hoc morbo conualeſcere. de Diuin. 128 b, L. Tarutius vrbis noſtræ fata canere non dubitabat. de Diuinat. 94 b, Neque me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet. de Somn. 127 a, Sed eius temporis ancipitem video, quaſi fatorum viam. de Diuinat. 100 a, Eum dixiſſe, ex fatis, quæ Veientes ſcripta haberent, Veios capi non poſſe. & 80 a, Prædicere, quid cuique euenturum, & quo quiſque fato natus ſit. pro Corn. 67 a, Fuit hoc meum fatum, vt in me, &c. de D. 84 b,

*Atque hæc fixa graui fato & fundata tenentur.*

Octau. 330 b, At te fata patrię Paridem futurum prædicabant. pro Font. 283 b, Ea conditione atque eo fato natum eſſe me, &c. pro Mil. 107 a, Milo hoc fato natus, vt ne ſe quidem ſeruare potuerit, quin vnà rempublicam ſeruaret. pro Marc. 133 a, Omnes qui ad illa arma fato ſumus neſcio quo reipubl. miſero funeſtoque compulſi. Attic. 240 b, Ego quid faciam? aut quo me fato geram? I.A. 160 b, Quònam meo fato fieri dicam, vt, &c. de Vn. 202 a, Nec vos vlla mortis fata vnquam periment. I.A. 154 b, Si quid mihi humanitus accidiſſet: multa enim impendére videbantur præter naturam, præterque fatum. ad Heren. 37 b, Vita hominis fato debetur. Attic. 16 a, Si noſtrum fatum aut fortunam conquereremur. pro Muræn. 135 b, Illud fati eſt, hoc conſilij. I.C. 115 a, Niſi dij immortales omni ratione placati, propè fata ipſa flexiſſent. * pro Dom. 242 b, In illo fato penè Reipub. obieci meum caput pro veſtris ceremonijs atque templis perditiſſimorum ciuium furori atque ferro. Acad. 31 b, Fatum illud etiam, quo omnia contineri dicitis, contemno. de Diuin. 106 a, b, Primùm mihi videtur à Deo, deinde à fato, deinde à natura vis omnis diuinandi ratioq; repetenda. ibid. Cuius non cauſas idipſum efficientes natura contineat.

¶ *Infortunium*. Qu fr. 305 a, Vt meo fato & tu & omnes mei corruiſtis. Att. 148 a, Miſeros nos, cur non omnes fatum illius vnà executi ſumus? I.C. 160 b, Quibus ego confido impendére fatum aliquod & pœnam, iamdiu improbitati debitam. de Cl. 196 b, Sic Hortenſij vox extincta fato ſuo eſt, noſtra publico. I.C. 114 b, Neque tanto antè exitium ac fati diem reip. denunciaſſet. Epiſt. 85 a, Qua quidem in re ſingulari ſum fato. I. A. 190 a, Iam fatum extremum reipublicæ venit.

¶ *Vaticinium*. I. C. 112 b, Lentulus autem confirmauit ex fatis Sibyllinis, aruſpicumq; reſponſis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, &c.

† Syntaxis. *Fato fieri, contineri. Niſi fatum ſit, euades. Illius fuit fatum demergi.*

FATVVS, a, um. *ſtultus*. pro Deiot. 147 b, Non modò nequam & improbus, ſed & fatuus & amens. Att. 95 b, Puer fortaſſe fatuus, & nō grauis, nec continens. de Orat. 117 b, Hoc præceptum eſt magis monitoris non fatui, quàm acuti magiſtri. de Fin. 79 a, Niſi planè fatui ſint. Epiſt. 160 a, Ne cum periculo fatuus ſis. de Orat. 134 a, Homo fatuus, &c.

† Syntaxis. *Fatuus & amens.*

FAVCES, ium. *anguſtiæ gutturis*. de Nat. 45 a, Patefactis terræ faucibus. pro Cl. 35 b, Faucibus premi. Qu fr. 293 b, Thuſcenius, cuius tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimā cupiditatem eripuiſti. * Tuſcul 187 a, Num ſatis habent, latera, fauces linguam intendere, è quibus elici vocem & fundi videmus.

¶ *Locus anguſtus*. cōtra Rull. 83 b, Corinthus erat poſita in anguſtijs atq; in faucibus Græciæ.

¶ *Diſcrimen, periculum*. de Or. 104 a, Omitto fauces, ex quibus te eripi vis. pro Arch. 189 b, Vrbem ex omni impetu hoſtium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atq; ſeruatam.

¶ *Aditus*. I.V. 180 a, & pro Quint 4 b, Aemelius ſedens in faucibus macelli.

* FAVENS, tis. pro C Corn. 2, Fauente nobilitate.

FAVEO, ues, faui. *ſtudeo, amo, complector.* )( *Inuideo*. de Clar. 196 b, Tibi fauemus, te tua frui virtute cupimus, tibi optamus eam rempub. in qua, &c. Epiſt 187 a, Fauebam & reipub. cui ſemper faui & dignitati ac gloriæ tuæ & 6 b, Qui mihi ſemper tuæ laudi fauere viſus eſt. Epiſt. 33 b, Non magis mihi faueo in amicitia noſtra tuenda, quàm tibi. & 155 a, Non multo plus faueo patriæ, quàm tibi. & 246 b, Huic meæ voluntati, in qua ineſt vis deſiderij, vt faueas, adiutorq; ſis, vehementer te rogo. pro Planc. 263 a, Cuius honori, agri propè dicam ipſi monteſq; fauerunt. pro Lig. 138 a, Cuius ego induſtriæ gloriæque faueo. Attic. 100 b, Fauere honori alicuius. in Sal. 273 b, Ego virtutib. Cæſaris faui. Tuſc. 170 a, Ita iſti faueo ſentētiæ. pro Planc. 262 b, Qui fauent nobilitati. Antequam. 196 b, Fauete innocentiæ. de Diu. 101 b, Rebusq; diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent, linguis imperabantur. de Diu. 125 b, Iam ilia fauete linguis, &c. in Ant. 164 a, Ego fauiſſe me tibi fateor. de D. 120 a, Galli ſilentio noctis, vt ait Ennius, fauent faucibus: rurſus cantu plauſuque premunt alas. pro Quint. Roſ. 49 b, Qui diligebant hunc, illi fauebant.

FAVETVR. de Orat. 127 b, Inuidetur enim commodis hominum ipſorum, ſtudijs autem eorum cæteris commodandi fauetur. de Offic. 24 a, Non modò non inuidetur illi ætati, verùm etiam fauetur.

† Syntaxis. *In hoc tibi non faueo. Faueo & adiutor ſum. Fauere ſuis amicis.*

FAVNVS, ni. de N. 62 b, Fauni vocem equidem nunquam audiui. & de D. 101 a, In prælijs Fauni auditi. & 104 a,

*Verſus quos olim Fauni vateſque canebant.*

FAVONIVS, nij. *Græcè Zephyrus, ventus ab occaſu flans*. I.V. 241 a, Veris initium non à fauonio notabat, ſed cùm roſam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. Acad. 26 b, Mare fauonio naſcente purpureum videtur.

FAVOR, oris. *gratia, ſtudium, iactatio, aura, iactatio curſuſque popularis, proſper flatus fortunæ*. pro Q R. 49 b, Quam expectationem, quod ſtudium, quem fauorem ſecum in ſcenam attulit Panurgus? * Frag. ep. Eum amorem, & eum, vt hoc verbo vtar, fauorem in conſilium aduocabo.

FAVSTE. *fortunatè*. pro Mur 124 b, Idem ego precatus ſum, vt ea res vobis fauſtè, feliciter proſpereq; eueniret. *hic in tribus verbis eſt ſynonymia.*

FAVSTVS, a, um. Tuſc. 247 b, Horribilem eum diem alijs, nobis fauſtum putemus. pro Fl. 165 b, O nox illa fauſta

huic

huic vrbi. de D. 101 a, Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum,fauſtum, felix, fortunatumq; eſſet, præfabantur.*(hic ſynonymia in quatuor verbis)*& 102 b,

*Fauſtaq; ſigna ſuæ laudis reditusq; notauit.*

FAVTOR,oris *ſtudioſus,ſtudens*.pro Pla.270 b,Multi ſunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Or. 210 a, Non inuidi ſolùm, ſed fautores etiam laudum mearum. pro Pla.359 a,Cùm multos & bonos viros eius honori viderem eſſe fautores. Epiſt.12 a, Cuius ego ab adoleſcentia fautor & adiutor extiti. & 198 b, Ego tuorum conſiliorum autor, dignitatisq; fautor,&c.Epiſt.151 b,Me tuæ dignitatis non modò fautorem, ſed etiam amplificatorem cognoſces. pro S.R.21 a,Hic nobilitatis fautor fuit.Att.12 a, Studioſus ac fautor alicuius.

FAVTRIX, cis.pro Plan. 263 b, Noſtra illa fautrix ſuorum regio. de Fin.62 b, Amicitiæ fautrices fideliſſimæ voluptatum.

FAVTVRVS,a,um. Att.203 a, Reſcripſi Patrono illi nihil opus eſſe, me tamen ei fauturum.pro Plan.259 a, Inuidos huic accuſationi eſſe fauturos.

† Syntaxis. *Fautor laudum, & laudibus. Fautor & adiutor alicuius.Et fautor, & amplificator. Studioſus & fautor.*

FAVVS,ui.Off.31 b, Atque vt apum examina, non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed cum congregabilia natura ſint,fingunt fauos:ſic homines, &c.

FAVX,cis. vide FAVCES.

FAX,cis.*tæda*.I.P.80 a, Ego faces iam accenſas ad huius vrbis incendium extinxi. & 85 a, Cùm ardentes faces furijs Clodianis miniſtrabas.de Aruſp.252 b,Cùm ardentes faces in vicinorum tecta iactas. Att.226 a, Serui cum facib. in tecta noſtra immiſſi.I.C.103 b, Malleolos ad incendēdam vrbem faceſq; comparare. pro D. 215 b, Prouidendum fuit, ne in hanc materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret.I.V.217 a, Dextera ardentem facem præferebat.Ac.22 b,Diana facem iacit à læua.I.C.100 a, Cui tu adoleſcentulo non ad libidinem facem prætuliſti? I.A. 169 b, Antonius omnium Clodij incendiorum fax. Off. 40 b, Dolorum cùm admouentur faces, præter modum plerique exterrentur. de Orat. 127 b, Neque paruis in rebus adhibendæ ſunt hę dicēdi faces.de N.28 b,Faces cœleſtes viſæ. I. C. 115 a, Viſæ iam nocturno tempore faces. * pro Clu.20 b,Non timuiſſe,&c.faces illas nuptiales.I A. Tu,tu illas faces incendiſti, & eas, quibus ſemiuſtum latus illius eſt,& eas,quibus incenſa L.Bellieni domus cōflagrauit. I. A. 166 a, An faces admouendæ ſunt, quæ te excitent tantæ cauſæ indormientem. I. V. 217 a, Dextra *manu ſignum Dianæ* ardentem facem præferebat.

†Syntaxis. *Faces miniſtrare, iactare, comparare. Fax adhæreſcit. Præferre alicui facem ad libidinem. Dolorum admotæ faces. Antonius fax,&c. Dicendi faces adhibere.*

FAXIT,faxint.*futuri temporis:pro faciat,faciant*.I.V.165. b, Dij immortales faxint,ne ſit alter, &c.de Senect.92 b,

*Nemo me lacrymis decoret,nec funera fletu*
*Faxit. cur? volito viuu' per ora virûm.*

Epiſt.234 b,Dij faxint, vt tali genere mihi frui liceat. Att. 251 a, Dij faxint, vt faciat ea quæ promittit. & 250 a, Quod promittis,dij faxint.de Leg. 173 a, Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex eſto.

† Syntaxis.*Faxit Deus,vt.&, Si ſecus faxit:id eſt,agat.*

FEBRICVLA,læ.*commotiuncula*. Attic.97 a, Erat in extremo, tum te febriculam habentem ſcripſiſſe. Epiſt.156 b, Qui ex labore in febriculam incidit aſſiduam & ſatis moleſtam. Attic. lib. 12, De Atticæ febricula: *ſcilicet valdè dolui.*

FEBRIS, bris *calor & ſiccitas in animante toto minimè naturalis.* I.C.103 b, Qui æſtu febriq; iactantur, ſi aquam gelidam biberint, prius releuari videntur, deinde multò grauius vehementiusq; afflictantur. de Fat. 143 a, Si cui venæ ſic mouentur, is habet febrem. Epiſt.107 a, Cùm decimum iam diem grauiter ex inteſtinis laborarem, nec probarem me non valere, quia febrim non habebam, fugi in Tuſculanum. de Orat. 143 a, Ex quo ſudore cum cohorruiſſet, cum febri domum redijt. Attic. 272 b, Si cum biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubitò febris deceſſit. & 71 b, Incommoda valetudine emerſeram, vtpote cùm ſine febri laboraſſem. & 97 a, Cognoui ex eo quòd ita ſcripſeras,te Romam veniſſe cum febri.Ep.262 a, Aegypta mihi nunciauit,te plenè febri carere, & bellè habere. Tuſc.167 a,Ineſt enim velle in carendo, niſi cum ſic tanquam in febri dicitur. * de N.64 b, Vide ne tertianas quidem febres & quartanas, diuinas eſſe dicendum ſit, quarum reuerſione & motu quid poteſt eſſe conſtantius?

† Syntaxis.*Habere febrim. In febrim incidere aſſiduam. Eſſe,ire cum febri. In tertium diem febris incurrit. Febri carere. Febris reuerſio,& motus.*

FEBRVARIVS,ij.*intercalaris,vel intercalarius menſis*.de Leg.181 a,Februarius menſis extremus anni. pro Q.R.a, Ante diē IIII. cal. Februarij. *id eſt, Cal. intercalares.* * I. V. 124 a, b, Quando homo tanta luxuria atque deſidia, niſi Februario menſe,aſpirabit in curiam? Qu.fr.313 b, Videt Februarium ſterilem futurum.

*FEBRVARIVS,a,um.Qu.fr.314 b, Et quòd Gabinia lege ſanctum ſit,etiam cogi ex Calendis Februarijs vſque ad Calendas Martias legatis Senatum quotidie dari.

FECIALIS,lis.*idem & ſacerdos & orator.* de Leg. 143 b, Fœderum,pacis, belli,induciarum,oratores feciales,iudices IIII.ſunto.I.V.245 b,Dij approbent,habemus hominem in fecialium manibus educatum.

FECIALIS,le.*à feciali factum cōſtitutumque.* Off.8 a,Belli quidem æquitas ſanctiſſimè feciali pop.Romani iure perſcripta eſt. ibid.74 a, Cum iuſto enim & legitimo hoſte res gerebatur,aduerſus quem & totum ius feciale, & multa ſunt iura communia.

FEL,lis.*flaua bilis*.de D.114 a,* Atqui diuina cum rerum natura tanta,tamque præclara, in omnes partes motusque diffuſa,quid habere poteſt commune,non dicam gallinaceum fel:ſunt enim qui vel argutiſſima hæc exta eſſe dicant:ſed, &c.

FELICITAS,*beatitudo,proſperitas, ſecundæ res,fortuna.)(Afflictæ fortunæ.* I. A. 17 a, Antonius fuit felix, ſi poteſt vlla in ſcelere eſſe felicitas. pro Syl. 183 b, Aliquid caſu magis & felicitate ab aliquo,quàm virtute & conſilio geſtum eſſe. de Clar. 166 a, Felicitas ipſius, qua ſemper vſus eſt. Q.F. 315 a, Felicitas L. Syllæ. ad Her. 30 b, Illi fortuna felicitatem dedit, huic induſtria virtutem comparauit. * Frag. ep. Neque quicquam aliud eſt felicitas, niſi honeſtarum rerum proſperitas:vel, Felicitas eſt fortuna adiutrix conſiliorum bonorum. de Clar. 165 a, Perpetua quadam felicitate vſus ille ceſſit è vita. ibid. Summam eius felicitatem non ſatis grato animo interpretamur. pro Font. 282 a, Quorum cognita virtus,induſtria,felicitas in re militari ſit.pro Pomp. 9 a, In ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere,&c.felicitatem.& 13 a, Reliquum eſt, vt de felicitate, quam præſtare de ſeipſo nemo poteſt, meminiſſe & commemorare de altero poſſumus, &c. timidè & pauca dicamus.ibid. De huius hominis felicitate hac vtar moderatione dicendi.ibid. Quantas ille res domi militiæque, terra marique, quantaq; felicitate geſſerit. pro Font.282 a,Quorum cognita virtus, induſtria, felicitas in re militari ſit.Att.100 a,Vſi tua felicitate nauigandi.

† Syntaxis.*Virtus, Deus dant felicitatem.*

FELICITER *proſperè,fortunatè,fauſtè.*I.V.127 b,Satis feliciter anni iam aduerſo tempore nauigauit.pro Mur.124 a, Idē ego precatus ſum, vt ea res fauſtè, feliciter, proſpereque eueniret. de Pro. 75 b, Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum prælijs feliciſſimè decertauit. I. A. 202 a, Reſpub. bene & feliciter geſta.

FELIS,lis. *domeſtica beſtia muribus infeſta.* de Leg. 162 a, Qui canem & felem vt deos colunt. de N.17 b,& 60 a,Crocodylum,& ibin, & felem non violari ab Aegypto. Tuſc.143 b, * Quamuis carnificinam priùs ſubierint Aegyptij, quàm ibim,aut aſpidem,aut felem,aut canem,aut crocodilum violent.

FELIX,cis.*beatus,fortunatus,florens,cui bene eſt.* de D.101 a, Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum,fauſtum, felix,fortunatum eſſet,præfabantur. Qu. fr.295 b,Aſia in te retinendo fuit felicior,quàm nos in deducendo. de Cl. 107 a, Sed ille Græcus ab omni laude felicior. I. A. 172 a, Cæſar Alexandriam ſe recepit felix. pro S. R. Quamuis Sylla felix ſit,ſicut eſt,tamen, &c. de Fin.146 b, Polycratem Samium felicem appellant.pro Font.282 a, Felix ad caſum fortunamque.

† Syntaxis.*Fauſtè,feliciter,proſpereque.Felix ab omni laude.*

FEMEN,nis.*cruris ſeu coxendicis pars interior,& inferior.*I.V.221 b, Signum Apollinis pulcerrimum,cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum. de Nat. 21 a, Tuus Deus redundat pedibus, feminibus, cruribus, &c.

FEMVR, oris. *cruris vel coxendicis pars exterior.* de Clar. 190 b, Frons non percuſſa,non femur,nulla pedis ſupploſio.

FENESTRA,ſtræ. *locus apertus ad lumen accipiendum.* Attic.24 a, Feneſtrarum anguſtias quòd reprehendis, ſcito te κύρου παιδείαν reprehendere. Tuſc.158 a, Eæ partes,quæ quaſi feneſtræ ſunt animi: quibus tamen ſentire nihil queat mens.

FERA,feræ. *beſtia,fera beſtia.* pro S. R. 30 a, Noluerunt feris corpus obijcere, ne beſtijs quoque, quæ tantū ſcelus attigiſſent,immanioribus vteremur.Off.65 b,Excitare & agitare feras. * de Fin. 56 a, At id ne ferę quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, vt earum motus & impetus quò pertineant non intelligamus. Offic.11 a, Neque vlla re longiùs abſumus à natura ferarum in quibus in-

eſſe fortitudinem ſæpe dicimus, vt in equis, in leonibus: iuſtitiam, æquitatem, bonitatem non dicimus. Sunt enim rationis & orationis, expertes.

FERALIA, orum. *dies erant dijs manibus conſecrati, quòd ad tumulos epulas ferrent, ibiq́ue cœnas & epulum agitarent.* Att. 132 a, Video Cæſarem à Corfinio poſt meridiem profectum eſſe feralibus.

FERAX, cis, cior. *vber, fœcundus, fertilis, frugifer.* I. V. 170 a, Agri ſunt feraces. & Orat. 201 a, Nihil feraciùs ingenijs. itẽ: Nullus in philoſophia locus eſt feracior, nec vberior, quàm de officijs.

FERCVLVM, li. Offic. 26 b, Cauendum eſt, ne tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus, vt pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur. *Fortaſſe melius hic ferculus, li: vt baiulus, li, diceretur, nam non eſt dubium, quin hoc loco pro ijs qui vaſa ſimulacraq́ue deorum, & id genus alia, in pompa ſeu triumpho ferunt, accipiatur. non, vt plerique omnes exiſtimant, pro epulis aut pulpitis, ſeu alijs quibuſuis rebus, nam de inceſſu loquitur tardiore, qualis eorum eſſe ſolet hominum, quos id genus pompas ferre videmus.*

FERE`. *fermè, propè, propemodum.* de Orat. 110 b, Lælius ſemper ferè cum Scipione ſolitus erat ruſticari, Epiſt. 87 b, Omnes ferè familiares Cæſaris me colunt & obſeruant. pro Clu. 26 b, In quibus quantus ſplendor ſit, quàm propè æquabilis, quàm ferè omnium conſtans & moderata ratio vitæ nemo veſtrûm ignorat. de Inu. 52 a, Probabile eſt, quòd ferè fieri ſolet. de L. 369 b, Pater meus hîc ferè ætatem egit in literis. Off. 13 a, Statuas videmus ornatu ferè militari. Off. 12 b, Quemadmodum ab his rebus ducatur honeſtum, ſatis ferè diximus. Att. 98 a, Hęc ferè ſunt in illa epiſtola, &c. 105 a, Nec adhuc ferè inueni, qui non, &c. Ep. 16 b, Nam ab orationibus diſiungo me ferè, referoq́; ad manſuetiores muſas. de Clar. 178 a, Aetates noſtræ nihil, aut non ferè multum differunt. de Amic. 95 b, Sermo qui tum ferè erat multis in ore. de Inu. 63 a, Vt ferè fit. *id eſt, vt fermè ſemper fit.* pro Pomp. 8 b, Hoc iam ferè ſic fieri accepimus, vt. &c. Att. 235 a, E` Pompeiana naui aduectus ſum in Luculli noſtri hoſpitium. V I. Iduum, hora ferè tertia. & ibid. A` Lucullo poſtridie eadem ferè hora qua veni. Att. 112 b, Hora ferè nona. I. P. 82 a, Idem illo ferè biduo productus in concionem, &c.

¶ *Tantum.* de Nat, 79 a, Hæc ferè dicere habui de natura deorum.

¶ *Profectò.* pro Seſt. 14 a, Denique ex bellica victoria non ferè quàm eſt inuidia ciuium conſecuta. ad Heren. 11 a, Ferè non difficile eſt.

† Syntaxis. *Non ferè multum abeſt. Hæc ferè volui dixiſſe. Id ferè non difficile dictu. Aetatem ferè in literis agere.*

FERENDVS, a, um. *tolerandus.* )( *Intolerandus.* I. C. 115 b, Quibus ego, ſi me reſtitiſſe dicam, nimium mihi ſumam, nec ſim ferendus. de ſenect. 78 a, Quod ferendum eſt mollius ſapienti. I. C. 101 a, Illa ſuperiora quanquam ferenda non fuerunt, tamen vt potui, tuli. I. V. 129 b, Nihil mihi indigniùs ferendum videtur. * Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho.

FERENS, tis. de Or. 104 b, Quòd is L. Scribonio quæſtionem in eum ferente populo miſericordiam concitaſſet.

FERENTANI *populi.* pro Clu. 59 a, Adſunt Ferentani, homines nobiliſſimi, &c.

FERIAE, arum. *dies feſtus, cœleſtium dies quieti.* de Leg. 175 b, Feriarum feſtorumq́; dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum, in ſeruis operum & laborum. de Leg. 173 a, Ferijs iurgia amouento, easq́ue in famulis (operibus patratis) habento. de Leg. 181 a, Nec verò tam Denicales, quæ à nece appellatæ ſunt, qua reſidunt mortui, quàm cæterorum cœleſtium quiete dies feriæ nominarentur: niſi maiores eos qui ex hac vita migraſſent, in deorum numero eſſe voluiſſent. Off. 63 b, Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piſcatorum eſſent. de N. 5 a, Cum ferijs Latinis ad C. Cottam familiarem meum veniſſem. Att. 219 a, Dies ferarium mihi additos video. de Leg. 181 b, Contrà cenſet habendas triduum ferias. de D. 101 b, Imperare ferias. de Orat. 150 a, Tantum tribui doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas, & forenſes feriæ conceſſerunt. * Qu. fr. 325 a, in quibus *libris* Nouendialibus illis ferijs, quæ fuerunt Tuditano & Aquilio Coſs. ſermo eſt à me inſtitutus.

† Syntaxis. *Feriæ, feſtiq́ue dies. Habere ferias triduum.*

FERIATVS, a, um. *ocioſus, vacans.* de Nat. 21 b, Epicurei deum feriatum volunt ceſſatione torpere. de Orat. 148 a, Aliquem feriatum eſſe. Epiſt. 104 a, Ne putes in Aſia feriatum illum à ſtudijs futurum. * de Orat. 148 a, Sic illi à negotijs públicis, tanquam ab opere, aut temporibus excluſi, aut voluntate ſua feriati, &c.

FERIENDVS, a, um. *percutiendus.* de Orat. 115 a, Aduerſarius qui ſit & feriendus, & repellendus.

FERINVS, a, um. *quod ferarum & belluarum eſt: cum feris commune.* de Inu. 42 a, Victus ferinus.

FERIO, feris. *percutio.* pro Corn. 65 b, Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginenſis. pro Cæl. 50 a, Ferire parietem. Att. 1 a, Puto te in hoc riſiſſe aut ingemuiſſe, ut frontem ferias. de Orat. 140 b, Sed tamen in laudando iungenda ſunt etiam hæc genera virtutum: feriunt enim aurem hominum. Off. 15 a, Quo minus patent multa in eorum vita, q̃ fortua feriat. Or. 219 a, Binis aut ternis ferire verbis.

¶ *Contraho, is.* pro Cæl. 44 a, Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires? pro R. P. 123 b, & de In. 73 b, Ferire fœdus cũ aliquo.

FERIOR, ris. Epiſt. 253 a, His autem ſpectris etiamſi oculi poſſent feriri, animus quî poſſit, non video. pro Dom. 239 a, Fœdere feriebantur prouinciarum. I. V. 91 b, Inſtat, vt ſecuri ambo feriantur.

FERITAS, tis. *immanitas.* )( *Manſuetudo animi.* Off. 32 a, Magitudo animi remota communitate, coniunctioneq́ue humana, feritas ſit quædam & immanitas. pro Seſt. 22 b, Eosq́; ex feritate illa ad iuſtitiam manſuetudinemq́; tranſtulerunt. *al. transduxerunt.* Off. 58 a, Feritas & immanitas belluæ in figura hominis à communi tanquam humanitate corporis ſegreganda eſt. de Diu. 93 a, Pars animi in qua feritas quædam ſit & agreſtis immanitas.

† Syntaxis. *Feritas & immanitas.*

FERME`, *ferè.* de Cl. 179 a, Vt eò nihil fermè quiſquam poſſit addere. ad Her. 37 a, Hæc exornatio in coniecturali cõſtitutione cauſæ fermè ſemper neceſſaria eſt. Att. 274 a, Mihi quidem ætas acta fermè eſt. Tuſc. 249 b, Sapientis enim cogitatio non fermè ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos. de D. 84 a, Quod fermè dirum in tempus cecidére Latinæ.

FERO, ers. *porto, gero*, de Leg. 183 b, Terra fruges fert. Epiſt. 114 a, Ferre aliquid acceptũ alicui. Or. 96 a, Illud quod eò quò intẽdas, ferat, deducatq́;, cognoſcẽdũ eſt. * de Aruſp. 253 b, Ferebant in oculis hominẽ quidã boni viri. I. A. 207 b, Oderat antè, &c. nunc fert in oculis: *id eſt, amat.* Ep. 113 b, *Cælij.* Vt ſe fert. Ep. 267 a, Te vt dixi, fero oculis. Att. 231 a, Mihi quidem videtur Brutus noſter iam vel coronam auream per forum ferre poſſe. Quint. frat. 319 b, Balbum in oculis fero.

¶ *Opinor, conijcio, ſpero.* Att. 39 b, Nos, vt opinio, & ſpes, & coniectura noſtra fert, tuti ſumus. *id eſt, opinamur, & ſperamus, & conijcimus.* de Clar. 167 b, & pro Font. 282 a, & Epiſt. 16 a, pro Cl. 26 b, Vt opinio mea fert. pro Dom. 219 b, Plura dixi, quàm aut opinio mea tulerit, aut voluntas mea.

¶ *Conſtituo, ſancio, decerno, pronuncio ſtatuendum.* pro Corn. 60 a, Ferre ad populum de aliqua re. Offic 48 b, Pernicioſè etiam Philippus in Tribunatu cùm legem Agrariam ferret. Para. 121 b, Familiaris tuus de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonæ deæ acceſſiſſes, exulares. pro Syll. 179 a, Nihil de iudicio ferebat, ſed pœnam ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper ſuperioribus cõſtituta. pro Clu. 48 a, Vos autem iudices de hominum fortunis ſententiã fertis. de Finib. 75 b, Vt P. Scæuola trib. pleb. ferret ad plebem, vell'éntne de ea re quæri, &c. pro Cec. 304 b, Deinde quod Sylla ipſi ita tulit de ciuitate, vt non ſuſtulerit horum nexa, &c Att. 105 a, Cùm vt abſentis ratio haberetur, ferebamus. Att. 120 a. Pompeius contendit, vt decem tribuni plebis ferrent, vt abſentis ratio haberetur: quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua * pro C. Cornel. 1, Dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus eſt legem? ibid. Cùm is tribunus plebis duas leges tuliſſet in eo magiſtratu. ibi. Qui ſuffragij ferundi cauſa conueniunt. cont. C. Anton. Quare præclare dicẽtur iudicia tuliſſe, ſi, qui inficiantem Luſcium condemnârunt, Catilinam abſoluerint confitentem.

¶ *Trado, exhibeo.* pro Dom. 222 b, Perditos homines de capite alicuius ſuffragium ferre. Attic. 17 a, Idemq́; refert, vt vniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodij ferat.

¶ *Patior, tolero, perfero.* Att. 93 b, Qui potentiſſimorum hominum potentiam nunquam tulerim, ferrem huius aſſeclæ? Tuſc. 217 b, Modicè & immodicè ferre aliquid. Epiſt. 78 b, Pacatè & moderatè ferre. de Orat. 112 b, & contra Rull. 64 a, Morderatè ferre aliquid. *id eſt, non intemperanter.* & Epiſt. 58 a, Modicè ferre aliquid. L. MODICE. de ſenect. 77 a, Id & moleſtè & ſapienter, ſicut omnia, & ferre, & laturum eſſe certò ſcio. Offic. 18 a, Immoderatè ferre res aduerſas. I. V. 68 b, Mediocriter ferre aliquid. Attic. 85 a, Clementer ferre aliquid. & 58 a, De Lentulo ſcilicet fero vt debeo. Epiſt. 72 a Ferre aliquid grauiter. Attic. 106 b, & 15 a, Grauiter ferre de aliquo. & I. V. 63 a, Valde grauiter ferre aliquid. Att. 2 b, & 65 a, Humaniter ferre. *id eſt, æquo animo.* Quint. frat, 300 b, Quàm humaniſſimè ferre peruer-

ſita-

ſitatem alicuius. Att. 65 a, Belle ferre aliquid. de Diuin 95 b, & Tuſc. 222 a, Vt ſi quis ægrè ferat ſe pauperem eſſe. Att. 16 b, Aegrè pati. Attic. 15 b, & 249 b, Moleſtè ferre. Poſtquam. 210 b, Quid impediſſet grauiter moleſteque laturos? Att 96 b, Moleſtè ferre de aliquo. Qu. fr. Moleſtiſſimè fero. & I V. 223 b, Permoleſtè tuliſſe. Epiſt. 58 b, Ferre aliquid fortiter, & 51 b, Toleranter ferre aliquid. Attic. 139 a, Fortiùs ferre dolorem. 278 a, Ferre dolorem meliús. pro Quint. R 47 a, & pro Cæl. 49 a, Leuiter ferre aliquid Quint. frat. 328 a, Leuiſſimè ferre aliquid. Epiſt. 74 a, Quàm leuiſſimè ferre aliquid. de Sen. 77 b, Cato facilè ſenectutem ferebat. pro Mil. 108 a, Quo tandem animo hoc tyrannum tuliſſe creditis? & 116 b, Timeo quónam modo id factum feras. I. A. 227 b, Timere ſe dicunt, quomodo ferant veterani, exercitum Brutum habere. pro Quint. 18 b, Ne per te ferat, quo minus, &c. *id eſt, ne per te ſtet.* de Amic 113 a, Obiurgari moleſtè ferunt, moleſtiam capiunt, dolent. de Amic. 100 a, Aduerſas res amicorum grauiter ferre. Epiſt 76 b, Attic. 249 b, Aequo vel iniquo animo ferre. I A. 222 a, Is autorem ſenatus extinctum latè atque inſolenter tulit. Epiſt. 9 a, Patienter ferre potentiam alicuius. I. A. 243 a, Non ferrent, inquam, oculi Saxam, Caphonem. & 219 a, Huius deſiderium ciuitas ferre non poteſt. de Clar. 189 a, Sed cogitandi non ferebat laborem Acad. 18 b, Ferres me, ſi ego idem dicerem? Tuſc. 218 b, Qui ignominiam & infamiam ferunt ſine dolore. Att 69 b, Nondum ſatis huc erat allatum, quomodo Cæſar ferret de autoritate perſcripta. Epiſt. 49 b, Saneque pro eo ac debui, grauiter moleſteque tuli. Attic. 211 b, Mulieres autem vix humanæ, quæ inimico animo ferant. & 140 a, Nihil, inquam, ille minus obſcurè tulit: *id eſt, præ ſe tulit* pro Clu. 28 b, Obſcurè ferre aliquid. pro Planc. 266 a, Apertè ferre alliquid. Attic. 227 b, Lætitiam apertiſſimè tulimus omnes. *id eſt oſtendimus.* de Orat. 140 b. Ferre ſapienter caſus aduerſos. Att. 30 a, & de Orat. 125 b, Neminem adhuc oſtendi, qui hæc tam lentè quàm ego fero, ferret. I. V. 261 b, & de Or. 121 b, Aequo animo ferre atq; concedere aliquid pro Planc. 256 a, Acerbè fero. Att. 52 a, & pro Cluen. 29 b, Acerbiſſimè ferre aliquid. I V. 55 b, & 107 a, Tuli grauiter & acerbè, me, &c. * cont C. Anton. Vtrum æquo animo laturum putauit? ibid. Me ne aliorum quidem iniurias mediocriter poſſe ferre. Hortẽſ. Qui cum publicas iniurias lentè tuliſſet, ſuam non tulit.

¶ *Requiro, poſtulo, volo, iubeo.* I. V. 274 a, Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. I. V. 257 a, Ita ſui periculi rationes ferunt & poſtulant. & 159 b, Tantum relictum eſt, quantum Apronij libido tulit: *quantum Apronio libuit.* & 160 a, Quantum Apronij voluntas tulit & 125 b, Prout Thermitani hominis facultates ferebant. I. A. 294 a, Si res ita tuliſſet: *id eſt, Si opus fuiſſet.* Epiſt. 45 a, Velim ita fortuna tuliſſet, ut, &c. & 7 b, Quid res, quid tempus, quid cauſa ferat, tu perſpicies. pro Cecinn. 199 b, Si tempus ita ferret: *id eſt, ſi ita opus eſſet.* Epiſt. 245 a, Si ita tempus feret. Epiſt. 60 a, Meæ enim rationes ita tulerunt & 156 b, Si occaſio tulerit pro Quin. 10 b, Vereor, ne grauioribus vtar verbis, quàm natura mea fert. pro Cecinn. 301 a, Hoc ſi vobis verſutius, quàm mea conſuetudo defendendi fert, videbitur, &c. Attic 278 a, Grauiùs quàm conſuetudo tua ferebat. Qu. fr 305 b Ad me, vt tempora noſtra, non vt amor tuus fert, verè perſcribe pro Cluent 35 a, Vt ætas illa fert de Somn. 129 a, Natura fert, vt, &c. *id eſt, natura comparatum eſt.* contra Rul. 81 b, Si ita commodum veſtrum fert pro Pomp 17 b, Si veſtra voluntas feret. I. P. 80 b, Ita exiſtimabam tempora reip. ferre.

¶ *Reporto.* pro Planc. 279 a, Ego fructus ex repub. magna acerbitate permixtos tuli. Att. 62 b, Ne diutiùs pendeas, palmam tulit. pro S R. 36 a, Qui ab eo partem prædæ tulerunt. I. C. 191 a, Cùm à me quoque id reſponſum tuliſſet. de Orat. 134 a, Cùm ipſe conſul eſſet factus, ille repulſam tuliſſet: *id eſt, præteritus eſſet.* Clar. 181 a, Ex his Cotta & P. Sulpitius cùm meo iudicio, tum omnium facilè primas tulerunt. Att 24 a, Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum.

¶ *Affero, do.* pro S. R. 23 a, Hanc conditionem miſero ferunt. Epiſt. 15 b, Cùm ea contentio mihi magnum foris fructum tuliſſet. Attic. 117 a, Non quia rectum eſſet, ſed quod multo rectiùs fuit, id mihi fraudem tulit. Att. 118 a, Quemcunque fors tulerit caſum, ſubeam. de Clar. 168 a, Hæc ætas primum Athenis oratorem propè perfectum tulit. * 4 de Repub. Atque etiam ſi qua erat famoſa, ei cognati oſculum non ferebant ad Qu. fr. 301 b, Te aut quaſi amicis tuis gratias acturum, aut quaſi inimicis incommoda laturum.

¶ *Celebro, laudo, extollo.* Epiſt. 160 a, Quibus *laudibus* te omnes in cœlum iure & verè ferunt. Or. 209 b, Sæpe ſupra feret, quàm fieri poſſit. *id eſt, efferet.* Attic. 99 b, Quæ etiam tuis literis in cœlum ferebas.



¶ *Obtineo, conſequor.* pro Qu. R. 52 b, Quem ego ſi ferrem iudicem, refugere non deberet. *Ferre tribum, ferre centuriam, prærogatiuam, ferre ſuffragia dicitur is qui tribum, vel centuriam habuit ſibi ſuffragantem.* pro Pl. 268 a, An tandem vna centuria prærogatiua tantum habet autoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renunciatus ſit? *id eſt, quaſi abſtulerit.* pro Planc. 279 a, Dubitatis, inquit, quin coitio facta ſit? cum tribus pleraſq; cum Plotio tulerit Plancius? an vnà fieri potuerunt, ſi vnà tribus non tuliſſent? at nonnullis punctis penè totidem, &c. I. A. 161 a, Auttum cùm es factus, vnam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? pro Plan 270 b, Queſtus es plures te teſtes habere de Volitinia, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. & ibid. Aut te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe. pro Quint. Roſc. 52 b, Cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet iudicio, ferres tuum.

¶ *Dico, prædico.* de Nat. 71 a, Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisſe. de Orat. 88 b, Hominem, vt ferebant, acerrimum.

¶ *Attribuo, aſſcribo.* Epiſt. 114 a, Ferre aliquid expenſum alicui. I. V. 143 b, Quas pecunias ferebat ijs expenſas, quibus cum contrahebat, eas iſti ipſi referebat acceptas. Epiſt. 114 a, *Cælij.* Mentio facta eſt de legione, ea quam expenſam tulit C. Cæſari Pompeius.

¶ *Gigno, profero, pario, produco.* de Leg. 183 b, terra fruges fert.

Feror, ris. pro Arch. 199 a, Quorum ingenijs hæc feruntur, his populi Rom. fama celebratur. de Clar. 167 a, Eius ſcripta quædam feruntur. de Orat. 88 b, Vt temporibus illis ferebatur. de Orat. 89 a, Si ornatè locutus eſt. ſicut fertur, & mihi videtur, Phyſicus ille Democritus. & 208 b, Rapidè ferri Or. 219 b, Ne infinitè feratur, vt flumen, oratio. pro Quint. 6 b, Qui vſque eò feruet ferturq; auaritia, vt, &c. pro Cl. 59 b, Quam *matrem* cæcam crudelitate & ſcelere ferri videtis. * pro C. Cornel. 1, Cùm ea lex feratur. ibid. Lex quæ ex S. C ferebatur. * Tuſcul. 187 a, Onera cõtentis corporibus faciliùs feruntur. Orat. 205 b, Quæ *eloquentia* curſu magno ſonituq; ferretur. & 208 b, Quod cùm rapidè fertur. Acad. 20 b, Sol qui tanta incitationè fertur. Tuſcul. 156 b, Vt terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur. ibid. Vt illæ ſuperiores *partes* in medium locum mundi grauitate ferantur & pondere. ibid. Animos cùm è corpore exceſſerint, &c. in ſublime ferri. Tuſcul. 157 a, Per hæc etiam magis neceſſe eſt ferantur ad cœlum ibid. Neceſſe eſt ita feratur *animus*, vt penetret & diuidat omnè cœlum hoc. de Fat. 149 b, Cur ea *atomus* non è regione ferretur.

† Syntaxis. *Hic non perdendæ ſunt horæ. Caput integrum expende: perquire homonymiam, nihil eſt ferè non ſelectum.*

Ferocia, ciæ. *ferocitas.* de Sen 82 b, Infirmitas puerorum eſt, ferocia iuuenum. de Ar. 241 b, Omnem impetum gladiatoris ferociamq; compreſſi. contra Rull. 85 b, Quos illorum animos quos impetus, quam ferociam fore putatis? de Rep. lib. 5. teſte Nonio, Qui comperit eius vim & effrenatam ferociam. * con. Rull. 84 b, Illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & conſilio maiores noſtri ad inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium perduxerunt.

Ferocitas, tis. *ferocia.* Offic. 41 a, Lælius ferocitatem Viriati repreſſit in Vat. 26 a, Vt ferocitatem iſtam tuam comprimerem, & audaciam frangerem. pro Deiot. 146 b, Cuius tantæ ferocitatis victorem orbis terrarum non extimeſcere? pro Mar. 133 b, Ferocitatem victoriæ extimeſcens. de Diu. 125 b, Quærens de ferocitate Troianorum. * Off. 18 b, Equi propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes.

Ferociter. *ſuperbè* pro Planc 266 a, Maledicta in aliquem aſperè & ferociter & liberè dicta. & Qu. fr. 314 b, Cn. noſter Lamia multò ferocius.

Ferox, cis, cior. *vehemens.* Att 165 a, Non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem ſuorum, ferocem fortaſſe ac arrogantem & infeſtum facit. in Vat. 29 b, Nimium es vehemens feroxq; natura. Epiſt. 54 b, Victoria reddidit hominem ferociorem impotentioremque. †Syntaxis communis. *Impetus & ferocia. Animi, impetus, ferociæ, hoſtium. Arrogantia, intoleranda ferocia. Ferociam frangere, comprimere, reprimere. Aſperè, ferociter, ac liberè dicere. Ferox, arrogans, infeſtus. Vehemens ac ferox natura. Ferox ac impotens.*

Ferramenta. *ferrea inſtrumenta.* I. C. 113 a, Cethegus dixit ſe bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe: *id eſt, gladiorum & ſicarum.* pro Syl 177 b, Sed tamen munere ſeruili, obtulit ſeſe ad ferramenta proſpicienda. de Natur. 5 b, Quæ ferramenta? qui vectes *fuerunt*? * Top 225 b, Huius generis cauſarum, ſine quo nõ efficitur, alia ſunt quieta, nihil agentia, ſtolida quodãmodo, vt locus tẽpus,

materię ferramenta. de Opt.224 b, Non in acie verſatur & ferro, ſed quaſi rudibus eius eludit oratio.

FERREVS a,um. *durus.* Quint. frat. 303 b, Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimiſi meo. Att.4 b, O te ferreum, qui illius periculis non moueris. I. C. 118 b, Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui, &c. I.V. 260 a, Durus, ferreus, inhumanus.

¶ *Impudens.* in Piſonem 93 a, Ferreum os.

† Syntaxis. *Homo ferus & ferreus. Durus, ferreus, inhumanus.*

FERRVM, ri. *metalli genus duriſſimum.* de Leg.179 a, Iam æs atque ferrum duelli inſtrumenta ſunt, non fani. de Nat. 69 b, Nos è terræ cauernis ferrum illud elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam.

¶ *Arma, gladius.* I.A.257 b, Antonius patriæ igni ferroque minitátur. pro Cec. 289, In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. & 292 a, Homines inſtructi & certis locis cum ferro collocati. pro S.R.33 a, Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? *id eſt, Romano & ciuili. nam à Phrygibus ſiue Troianis oriundi ſunt Romani: vel ferro Phrygio, id eſt, ſeruili: propterea quòd Marius ſeruitia ad libertatem vocauit, vt eorum manu contra Syllanos vteretur.* * I.V. 228 b, Forum & iuriſdictionem cum ferro & armis conferatis. de Natu. deorum 76 a, Q. Varius Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat. pro Font. 276 b, Qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt.

FERTILIS, le. *ferax, fœcundus, vber, frugifer, fructuoſus, optimus, opimus, fertus.* pro Pomp.6 b, Aſia opima eſt & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. de Nat. 52 b, Proferre poſſum multos fertiles agros, alios aliorum fructuum. Offic. 10 b, Imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quàm acceperunt. de Diuin. 100 a, Qui agros ſaluberrimos, maximeque fertiles incolunt. pro Dom.217 b, Syria optima & fertilis. I. V. 174 a, Agri lati & fertiles. contra Rull.76 a, Agri optimi & fertiles. & 74 a, Agri iucundi & fertiles.

FERTILITAS, tis. *vbertas agrorum, abundantiaque rerum omnium, bonitas agrorum, fœcunditas* de Di. 107 b, Quæ ſit, vel ſterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Tuſc. 182 b, * Quibus magis palęſtra in ſtudio eſt, quàm fertilitas barbara.

† Syntaxis. *Aſia opima, fertilis.*

FERTVS, a,um. Orat. 112 b, Frugifera & ferta arua Aſiæ tenet. *Poëtæ.*

FERVENS, tis, tior. I.V.89 b, Aqua denique ferventi à Rubrio ipſo Philodamus perfunditur. Offic. 10 a, Fortis animus, in homine non perfecto nec ſapiente feruentior plerunque eſt: *id eſt, vehementior, impotentior.*

FERVENTER, ſsimè. *vehementer.* Ep. 116 b, De damnatione feruenter loqui eſt cœptum. Ep. 116 a, *Cælij.*

FERVEO, es. *ebullio.* de Orat. 157 a, Feruet æſtu pelagus pro Qu. 6 b, Qui vſque eò feruet, ferturq; auaritia, vt, &c.

† Syntaxis. *Feruere ac ferri auaritia.*

FERVIDVS, a, um: dior. *ardens.* )( *Frigidus.* de Nat. 31 b, Natura ignis tota feruida eſt, & alijs naturis vitalem impertit calorem. de Cl. 187 a, Feruidum quoddam, & petulans, & furioſum genus dicendi. & ibid. Feruida oratio. de Cl. 174 a, Appij volubilis, ſed paulò feruidior erat oratio.

† Syntaxis. *Oratio furioſa, petulans & feruida.*

FERVOR, oris. *ardor, calor, æſtus.* de Orat. 103 b, Iracundia eſt feruor mentis. de Sen. 86 b, Sed erat quidam feruor ætatis: quo progrediente, &c. de Pro. 75 a, * cuius maris feruore non ſolùm maritimi curſus, ſed vrbes etiam & viæ militares iam tenebantur. de Nat. 32 a, Mundi feruor ille purior, perlucidior, mobiliorq; multò, ob eaſq; cauſas aptior ad ſenſus commouendos quàm hic noſter calor: quo hæc, quæ nobis nota ſunt, retinentur & vigent.

† Syntaxis. *Mundi feruor perlucidus: id eſt, ignis. Ira mentis feruor.*

FERVS, a, um. *immanis, immanſuetus, barbarus* )( *Mitis manſuetus, cicur.* de Nat. 46 a, Varia genera beſtiarum, vel cicurum, vel ferarum. & de Am. 111 a, de Nat. 58 b, Immanis & fera bellua. I.V. 19 a, Hoſtis nimium ferus & immanis. de Leg. 160 b, Gens immanſueta atque fera. Attic. 105 a, Tuſcul. 154 b, Gentes feras armatas in Italiam adducere. pro S.R. 30 b, & de Inuen. 43 b, Homo ferus & agreſtis. de Orat. 87 b, Fera agreſtisque vita. pro S.R. 24 b, Mores feros, immanemque naturam alicuius oſtendere. I. A. 188 a, Quæro, cur tam ſubitò manſuetus in ſenatu fuerit, cum in edictis tam fuiſſet ferus? Quint. frat. 303 b, Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimiſi meo. * ad Heren. 11 b, Cùm feras beſtias videamus alacres & erectas vadere, vt alteri beſtiæ noceant.

† Syntaxis, *Immanis ac ferus: & contrà. Immanſuetus ac ferus. Ferus & agreſtis. Mores feri, & immanis natura. Ferus ac ferreus.*

FESSVS, a, um. *defeſſus, languens de via.* Att. 242 a, Plorando feſſus ſum. pro Pl. 264 a, Feſſus inedia fluctibusque. Ac. 39 a, Et niſi de via feſſus eſſet, continuò ad nos venturum fuiſſe. * de Som. 126 b, Me feſſum de via arctior, quàm ſolebat, ſomnus complexus eſt.

FESTINANS, tis. I.A.222 a, Att. ille properans feſtinansque, &c. Att. 94 b, Hæc feſtinans ſcripſi.

FESTINANTER. *feſtinans, properans, omni feſtinatione.* Attic. 41 b, Pridie cal. Maij Brunduſij proficiſcens feſtinanter. de Fin. 145 a, Nimium feſtinanter facere aliquid.

FESTINATIO, onis. *properatio.* I.A. 184 b, Mea autem feſtinatio non ſolùm victoriæ auida eſt, ſed etiam celeritatis. & 259 a, Ne deorum immortalium beneficium feſtinatione præripuiſſe videamur. Epiſt. 198 b, At inde ventis remisque in patriam omni feſtinatione properaui. Epiſt. 67 a, Tamen ignoſcas velim huic feſtinationi meæ. Attic. 75 b, Habes epiſtolam plenam feſtinationis & pulueris. pro S.R. 54 b, Quid hæc tanta celeritas feſtinatioq; ſignificat? Offic. 26 b, Aut ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates. Att. 204 a, & de Orat. 162 b, Cuius feſtinationem mihi tollis, quoniam de ætate polliceris, vel potius recipis.

FESTINO, as. *propero, maturo, celero, accelero.* Attic. 92 a, Sed lucet, vrget turba, feſtinat Philogenes. Epiſt. 197 a, Plura ſcripſiſſem, niſi tui feſtinarent. & 15 b, Solent nautæ feſtinare quæſtus ſui cauſa. I.A. 153 b, Ad ſingulare Antonij factum feſtinat oratio. & 169 b, Ad reliqua enim feſtinat animus.

† Syntaxis. *Properare & feſtinare. Feſtinans ſcripſi. Ventis remisque feſtinanter, properare. Feſtinationis plena epiſtola. In feſtinatione celeritates ſuſcipere. Feſtinatio, pro animi ardore. Feſtinat animus, oratio.*

FESTINVS, a, um. *properans.* Attic. 142 b, Feſtino enim ſimillimus decurro, &c.

FESTIVE'. *bellè, aptè.* pro Deiot. 147 a, At quàm feſtiuè crimen contexitur.

¶ *Cum primis.* Att. 61 b, Soles enim tu hæc feſtiuè odorari.

¶ *Exactè.* Acad 23 a, Dialectica feſtiuè tradit elementa loquendi. de Diu. 115 b, & 130 b, Feſtiuè diſſoluere aliquid. de Orat. 152, & Qu. fr. 317 a, Bellè & feſtiuè dicere.

FESTIVITAS, tis. *lepor, iucunditas.* de Orat. 129 b, de Orat. 106 a, Dicendi vis egregia, ſumma feſtiuitate & venuſtate coniuncta. ad Her. 3 a, Narratio debet habere ſermonis feſtiuitatem. Or. 129 a, In illo genere perpetuæ feſtiuitatis ars non deſideratur. Ep. 134 b, Moriar, ſi præter te quenquam reliquum habeo, in quo poſſim imaginem antiquæ & vernaculæ feſtiuitatis agnoſcere, ad hoc lepóres, &c. & 214 a, Gorgias his feſtiuitatibus (ſic enim ipſe cenſet) inſolentiùs abutitur. * de Inuen. 47 b, Exordium ſplendoris & feſtiuitatis & concinnitatis minimum habere debet. & 48 b, Hoc in genere narrationis multa ineſſe debet feſtiuitas confecta ex rerum varietate, animorum diſſimilitudine, grauitate, lenitate, ſpe, metu, ſuſpicione, deſiderio, diſſimulatione, errore, miſericordia, fortunæ commutatione; inſperato incommodo, ſubita lætitia, iucundo exitu rerum. de Orat. 138 b, Sed & feſtiuitatem habet narratio diſtincta perſonis, & interpuncta ſermonibus.

FESTIVVS, a um. *lepidus, facetus, venuſtus.* Att. 7 a, Puer feſtiuus Anagnoſtes noſter deceſſerat. de Orat. 134 b, & I.A. 197 a, Egilius feſtiuus homo. pro Flac. 163 b, Nunc denique materculæ ſuæ feſtiuus filius.

¶ *Egregius, eximius, magnus.* I.V. 211 a, Feſtiuum acroama. Att. 26 a, Itaque libris me delecto, quorum habeo Antij feſtiuam copiam. Para. 123 a, Nónne igitur ſunt iſta feſtiua? &c.

† Syntaxis. *Feſtiuè moliri (ad malum.) Feſtiuè odorari aliquid. (apprimè.) Feſtiuè docere. (exactè.) Feſtiuitas hominis, orationis, narrationis. Feſtiua librorum copia.*

FESTVS, a, um. *dies feſtus, feriæ, dies celebrandus, qui eſt in honore.* I.V. 139 b, Huius nomine dies feſti agitantur pulcra illa Verrea, nō quaſi Marcellea, ſed pro Marcellis, &c. & 225 a, Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt. & 119 a, Marcella tolluntur, quem illi diem feſtum, cum recentibus beneficijs M. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiæ Marcellorum maxima voluntate tribuebant. pro Clu. 23 a, Quod facere antè niſi ludis publicis, aut feſtis diebus non ſolebat. I.V. 235 a, Cùm diem feſtum ludorū de faſtis ſuis ſuſtuliſſent, celeberrimum & ſanctiſſimum. & ibid. Iidem diem feſtum Verris nomine agerent. ꝓ Arch. 188 a, Celebrare dies feſtos ludorum. de Ar. 249 a, Dies illi pro feſtis penè funeſti extiterūt. ꝓ Seſt. 26 a, Cum itinere toto vrbes Italiæ dies feſtos agerent aduētus mei. I.P. 90 b, Quid dicam eos dies, qui quaſi deorum immortalium feſti atque ſolennes ſunt, aduentu meo redituq; celebrati? pro Mil. 120 b, Omitto Hetruriæ

feſtos,

feſtos, & actos & inſtitutos dies. Qu.fr.306 a, Part.223 a, & de Inu. 51 a, Senatus fuit frequentior, quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri ſub dies feſtos, de Fin. 141 b, Quem Tyberina diſſenſio feſto illo die tanto gaudio affecit.

† Syntaxis. *Agitare dies feſtos, agere, reddere, alcuius nomine celebrare, Feſti dies, atque ſolennes. Feſti, acti, & inſtituti dies. Eſt ſub dies feſtos.*

Feſulae, *oppidum*. I C.108.& 114.

Feſulanus, a I.C.197.vt *Feſulanus ager*. Att.70 a.

Fex, fecis. *ſubſidens purgamentum, verè: tralatione, ſentina, ſordes, labes, eluuies.* I.V.ac 3. Ex ea fece legationis, quæſtoriæque tuæ procurationis illa ſunt nomina. Epiſt. lib.7, Tanta fex eſt in vrbe, vt nihil ſit tam ἄκυρον, quod nō alicui venuſtū eſſe videatur. de Clar.187 a, De fece haurire. * Incert. De plebeia fece ſellulariorum. * pro Flac.149.b, Illam omnē fecem ciuitatum quid eſt negotij concitare? Att.12 b. Iidem ſumus, quos reliquiſti: apud ſordem vrbis & fecem multò melius quàm reliquiſti. Att. 22 b, Dicit Cato tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli fece ſententiam. Q.fr.311 b, Apud illam perditiſſimam atque infimam fecem populi propter Milonem ſuboffendit.

† Syntaxis. *Vulgus, ſex populi infima. Sordes vrbis, ac fex. Legationis fex*, de munere loquitur *De fece haurire: id eſt, eruere.*

Fiber, bri. *caſtor* pro M. Scau Fibri redimūt ſe ea parte corporis propter quam maxime expetuntur.

Fibra, bræ, *fibræ ſunt velut capilli in extis animalium, in radicibus ſtirpium, & in alijs rebus.* de Diu.83 a, Quid fiſſum in extis, quid fibra valeat, accipio. Tuſc 193 a, Non ſolùm ramos amputare, ſed etiam radicū fibras euellere. de Sen. 87 b, Viriditas herbeſcens, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit.

Fibrenus. *fluuius*. de Leg.169.

Ficte. *ſimulatè.)(. Verè.* pro Dom. 228 b, Maiores noſtri qui non ficte & fallaciter populares, ſed verè & ſapienter fuerunt. Epiſt 45 a, Fictè reconciliata gratia. Qu. fr. 292 a, Fictè & ſimulatè loqui.

† Syntaxis. *Ficte, & fallaciter. Ficte & ſimulatè.*

Fictilis, le. *quod ex terra, vel ex alia materia fictum eſt.* de N. 15 a, Hoc intelligerem quale eſſet, ſi id in ceteris fingeretur, aut fictilibus figuris. Att. 87 a, Quid te in vaſis fictilibus appoſiturum putem? Parad. 117 b, Fictilis vrna. de Di. 83 b, Summanus, qui tum erat fictilis.

Fictor, oris. *qui ſigna ex ære vel alia quapiam materia fabricat.* de Nat. 17 b, Deos ea facie nouimus, qua pictores fictoresq; voluerunt. 3. de Nat deor. Vt faber, cùm quid ædificaturus eſt, non ipſe facit materiam, ſed ea vtitur quæ ſit parata, fictorq; item cera: ſic.

Fictrix, cis. de Nat.78 b, Diuina prouidentia fictrix & moderatrix materiæ.

Fictus, a, um *commentitius, ſimulatus, adumbratus.)(. Verus, voluntarius.* pro Muræn. 130 a, Quæ tota ex rebus fictis commentitijsq; conſtaret. de Nat. 40 a, Commentitij & ficti dei. Off. 59 b, Ficta & commentitia fabula. de Am. 114 a, Res fictæ & adumbratæ. pro Cec. 287 b, Ficto officio & ſimulata ſedulitate. pro Quin. 10 a, Hæc cauſa à te per ſummam fraudem & malitiam ficta eſt. * Frag. ep. Ficta dona.

¶ *Formatus.* I.P.91 a, Hic homulus ex argillo & luto fictus. Tuſc 162 a, Nihil eſt in animis, quod ex terra natum aut fictum eſſe videatur. de Orat.94 b, Quidam ſunt ita habiles, &c. vt non nati, ſed ab aliquo deo ficti eſſe videantur.

† Syntaxis. *Fictum & commentitium: & contrà. Fictum & adumbratum. Fictum & ſimulatum.*

Ficulenſis, ſe. Att.197, Ficulenſe ſuburbanum.

Ficus, ci. *pomum fici.* pro Fl.154 b, Homini Phrygi, qui arborem fici nunquam viderat, fiſcinam ficorum obieciſti. de Sen.88 a, Terra quæ ex fici tantulo grano, tantos truncos ramosq; procreat. * 3. Oecon. Oleum, ficum, poma, non habet.

Ficus, cus. *arbor fici.* de Orat. 134 b, Quo in genere eſt illud Siculi: cui cùm familiaris quidam quereretur, quòd diceret, vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore, quos ſeram ſurculos.

Fidelia, liæ. *vas Samium ad plurimos vſus.* Epiſt. 109 a, Duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Fidelis, le. *fide præditus, qui fidem ſuam præſtat.* Attic, 188 b, Sunt fideliſſima & maxima auxilia Gallorum. Qu.fr.263 a, Græcorum familiaritates parum fideles ſunt. pro Milo. 116 a, Appius homo mihi coniunctus fideliſſima gratia. pro Fon. 176 b, Maſſilienſes fortiſſimi & fideliſſimi ſocij. de Am. 106 b, Amicitia fidelis. pro Cæl.40 a, Firmus & fidelis amicus. de Ar.250 a, Deiotarus, quem vnum habemus in orbe terrarum fideliſſimum huic imperio. contra Rul. 67 b, Fidele conſilium deliberanti dare. pro Clu. 5 a, Munus fidele conſilium alicui dare. pro Mil. 107 a, Seruus, qui animo fideli in dominum eſt. Qu. fr. 293 b, Seruus egregiè fidelis. pro S.R. 37 a, Nemo credit niſi ei quem fidelem putat. pro Cec 287 b, Magis opportuna opera nonnunquam quàm aliquando fideli. Qu.f. 303 b, Coniunx fideliſſima. Ep.263 a, Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, vnde illud tam ἄκυρον, valetudini fideliter inſeruiendo? vnde in iſtum locum fideliter venit, cui verbo domicilium eſt proprium in officio, migrationes in alienum multæ: nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici poteſt, vt ſit (quomodo Theophraſto placet) verecunda tranſlatio. *I. A. 237 b, Pompeius vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum vereq; beneuolum, vnum fidelem populo Rom. iudicauit. de Fin. 74 b, Omnia vera diligimus: id eſt, fidelia, ſimplicia, conſtantia: tum vana, falſa, fallentia odimus.

Fidelitas, tis. *fidelis ornamentum.* Ep.212 b, Aſclaponis medici tum conſuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars quam ſum expertus in valetudine meorum: in qua mihi tum ipſa ſcientia, tum etiam fidelitate beneuolētiaq; ſatisfacit. pro Plan.274 b, Vita mea, quæ amicorum fidelitate conſeruata eſt, I. A.243 b, Vbi me non ſolùm amicorum fidelitas, ſed etiam vniuerſæ ciuitatis oculi cuſtodiunt Att.152 b, In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas eſſet. Ep.153 a, Non illi erga patriam fidelitas defuit. Ep.261 b, Quo tempore ego maximè oberam & fidelitatem deſideraui tuam. Ep.120 b, Et is, vt opinor, tibi in Alexandrino bello quantum ſtudio & fidelitate conſequi potuit, non defuit. Qu.fr.299 b, Quibus in rebus etiamſi fidelitas ſumma eſt.

† Syntaxis. *Opera & fidelitas amicorum. Studium & fidelitas.*

Fideliter. Att.247 b, Mercedes prædiorum, quæ ſi fideliter Ciceroni curabuntur, nihil ei deerit. Off 19 a, Viuere multipliciter, fideliter vitæq; hominum amicè. Ep.263 a, Vnde illud tam ἄκυρον, valetudini fideliter inſeruiendo? Vnde in iſtum locum Fideliter venit? cui verbo domicilium eſt proprium in officio, migrationes in alienum multæ.

Fidenae, arum. *vrbs Latinorum mediterranea.* contra Rull.85 b, I. A.221 b.

Fidens, tis. *audens.* Tuſc. 193 a, Qui fortis eſt, idem eſt fidens, nam confidens mala conſuetudine loquendi, in vitio ponitur. Of.56 a, Animus prudentia conſilioq; fidens. Tuſc. 172 a, Fidenti animo, ſi ita res feret, gradietur ad mortem. Att 96 a, Puer bene ſibi fidens. de Diu.122 a,

*Tum Calchas hæc eſt fidenti voce locutus.* de Nat.19, His ne fidentes ſomnijs contra Pythagoram, Platonemq; dixiſtis? Att.106 a, Iſtum relinquendum puto, dubitātem magis quàm fidentem rebus.

† Syntaxis. *Viuere fideliter, multipliciter. Vir bene ſibi fidens. Fidenti voce loqui.*

Fidenter, tius. *audacter.)(. Diffidenter, dubitanter, timidè* de Nat.5 b, Tum Velleius fidenter ſanè, vt ſolent iſti, nihil tam verens, quàm ne dubitare aliqua de re videretur. Att. 28 b, & de Fin.69 a, Paulò vellem fidentius reſpondiſſes. de Orat.105 b, Tum ille fidenter homo peritiſſimus, cōfirmare ita ſe rem habere. de Diuin.122 b, Timidè fortaſſe ſignifer euellebat, quod fidenter infixerat. Acad. 71 b, Deinde quomodo ſuſcipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit?

Fidiſſimè. Epiſt.27 a, Quæ mihi à te ad timorem fidiſſimè atque amantiſſimè proponuntur.

Fidentia, tiæ. *ſecuritas, fiducia, confiſio.)(. Diffidentia.* de Inu.82 b, Fidentia eſt, per quam magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocauit. de Inuen. 83 a, Audacia non contrarium eſt fidentiæ, ſed appoſitum ac propinquum: & tamen vitium eſt. Tuſc.226 b, Et fidentia, id eſt, firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt & opinio grauis, non temerè aſſentiens.

† Syntaxis. *Fidiſſimè conſulere. Fidenter aggredi, alloqui.*

Fides, ei *conſtantia promiſſorum, Dea.* Off. 5 b, Fundamentum iuſtitiæ eſt fides. id eſt, dictorum conuentorumq; conſtantia & veritas. ibid. Credamusq; quia fiat quod dictū eſt, appellatam fidem. Par. 236 b, Fides eſt iuſtitia in rebus creditis. Off.73 a, O Fides alma, apta pennis, & iuſiurandum Iouis q igitur iuſiurandū violat, is Fidem violat, quā in Capitolio vicinā Iouis Op. Max. maiores noſtri eſſe voluerūt. Off 73 b, Fregiſtis fidē? neq; dedi, neq; do fidem infideli cuiquā & ibid. Nullā eſſe fidē, q infideli datā ſit. Off 66 a, Qu. Scæuola fidei bonæ nomen exiſtimabat manare latiùs, idque verſari in tutelis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. Offic.65 b, Vti ne propter te fidemue tuam captus fraudatúsve ſim. de Aruſp.251 a, Fidem iuſiurandumque negligere. pro Dom.22 a, Gabinius fregit fœdus.)(. *Piſo in fide manſit.*

pro

pro Flac.148 a,Teſtimoniorum fidem& religionem nunquam iſta natio coluit. in Vat.31 a,Tum quæro,ſeruatiſne in eo fidem,&c.pro Corn.57 a, Græci voluerunt religione videri potius quàm veritate,fidem eſſe conſtrictā. Att. 66 a, O conſtantiam promiſſi, & fidem miram.I.V. 267 a,Cui ſupplici nō illa dextera fidem porrexit.IC.109 b, Hinc fides pugnat, illinc fraudatio. & 106 a, Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit de Fin 78 a,Dare fidem alicui. item: Cùm Regulus propter fidem quam dederat hoſti, ex patria Carthaginem reuertiſſet. Off.9 a, Regulus ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datā fallere,pro Rab 96 b, Si fides Saturnino data eſt,nō eam Rabirius,ſed C. Marius dedit: idemq; violauit, ſi in fide non ſtetit.Ep.12 b,Me in hanc mentem impulit Pompeij fides,quam de me Cæſari dederat,& fratris mei, quā Pompeio.Att.37 a,Cùm Pompeius diceret ſe fidem recepiſſe de me hanc ſi ille non ſeruaret,ita laturum, vt, &c. pro S.R.36 b,Iſtius fide,ac potius perfidia deceptus ſum. pro Quin R.47 b, Perfidioſum & nefarium eſt, fidem frāgere.pro S.R.37 a, Qui fidem violat, oppugnat omnium commune præſidium.de Clar.172 b, Luſitani contra interpoſitam fidem interfecti.Att.38 b,Poſtulare fidem publicam I.C.112 b, Fidem ei publicam iuſſu ſenatus dedi. pro Ar.187 a, Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem reſignauit pro Pomp 7 a, Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. pro R.P.123 a,Fide ſuſtentare amicos.de Diuin.124 b Virtus,quæ vetat ſpectare fortunam, dum præſtetur fides. Attic. 256 b, Nihil debet qui conſilium dat,præſtare præter fidem. & 82 b,Vt ei fidem meam præſtarem. Ep.7 b,Si rex amicis tuis, qui pecunias ei credidiſſent, fidem ſuam præſtitiſſet. Top.224 a,Qui fiduciā accepit, debet fidem præſtare. pro S.R.42 b,Is tibi optima fide ſua omnia conceſſit. Att 87 b, Ex fide bona I.C.108 a, Aliquid de poſſeſſione detrahere, & fidem requirere: *id eſt, præſtare, vel liberare.* I. A. 248 a, Non tenuit omnino colloquium illud fidem, à vi tamen,&c.Ep. 4 b, Meam erga te fidem & beneuolentiam expertus es. * I. V.180 a,Al quando deſinat ea ſpe putare emere,quæ ipſe ſemper habuit venalia, fidem, iuſiurandum, &c. pro C. Cornel 1, Interpoſita fide per tres legatos reuerterunt. Frag.epiſtol Tu ſi meam fidem præſtiteris. de amic. * Vt eorum probetur fides. Top. 226 b, In omnibus ijs iudicijs, in quibus ex fide bona eſt additum. Partit.230 a, Quibus rebus fides fit? Argumentis & 236 b,Iuſtitia, &c. creditis in rebus fides nominatur. pro Q Roſc. 52 b, Cuius propter fidem & religionem iudicis teſtes comprobabat? pro Flac. 165 b, Cum tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ ſalutem vrbis & ciuium cōmendabam.pro Marc. 134 b, Omnia ſunt excitanda tibi, conſtituenda iudicia, reuocanda fides de Nat.75 a, Iudicia de fide mala: reliqua quæ ex empto aut vendito,conducto aut locato cōtra fidem fiunt.Ep.121 a,Eius fidem in ſuſpicionem adduxit & b, Quādo ſuſpicaris minus certa fide eos tibi viſos. Ep 181 b,Omnia me tua delectant: ſed maximè maxima cum fides in amicitia. Ep.182 a, Laudandam eſſe fidem & humanitatem tuam & b, Semper iudicaui in te, & in capiendo conſilio prudentiam ſummam eſſe, & in dando fidem.ibid. Sum admiratus fidem tuam & in conſilio dando religionem. ibid. Grauiſſimum iudicium de mea fide & de conſtantia feciſti. de Som.130 b,Mens cuiuſque is eſt quiſq;,nō ea figura,quæ digito demonſtrari poteſt.

¶ *Fide ſe abducere, id eſt, liberare & eximere, fidem liberare: id eſt, promiſſo ſatisfacere. Fidem præſtare, id eſt, ſeruare.* pro Flac.162 b, Vt fide ſe abduceret. pro Flac. 156 a, Heraclides Hermippum percuſſit, &c. nam eius fide ſumſit à Fuſijs & ibid. Hermippus Fuſijs ſatisfacit, & fidem ſuam liberat. Epiſt.186 b,Quod autem in ſenatu pluribus verbis diſſerui,in eo velim fidem meam liberes.

¶ *Autoritas, confirmatio, quæ ab Ariſt. in Rhet. πίστις dicitur.* Par.230 b, Quoniam de fide reſpondiſti, volo audire de motu.& ibidē: Fides eſt firma opinio. *Hic vides lector fidem pro perſuaſione poſitam eſſe: nam quid eſt aliud perſuaſio, quàm firma opinio? hæc enim illa eſt ſeu fides, ſeu perſuaſio, ſeu firma opinio, quæ in auditoris animo gignitur & creatur oratione, hæc in oratore ipſo, aut eius oratione ratio eſt rei dubiæ faciens fidem in auditore: ſi admittitur, perſuaſio appellatur.* ibid Nam eſt in propoſito finis, fides: in cauſa, & fides & motus. cōtra Rul. 70 b Fac fidem te nihil niſi populi vtilitatem quærere. Att.142 b,Et tibi fidem faciemus,nos ea ſuadere,quæ tibi putemus eſſe vtilia. Topic. 221 b, Argumentum eſt ratio rei dubiæ fidem faciens.Par.232 b Narratio eſt fundamētum conſtituendæ fidei Att.106 b,& 257 b, An mihi nutus tuus non faceret fidem? Att.254 a, Quod niſi mihi fidem feciſſet, non feciſſem id quod dicturus ſum. Acad.6 b, Multaq. facimus vſque eò,dum aſpectus fidem faciat ſui iudicij. de Clar.181 a,Probet, fidem faciat oratio.I.C. 111 a, Quoniam minorem fidem faceret oratio mea.I P. 92 b,Non facies fidem ſcilicet,cum hæc diſputabis? Habere fidē alicui,&c id eſt, credere.)( *Derogare fidem, &c.* Ep. 75 a,& 104 a,& 105 b,& Aca.22 a,I V.266 a,& 135 a, Populus tibi maximam fidem rerum ſuarū habet. Att 217 a, Fidem alicui habendam non eſſe.de Inu.56 b, Habere fidem orationi alicuius.Ep.52 b, Quare debet habere fidē noſtra prædictio. Att. 119 a,Conſiderandum eſt, quanta Cæſari fides ſit habenda. Acad.15 b, Quæ fidem nullam habebunt, ſublata veri & falſi nota. Off.39 b, Nam & his fidem habemus, quos plus intelligere, quàm nos, arbitramur.pro Fl.150 b, Nunc verò quam autoritatem, aut quam fidem habere poſſunt? Epiſt.3 a,Si eſſet in ijs fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus.de Diu. 133 b, Inſanorum viſis fides non eſt habenda. & 81 a,Dicæarchus ijſdem rebus fidem tribuit. de Diu.232 a, Nec autoritatem, nec fidem rebus commentitijs adiungere debemus. pro Syl. 168 b, Tribuere fidem teſtimonio alicuius. de Orat.123 a,Suſpicio artificij imminuit & oratoris autoritatem, & orationis fidem. Orat. 208 a, Hoc & autoritatem orationi affert, & fidem.pro Fon.279 b, Suſpicio inimicitiarum derogat fidem in teſtimonio dicendo.pro Qu,R.52 a,Si iam tibi deliberatum eſt,quibus abroges fidem iuſiurandi, reſponde. Acad. 10 a, Quia his viſis,inter quæ nihil intereſt, æqualiter omnibus abrogatur fides.Att.248 b,Infirmare fidem alicui.de Fin 63 b,Si tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus cōfirmat. id eſt,incorruptis atque integris teſtibus. * Orat. 217 a, Qui *auditor* non vereatur,ne compoſitæ orationis inſidijs ſua fides attentetur.

¶ *Tutela, patrocinium, defenſio, clientela.* pro Font.282 b, At ita vt commiſſus ſit fidei,permiſſus poteſtati. Off.25 b, Iura fidei magiſtratuum commiſſa ſunt Ep.227 b,Ea ſocietas vniuerſa in mea fide eſt.pro Pl.280 a, Municipia, quæ in fide mea erant.pro Ar.191 b, Peto è vobis, vt eum in veſtram accipiatis fidem.ad Att.245 a, Recipere aliquem in fidem ſuam, & eum commendatum habere. pro S.R.34 a,Eſſe in fide & clientela alicuius. & 36 a, Conferre ſe in fidem & clientelam alicuius. Offic.8 a, Qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepiſſent. Att. 85 b, Ciuitatem in Catonis fide locatā funditùs perdidiſſem.

† Syntaxis. *In fide manere Fidem ſeruare, præſtare. Fide ſe abducere. Fide aliquem liberare. Fidem alicui facere dubiæ rei. Alicui fidem habere, tribuere. Fidem minuere, adiungere, derogare, infirmare. Committere ſe fidei alicuius. Eſſe in fide alicuius. Recipere aliquem in fidem ſuam, & eum commendatum habere. In fidem & clientelam alicuius ſe conferre. Capere populos in fidem. Ciuitas in fide alicuius locata.*

FIDES, dis. *lyra.* de Diuin. 115 a, Iam neruos in fidibus alijs pulſis reſonare alios. de Leg. 177 b, Seuera illa Lacedæmon neruos iuſſit, quòd plures quàm ſeptem haberet in Timothei fidibus, inde demi. de Sen.82 a, Diſcebāt enim fidibus antiqui de Orat 163 a, Omnes voces vt nerui in fidibus ita ſonant, vt à motu animæ ſunt pulſæ.& 161 a, Vt epularum ſolennium fides, & tibiæ indicant. de Clar. 192 b, Ex neruorum ſono in fidibus quàm ſcienter ij pulſi ſint, intelligi poteſt. Tuſ.149 a, Epaminondas fidibus præclarè cecinſſe dicitur. in Ar. Cecidit clara fides Cyllenia. de Fin. 123 a, Vt in fidibus plurimis, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit,vt concentum habere poſſit, omnes æquè incontentæ ſunt. & ibid. Aequè enim contingit omnibus fidibus, vt incontentæ ſint: illud non continuò, vt æquè incontentæ. * Tuſc.250 a, Cùm fidibus vteretur. Hortenſ. Ponendæ ſunt fides & tibiæ. Acad.7 a, Is qui fidibus vtitur.

FIDICEN, nis. *qui lyra canit, lyricus* de Nat.64 a, Mundum fidicinem etiam eſſe & tibicinem. Ep.140 b, Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Acad.7 a, Quomodo poteſt is, qui fidibus vtitur, explere numeros, & conficere verſus.

FIDICVLA, læ. *parua lyra.* de Nat. 30 b, Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſè ſonantes, & tibias modulatè canentes.

† Syntaxis. *Diſcere fidibus & canere. Voces & nerui in fidibus ſonantes. Fides numeris contenta, & incontenta.*

FIDVCIA, ciæ *ſpes certa.* Qu.fr.314 a, Nihil eſt quod poſthac artis noſtræ fiducia conturbet. I.V.73 a, Habeo hominem præpotentē, cuius fiducia prouinciam ſpolio. I.V.272 a, Quæ facio, tua fiducia facio. de Am.106 b, Vita tyrannorum, in qua nulla ſtabilis beneuolentiæ poſſit eſſe fiducia. * Ep.91 a, Cuius *amicitiæ* fiducia peto à te.

¶ *Pactum cum conditione redimendi redhibendiq; quod venditū eſt.* Top.224 a, Qui fiduciam accepit, debet præſtare fidē. pro Flac. 157 a, Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamē accepta, occupauiſti. & ibid. hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie, ac poſſides. pro Cec. 286 a,

Per fiduciæ rationem fraudare quempiam. Offic. 64 a, In arbitrio rei vxoriæ hæc verba maximè excellunt: Melius, æquius, in fiducia, Vt inter bonos bene agier. pro Qu. R. 47 b, Tria iudicia, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. de Nat. 75 a, Iudicia fiduciæ.

† Syntaxis. *Alicuius fiducia facere. In tyrannis nulla beneuolentiæ fiducia. Fiduciam accipiens præſtet fidem. Commiſſam fiduciam tenere, & poſſidere. Fraudare quempiam per fiduciæ rationem.*

FIDVS, a, um: ſsimus. *fidelis.* de Am. 106 a, Intellexit, quos fidos amicos habuiſſet, quosq; infidos. de Nat. 58 a, Canũ tam fida cuſtodia. Off. 39 a, Fidæ familiaritates amantiũ nos amicorum. Ep. 235 b, Mea Terentia fidiſſima atq; optima vxor. I. A. 205 a, Mutina colonia noſtra fidiſſima.

FIGO, gis, fixi, fixum. *immitto, affigo.* Att. 227 a, Antonius fixit legem, qua Siculi ciues Rom. fierent. I. V. 238 a, Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Rom. reſeruares.

¶ *Pono.* Epiſt. 20 b, Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui.

¶ *Confirmo.* in Ver. 246 a, Beneficium, vt dicitur, trabali clauo figere.

¶ *Lacero, transfigo, perfodio maledictis.* Orat. 205 a, Figere aduerſarios: *id eſt, configere, vulnerare.*

FIGOR, ris. I. A. 153 b, Ne qua tabula huius decreti Cæſaris figeretur. Epiſt 177 a, Ne qua poſt idus Martias immanitatis tabula figeretur. Epiſt 183 a, Tabulæ figũtur, immunitates dantur. I. A. 259 b, Et dubitare, vtrum mucrones in ciue, an in hoſte figantur. de Aruſp. 253 b, Deorum tela in impiorum mentibus figuntur.

FIGVRA, ræ. *forma, ſpecies.* I. V. 26 a, Himera in muliebrem figuram habitumq; formata. & 126 a, Eum multò magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. pro S. R. 18 b, Eſſe aliquem humana ſpecie ac figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit. pro Qu. R. 48 a, Tacita corporis figura coniecturam affert. de Leg. 161 a, Natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. de Vniu. 202 b, Et ſi ne tum quidem vitiorum finem faciet, grauius etiam iactabitur, & in ſuis moribus ſimilimas figuras pecudum & ferarum trãsferetur. & ibidem: Qui intemperatè vixerit, cum ſecundus ortus in muliebrem figuram transfert. de Orat. 94 b, Quid de illis dicet, quæ certè cum ipſo homine naſcuntur. Cõformatio quędam & figura totius oris & corporis. de Fin. 132 b, Corporis noſtri partes, totaque figura, & forma, & ſtatura quàm apta ad naturam ſit, apparet. de Nat. 19 a, Non ab hominibus formæ figuram perueniſſe ad deos. de Orat. 117 a, Exprimere quandam formam figuramq; dicendi. Orat. 107 a, Optima ſpecies & figura dicendi. * Incer. Cõuerti in aliquam figuram beſtiæ. ibid. In hominis figura animo eſſe efferato. ad Heren. 21 a, De figura vocis ſatis dictum eſt. ad Her. 26 a, Sunt tria genera, quæ nos figuras appellamus, in quibus omnis oratio non vitioſa conſumitur: vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam extenuatã vocamus. Grauis eſt, quę cõſtat ex verborũ grauium magna & ornata conſtructione. Mediocris eſt, quæ conſtat ex humiliore neq; tamen ex infima & peruulgatiſſima, verborum dignitate. Attenuata eſt, quę demiſſa eſt vſq; vſitatiſſimã puri conſuetudinẽ ſermonis. In graui conſumetur oratio figura ibid. In hoc genere figurę erit hoc exemplũ. ad Her. 26 b, In mediocri figura verſabitur oratio. ad Her. 27 a, In attenuato figurę genere, quod ad infimum & quotidianum ſermonẽ demiſſum eſt, hoc erit exemplum. ibid. Genera figurarum ex ipſis exemplis intelligi poterunt. ibid. Graui figurę, quę laudanda eſt, propinqua eſt ea, quæ fugienda eſt, quæ rectè videbitur appellari, ſi ſufflata nominabitur. & b, Figuram in dicendo commutari oportet, vt grauem mediocris, mediocrẽ excipiat attenuata. Deinde identidem commutentur. de Inuen. 51 b, Maius & minus & æquè magnum ex vi, & ex numero, & ex figura negotij, ſicut ex ſtatura corporis, conſideratur. de Nat. 2 a, De figuris Deorum multa dicũtur: deq; his ſumma philoſophorum diſſenſione certatur. de Nat. 11 b, Quæ figura, quę ſpecies, humana poteſt eſſe pulchrior? ibid. Quàm ſint omnia in hominis figura non modò ad vſum, verùm etiam ad venuſtatem apta, deſcribere. Quod ſi omnium animantium formam vincit hominis figura: Deus autem animans eſt: ea figura profectò eſt, quę pulcherrima ſit omnium. ibid. Nec ratio vſquam ineſſe poteſt, niſi in hominis figura. de Nat. 15 b, Si id in cereis fingeretur aut fictilibus figuris. de Nat. 35 a, Quid pulchrius ea figura, quæ ſola omnes alias figuras complexa continet: quęque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt? nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum. & b, Hanc æqualitatem motus conſtantiamque ordinum in alia figura non



potuiſſe ſeruari. ibid. Vt ſit alia figura *mundus.* de Diuin. 136 b, A' corporibus ſolidis & à certis figuris vult fluere imagines. & 137 a, Quę eſt forma tam inuſitata, tam nulla, quam non ſibi animus poſſit effingere, vt quæ nunquam vidimus, ea tamen formata habeamus? Oppidorum ſitus, hominum figuras? Off. 58 a, Iſta in figura hominis feritas & immanitas bellue.

† Syntaxis. *Figura & habitus fœminæ. Figura & lineamenta. Homo ſolum ſpecie ac figura. In hominis figura beſtiæ, immanitas. Conformatio & figura corporis. Tota corporis figura, forma, & ſtatura. Formæ figura.* hîc animaduerte, affectum, & habitum ꝓprietatemq; formę eſſe figuram, at vis facultatis, & naturę eſſentiam. *Figura, forma, ſpecies, (pro ſynonymis.) Figura in negocio, voce, oratione. Species & figura dicendi.*

FIGVRATVS, a, um. de Vniu. 198 a, Deus motum dedit cœlo eum qui figuratus ſit aptiſſimus. de Nat. 58 a, Boũ terga non ſunt ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natę ad iugum. de Fin. 132 b, & ita figuratum corpus eſt, vt excellat alijs.

FIGVRO, as. *effingo, formo.* de Vn. 198 a, Deus mundum ea forma figurauit, qua vna omnes reliquę formę concluduntur. de N. 23 a, Atomi formare, figurare, colorare, animare non poſſunt.

† Syntaxis. *Terga ad onus figurata. Bene figuratum corpus. Optima figurare forma. Formare, figurare, colorare, animare.*

FILIA, liæ. pro Clu 55 b, Tum deſpondit ei filiam ſuam illam, quam ex genero ſuſceperat. * con. C. Anton. Cùm ex eodem ſtupro tibi & vxorem & filiam inueniſti. pro Clu. 20 a, Reliquit hunc annos X V. natum, grandem autem & nubilem filiam: quæ breui tempore poſt patris mortẽ nupſit A. Aurio Melino, conſobrino ſuo, adoleſcenti, &c. ibid. Filiæ mœror. & b, Filia quę non ſolum illo communi dolore muliebri in eiuſmodi viri iniurijs angeretur, ſed nefarium matris pellicatum ferre non poſſet: de quo ne queri quidem ſine ſcelere ſe poſſe arbitraretur: cæteros ſui tanti mali ignaros eſſe cupiebat: in huius amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio, mœrore & lachrymis conſeneſcebat. ibid. Victrix filiæ, non libidinis. ibid. Lectum illum genialem, quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atqua exturbata filia, iubet. ibid. Non cubile filiæ? Saluſt. in Cic. 270 b, Splendor domeſticus tibi animos tollit, &c. Filia matris pellex, tibi iucundior atque obſequentior quàm parenti par eſt. in Saluſt. 272 a, Quòd inuſitata rabie petulanter in vxorem & in filiam meam inuaſiſti: quæ facilius mulieres ſe à viris abſtinuerunt. Epiſtol. 49 b, *Sulpitij.* Poſteaquam mihi renunciatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ. Epiſt. 50 a, Vt cum aliquo adoleſcente primario coniuncta ætatem ageret? Licitum eſt tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum deligere, cuius fidei liberos tuos, tete tutò committere putares. An vt ea liberos ex ſeſe pareret, quos cum florentes videret, lętaretur? Ep. 51 a, Filiam lugere. Att. 181 a, Quam voluptatem capere ex ſingulari filia debui. Att. 258 a, Eum ex C. Fadij filia liberos habuiſſe. Q. fr. 303 b, Quid? quòd eodem tempore deſidero filiam? qua pietate, qua modeſtia, quo ingenio? effigiem oris, ſermonis, animi mei? & 305 a, Filiam meam & tuam, Ciceronemq; noſtrum quid ego mi frater tibi commendem?

FILICATVS, ta. *quod filicum herbæ ſpeciem habet.* Parad. 117 b, Minus ne gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur? Alij delicatas legunt.

FILIOLA, lę. de D. 101 b, Is filiolam ſuam oſculans animadvertit triſticulam. Epiſt. 235 b, Mea chariſſima filiola, &c. valete. * Att. 9 a, Concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinę, duce filiola *(id eſt, filio)* Curionis. At. 88 b, Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, &c. quem quidem nunquam vidit.

FILIOLVS, li. Att. 2 a, Filiolo me auctum ſcito, ſalua Terentia.

FILIVS, lij, *liberi, gnatus, natus, procreatus. chariſſima procreatio, ſpes parentis, partus.* Att. 208 a, Acerbum eſt, parentum ſcelera filiorum pœnis lui: ſed hoc pręclarè legibus comparatum eſt, vt charitas liberorum amiciores parentes reipublicę redderet. de N 78 a, Lex vt condemnaretur filius, aut nepos, ſi pater aut auus deliquiſſet. pro Dom. 220 b, Qui tibi loco filij per ætatem eſſe poterat. Poſtquam. 22 b, Vnus frater, qui in me pietate filius, conſilijs parens, amore, vt erat, frater inuẽtus eſt. pro Cęl. 38 a, Equitis Romani eſſe filium criminis loco poni. de Fin. 75 b, Filius effigies probitatis paternę. Ep. 84 b, Filius imago animi & corporis paterni, & 72 a, Amittere vel perdere alios vel liberos. Attic. 93 b, Hortenſius filius fuit Laodicee. Att. 100 b, στοργὴν φυσικὴν eſſe πρὸς τὰ τέκνα. pro Qu R. 50 a,

Ex

Ex improbo patre probũ filium naſci.* pro Dom.220 b, Non vt ille filius inſtituatur, ſed vt è patricijs exeat.de Finib.53 b, Quod verò ſecuri filium percuſſerit. ibid. Cùm illam ſeueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionē D.Silano emancipauerat. Orat.209 a, Sublato etiam filio paruo. pro Rab.130 a, Hem poſtume, tune es Curij filius, C. Rabirij iudicio & voluntate filius, *(id eſt, adoptiuus)* natura ſororis filius? Epiſt.100 a, Cn. Octauius tuus familiaris ſummo genere natus, Terræ filius, is me, quia ſcit tuũ familiarem eſſe, crebrò ad cœnam inuitat: adhuc non potuit perducere. Att. 8 a, Huic terræ filio neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audeo. Qu. fr.303 b, Ego verò ſuauitate propè fratrem, propè æqualem obſequio filium, conſilio parentem deſidero. ibid. Quid filium venuſtiſſimum mihiq; dulciſſimum, quem ego ferus ac ferreus è complexu dimiſi meo?

Filivs familias. pro Cæl.45 a,* Illum filiumfamiliâs patre parco ac tenaci habere tuis copijs deuinctum non potes: calcitrat, reſpuit, non putat tua dona eſſe tanti, &c. Cur huic, qui te ſpernit, moleſta es?

† Syntaxis. *Filius imago, & effigies patris.*

Filvm, li. *linum, propriè: translatione verò, orationis contextus.* Epiſt.132, Sed ego veteri amico munuſculum mittere volui leuidenſe craſſo filio, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera. de Am. 100 b, Quanquam etiam à Græcis ſæpe audiui, ſed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ. de Orat. 114 a, Omnes etiam tum retinebant illum Periclis ſuccum, ſed erant paulo vberiore filio & 152 b, Hæc formanda filo ipſo & genere orationis. Orat. 208 a, Argumentandi tenue filum, & in docendo & in refellendo.

† Syntaxis. *Filum orationis vberius. Filum argumentandi.*

Fimbriae, arum. *veſtium & aliarum rerum extremitas, quaſi fibræ.* I.P.84 b, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes ceruſſatæque buccæ dignæ Capua.

Findo, dis. *diffindo, aperio, diuido.* in Arat.

——*quorum nequeunt radices findere terras.*

Findor, ris. de Leg.170 a, Hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diuiſus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapideq; dilapſus citò in vnum confluit.

Fingendvs, a, um. *inſtituendus.* Orat.197 b, Atque ego in ſummo oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit.

Fingo, gis *formo, informo, creo* pro Mur. 138 b, Finxit te ipſa natura ad honeſtatem. de Orat. 129 a, Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos, &c. de Leg.192 a, Autor *(al. actor.)* enim moderatur & fingit non modò mentem & voluntatem, ſed penè vultus eorum apud quos agit. de Orat. 199 a. Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum qui audiunt, intuentur, ad eamque & ad eorum arbitrium & nutum totos ſe fingunt. de Orat. 19 a, Et qui aliquid fingunt, etſi tum pictura nihil vtuntur, tamen verum ſciant pingere, an neſciant, non obſcurum eſt. de Orat.159 a, Sed verba nos ſicut molliſſimam ceram, ad arbitrium noſtrum formamus & fingimus. de Orat. 110 b, Volucres videmus fingere atque conſtruere nidos. I.V. 206 a, Fingere è cera. Acad.4 a, Ex materia, quam fingit formatq; effectio. Acad. 21 b, Vis quæ finxit & fabricata eſt hominem. Off.31 b, Apum examina fingunt fauos.

¶ *Simulo.* de Fin 80 b, Fingere ſibi vultum & inceſſum. At. 16 a, Fingere, diſſimulare & obtegere.

¶ *Cogito* de Sen.85 a, Finge animo aliquem, &c pro Mil. 116 b, Fingitis animis: liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ, & quæ volunt, ſic intuentur, vt ea cernimus quæ videmus: fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ, &c. Tuſc.241 b, Fingere aliquid animo & cogitatione. Epiſt. 44 a, De me autem ſuſcipe paulisper meas partes, & eum te eſſe finge, qui ego ſum. de Nat. 69 b, Omnia quæ cogitatione nobiſmet ipſis fingere poſſumus.

¶ *Adorno, comminiſcor.* I.V.179 b, Fingere crimen.

¶ *Æſtimo, iudico.* pro S.R. 22 a, Ex ſua natura cæteros fingere. Epiſt.83 a, Fingere ex euentis.

¶ *Imitor, exprimo.* de Orat.95 b, Quæ nobis non poſſumus fingere facies, vultus, ſonus.

Fingor, ris *grauiora ſunt in actiuo.* de D. 100 a, Agri fertiles, in quibus multa propter fœcunditatem fingi gignique poſſunt. de D u.127 a, Ex eoq; *aere* ingenia, mores, animũ, corpus, actionem vitæ, caſus cuiuſque euentusq; fingi. de Cl.165 a, Peripateticorum inſtitutis commodè fingitur oratio. de Cl.190 a, Nihil tam tenerum quàm illius comprehenſio verborum, nihil flexibile, nihil quod magis ipſius arbitrio fingeretur Epiſt.98 b, Neque enim Alexander gratiæ cauſa ab Apelle pingi, à Lyſippo fingi volebat. de Nat.15 a, Hoc intelligerem quale eſſet, ſi id in ceteris fingeretur, aut fictilibus figuris. pro Mil. 102 a, Nihil vobis duobus laborioſius dici aut fingi poteſt. pro Dom. 228 b, Quid te aut fieri, aut fingi dementius poteſt? pro S.R.37 b, Fingi maleficium nullum poteſt, quod iſte, &c. Par.122 a, Suis quiſq; fingitur moribus. * 241 b, Sumatur nobis quidam præſtans vir optimis artibus: iſq; animo parumper & cogitatione fingatur.

† Syntaxis. *Fingere ſibi vultum & inceſſum. Fingit ſtatuarum fictor. Suis quiſque fingitur moribus.*

Finiens, tis, *horizon.* * de Diuin.127 b, Cùm illi orbes', qui cœlum quaſi medium diuidunt, & aſpectum noſtrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectiſſimè nominari poſſunt, varietatem maximã habeant, alijq; in alijs locis ſint.

¶ *Decernens.* Att.120 a, Pompeius M. Marcello conſuli finienti prouincias Gallias cal. Martijs reſtitit. )(. *Propagare prouinciam.*

Finio, nis. *definio, perficio, conficio, abſoluo, tranſigo, finem facio, claudo, concludo, termino, modum ſtatuo, finem affero, in exitu ſum, compleo, faſtigium impono, perfungor, extrema perſequor, modũ facio, terminũ habeo, abſolutionē perficio, vſq; ad finē exequor, modũ vel finē cõſtituo, modum definio, ad exitum perduco. )(. Exordior, fundamenta iacio, propago.* de Leg.173 b, Ad eã rationē curſus annuos ſacerdotes finiunto. & 138 b, Demetrius ſepulcris nouis finiuit modũ. Orat.202 b, Similiter extrema definiunt. de Fin 78 a, Cupiditates non Epicuri diuiſione finiebant, ſed ſua ſatietate.

Finior, ris. de Orat.169 b, Sententiæ verbis finiantur. Orator.212 b, Nec ſolùm componentur verba ratione, ſed etiam finientur.

Finis, nis. *modus, terminus, exitus, vltimum, extremum.* de Fin.95 b, Sentis enim credo, me iam diu, quod τέλος Græcis dicat, id dicere tum extremum, tum vltimum, tum ſummũ: licebit etiam finem pro extremo aut vltimo dicere. I.V. 132 b, Nos modum aliquem & finem orationi noſtræ faciamus. Off.20 b, Appetitus finem & modum tranſeũt. I.V.251 b, Idemq; dies & victoribus imperij, & victis finem fecit. Att. 263 a, Vt noſtræ ſolicitudinis quamprimùm finem facere poſſimus. de Orat. 129 b, Finem ſcribendi facere Att 264 a, Non faciam finem rogandi. Brut. 90 b, Finem feci eius ferendi. Epiſt. 193 a, Nullum finem facio, mihi crede, Caſſi, de te cogitandi pro Seſt.26 a, Sed vt extremum habeat aliquid oratio mea, & vt ego antè dicendi finem faciam, quàm vos me attentè audiendi, concludam illud de optimatibus. Att. 156 b, Finem inter nos ſcribendi de his rebus fieri tempus eſt. Epiſt 153 a, Reperire finem maiorum pro Qu.9 a, Certos mihi fines terminosq; conſtituam, extra quos egredi non poſſim. Off.49 a, Vnius imperatoris præda finem attulit tributorum. I.V.77 a, Vt finis aliquando iudiciariæ controuerſiæ conſtitueretur. I.A.205 b, Etiam ſi ille dies vitæ finem mihi allaturus eſſet. de Som. 130 b, Quando finem habet motus, viuendi finē habeat neceſſe eſt. pro Cl.19 a, Quod in hoc vno falſæ infamiæ finis aliquis atque exitus reperietur. de Orat. 97 b, Oratio lecta ad eum finem, quem memoria poſſem comprehendere: *id eſt, eatenus quoad.* * pro C. Cornel. 1, Cùm omnibus gentibus finem diuturnæ captiuitatis, turpitudinis & ſeruitutis afferret.* Ep. 67 b, Qui ſemel verecundiæ fines tranſierit. & 94 a, Cùm conſilij tui bene fortiterque ſuſcepti eum tibi finem ſtatueris, quem ipſa fortuna terminum noſtrarum contentionum eſſe voluiſſet.

¶ *Cauſa cuius gratia.* pro Cæl.39 b, Quem ergo ad finem putas cuſtodiendam illam ætatem fuiſſe? Epiſt. 142 b, Excruciémne me? quid aſſequar? deinde, quem ad finem? I.V.251 a, & I.C.97 b, Piratam tenuiſti, quem ad finem? *id eſt, quandiu.* pro Mur.126 b, Finis ſtipendiorum, patris victoria & triumphus fuit. Off. 11 a,b, Vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Ennij finem, Nihilominus vt ipſi luceat. de Leg.166 b, Finis bonorum, quò referuntur & cuius cauſa facienda ſunt omnia. Off. 28 a, Domus finis eſt vſus. de Leg.181 a, Quæ finis funeſtæ familiæ. *attende finem in genere muliebri* de Inuen. 82 b, In iuridiciali genere finis eſt æquitas. & 21 b, Finis, quò referri omnem rationem oportet. & 43 b, Finis cauſa aliquid facimus. Tuſcul. 245 a, Opiniones de finibus bonorum & malorum.

¶ *Locorum, ditionum, & prouinciarum extrema: vnde finitimi.* I. P. 87 a, Obtinuiſti prouinciam ijs finibus, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. de Pro. 75 a, Finium imperij propagatio. I.P.90 a, Cùm fines prouinciæ tantos haberet, quantos optauerat. I. C. 117 a, Quorum alter finem veſtri imperij, non terræ, ſed cœli regionibus terminaret. pro Deiot.147 b, Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium. Orat.210 a, Vix ſuas regiones finesq; defendere. de Ar.244 b, Videbam illum non poſſe

arceri

arceri ocij finibus. Quint.frat.201 b,Comites autem duntaxat finibus his præſtabis, quos ante præſcripſi. pro Ar. 190 a,Lingua Latina ſuis finibus exiguis ſanè continetur. de Orat.103 a,Craſſus mihi viſus eſt oratoriam facultatem non artis illius terminis, ſed ingenij ſui finibus immenſis deſcribere.pro Cec. 289 a, Ingrediens intra finē eius loci, quem oleæ terminabant. Quint.frat.294 b,Qui earum ciuitatum fines incolunt. Offic.7 b,Itaq; illorum agri fines, ſicut ipſi dixerant, terminauit. Topic. 224 a, Finibus regendis adigere arbitrum. de Leg.167 b,Nec Manilia lege ſinguli,ſed ex his tres arbitri fines regemus. pro Mur. 129 a,Regere fines.

FINITE'.*definitè.* de Fin.70 b,Ergo & auarus erit,ſed finitè: & adulter,verùm habebit modum.

FINITIMVS,a,um.*vicinus,propinquus,appoſitus,confinis,proximus.*pro Pomp.5 b, Is Boſphoranis finitimis ſuis bellū inferre ſimulauit.pro Pomp.4 b,Regnū Ariobarzanis,quod finitimum eſt veſtris vectigalibus. pro Syl.178 a,Cùm cæteri deficerent finitimi vicini.pro Planc.263 b,Arpini ſunt finitimi Atinatibus.de Orat.125,Motus,qui finitimi ſunt, & propinqui his. & 90 b, Finitimus oratori poeta eſt. de Nat.46 a,Mari finitimus eſt aër. Top.228 b,Cui generi finitimum eſt illud,&c. Orat.202 b,Huic generi hiſtoria finitima eſt.de Innent. 83 a, Pertinacia perſeuerantiæ finitima eſt.Tuſc.223 a,Aegritudini finitimus eſt metus. Acad. 17 b,Ita finitima ſunt falſa veris. ad Heren.29 a, Eſt autem cauendum, ne dum hæc genera conſectemur, in finitima & propinqua vitia veniamus.

† Syntaxis. *Finitima gens,regnum vicini. Affectus propinqui & finitimi.Finitimum & propinquum.* In ſumma,finitimum eſt, & loci,& naturæ ratione.

FINITOR,oris.*decempedator,metator,qui agrorum terminos conſtituit.*contra Rul.73 a,Finitorem mittant, ratum ſit quod finitor vni vlli,à quo miſſus erit,renunciauerit. cōtra Rul. 75 a,Delecta finitorum iuuentus. * & 76 b,Cum ſuis formoſis finitoribus auctionantem.

FINITVS,a,um.*definitus.* Part.235 a, Quæſtionum genus finitum temporibus & perſonis.

¶ *Concluſus.* de Nat.56 a, Deinde in ore ſita lingua eſt,finita dentibus.

FIO,fis.*conſto,conflor,euado,euenio,accido.*Att.13 a,Quod præmonui, fit, vt Cæſar committere prælium nolit. pro Mil. 106 b,Obuius fit ei Clodius expeditus in equo.Att.191 a, Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. Att.109 b, Si ita factū eſſet,vt ille ſenatum Romæ offenderet, magno vſui noſtræ cauſæ fuiſſet.Offic.214 a,Cùm(vt fit)fortuitò aliquid dicerent. pro Dom.228 a, Quid te autē fieri aut fingi poteſt dementius?de Diuin.112 a,Nihil fieri poteſt,nihil accidere,nihil euenire,niſi quod,&c.de Diu.101 b, Quod ſexennio pòſt factum eſſe videmus. Orat.215 b, Alter ex longis conſtat, alter è breuibus fit. ad Her.9 b,Et ſæpe fit,vt de eadem re aliud alij iudici videatur. * pro L. Varen. Dum hic oſtenderet quid de eo fieri vellet.pro C. Cornel.1, Quo de genere perſæpe Senatuſconſulta fiunt. ibid. Dum ſortitio fit. Hortenſ. Ex quibus humanæ vitæ erroribus & ærumnis fit,vt.de Fat.Fato omnia fieri.Incer. Quædam terræ imbribus ſicciores fiunt,velut in Narnienſi agro, ſiccitate lutum fieri, imbre puluerem. Offic.76 a, Dicunt voluptatis magnitudinē doloris detractione fieri. *Alij finiri legunt.*de Diuin.111 b, Quod temerè fit cæco caſu vel volubilitate fortunæ.

† Syntaxis. *Ille (vt fit,) &c. Quia dixi,fit, vt, &c. Et ſæpe fit, vt, &c.*

FIRMAMENTVM,ti.*ſtabilimen,robur,vires.* pro Pomp. 5 b, Altera pars quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. pro Cl. 18 b, Falſitas parum firmamenti ac virium habet. pro Pomp.7 a, Hic ordo firmamentum cæterorum ordinum eſt. Att.16 b,Duo firmamenta reip.per me conſtituta.Tuſc.210 b, Id illi firmamentum diſciplinæ eſſe putant. de Amic.108 b,Firmamentum autem ſtabilitatis eius quā in amicitia quærimus,eſt fides.pro Mur.137 b, Venio nūc ad M. Catonem, quod eſt firmamentum ac robur totius accuſationis. pro Flac. 163 b, Tu certè venire coëgiſſes,ſi vllum firmamentum in illo teſte poſuiſſes. de In.46 a,Firmamentum eſt firmiſſima argumentatio defenſoris , & aptiſſima ad iudicationem. pro Plan. 263 b,Flos equitum Romanorum ornamentum ciuitatis, firmamentum reip. publicanorum ordine continetur. I. A. 185 b, Flos Italiæ, firmamentum imperij noſtri , ornamentum dignitatis. * ad Herenn. 5 b, Inuenta ratione firmamentum quærendum eſt,id eſt, quod accuſationem continet,quod adfertur contra rationem defenſionis. Id conſtituetur hoc modo. ibid. Vtetur accuſator firmamento, hoc modo. ibid. Ex ratione defenſionis & ex firmamento accuſationis, iudicij quæſtio naſcatur oportet; quam nos iudicationem, Græci κρινόμενον appellant. Ea conſtituitur ex coniunctione firmamenti & rationis defenſione. ibid. In coniecturali conſtitutione nec firmamentum exquiritur. Partit.239 a,Firmamentum appellamus,quod contrà ad labefactandam rationem refertur , ſine quo accuſatio ſtare non poteſt. Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione & quaſi cōcurſu quæſtio exoritur quædā; quā diſceptationē voco.ibid.Rationum & firmamentorum contentio. ibid. In grauiſſimis firmamentis & illa ponenda ſunt, ſi qua ex ſcripto legis,&c.opponuntur defenſione contraria.



† Syntaxis.*Firmamentum, ac robur. Vires & firmamentum veritatis.Diſciplinæ firmamenta.Firmamentum ſtabilitatis. Reip.& imperij firmamentum,ordo publicanorum.*

* FIRMANDVS,a,um.de Orat.164 a, Et illud idem ad firmādam vocem eſt ſalutare.

* FIRMANVM,i.*villa Pompeij.*I.A.248 a,Albanum,Firmanū,à Dolabella recuperabit.

* FIRMANVS,a,um.*ciuis Firmij vel Firmanorum caſtelli.*I.A.213 a,Laudandi ſunt ex huius ordinis ſententia Firmani, qui principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. de Diuin.128 b,L. Tarutius Firmanus. Attic. 59 b, Audiui ex Gauio hoc Firmano.

FIRMATVS,a,um.*confirmatus,roboratus.* de Diuin.80 a,Vetus opinio,& omnium gentium firmata conſenſu. pro Cæl. 54 b, Hic nūc primùm floreſcens firmata iam ſtirpe virtutis. pro Cl. 20 a, Animus adoleſcentis nondum conſilio & ratione firmatus. pro Cæl. 46 b, Eximiæ virtutes firmata iam ætate extiterunt.pro Dom.222 b,Hoc iure firmato.

FIRME',iùs, ſſimè. *firmiter.* de Fin 96 b,Aſſenſus ſuos firmè ſuſtinere.& 63 b, Firmè & grauiter.& 65 a,Satis firmè. Attic.167 b. Aſſeuerare aliquid firmiſſimè. pro Arch. 192 a, Quæ firmè à me,&c. de Fin.65 a,Habere aliquid bene cognitum, & ſatis firmè conceptum animo,Top.329 a,Lege in controuerſijs nihil firmius.

FIRMITAS,tis.*firmitudo, quaſi ſoliditas.* de Nat.11 b,Nec ſoliditate quadam, nec ad numerum, vt ea quæ ille propter firmitatem στέρεμνα appellat. I.A.172 b,Tu iſta gladiatoria totius corporis firmitate. Am.99.b, Sed ea non ſatis habet firmitatis. Acad 17 a, Quid loquar de firmitate ſapientis? Epiſt.173 b,Si aliquid firmitatis nactus ſit Antonius. I.A. 159 a,Sed noui firmitatem tuam. * pro Seſt.22 b,Vt eum tali virtute, tantaque firmitate animi ſe in Rempub. fuiſſe pœniteat. Acad. 11 a, Cuius *virtutis* omnis conſtantia & firmitas ex his rebus conſtat. Att.200 a, Conſtantia & firmitas nec animi nec orationis requiretur. de Finib.134 b, Cùm paulum firmitatis acceſſerit.

FIRMITER.*firmè.*de Rep.teſte Priſciano,169.

FIRMITVDO,nis.*firmitas.* de Inuent. 69 a, Per ſe minus habent firmitudinis. * ad Heren,19 b,Figura vocis diuiditur in tres partes,magnitudinem, firmitudinem,mollitudinē. ibid.Firmitudinem vocis maximè natura comparat,nonnihil adauget & maximè conſeruat exercitatio declamationis. Epiſt. 69 b, Firmitudinem grauitatemq; animi tui perſpexi;quam non imitari turpiſſimum exiſtimo.

† Syntaxis.*Firmè & grauiter agere.Firmiſſimè aſſeuerare.Corporis firmitas gladiatoria. Conſtantia & firmitas animi.Firmitudo,grauitasq; animi,vocis.*

FIRMO,as.*ſtabilio,firmum facio.*pro Syl.173 a, Qui filium ſuū vita priuauit,vt in cæteris firmaret imperium.de Inu.55 a, Firmare aliquid rationibus.de Ar.250 b,Tabulis hoc cenſorum,memoria multorū firmabo & docebo. Off.41 a, Iuſtitia etiā latronū opes firmat & auget. Att.279 a,Contra arma Antonij præſidia firmaui.* pro C.Cornel.1,Quæ lex populi iudicia firmauit.Ep.7 a,Vt,cùm eam *Alexandriā* pace præſidijsq; firmâris, Ptolemæus redeat in regnum.

FIRMOR,ris.de Orat.128 b, Oratio in qua remiſſio lenitatis quadā grauitate & contentione firmatur.de Fat.142 a,Vis & natura fati ex diuinationis ratione firmatur. Tuſ.182 a, Corpora iuuenum firmari labore voluerunt.

FIRMVS,a,um *ſtabilis,ratus,fixus, conſtans, immortalis,multum firmamenti & virium habens, quod nunquàm vlla vi labefactari poteſt,nunquā dimoueri loco.*Off.2 a,Præcepta firma,ſtabilia, coniuncta naturæ tradi non poſſunt.I.A.267 b, Acta Cæſaris firma & rata ſunt.I.A.156 a,An in commentariolis & chirographis,& libellis,&c.acta Cæſaris firma erunt? Qu. de Pe.209 a,Firma & perpetua amicitia.I.A.208 a,Itaq; ſenatum ſua ſponte bene firmū, firmiorem veſtra autoritate feciſtis.de Aruſp.258 a,Ciuitas ita firma & valens,vt ciuium iniurias ferre poſſit. de Clar. 174 b. Opinio firma & ſtabilis de aliqua re. Orat.220 b,Tenere aliquid firmum. Att.254 a,Iudicabis hoc quod dico firmū fore.Att.279 b, Firmos omnino & duces habemus ab occidente,& exercitus.de Cl.190 a,Argumēta firma ad probandū. Att 129 a,Domitius nō ſatis firmus eſt ad caſtra facienda. pro Cor. 67 b,Aliquis firmus in ſentētia.Ep.152 b. Firmus ab equitatu.pro Cæl 40 a,Firma & fidelis amicitia.Acad.35 a,Verum illud ratum;firmū,fixum fuiſſe vis. Ep.181 a,Nondū

ſatis firmo corpore cum eſſes. Epiſt.256 b, Mihi placebat ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares.

† Syntaxis. *Firmum, ſtabile, coniunctum naturæ. Firmum & ratum. Firmum & perpetuum. Ciuitas firma & valens. Hoc firmum teneo. Firmi duces, exercitus, argumenta ad, in ſententia, ab equitatu. Ratum, firmum, fixum. Iam es firmior, aut firmo corpore. (de conualeſcente dicta.)*

FIRMVM, *oppidum.* Att.130.

FISCINA, næ. *caniſtrum.* pro Fl. 154 b, Homini Phrygi, qui nunquam arborem fiſci viderat, fiſcinam ficorũ obieciſti.

FISCVS, ſci. *Aſconius ait, fiſcum eſſe ſacculum ad maioris pecuniæ ſummam capiendam, & pecuniam publicam.* I.V.70 b, Reperiebam fiſcos complures cum pecunia Sicilienſi, à quodam ſenatore ad equitem Romanum eſſe translatos. I.V. 192 b, Nummos in ciſtam transferre ex fiſco. & 189 b, Viator ac Venerius, qui fiſcum ſuſtulit.

FISSIO, onis. de Nat. 58 a, Cum terræ ſubigerentur fiſſione glebarum.

FISSVM, ſi. *fiſſio, rima, quod hiat.* de Diuin.73 a, Quid fiſſum in extis, quid fibra valeat, accipio. & 104 b, Non placet Stoicis ſingulis iecorum fiſſis intereſſe deum. * de Nat. 62 b, Quis inuenit fiſſum iecoris? de Diu. 111 b, Nondum dico quàm hæc ſigna nulla ſint, fiſſum iecoris, &c. de quibus ſingulis dicam ſuo loco: nunc de vniuerſis. de Diu.115 a, Fiſſum familiare & vitale tractant.

FISTVLA, læ. *muſicum inſtrumentum diuerſum à tibia. Item ductus aquarum, quos tubos veteres etiam vocarunt.* de Orat. 164 a, Seruus cum eburneola fiſtula, qui inflaret eum ſonum, quo dominum ſuum excitaret. pro Rab.97 a, C. Marius fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur, Iouis Opt. Max. templis ac ſedibus præcidi iuſſerat. * Att.13 a, Itaq; & ludis & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας ſine vlla paſtoricia fiſtula auferebamus. de Orat.164 a, Te ad Gracchi fiſtulam refer, cuius ego nondum planè rationem intelligo.

FISTVLATOR, oris. de Orat. 164 b, Sed fiſtulatorem domi relinquetis: *id eſt, qui fiſtulam inflet.*

FIXVS, a, um. pro Seſt.25 b, Quis eſt Italiæ locus, in quo non fixum ſit in publicis monumentis ſtudium ſalutis meæ? de Diu. 97 a, Arma quæ fixa in parietibus fuerant. de Diu. 112 b, Eaq; ſcuta, quæ fuerant ſublimè fixa, ſunt inuenta. pro Seſt. 5 b, Cuius ego nuper in Macedonia vidi veſtigia, non impreſſa leuiter ad exigui præiudicationem temporis, ſed fixa ad memoriam illius prouinciæ ſempiternã. pro R. P. 126 b, Quamobrem illud maneat ac fixum ſit, quod neque moueri neque mutari poteſt. pro Corn.68 b, Poſtremò illud fixum in animis veſtris tenetote vos, &c. pro Clu.43 b, Tamen non ita fixum eſſe deberet, vt conuelli non liceret. I.A.156 a, An ſi cui quid ille promiſerit, id erit fixum. pro Muræn.139 a, Dixiſti quippe, iam fixum & ſtatutum eſt. Attic.172 a, Et ſimul ſcito labare meum conſilium, quod iam ſatis fixum videbatur. Academ.8 a, Decretum non ſolùm non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratum eſſe debet. Tuſcul.239 a, Stabile & fixum bonum. Epiſt. 167 a, Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. * Attic.11 b, Qui *Reipub. ſtatus* bonorum omnium coniunctione, & autoritate conſulatus mei fixus & fundatus videbatur.

¶ *Affixus.* I P.88 b: Vt tu vſpiã ſaxis fixus aſperis pendéres.

† Syntaxis. *Manet, ac fixũ eſt. Fixum in animo ſuo tenere. Quod promittis, id fixum eſto. Iam fixum & ſtatutum eſt. Decretum, ſtabile, fixum, & ratum. (ſynonyma penitùs.)*

FLABELLVM, li. *inſtrumentum quo æſtate ventum excitamus refrigerandi gratia.* pro Fl.157 b, Cuius lingua quaſi flabello ſeditionis, illa eſt egentium concio ventilata.

† Syntaxis. *Fabello aërem ventilare, digna phraſis.*

FLABILIS, le. *ſpirabilis, aëreus.* Tuſc.162 a, Nihil eſt in animis, ne humidum quidem, aut flabile, aut igneum.

FLACCESCO, ſcis. *languidus fio.* de Cl.173 a, Dein cùm ocioſus ſtylum prehenderet, motusq; omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio.

FLACCI. *qui aures habent magnas, & languidas.* de Nat. 17 a, Sili, flacci, frontones, capitones.

FLAGELLVM, li. *virga, verber.* pro R.92 b, Portia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit, hic miſericors flagella retulit.

* FLAGITANS, tis. de Aruſp. 254 b, Qui, &c. flagitantes vos non autoritate ſua ſolùm, ſed etiam precibus ad meam ſalutem excitauit.

* FLAGITATIO, onis. *petitio.* Top.221 a, Nolui deeſſe ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.

* FLAGITATOR, oris. *petitor.* de Clar. 166 a, Nam hunc qui negat, video flagitatorem, non illum quidem tibi moleſtum, ſed aſſiduum tamen & acrem fore.

FLAGITIOSE. Att. 93 b, & de Orat. 104 b, & ad Heren.2 a, Hortenſius fuit cum gladiatoribus flagitioſè ac turpiter.

FLAGITIOSVS, a, um. *flagitijs contaminatus, fœdus, turpis.* de Finib.83 b, Vitioſa & flagitioſa vita. Offic. 29 a, Quæ turpia non ſunt, verbis flagitioſa dicamus. Brut 91 a, Neque minus turpe, aut flagitioſum, &c. in Verr.135 b, Flagitioſæ libidines. pro S. R. 22 b, Flagitioſa poſſeſſio. * I.V.147 a, Homo flagitioſiſſimus, libidinoſiſſimus, nequiſſimusque.



FLAGITIVM, tij. *crimen cum turpitudine & dedecore coniunctum.* de Sen.85 a, Stupra verò & adulteria, & omne tale flagitiũ voluptatis illecebris excitari. Attic.256 b, Id erat meum factum, flagitij ſcilicet plenum, & dedecoris. pro S.R.26 a, Qui præeſſe agro colendo flagitium putes. ad Heren.7 a, Illum antè occultaſſe ſua flagitia, ſe planum facturum ab eo maleficium non abeſſe. de Clar.184 b, Tantámne fuiſſe obliuionem, inquit in ſcripto præſertim, vt ne legens quidem vnquam ſenſerit, quantũ flagitij commiſiſſet pro S.Roſc.32 b, Multa ſcelera & flagitia fieri. I. C.100 a, Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis vnquam, quod flagitium à toto corpore vnquam abfuit. pro Clu. 44 a, Si à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum. * cont. C. Anton. Stupris ſe omnibus ac flagitijs contaminauit. Epiſt.140 a, Si quod ſit in obſcœnitate flagitium, id aut in re eſſe, aut in verbo.

¶ *Nugæ, turpis error.* de N.14 b, Iſta enim flagitia Democriti.

† Syntaxis. *Flagitioſè ac turpiter eſſe cum aliquo. Vitioſa & flagitioſa vita. Turpe aut flagitioſum.* ergo hic diſcrimen aliquod. *Factum flagitij & dedecoris plenum. Scelus & flagitium facere, committere, admittere.*

FLAGITO, as, *ardenter peto.* I.V.250 a, Tamen in tanto conuẽtu nemo erat, quin reliquos non deſideraret ſolùm, ſed etiam poſceret & flagitaret. I.A.200 a, Vt primùm ſenatus haberi potuit, ſemper flagitaui vt conuocaremur. Epiſt. 153 a, Flagitare ſenatus inſtituit Cornutum, vt referret de tuis literis. I. A. 205 a, Facilius apparabitis ea quæ tempus & neceſſitas flagitat. Epiſt. 57 a, Quid acta tua vita, tua ſtudia à te flagitent, tu videbis. de Finib.52 a, Et tamen à philoſopho, ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem. pro Pl.260 a, Dicendum eſt id quod ille me flagitat, Laterenſem, &c. de Orat. 125 b, Hæc ſunt illa, quæ me ludens Craſſus modò flagitabat. pro Dom. 216 a, Illi me frumentum flagitabant. de Orat. 144 a, Etſi admonitum venimus te, non flagitatum. pro Qu.2 b, Tametſi cauſa poſtulat, tamen quia poſtulat, nõ flagitat, prætéribo. pro Pl.269 a, Inſector, poſco, atq; adeò flagito crimen. Epiſt. 129 b, Etſi munus flagitare, quamuis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus: tamen ego expectatione promiſſi tui moueor, vt admoneam te, non vt flagitem. pro Font.276 a, Inſector vltrò atque inſto accuſatori iudices, inſector, inquam, & flagito teſtes. pro Rab.92 a, Illa altera pars conſulis auxilium implorat & flagitat. * pro C.Cornel.1, Populus legem hanc Cornelij flagitabat. I.C.105 b, Non eſt iam lenitati locus, ſeueritatem res ipſa flagitat. Epiſt.43 b, Ego à te cum tua promiſſa per literas flagitabam.

FLAGITOR, ris. de Leg.156 b, Poſtulatur à ſe iamdiu, vel flagitatur potius hiſtoria.

† Syntaxis. *Non deſidero ſolùm, ſed poſco & flagito. Ego hoc te flagito. Poſtulo, non flagito, Poſco, atq; adeò flagito.*

FLAGRANS, tis, tiſſimus, Att. 105 b, Dionyſium flagrantem deſiderio tui, mitto ad te. de Orat. 143 a, Non vidit bello flagrantem Italiam, non ardentem inuidia ſenatum. de Ar.252 b, Os flagrantis mulieris. de Orat. 12 a, Neq; facile eſt, vt oderit eum quem tu velis, niſi te ipſum flagrantẽ odio antè viderit de Fat 140 b, Oratoria ſtudia, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantiſſimum, acceperam. Tuſcul.218 b, Flagrans cupiditas. de Diuin,95 a, Et noctu flagrantes onerarias, quas milites incenderent, videbatis. pro Mur. 139 b, Cato recentibus præceptorum ſtudijs flagrans. * pro M. Scau. Me flagrantem ſtudio laudis in ſpem impulit.

FLAGRANTIA, tiæ. *ardor.* pro Cæl. 47 b, Si mulier ita ſe gereret Flagrantia oculorum.

FLAGRATVRVS, a, um. Attic.133 b, Totam enim Italiam flagraturam bello intelligo.

FLAGRO, as. *conflagro, ardeo.* de Orat.96 a, Vos etiam nimis flagrare cupiditate video. I. V. 217 a, Flagrare cupiditate & amentia. pro Cl. 20 a, Mulier ita flagrare cœpit amentia, ſic inflammata ferri libidine, vt eam, &c. pro Cæl. 39 b, Flagrabant vitia libidinis apud illum. Att.67 a, Conſules flagrant infamia. Tuſc.225 a, Ibicus Rhegynus amore flagrauit. I.V.67 b, Cum inuidia & infamia non recenti, ſed vetere ac diuturna flagraret & 216 a, Conuiuia, quæ ſtupris flagitijsq; flagrabũt. de Orat.86 a, Incredibili quodam noſtri homines dicendi ſtudio flagrauerũt. Att.73 a, Non dici poteſt quàm flagrem deſiderio vrbis. * pro Marc. 135 b, Semper immortalitatis amore flagrauit *animus tuus.*

† Syntaxis. *Odio flagrare, ſtudijs, deſiderio, cupiditate, bello, amentia. Apud illum flagrant libidines, Ille libidine flagrat. Flagrare*

*item in-*

*item infamia,amore,inuidia. Conuiuium ſtupris flagrans.*

FLAMEN,nis.*flatus,ſpiritus*.de Nat.48 a,

*Quem ſumma ab regione aquilonis flamina pulſant.* in Arat.
*Inferior paulò eſt aries,& flamen ad auſtri*
*Inclinatior,*——&c. & ibid.
* *At pars inferior Delphini fuſca videtur*
*Inter Solis iter,ſimul inter flamina venti,*
*Viribus erumpit quà ſummi ſpiritus Auſtri.*

¶ *Antiſtes*.de Leg 173 b, Diuis alijs alij ſacerdotes,omnibus pontifices,ſingulis flamines ſunto. pro Dom. 220 b, Itaq; populus Rom.breui tempore neq; regem ſacrorum, neq; flamines,neq; ſalios habebit.de Clar. 169 b,Cùm M. Pompilius ſacrificium publicum cũ lęna faceret,quòd erat flamen Carmentalis. de Ar.246 a, L.Lentulus flamẽ Martialis.& ibid.Flamen Quirinalis.pro Mil.106 b,Eo die Miloni iter erat Lanuuium ad flaminem prodendum., quòd erat dictator Lanuuij Milo. I. A. 257 b, Antonius Cæſaris flamẽ eſt I. A.181 a,Eſt ergo, vt Ioui,vt Marti,vt Quirino, ſic diuo Iulio M.Antonius. & ibid.Cur non inauguratur? nam flamines inaugurabantur.* ibid.Vt haberet flaminẽ. ibid. Cur nõ inaugurare?Sume diẽ: vide qui te inauguret.

† Syntaxis. *Aquilonis & venti flamina.*

FLAMINIA,orum. *flaminum ſacra*. I. A. 256 a, Cuius homo ingratiſſimè flaminia cur reliquiſti?

FLAMINIANVS,a,um.de Diu.122 b, * Flaminiana oſtenta.

FLAMINIVS,a, um. I. A. 243 b, Tres viæ ſunt ad Mutinam:à ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia.

FLAMMA,mæ.*mobilis & ſplendens ignis*.de Nat.47 b,

*Magnu' leo tremulam quatiens è corpore flammam.*

de Orat.129 a, Quidam dicere aiunt Ennium , flammam à ſapiente faciliùs ore in ardente opprimi, quàm bona dicta teneat. I.A.257 b, Prius vndas fimmamq;, vt ait poëta,neſcio quis.de Orat.143 b, Sulpitius autem,qui in eadem inuidiæ flamma fuiſſet. *I.A. 257 b, Nunc in tantam flammam,tamq; inueteratam,mittamus. in Arat.

*Per toto ſpirans rabido de corpore flammam.*

Incer. Diuinitùs extitiſſe illam flammam , non quæ terreſtre domicilium Iouis deleret, ſed quæ ſublimius magnificentiusq; depoſceret.

FLAMMATVS,a,um.de Diuin.83 b,

*Principio æthereo flammatus Iuppiter igni.*

FLAMMEVS,a, um.*igneus*.de Nat.49 b,Sunt autem ſtellę natura flammeæ.

FLAMMIFER,a,um.*flammeus,ardens*.Acad.22 b, Abige à me flammiferam hanc vim,quæ me excruciat. *Poëtæ.*

FLAMMVLA, læ. Acad. 20 a, Cùm oculum torſiſſet,duas ex lucerna flammulas eſſe viſas.

FLATVS,tus.*ſpiritus,flamen.* de Orat.125 b,Et ad id vnde aliquis flatus oſtenditur,vela do.in Arat.

*Aram,quam flatu permulcet ſpiritus auſtri.* ibid. *Veſper Aeſtiferos validis erumpit flatibus ignes.*

Offic.36 b,Cùm proſpero flatu Fortunæ vtimur,ad optatos exitus prouehimur.

† Syntaxis. *Auſtri ſpiritus flatu permulcet. hic flatus eſt veluti virtus & efficacia ſpiritus:id cum quo nimirum.*

FLAVIVS.Att.86 a,Nec verò pauci ſunt autores, Cn.Flauiũ ſcribam faſtos protuliſſe.

FLAVVS,a.*color fuluo clarior & albior.* Acad.26, Flauum mare.
*Epitheton non vſurpandum , niſi flacceſat mare flumine flauo.*

FLEBILIS,le.pro Pl.280 b,O flebiles vigilias I.A.23 b, Miſera & flebilis ſpecies:*id eſt, fletu digna, miſerabilis.*

FLEBILITER.*miſerabiliter.* Tuſc. 166 b, Nec flebiliter illa cauerentur. & 183 a,& 185 b, Perquàm flebiliter Vlyſſes lamentatur in vulnere.

FLECTENDVS, a, um. de Orat. 128 a,Oratio quæ ſuſcipitur ad commutandos animos , atq; omni ratione flectendos. ¶ *Superandus.* de Diuin. 128 a, Qui nauigant in flectendis promontorijs , ventorum mutationes maximas ſæpe ſentiunt.

FLECTO,ctis:xi,xum.*inflecto,torqueo,detorqueo,cõtorqueo.*de L. 265 b,Qui teneros & rudes eum acceperunt , inficiunt, & flectunt vt volunt.de Leg.161 b.Opinionũ vanitas imbecillitatem animorum torquet & flectit, quocunq; cœpit. de Diu.105 a,Omne animal membri, quò vult flectit & contorquet. pro Cæl.40 a. Verſare ſuam naturã,& regere ad tempus, atq; huc & illuc torquere & flectere. Att.72 a, Sed Leucatem flectere moleſtum videbatur. I. C. 115 a, Flectere fata.I.A.159 b,Flectere aliquem oratione.

¶ *Adijcio.* pro Corn. 63 a, Gaditani ab omni ſtudio ſenſuque Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenq; flexerunt.

¶ *Excito.* Bru.287 a,Flectere iudicium ſuũ aduerſus aliquẽ.

¶ *Vito,caueo,fugio, declino.* Attic. 182 a, Ex Oppij ſermone intellexi,quæ iſtorum via eſſet,ſed vt eam flectas,te rogo. pro Syl.179 a,Quibus rebus ita flectebar animo,atq; frangebar, vt, &c.

† Syntaxis. *Flectere aliquem,promontoria,viam. Animo flecti,& frangi. Aduerſus aliquem flectere iudicium. Mentem ſuam ad alicuius dignitatem & amicitiam flectere.*

FLEO,fles.*fletum facio, lacrymo.* de Orat. 106 b, Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coẽgiſſet. I. V. 91 b,Flebat vterq; non de ſuo ſupplicio , ſed pater de filij morte, de patris filius.

FLETVS,tus. *eiulatus.*pro Pl.275 b,Non modò lacrymulam, ſed multas lacrymas & fletum , cum ſingultu videre potuiſti. I. V. 210 b, Fletus mulierum & lamentationes fieri ſolitas pro hiſce rebus. Attic.175 a, Non poſſum præ fletu diutiùs in hoc loco commorari. pro S.R. 22 a, Vt tota vrbe fletus gemitusque fieret.de Orat.104 b, Recordatione alicuius fletum populo mouere. Tuſcul.154 b, Lugubris lamentatio fletusq; mœrens ex eo eſt. * pro Cluent.20 b, Augebatur eius moleſtia quotidianis querimonijs & aſſiduo fletu ſororis. Tuſcul.186 a, Fletus muliebri ingenio additus. *Poëtæ.* Tuſcul. 187 a, Hic nimirum eſt fletus, quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt & b, Quid eſt fletu muliebri viro turpius?Epiſt.233 a, Ne te in eundem fletum adducam. & b, Id quod maximo cum fletu legi.

† Syntaxis. *Multæ lacrymæ ac fletus. Fletus & lamentatio fieri ſolita. Vrbs facta fletus ac gemitus. Alicui mouere fletum. Lugubris lamentatio,fletus mærens.*

FLEXANIMVS,a,um.*ſuadens.* de Orat.125 b,& de Diuin.97 a, Illa quæ à bono poëta dicta eſt flexanima atq; omnium regina rerum oratio.

FLEXIBILIS,le.*tenerum,molle.* de Nat.78 b,Materia omnium rerũ flexibilis & cõmutabilis. Orat.201 b,Oratio mollis & tenera,& ita flexibilis , vt ſequatur quocunq; torqueas.de Orat.156 a,Tenerum,flexibile, quod facilè ſequatur quocunq; ducas.de Cl.190 a, Nihil tam tenerum,nihil tam flexibile,nihil quod magis ipſius arbitrio fingeretur. de Am. 113 b,Aſſentatoris animus flexibilis ac deuius. Att.164 b, Nihil fallax , nihil non flexibile ad bonitatem. de Natt.55 b, Vox flexibilis.)(.*vox dura.*

† Syntaxis. *Flexanima,& regina omnium oratio. Flexibilis & cõmutabilis materia.Mollis,tenera,flexibilis oratio,vt ſequatur quocunq; torqueas. ſynonyma quatuor. quartum enim deſcriptio flexibilis eſt. Aſſentator flexibilis ac deuius.*

FLEXILOQVVS, a,um.*dubius,ambiguus.*de Diu.132 a,Oracula flexiloqua & obſcura.

FLEXIO,onis.*flexus, anfractus,conuerſio.* I. P. 99 a, Quos tu meandros, dum omnes ſolitudines perſequeris , quæ diuerticula flexionesq; quæſiſti? de Leg 177 b,Ceruices oculosq; pariter cum nodorum flexionibus torqueant. Or. 202 a,Cùm alter alteri obijcit vocis flexiones. * ibid.Non ad numerum articulus cadens , trunco magis toto ſe ipſe moderans,& virili laterum flexione.de Vni.Flexiones (*al. fuſiones*) autem Deorum, &c. ſi verbis explicare conemur.

FLEXVOSVS,a,um.*tortuoſus.*de Nat.55 a,Auditus flexuoſum iter habet.

FLEXVS,a,um. *inflexus,incuruus.*de Fin.132 b,Fracti flexique motus.

FLEXVS,xus.*anfractus.*Attic.259 b,Pons Tiretius,in quo flexus eſt ad iter Arpinas.de Nat 55 a, Aures habent introitũ cum multis flexibus. pro Cæl.53 a,In hoc quaſi flexu ętatis fama adoleſcentis paulùm hęſit ad metas.* de Or.85 a, Si infinitus forenſium rerum labor & ambitionis occupatio decurſu honorum,etiam ætatis flexu conſtitiſſet.

† Syntaxis. *Meandri,diuerticula,flexiones.Viæ flexus ad iter,&c. Aetatis flexus.*

FLO,flas. Attic. 100 a, Ita bellè nobis flauit ab Epiro leniſſimus auſter & mitis.

FLOCCIFACIO,cis.*contemno,nihili facio.* Attic.62 a,Ex quo intellectum eſt, tres Areopagitas totam rempub. flocci nõ facere. Att.221 b,Neque tamen floccifacio. * *Alij ſeparatim legunt.*

FLOCCIFACTEON. Attic.23 b,Quare, vt opinor,φιλοσοφητέον,id quod tu facis : & iſtos cõſulatus non floccifacteon. *Vox eſt Latina Græcorum more inflexa. alludit enim ad φιλοσοφητέον.quaſi dicat, non debemus facere flocci,& dignos exiſtimare iſtos conſulatus , in quibus aſſequendis tantum ſtudij laborisq; ponamus.* Hanc lectionem probant Victorius,Manutius & Lambinus. Sed Turnebus & Boſius flocci ἱκτέον,Hen.Stephanus ἀλαζονητέον,alij floccifacerem legunt.*

FLORA,ræ.*deæ.* I,V.243 a,Flora mater,&c.

FLORENS,tis: tior, ſſimus. *integer felix.)(.afflictus,minimus,tenuiſſimus.*Par.119 a,Qui te beatum,qui te florentem putas. de Orat.128 a,Inuidetur enim præſtanti florentique fortunæ. p Dom.223 a,Cùm tu florens ac potens per mediũ forum volitares.pro S. R. 21 a, Roſcius florens gratia atq; hoſpitijs nobiliſſimorum hominum. pro Qu. 17 b,Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentẽ aliam deuolare. pro Plan. 277 b, Quos ego florentes atque integros

ſine ferro viceram. de Orat. 358 a, Modus autem nullus eſt florentior. pro S.R.26 b, Itaq; ex minima tenuiſſimaq; rep. maximam & florentiſſimam nobis reliquerunt. Epiſt. 25 a, Homo florens ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis. pro Cluen. 40 a, Qui omnes in iudicijs publicis iam tum florente republ. floruerunt. Ep. 176 a, Florente Antonio.* de Diu. 95 b Florentiſſima caſtra. Incer. Optatiſſimum eſt, perpetuò fortunam quàm florentiſſimam permanere.

FLOREO, res. *vigeo, floreſco, eniteo, emmeo, excellens ſum.* de Diu. 83 a, Hæc arbor vna ter floret: *id eſt, lentiſcus.* Offic 75 b, Cyrenaicis obſoletis floret Epicurus. ꝓ Plan. 272 a, Quæſtura mea floruit. Tuſc. 149 a, Ergo in Græcia muſici floruerunt. I. V. 262 a, Hic in ſua patria multis virtutibus ac beneficijs floruit. de Orat. 142 a, Craſſus priuatis beneficijs & ingenij laude floruit. de Clar. 197 a, Pericles floruit omni genere virtutis. de Orat. 155 b, Cùm Iſocrates diſcipulorum nobilitate floreret. Epiſt. 10 a, In ſententijs ſenatorijs, & in omni actione atq; adminiſtratione reipublicæ floruiſſemus. Academ. 5 a, Arceſilas floruit tum acumine ingenij, tum admirabili quodam lepóre dicendi. & ibid. b, Et qui illum audiuerant, admodum floruerunt. de Orat. 85 a, Cùm & honoribus & rerum geſtarum gloria florerent. pro Font. 282 b, Tum continuæ præturæ, quæ & cæteris ornamentis, & exiſtimatione innocentiæ maximè floruerunt. de N. 3 a, Doctiſſimorũ hominum familiaritates, quibus ſemper domus noſtra floruit. pro Qu. 15 a, Tu qui inter illos florebas. Ep. 57 a, Studia & artes, quibus à pueritia floruiſti. & 133 a, Florere laudibus. Att. 274 a, Florere honoribus & gratia. I. V. 65 a, Iure tum florebat pop. Rom. nomen. Acad. 1 a, Florere in foro. pro Fl. 151 a, Quod maximè florere in generis ſui gloria viderat, prætor adamauit. pro Seſt. 26 a, Acceſſus meus ad vrbem incredibili hominũ gratulatione florebat. pro Cæl. 50 a, Qu. Metellus cũ in republ. floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus ereptus eſt vniuerſæ ciuitati. *I.A. 221 b, Ea familia poſtea viris fortiſſimis floruit.

FLORESCO, ſcis. *floreo.* de Cl. 165 a, Hortenſio floreſcente Craſſus eſt mortuus. de Orat. 143 b, Sulpitio ad ſummam gloriam eloquentiæ floreſcenti ferro vita erepta eſt. pro Cæl. 54 b, Hic nunc floreſcens firmata iam ſtirpe virtutis. de Diuin. 115 a, Pulegium aridum floreſcere dicitur ipſo brumali die. *pro Marc. 131 b, Hæc tua iuſtitia & lenitas animi floreſcet quotidie magis.

† Syntaxis. *Beatus ac florens. Præſtans & florens fortuna. Florens & potens. Gratia & hoſpitijs principum virorum florens. Florens & integer. Florere honoribus in actionibus & cauſis. Florere inter primos, in gloria. Acceſſus eius gratulatione omnium floruit. Floreſcens homo, & ad gloriam floreſcens.*

FLORIDVS, a, um. de Clar. 191 b. At eſt floridior, vt ita dicã, quàm Hyperides.

FLOS, oris. *lux, decus, honor, ornamentum.* de Sen. 88 a, Florum omnium varietas. & 89 b, Suauitas odorum, qui afflantur (*al. efflarent, al. efflarentur*) è floribus. de Clar. 193 a, Flos & color pigmentorum. I.A. 161 a, Gratia non virtutis ſpecie, ſed ætatis flore collecta. de Cl. 169 b, Virum excellentem præclari tum illi homines florem populi dixerunt. Orat. 200 a, Verſariſque in optimorum ciuium vel flore vel robore. pro Pl Flos equitum Romanorum. pro Fl. 159 a, Aſpiciant hunc florem legatorum & laudatorum Flacci, ex vera & integra Græcia. I. A. 185 b, Eſt ille Flos Italiæ, firmamentum imperij noſtri, ornamentum dignitatis. * pro Q. Ligar. 142 a, Poſſum tibi totum agrum Sabinum, florem Italiæ, proponere. de Clar. 169 b.

*--Is dictus ollis popularibus olim, &c.*

*Flos delibatus populi. Alij delibutus legunt.*

de Clar. 193 a, Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quę inuenta nondum erant, florem & colorem defuiſſe. I. V. 225 a, Quam *Ennam* circa lacus lucique ſunt plurimi, & lectiſſimi flores omni tempore anni. I.A. 167 b, Omnem florem nobilitatis & iuuentutis *viuere volebam.* de Nat. 76 b, Quàm multas ante hunc in ipſo Græciæ flore Piſiſtratus ac Phalaris ac Apollodorus pœnas ſuſtulit? Parad. 116 a, In ea hæreſi eſt, quæ nullum ſequitur florem orationis. Topic. 223 b, Qui adoleſcentiam florem ætatis, ſenectutem occaſum vitæ velit definire.

FLOSCVLVS, li. Offic. 41 b, Ficta omnia celeriter tanquam floſculi décidunt. pro Seſt. 25 a, Non ſum tam inſolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndiq; floſculos carpam atq; delibem.

† Syntaxis. *Odorum ſuauitas è floribus afflatur. Flos & color pigmenti. Vir excellens, populi flos.*

*FLVCTIFER, a, um. Incer. Tunc ſe fluctifero tradit mandatq; paroni. Alij fluctigero legunt.

FLVCTIGER, ra, rum. *quod fluctu geritur.* L. FLVCTIFER.

FLVCTVANS, tis. Orat. 206 b, Quid tam commune quàm mare fluctuantibus? litus eiectis? I.V. 254 a, Quadriremem in ſalo fluctuantem reliquerat. Att. 19 b, Fluctuans ſententia. * de Vni. 196 b, Quicquid erat quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumpſit, non tranquillum & quietũ, ſed immoderatè agitatum & fluctuans.

FLVCTVO, as. *fluctibus iactor, vacillo, fluito.* Attic. 29 b, Tota res etiam nunc fluctuat. Acad. 8 b, Non debere eos in ſuo decreto, ſicut in cæteris rebus, fluctuare. ad Her. 27 a, Id genus orationis, quod appellamus fluctuans & diſſolutum, eo quòd ſine neruis & articulis fluctuat huc & illuc.

† Syntaxis. *Fluctuantibus mare commune. In ſolo nauis fluctuãs. Oratio, ſententia fluctuans Fluctuans & diſſolutum dicẽdi genus.*

FLVCTVS, ctus. *vnda, procella.* pro Fl. 159 b, Maſſilia, quæ barbariæ fluctibus alluitur. Orat. 206 b, Ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur. Epiſt. 336 a, Fortunam tanquam fluctum à ſaxo frangi oportere. Attic. 74 a, Nihil eſt quod minus fluctum ferre poſſit. de Finib. 125 a, Ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, vt fremitum aſſueſceret voce vincere. de Inuent. 81 b, Sedatis fluctibus, & tempeſtate iam commutata. pro Mur. 132 a, Motus & agitatio fluctuum. pro Mil. 162 a, Et quidem cæteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat concionum fluctibus ſemper putaui Miloni eſſe ſubeundas. * de Orat. 85 a, Hoc tempus omne poſt conſulatum obiecimus ijs fluctibus, qui per nos à communi peſte depulſi, in noſmetipſos redundârunt. I.A. 250 a, Qui ſe totius belli fluctibus circumiri, &c. maluit.

† Syntaxis. *Fluctum ferre, frangere. Sedatis fluctibus, & commutata tempeſtate.*

*FLVENS, tis. de Orat. 133 b, Gallus pictus, eiecta lingua, buccis fluentibus. Orat. 202 b, Tracta quædam & fluens oratio. in Piſ. 84 b, Erant illi compti capilli, &c. & fluentes ceruſſatæq; buccæ dignæ Capua, ſed illa vetere. Off. 18 a, In rebus proſperis & ad voluntatem noſtram fluentibus.

FLVITANS, tis. *fluctuans.* pro Seſt. 13 a, Hæc reip. nauis ereptis ſenatui gubernaculis fluitans in alto tempeſtatibus ſeditionum, &c. * de Nat. 46 a, Quot genera quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium & innantium beluarum.

FLVMEN, nis. *fluuius, amnis, profluens.* de In. 74 b, Vt qui trans flumen eſſent, videre poſſent. de Diuin 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt, atque amnes mare influxit. de Aruſp. 257 b, Nauis in flumine publico vulgata omnibus. de Inuent. 78 a, In Eurotæ fluminis magnitudine. de Orat. 125 b, Tantum eſt flumen grauiſſimorum & optimorum verborum. * de Inuent. 74 b, Cùm omnes ſtudio eius ſubitam fluminis magnitudinem ſcirent fuiſſe impedimento. ibid. Flumen ſubitò accreuit, & ea re traduci nõ potuerunt. de Orat. 114 a, Videtíſne quantum munus ſit oratoris hiſtoria? haud ſcio an flumine orationis & varietate maximum. pro Marc. 131 b, Nullius tantum eſt flumen ingenij, nulla dicendi aut ſcribendi tanta vis tantaque copia, quæ non dicam exornare, ſed enarrare, C. Cæſar, res tuas geſtas poſſit. Acad. 30 a, Flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles. Tuſcul. 243 a, Sed aliquando in Arpinati noſtro gelidis fluminibus circumfuſum fuiſſe. de Nat. 57 a, Nos flumina arcemus, dirigimus, aduertimus.

FLVMENTANVS, a, um. Att. 103, Flumentana porta.

FLVO, is. *lábor, mano, defluo.* de Diuin. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. de Inuent. 74 a, Fluuius Eurotas, qui propter Lacedæmonem fluit. de Diuin. 100 b, Quid quòd fluuius atratus ſanguine fluxit? de Nat. 10 a. Quæ natura fluunt atque manant, vt aqua. de Finib. 87 a, Fluit igitur voluptas corporis: *id eſt, labitur & preterit.* Orat, 197 b; Cætera fluere, labi, nec diutiùs eſſe vno & eodem ſtatu. I.A. 240 b, Excident gladij, fluent arma de manibus. Tuſcul. 209 a, Pythagoræ autem diſciplina, cum longè lateque flueret, permanauiſſe mihi videtur in hanc ciuitatem. de Nat. 36 a, Multa à luna manant, & fluunt. de Cl. 182 b, A' Cotta & Sulpicio hæc omnia fluxit oratio. de Nat. 69 a, Ne illud quidem eſt hæc vnde fluxerunt. & ibid. Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt. de Nat. 3 a, Multũ ſermonem de libris noſtris fluxiſſe video. de Finib. 72 a, Atque ab iſto capite fluere neceſſe eſt omnem rationem bonorum & malorum. pro Mar. 134 b, Omnia quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus vincienda ſunt. de Cl. 190 a, Oratio ita liberè fluebat, vt nuſquam adhæreſceret. de Orat. 160 b, Ne fluat, ne vagetur oratio. de Senect. 83 a, Ex Neſtoris lingua melle dulcior fluebat oratio. de Diuin. 126 a, Eodem tempore illo loco, vbi nunc Fortunæ ſita ædes eſt, mel ex olea fluxiſſe dicunt. Att. 65 b, Res fluit ad interregnum.

¶ *Corrumpor.* Tuſc. 186 a, Cum voluptate liqueſcimus, fluimuſq; mollitia.

¶ *Reſpicio.* Attic. 145 a, Videamus illius conſilia, quorſum fluant.

† Syntaxis.

† Syntaxis. *Fluunt ſanguine flumina. Fluunt arma de manibus. Fluunt dies. Fluens oratio, diſciplina.*

FLVVIATILIS, le. de Nat. 50 b, Beſtiæ aquatiles, vt fluuiatiles teſtudines.

FLVVIVS, uij. *flumen, amnis, profluens.* Tuſc. 168 b, Apud Hipanim fluuium, qui ab Europæ parte influit in Pontum, Ariſtoteles ait beſtiolas quaſdam naſci. de Diu. 100 b, & 120 b, Quid, quòd fluuius atratus ſanguine fluxit? de In. 74 a, Fluuius Eurotas is, qui propter Lacedæmonem fluit, ita magnus & vehemens factus eſt, vt eà traduci victimę nullo modo poſſent.

FLVXIO, onis. *curſus.* de Diu. 103 a, Natura futura præſentiunt vt aquarum fluxiones.

FLVXVS, a, um. *incertus, inconſtans.* Attic. 278 b, Nonnulla in Hirtio huius belli fortuna, vt in ſecundis fluxa, vt in aduerſis bona. & 54 a; Res noſtræ, vt in ſecundis, fluxæ: vt in aduerſis, bonæ.

FOCVLVS, li. pro Dom. 238 a, C. Attinius bona Qu. Metelli conſecrauit, foculo poſito in roſtris, adhibitoq; tibicine.

FOCVS, ci. *lar, locus vbi ignis fouetur.* de Sen. 88 b, Curius ad focum ſedens, &c. de Nat. 39 b, Veſta à Græcis ἑϛία dicitur, cuius vis ad aras & focos pertinet. de Diu. 122 a, In Selonio apud focũ angues nundinari ſolent. pro D. 234 b, Vniuſcuiuſq; noſtrũm ſedes, aras, focos, deos penates ſubiectos eſſe libidini tribunitiæ. pro S. R. 22 a, Eijcere aliquẽ domo nudum, ac focis patriis dijsq; penatibus præcipitem exturbare. de Natur. 79 a, Pro aris & focis pugnare. de Leg. 173 b, Virgines Veſtales in vrbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum. Att. 108 b, Non eſt in parietibus Reſpub. at in aris & focis.

FODICANS, tis. Tuſc. 198 a, Non enim in noſtra poteſtate, fodicantibus his rebus, quas malas eſſe opinemur.

FODIO, dis. *perfodio, effodio, fodio.* de Orat. 124 a, Quibus cognitis ille ſibi ipſi foderet, & aurum defoſſum inueniret. de Diu. 136 a, Reſpondit coniector theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto: fodit, inuenit auri aliquantum. de Fin 49 b, Fodere aut arare. Tuſc. 182 a, Pungit dolor, vel fodiat ſanè. I. A. 186 b, Num expectas, dum te ſtimulis fodiam? hęc te lacerat, hæc cruentat oratio.

† Syntaxis. *Pungit ac fodit dolor. Stimulis aliquem fodere.*

FOECVNDITAS, tis. *vbertas, fertilitas.* de N. 57 a, Nos aquarũ inductionibus terris fœcunditatem damus. de Diu. 100 a, Agri vberrimi maximeq; fertiles, in quibus multa propter fœcunditatẽ fingi gigniq; poſſunt. I. A. 171 b, O miſeræ mulieris fœcunditatem calamitoſam. de Orat. 116 b, Volo enim ſe efferat in adoleſcente fœcunditas. * de Nat. 28 b, Quæ *commoda* percipiuntur cœli temperatione fœcunditate terrarum.

FOECVNDVS, a, um. *ferax, vber, fertilis.* de N. 58 b, Sue nihil genuit natura fœcundius. de Senect. 88 a, Foſſionibus fit terra fœcundior. de Aruſp. 253 b, Quæſturamq; illam maximè fœcundã atq; vberem in totum ad ſe redegit. de Diu. 85 a, Fœcundum pectus. Orat. 198 a, Periclem ab Anaxagora vberem & fœcundum fuiſſe.

† Syntaxis. *Aquarum inductionibus fœcunditatẽ terris damus. Fœcundus & vber ager. Pectus, orator, homo fœcundus.*

FOEDATVS, a, um. de Ar. 251 a, A Sext. Serano ſanctiſſima ſacella omni turpitudine eſſe fœdata ſcimus.

FOEDISSIME. *turpiſſimè.* Att. 140 a, Cauſa agetur fœdiſſimè.

FOEDERATVS, a, um. *fœdere & amicitia coniunctus.)( ſine fœdere.* de Orat. 100 a, Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet. pro Corn. 58 b. Populi ſocij, Latini fœderati fundi. in Verr. 150 b, & 141 a, Fœderatæ ciuitates duæ ſunt, Mamertina & Taurominitana. & 205 b, Fœderatus atq; pacatus.

FOEDIFRAGVS, a, um. *qui fœdus frangit, impius.* Offic. 8 b, Pœni fœdifragi.

FOEDITAS, tis. *turpitudo, macula.* Offic. 73 b, Quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri? in An. 242 a, Cuius ſcelere in hac veſtitus fœditate ſumus. de Fin. 98 a, Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo deterreat. * de Nat. 51 b, Multæ *beſtiæ* inſectantes odoris intolerabili fœditate depellunt.

FOEDO, as. *maculo.* I. P. 91 a, Romam verò ipſam fœdauit aduentus tuus. de Ar. 255 b, Qui togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdauit.

FOEDVS, a, um. ior, iſſimus. *turpis, flagitioſus.* Offic. 25 a, Luxuria verò cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. de Aruſp. 256 a, An ille fœdior atq; inquinatior in Cn. Pompeio accuſando fuit? Qu. fr. 328 a, Exitium, iudicij fœdum & pernicioſum leuiſſimè tuli. At. 125 a, Nihil fieri poteſt miſerius, nihil perditius, nihil fœdius. Att. 117 b, Bellũ fœdiſſimũ futurum puto. I. P. 86 b, Immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum. Att. 247 a, Genus mortis fœdum.

† Syntaxis. *Deprauatio & fœditas turpificati animi. Turpitudinis fœditas. Inueſtitus fœditate eſſe. Turpitudine fœdare tẽpla. Fœdus, & inquinatus in accuſando bonos. Nihil miſerius, perditius, fœdius.*

FOEDVS, ris. *pactio, fides, amicitia regum & populorum lege & religione ſancita.* pro Sect. 8 a, Facere fœdus cũ aliquo. de Fin. 82 a, Facere fœdus inter ſe. pro Corn. 62 a, L. Martius cũ Gaditanis fœdus iciſſe dicitur. I. P. 85 b, Tu ſcilicet homo religioſus, fœdus, quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere voluiſti. pro Sect. 8 a, Id enim fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant. Poſtq. 200 b, Cùm prouinciarũ pactiones, cùm omnia cũ omnibus fœdera ſanguine meo ſancirentur. pro R. P. 123 b, Ferire fœdus cũ aliquo pro Cor. 57 a, & ad Her. 28 b, Fœdera negligere, violare, rumpere. ꝓ D 226 b, Gabinius poſtea fregit fœdus, Piſo tamẽ in fide manſit. ꝓ D. 239 a, Fœdera feriebantur pecuniarũ. I. A. 177 a, Nulla ſocietas optimis ciuib⁹ cũ importuniſſimo hoſte fœdere vllo confirmari poteſt. Off. 74 b, Indicãt fœdera, quib⁹ cũ hoſte deuincitur fides. pro Cor. 56 b, Cõtra fœdus facere: id eſt, cõtra populi Romani religionẽ & fidẽ. in Ant. 246 b, Oratũ religioſumq; fœdus, quod cũ his fecerimus. de Leg. 172 b, Cùm intelligat, quantæ ſalutis ſint fœdera religionũ. I. V. 245 b, In publicis religionibus fœderũ ſanctus & diligens. pro Sect. 10 a, Facto iam fœdere prouinciarũ. I. V. 150 b, Quinq; ciuitates ſine fœdere immunes ac liberæ. contra Rull. 62 b, Excipit in vendendis agris eos agros, de quibus cautũ ſit fœdere. pro Arc. 186 b, Heraclea, quæ eſt ciuitas æquiſſimo iure & fœdere. * de Inu. 73 b, In eo fœdere, quod factũ eſt quondã cum Samnitibus, quidã adoleſcens nobilis porcã ſuſtinuit iuſſu imperatoris. Fœdere aũt ab Senatu improbato. ibid. vt ſatis honeſtũ fœdus feriretur. ibid. Quoniam tu particeps factus es in turpiſſimo fœdere ſummæ religionis. ib. Cùm is, qui poteſtatis nihil habuerit, iuſſu imperatoris in fœdere & in tanta religione interfuerit. pro Cec. 294 b, Quod fœdus aut pactio nõ infirmari aut conuelli poteſt, ſi ad verba rem deflectere velimus? pro Sect. 10 a, Pacto iam fœdere prouinciarum. Ep. 192 a, *Lentuli.* Confiſus, &c. fœdere, quod cum his renouatum erat, quo iurauerant Rhodij.

† Syntaxis. *Factum fœdus cum, inter ſe. Icere, ſancire, ferire, negligere, violare, rumpere, frangere, confirmare fœdus. Oratum, religioſumq; fœdus. Fœdus pactum. Fœdus & pactio. Fœdere de hac re cautum eſt.*

FOEMINA, næ. *mulier, fœtum in ſe gignens animal.)( mas.* de N. 20 a, Et deos mares & fœminas eſſe dicitis. de N. 51 b, Alię beſtię mares, aliæ fœminæ ſunt. de Diu. 131 a, Emiſſio fœminæ anguis. item: Emiſſio maris anguis. de Legib. 181 b, Porca fœmina piaculum dari. de Nat. 51 b, Et in mari & in fœmina commiſcendorũ corporum miræ libidines. Tuſc. 154 a. Mors in claris viris & fœminis dux in cœlum ſolet eſſe. de Diu. 91 a, Socrates dixit ſe vidiſſe in ſomnis pulcritudine eximia fœminam, quæ, &c. I. A. 186 b, Tuæ coniugis bonæ fœminæ, locupletis quidẽ certè, Bombalio quidam pater fuit. Ep. 64 a, Præſtantiſſima omnium fœminarum vxor tua. & 66 b, Quòd mihi fœminam primariam Pompeiam vxorẽ tuam cõmendas locutus ſum cũ Sura. Brut. 288 b, Rogatus ſum à prudentiſſima & diligẽtiſſima fœmina matre tua, vt, &c. I. A. 186 b. Hæc ſanctiſſima fœmina, atq; optima. de Legib. 175 b, Vt ſentiant mulieres in natura fœminarum omnium Deum caſtitatem pati. * Incer. Fœminas omnes viſu nocere, quæ duplices pupillas habent. pro Cec. 287 a, Is habuit in matrimonio Ceſenniã, eodem è municipio ſummo loco natam, & probatiſſimã fœminam. pro Font. 283 b, Cæteræ fœminæ gignere, ipſæ ſibi præſidia, & habere domi fortunarum omnium ſocium participemq; poſſunt.

FOEMINEVS, a, um. ad Her. 21 a, Fœmineus plangor.

FOENERANDVS, a, um. Parad. 125 a, Dimiſſiones libertorum ad fœnerandas & diripiendas prouincias.

FOENERATIO, onis. *fœnoris exercitatio, pecuniæ nundinatio.* ꝓ Flac. 158 a, Pecunia ab honoribus tranſlata in quæſtum & fœnerationem. de Finib. 89 a, Nec enim ſi tuam ob cauſam cuiquam commodes, beneficium illud habendum eſt, ſed fœneratio. I. V. 143 a, Ea autẽ fœneratio erat huiuſmodi. * I. V. 185 b, Quo alio nomine pecunię publicæ fœneratio eſt appellanda? ibid. Perſcriptor fœnerationis. & 186 a, Et quoniam de illa fœneratione ſatis dictum eſt.

† Syntaxis. *In quæſtum & fœnerationem ab honoribus pecuniam transferre.*

FOENERATOR, oris. *qui fœnus exercet.* Off. 30 a, Primũ improbãtur hi quęſtus, qui in odia hominũ incurrũt, vt portitorum & fœneratorũ. Att. 85 b, Idq; etiam acerbiſſimis fœneratoribus probaretur. Ep. 63 a, Nec putant ei nummos deeſſe poſſe, qui ex obſidione fœneratores exemerit.

FOENEROR, aris. *fœnori do.* I. V. 143 b, Idẽ pecunias iſtius ſuo nomine fœnerabatur. & 185 a, Pecuniam binis centeſimis fœneratus eſt. Offic. 51 b, Cùm ille qui quæſierat, dixiſſet, Quid fœnerari? tum Cato, Quid hominem, inquit, occi-

dere? de Am. 102 a, Liberales ſumus, non vt gratiam exigamus, neq; enim beneficium fœneramur: ſed, &c.

FOENEVS, a. *ſimulacra effigiesq́; hominum ex fœno fieri ſolebant, quibus obiectis ad ſpectaculum præbendum tauri irritarentur.* Cicero pro Cornel. de maieſtate, Proſpectat videlicet Cominjus, quid agatur, videlicet homines fœneos in mediū ad tentandum periculum proiectos. Aſcon. Pæd.

FOENICVLARIVM, rij. Att. 188 b, Scribe, vtrum Cæſar in fœnicularium, an in Martium campum cogitet.

FOENVM, ni. de Orat. 130 a, Craſſum cùm Catulus nuper audiſſet, fœnum alios aiebat eſſe oportere.

FOENVS, oris. *vſura.* I. V. 143 a, Idem pecuniam illis fœnori dabat. Att. 83 b, Senatuſconſultum factum eſt, vt centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur, renouato in ſingulos annos fœnore. Att 93 a, Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos fœnore contentus non fuit. Att. 62 b, Fœnus ex triente. Id. Quin. factum erat beſſibus. & 87 b, Itaque & Græci ſoluunt tolerabili fœnore, & publicanis res eſt gratiſſima. Attic. 261 b, Non modò magno, ſed etiam iniquiſſimo fœnore verſuram facere coactus eſt. Pro Flacc. 157 a, Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauiſti. I. V. 186 a, Accipere fœnus ab aliquo. pro Cæl. 46 b, Fœnore trucidari. * I. V. 185 b, Si hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris. pro Flac. 158 b, Cum ipſi graui fœnore iſtam pecuniam multos annos occupauiſſent. Attic. 91 b, Vt fœnus quaternis centeſimis ducant.

† Syntaxis. *Pecuniam fœnori dare. Ducere centeſimas perpetuo fœnore. Renouare fœnus. Fœnus ab aliquo accipere.*

FOETIDVS, a, um. *putidus.* I. P. 82 a, Os fœtidum.

FOETOR, oris. *putidus. & malus odor.* I. P. 84 a, Hic autem iacebat in ſuo Græcorum fœtore & vino.

FOETVRA, ræ. de Leg. 173 b, Vbertatem lactis, fœturæque ſeruanto.

† Syntaxis. *Fœtum procreare, fundere. Oratorum fœtus, copia. Fœtus repreſſus. Edit meliores & grandiores fœtus ager aratus, nouatus, iteratus.*

FOETVS, a, um *grauidus.* de N. 57 b, Terra fœta frugibus & vario leguminum genere.

FOETVS, tus. *partus, fructus.* de Nat. 52 a, Quæ *animantes* multiplices fœtus procreant, vt ſues, vt canes, his mammarum data eſt multitudo. de Diu. 88 a, Fœtus extitit in ſterilitate naturæ. de N. 52 a, Oua piſcium facilè aqua & ſuſtinētur, & fœtum fundunt. Tuſcul. 241 b, Ex quo triplex ille animi fœtus exiſtit. de Fin. 303 a, Beſtiarum in fœtu & educatione laborē cùm cernimus, naturæ ipſius vocē videmur audire. de Cl. 181 a, Nec vlla ætate vberior oratorum fœtus fuit. de Leg. 161 a, Quę frugibus atq; baccis terrę fœtu ꝓfundūtur. Brut. 166 a, Sic omnis fœtus repreſſus, exuſtusq; flos veteris vbertatis. de Or. 120 b, Ager non ſemel aratus, ſed nouatus & iteratus, quo meliores fœtus & grandiores poſſit edere. * Oecon. 1, Ouium cæterarumque pecudum fœtus atq; fructus clauſtro cuſtodienda erant.

FOLIVM, lij. Att. 133 a, Nec me Coſs, mouent, qui ipſi pluma aut folio faciliùs mouentur. de Diu. 121 b,

*Qui platani in ramo foliorum tegmine ſeptos*
*Corripuit pullos.*——

in Ar. Arbuſta ornata tegmine foliorum. * de Orat. 159 b, Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia ſunt deniq;, niſi ad ſuam retinendam conſeruandāq́; naturam. in Piſ. 100 b, Ex illo fonte & ſeminario triumphorum cùm arida folia laureæ retuliſſes.

FOLLICVLVS, li *paruus ſaccus, quo caput obuoluebatur parricidarum, ne ſtatim capti, pòſt cœlum aſpicerent.* de Inu. 81 a, Os autē obuolutum eſt folliculo & præligatum. ad Her. 5 a, Ei folliculo lupino os obuolutum eſt.

FOLLIS, lis. *inſtrumentum ad ignem excitandum.* de Nat. 12 b, Formæ quas vos effici poſſe ſine follibus & incudibus non putatis.

FOMENTVM, ti. *quaſi remedium & delinitio.* Tuſcul. 188 a, Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. de Finib. 83 b, Dolor fortitudinis fomentis mitigari ſolet.

FONS, tis. *principium, origo, caput.* I. V. 220 b, Syracuſis eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium. de Orat. 119 a, Tardi ingenij eſt riuulos conſectari, fontes rerum non videre. Qu. fr. Poëma ad Cæſarem quod compoſueram, incídi: tibi quod rogas, quoniam ipſi fontes iam ſitiunt, ſi quid habeo ſpatij, ſcribam. Ac. 40 b, Vt ea è fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur. de Nat. 69 a, Hæc enim omnia ex eodem fonte fluxerunt. Top. 223 b, Riuorum à fonte deductio. pro Mur. 126 a, Cùm tui fontes vel inimicis tuis pateant, noſtros etiam riuulos amicis clauſos eſſe. de Or. 102 a, Equidē fontes vnde hauriretis, atq; etiā itinera ipſa putaui eſſe demōſtranda. Att. 279 a, Nec ſceleratiſſimorum conſiliorū fontes haurire dubitaui. de Or. 88 b, Philoſophorum greges iam ab illo fonte & capite Socrate. & 121 a, Si qui legum fontes & capita viderit. Tuſc 149 b, Multò ſtudioſiùs philoſophiæ fontes aperiemus. de Orat. 92 b, Omnes omnium rerū fontes animo ac memoria continere. * Hortenſ Diſputatio vberrimos fontes virtutis & ſciētiæ continet. de Orat. 154 a, Cum fontes viderimus, quos, niſi qui celeriter cognorit, nunquam cognoſcet omnino: tum ex ijs tantum, quantum res petet, hauriemus. pro Cęl. 41 a, Quæram ex quo iſte fonte ſenator emanet. Nam ſi ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe, commouebor. Sin autem eſt riuulus accerſitus (*al. arceſſitus*) & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ, lętabor. in Piſ. 100 b, Ex illo fonte & ſeminario triumphorum cum arida folia laureæ retuliſſes. Tuſc. 159 b, Quinetiā cæteris, quæ mouentur, hic fons, hoc principium eſt mouendi. de Nat. 24 b, Cuius *Democriti* fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. Off 2 a, E` fontibus eorum iudicio arbitrioq; noſtro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus Offic. 71 b, A` quatuor fontibus honeſtatis primo libro officia duximus. Ep 84 a, Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus. Attic. 282 b, Cæſarem hunc adoleſcentem fluxiſſe ex fonte conſiliorum meorum.

† Syntaxis. *Conſiliorum fontes. Legum fontes & capita. Aperire fontes. Animo rerum fontes continere.* (nomen.

FONTEIANVS, a, um. de Aruſp. reſpon. 257 b, Fonteianum

FORAMEN, nis. Tuſc. 158 a, Quanquam foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricata eſt: tamen terrenis concretisq́, corporibus ſunt interſepta quodam modo: *id eſt, via quædam & quaſi feneſtræ ſenſuum.*

FORA`S. *extrá.* pro Cęlio 49 b, Domus in qua nihil geratur, quod foràs proferendum ſit. I. C. 104 b, Quòd tantam peſtem euomuerit, forasq; proiecerit. Att. 211 a, Sed ea ſcripta timui foràs dari. de Somn. 131 a, Si iam tum, cùm erit incluſus in corpore, eminebit forás.

FORE *futurus, a, um, eſſe.* pro Milon. 116 b, In his ſingulis ita ſemper exiſtimabitis, viuo P. Clodio nihil horū vos viſuros fore. Attic. 117 a, Sin erit bellum, vt video fore, partes meæ non deſiderabuntur. Att. 117 b, Dionyſio dum exiſtimabam vagos nos fore nolui moleſtus eſſe. Attic. 263 b, Nunquam putaui fore, vt ſupplex ad te venirem. & 93 b, Spero nihil fore aliter ac deceat. & 177 a, Præſertim cùm ne ſpes quidem vlla oſtendatur fore melius. Ep. 108 b, Ne ſpes quidem melius aliquando fore relinquitur. pro Syll. 179 b, Cæcilius agrariæ legi interceſſorem fore perpeſſus eſt. Ep. 62 a, Omnibus in rebus me fore in tua poteſtate tibi confirmo. Ep. 99 b, Scripſit ad me Cæſar, nondū te ſibi ſatis eſſe familiarem, ſed certè fore. Ep. 213 a, Qui etſi ſuis literis valde confideret, tamen exiſtimauit mea commendatione aliquid acceſſionis fore. de Or. 164 b, Tu fore dicis, ego verò eſſe iam iudico. Ep. 5 a, Quæq; mihi vidētur fore. Att. 23 a, Pomponia nunciari iuſſit, te menſe Quintili Romæ fore. Att. 278 b, Is ad cal. Septemb. Athenis non videtur fore. Qu. fr. 327 b, Hircius auctus fore videtur. Attic. 155 a, Puto fore vt attrahatis. * Frag. epi. Quod videret nomine pacis bellum inuolutum fore.

FOREM, res, ret *eſſem, eſſes, eſſet.* Att. 115 b, Mihi dubium non erat, quin ille iam iamq́; foret in Apulia. de Fat. 147 a, Hoc modo viator bene veſtitus, cauſa foret, cur à graſſatore ſpoliaretur. de Finib. 78 a, Et quærebas, quis aut hoc miſerior, aut ſuperiore illo beatior foret.

FORENSIS, ſe. *iudicialis, publicus.* Par. 116 a, Cato locos graues ex philoſophia tractabat, abhorrentes ab hoc vſu forenſi & publico. de Clar. 191 b, Thucydides hoc forenſe, concertatorium, iudiciale non tractauit genus. Orat 213 a, Oratio iudicialis & forenſis.

* ¶ *Extraneus.* Ep. 65 a, Publica, priuata, forenſia, domeſtica negocia. 1. Oecon. Exercitatio forenſis & extranea.

FORES. *ianua, oſtium, aditus.* in Verr. 89 b, Seruis ſuis imperat Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent. Tuſc. 244 a, Reſiſtet extra fores limenq́; carceris. de N. 39 b, Fores in liminibus profanarum ædium ianuæ nominātur. Tuſc. 239 b, Cùm fores cubiculi clauſerat. Offic 54 b, Equus ęneus, cuius in lateribus fores eſſent: quibus apertis, &c. pro Cæl 45 b, Fores effregit, reſtituentur. *ex Terentio. Forem, vt citat Fortunat* * de ſuis conſil. Cùm adoleſcentes mulieris pudicæ fores frangerent. Epiſt. 208 a, Qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur.

FORI, orum. *nauium tabulata, à puppi ad proram per mediam nauim.* de Senect. 80 b, Cùm alij malos ſcandant, alij per fores curſent, alij, &c.

FORIS. *extrinſecùs, in luce atq; oculis ciuium.* )( *intus, domi.* de Orat. 123 b, Argumenta aut ex ſua ſumi vi atq; natura, aut aſſumi forís. & ibid. Extrinſecus autem, cùm ea quæ ſunt foris neq; inhærent in rei natura, colliguntur. Offic. 15 b,

Parua

Parua ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. pro Syl. 170 a, Ille relictus intùs, expectatus foris. Qu. fr. 321 a, Cicero tuus ad nos venit, cùm Pomponia foris cœnaret. Epiſt. 102 b, Ego ſi foris cœnitarem, &c. de Finib. 95 a, Vt in ipſa arte inſit, non foris petatur extremum. in Verr. 195 b, Non quæram foris. Part. 234 a, Sed foris ad ſe delata: *id eſt, de foris, vt fiunt.* de Inuent. 71 a, Aliquo foris adiuncto argumento. * Oeconom. 1, Foris & in aperto victum quærentibus.

† Syntaxis. *Conſilium domi, arma foris. Cœnare foris. Petere foris vſum. Foris delatæ merces.*

FORMA, mæ. *ſpecies, figura, notio, character, imago, idea.* de Nat. 7 a, Quaſi aër ſine vlla forma eſſe poſſit, cùm præſertim Deum pulcerrima ſpecie eſſe deceat. pro Cæl. 38 a, Adoleſcens, in quo forma & ſpecies ſit liberalis. contra Rull. 72 b, Formam adhuc habetis & ſpeciem ipſam tyrannorũ, inſignia videtis poteſtatis. de Finib. 132 b, Corporis noſtri partes, totaq; figura, & forma & ſtatura, quàm apta ad naturam ſit, apparet. de Nat. 11 a, Omnium animantium formam vincit hominum figura. & ibid. a, Forma & ſpecies deorum. Offic. 4 a, Formam quidem ipſam, & tanquam faciem honeſti vides. pro Cluent. 59 b, Ea ſibi præter formam nihil ad ſimilitudinem hominis reſeruauit. de Finib. 141 b, Gloria, quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinem. de Fin. 74 b, Cuius ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie à dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem. &c. Offic, 21 b, In formis alijs dignitas ineſt, alijs venuſtas. de Nat. 9 b, Cleanthes fingit quandam formam & ſpeciem deorum de Nat. 19 a, Non ab hominibus formæ figuram perueniſſe ad deos. Tuſc. 250 a, Quæ ſpecies formæ? I. V. 229 a, Cognitio formarum ex pictura. pro Fl. 148 a, Si formam hominis, ſi nomen, ſi tribum noſtis. Tuſc. 182 b, Qui Græciæ formam rerump. dederunt. Attic. 92 b, Formam igitur mihi totius reipub. velim mittas. Epiſt. 43 b, Forma temporum & reipub. expreſſa. & 22 a, Videre formam, & ex ea, quale ædificium futurum ſit, cognoſcere. de Diuin. 118 b, In nubibus nunquid animaduertiſti leonis formam aut hippocentauri? & 84 a,

*Terribiles formæ nocturno tempore viſæ.*

Offic. 26 b, Formæ dignitas, coloris bonitate tuenda eſt. & ibid. a, Ergo & à forma *virili* remoueatur omnis viro non dignus ornatus. & 25 b, Natura formã noſtram, reliquãq; figurã, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promtu. de Orat. 100 b, In geometria lineamenta, formæ, interualla, &c. Offic. 22 a, Vt ad officij formam reuertamur. de Clar. 196 a, Ingenij quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. de Orat. 117 b, Exprimere quandam formam, figuramq; dicendi. Orat. 103 b, Non modò partes orationis, ſed cauſæ totæ aliæ alia forma dicendi ſunt tractandæ. de Orat. 146 a, Penè innumerabiles ſunt quaſi formæ figuræq; dicendi, ſpecie diſpares, genere laudabiles. de Orat. 153 b, Cùm quæritur, quę forma & quaſi naturalis nota cuiuſq; ſit: vt ſi quæratur auari ſpecies, ſeditioſi, glorioſi. Offic. 68 a, Species, forma, & notio boni viri. de Nat. 6 a, Vnde illæ quinq; formæ, ex quibus reliquæ formantur. de Nat. 6 b, Forma rotunda: *id eſt, figura.* Tuſcul. 240 a, Puer egregia *(al. eximia)* forma. Epiſtol. 15 a, Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà. ad Herenn. 21 b, Imagines ſunt formæ, notæ, ſimulacra rei. ad Herenn. 22 a, Diſſimiles forma atq; natura loci. & b. Si formam eius detinebimus. ibid. Formarum diſpoſitio. de Clar. 192 b, Significant *orationes Catonis* quandam formam ingenij, ſed admodum impolitam & planè rudem. Orat. 200 a, In omni re difficilimum eſt formam, qui χαρακτὴρ Græcè dicitur, exponere optimi. ibid. Quæ forma maximè excellat. ibid. Sed quoniam plura ſunt orationum genera, eaque diuerſa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, &c. reliquarum rerum formam, &c. non complectar hoc tempore: non quò negligenda ſit. Eſt enim illa quaſi nutrix eius oratoris. ibid. Ab hac & verborum copia alitur, & eorum conſtructio, & numerus liberiore quadam fruitur licentia. pro Mil. 118 b, Non fuiſſe credo fas, clariſſimorum virorum formas illi tetertimo parricidæ aliquid decoris afferre. Tuſcul. 155 b, Formam aliquam figuramque quærebant. de Nat. 11 a, Ac de forma quidem partim natura nos admonet, partim nos ratio docet. Nam à natura habemus oẽs omniũ gentiũ, ſpeciem nullã aliã, niſi humanam, Deorum. Quæ enim alia forma occurrit vnquam aut vigilanti cuiquam aut dormienti? de Nat. 44 b, Si innumerabiles vnius & viginti formæ literarum vel aureæ vel qualeslibet, aliquò conijciantur: poſſe ex his in terram excuſſis Annales Ennij, vt deinceps legi poſſint, effici. de Natur. 55 b, Oculi in pictis, fictis, cælatiſque formis multa cernunt ſubtilius. de Legib. 179 a, Diuiniſſima autem dona aues habent *(alij omittunt hoc verbum)* & formæ ab vno pictore vno abſolutæ die. de Vni. 197. 198. Formam autem & maximè ſibi cognatam & decoram dedit *mundo Deus.*

¶ *Dialectice ſpecies.* Top. 222 a, Forma à genere nunquam ſeiungitur. & 223, Forma & ſpecies idem. item: Forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis, & quaſi fontem referri poteſt. & ibid. Nolim ſpecierum & ſpeciebus dicere: at formis & formarum velim.

† Syntaxis. *In eo forma eſt, ac ſpecies liberalis. Honeſti forma & facies. Formam & ſimilitudinem alicuius habere. Formæ ſpecies:* attributum ergo formæ ſpecies eſt. *Aedificij forma, exemplar. Ingenij impolita forma. Formæ & figuræ dicendi.*

FORMANDVS, a, um. pro Seſt. 6 b, Capua, qua ipſa tum imaginis formandæ cauſa duumuirum agebat. de Orat. 160 b, Hanc igitur ad legem cum exercitatione, tum ſtylo formanda nobis oratio eſt.

FORMATVS, a, um. *forma præditus.* ad Heren. 40 b.) (*.Informis.* de N. 62 b, Formatas in animis noſtris deorũ notiões eſſe. de Diuin. 137 a, Quę nunquam vidimus, ea tamen formata in animo habemus. in Verr. 16 a, Erant ſigna complura ex ære: in his mira pulcritudine ipſa Chimæra in muliebrem figuram habitumq; formata.

FORMIAE, arum. *oppidum.* Att. 30 a.

FORMIANVM. *villa.* Att. 25 a, Tu ſi in Formiano non erimus, ſi nos amas, in Pompeianum venito.

FORMICA, cæ. de Nat. 63 b, In formica non modò ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria eſt. * Incer. Formicas ſoliuagas. de Nat 63 b, Num iccirco exiſtimas formicam anteponendam eſſe huic pulcerrimæ vrbi?

FORMIDO, das. *metuo, paueo.* I. A 172 a, Vnus inuẽtus eſt, qui id auderet, quod omnium fugiſſet & formidaſſet audacia. Orat. 217 b, Quo etiam ſatietas formidanda eſt magis. Ep. 120 a, Neq; prius formidare deſinam, quàm, &c. Attic. 134 a, Huius inſidioſa dementia delectatur, illius iracundiam formidat. Qu. fr. 322 b, ἀπὸ τύχης formido. de Fin. 75 b, Formidare omnia.

FORMIDO, nis. *fixus pauor.* Tuſcul. 213 a, Formido eſt metus permanens. pro S. R. 19 a, Forſitan quæretis, qui iſte terror ſit, quę tanta formido. Att. 14 b, Vidi hominem XIIII. cal. Feb. plenum formidinis. pro Qu. 8 a, Minas iactare, formidines opponere. de Prou. 78 a, Subita atq; improuiſa formido. I. C. 119 b, Vt aliqua in vita formido improbis eſſet poſita. * ad Herenn. 6 b, In vitatione incommodi formidinem augebit. & 11 b, Iſtum à maleficio propter acerrimã formidinem non temperaſſe. de Fin. 62 a, Non conturbamur ignoratione rerum, è qua ipſa horribiles exiſtunt ſępe formidines. Tuſc. 155 b, Cuius ignoratio finxit inferos, eaſq; formidines, quas tu contemnere non ſine cauſa videbare. Att. 132 a, Nullum fuiſſe tempus, poſt has fugas & formidines noſtras.

FORMIDOLOSE. *timidè.* pro Seſt. 32 a.

FORMIDOLOSVS, a, um: ſſimus. *horribilis.* pro Clu. 19 a, Conſeſſus veſter, quem illi horribilem A. Cluentio & formidoloſum fore putauerunt. I. V. 235 b, Dubijs formidoloſiſq; temporibus. I. P. 92 a, Formidoloſiſſimum bellum.

† Syntaxis. *Fugit & formidat audacia. Terror & formido. Oponere formidines. Ponere alicui formidinem. Horribile & formidoloſum tempus bellum.*

FORMO, as. *figuro, fingo. effingo.* Acad. 4 a, Ex materia quam fingit formatque effectio. de Orat. 159 a, Sed verba nos ſicut molliſſimam ceram formamus & fingimus. de Nat. 23 a, Atomi formare, figurare, colorare, animare non poſſunt. de Orat. 112 a, Oratoris eſt formare orationem, eamque variare & diſtinguere. * Acad. 42 b, Quam *conſuetudinem* partim exercitationis aſſiduitate, partim ratione formabant.

FORMOR, ris. de Diuin. 127 a, Perinde vtcunque temperatus ſit aër, ita pueros orientes animari atque formari. de Orat. 146 a, Non poſſunt ea, quæ inter ſe diſcrepant, ijſdem præceptis atque in vna conſtitutione formari. de Orat. 141 b, Verba quæ formari ſimilitudine nulla poſſunt. de N. 6 a, Vnde verò illæ quinq; formæ, ex quib. reliqua formãtur? Ac. 29 a, Ignis qui moueat terrã, q̃ ab eo formetur.

† Syntaxis. *Formata oratio, & diſtincta. In animo formata de Deo notio. Diſcrepantia non ijſdem præceptis, & vnica conſtitutione formantur.*

FORMOSITAS, tis. *pulcritudo, forma.* Offic. 25 b, Decorum poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto.

FORMOSVS, a, um: ſior, ſſimus. *pulcer, qui eximia facie eſt.* de Inuent. 50 a, Formoſus, an deformis. de Inuent. 62 a, Zeuxis quæſiuit ab eis, quáſnam virgines formoſas haberent. de Natur. 6 b, Formoſus & pulcer. *Hic aduerte, formoſus, & pulcer.* de Nat. deor. 6 b, Formoſior Cylindri forma, quàm quadrati, vel coni, vel pyramidis. de Inuent. 62 b, Præbete igitur mihi quęſo, inquit, ex iſtis virginibus formoſiſſimas.

FORMVLA,læ. *præſcriptum,norma,nota.* de Orat,118 a,Hæc eſt enim in ludo cauſarum ferè formula, Lex peregrinum vetat,&c. Off.94 a, Aquilius protulit de dolo malo formulas.de Clar.190 a, Quod in iuriſconſultorũ includitur formulis. Epiſt.215 a,Et vt vos ſoletis in formulis, ſic ego in epiſtolis de eadẽ re alio modo. & 105 a, Formula fiduciæ, vt, Inter bonos bene agier. de Finib.64 b, Oratio primùm pręſcribit,vt quibuſdã in formulis, quæ res agatur. Off.56 a, Formula quædã conſtituenda eſt:quam ſi ſequemur in comparatione rerũ, ab officio nunquam aberrabimus. & ibid.Erit autẽ hæc formula Stoicorũ rationi diſciplinæq́; maximè conſentanea. de Leg.157 b,Stipulationũ & iudiciorũ formulas cõponere. pro Qu. R 49 a,Sunt iura,ſunt formulæ de omnibus rebus cõſtitutæ,ne quis aut in genere iniuriæ,aut ratione actionis errare poſſit.pro S.R.40 a, Expreſſæ ſunt publicè à prętore formulæ, ad quas priuata lis accõmodetur. pro Mur.129 b, *de iuriſconſultorum formulis.*Orat.203 b,Sequitur, vt cuiuſq; generis nota quæratur & formula.& 200 a,Quid eſt,quod pręſcriptũ aliquod aut formulã exprimas?de Orat,124 b,Plura iudicant homines odio aut amore,&c. quàm veritate,aut pręſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula.de Opt.244 b,Cauſa ipſa abhorret ab illa quidẽ formula conſuetudinis noſtrę. & ib.Et ad quã eos quaſi formulam dicendi reuocẽt. pro Qu. Poſtulat, vt ſibi Quintius iudicatum ſolui ſatiſdet, ex formula quod ab eo petat, quoniã, &c. pro Fl.153 b,Niſi verò hactenus iſta formula teſtimonij atq; orationis tuæ deſcribi ac diſtingui poteſt. pro Q.R,46 b,Aliquẽ in antiquiſſimã formulam ſponſionis concludere. de Cl,182 a, Quid ille non dixit de teſtamentorũ iure, de antiquis formulis. * de Orat.99 b,In teſtamentorum formulis verſari. I.V.138 b, Quæ omnia nouas iniurias habent, ſed poſtulationum formulas vſitatas.pro Mur 130 b,Illa gloria militaris veſtris formulis atq; actionibus anteponenda eſt. Acad.42 a, Sed vtriq; Platonis vbertate completi certam quandam diſciplinæ formulam compoſuerunt, & eam quidem plenam ac refertam.

FORNAX, cis. de N.22 a,Sunt quædam bæſtiæ,quæ appareant in ardentibus fornacibus ſæpe volitantes.

FORNICATVS,a,um. *qui fornicem habet, cum fornice vt paries fornicatus.* Top.22 a,Paries ſolidus vel fornicatus.

FORNIX,cis. *camera,arcus.* I. V.69 b, Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem.Top.222 a,Pręſtare quod fornix vitij fecerit. in Verr.139 b, Huius fornix in foro Syracuſis eſt, in quo nudus filius ſtat. ad Herenn. 21 b, Locos appellamus eos,qui breuiter, perfectè, inſigniter, aut natura aut manu ſunt abſoluti,vt eos facilè naturali memoria cõprehendere & amplecti queamus : vt ædes , intercolumnium,angulum,fornicem,& alia quæ his ſimilia ſunt. de Orat. 133 b, Vt in forum deſcendens caput ad fornicem Fabij demitteret. de Orat. 157 b, Quo in genere primùm fugienda eſt diſſimilitudo,vt:Cœli ingẽtes fornices. Quãuis ſphæram in ſcenam (vt dicitur) attulerit Ennius: tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe.de Aruſp. 248 b, Vis innumerabilis incitata ex omnibus vicis collecta ſeruorum, ab hoc ædili religioſo repentè fornicibus oſtijsq; omnibus in ſcenã ſigno dato immiſſa irrupit. pro Planc.262 a, Cum ego ad Fabium fornicem impellor.

FORS. *fortuna.* Att.227 b,Sed hæc fors viderit, quæ talibus in rebus plus quàm ratio poteſt. Att.60 b,Sed de illa ambulatione fors viderit,aut ſi quis eſt,qui curet, Deus, & 111 b,Sed hæc vt fors tulerit. & 118 a, Quemcunq; fors tulerit caſum.I.P.80 a, Sit ſanè fors domina campi.

FORTE` fortuna. de Diuin. 112 a,Aliquid aut caſu aut fortè fortuna fieri.

† Syntaxis. *Accidit caſu, aut fortè fortuna.*

FORSITAN. *fortaſſe.* de Orat. 125 b, Maior ars aliqua forſitan eſſet requirenda.Et Attic.190 a,pro S.R,19 a,Forſitan quæratis,&c. Cæl.Epiſt.113 a, Forſitan cum locupletiore referam.

FORTASSE. *forſitan, fortè.* Epiſt. 26,Quod eſt igitur mihi triſte conſilium ? vt diſcederem fortaſſe in aliquos ſolitudines? & 27 b, de Orat.93 b, Græculus ocioſus & loquax, fortaſſe doctus & eruditus. Orat.215 b,Elegit ex omnibus Iſocratis libris verſus fortaſſe triginta Hieronymus. Attic.1 b, Et fortaſſe cum Romæ à iudicijs forum refrixerit,excurremus menſe Septembri, &c. Att.95 b,Puer fortaſſe fatuus.

FORTASSIS. *fortaſſe.* Epiſt.27 b,Sed ego fortaſſis vaticinor.

FORTE`. *caſu, fortuna, fortaſſe.* de Orat 129 a,Fortè euenit,vt in Priuernati eſſemus, &c. & pro Cl.47 a, de Orat.126 a, Ac ne fortè hoc magnum ac mirabile videatur. I. V.55 a, Si quis fortè miratur,&c, Quint.frat.300 a,Ne fortè me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere. pro Planc. 273 a,Cum caſu diebus ijs, &c. Puteolos fortè veniſſem, cũ,&c.pro Flac.150 a,Niſi fortè,&c. de Off.58 a,Niſi fortè illud,&c.de Orat.147 a,Et aliquem ſi fortè motum,&c.

FORTICVLVS,la,lum. *diminut. à forti.* Tuſc.185 a, * Quamuis idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.

FORTIS, fortiſſimus. *Magnanimus, ſtrenuus, acer, conſtans, potens, robuſtus, valens, inuictus, magnus, animoſus, multum roboris habẽs, in quo multũ eſt roboris ac virtutis, qui animo excelſo & alto eſt, maximi animi, qui omnia in ſe poſita eſſe ducit, & humanos caſus virtute inferiores putat.)(.Ignauus.* de Amic.96 b, pro S.R.41 a, Viris fortibus quorũ opera eximia in rebus gerendis extitit,honos habitus eſt.Tuſc.177 a Fortes nõ modò fortuna adiuuat, vt eſt in prouerbio, ſed multò magis ratio.pro Mil.115 a, Et vnius poſt homines natos fortiſſimi viri magnitudinem animi deſideres.I V.136 b,Vir fortiſſimus & innocentiſſimus S.Peduceus.Att.127 b, Quod doleo viris fortiſſimis accidiſſe. pro Seſt.12 b,Vir fortis & acris, animique magni. pro Milon. 119 b, Vir fortis & animoſus,& acriter morti ſe offerens. pro Fon.283 a,Fortis ad pericula.de Cla.175 a, Conſtans & fortis vir. pro S. R.32 b,Vir cõtra audaciam fortiſſimus. I.V.171 a,Adoleſcens bonus & fortis. Off.10 a, Fortis animus & magnus. de Sen.92 a,Senectus animoſior eſt,quàm adoleſcentia,& fortior.Att.132 a, Quod vnquam eorum in rep. forte factum extitit?de Or.163 b Inflexio laterum fortis & virilis. de Orat. 105 a, Sic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam videri,fortem & virilem non videri.de Orat.125 a, Oratio fortis,acris, vehemens.)(*.placida, ſubmiſſa, lenis.* de Or.145 a,Forte & vehemens genus dicendi. de Or.145 a, Fortiſſimo animi impetu , pleniſſima & maxima voce, ſumma contentione corporis. I. C.113 b, Dictæ ſunt à principibus acerrimæ & fortiſſimæ ſententiæ. I. A. 240 b, Acerrima illa & fortiſſima cupiditas, imminuta & delibata eſt.Offic.16 b,Fortis animi eſt & conſtantis non perturbari in rebus aſperis. Att.242 b, Hoc loco Caſſius fortibus ſanè oculis matrẽ ſpectare. * pro M.Scau.Qui fortiſſimus in bello fuiſſet.Hortenſ. In dolore podagræ nihilo fortior quàm. Att.100 a, Ego cum ſciam quàm ſis fortis,vehemẽtius eſſe quiddam ſuſpicor, quod te cogat cedere,& propemodum infringat.

† Syntaxis. *Vir fortis, & animoſus: & contrà. Oratio fortis & virilis. Oratio fortis, acris, vehemens, fortiſſimus animi impetus. Acerrima & fortiſſima ſententia. Fortibus oculis ſpectare.*

EORTITER. *animoſè, viriliter, conſtanter, neruoſè, acriter, ſtrenuè, magno animo.* Att.227 b, Quicquid acciderit, fortiter ac ſapienter ferre.pro Qu,5 b,Dolabella iniuriã facere fortiſſimè perſeuerat. Att.247 a,Atq;, mi Attice,fortiter hoc velim accipias,vt ego ſcribo.Off.13 a,Quę animo magno & fortiter excellenterq; facta ſunt. de Prou.77 b, Quàm ſapienter, nõ diſputo:conſtanter quidẽ & fortiter certè.I. A. 192 a, Animoſè & fortiter facere aliquid. pro Flac.168 b, Cum hoſtibus fortiter bellum gerere.Att.130 a, Quemuis euentum fortius feram, quàm hunc dolorem.

† Syntaxis. *Iniuriam fortiter facere. Fortiter accipere, forti animo. Magno animo, fortiter, & excellenter factum.*

FORTITVDO, nis. *magnitudo animi & robur, animi excelſi atque inuicti magnitudo & robur, animi excellentia magnitudoq́ue, elatio & magnitudo animi, animi excellentis magnitudo & præſtantia, præſentia, robur, vis, excelſitas & magnitudo, fortis animus & magnus, acer & præſens animus, magnus & excelſus, excellens animus & humana contemnens, magna vis & incredibilis animus.)(.ignauia. timiditas, inertia.* de Inuen.82 b,Fortitudo eſt cõſiderata periculorum ſuſceptio, & laborũ perpeſſio.Off 76 a,Fortitudo eſt dolorum laborumq́, contẽptio.Off.13 a,Itaq; probè definitur à Stoicis fortitudo, cũ eam virtutem eſſe dicant propugnantẽ pro æquitate,Tuſ. 236 b,Fortitudo eſt animi affectio in adeundo periculo,& in labore ac dolore patiens.Offic.73 a, Magnitudinis animi & fortitudinis proprium eſt, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere,nihil quod homini accidere poſſit, intolerandum putare. Tuſc.184 b, Viri propria maximè eſt fortitudo: cuius munera duo maxima ſunt, mortis doloriſq; contemptio. de Nat.67 a, Fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in peritudo ſpectari. Tuſcul. 220 b, Fortitudo eſt igitur animi affectio , legi in perpetiendis rebus obtemperans , vel conſeruatio ſtabilis iudicij in eis rebus quæ formidoloſæ videntur ſubeundis & repellendis : vel ſcientia rerum formidoloſarum contrariarumq́ue, aut omnino negligendarum, conſeruans earum rerum ſtabile iudicium. Tuſc.220 a.Fortitudo eſt,inquit Chryſippus, ſcientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore.Tuſc 181 b,Quid fortitudini comitibuſq; eius, magnitudini animi, grauitati, patientiæ,rerum humanarum deſpicientiæ,quomodo reſpondebis? Parad.236 b, Quæ veniẽtibus malis obſtat fortitudo.Anteq.193 a,Qui non militum præſenti fortitudine, ſed ſua eximia animi virtu-

virtute hoſtilem ciuium mẽtem vindicauit. pro Seſt.22 a, Hoc ſentire, prudentiæ eſt: facere, fortitudinis: ſentire verò & facere, perfectæ cumulatæq; virtutis. I.C.103 a, Non eſt vehemẽtiùs ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ ac deſidiæ pertimeſcenda. pro Pomp.9 b, Labor in negocijs, fotitudo in periculis. Off.16 a, Sunt ergo domeſticæ fortitudines non inferiores militaribus. ad Her. 16 b, Fortitudo eſt rerũ magnarum appetitio, & rerum humilium contemptio, & laboris cum vtilitatis ratione perpeſſio. Partit. 237 a, Fortitudinem audacia imitatur. * Hortenſ. Nec enim fortitudinis indigeremus.

FORTVITO. *fortuitu, caſu, temerè.)(.conſultò.* Orat.215 a, Superior ætas numero caruit, niſi ſi quãdo temerè ac fortuitò. contr. Rul.69 b, Paucas tribus non certa conditione iuris, ſed ſortis beneficio fortuitò ad vſurpandum libertatẽ vocare. de Diu.107 a, Aliquid caſu & fortuitò factũ eſſe. de Orat.94 a, Fortuitò in aliquem ſermonem incidere. Orat. 214 a, Cùm, vt fit, fortuitò dicerent, &c. Epiſt.64 b, Non repentina aliqua voluntate, neque fortuitò incidere ad aliquid agendum. de Fin.132 a, Hoc ita eſt fortuitò.

† Syntaxis. *Temerè & fortuitò. Sortis beneficio aliquem ad libertatem vocare. Caſu & fortuitò.*

FORTVITV. *fortuitò, caſu.* I.A 225 a, Quod verbum tibi non excidit, vt ſæpe fit, fortuitu, ſed ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti. Offic.21 a, Temerè ac fortuitu, inconſideratè, negligenterque facere aliquid. ad Heren.4 a, & de Diu. 121 a, & 112 a, Caſu & fortuitu nauis in portum incolumis delata eſt.

† Syntaxis. *Temerè, ac fortuitu, inconſideratè, negligenterq;.*

FORTVITVS, a, um. *in fortuna poſitus.* Epiſt.98 b, Vt illud neſcio quid non fortuitum, ſed diuinum videretur. de Nat. 14 b, Ex his factum eſſe mundum concurſu quodam fortuito. de Orat 97 a, Subita & fortuita oratio. de Nat.77 b, Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni. Topic.227 a, Concurſio rerum fortuitarum. Acad.4 a, Fortuita atomorum concurſio.

FORTVNA, næ. *ſors, fors, hera, caſus, temeritas, euentus, conditio.* de Diu.111 b, Quid eſt enim aliud fors? quid fortuna? quid caſus? quid euentus? niſi cum ſic aliquid cécidit, ſic euenit, vt non cadere atq; euenire, vel aliter cadere atq; euenire potuerit? de Diuin.112 a, Nihil eſt tam contrarium rationi atq; conſtantiæ, quàm fortuna. de N.71 b, Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt. de Nat. 34 b, Fortuna, quæ amica varietati reſpuit conſtãtiam. pro Milon.114 b, Vide, quàm ſit varia vitæ commutabiliſq; ratio, quàm vaga volubiliſq; fortuna. de Diu.131 a, Varietas eſt propria fortunæ. de Amic.106 b, Non ſolùm ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiã plerunq; efficit cæcos, quos cõplexa eſt. Parad.122 b, Cui quidem, quæ maximã vim habere dicitur, fortuna ipſa cedit. Acad.44 b, Fortuna effecit multa improuiſa nobis propter obſcuritatem ignorationemq; cauſarum. de Diuin. 126 b, Nuſquam fortunatiorem, quàm Præneſte, fortunam eſſe. Tuſcul.233 a, Vitam regit fortuna, non ſapientia. item: O' falſam & volucrem fortunam. & ibid. In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimeſcebat. I.A.259 a, Ne vim fortunæ ſtultitia cõtempſiſſe videamur. de Nat.77 b, Fortunam à Deo petendam, à ſe ipſo ſumendam eſſe ſapientiam. de Pro.76 a, Aliquis fortunæ muneribus ampliſſimis ornatus, ſæpius eius deæ periculum facere non debet. pro Seſt. 6 b, Sed fuit profectò quædam illa reipubl. fortuna fatalis, vt ille, &c. de Nat. 19 a, Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, quis iſte tantus caſus, vt, &c. I.A.248 a, Quis hoc non videt? quod fortuna, quæ dicitur cæca, vidit? Offic.36 b, Magnam eſſe vim in fortuna in vtranq; partem, vel ad ſecundas res, vel aduerſas, quis ignorat? Quint. frat.290 b, Intelligerem etiam fortunæ poteſtatem in nos prorogatam: nunc verò ea pars tibi reip. commiſſa, in qua nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet. Poſtq. 198 a, Si homini nihil magis optandum eſt, quàm proſpera, æquabilis, perpetuaq; fortuna ſecundo vitæ, ſine vlla offenſine, curſu. de Ar.256 b, Vtriſq; horum ſecunda fortuna regnum eſt elargita, aduerſa mortem. Ep.5 a, Ex ijs rebus, quas tibi fortuna elargita eſt. pro Seſt.16 b, En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuã fortunam arbitrentur? I. P. 87 b, Nunc meam ſpoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris. de Nat.76 a, Ad proſperam aduerſamq; fortunam qualis ſis, nihil intereſt. Epiſt. 31 a, Ferre pulcerrimè ſecundam fortunam & aduerſam. Att.121 a, Is ſuperbum ſe præbuit in fortuna, quam putauit noſtrã fore: cuius fortunæ nos, quãtũ humano cõſilio effici poterit, motũ ratione quadã gubernabimus. & 275 a, Miſerorũ fortunã inſectari. p Cl. 19 a, Alicuius miſera, multũq; iactata fortuna. Off 36, Hęc igitur ipſa fortuna cæteros caſus rariores habet. pro Do. 242 a, Caduca ſemper hæc eſſe duxi, non virtutis & ingenij, ſed fortunæ & temporũ munera: quorũ ego bonorũ, nõ tam facultatẽ vnquam & copiam expetendam putaui, quàm in vtendo rationem, & in carendo patientiam. Anteq.194 b, Quem paulo antè fortuna erexerat ad gloriam, &c. de Or.126 b, Cùm imperatorem ad communem imperatorum fortunã defendendã excitarem. Off. 12 a, Propinqui quibus communis plerunq; fortuna eſt. Att.278 b, Nonnulla in Hircio huius belli fortuna, vt in ſecundis fluxa, vt in aduerſis bona. pro Fon.283 a, Felix ad caſum fortunamq; belli. pro Pom.13 a, Fuit profectò quibuſdã ſummis viris quædã ad res magnas bene gerendas diuinitùs adiuncta fortuna. pro Mur.134 a, Par dignitas ad conſulatus petitionẽ, diſpar fortuna prouincialium negociorũ, in hoc & in illo fuit. & 139 a, Hos ad magiſtros, ſi qua te fortuna Cato cũ iſta natura detuliſſet, non tu quidẽ eſſes, &c. Att.273 b, Ciuis qualis & prudentiſſimus & fortuna optima eſſe debet, & 231 b, Omne conſilium in fortuna poſitũ videretur. Poſtq 199 a, C. Marius ſubijt indigniſſimã fortunam præſtantiſſima gloria ſua. Att.138 b, Quorum ego cauſa timidius me fortunę committebam. pro Fl.153 b, Aſclepiades fortuna egens, vita turpis. pro Syl. 184 a, Orat vos, vt ſe aliquãdo ſi non integra fortuna, at afflicta patri ſuo gratulari ſinatis. in Sal.274 a, Salluſtius bis ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit. Quin. de Pet.206 b, Quanto melior tibi fortuna petitionis data eſt, quàm C. Cælio. de Diu. 88 b, Interpretes reſponderunt eum clariſſimum Græciæ diuturna cũ fortuna fore. Ep. 8 a, Gaudeo tuam diſſimilem fuiſſe fortunam. de Orat.94 a, Scæuola, quem nunc mearum ineptiarum teſtem fortuna cõſtituit. ad Att.94 a, Sed hoc fortuna viderit, quoniam conſilio non multum vti licet. 226 a, Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. Ep.54 b, Nam adhuc & factum tuũ probatur, & vt in tali re, fortuna laudatur. I.V.92 b, Lampſaceni Romanorũ conditione ſocij, fortuna ſerui. pro Mil.119 b, Conditio atq; fortuna hominũ infimi generis. Off.9 a, Eſt aũt infima conditio, & fortuna ſeruorũ. I.P.90 b, Mulieres omnis fortunæ ac loci. de Fin.137 b, Homines infima fortuna. Ep.204 b, Graue eſt, cum ſuperior factus ſit ordine, inferiorem eſſe fortuna. & ibid. Solatia, quæ cæteris ſimili in fortuna non defuerunt. de Am.107 a, Amplificare fortunam. de Prou.71 a, & 70 b, Eſſe infelicem, fortunæ eſt: eſſe deteriorem, improbitatis eſt. Tuſc. 233 b, Bona corporis & quæ extra corpus in caſu ſunt atq; fortuna. item: Fortuna L. Syllæ & Timothei. * de Conſolat. Mori & tanquam ex incendio effugere fortunæ. Incer. Optatiſſimum eſt perpetuò fortunam quàm florentiſſimam habere. ibid. Cùm ex aduerſis & perditis ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur. ad Heren 5 a, Purgatio diuiditur in fortunam, imprudentiam, neceſſitatem. & 10 b, Cum in fortunam cauſa conferetur. ad Herenn. 13 a, *Pacuvij*. Fortunam inſanam eſſe & cæcam & brutam perhibent philoſophi, Saxoque inſtare globoſo prædicant volubili. Ideò quò ſaxum impulerit, eo cadere Fortunam autumant. Cæcam ob eam rem memorant, quia nihil cernat, quò ſeſe applicet. Inſanam autem aiunt, quia atrox, incerta, inſtabiliſque ſit. Brutam, quia dignum & indignum nequeat internoſcere. Sunt autem alij philoſophi, qui contrà fortuna negant. Miſeriam eſſe vllam, ſed temeritate omnia regi. ibid. Naufragio res contigit. Nempe ergo haud fortuna obtigit. ibid. Verius eſſe, temeritate quàm fortuna res regi. pro Syll. 174 a, Si nobilitas hominis, ſi afflicta fortuna non tam illuſtres fuiſſent. pro Marc. 131 b, Maximam verò partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi vendicat, & quicquid proſperè geſtum eſt, id penè omne ducit ſuum. pro Marc. 132 a, Illa ipſa rerum humanarum domina. Fortuna in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert: tibi cedit: tuam eſſe totam & propriam fatetur. & 136 a, Qui nõ fortuna inflammaret odium ſuum. Tuſcul.177 a, Fortes non modo Fortuna adiuuat, vt eſt in prouerbio, ſed multò magis ratio. & 228 b. In quibus *caſibus* me fortuna vehementer exercuit. Offic.42 a, Si quis ab ineunte ætate habet cauſam celebritatis aut nominis, aut à patre acceptam, aut aliquo caſu atque fortuna. Epiſt. 11 a, Dixi me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis victorijsque anteferre. Epiſt. 26 b, Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcerem. Epiſt. 146 a, Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus: quod quanquam ſine virtute non potuiſſes: tamen ex maxima parte ea, quæ es adeptus, fortunis temporibusque tribuuntur. Attic. 156 b, Horum ego ſummorum imperatorum non modò res geſtas non antepono meis, ſed ne fortunam quidem ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictati videmur.

† Syntaxis. *Fortuna vaga, volubilis, varia, cæca, rerum humanarũ domina, inſana, bruta, falſa, volucris, fatalis, proſpera, æquabilis, perpetua, ſecunda, aduerſa, ſtabilis, ſpoliata.*

**Fortvnae**,narum.*bona,pecunia*, pro Dom.128 a,Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. Poſtq.211 b,Bonos viros lugere malui meas fortunas, quàm ſuis deſperare. pro Syl. 179 b, P.Sylla & ſecundas fortunas amittere coactus eſt, & in aduerſis ſine vllo remedio permanere. pro Qu. Roſc. 50 b, Tum omnium poſſeſſiones erant incertæ,nunc omnium fortunæ ſunt certæ. Epiſt.52 b,Nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortunas obtinendas. Tuſcul. 156 b, M. Craſſus, qui illas fortunas morte dimiſit. Epiſt. 87 b, Itaque ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate agendi,agam ipſe per me, &c. & 53 a, Tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Epiſt.70 b,Dignitate tua & fortunis frui poteris. de Orat. 127 a, Ego pro mea omni fama fortunisq́; decerno. Att. 289 a, Vir honoribus ampliſſimis fortunisq́; maximis ornatus. pro Rab.91 a, & de Inu. 55 b, Succurrere ſaluti fortunisq́; communibus. Att.73 a, Nec prouincia nobis prorogetur per fortunas,prouide.& 49 a, Ad quæ recuperanda,per fortunas incumbe. & 57 a, Per fortunas illud præmuni quæſo,vt ſimus annui.* pro Sext.Roſc,19 b,Vt pecunia fortunisq́; noſtris contentus ſit. in Piſ.90 b,Quoniã fortunarum contentionem facere cœpimus.

† Syntaxis. *Fortuna ac bona. Lugere fortunas alicuius. Obtinere ſuas fortunas,dimittere. Vir maximis fortunis. Pecuniæ fortunæq́;. Per fortunas ad illud incumbe. Per fortunas prouide,obſecrandi ratio.*

**Fortvnate**`*feliciter.* Brut.165 b,Fortunatè beateq́ vixiſſe. & de Fin.95 b, Fortunatè viuere.

**Fortvnatvs**,a,um.*felix,cuius venti valde ſecundi.* de Orat.141 a,Scopas fortunatus homo & nobilis. pro Qu. 14 b, O` hominem fortunatum.I. C.105 b, O`fortunatam rempub. ſi quidem,&c Quin.frat.316 b,Nihil nobis eſt fortunatius. Tuſc.202 b,Qui ſenem fortunatum eſſe dixit. de Diu.126 b,Nuſquam fortunatiorem,quàm Præneſte, fortunã eſſe. de Sen.82 a,Mihi verò illi comitatu nobilium iuuenũ fortunati videbantur.pro Mur.136 a,Integer & fortunatus.de Clar 196 a,Fortunatus exitus illius.* Tuſc.255 a,Qui tum fortunatiſſimus haberetur. de conſula. ſuo. Quorum luxuries fortunata cenſa peperit.

**Fortvno**, as. *ſeruo, augeo* Epiſt. 18 b, Tibi patrimonium dij fortunent. & 249 a, Eum honorem tibi deos fortunare volo.

† Syntaxis.*Fortunatè, feliciter. Nihil eſt fortunatius illo. Fortunat ſuos Deus.*

**Forvm**,ri. *macellum,iudicia publica,& locus vbi iudicia exercentur.* pro Cluent.52 b,L.Clodius pharmacopola circumforaneus,qui properaret, cui fora multa reſtarent, ſimulatque introductus eſt,rem conficit. Attic.76 b, Epiſt. 34 b, Appius in vltimam prouinciam ſe coniecit, Tarſum vſq;, ibique forum agit: *id eſt, iudicia exercet.* in Verr.255 b,Iura Siculorum, quæ habent, ne extra ſuum forum vadimonium promittere cogantur. & 143 a, Sectari aliquem circum omnia fora. contra Rul.67 b,Sublata erat de foro fides.Epiſt.64 b, Vt primùm attigi forum. Epiſt.153 b,Forum Vocontij, Forum Iulij. I. C.102 a,Forum Aurelium. Epiſt.185,Forum Cornelium. Epiſt.162,Forum Gallorũ. Epiſt.166, Forum Vocontium. *I.V.228 b,Forum & iuriſdictionem cum ferro & armis conferatis. Frag. ep. Deſcendi ad forum togatus. de Orat.87 b,Ne ſemper forum, ſubſellia,roſtra,curiamque mediteris. & 88 a, Quod remoto foro, concione, iudicijs, ſenatu, ſtatuiſti oratorem in omni genere ſermonis & humanitatis eſſe perfectum. Poſtq 205 a, Mutum forum, elinguem curiam videbatis. in Piſ. 79 b, Nunquam erat audita vox in foro. Att.192 b, Quòd me in forum vocas, eò vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quid enim mihi cum foro ſine iudicijs,ſine curia? de Finib.111 b, Quæ *philoſophia* communi more in foro loquitur.

¶ *Veſtibulum.* de Leg.182 b, Lex forum,id eſt, veſtibulum ſepulcri,buſtúmve vſu capi vetat.

† Syntaxis. *Forum agere.*

**Fossa**, ſæ. Epiſt. 245 b,Oppidum vallo & foſſã circundedi. Tuſcul.239 b, Cùm foſſam latam cubiculari lecto circundediſſet. pro Cecin. 291 b, Prætor,qui de foſſis & de cloacis interdicit.I.P.97 a, * Cuius ego imperio,&c.nõ Rheni foſſam gurgitibus illis redundantem Germanorum immaniſſimis gentibus obijcio & oppono. Tuſculan. 239 b, Cùm, &c. eius foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet.

**Fossio**,nis.*ipſa fodiendi actio.* de Seneđ 88 a, Quid agri foſſiones repaſtinationesq; proferam? de Diui.31 a,Recenti foſſione terram fumare calentem.

**Fotvs**,a,um.de N 50 b, Ex ouis pulli orti matres relinqunt, à quibus excluſi fotiq; ſunt.

**Fovea**,ueæ in Ant.193 b,Bellua,quæ quoniam in foueam incidit obruatur.



**Fovendvs**,a,um.pro Mur.142 a, Gubernacula reipubl.petas,fouendis hominum ſenſibus & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus? Qu. frat. 304 b, Hortenſius per Pomponium tibi fouendus eſt.

**Foveo**,ues, foui,fotum. *tego,alo,tueor,retineo.* de Natur.52 a, Aues cum ex ouis pullos excluſerunt, pennis eos fouent, ne frigore lædãtur. Att.176 a, Illum tamen non modò fouit,ſed & tantam pecuniam illi dedit, honoris mei cauſa. Ep.12 a,Inimicum meum ſic in manibus habebant, ſic fouebant,ſic oſculabantur. Quin.fr.319 b,Scribis de Cæſaris ſummo in nos amore: hũc tu fouebis:& nos quibuſcunq; poterimus rebus,augebimus. Attic.244 b, Vectenum, vt ſcribis,& Faberium foueo. Att.190 b,Nam dum illud tractabam,quaſi fouebam dolores meos.

† Syntaxis. *Fouere pullos, amicos, amorem, dolorem, hominum ſenſus.*

**Fractvs**,a,um. *infractus, debilitatus, afflictus.* pro Dom.232 b, Qui me animo nimis fracto eſſe atque afflicto loquebantur. & 218 a, Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. Poſtquam. 209 b, Aliquis fractus, & propè diſſipatus. & 202 a, Aut debilitata virtute,aut fracto animo eſſe.pro Flac.159 a,Fractum & debilitatum Græciæ nomen.Attic.193, Afflictus & fractus animus. de Cl.192 b,Fractum & minutum & puerile. pro Syl. 169 b, Fractus & afflictus calamitate. de Orat.95 a, Simulac me fractum & dêbilitatum metu vidit.)(.*eſſe erecto animo.* pro Mil. 116 a, Concuſſa hominum licentia, & cupiditatibus fractis. Att.55 a, Qu. fratris domus primò fracta coniectu lapidũ. I. V. 212 b, Annulus aureus, quem habebat,fractus eſt & comminutus.I.A.233 b,Et quidem fracto crure. de Orat. 149 b, Non fractum eſſe fortuna. I.P.85 b, Itaq; in illo tumultu fracti faſces. *Poſtq. 205 a, Tacita & fracta ciuitas. pro Marc.136 a, Omnis fracta diſſenſio eſt armis, & extincta æquitate victoris.

† Syntaxis. *Animus fractus & debilitatus. Fractus & afflictus. Fractus & diſsipatus pauper. Fractum, minutum,puerile dicendi genus.*

**Fraenvm** L. **Frenvm**.

**Fragilis**,le. *caducus.)(.ſtabilis, firmus.* de Somn.130 b, Sic fragile corpus animus ſempiternus mouet. de Leg.160 b, Corpus fragile & caducum de Fin.81 b, Quis enim confidit ſemper ſibi illud ſtabile & firmum permanſurũ, quod fragile & caducum ſit.de Sen. 90 b, In fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. de Am. 115 a, Res humanæ fragiles caducæq; ſunt.

**Fragilitas**,tis. Tuſc.228 b,Imbecillitatem fragilitatemq́; humani generis extimeſco. pro Mar.234 b, Caſus humanos & incertos euentus valetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimeſco.

† Syntaxis.*Fragile & caducum corpus. Fragiles res humanæ. Imbecillitas & fragilitas. Naturæ communis fragilitas.*

**Fragmentvm**,ti.*rei fractæ pars, fruſtum* pro Seſt.20 b,Hunc adoriuntur fragmentis ſeptorum & fuſtibus.& de N.42 a, * Cùm dicimus natura conſtare adminiſtrariq; mundum, non ita dicimus vt glebam,aut fragmentum lapidis,aut aliquid eiuſmodi,nulla cohærendi natura.

**Fragor**,oris.*rei fractæ ſonitus, ſtrepitus.* ad Her. 33 b,Fragor ciuitatis auditus eſt.

**Francones**,num *populi.* Att.226 a,Sueui,Francones.

**Frangendvs**,a,um Poſtq. 208 a,Aliquẽ iudicio eſſe frangendum,vim vi eſſe ſuperandam.

**Frango**,gis. *infringo, perrumpo, confringo, comminuo, infirmo, contundo.* de Nat.51 a,Miluio eſt quoddam bellum naturale cum coruo. Itaque alter alterius oua frangit. de Pro.75 b, C. Pomptinius ortum repentè bellum Allobrogum prælijs fregit, eosq́ue domuit. Offic.41 a, Viriatus Luſitanus, quem C.Lælius fregit & comminuit. I.A.252 b, Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. Epiſt. 191 a, Primus ego leges Antonianas fregi. Anteq.192 b, Qui hoſtium fregerunt furorem. I. P. 86 a, Hominis furorem & petulantiam fregi. de Cl.73 a,Frangere aliquem patientia. de Legib. 190 b, Frangere libidines alicuius. de Orat. 92 a, Frangere cupiditates. pro R. P. 127 a, Vis quæ ſummas frangit infirmatq́ue opes. Ep.49 a, Fregit hoc meum conſilium,& Cæſaris magnitudo animi,& Senatus officium. in Vat. 34 b, Fregiſti ceruices in carcere ipſi Vectio. Epiſt.53 b,Sin te tanta mala frangunt. pro Q. R.47 b,Frangere fidem.Epiſt.51 b,Frangere ſeipſum. I.P. 85 a,Frangere fœdus.Epiſt.4 a,Quòd illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. de Orat. 132 a, Excuſauit Veſpa Terentius, quòd eum brachium fregiſſe diceret. Epiſt.151 a,Frangere & abijcere aliquem. pro Ar. 191 a, Nec tantis ſe laboribus frangeret. de Orat. 108 b, Scæuola paulum requieſcet, dum ſe calor frangit. * de ſuis cõſil. Cùm adoleſcẽtes fores frangerent. 2. Acad. Frangere auaritiam.

FRANGOR,ris. Epiſt. 136 a, Quam fortunam exiſtimo leuem & imbecillem ab animo firmo & graui, tanquã fluctum à ſaxo frangi oportere. de Orat. 143 a, O inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpacio ſæpe franguntur. Qu. fr. 290 a, Animos frangi & debilitari moleſtia nõ oportet. I. A. 167 b. Nec frangor animo. I. V. 266 a, Ceruices in carcere frangebantur indigniſſimè ciuium Romanorũ. Off. 14 a, Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. pro Marc. 132 a, Nulla eſt tanta vis, quæ non debilitari & frangi poſſit.

† Syntaxis. *Frangere aliquem iudicio. Ceruices frãgere, fidẽ, fœdus, ſeipſum. Animo frangi. Debilitare & frangere. Metu, vel cupiditate frangi. Frangere conſilium alicuius. In ſumma, vim habet hoc verbum infirmandi, rumpendi, diſſipandi, retundendi.*

FRATER,tris. *germanus.* pro D. 337 a, Cum ſe fratrem vxoris tuæ fratri tuo germano antelatum videret. pro Pl. 264 a, L. Torquatus Cn. Plancij frater patruelis & ſocer. pro Cæl. 45 b, Vicinum eius mulieris miraris male audiſſe? cuius frater germanus ſermones iniquorũ effugere non potuit. * ¶ *Frater patruelis.* I. V. 205 a. L. frater meus cognatione patruelis, amore germanus.

FRATERCVLVS, li. in Verr. 182 b, Volo mihi fraterculo tuo credas. *Timarchidis.*

FRATERNE`. *germane.* Qu. frat. 316 b, Germanè fraternèque reſcribam. & 302 a. Literas ad te parum fraternè conſcripſeram. ibid. Huic tu epiſtolæ non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere.

† Syntaxis. *Germanè, fraterneq́; ſcribere, ignoſcere.*

FRATERNVS,na,num. pro Quin. 3 a, Pro fraterna illa neceſſitudine. Quint. frat. 291 a, Demonſtrare amorem fraternum in aliquem.

FRATRICIDA, dæ. pro Dom. 218 a, Paricida, fratricida, ſororicida.

FRAVDANDI. Offic. 51 a, Fraudandi enim ſpe ſublata, ſoluendi neceſſitas conſequitur.

FRAVDATIO,nis. pro Quin. 12 a, Qui fraudationis cauſa latitant. & 13 b, I. C. 109 b. * Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc fides, illinc fraudatio. Offic. 65 b, Vt inter bonos benè agier oportet, & ſine fraudatione.

FRAVDATOR, ris. *inficiator.* I. A. 252 a, Trebellius fraudator creditorum. pro Fl. 154 a, Vna & eadem eſt omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia.

FRAVDATVS,a,um. Offic. 65 b, Vti ne propter te captus fraudatúſve ſim.

FRAVDO,as. *fraudem facio, fallo, deſtituo, ludifico* I. V. 151 b, Ne grano quidem vno poteſt arator ſine maxima pœna fraudare decumanum. pro Quint. 13 b, Is vadimonium mihi deſeruit, me fraudauit: ego experiri nõ potui. & 14 a, Is qui te in hæreditaria ſocietate fraudârat. de Ar. 253 b, Clodius improbiſſimè fraudauit populum. pro S. R. 42 b, Is nulla in re te fraudauit. pro Qu. R. 47 b, Qui ſocium fraudauerit & fefellerit. pro Cec. 286 a, Qui per tutelam aut ſocietatẽ, aut rem mandatam, aut fiduciæ rationẽ fraudauit quempiam. pro Fla. 156 a, Cùm multos minutis mutationibus fraudaſſet. in An. 207 b, Fraudare creditores, domo profugere. pro Qu. R. 48 b, H-S. L I I I. fraudare aliquem. de Fin. 146 a, Fraudare bona ſuo veteri nomine.

FRAVDOR, ris. Orat. 154 b, Quibus rebus animus tanquam debito fraudetur, offenditur. pro Quint. 9 a, Viri boni cùm palam fraudantur, timidè tamen huc deſcendunt. Att. 1 b, Cùm Cæcilius à P. Vario magna pecunia fraudaretur.

† Syntaxis. *Fraudare aliquem in pecunia, laudibus, in multis rebus. per tutelam, pecunia magna, minutis mutationibus. Fraudare & fallere.*

FRAVDVLENTVS,a um. *fallax, doloſus.* contra Rull. 85 a, Carthaginenſes fraudulenti & mendaces. Item, Num malitioſum? negas: fraudulentum? at id quidem iam arrogas tibi. Offic, 68 b, Venditio fraudulenta. ad Heren. 14 a, Homo fraudulentus.

† Syntaxis. *Fraudulentus & mendax homo, ſermo.*

FRAVS,dis. *dolus, malitia, fallacia, machina, inſidiæ, error, præſtigiæ, calumnia, circumſcriptio.* Offic. 9 a, Duobus modis, id eſt, aut vi, aut fraude fit iniuria, fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrunq; alieniſſimum ab homine eſt: ſed fraus odio digna maiore. pro Clu. 38 b, Exagitabantur omnes eius fraudes atq; fallaciæ. pro Quint. 10 a, Per ſummam fraudem & malitiam fingere aliquid. de Orat. 111 b, Eâdem facultate fraus hominum ad perniciem & integritas ad ſalutem vocatur. Tuſcul. 163 b, Qui in repub. violanda fraudes inexpiabiles concepiſſent. pro Rab. 96 a, Rabirius fraudem capitalem admiſit. pro Cl. 36, & pro D. 238 a, Hæc res nemini vnquam fraudi fuit. pro Sex. Roſc. 26 a, Id erit tibi mximè fraudi. Attic. 83 a, Fit S. C. vt néve Salaminijs, néve qui eis dediſſet fraudi eſſet. Attic. 83 a, & 61 a, Facere fraudem alicui. & 117 a, Quod multò rectius fuit, id mihi fraudẽ tulit & 180 a, Pacis ego ſpe in hãc fraudem incidi. in Ant. 201 a, Cenſeoq́; vt ijs, qui in exercitu Antonij ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante cal. Febr. ab eo diſceſſerint. & 202 a, Filio pietas erga patrem fraudi eſſe non debet. & 220 a, Eisq; fraudi ne ſit, quod cũ M. Antonio fuerint. item, Id maiori illi fraudi quàm tibi futurũ. pro Cæl. 50 a, Dij nonnunquam præſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. de D. 81 b, Impia fraude obligari. de Orat. 102 a, Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere. I. P. 88 b, Suſcipere fraudem. de Orat. 164 a, Doleo illos viros in eam fraudem in rep. eſſe delapſos. pro Sext. Roſc. 28 a, Hæc te opinio falſa in iſtam fraudem impulit. I. P. 79 b, Hic in fraudem homines impulit. Epiſt. 157 b. Deduci in fraudem. de L. 182 b, Cui auro dentes vincti eſſent ea ſi ſimul cum illo ſepeliet vrétve, ſine fraude eſto. * in Piſ. 79 b, Oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus, &c. hic in errorem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, in fraudem induxit. I. A. 241 b, Num fraude poterit carere peculatus? de Legib. 182 b, Coronam virtute partam & ei, qui peperiſſet, & eius parẽti, ſine fraude eſſe lex impoſitam iubet. Att. 47 a, Proditus, inductus, coniectus in fraudem.

† Syntaxis. *Fraus & fallaciæ. Fraus & malitia. Concipere, admittere fraudes. Id alicui fraudi eſt. Facere fraudem alicui. Id illi fraudem tulit. Deferri in fraudem contra Remp. Impellere in fraudem, diducere.*

FREGELLAE, arum. *ciuitas.* ad Her. 28 & 32.

FREGELLANVS, a. ad Her. 26, de In. 44. contra Rull. 84, Bellũ Fregellanum. de Fin. 138.

FREMEBVNDVS,a,um. *indignatione plenus, furens.* de Nat. deor. 43 b, * Tanta moles labitur Fremebunda ex alto ingenti ſonitu & ſpiritu. *Poëtæ.*

FREMITVS,tus. *ſtrepitus.* de Ar. 248 a, In agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. & b, Exauditus in agro eſt horribilis fremitus armorum. de Ar. 245 b, Reſponſum Aruſpicum de fremitu. pro Flac. 151 a, Fremitus egentium. Tuſcul. 250 b, Nec fremitum murmurantis maris *audiunt.* de Finib. 125 a, Vt fremitum fluctus aſſueſceret voce vincere. * de Fin. 84 b, Saxum illud Lemnium clamore Philoctetæo funeſtare.

*Quod eiulatu, queſtu, gemitu, fremitibus,*
*Reſonando multum flebiles voces refert.*

Tuſc. 182 a, *Qui eiulatu, queſtu, &c.*

FREMO, mis. *indignor.* de Orat. 101 a, Fremant omnes licèt, dicam quod ſentio. Att. 27 a, Arius conſulatum ſibi ereptum fremit. * I. V. 177 b, Fremebat tota prouincia.

† Syntaxis. *Strepitus cum fremitu. Fremitus armorum, egentium, maris murmurantis. Fremere iniuriam ſibi factam.*

FRENDENS, tis. *fremens, ſæuiens.* Tuſcul. 179 b, Nemæus leo frendens.

FRENO, nas. *reprimo, domo, retineo.* pro Mil. 116 a, Ego Clodij furores, quos nullis legibus frenare poteramus, hoc ferro à ceruicibus repuli. I. V. 177 a, Cùm eius animum non negligentia tardaret, ſed conſcientia frenaret.

FRENVM, ni. *in multitudine*, FRENA, orum: &, FRENI, orum. *inſtrumentum quo in ore equi immiſſo, equum moderamur.* pro Mil. 113 b, Frenorum, ſparorum, pilorumq́ue multitudo. Par. 223 b, Equus, equa, quę frena recipere ſolet. de Orat. 146 a, Iſocrates dicebat ſe calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis vti ſolere. de Cl. 183 a, Alteri calcaria adhibere, alteri frenos. Att. 86 b, Alter frenis eget, alter calaribus. Epiſt. 178 b, Si frenum momorderis, peream ſi te omnes ferre poterunt. I. A. 250 a, Mutinamq́; illi exultanti tanquam frenos furoris iniecit.

† Syntaxis. *Frena recipere, alicui adhibere, mordere. Inijcere furoris frenum, contra furorem.*

FREQVENS,tis. *multus.* de Orat. 162 b, Refert etiam qui audiant, frequentes, an pauci, an ſinguli. Antequam. 194 a, Si putaremus, &c. frequentes profectò talibus conatibus obuiam ire niteremur. in Ant. 213 a, Equites Romani, qui frequentiſſimi in gradibus Concordiæ ſteterunt. I. V. 67 b, Multus & frequens, fere idem. Quint. frat. 306 a, Frequentes fuimus omnino ad ducentos. * Ep. 170 b, Frequentiſſimi ſenatores conuenerunt.

¶ *Numeroſus, de nomine copiam ſignificante.* de Clar. 184 b, Lex populi frequentis ſuffragijs abrogata eſt. de Aruſp. 246 b, Nunquam tam frequens collegium iudicauit. pro Planc. 263 a, Huius præfectura plena eſt virorum fortiſſimorum, ſic vt nulla tota Italia frequentior dici poſſit. Epiſt. 151 a, Senatus continuò eſt conuocatus, frequenſq́ue conuenit. Epiſt. 172 b, Frequens numerus armatorum. de Diuin. 93 a, Idque frequentiſſimo theatro incredibili plauſu comprobatum eſt. I. A. 108 b, Frequens municipium. * Quint. frat. 306 a, Senatus fuit frequentior quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri ſub dies feſtos.

¶ *Creber, & crebrò.* Epiſt. 163 a, Saltus Caſtulonenſis nunc

frequen-

frequentioribus latrocinijs infeſtior factus eſt. de Orat. 159 a, Iambum & trocheum frequentem ſegregat ab oratione Ariſtoteles. de Sen. 84 b, Venio in ſenatum frequens. de Orat. 106 a, Frequens enim te audiui atq; affui. pro S. R. 21 a, Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens, atq; in foro & in ore omnium quotidie verſabatur. Orat. 98 a, Demoſthenes frequēs fuit Platonis auditor. & 213 a, Nos etiam in hoc genere frequentes fuimus.

FREQVENTANDVS, a, um. *exornandus, ſæpius illuſtrandus.* de Orat. 161 b, Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminibus verborum.

FREQVENTATIO, onis. *crebritas, multitudo, coacervatio, dinumeratio.* ad Her. 234 b, Maximè valent, &c. Part. Conſequētium frequentatio. ad Heren. 30 a, Denſa & continens frequentatio verborum. & 36 b, Frequentatio eſt, cùm res in tota cauſa diſperſæ coguntur in vnum locum, quo grauior, aut acrior, aut criminoſior oratio fit. * ad Heren. 30 a, Continuatio eſt denſa & continens frequentatio verborū cum abſolutione ſentētiarum. ibid. In his tribus generibus ad continuationis vim adeò frequentatio eſt neceſſaria. Partit. 241 a, Hæc vtriq; maximè in peroratione facienda, alteri frequentatione argumentorum & coaceruatione vniuerſa.

FREQVENTATVS, ta, tum. *celebratus, vſitatus.* de Claris orat. 195 b, Alterum genus eſt non tam ſententijs frequentatū. de Orat. 157 a, Verbi translatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequentata delectationis.

FREQVENTER, ſſimè. *frequens, crebrò.* Orat. 204 b, Translatio, qua frequentiſſimè ſermo omnis vtitur. ad Heren. 41 b, Vt frequenter & aſſiduè conſequamur artis rationem.

FREQVENTIA, tiæ. *crebritas, multitudo.* I. V. 147 a, Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo. Qu. de Pet. 205 b, Habes, &c. Quotidianam amicorum aſſiduitatem & frequentiam. Tuſc. 241 a, Eſt enim ibi magna frequētia ſepulchrorum. Att. 93 b, De epiſtolarum frequentia nihil te accuſo. pro Milon. 101 b, Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, vt ſolebat, non vſitata frequentia ſtipati ſumus. I. P. 86 a, Qui frequentia ſua egreſſum veſtrum ornauerunt, ac celebrauerunt. pro Planc. 263 a, Non enim tribū Terentinam, de qua, &c. ſed ſolidam & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præbuerunt. pro Flac. 154 b. Cùm hic Dorylenſis efferretur magna frequentia conſeſſuque veſtro. de Orat. 113 a Thucydides creber eſt rerum frequentia. & 101 b, Quin. Mutij ianua magna quotidie ciuium frequentia celebratur. Attic. 53 b, Similis & frequentia, & plauſus me vſq; ad Capitolium celebrauit. * Partit. 233 b, Definitio genere declaratur & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia. I. V. 69 b, Vt Hortenſius Conſul deſignatus domum deducebatur è campo cum maxima frequentia à multitudine. I. V. 177 b, Cùm in foro celeberrimo, tanta frequentia, hoc, verbo & ſimulatione Apronio, reuera tibi obiectum eſſet. de Amic. 112 b, Vt aliquis nos Deus ex hac omnium frequentia tolleret, & in ſolitudine vſpiam collocaret. Ep. 119 a, *Cælij.* In Calendas reiecta ne frequentiam quidem efficere potuerat.

† Syntaxis. *Frequentatio denſa, & continens. Frequenter & aſſiduè. Frequentia bonorum celebrat amicos. Ornare & celebrare ſua frequentia, de numero.*

FREQVENTO, tas. *celebro, ſæpe adeo.* de In. 51 a, Vniuerſa ciuitas frequentat ludos. Ep. 77 a, Sermones eorū, qui frequētant domum meam. Orat. 205 b, Hæc frequentat Phalereus maximè. pro Dom. 231 a, Quem tu populum niſi tabernis clauſis frequentare non poteras.

¶ *Sæpe vtor.* Orat. 204 b, Aceruatim multa frequentare.

¶ *Cogito, agito.* ad Heren. 23 a, Tu primas quaſq; partes in animo frequenta.

FREQVENTOR, ris. *incolor, habitor.* Offic. 58 a, Et maximè ſi domus aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. Off. 35 b, Vrbes ſine cœtu hominum non potuiſſent nec ædificari, nec frequentari. Att. 18 a, Sentinam vrbis exhauriri, & Italiæ ſolitudinem frequentari poſſe arbitrabar.

FRETVM, ti. *locus anguſtus in mari, maris æſtus, fretus* I. V. 107 b, Cùm ab Italia freto diſiunctus eſſes. de Natur. 64 a, Fretum Sicilienſe. I. V. 236 b, Ratibus coniunctis freto ad Meſſanam tranſiri. Tuſcul. 258 a, Qui Oceani freta illa viderunt,

*Europam Libyamq; rapax vbi diuidit vnda.*

in Vat. 31 b, Veniſti ad fretum per Mauritaniam. de Diuin. 115 a, Quid de fretis aut maritimis æſtibus plura dicam? quorum acceſſus & receſſus lunæ motu gubernantur. Att. 256 b, Brutus erat cū ſuis nauibus apud Heletem fretum, citra Veliam millia paſſuum III. pedibus ad me ſtatim. Att. 255 a, Si oneraria, ſtatímne freto an Syracuſis. de Nat. 30 a, Fretorumq; anguſtiæ * I. V. 112 b, Ei quadruplatores ad fretum præſtò fuiſſe. I. V. 270 b, Italiæ conſpectus ad eam rem ab iſto delectus eſt: at ille in dolore cruciatuque moriens, perangusto freto (*Gellius lib. 13. cap. 19. fretu legit*) diuiſa ſeruituis ac libertatis iura cognoſceret, pro Mur. 132 b, Quod fretum, quē Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum? Tuſc. 180 a, Nauem vt horriſono freto Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ. *Poëtæ.*

* FRETVS, i. *fretum.* I. A. 270 b, Italiæ conſpectus ad eam rem ab iſto delectus eſt: vt ille in dolore cruciatuq; moriens, perangusto fretu diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret. *Sic legit Gellius lib. 13. cap. 19. Fretus autem maſculino genere vſurpârunt Lucretius, Nonius, Ennius, Lucillius, Varro, Nonio Marcello teſte cap. 3.*

FRETVS, a, um. *confiſus, nixus, fultus.*)(. *Diffiſus.* de Nat. 11 b, Tamen fretus intelligentia veſtra diſſero breuiùs quàm cauſa deſiderat. de Orat. 118 a, Quæ duo pleriq; ingenio freti ſimul faciunt. Antequam, 194 a, Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia fulti, &c. Qu. de Pet. 208 a, Partis ac fundatis amicitijs fretū ac munitū eſſe oportet. Epiſt. 36 a. Fretus conſcientia officij mei. * pro Planc. 281 a, Vobis fretus. Att. 83 a, Freti gratia Bruti. pro S. Roſc. 20 a, Fide ſapientiaque veſtra fretus plus oneris ſuſtuli.

† Syntaxis. *Fretus & munitus amicitijs.*

FRIGENS, tis. de Clar. 181 a, Quare tibicen Antigenidas dixerit diſcipulo ſanè frigenti.

FRIGEO, ges. *algeo, conglacio.*)(. *Caleo.* de Nat. 38 a, Ex quo illud Terentij, *Sine Cerere & Baccho friget Venus.* Epiſt. 100 a, Valde metuo ne frigeas in hybernis. & 174 b, Planè iam Brute frigeo. ad Her. 28 b, In re frigidiſſima cales, in feruentiſſima friges. I. V. 121 a, Cùm omnia iudicia frigerent, inſimulare cœperunt Epicratem. Epiſt. 116 a, Quod tibi ſuprà ſcripſi Curionem frigere, iam calet. Quint. frat. 327 b, Hic quidē friget I. A. 208 a, Iacent beneficia Nuculæ, friget patronus Antonius.

FRIGESCO, ſcis. *algeo, obrigeo.* Epiſt. 115 b, Nos hic frigore frigeſcimus. *Cælij.*

† Syntaxis. *Friget ille, nihil agit, piger, lentus, ſegnis, nullo conſilio eſt. Frigore frigeſcere. Res timetur ac friget.*

FRIGIDVS, dior, ſſimus. *gelidus, algidus.* I. V. 220 a, Erat hyems ſumma, tempeſtas perfrigida, imber maximus. de L. 170 b, Fibrenus præcipitat in Lirem, cumq; multò gelidiorem facit: nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi. ad Her. 28 b, In re frigidiſſima cales, in feruentiſſima friges. de Clar. 186 a, Acumen M. Piſonis ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum. pro Cec. 296 b, Aequitatis iudicium cùm erit, caue in iſta tam frigida tamq; ieiuna calumnia deliteſcas. Orat. 205 a, Ridicula domo allata plerunque ſunt frigida. de Cl. 180 b, Lentus in dicendo, & penè frigidus. de Orat. 132 b, Verba frigidiora vitanda. Qu. fr. 323 b, Accuſator frigidus.

† Syntaxis. *Summa hyems, & tempeſtas frigida, flumen, res, acumen. Stomachoſum & frigidum. Calumnia frigida & ieiuna. In dicendo frigidus, non modò lentus.*

FRIGVS, oris. *vis frigorum.* Qu. frat. 313 b, Pridie Iduum cum Appius ſenatum infrequentem coëgiſſet, tantū fuit frigus, vt populi conuitio coactus ſit nos dimittere. Qu. frat. 314 a, Frigus impendebat maximum, quo periculum erat ne Appio ſuæ ædes vrerentur. de Vn. 203 b, Cauſæ quæ vim habent caloris & frigoris. I. V. 240 b, Ad magnitudinem frigoris hoc ſibi remedium comparat. Epiſt. 259 a, Vix in ipſis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur. Offic. 35 a, Tecta quibus & frigorum vis pelleretur, & calorum moleſtiæ ſedarentur. pro R. P. 129 b, Hanc vim frigorum hyememq; nos vix huius vrbis tectis ſuſtinemus. in Arat. & de Nat. 48 a,

*Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans*
*Corpore ſemifero magno capricornus in orbe.* ibid.
*Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.*

* Oecon. 1, Viro calores & frigora perpetiēda. pro S. Roſc. 40 a, Si Iupiter, &c. intorabili frigore hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit. Epiſt. 65 b, *Vatinij.* Quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hîc refrigerauit. Ep. 115 b, *Cælij.* Nos hîc frigore frigeſcimus.

*——tanta moles labitur*
*Fremebunda ex alto ingenij & ſpiritu.*

Actij poëtæ. *aliter tamen, ſtrepitu & fremitu.*

FRIVOLVS, a, um. *nugatorius.* ad Her. 27 b, Friuolus hic quidem iam & illiberalis eſt ſermo.

FRONDESCO, ſcis. *frondes emitto.* Tuſcul. 235 b, Alia verno tempore tepefacta frondeſcunt. Tuſcul. 162 b, Arbores frondeſcere.

FRONS, dis. *arborum folia.* pro Cæl. 46 a, Via deſerta & inculta, atq; intercluſa iam frondibus & virgultis.

FRONS, tis. *ſpacium ab oculis ad capillos.* ad Qu. fr. 292 a, Frons hominum ſæpe mentitur. de Offic. lib. 1, Frons ſemper eadem. pro Seſt. Frontis contractio, grauitatis indicium. Att.

72 b,

72 b, Hæc ipſa fero equidem, fronte (vt puto) & vultu bellis, ſed angor intimis ſenſibus. Att. 229 a, Ex fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. Att. 1 a, Puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, vt frontem ferias. de Cl. 190 a, Frons non percuſſa, non femur. de Pro. 70 b, Libidines, quas fronte & ſupercilio, non pudore & temperantia contegis. pro Rab. 128 a, At ſi verum tunc cum veriſſima fronte dixerunt, nunc mentiuntur. de Fin. 81 a, Vt in fronte oſtentatio ſit, intus veritas occultetur. Epiſt. 131 a, Adeón' tu mihi excuſſam ſeueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem, reliquiæ priſtinæ frontis appareant? Poſtquam. 207 b, Túne auſus iſta fronte, non vita, &c. Qu. de Pet. 211 a, Frons eſt animi ianua. pro Cl. 32 b, Contrahere frontem. I. A. 189 b, Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur. de Pet. Conſ. Fronte & oratione, magis quàm ipſo beneficio req; capiuntur homines. de Amic. Fronte occultare ſententiam. Ep. lib. 1, Fronte atque vultu ſimulatio facillimè ſuſtinetur. At. lib. 4, Pompeius fremit, &c. ſed vtrum fronte an mente, dubitatur. * pro Planc. 262 a, Tabella frontes aperit hominum, mentes tegit. in Piſ. 94 a, Adoleſcens cum hac Dijs irata fronte. Tuſcul. 197 a, Nec verò eadem frons erat, ſed tranquilla & ſerena.

† Syntaxis. *Frons tranquilla, ſerena, contracta, bella, veriſſima. Frontem aperire, contrahere. Vultus, oculi, frons. Dicere verum cum vera fronte.*

FRONTONES, *qui tumida magnaq́ue fronte præditi ſunt.* de Nat. 17 a.

FRVCTVARIVS, a, um. *vectigalis.* Epiſt. 119 b, Agros, quos fructuarios habent ciuitates, vult immunes eſſe. *Cælij.*

FRVCTVOSVS, a, um: ſior, ſsimus. *frugifer, vtilis.* Tuſcul. 177 b, Ager quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. Offic. 46 b, Eſt enim non modò liberale, paulùm nonnunquam de iure ſuo decedere, ſed interdum etiam fructuoſum. de Orat. 140 a, Omnes hæ virtutes fructuoſæ putantur & ibid b, Ea virtus, quæ eſt fructuoſa alijs. Att. 226 b, Rem non fecit deteriorem, haud ſcio an iam fructuoſiorem. pro Quint. 2 b, Erat ei res ruſtica ſanè bene culta & fructuoſa. pro S. R. 25 a, Prædia pulchra & fructuoſa. contra Rul. 62 a, Ager Corinthius eſt fructuoſiſſimus. pro Pomp. 6 b, & 7 a, Eos qui fructuoſi vobis ſunt, conſeruate. Antequam. 192 b, Beneficia ſolent eſſe fructuoſa, à quibus profecta ſunt. in Ant. 179 b, Quæ arationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur.

† Syntaxis *Fructuoſus ager. De ſuo iure decedere, fructuoſum. Res ruſtica bene culta & fructuoſa. Homo fructuoſus Reip. Beneficia fructuoſa à quibus proficiſcuntur.*

FRVCTVS, ctus. *fruges, fætus, partus, delectatio, voluptas, vtilitas.* contra Rull. 85 b, Vt eſſet locus comparandis condendiſque fructibus. contra Rul. 82 b, Aſia multos annos nobis fructum Mithridatico bello non tulit. Att. 171 a, In quos enim ſumptus abeunt fructus prædiorum? de Claris or. 166 a, Nec ex nouis fructibus eſt vnde tibi reddam quod accepi. contra Rull. 82 a, Agri vectigal neque bellis infeſtum, neque fructibus varium, neque cœlo ac loco calamitoſum. Antequam. 192 b, Serere beneficium, vt metere poſſis fructum. de Or. 106 b, Res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere. de Leg 161 a, Pecudes partim eſſe ad vſus hominum, partim eſſe ad fructum, partim eſſe ad veſcendum procreatas. item: Multò maiorem fructum ex populi exiſtimatione illo damnato cepimus, q̃ ex eius, ſi abſolutus eſſet, gratia cepiſſemus. Att. 174 a, Quo quidem die magnorum meorum laborum, multarũ vigiliarum fructum cepi maximum. & 104 a, Tyro mirabilis vtilitatis fructum mihi præbet. de Nat. 58 a, Oues nullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum poſſunt. de Sen. 90 a, Honeſtè ac ſuperior ætas, fructus autoritatis capit extremos. & 91 b, Tempeſtiuè demetere & percipere fructus. Par. 124 b, Neminem eſſe diuitẽ, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus. ꝓ Planc. 279 a, Ego fructus ex republica non vt oportebat, lætos & vberes, ſed magna acerbitate permixtos tuli. pro Cæl. 54 b, Omnium huius laborum vos potiſſimum fructus vberes diuturnoſq; capietis. I. P. 86 a, Cepi fructum immortalem veſtri in me amoris & iudicij. ꝓ Seſt. 18 a, Gener meus, cui fructus pietatis ſuæ neq; ex me, neq; à populo Romano ferre licuit. de D. 113 a, Atque etiam omnem fructum vitæ ſuperioris perdidiſſent. I. P. 91 b, Gloria eſt fructus virtutis. Off. 46 b, Poſſe liberalitate vti, nimirum eſt pecuniæ fructus maximus I. C. 106 a, Catilina alijs fructum libidinum pollicebatur, alijs, &c. de Clar. 184 b, L. Fuſius ex accuſatione M. Aquilij diligentię fructum ceperat. Off. 35 b, Nec ex his *beſtijs* tempeſtiuos fructus capere poſſemus. pro Syl. 167 a, Modeſtiæ fructum aliquem percipere. de Ar. 243 b, Ex tuis literis cepi fructum maximum. ꝓ Rabir. 96 b, Qui ſpe poſteritatis fructuq́; ducitur. I. C. 108 a, Certare cum vſuris fructibus prædiorum. I. C. 117 a, Mihi iam ad vitæ fructum nihil poteſt acquiri. Par. 125 a, Eſt enim diuitiarum fructus in copia, copia autem, &c. Off. 44 b, Theophraſtus talium ſumptuum facultatem fructum diuitiarum putat. Off. 35 a, Frugum fructuumq́; reliquorũ perceptio & conſeruatio. Off. 46 a, Quod autem tributũ eſt viro bono & grato, in eo cùm ex ipſo fructus eſt, tum etiam ex cæteris. Qu. fr. 296 b, Aſia parte aliqua ſuorum fructuum, pacem ſibi ſempiternam redimat atq; ocium. de Fin. 51 a, An partus ancillæ in fructu ſit habendus. Ep. 10 a, Qui tibi ex me fructus debẽtur, eos vberiores & præſtantiores capere potuiſſes. Ep. 165 a, & 13 b, Ferre fructũ ex aliquo. contra Rull. 66 b, Hoc ad animi mei fructum atq; lætitiam duco eſſe permagnum. pro Syll. 384 b, Cuius ex miſerijs videndo fructum caperes maiorem, quàm audiendo. pro Arch. 190 a, Magnum gloriæ fructum ex rebus bene geſtis percipi. Antequam. 193 a, Repetere officij præmium & fructum. pro Domo 233 a, Vtriuſq; temporis fructum tuli maximum. de Amic. 112 b, Solitudo aufert fructum voluptatum. Att. 186 a, Si quęris quid putem, ego fructum puto. pro Mur. 135 b, Quibus incommodo morbi etiam cæteri vitæ fructus relinquendi. Tuſc. 174 b, Qui omni è philoſophia eſt fructus vberrimus. Antequam. 192 b, Iucundiſſimus fructus libertatis. pro Mur. 153 b, Fructus iucunditatis. L. VSVSFRVCTVS. * Oecon. 1, Fruges, alimenta, pecudum fœtus atq; fructus, clauſtro cuſtodienda erant. Antq. 192 b, Si maiores veſtri Imperatores, qui militum virtute, hoſtium fregerunt furorem, iucundiſſimo fructu libertatis reconciliato, non ſolũ ſtatuis dignos putarũt. de N 25 a, Quam *amicitiam* ſi ad fructum noſtrum referemus. ibid. Prata, & arua, & pecudum greges diliguntur iſto modo, quòd fructus ex his capiuntur. de Nat. 33 a, Vt eas fruges atq; fructus, quos terra gignit, animantium cauſa *eſſe generatos.* de Leg 165 b, Nec eſt dubium, quin is, qui liberalis benignúsve dicitur, officium, non fructum, ſequatur. Off. 35 b, Qui fructus, quæque vtilitates ex rebus ijs, quæ ſunt inanimatę, percipiantur, eos nos nullo modo ſine hominum manu atq; opera capere potuiſſe. Qui deniq; ex beſtijs fructus, aut quæ commoditas, niſi homines adiuuarent, percipi poſſet? de Sen. 81 b, Quibus abſentibus nunquam ferè vlla in agro maiora opera fiunt, non ſerendis, non percipiendis fructibus, non condendis. de Amic. 109 a, Vt tanquã in herbis non fallacibus fructus appareat. & b, Fructus ingenij, & virtutis, omniſq; præſtantię, tum maximè capitur, cum in proximum quenq; confertur. Epiſt. 94 b, Modò vt tibi conſtiterit fructus otij tui. Ep. 145 b, Ex quibus *literis* cepi fructum duplicem, mihiq; in comparatione difficilem ad iudicandum. Ep. 146 a, Nihil eſt quod tibi maiori fructui glorięq́; eſſe poſſit. Epiſt. 251 b, Vnus ſcilicet ille fructus, qui in te videndo eſt, percipi literis non poteſt. Alter gratulationis eſt, & is quidem exilior.

† Syntaxis, *Fert ager fructus. In ſumptus abeunt fructus. Metere fructum, capere, præbere. Vtilitatis fructus, autoritatis. Demetere, percipere, ferre fructus: ꝓ auferre & reportare. Ex & ab aliquo fructum ferre: id eſt, mercedem obtinere. Fruges & fructus. Repetere officij præmium & fructum. Partus ancillæ in fructu habetur.*

FRVCTVS. *à fruor.* Cic. in hortenſio, Amœnitate ſumma fructus eſt.

FRVENDVS, a, um: do, dum. contra Rul. 72 b, Conficere pecuniam de vectigalibus non fruendis, ſed alienãdis. Poſtquam. 198 b, Amicitiæ, conſuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi deniq; & dies feſti, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi quàm fruendo. de L. 172 b, Ea quę gignuntur nobis ad fruendum. Qu. fr. 315 b, Suauitatis noſtræ fruenda cauſa. pro Mil. 113 a, Nobis hæc fruenda relinqueret. Off. 41 a, Fruendæ iuſticiæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. de Fin. 49 b, Fruenda etiam ſapientia eſt. Off. 21 b, Diligenter tenendum eſſe modum voluptatis fruendæ.

FRVGALIS, le: ſsimus, a, um. *frugi.* de Orat. 135 b, Cùm optimus colonus, parciſſimus, frugaliſſimus eſſet. pro Fl. 161 a, Homines tota Aſia frugaliſſimi, ſanctiſſimi.

FRVGALITAS, tis. pro Deiot. 148 b, Omnes ſunt in illo rege virtutes, ſed præcipuè ſingularis & admiranda frugalitas: etſi hoc verbo ſcio laudari reges non ſolere. pro Deiot. 148 b, Ego frugalitatem: id eſt, modeſtiam & temperantiam virtutem eſſe maximam iudicio. Hæc in illo eſt ab ineunte ætate tum à cuncta Aſia, tum à magiſtratibus legatiſq́; noſtris, tum ab æquitibus Rom. perſpecta & cognita * Tuſcul. 193 b, Haud ſcio an rectè ea virtus (*σωφροσύνη*) frugalitas appellari poſſit, quod anguſtius apud Gręcos valet: qui frugi homines *χρησίμους* appellãt, id eſt, tantummodo vtiles. At illud eſt latius. ibid. Reliquas etiam virtutes frugalitas continet. Quæ niſi tanta eſſet, & ſi

ijs anguſtijs, quibus plerique putant, teneretur. Tuſc. 194 a, Tres virtutes, fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam frugalitas complexa eſt ibid. Reliqua igitur & quarta virtus vt ſit ipſa frugalitas neceſſe eſt. Eius enim videtur eſſe ꝓprium motus animi appetentis regere, & ſedare, ſemperq; aduerſantem libidini, moderatã in omni re ſeſeruare conſtantiam. Cui contrarium vitium nequitia dicitur. Frugalitas, vt opinor, à fruge.

FRVGALITER. *modeſtè, moderatè.)(.Nequiter.* ꝓ Dom. 235 b, Itaque omnia ornamenta fanorum ſanè frugaliter domum ſuam deportauit. de Fin. 70 a, Frugaliter loqui.

FRVGES, gis. vel FRVX, gis. *omnes fructus terræ.* de Nat. 38 a, Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Or. 201 b, Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicas frugibus. de Leg. 161 a, Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur. Tuſc. 177 b, Etſi in ſegetem ſunt deteriorem datæ fruges, ipſæ tamen natura ſua enitent. 162 b, Segetes largiri fruges, florere omnia. I.V. 225 a, Fruges in ea terra primùm repertæ putantur. de Nat. 57 a, Nos fruges ſerimus, nos arbores. & ibid. b, Terra fœta frugibus & vario leguminum genere. de Diu. 83 a, Lentiſcus ter fruges fundens. de Senec. 88 a, Cũ viriditas herbeſcens è vaginis emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam. de Sen. 78 a, Baccæ arborum, terræq; fruges. de D. 104 a, & de Leg. 173 a, Fruges terræ, baccæ arborum. de Nat. 77 b, Vbertas frugum & fructuum. Poſtquam. 202 a, Frugum vbertas & copia. Off. 35 a, Frugum fructuumq; reliquorũ perceptio & conſeruatio. pro Cæl. 53 b, Quæ ſtadia in adoleſcentia tanquam in herbis ſignificant, quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ. Off. 12 b, Vt vicinum citiùs adiuueris in frugibus percipiendis quàm fratrem. Orat. 199 b, Quæ eſt in hominibus tanta peruerſitas, vt inuentis frugibus glande veſcantur. pro S. R. 30 b, Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire poſſis. * Oecon. 1, Fruges, alimenta, &c. clauſtro cuſtodienda erant. de Fin. 114 b, Non enim natura hoc, quod facit in frugibus, vt cùm ad ſpicam perduxerit ab herba, relinquat & pro nihilo habeat herbam, idem facit in homine. de Nat. 33 a, Vt eas fruges atque fructus, quos terra gignit, animantium cauſa *eſſe generatos.*

¶ *Melior vitæ ratio.* pro Cæl. 43 a, Emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam, vt dicitur, recepiſſe.

† Syntaxis. *Lentiſci fruges. Funduntur fruges. Frugum vbertas & copia. Emergere, & ſe ad frugem bonam recipere.*

FRVGI. *moderatus, modeſtus, temperans, abſtinens, innocẽs.)(.Nequam nihili.* Tuſc. 194 a, Qui ſit frugi igitur, vel, ſi mauis, moderatus & temperans, eum neceſſe eſt eſſe conſtantẽ. Tuſc. 193 b, & 194 a, Græci frugi homines χρησίμους appellant: id eſt, tantummodo vtiles. at illud eſt latius. & ibid. Nec qui propter metũm præſidium reliquit, quod eſt ignauiæ: nec qui propter auaritiam clam depoſitum non reddidit, quod eſt iniuſtitiæ: nec qui propter temeritatem malè rem geſſit, quod eſt ſtultitiæ: frugi appellari ſolet. pro Font. 282. at L. Piſo, qui tanta virtute atque integritate fuit, vt etiam illis optimis temporibus, cum hominem inuenire nequam neminem poſſes ſolus tamen frugi nominaretur. de Fin. 83 b, Viuit vt Gallonius, loqtur vt frugi ille Piſo. Tuſc. 216 b, Homo frugi omnia rectè facit. Ep. 229. & 63 a, Homo frugi & modeſtus. Att. 277 a, Modeſtus homo & frugi. pro Cl. 27 a, Seruus frugi atq; integer. I.V. 162 a, Homines ſatis fortes, & ſatis planè frugi ac ſobrij. Att 59 b, Homo bene frugi. *aliter, bonæ frugi.* Epiſt. 264 b, Frugi & ſeuera vita. I. A. 173 b, Antonius frugi factus. 5 pro Deiot. 148 b, Frugi hominem dici non multum laudis habet in rege.

† Syntaxis. *Homo frugi & modeſtus: & contrà. Seruus frugi & integer. Fortis & ſatis ſanè frugi, & ſobrius. Frugi & ſeuera vita. Ille frugi factus.*

FRVGIFER, a, um. Tuſc. 177 b, Agri non omnes frugiferi ſunt. Off. 53 a, Tota philoſophia frugifera & fructuoſa eſt. Or. 212 b, Frugifera & ferta arua Aſiæ. de N. 58 b, Spacia frugifera atque immenſa camporum.

† Syntaxis. *Frugiferum, & fructiferum: de agro, de arte. Frugifera & ferta arua.*

FRVITVRVS, a, um. Tuſc. 199 a, Eum eſſe beatum, qui præſentibus voluptatibus frueretur, confideretq; ſe fruiturũ aut in omni aut in maiori partæ vitæ.

FRVMENTARIVS, ij. * *mercator frumenti* Off. 63 a, Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium vẽditor, celare emptores debuiſſe. Off. 65 a, Nõ rectè frumentarius ille, non rectè ædium peſtilentium venditor, tacuit.

FRVMENTARIVS, a, um. de Clar. 184 b, Lex Sempronia frumentaria I.V 166 b, Frumentarium lucrum. & 150 a, Cauſa frumentaria. Attic 143 a, & pro Dom. 215 a, Frumentariæ prouinciæ. ad Heren. 4 b, Lex frumentaria de ſemiſſibus. * I V. 166 b, Frumentarium genus *iniuriarum.*

FRVMENTOR, aris. *frumentum colligo.* Cn. Pomp. Attic. 130 b, Neq; ſolus cum iſta copia ſuſtinere poteris, vt frumentatum eas.

FRVMENTVM, ti. *triticum.* Or. 204 a, Luxurioſa frumenta. Att. 82 a, Ciues Romani, qui frumentum compreſſerant, magnũ numerum populis pollicentur. I. P. 98 a, Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? qui honorarij? * con. Rull. 82 b, Siciliæ ciuitatibus bello fugitiuorum M. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit. Att. 78 a, Frumentum ex agris in loca tuta comportatur. pro Dom 215 a, Frumentum prouinciæ frumentariæ partim non habebant, partim in alias terras, credo propter varietatem vẽditorum, miſerant: partim, quò gratius eſſet tum, cùm in ipſa fame ſubueniſſent, cuſtodijs ſuis clauſum continebant: vt ſubitò nouum mitterent. Att. 242 a, Vt Brutus in Aſia, Caſſius in Sicilia frumentum emendum, & ad vrbem mittendum curarent. & b, Frumentum imponere, quæ eſt alia Dionis legatio. I. V. 166 b, Quantum frumẽti omnino exarârant. I. V. 167 a, Cùm eius *prætoris* apparitores frumentum à ciuitatibus exigant. & b, Vt ex agro populi Rom. plus frumenti ſeruo Venerio, quàm prætori tribui pateretur. I. V. 168 a, Nummos præter frumentum coactus eſt dare. & b, Frumentum omne in decumas auferri iuſſerit.

FRVOR. *potior, fructum voluptatemque percipio.)(.Careo.* Brut. 285 b, Potuimus beneficijs atque honoribus frui, quantis vellemus. de Or. 200 a, Numerus liberiore quadam fruitur licentia. pro S. R. 25 a, Filius certis fundis patre viuo frui ſolitus eſt. pro S R. 40 a, Cõmoda quibus vtimur, lucemque qua fruimur, ſpiritumq; quem ducimus, à Deo nobis dari videmus. de N. 57 a, Quibus rebus fruimur atque vtimur. de Som. 127 b, Omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo ſempiterno fruuntur. de Sen. 87 a, Satiatis verò iucundius eſt carere quàm frui. de Am. 98 b, Sed tamen recordatione noſtrę amicitiæ ſic fruor, vt beatè vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim. pro Cec. 287 a, Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Cæſenniæ legat, vt frueretur vnà cum filio. ibi. Vt frueretur bonis cum filio. pro Dom. 226 a, Hodie Volaterrani fruuntur nobiſcum ſimul hac ciuitate. de Ar. 258 a, Vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt. Poſtq. 198 a, incredibili, qua nunc veſtro beneficio fruor lætitiæ voluptate, caruiſſem. & ibid. Non tam id ſentiebam cùm fruebar, quàm nũc cum carebam. I. A. 212 a, Si pace frui volumus, bellum gerendum eſt. de Fin. 74 a, Vterque enim ſummo bono fruitur. Ep. 16 a, Frui gratia & opibus alicuius. & 17 b, Frui libertate propria. de Fin. 61 b, Sapiens fruitur præſentibus pro Cl. 53 b, Idcirco illum vita frui noluit. & 76 a, Agri Bithyniæ regij, quibus nunc publicani fruuntur. I. C. 119 b, Eos frui vita & communi ſpiritu non puto oportere. Ep. 137 a, Nihil timeo: fruor dum licet, opto vt ſemper liceat. At. 22 a, Neq; nos te fruimur, & tu nobis cares. de N. 38 b, Quorum animi cùm æternitate fruerentur, dij ritè ſunt habiti. & 22 a, Vtatur ſuis bonis oportet, & fruatur, qui beatus eſt pro Syl. 172 a, Mihi liceret eius vrbis quam conſeruaſſem, conſpectu, tranquillo animo & quieto frui. * de Fin 28 b, Qui ita frui volunt voluptatibus. pro Marc. 133 b, Fruere cùm fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis.

† Syntaxis. *Sapientia fruenda eſt. Fruendæ voluptatis modus. Fruor, & vtor. Fruuntur nobiſcum ſimul. Vti & frui. Tranquillo animo & quieto frui.*

FRVSINAS, atis. Att. 172 a, Fruſinates. ibid. 179 b.

FRVSTRA. *ſine cauſa, nequicquam, inutiliter perdere operam, opera & oleum perit.* de D. 134 b, Nec fruſtra ac ſine cauſa quid facere dignum Deo eſt, quod abhorret etiam ab hominis conſtantia. de Orat. 121 b, Neq; auxiliũ ſuum fruſtra implorari patietur. de Vn. 201 b, Hæc ſi verbis explicare conemur, earum rerum fruſtra ſuſcipiatur labor. pro Q. R. 51 b, Fruſtra tempus contero. Att. 208 a, & 156 a, Illa quæ habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt.

† Syntaxis. *Fruſtra & ſine cauſa.*

FRVSTRATIO, onis. *vanus conatus, labor inanis, error. Planci.* Epiſt. 157 b, Quo magis me petiuerunt, tanto maiorẽ his fruſtratio dolorem attulit.

FRVSTROR, aris. Acad 17 a, Ego de omni ſtatu totius vitæ, aut certare cum alijs pugnaciter, aut fruſtrari cùm alios, tum etiam me ipſum velim. Ep. 190 a, Si Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet. Att. 191 a, Cocceius vide ne fruſtretur.

† Syntaxis. *Fruſtratur me ſpes. &, Ego fruſtror.*

FRVSTVM, ſti. *fragmentum.* de D. 86 a, Neceſſe eſt offa obiecta cadere fruſtum ex pulli ore, cum paſcitur. I. A. 192 a, Is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal impleuit.

FRVTICOR, aris. *ſurculos emitto. reuireſco.* Attic. 239 b, Exciſa

eſt

eſt arbor,non euulſa:itaque, quàm fruticetur,vides.

FVCATVS,a,um.*fallax,fucoſus, infucatus.)(.Naturalis.* de Cl. 167 b,In qua naturalis ineſſet,non fucatus nitor. Or. 204 a,Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repelluntur.pro Pl.163 b, Vicinitas non fucata,non fallax, nõ erudita artificio ſimulationis.pro Mur.130 a, Iiſdem ineptijs fucata ſunt illa, quando te in iure conſpicio. pro Pl. 265 a,Hæc ſunt expreſſa ſigna probitatis,non fucata ſpecie forenſi.de Am. 113 b, *ſecerni blandus amicus à vero & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſimulata à ſinceris atque veris.

* FVCO,as.*fuco illino.*de Nat.23 a,Formare,fucare, colorare,animare non poſſent ſe corpora. *Alij figurare legunt.*

FVCOSVS,a,um.*fucatus.*Att.16 a, Ambitioſæ fucoſæq; amicitiæ. & pro R.P.& Quin. de Pet. 210 a,Merces fallaces & fucoſæ.

† Syntaxis.*Hæc fucata ſunt,& rurſus ſpecie forenſi.*

FVCVS,ci.*pigmentum,ornatus peregrinus, & accerſitus ,fallacia, fraus.* de Orat. 161 b,Color non ſanguine diffuſus,ſed fuco illitus. de Cla. 179 a,In his omnibus ineſt quidam ſine vllo fuco veritatis color. Attic. 1 a, Prenſat vnus P. Galba ſine fuco & fàllacijs.Quin.de Pet.210, Si eum qui tibi ꝓmiſerit,fucum,vt dicitur,facere velle ſenſeris.de Orat.125 b,Sententiæ veræ,nouæ,ſine pigmentis fucóq; puerili.de Orat.152 a, * Eo citius in oratoris aut in poëtæ cincinnis ac fuco offenditur.

FVGA,gæ. Att.115 a, Mitto illam fugam ab vrbe turpiſſimã. I.V.222 b,Dant ſeſe in fugam milites. I A.200 b,Poſt diſceſſum latronis,vel potius deſperatam fugam, libere Senátus haberi potuit. pro Cec. 289 a, Omnes ſe in fugam conferunt. pro Cæl. 51 a, Licinius in fugam ſe coniecit. Qu.fr.308 a,Factus eſt à noſtris impetus,fuga operarum. de Fin.55 b, Qui officia deſerunt mollitia animi, id eſt, laborum ac dolorum fuga. Att.116 b, Dare ſe incertæ & periculoſæ fuge.Att.116 b,In fuga omnes ſunt. & 117 a, Fuga quæ parabatur,repreſſa eſt.Or.211 a, Axilla ala factus eſt,fuga literæ vaſtioris. * Ep.68 a,Cuius ſtudium in legendo non erectum Themiſtoclis fuga redituq; retinetur.Ep.118 a,In qua cauſa neque pacis neq; victoriæ ratio quæſita ſit vnquam, ſed ſemper flagitioſæ & calamitoſæ fugæ.

† Syntaxis.*Dare ſe,ſe conferre,ſe conijcere in fugam.Dare ſe fugæ. Eſſe in fuga.Fugam parare.Significat etiam auerſionem & omiſſionem.Dolorum fuga.Literæ fuga vaſtioris.*

FVGATVS,a,um.*in fugam coniectus.* Oct.330 b,Hoſtis à te fugatus eſt.Att.277 a, Hoſtes cæſos fugatosq; eſſe. I.A.206 a,Fugata concione. pro Cec.29 a,Qui armis pulſus fugatusq; eſt.de Ar.245 b,Ab altaribus religioſiſſimis fugatus. & Off.75 a,Hoſtes fuſi ac fugati.

FVGAX,cis.*fluxus, ignauus , timidus qui libenter fugit.* Epiſt.151 b,Hæc breuia, fugacia, & caduca exiſtima.in Sal.173. b, Ego fugax Criſpe Salluſti?Sal.in Cic.271 a,Pedes fugaces.

FVGIENDVS,a,um.Off.6 a, Nec verò rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda eſt, ſed fugienda ſemper iniuria eſt.215 b,Vitioſum genus & longa animi prouiſione fugiendum. I.V.169 b, Sentio iudices moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendamq; veſtram ſatietatem.* Att.231 a,O loca cæteroqui valde expetenda,interpellantum autem multitudine penè fugienda.

FVGIENS,tis.Off.70 a, Qui vinum fugiens vendit ſciens. * de Vniuerſ.198 b,Naturamq; illam (*alterius generis materiæ*)vi cum eadem coniunxit fugientem.de Fin 138 b,Fugientes laborem.Ep.174 b, Biduo me Antonius anteceſſit,itinere multò maiore fugiens,quàm ego ſequens.*Bruti.* I.V.216 b,Aeneas fugiens à Troia. de N. 123 b, Quam illorum triſtitiam atq; aſperitatem fugiens.

FVGIO,fugis:*vito,declino, abhorreo,aſpernor.* Att. 190 b,Dum recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorẽ efficiunt.Part.235 a,& Att.128 a,Fugere,vitare, declinare aliquid.Att.282 b,Stoici negant fugere ſapientis.Or.216 a,Eaq; dum animis attentis excipiunt,fugit eos & prętervolat numerus. Off. 26 a, Et ab omni quod abhorret ab aurium oculorumq; comprobatione, fugiamus.Off.6 a, Ita dum inertiæ vituperationẽ,quę maior eſt cõtemnunt, aſſequuntur etiam illam,quam magis fugiunt, tarditatis. * pro Cęl.51 b,Fugit aliquis è manibus. in Piſ.89 a, Qui vos non oculis fugiat,auribus reſpuat,animo aſpernetur.

¶ *Ratione ignorantiæ, & obliuionis.*pro Pom.9 b, Nulla res eſt in vſu militari poſita, quæ huius viri ſcientiam fugerit. Att.114 a,de Dionyſio, & 74 b, Cui rei fugerat me reſcribere. de Orat. 107 a,Non fugiſſet hoc Græcos homines. de Fin.120 b, Illos autem id fugerat ſuperiores. de In.43 a,Quod noſtrum illum non fugit Catonem. I. V. 205 b, Verum hoc amentem hominem fugit.Att.201 a,Illud alterum quàm ſit difficile,te non fugit. Tuſc.153 a, Niſi quæ me fortè fugiunt,* ad Heren.10 b,Qui ſe propter vinum,aut amorem,aut iracũdiam,fugiſſe rationem dicet.



FVGITIVVS,a,um.*ſeruus,qui à domino fugit.*I.A.233 b, Dolabella habet legionem,habet fugitiuos.I.V.226 b,Tenuerunt illum locum ſerui, fugitiui, &c. Neque tam fugitiui illi à dominis,quàm tu à iure & legibus. Vat. Epiſt.65 b, Dicitur mihi tuus ſeruus fugitiuus Vardaci eſſe.Tuſc.240 b,Viuebat cum fugitiuis.I.V.162 a,Athenio princeps fugitiuorum.* I.V.226 b, Qui temeritate fugitiuos vicerit.

FVGITO,as.pro S.R.31 a,Qui quæſtionem fugitant.

† Syntaxis. *Fugitiuus, & ſeruus fugitiuus.*

FVGO,as.*fugam facio,pello,repello.*pro Cec.29 a,Armis repulit, fugauit, auertit. de Ar. 245 a, Fugare aliquem lapidibus,& ferro.

FVLCIENDVS,a,um.Tuſc.203 b, Omnibus modis fulciendi ſunt qui ruunt.

FVLCIO,cis,fulſi,fultum *ſuſtento,ſuſtineo.* de Ar.258 a,Etenim vix hæc ſi vndiq; fulciamus iam labefacta vix,inquã, innixa in omniũ noſtrûm humeris cohęrebunt. Poſtquã. 208 a, Horum conſulum ruinas, conſules veſtra virtute fulſiſtis.Att.83 b, Thermum, vt ſcribis, creberrimis literis fulcio.I.A. 170 a, Cùm labentem & propè cadentẽ rempub.fulcire cuperetis.pro R. P.129 a, Eum labentem accepit,corruere non ſiuit,fulſit, ſuſtinuit re, fortuna, fide. Aca.19 a,Chryſippus, qui fulcire putatur porticum Stoicorum.

† Syntaxis.*Ruinas fulcire,amicos literis, Rempub. Corruere non ſino,fulcio ,ſuſtento omnibus modis.*

FVLGENS,tis.Par.118 a, Marmorea tecta ebore & auro fulgentia. in Arat.Lacteus circulus nimio candore fulgẽs.in Vat.33 a,Ioue fulgente, cum populo agi nefas eſſe. de N. 39 a,& Orat.199 a, Iupiter in cœlo fulgens & tonans.

FVLGEO,ges.fulſi.*ſplendeo,fulguro.*I.C.105 b,Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. *aliter:nident.*in Arat.

*Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco.*

Or.199 a,Iouem fulgere & tonare.de D.139 a, Si fulſerit, ſi tonuerit,ſi tactum aliquid erit de cœlo.* Att.123 a,Fulſiſſe (*al.affulſiſſe*) mihi videbatur τὸ καλὸν ad oculos eius.

† Syntaxis. *Purpura, candore, auro fulgere.Fulgens Iupiter, ac tonans in cœlo.*

FVLGINAS,ate.pro L. Vareno:Municipium Fulginate.ibid. In præfectura Fulginate.

FVLGINATES,*populi.*pro cor.64 b.

FVLGOR,oris.*ſplendor.*I.V.216 a, Candelabri fulgore collucere & illuſtrari templum.de N.47 a,

*Huic non vna modò caput ornans ſtella relucet,*
*Verùm tempora ſunt duplici fulgore notata.* ibid.
*Hic illa eximio poſita eſt fulgore corona.*

de Somn. 128 b, Deinde eſt hominum generi proſper & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. Tum rutilus horribilisq; terris,quem Martem dicitis.

¶ *Fulgor.*de D.125 b,

*Proſpera Iupiter his dextris fulgoribus edit.*

* de Diuin.116 b,Tum & fulgores & tonitrua exiſtere.

FVLGVR,ris *fulgor.Plin.Fulgetrum, & fulgetram vocat.* de Diu. 83 b,Quid de fulgurũ vi dubitare poſſumus?& 82 a, Exta pecudum fulgura interpretantium. de Leg. 173 b, Cœli fulgura regionibus ratis temperanto. * de Diuin. 117 a, Oſtenta ſequuntur & fulgura. Valet autem in fulguribus obſeruatio diuturna:in oſtentis ratio, plerunque coniectura adhibetur. Quid eſt igitur quod obſeruatum ſit in fulgure?ibid.Nunc de fulguribus. de Diuin.118 b, Quoniam de extis & fulguribus ſatis eſt diſputatum.

FVLGVRALIS,le.*ad fulgura pertinens.* de Diu.95 b, Quod Hetruſcorum declarant aruſpicini,& fulgurales, & rituales libri.

* FVLGVRANS, tis. de Diuin. 117 a, Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere nefas.

* FVLGVRATOR,is.*fulgurum ſpectator & interpres.* de Diu.131 a, Nónne intelligis, eadem *concluſione* vti poſſe & aruſpices & fulguratores.

FVLGVRO,as.*fulgeo, coruſco.* Orat. 199 a, Pericles ab Ariſtophane poëta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſt.

FVLIGO,nis.*fumi nigra materies,caligo,tenebræ.*I.A.177 b,Dein tamen quaſi fuligine abſterſa, præclara ſenatuſconſulta feciſti.

FVLIX,cis.*auis marina,quam Virg.Fulicam appellat.* de D.83 a,

*Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti*
*Nunciat horribiles clamans inſtare procellas,*
*Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.*

FVLMEN,nis.*aëris ardor,fulgur,fulgor.*Off. 71 a, Sublatus eſt inſanus,& antequam conſtitit, ictu fulminis deflagrauit. *id eſt, Phaeton.*de Diuin.117 a,Quòd homines tonitrua & fulminum iactus extimuiſſent. de Diu. 117 a, Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen ibid. Non enim te puto eſſe eum, qui Ioui fulmen fabricatos

eſſe Cyclopas in Aethna putes.ibid. Quomodo toties
Iupiter iáceret *fulmen*, cùm vnum haberet? ibid. Iupiter
multa fulmina fruſtra emittit.Tuſc.179 b, Iace obſecro in
me vim coruſcam fulminis.de Di.119 a,Romulus lactens
fulmine ictus.& 123 b,Fulmen ſiniſtrum auſpicium opti-
mum habemus,præterquam ad comitia. I. A. 179 a, Cur
ea comitia non habuiſti? an quia tribunus fulmen ſini-
ſtrum nunciabat?& 197 a, Hæc cauſa, cur lex inter fulmi-
na & tonitrua ferretur.de Nat.77 a, Hunc igitur nec Iupi-
ter fulmine percuſſit. & 71 a, Mercurius fulmine percuſ-
ſus dicitur humatus eſſe Cynoſuris.de D.84 a,

*Aut cum terribili percuſſus fulmine ciuis,*
*Luce ſerenanti vitalia lumina liquit.*

I. C.115 a, Cùm & legum æra fulminis ictu liquefacta
ſunt.pro Cor.61 b, Cùm duo fulmina noſtri imperij ſub-
itò in Hiſpania Cn. & P. Scipiones extincti occidiſſent.
Or. 198 b, Quidam nec acumine poſteriorum, nec ful-
mine vtens ſuperiorum. Tuſb. 189 b, Non modò ſtimu-
los doloris, ſed etiam fulmina fortunæ cotemnamus.
*Top.226 a,Cum in Aiacis nauim criſpiſulcans igneum
fulmen iniectum eſt. de Diu. 117 a, Fulmen qua ex parte
veniſſet.ibid.Comitiorum ſolum vitium eſt fulmẽ: quod
idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus, ſi
ſiniſtrum fuerit.ibid. Nec verò fulminibus homines quid
aut faciendum eſſet, aut cauendum, moneret *Iupiter*.de
Diu.a, b, Quod igitur *fulmen* vi naturæ, nulla conſtantia,
nullo rato tempore videmus effici: ex eo ſignificationem
rerum conſequentium quærimus? Scilicet ſi iſta Iupiter
ſignificaret: tam multa fruſtra fulmina emitteret? Quid
enim proficit, cum in medium mare fulmen iecit? quid
cum in altiſſimos montes? quod plerunq; fit. quid cum in
deſertas ſolitudines? quid cum in earum gentium oras, in
quibus hæc ne obſeruantur quidem? ibid. Vnde fulmen
venerit, quò conceſſerit. Quid ſignificet autem, nulla ra-
tio docet.ibid Tum ſtatuam Nattæ, tum ſimulachra De-
orum, Romulusq; & Rhenus cum altrice bellua, vt fulmi-
nis ictu conciderint.de Diu. 118 a, Romulus lactens ful-
mine ictus. Vrbi igitur periculum oſtenditur ei, quam ille
cõdidit. Ep. 139 a, Ain tandem? Inſanire tibi videris, quòd
imitere verborum meorum, vt ſcribis, fulmina. Tum inſa-
nires, ſi conſequi non poſſes. Cum verò etiam vincas, &c.
Att.58 b, Caſu trinas literas antè legeram, &c. ecce quar-
tæ fulmen. Att.238 a, Si recordabere Δημοσθένους fulmina.
Orat.220 a, Cuius Demoſthenis non tam vibrarent ful-
mina illa, niſi numeris contorta ferrentur.

† Syntaxis. *Fulminum iactus. Fulmen comitiorum. Fulmina ia-
ciuntur, emittuntur. Fulmine ictus, percuſſus. Imperij Romani ful-
mina. Fortunæ fulmina contemnere.*

FVLMINASTER, ſeu FVLMINIASTER. Att. 202 a, *Sic enim
habẽt exemplaria quædam: quod mihi magis placet, quàm Fuluia-
ſter. ſignificat enim Philotimum, quæ ſcribat de bello, ſemper au-
gere, adeò vt fulgurare, fulminaq; iacere videatur: vnde ioco eum
Fulminaſtrum appellat: hoc eſt fulmen quoddam paruum, ſeu (vt
ita dicam) fulminatorem ridiculum.*

FVLTVS, a, um *ſubnixus*. pro Cor.62 a, Neque ideo eſt Gadi-
tanorum cauſa deterior, grauiſſimis & pluribus rebus
eſt fulta. Ep. 185 b, Magnis ſubſidijs fulta reſpublica eſt.
Att.218 a, Hic autem vt fultum eſt. *aliter, fulcrum.** de Se-
nect.88 a, Vitis quæ natura caduca eſt, niſi fulta ſit, ad ter-
ram fertur. Antequam.194 a, Partim innocentia freti. par-
tim nobilitate nixi, partim potentia amicorum fulti. Off.
69 b, Imperium quod debet beneuolentia fultum eſſe. de
N.31 a, Partes mundi, quæ maximo calore fultu ſuſti-
nentur.

FVLVIASTER. Att.202 a, Solet omnino eſſe fuluiaſter. *aliàs
Fulminaſter.*

FVLVVS, a, um *color qualis eſt auri*. de Leg.156 a,

*Nuncia fulua Iouis miranda viſa figura.*

FVMANS, tis. de Nat.31 a, Vos me primum ictum pro vobis
fumantemq; vidiſtis.

FVMO, as. *fumum emitto, ardeo*. pro Seſt.7 b, Et quod ita do-
mus ipſa fumabat, vt multa eius ſermonis indicia redole-
rent. de Nat.31 a, *---terram fumare calentem.*

FVMOSVS, a, um. I. P. 79 b, Obrepſiſti ad honores errore
hominum, commendatione fumoſarum imaginum.

FVMVS, mi. *ignea exhalatio*. I. P.82 a, Pauliſper ſtetimus in illo
ganearum tuarum nidore atque fumo.|* I. V. 85 a, Ibi ho-
minem ingenuum, domi nobilem, populi Rom. ſocium
atque amicum, fumo excruciatum ſemiuiuum reliquit.
Qu.fr. 300 b, Tete curaturum, fumo vt cõbureretur, tota
plaudente prouincia.

FVNALE, lis. *cereus, ſeu fax ex fune & cera*. de Sen 56 a, C. Duil-
lus delectabatur crebro funali & tibicine: quæ ſibi nullo
exemplo priuatus ſumpſerat.

FVNCTIO, onis. *actio*. I V.150 b, Vt ijs iucundior eſſet mune-
neris illius functio. Tuſc. 182 a, Labor eſt functio quædã,



vel animi, vel corporis grauioris operis & muneris.

FVNDA, dæ. *in ioculari libello, teſte Quintiliano* 397.

** Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda:*
*Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.*

FVNDAMENTVM, ti. *ſolum, ſedes, gradus, aditus*. pro Plan.295 a,
Pietas fundamẽtum eſt virtutum omnium. Off. 5 b, Fun-
damentum iuſticiæ eſt fides. pro Corn. 61 a, Hæc ſunt e-
nim fundamenta firmiſſima noſtræ libertatis. Par.232 b,
Narratio eſt quædam quaſi ſedes & fundamentum con-
ſtituendæ fidei. de Orat.156 b, Fundamentum eloquen-
tiæ, eſt verborũ vſus & copia bonorum. de N.10 b, Quod
igitur fundamentum huius quæſtionis eſt, id præclarè ia-
ctum videtis. I. A.191 b, Hodie fundamenta ſunt iacta re-
liquarum actionum. de Sen. 90 a, Senectus, quæ funda-
mentis adoleſcentiæ conſtituta eſt. I P.81 a, Ergo his fun-
damentis poſitis conſulatus tui, triduo poſtquam, &c. de
D.108 b, Fundamentum philoſophiæ poſitum eſt in fini-
bus bonorum & malorum. pro Plan. 265 a, In quo tem-
plo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. pro Cl.23
b, Hoc vtar initio & quaſi fundamento defenſionis. pro
Seſt.4 a, Quibus initijs ac fundamentis hæ tantæ laudes
excitatæ ſint. de Fin.79 b, Virtutum omnium fundamen-
ta vos in voluptate, tanquam in aqua ponitis. pro Mur.
127 a, Bene habet, iacta ſunt fundamenta defenſionis.
Acad.10 b, Sed paulo antè iacta ſunt fundamenta. pro Fl.
147 a, Niſi fortè cui cauſæ fundamenta iaciantur, non vi-
detis. I. A.153 a, Quantum in me fuit, ieci fundamenta pa-
cis. Epiſt.12 b, Fundamenta iacta confirmandi ſenatus. &
161 b, Fundamenta ieci ſalutis tuæ. Att. 287 b, Vindex il-
lius mali autor extitit alterius fundamentum, & radices
habituri altiores. Bruti. pro Mar. 135 a, Tantum abes à
perfectione magnorum operum, vt fundamenta quæ co-
gitas, nondum ieceris. Off.7 a, Referri enim decet ad ea,
quæ in principio propoſui fundamenta iuciæ: primùm, vt
ne cui noceatur: deinde, vt communi vtilitati ſeruiatur. p
Mil. 116 a, Agere fundamenta, item: Fundamento tota
domus nititur.* pro Cæl 38 b. Videor mihi ieciſſe funda-
menta defenſionis meæ, quæ firmiſſima ſunt, ſi nitantur
iudicio ſuorum.

FVNDANVS, a, um. contra Rul. 79. Fundanus ager.

† Syntaxis. *Sedes, & quaſi fundamentum. Iácere fundamenta,
conſtituere, ponere. Initium & fundamentum. Fundamentum &
radix. Fundamentum agere.*

FVNDATVS, a, um. L. FVNDO. pro R. P.122 b, Fundatæ atque
optimè conſtitutæ opes. pro Dom. 232 b, Subita funda-
tiſſimæ familiæ ruina. Att.11 b, Status ille reipublicæ, qui
fixus & fundatus videbatur. Qu. de Pet. 208 b, Partis ac
fundatis amicitijs fretum ac munitum eſſe oportet. Par.
117 a, Qui hanc rem publicam tam præclarè fundatam
nobis reliquerunt. pro Flac.151 a, Nihil religione teſtatũ,
nihil veritate fundatum reperietur. I. C. 122 b, Magnis la-
boribus fundatum imperium, multa virtute ſtabilita li-
bertas de Fin. 106 a, Tam accuratè fundatam & extructã
diſciplinam non eſt facile perdiſcere.

FVNDENS, tis de Vni 202 b, In qua *permiſtione Deus* omnem
animum, vniuerſæ naturæ temperans, permiſcebat: ſupe-
riorisq; permiſtionis reliquias fundens, æquabat. * de D.
83 a,

*Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. ſc. fulix.*

† Syntaxis. *Opes fundatæ, familia. Status fixus, & fundatus. Res
veritate fundata, & extructa diſciplina.*

FVNDI, orum. *oppidum*. Att.224 a, Pridie Iduum Fundis ac-
cepi tuas literas cœnans.

FVNDITVS. *prorſus*. de Or.161 a, Ne earum rerum quenquã
funditùs natura voluit eſſe expertem. de Fin.81 a, Præce-
pta iſta funditùs euertunt amicitiam. de In. 53 b, Ille ho-
ſtis funditùs vicit. Att.85 b, Ciuitatem funditùs perdidiſ-
ſem. pro Dom.220 a, Ciuitatem funditùs euertiſti. Ep.79
b, Funditùs interire. Or.218 a, Ne ſpondeus quidem fun-
ditùs eſt repudiandus. & 217 b, Funditùs tollit fidem.

† Syntaxis. *Euertere, interire, repudiare funditùs.*

FVNDO, as. *conſtituo, fundamentum iacio, vel pono, vel ago, ſtabilio,
nitor*. pro Corn.61 a, Illud maximè veſtrum fundauit im-
perium.

FVNDO, dis. *emitto*. de Nat. 52 a, Oua piſcium facilè aqua &
ſuſtinentur, & fœtum fundunt. * in L. Piſon. Quæ te bel-
luam ex vtero, non hominem, fudit.

¶ *Profero, edo, enuncio, eloquor, cano*. de Orat.161 a, Fundere
verſus ex tempore. Or.217 b, Fundere orationem nume-
roſè & volubiliter. Tuſc.171 a, Cùm tam bonos ſeptena-
rios fundat ad tibiam. Tuſc.lib.1, Fundere carmen graue
plenumque. de Or. lib. 3, Fundere inconditè. Tuſc.lib.5,
Fundere inanes ſonos. de Fin. 108 b, Fundere verba more
poetarum. Tuſc.lib.2, Elicere & fundere vocem Tuſc.lib.
3, Fundere inanes voces.* Tuſcul.180 a, *Iouis ſatelles, &c.*

*Clangorem fundit vaſtum,*

de Diu.131 a, Sibyllæ verſus obſeruamus, quos illa furẽs fudiſſe dicitur.

¶ *Trado, gigno.** de Fin.88 a, Quibus *beſtijs* ipſa terra fundit ex ſeſe paſtus varios varieq; abundantes, nihil laborantibus. Tuſc.235 b, Vt aut flores, aut fruges fundat, aut baccas. de Nat.57 b, Terra fœta frugibus & vario leguminũ genere, quæ maxima largitate fundit. de Sen. 87 b, 88 a, Fundit viriditas herbeſcens frugem ſpicæ ordine ſtructã.

¶ *Spargo, proijcio.* de D. 90 a, Fundere ſanguinem è patera.

¶ *Amplioris virtutis ratione.* de Fin.lib.5, Iuſticia ſe fundit vſu in cæteras virtutes. in Or. Se latius fundet orator.

¶ *Aperio, doceo.* de N.d.lib.1. de Diu.lib.1, Fundo phyſicorum oracula.

¶ *Diſſipo, diſpergo, diſperdo, ſterno.* pro Mur. 128 b, Muræna magnas hoſtium copias fudit. pro Rab.96 b, Cùm innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet. de Fin. lib.1, & pro Mur. & pro Rab. Fundere exercitum.

FVNDOR, ris. de Fin.100 b, Vtrunq; eorum fundi quodammodo & dilatari putant. de Fin. 146 a, Semper enim ex eo quod maximas partes continet, latiſſimeq; funditur, tota res appellatur. de Diu.87 b, Sed illa quę inſtinctu afflatuque diuino funduntur. *ſcilicet oracula.* de Sen.88 a, Funditur in omnes partes vitis. * Tuſc 187 a, Latera, fauces, linguam intendere, è quibus elici vocem & fundi videmus.

† Syntaxis. *Voces elicere & fundere. Iuſtitia ſe fundit in cæteras virtutes. Vitis funditur in omnes partes.*

FVNDVS, di. *prædium, poſſeſſio* de Orat.106 b, Cui noſtrûm nõ licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere? de Or.129 a, Teſtificatur pater, ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. & ibid. Cùm in Priuernati eſſemus. Parad.125 b, M.Manilius habuit ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. Ep 229 a, In ea controuerſia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio. Ep.237 a, Fundo Arpinati bene poteris vti. * I V. 173 b, Ex fundo villicus domino XX. millia nummûm pro X. mittit. ibid. Quod tanto ſibi plus mercedis ex fundo refectum ſit. ibid. Quibus rebus fundi fructus & cultura continẽtur. ibid. Ex eo fundo, qui H S dena meritaſſet. (*al. cui H-S dena merces eſſet.*) pro M. Tull. Fundum habet in agro Tigurino paternum. Iocul libel.

*Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda:*
*Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.*

Pro Mur. 129 b, Eum *fundum* ego ex iure meum eſſe aio.

¶ *Populus, id eſt, autor obſtringendi ſe iure ciuium Romanorum. Hoc non diſcedit à priori ſignificatione: eſt enim poſſeſſio & regnũ eius, cuius fundus factus eſt: id quomodo fiat, docet* Cicero pro Corn.58 b, Totum in ea fuit poſitum ſemper ratione atque ſententia, vt cum iuſſiſſet, P.R. aliquid, ſi id aſciuiſſent ſocij populi ac Latini, & ſi ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet: vt tum lege eadem is populus teneretur: non vt de noſtro iure aliquid minueretur, ſed vt illi populi aut iure eo quod à nobis eſſet conſtitutum, aut aliquo commodo, aut beneficio vterentur. & ibid.59 a. & 64 b, Populi, Socij, Latini, Fœderati, Fundi. * pro A. Cecin.305 a, Multo etiã minus quæri, A. Cæcina fundus ſit, nec ne. ibid. Fundum eſſe Cæcinam.

¶ *Vaſis pars ima, translatione finis, terminus, modus.* Off. 44 a, Largitio fundum non habet. pro Clu.55 b, Ipſe armarij fundum execuit.

FVNEBRIS, bre. *lugubris* de Orat.140 a, Laudationes ſcribuntur ad funebrem concionem. in Vat. 31 a, Epulum funebre. de L.182 a, Veſtimentum funebre ibid. Funebria cætera quibus luctus augetur, duodecim ſuſtulerunt.

FVNESTO, as. *quaſi funere inquino, fœdo* pro Font. 108 a, Galli humanis hoſtijs deorum aras & templa funeſtant. * de Fin.84 b, Saxum illud Lemnium clamore Philoctetæo funeſtare.

FVNESTOR, ris. pro Rab.92 b, Funeſtari concionem contagione carnificis veto. pro Mil.119 a, & de Fin. 83 b, Curiã inflammari, incendi, funeſtari.

FVNESTVS, a, um: ſtior. *inquinatus, pernicioſus.* Att. 137 b, Maiores noſtri funeſtiorem eſſe voluerunt diem Allienſis pugnæ, quàm vrbis captæ I.C 102 a, Hoc tibi pernicioſum eſſe confido, & funeſtum futurum. & 115 b, Qui deorũ templis ſunt funeſtos ignes inferre conati. Anteq. 196 b, Qui in ſuo magiſtratu funeſtam facem à veſtris repulit templis. I.V. 260 b, Colonos agrorum ad huius ſecurim funeſtam eſſe ſeruatos. pro Seſt.8 b, O diem illum funeſtũ ſenatui. pro Dom. 213 a, Peſtifer ac funeſtus tribunatus. pro Fl.165 b, Nox funeſta alicui. pro Dom 215 b, Funeſta fax. & 213 b, Funeſta reipub. peſtis. de L.18 a, Funeſta familia. Ep.148 a, Funeſta victoria, *id eſt, cruenta.* * pro Qu. 18 a, Funeſtum eſt à forti atq; honeſto viro iugulari, funeſtius ab eo, cuius vox in præconio quæſtum præſtitit.

† Syntaxis. *Pernicioſum & funeſtum. Peſtifer & funeſtus magiſtratus. Funeſtum eſt iugulari. Peſtis, victoria funeſta.*



FVNGENDVS, a, um: do. Tuſc.193 b, Conturbatus oculus nõ eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum. Att.1 b, In omni munere candidatorio fungendo.

FVNGOR, ris. *præſto, exerceo, facio, efficio, colo.* de A.100 a, Valetudo opportuna eſt, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. de Cl.170 a, Lyſias eſt functus omni ciuium munere. de Diu.95 a, Poſſunt aliquando oculi non fungi ſuo munere. Att.287 a, Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teq; per literas conſolarer, niſi, &c. Off.48 a, Neq; enim verbis auget ſuũ officium, ſi quo fortè fungitur. Tuſc,172 a, Nemo parum diu vixit qui virtutis perfecto functus eſt munere pro Cæl.41 b, Fungi officio. de L.158 a, Vt conſulentibus reſpondeas, ſenectutis grato atq; honeſto fungere munere. de Cl. 187 a, Qu. Arrius omni iam fortuna proſperè functus. I.V.193 a, Quid aratorem ipſum muneris in rempub. fungi ac ſuſtinere velitis. Off.42 a, Qui adipiſci veram iuſticiæ gloriam volent, iuſticiæ fungantur officio. Off 45 a, P. Craſſus functus eſt ædilitio maximo munere. * Ep. ad Brut 278 a, Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu. Tuſc.199 a, Fungar iam interpretis munere Off. 45 a, Paulò pòſt L. Craſſus cum Q. Mutio magnificentiſſima ædilitate functus eſt.

† Syntaxis. *Fungi munere, officio, proſpera fortuna. Quid fungeris officij, ſuſtinesque.*

FVNGVS, gi. Ep.31 a, * Ep.107 b, Dum volunt iſti lauti terrà nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil poſſit ſuauius. In eas cùm incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum. Ep.131 a, Oblitúsne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam. Epiſt.135 a, Ad fungos me tuos conferam.

FVNICVLVS, li. de In.81 b, Et inde funiculo, qui à puppi religatus ſcapham annexam trahebat, nauim quoad poſſet moderaretur.

FVNVS, ris. *exequiæ, ſupremi diei celebritas, exequiæ funeris.* pro Cl. 23, Mater tibi de integro funus iam ſepulto filio fecit. & 60 a, Mater exequias funeris filij proſecuta eſſet. Qu. frat. 237 a, Serrani funus perluctuoſum fuit, ad IIII. cal. Decembr. Att.258 a, Ibi Pyliam vidi, venerat enim in funus: cui funeri ego quoq; operam dedi de Or.135 a, Cùm funus quoddam duceretur, accuſator inquit, Mortuus rapitur: vide, &c. de Or.129 b, Cum caſu in eadem cauſa cũ funere efferretur anus Iunia. Att.226 a, Si Cæſar funere elatus eſſet. I.V.260 a, Non palàm virorum funera locabãtur. I.V 263 a, Dico mercedem funeris ac ſepulturę conſtitui nefas fuiſſe. pro S.R.22 a, Soluere iuſta paterno funeri, in Vat.35 a, Quis vnquam in luctu domeſtico & in funere familiari cœnauit cum toga pulla? & ibi. Ita enim illud epulum eſt funebre, vt munus ſit funeris, epulæ quidem ipſę dignitatis. Poſtq.208 a, Nondum palàm factum erat concidiſſe rempublicam, cùm tibi arbitria funeris ſoluebantur. de Pro. 78 a, Caſum illum meum funus eſſe reipublicæ, ſed funus iuſtum & indictum. pro D.221 b, Funeſtum funus. I. A. 224 a, Aediles curules edictum quod de funeribus habebãt, Sulpitij funeri mittere. de Sen.92 b,

*Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu*
*Faxit. cur? volito viuu' per ora virûm,*

Ep. 56 a, Ibiq; funus ei ſatis amplum faciendum curaui. * de Inu.51 a, Singulare eſt, quod aliqua de cauſa priuatim ſolet alicui accidere, vt nuptiæ, ſacrificium, funus, conuiuium, ſomnus. pro Qu. 9 a, Huic acerbiſſimum viuo videntiq; funus ducitur: ſi funus id habendum ſit, quò nõ amici conueniunt ad exequias cohoneſtandas, ſed bonorũ emptores, vt carnifices, ad reliquias vitę lacerandas & diſtrahẽdas. pro Dom.221 b, Qui etiã de me ipſo, cùm tua rogatione funere elãtã Rempub. eſſe dicerent, tamen id funus, etſi miſerũ atq; acerbũ fuiſſet, iure indictũ eſſe dicebãt. Quod de me ciue ac de Repub. benè merito tuliſſes, funeſtũ funus te indixiſſe Reip. de Leg 182 a, Sumptus lamentationesq; funeris. ibi Mulieres genas ne radũto, néve leſſum funeris ergò habẽto ibi Homini mortuo ne oſſa legito, quo pòſt funus faciat & b, Funus vt inducatur (*al. indicatur*) ſi quid ludorũ: domusq; funeris vtatur accẽſo atq; lictoribus. de Leg.183 a, Poſteaquam ſumptuoſa fieri funera & lamẽtabilia cœpiſſent: Solonis lege ſublata ſunt. & b, Pittacus omnino accedere quenquam vetat in funus aliorum. ibid Increbuiſſe eam funerum ſepulchrorumq; magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ eſt. ibid. Ante lucẽ iuſſit efferri *funera* ibi. Plato iuſta funerũ reijcit ad interpretes religionum. ibid. A quo idem funerũ ſumptus pręfinitur ex cenſibus à minis quinq; vſq; ad minã.

† Syntaxis. *Facere funus alicui. Proſequi funeris exequias. In funus venire ad exequias cohoneſtãdas. Operã funeri dare. Ducitur illi funus. Effertur funus. Funere effertur ille Alicnius funere iuſtã ſoluere. Funus inducere. Funeſtũ, iuſtũ, indictũ, amplũ, familiare funus.*

Fvr,furis.*plagiarius*, de Fin.142 a, Fures earum rerum quas ceperunt, ſigna commutant. pro Mil. 103 a, XII tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impunè voluerunt. pro S.R 27 b, Canes publicè aluntur in Capitolio, vt ſignificent, ſi fures venerint.de Orat.129 a, Is à Philippo interrogatus quid latraret,furem ſe videre reſpondit. * pro M. Tull.Si quis furem occiderit,iniuria occiderit.I.V.77 b, Nō enim furem, ſed ereptorem, &c. in veſtrum iudicium adduximus.pro Dom.223 a,Ne in prædę quidem ſocietate,&c. quenquam niſi furem aut ſicarium reperiri potuiſti.

Fvracissime'. in Vat.31 a, Dum omnium domos, apothecas,naueis furaciſſimè ſcrutareris.

Fvrax,cis.*fur,vel qui à furtis abſtinere manus non poteſt* de Or. 131 b, Ridiculum eſt illud Neronianum vetus in furace ſeruo, ſolum eſſe cui domi nihil ſit obſignatum & occluſum.de Orat.133 b, Cornelius homo auarus & furax.I.P. 95 b, Furaces manus. * Furaciſſimus apud Aſconium 78.

† Syntaxis. *Furaciſſimè ſcrutari.*

Fvrca, cæ. *crux.* de D. 92 a, Seruus per circum cùm virgis cæderetur,furcam ferens, ductus eſt.

Fvrcifer,i.*ſceleſtus,furcam ferens.* in Vat. 32 a,Id tu furcifer tibi ſumes? & I.P. 82 a, * Crudelitatis tu furcifer Senatum Conſul in concione condemnas? pro Deiot.148 b, Quid deinde furcifer? quò progreditur? Ait,&c.

Fvrens,tis.*furibundus,maximo furore inflammatus,inſanus,veſanus,effrenatus,præceps, mente permotus, violentus, qui mentis ſuæ compos non eſt, qui mentis ſuæ non eſt, cui mens ex ſua ſede & ſtatu dimota eſt præcipite amentia, homo qui de poteſtate,de mente,de conſilio,de ratione exijt* Antequam 197 a,Quint Metellus ceſſit L. Saturnino furenti. de Ar. 254 b, Alicuius furentis ac violenti impetus. Qu fr 108 a, Ille furens & exanguis interrogabat ſuos quis,&c I.C.104 b Catilina furens audacia, ſcelus anhelans. de Ar. 243 b, Hominem furentem exultantemq; continui. Tuſc.231 b Inflammatus & furens libidinibus. * de ſuis conſil. Tarditate modorum & grauitate cantus, illorum furentem petulantiā reſediſſe.de Diu.131 a,Sibyllæ verſus obſeruamus, quos illa furens fudiſſe dicitur.

† Syntaxis. *Furens & exanguis. Furens & exultans. Inflammatus ac furens.*

Fvrenter *furiosè.* Att.86 b, Pueri aiunt eum furenter iraſci.

Fvria,riæ.*furina.* Qu fr. 320 a, Cæſar tibi amantiſſimè petenti veniam non dedit, vti vllum ad illam furiam verbū reſcriberes.de N 68 b, Eumenides, quæ ſi deæ ſunt,quarum & Athenis fanum eſt, & apud nos, vt ego interpretor,lucus Furinæ:furiæ deæ ſunt, ſpeculatrices, credo, & vindices facinorum & ſceleris. de L.164 a, Furiæ agitant & inſectantur impios nō ardentibus tædis, ſicut in fabulis,ſed angore cōſcientię & fraudis cruciatu I.P.89 b,Homines impulſu deorum terreri furiarum tædis ardentibus pro S.R.29 b, Hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticæque furiæ, quæ parentum pœnas à conſceleratis filijs repetant.pro S.R. 29 a, Tamen eos agitant furiæ,neq; conſiſtere vſquam patiuntur.& ibid Agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus.pro ſyl.10 b, Itaq; eos ad perficiendum ſcelus furiæ quædam incitârunt.I.V.259.a. Sceleratorum furias in tuum iudicium eſſe venturas pro Do. 213 b,Quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum vexat? vt arbitrere,&c. * pro Seſt.10 a, Producti in circo Flaminio in concionem ab illa furia ac peſte patriæ.& 11 b,Omnibus in concionibus illa furia clamabat, ſe quæ faceret contra ſalutem meam,facere autore Cn. Pompeio.

Fvrialis,le.de Ar.252 b, Tu cum furiales in concionibus voces mittis,nō ſentis,&c. ꝓ Plan.277 b, Furialis illa vox.

†Syntaxis.*Furia & peſtis patriæ, Antonius. Aſſiduæ,domeſticæq; furiæ,ſpeculatrices,& vindices facinorum.*

Fvribvndvs, a. um.*furens.* Anteq. 196 b.Cedam priuatus furibundo magiſtratui. & ibid. Annibalis furibūda mens. de D.80 b,Vatum furibundæ prædictiones.Philip.13,Cęſaris enim incredibilis ac diuina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

Fvrina,næ *furia* de N.68 b, Att.318. L. Fvria.

Fvriose'.*furenter.* Att.122 a, Et ſi ſolet eum, cum aliquid furiosè fecit, pœnitere.

Fvriosvs, a, um.*furens,furibundus, veſanus mente, incitatus.* I.C.102, Quò te iſta tua cupiditas effrenat & furioſa rapiebat.pro Dom.224 a, Hæc furioſa vis Trib. pleb.facilè ſuperari frangiq; potuit.I.P 89 b, & pro S.R.24 a,Vecors, furioſus,mente captus, tragico illo Oreſte aut Athamante demētior.pro Dom.213 b, Homo veſanus & furioſus. de Clar.or.187 a,Feruidum quoddam & petulans, & furioſum genus dicendi. Ac.22 a, Dormientium, & violentorum,& furioſorum viſa.Ep.150 a.Pars exercitus nō minus furioſa eſt, quàm qui cum Antonio fuerūt.* pro Clu. 56 b,Mulier iam non morbo, ſed ſcelere furioſa.



† Syntaxis. *Effrenata & furioſa cupiditas. Vecors & furioſus. Veſanus & furioſus.Feruidum, petulans & furioſum dictum.*

* Fvrnaria, æ. Incer. P. Ventidium mulionem caſtrenſis furnariæ fuiſſe. *Alij caſtrenſem ſuffarraneum legunt.*

Fvro,tis.*inſanio,bacchor,vaticinor,furore inflammor,abſtrahor à ſenſu mentis,à conſtantia,atque à me ipſo diſcedo* I.V.108 b,Vſq; eo commotus eſt, vt inſanire omnibus ac furere videretur. de Aruſp. 352 b, Cum bacchatis, cum furis.de Clar. 190 b,Eos furere & bacchari arbitrabatur. Or.205 b,Furere apud ſanos,& quaſi inter ſobrios bacchari vinolentus videtur. Acad.4 b, Empedocles interdum mihi furere videtur.de Or.126 a, Mihi Telamon iratus furere luctu filij videtur.Qu.fr.306 b, Clodius furebat à Racilio ſe contumaciter vrbaneq; vexatum. Ep. 123 a, Nunc furit Domitius tam gauiſos homines ſuum dolorem. Att.234 b,Panſa furere videtur de Clodio. Off. 22 a, Solon furere ſe ſimulauit. de D. 97 b, Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur.I.P. 90 a Hic acerrimè furit. * in Piſ. 89 b, Quid eſt aliud furere? niſi non cognoſcere homines, non cognoſcere leges,non Senatum ,non ciuitatem? cruentare corpus ſuum. Tuſc 192 b, Quo genere furoris Athamantem, Alcmęonē, Aiacem, Oreſtē furere dicimus.

† Syntaxis. *Inſanit ac furit. Bacchatur ac furit: & contrà, Furo te videre De te furit ille. Audacia furens.*

Fvror,oris.*inſania,animus ſpiritus.* I.C 120 b,Verſatur ante oculos aſpectus Cethegi & furor in veſtra cæde bacchātis.I.P.99 a, Hic furore atque inſania pœnas pendit.Epiſt. 150 a,Si decima legio ad eundem furorem redierit. Tuſc. quæſt.192 b, Furorem autem eſſe rati ſunt, mentis ad omnia cæcitatem. Ac.22 a, Cuius furor conſideret. * pro C. Cornel 1, Alijs ille in illum furorem magnis hominibus autoribus impulſus eſt.pro Dom.242 a,Ab iſtius inflammato atq; ignito furore iam tū me ſeq; repetebat *Reſpub.* ibid.Furore inſtinctus.de Aruſp.243 b, Cuius ego de effrenato & præcipiti furore quid dicam? I.A.257 a,Quam autem ad Reipub. peſtem furor tribunitius impelli non poterit? I. A.250 a,Mutinam illi exultanti tanquam frenos furoris iniecit.de Leg.188 b, Quas *ſtrages* ſine ratione ac ſine vlla ſpe bona furor edere potuit impuræ belluæ multorum inflammatus furoribus Qu.fr.306 b, Multa feci verba de toto furore latrocinioq; P. Clodij.

¶ *Afflatus,ac impetus diuinus, vt poëticus* de D.94 a,Ineſt igitur in animis præſagitio: quæ ſi exarſit acrius, furor appellatur.de D.97 b, Negat ſine furore Democritus quenquam poëtam magnum eſſe poſſe.

† Syntaxis.*Furor & inſania.Effrenatus ac præceps furor.Inflammatus & ignitus furor.*

Fvror,aris.*furtum facio,compilo, expilo,eripio.ſurripio, clàm eripio,clàm de medio remoueo, in meam rem aliena conuerto,bonis alienis manus affero,de medio remoueo,auerto,interuerto.* I.V.88 a, Verres ſolet hæc quæ rapuit & furatus eſt, dicere ſe emiſſe. Off.41 a.Qui cuipiam furatur aliquid, aut clàm eripit. de Nat. 57 b, Beſtiæ furantur aliquid ex ijs, aut rapiunt. Att.21 a,Nam ſi ego tuum antè legiſſem, furatum me abs te eſſe diceres.* pro Cor.55 b,Non furatus eſſe ciuitatem dicitur.

† Syntaxis. *Rapere, & furari. Furari, aut clàm eripere. Furari, aut rapere.*

Fvrtim *clàm.)( Palàm, liberè.* Att. 56 b, Metellus furtim in campum currebat.de Orat 132 a Tantum licet furtim, ſi quando & curſim.Epiſt.266 b,Lagenæ, quę furtim eſſent exiccatæ.contra Rull.74 a,Occulte latére,reconditum eſſe,furtim tradi,&c. pro Do.241 b, Furtim facere aliquid.

Fvrtivvs,a,um.*occultus.* I.P. 110 b, Furtiuum iter per Italiam.

Fvrtvm,ti *compilatio, rei alienæ fraudulenta tractatio.* pro Cl. 55 b, Ille medicus domi furtum fecit & cædem huiuſmodi. de N.74 b,Conſilio tuo furtum factum eſſe aio.Qu fr. 294 b, Plura oppidorum & furta & latrocinia eſſe dc, ulſa.pro Qu.Roſc.49 b,Res erat manifeſta, furtū erat apertum.cuius rei furtum factum erat? Epiſt.266 b,Ne furtum ceſſationis quæſiſſe videaris.* con C. Anton. Cùm te furti L. Calenus argueret. ibid. Quo tempore à L. Caleno furti delatus ſis. Att.90 b, Mira erant in ciuitatibus ipſorum furta Græcorum, quæ magiſtratus ſui fecerant.

Fvrvncvlvs,li I.P.93 b,Iſte tantummodo improbus, crudelis olim furunculus,nunc verò etiam rapax.

Fvscina,næ. *telum tridens ad piſcandum aptum.* de Nat.21 b, Dant enim arcū, ſagittas,clypeum,fuſcinam,fulmen,&c. & 44 a,

*Aut forte Triton fuſcina euertens ſpecus.* Accij.

Fvscvs,a,um.pro Seſt.6 b, Purpura plebeia ac penè fuſca. in Arat.

*At pars inferior delphini fuſca videtur.*

de Diu.83 a,Fuſca cornix.de Nat.55 b,Vox canora.)( *Vox fuſca.*

FVSE, *diſperſè diffuſè.)( Articulatim, diſtinctè.* de Leg. 163 a, Quæ fuſè olim diſputabantur & liberè, ea nūc articulatim diſtinctéq; dicuntur. de Nat. 30 a, Vberiùs ac fuſiùs diſputare aliquid. Or. 207 a, Fuſè lateq; dicere.

FVSIO, onis, de Nat 9 b, Chryſippus mundum Deum dicit eſſe, & eius animi fuſionem vniuerſam. de Vniuerſ. 201 b, *Fuſiones autem deorum, &c. ſi verbis explicare conemur. *Alij flexiones legunt, ſed malè. Nam apud Platonem eſt χ[illegible]. Vnde alij luſiones legere malunt.*

FVSTIS. Epiſt. 118 b, Quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet? in Verr. 222 a, Qui primò cùm obſiſtere conarentur, malè mulctati clauis & fuſtibus repelluntur. I.P. 95 a, Non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. Att. 56 a, Clamor, lapides, fuſtes, gladij: & hæc improuiſa omnia.

† Syntaxis. *Fuſtem alicui impingere.*

FVSTVARIVM, rij. *verberatio, fuſtium caſtigatio, vt Modeſtinus ait.* I. A. 186 a, Nam ſi Antonius conſul, fuſtuarium meruerũt legiones, quæ conſulem reliquerunt.

FVSVS, a, um. *diſperſus.* de Orat. 128 b, Genus facetiarum æqualiter in omni ſermone fuſum. de N. 46 a, Aer fuſus & extenuatus in ſublime fertur, concretus autem in nubes cogitur. Or. 206. b, Hæc in omnia genera fuſa oratio. de Orat. 137 b, Sanguis in corporibus fuſus. & 123 a, Genus ſermonis liquidum, fuſum, profluens.)( *Exile, aridum, conciſum, minutum.* Offic. 20 a, Decorum quàm latè fuſum ſit, apparet I. A. 258 b, Exercitum hoſtium cæſum fuſumq; cognoui. Off. 75 a, Hoſtes fuſi ac fugati. pro Seſt 22 a, Homines fuſi per agros ac diſperſi.

† Syntaxis. *Facetiæ fuſæ in ſermone. Fuſus & extenuatus aër. In corpore ſanguis fuſus. Exercitus, fuſus, fugatusq́ue. Cæſus & fuſus. Homines per agros fuſi & diſperſi.*

FVTILIS, le *leuis, vanus.* de Diu. 88 a, Aruſpices vanos futilesq; eſſe dicamus. Tuſc. 217 a, Alacritate futili geſtiens. & 231 b, Futiles lætitiæ. de Fin. 98 a, Quis non odit ſordidos, vanos, leues, futiles? de Nat. 5 b, Commentitiæ futilesq; ſententiæ.

FVTILITAS, tis. *vanitas.* de Nat. 40 a, Hæc plena ſunt futilitatis ſummæq; læuitatis.

† Syntaxis. *Vanus & futilis. Vanus, leuis, futilis. Commentitium ac futile. Futilis alacritas.*

FVTVRVS, a, um. *conſequens, inſequens, poſterus, reliquus, impendens, euenturus, venturus.* Att. 93 b, Sed illum eum futurum eſſe puto, qui eſſe debet. I. A. 153 b, Alia porrò propria Dolabellæ? quæ niſi collega abfuiſſet, credo eis fuiſſe futura communia. Epiſt. 54 a, Eum magis cenſemus communem in victoria futurũ, quàm cæteris in rebus fuiſſet? de N. 25 a, Homines futuros beneficos & benignos fuiſſe. I. C. 102 a, Quam ſibi perniciosam eſſe confido & funeſtam futuram. de D. 137 b, An tu cenſes vllam anũ tam deliram futuram fuiſſe, vt ſomnijs crederet? niſi, &c in Ant 221 a, Non dubito, quin reditus eius & nobis gratus fuerit, & reip. ſalutaris futurus. de Fin. 84 b, & 63 a, Futurum atq; impendens malum. & 63 a, Futurũ, conſequens, & poſterum tempus. de Sen. 93 a, Memoria præteritorũ, futurorum prouidentia. pro Mil. 125 a, Prouidere quod futurum ſit Off. 39 b, Proſpicere futura. de N. 62 a, Sæpe ne vtile quidem eſt ſcire quod futurum ſit: miſerum enim eſt nihil proficientem angi. * Att. 295 a, Cumq; id, quod dabatur, non eſſe interiturum, ſed in ornamentis templi futurum, &c.

† Syntaxis *Cenſes vllum futurum fuiſſe, qui dixerit, niſi, &c. Futurum, conſequens, ac poſterum tempus. Futurum & impudens malum.*

G

G *Litera Latinorum, conſonans ac muta.*

GABINIVS, a, um. Att. 83 a, Qu. fr. 316 b, Gabinia lex.

GABINVS, na. pro Plan. 263 b, Gabina vicinitas.

GADES, dium. *inſula Hiſpaniæ, & in ea vrbs.* pro Cor. 63 a, Gades Herculis itinerum ac laborum terminus.

*GADITANVS, a, um. pro Cor. 61 b, Gaditanum fœdus. ibid. Fœdus Gaditanorum.

GALATAE, arum. *Aſiæ populi.* Att. 95 a, Galatarum auxilia.

GALEA, leæ: *capitis armatura.* I. V. 223 a, In hoc fano loricas galeasq; æneas P. Scipio poſuerat.

GALEATVS, a, um de N. 21 b, Galeata Minerua.

GALLEOTAE. de D. 88 b, Huic interpretes portentorum, qui Galleotæ tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt.

GALLIA, liæ. de Prou. 76 b, Alter vlteriorem Galliam decernit, alter citeriorem. Att 120 a, M Marcello Cos. finienti prouincias Gallias Cal. Martijs ipſe reſtitit. & ibid. Gallia vlterior. Ep. 115 a, Propter Galliarũ controuerſiã. pro Mur. 145 a, Gallia tranſalpina. I. A. 219 a, Gallia comata.



GALLICAE, arum. *crepidæ, ſoleæ.* in Ant. 175 a, Nullis nec Gallicis, nec lacerna. *Sic enim legendum eſt, non caligis, teſte Gellio lib. 13. cap. 22.*

GALLICANVS, a, um *Gallicus.* pro Qu. 3 a, De tota illa re atq; ratione Gallicana inter ſe communicant. I. C 120 a, Ager Gallicanus Picenusq́ue. * in L. Piſon. Prius Gallus, dein Gallicanus, extremò Semiplacentinus haberi eſt cœptus. I. C. 105 a, Gallicanæ legiones.

GALLICVS, a, um. *Gallicanus.* de Diuin. 97 b, Brennus eiusq́; Gallicæ copiæ. pro Seſt. 4 a, Piſauri & in alijs agri Gallici partibus. I. C. 105 a, In agro Piceno & Gallico. de Clar. 169 b, Ager Gallicus & Picenus.

GALLINA, næ. *ouiferum præ cunctis volucre altile.* de Nat. 50 a, Anatum oua gallinis ſupponimus. Ac. 15 a, Quæ id ouũ gallina peperiſſet, dicere ſolebant. de D. 120 a, Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati ſignum dabat? * de Sen. 89 a. Villa tota locuples eſt: abundat porco, hœdo, agno, gallina.

GALLINACEVS, a, um. pro Mur. 138 b, Qui gallum gallinaceum ſuffocauerit, &c. & de D. 96 a, Gallos gallinaceos canere cœpiſſe. de D. 114 a, Gallinaceum fel.

GALLINARIA *ſylua, Romæ.* Ep. 141.

GALLINARIVS, narij. *qui gallinas curat* Acad. 21 b, Quoniam gallinarium inueniſti Doliacum, qui oua cognoſceret.

GALLOGRAECVS. de Ar. 250 a, Brogitarus Gallogræcus.

GALLONIVS. *præco, & inſignis helluo.* de Fin. 83 b, Viuit vt Gallonius, loquitur vt frugi ille Piſo. pro Quint. 17 b, Quæſtus & ſumptus Gallonij. de Fin. 69 b, *O Publi, o gurges Galloni, es homo miſer inquit.* & 70 a.

GALLVS li *auis nota.* de D. 120 a, Galli victi ſilere ſolent, canere victores de D. 96 a, Gallos gallinaceos in eo loco ſic aſſiduè canere cœpiſſe, vt nihil intermitterent. de D. 120 a, Galli ſilentio noctis (vt ait Ennius) fauent faucibus, rurſus cantu plauſuq; premunt alas. pro Mur. 138 b, Qui gallum gallinaceum ſuffocauerit. & 128 b, Te gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat. * de Diu. 120 a, Gallorum gallinaceorum cantus, ibid. Quaſi piſces, non Galli, cecinerint. Quid autem eſt tempus, quo illi non cantent, vel nocturnũ, vel diurnum? Quod ſi victores alacritate & quaſi lætitia ad canendum excitantur: potuit accidiſſe alia quoq; lætitia, qua ad cantum mouerentur. ibid. Democritus optimis verbis cauſam explicat, cur ante lucem galli canant. Depulſo enim de pectore & in omne corpus diuiſo & mitificato cibo, cantus edere quiete ſatiatos. de Diuin. 120 b, Deos gallis ſignum dediſſe cantãdi?

¶ *Qui eſt in Gallia tranſalpina genitus.* de Orat. 133 b, Gallus captiuus ſub nodis diſtortus, eiectus lingua, buccis fluẽtibus. pro Font. 280 a, Galli humanis hoſtijs deos placant. de Ar 248 a, Galli robore, Hiſpani numero, Pœni calliditate, Græci artibus. valent,

¶ *Sacerdos Cybeles.* ad Heren. 39 b, Iſte, qui diuitias ſuas iactat, ſicut Gallus è phrygia, aut ariolus quiſpiam depreſſus & oneratus auro clamat & deierat.

GAMELION. *menſis Ianuarius, Iunoni ſacer propter nuptias.* de Fin. 86 a.

GANEAE, nearum. *luſtra, loca libidini & helluationibus apta.* I. P. 82 a, Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. * pro Seſt. 7 a, Vino, ganeis, lenocinijs adulterijsq; confectus.

GANEO, onis. *helluo.* * Poſtq. 206 b, Quo vultu cincinnatus ganeo non ſolùm ciuium lachrymas, verùm etiam patriæ preces repudiauit? I. C. 106 a, Quis ganeo? quis nepos? &c. inueniri poteſt, qui ſe cum Catilina non familiariſſimè vixiſſe fateatur? pro Seſt. 25 a, Plura dixi quàm dicendum fuit in furioſiſſimum atq; egentiſſimum ganeonem.

GANGES, *fluuius Indiæ maximus.* de Som. 129.

GARGETTIVS, *id eſt, Epicurus.* Epiſt. 253.

GARRIENDI. de N 22 b, Tanta eſt impunitas garriendi.

GARRIO, is. *garrire, eſt auium: ſed vſurpatur pro loqui, idq́; ſine delectu.* Att. 186 a, Cùm coràm ſumus, & garrimus quicquid in buccam venit. Attic. 92 a, Cupiebam etiam nunc plura garrire: ſed lucet, vrget turba. de Orat. 110 b, Philoſophi in gymnaſijs garrire cœperunt.

GARRVLVS, a, um. *loquax.* ad Her. 9 a, Vt huius infantiæ garrulam diſciplinam contemneremus.

GAVDENS, tis. Att. 25 a, Animo æquo, imò verò etiam gaudenti ac libenti.

GAVDEO, des. *lætor, exulto, triumpho, lætitia, gaudio exulto, gaudio triumpho, afficior, lætè fero.* de Leg. 184 a, Sanè gaudeo, quòd te interpellaui. Attic. 140 b, Quæ adhuc fecimus, probari valde gaudeo, ſi eſt nunc vllus gaudendi locus. Qu. fr. 313 b, Gaudeo tibi iucundas meas eſſe literas. & 139 b, Quòd ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. pro S. R. 41 a, Quæ perfecta eſſe gaudeo, vehementerque lætor. Attic. 263 a, Id tu nos obtinuiſſe non

modò facilè patiare, ſed etiam gaudeas. & 152 a, Meum factum probari abs te triumpho & gaudeo. pro Mar. 133 b, Quare gaude tuo iſto tam excellenti bono, & fruere cùm fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis. de Fin. 56 b, Cùm priuamur dolore, ipſa liberatione & vacuitate omnis moleſtiæ gaudeamus. Cæl. Epiſt 123 a, Nunc furit tam gauiſos homines ſuum dolorem Ep. 112 b, In theatrum Curionis Hortenſius introijt, puto vt ſuum gaudium gauderemus. & 10 a, In moleſtia gaudeo. Tuſc. 201 b, Quoniam hæc plauſibilia non ſunt, vt in ſinu gaudeant, glorioſè loqui deſinant.* de Fin. 87 b, Qui probari poteſt, vt is, qui propter me aliquid gaudeat, plus quã ego ipſe gaudeat? de Vni. 195 b, Omne igitur cœlum, ſiue mundus, ſiue quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus ſit.

¶ *Delector.* Off. 56 b, Cùm intellexero te hóc ſcientiæ genere gaudere.

† Syntaxis. *Immortaliter gaudeo. Gaudeo, vehementerque lætor. Id eueniſſe triumpho & gaudeo. Gauiſus eſt eius dolorem. Alterius gaudere gaudium. In ſinu gaudere.*

Gavdivm, dij *lætitia, fructus.* Tuſc. 212 a, Nam cùm ratione animus mouetur placidè atq; conſtanter, tum illud gaudium dicitur. I.C. 102 b, Hic tu qua lætitia perfruére? quibus gaudijs exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Antequam. 194 a, Itaq; quod putaui fore gaudium, id extitit exitium. de Fin. 141 b, Gaudio compleri, affici, perfundi. * Tuſc. 241 b, Hinc omnia, quæ pulchra, honeſta, præclara ſunt, plena gaudiorum ſunt. Ex perpetuis autẽ plenisq; gaudijs cùm perſpicuum ſit vitam beatam exiſtere. ibid. Quo tandem igitur gaudio affici neceſſe eſt ſapientis animum? Tuſcul. 242 a, Ex quo inſatiabili gaudio compleatur *mens.* Ep. 22 b, Quod nimio gaudio pene deſiperem. Ep. 88 b, Vt te vſura falſi gaudij frui velim. Epiſt. 264 a, *Ciceronis* F. Iucundiſſimæ tuæ litteræ cumulum mihi gaudij attulerunt. & b, Vt duplicetur tuum ex me gaudium præſtabo.

* Gavisvs, a, um. Ep. 123 a, *Cælij.* Nunc furit tam gauiſos homines ſuum dolorem.

Gavrvs, *mons* contra Rull. 73 b.

Gaza, zæ. *vox Perſica, ærarium, pecunia, theſaurus, regiæ opes, bona fortunæque.* pro Pomp. 16 b, Qui ab auro gazaq; regia manus, oculos, animum cohibere poſſit. Off 49 a, Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus. pro Dom. 225 a, Omnium locupletum fortunæ, omnium prouinciarum fructus, omnium regum bona. Par. 125 b, Pecunia vectigal, diuitiæ, fructus.

Gedvsanvs, a, um. contra Rul. 76 a, Ager Geduſanus.

Gela, *oppidum Siciliæ.* I.V.

Gelenses, *populi* I.V 217.

Gelidvs, da, dum, *frigidus, alſior.* de Leg 170 b, Fibrenus præcipitat in Lirem, eum multo gelidiorem facit: nec enim vllum hoc frigidius flumen attigi de Nat. 45 b, Adde huc fontium gelidas perennitates. I.C. 103 b, Si aquam gelidam biberint.

Gemens, tis. Tuſc. 185 b, Leuiter gemens.

Geminatio, onis. *exornatio verborum.* de Or. 162 a, Geminatio verborum habet interdum vim, lepôrem aliàs.

Geminatvs, a, um. de N. 28 b, Sol geminatus. *id eſt, duo ſoles.* Par. 231 b, Verba geminata atq; duplicata.

Gemino, as. *duplico.* in Arat.

*Perſæpe vt paruum tranans geminauerit orbem.*

Geminvs, a, um. *ſimilis.* pro S.R. 38 a, Par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadẽ impudentia, gemina audacia. ꝑ Qu. R. 54 a, Simillima & maximè gemina ſocietas hęreditatis eſt. I.V. 182 b, Conſorti quidẽ in lucris atq; furtis, gemino & ſimillimo nequitia, improbitate, audacia * In Piſ. 82 b, Illud verò geminum conſilis Catilinæ & Lentuli, quod mẽ domo mea expuliſtis.

¶ *Duplex.* in Arat.

*Quæ volat & ſerpens geminis ſecat aera pennis.*

pro Seſt. 21 a, Cum quærerent alij Numerium, alij Quintium, gemini nominis errore ſeruatus eſt. de D. 135 b, Gemino lucernæ lumine declarari diſſenſionem. I. P. 88 a, Vos geminæ voragines, ſcopuliq; reip. de Or. 160 a, Aliæ ſunt geminę percuſſiones, quibus, &c. pro Clu 26 b, C. & L. Fabricij fratres gemini fuerunt. de Diu. 127 a, Fratres gemini. Acad. 15 a, Seruilij gemini. & ibid Vt mater internoſcit geminos cõſuetudine oculorum, ſi tu internoſces, ſi aſſueueris. de Nat. 47 b,

*Et natos geminos inuiſos ſub caput arcti.* & ibid.

*Sub læua geminorum obductus parte feretur.*

† Syntaxis. *Geminus & ſimilis. Fratres gemini, & gemini (ſine Fratres.) Nati gemini. Geminæ alæ, & percuſſiones (de duobus atque pluribus.)*

Gemitvs, tus. *ſuſpirium, vox dolore expreſſa.* ꝑ S.R. 22 a, Vt tota vrbe fletus gemitusq; fieret. Poſtquã. 208 a, Saltem dũ conticeſcat lamentatio & gemitus vrbis. de Ar. 252 b, Nõ ſunt illi gemitus & eiulatus Philoctetę tam miſeri. I.A. 176 b, Gemitus & plangor toto foro. * Incert. Vt cogat in gemitum. de Fin. 84 b, Saxum illud Lemnium clamore Philoctetæo funeſtare.

*Quod eiulatu, queſtu, gemitu, fremitibus*
*Reſonando multum flebiles voces refert*

Tuſc. 182 a, *Qui eiulatu, queſtu, gemitu, &c.* Tuſc. 187 b, Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, vtemur: ſin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillus, ſi abiectus, ſi flebilis: ei qui ſe dederit, vix eũ virũ dixerim. Qui quidem gemitus ſi leuationis aliquid afferet ibid. Cùm verò nihil imminuat doloris *gemitus* Att. 76 b, Audiuimus nihil aliud, niſi, &c. ciuitatum gemitus, ploratus.

† Syntaxis *Fletus, gemitusq; fit, Lamentatio & gemitus. Gemitus & eiulatus. Gemitus & plangor. (agnoſce grauitatẽ copulatorũ.)*

Gemma, mæ. *lapillus precioſus omnis, ſiue perlucidus, ſiue non.* I V. 200 a, Nego vllam gemmam aut margaritam fuiſſe, quin abſtulerit. & 214 a, Pocula ex auro gemmis diſtincta clariſſimis. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi. de Sen. 89 b, Cyri ornatus Perſicus multo auro, multiſque gemmis. ad Her. 39 a, Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata.* I. V. 214 a, Candelabrum è gẽmis clariſſimis, opere mirabili perfectum.

¶ *Oculus & germen in ſtirpibus.* de Sen. 88 a, In vitibus ineunte vere exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea quę gemma dicitur, à qua oriens vua ſe oſtendit.

Gemmevs, a, um. I.V. 214 a, Trulla gemmea.

Gemmo, as. *quod Colum. & Plin. dicunt Germinare.* Orat. 204 b, Siquidem eſt ruſticorum gemmare vites, ſitire agros, lætas eſſe ſegetes. de Orat. 157 a, Gemmare vites, luxuriem eſſe in herbis &c.

† Syntaxis. *Multo auro, multiſque gemmis. Magnis fulgentibus gemmis illuminata corona.*

Gemo, mis. *gemitum facio, ingemo, ingemiſco.* Attic. 236 b, Hæc me ſpecies cogitatioq; perturbat, ne gemam. Antequam. 197 b, Equites Rom. quorum factis gloriantur ciues, lætantur ſocij, gemunt hoſtes. pro Planc. 280 b, Hos pro me lugere, hos gemere videbam. pro Seſt. 18 a, Hæc gemebãt boni, ſperabant improbi. I.P. 85 a, Quorum nemo te aſpexit qui nõ gemeret deſiderio mei. Poſtquam 206 b, Quo minus occultè veſtrum malum gemeretis. Att. 34 a, Grauiter gemes iſtam virtutem.

Gemor, ris. Att. 33 a, Hic ſtatus vna omnium voce gemitur.

† Syntaxis. *Gemere (abſolutè:) &, gemere damnum. & damno, & deſiderio. Libertas amiſſa gemitur à viris.*

Genae, narum. *oris partes eminentiores, oculis ſubiectæ, quæ malæ quoq; dicuntur.* de N 55 a, Genæ ab inferiore parte tutantur oculos, ſubiectæ leuiterq; eminentes. Tuſc. 204 a, Muliebres lacerationes genarum. de Leg. 182 a, Mulieres genas ne radunto. I P. 70 b, Piloſæ genæ, dẽtes putridi. Tuſc. 196 a, Lachrymæ peredere humore exangues genas.

Genealogi, gorum. *ſic enim legendum eſt. non Genealogij: qui de ortu & originibus ſcribunt.* de Nat. 68 a, Dij, qui à genealogis antiquis nominantur.

Gener, ri. *filiæ vir.* Att. 55. a, Is abiecta toga ſe ad generi pedes abiecit * pro Clu. 20 a, Ea generi ſui, contrà quàm fas erat, amore capta. & b, Nubit genero ſocrus, nullis auſpicijs, nullis autoribus, funeſtis ominibus omnium. Poſtq. 199 b, Me C. Piſonis generi mei diuina quædam & inaudita autoritas atq; virtus, &c. à nobis deprecatæ ſunt. in Vat. 34 a, Vt C. Piſonem generũ meum nominaret. Tuſc. 229 b, Nec ſtellatus Cepheus cum vxore, genero, filia, traderetur. Off. 26 a, Noſtro more cum parentibus puberes filij, cum ſoceris generi non lauantur. Ep. 234 b, Dij faxint vt tali genero mihi præſenti tecum ſimul & cum liberis noſtris frui liceat.

Generalis, le. *communis, vniuerſus, confuſus, latè manans, ad multa pertinens, latè patens.* Off. 19 b, Generale quoddã decorum intelligimus, quod in omni honeſtate verſatur: aliud huic ſubiectũ, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis. de In. 44 a, & 45 a, & 69 b, Cum de genere negocij controuerſia eſt, conſtitutio generalis vocatur.

Generaliter. *communiter, vna comprehenſione, γενικῶς.* de In. 52 a, Nam tempus quidem generaliter definire difficile eſt.

Generatim. *generaliter, vniuersè.* I.V. 143 b, Ergo ab vniuerſa prouincia, generatimq; à ſingulis eius partibus diligitur. & 136 b, Nam aut publicè ciuitates iſtos honores habẽt, aut generatim homines, vt aratores, mercatores, nauicularij. I.P. 98 a, Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummã nũc explicẽ? generatim ea quæ maximè nota ſunt, dicam. Orat. 201 a, Orator percurret omnes locos, vtetur aptis generatim. de Orat. 90 a, De iure generatim in ordines ætatesq; deſcripto. & 121 b, Sed hęc Craſſus aliquando vobis expediet, & diſponet deſcripta

gene-

generatim.& 100.b, Nulli fuerunt, qui illa artificioſè digeſta generatim componerent. Ac. 12 b, Exponam igitur generatim argumenta eorum. Att. 173 a, Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata.

¶ *Per ſingula genera: vnde diſtinctio contra primam ſignificandi vim.* I. V. 265 a, Nam quid ego de cæteris ciuium Rom. ſupplicijs ſigillatim, potius quàm generatim atq; vniuerſè loquar? *Hinc perſpicuum eſt, generatim pro generaliter vſurpari.* de Or. 112 b, Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetenda ne eſſet eloquentia, expetendíne honores. de In. 64 a, Vt ſi amicitiæ quid cauſa factum dicetur, ſi inimici vlciſcendi, ſi metus, ſi gloria, ſi denique, vt omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiſcendíve commodi cauſa, &c.

GENERATOR, oris. *genitor.* de Vn. 201 b, Qui noſſe generatores ſuos optimè poterant.

GENERATVS, a, um. de Vn. 195 b, Sempérne fuerit mundus, nullo generatus ortu, an ortus ſit. Tuſc. 242 a, Initia, vnde omnia ſint orta, generata, concreta. Off. 5 b, Homines hominum cauſa eſſe generatos. in Ant. 192 a, Mars à quo populum Romanum generatum accepimus. Off. 21 a, Neq; enim ita generati à natura ſumus, vt ad ludum & iocum facti eſſe videamur.* de Fin. 140 b, Cùm ſic hominis natura generata ſit.

GENERO, as. *gigno.* de Leg 161 b, Hominem generauit & ornauit Deus.

GENEROSVS, a, um. *qui altiore animo eſt, magnanimus præſtans, magnificus, clarus.* Off. 69 a, Cum de imperio certamen eſſet cum rege generoſo ac potenti. de Cl. 183 a, O' generoſam ſtirpem. de D 84 b, Ciuili generoſa ſtirpe profectus. Tuſc. 178 a, Quod natura ipſa, & quædam generoſa virtus ſtatim reſpuit. de Am. 101 b, Humilem ſanè relinquũt, & minimè generoſum, vt ita dicam, ortum amicitiæ. de Cl. 189 b, Voce, motu, forma etiam magnifica & generoſa quodam modo. Parad. 119 b, Virgo generoſa & nobilis. )( *Ignota.*

† Syntaxis *Rex generoſus. Ciuilis generoſa ſtirps. Generoſus. )( humilis amicitiæ ortus. Forma magnifica & generoſa.*

GENIALIS, le. *nuptialis, voluptuarius.* pro Clu. 20 b, Lectus ille genialis, quem biẽnio antè filiæ ſuę nubenti ſtrauerat.

GENICVLATVS, a, um. *geniculis diſtinctus.* de Sen. 87 b, Culmus geniculatus,

GENITALIS, le, *indigenitalis, gentilitius.** Tuſ. 154 a, Dij genitales.

GENITOR, oris. *generator.* de Vn. 199 b, Quo nihil ab optimo genitore melius procreatum eſt, & 293 a, Imitantes genitorem & effectorem ſui. de Diu. 121 b, Genitor Saturnius, &c.

† Syntaxis. *Genitiuus pluralis. Genitor & effector.*

GENITRIX, cis. *procreatrix.* de de Diuin. 131 b,

*Nona ſuper tremulo genitrix clangore volabat,*
**Cui ferus immani laniauit viſcera morſu.*

*GENOR, eris. *gignor.* de Inuen. 77 b, & de Ora. 121 b, Si mihi filius genitur vnus pluréſve. *Ita Lambinus legendum aſſerit. Alij gignitur, alij genitus fuerit legunt.*

GENS, tis. *natio.* de N. 78 b, 79 a, Deum non curare ſingulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gentes. Off. 11 a, Propior eſt eiuſdem gentis, nationis, linguæ, ſocietas. I. C. 121 b, Qui id egerunt, vt gentem Allobrogum in veſtigijs huius vrbis collocarent. I. C. 99 a, O' dij immortales, vbinam gentium ſumus. Attic. 92 a, Quippe res eſt in manibus, tu autem abes longè gentium. item: Noſtri τυραννοκτόνοι longè gentium abſunt. * de Prouinc. 75 b, Nulla gens eſt, quæ non aut ita ſubacta ſit, vt vix extet: aut ita domita vt quieſcat: aut ita pacata, vt victoria noſtra imperioq́ue lætetur. ibid. Quas regiones, quasq́; gentes nullæ nobis anteà literæ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noſter imperator noſterq́; exercitus, & populi Romani arma peragrarunt. pro M. Scau. Sordidiſſimæ, leuiſſimæ, vaniſſimæ genti, ac propè dicam pellitis teſtibus, condonetur. *Sardos intelligit.* I. A. 265 a, Vbicunq; terrarum & gẽtium violatum ius ciuium Ro. ſit. pro Font 281 a, Exteris nationibus ac gentibus oſtendere pro Pomp. 9 b, Teſtes verò iam omnes oræ, atq; omnes exteræ gentes ac nationes. pro Cor. 61 a, Nullam eſſe gentem ex omni regione terrarum, neq; tam diſſidentem à populo Ro. odio quodam atq; diſſidio, neq; tam fide beneuolentiaq́; coniunctam: ex qua nobis interdictum ſit, vt ne adſciſcere ciuẽ, aut ciuitate donare poſſimus ibid. Itaq, & ex Latio multi & Tuſculani & Lanuuini, & ex cæteris generibus gentes vniuerſę in ciuitatẽ ſunt receptæ, vt Sabinorum, Volſcorum, Hernicorũ: quib. ex ciuitatibus, &c. pro Marc. 132 a, Domuiſti gẽtes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarũ genere abũdãtes.

¶ *Genus & familia.* pro Fl. 146 a, Gens valeria. de Or. 99 b, Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudij eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediſſe dicebant. de Fin. 32 a, Cleanthes quaſi minorum gentium Stoicus. Tuſc. 154 a, Dij maiorum gentium. Ep. 139 b, Patricij minorum gentium. Acad. 32 a, Maiorum vel minorum gentium eſſe L. FAMILIA. * pro Cornel. 66 b, Prædiorum nullam eſſe gentem: emptionibus ea ſolere ſępe ad alienos homines, ſæpe ad infimos, non legibus tanquã tutelas, peruenire.

† Syntaxis. *Nec natio, nec gens. Gens, natio, lingua. Gens Allobrogum. Nationes & gentes: & contrà. Vbi gentium? Abeſſe longè gentium. Vbi terrarum & gentium?*

GENTILIS, le. Topic. 223 a, Gentiles ſunt, qui inter ſe eodẽ ſunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui capite non ſunt diminuti, de In. 80 b, Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumq́; in eo pecuniaq́; eius poteſtas eſto. & ad Her. 4 b, 5 a, Tuſc. 156 a, Antiquus ſanè: fuit enim meo regnãte gentili. de Vni. 202 a, Homines deorum immortaliũ quaſi gentiles ſunt. I. V. 147 a, Reſponde mihi nunc Verres, quem eſſe hunc tuũ penè gentilem Verrutium putas?* de Clar. 174 a, Tuus etiam gentilis, Brute, M. Pennus facilè agitauit in tribunatu C. Gracchum paulùm ætate antecedens.

GENTILITAS, tis *gentilium ius, conditio, ratio, habitudo, nexus.* de Or. 99 b, In ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum. * ibid. Gentilitatum, agnationum, &c. iura.

GENTILITIVS, a, um. *gentis & generis commune.* de Aruſp. 251 a, Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello factitarunt.

GENV, nu *genus, nodus in quo femora deſinunt, cuius pars poſterior, poples dicitur.* Poſtquam. 208 a, Tu affinem tuam, filiã meam ſuperbiſſimis verbis à genibus tuis repuliſti. Tuſc. 187 a, Genu M. Antonium vidi, cum contentè ipſe pro ſe diceret, terram tangere.* de Nat. 47 b,

*Engonaſin vocitant, genibus quia nixa feratur.* in Arat.
*Atque genu flexo taurus connititur ingens.* ibid.
*Atque humeros vſque à genibus cancrumq́; recondit*
*Anguitenens validis magnum à ceruicibus anguem.*

GENVARIVS, rij. *numus Genuæ cuſus, quæ erat in Cæſaris prouincia.* Att. 89 a, Sed heus tu, Genuarios à Cæſare per Herodem, talenta Attica L. extorſiſtis?

GENVINVS, ni. de N. 53 a. Dentium aduerſi acuti diuidunt eſcas, intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur.

GENVS, *genu.* * *in Arat. vbi tamen alij vbique genu legunt*

*At propter læuum genus omni ex parte locatas*
*Paruas Vergilias tenui cum luce videbis* ibid.
*Quæ (Fides) genus ad læuum Niſi delapſa reſedit,*
*Atque inter flexum genus & caput alitis hæſit.* ibid.
*Ora petens geminorum, illuſtratum genus ardens*
*In ſeſe retinens Auriga portat vtrunque.* ibid.
*Sed læuum genus atque illuſtrem liquit in altum*
*Plantam.* ſcil. *Nixus.* ibid.
*Iam dextrum genus & decoratam lumine ſuram*
*Erigit ille vagans vulgato nomine Niſus, &c.*
*Hic genus & ſuram cum Chelis erigit altè.*

GENVS, ris. *natura, commune genus, genus primum, genus vniuerſum.* Top. 223, Genus eſt notio ad plures differentias pertinens: forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis, & quaſi fontem referri poteſt. de Or. 100 b, Genus, id eſt, quod ſui ſimiles communione quadam, ſpecie autem differentes duas aut plures complectitur partes. de Inu. 49 b, Genus eſt, quod plures partes amplectitur: vt animal pars eſt, quæ ſubeſt generi, vt equus: ſed ſæpè eadem res alij genus, alij pars eſt: vt homo animalis pars eſt, Thebani aut Troiani genus. & 51 b, Genus eſt, quod partes aliquas amplectitur: vt cupiditas pars eſt, quę ſubeſt generi: vt cupiditati amor, auaritia. & ibidem a, Quare cum genere idem ſit, fit aliud, quod quadam parte & ſpecie differat. de Or. 146 a, Formæ dicendi ſpecie diſpares, genere laudabiles. de Or. 145 b, In ea varietate orator ferè melius à deteriore facultate magis q̃ genere diſtinguitur. pro Seſt. 23 a, Sed genus vniuerſum breui circũſcribi & definiri poteſt. de Or. 207 b, idem genus vniuerſum in ſpecies certas partietur & diuidet. de Or. 119 a, Et idẽ de cæteris reb. eiuſdẽ generis vel ſeparatũ dicere ſolemus de genere vniuerſo, vel definitè de ſingulis temporibus, hominibus, &c. de Inu. 80 b, Lex ſcripta, vel de genere omni, vel de parte quadã. de Or. 121 a, Argumenta reuocẽtur oportet ad genus & ad naturã vniuerſam. & ibi Oratio ad vniuerſi generis diſputationẽ referatur, neceſſe eſt. & ibi Generũ vniuerſę quęſtiones. & ibi. b, Perpetui iuris & vniuerſi generis quęſtio. Or. 198 a, Neq; verò ſine philoſophorum diſciplina genus & ſpeciem cuiuſq; rei cernere, neq; eam definiendo explicare, nec tribuere in partes poſſumus. de Clar. 178 a, Tribuere rem vniuerſam in partes: *id eſt, genus.* de Opt. 243 a, A' perfecto q abſunt, nõ genere differũt, vt Actio Terẽtius, ſed in eodẽ nõ ſunt pares ꝓ Fl. 151 a, Quę-

tendum

rendum eſt ergo de communi genere teſtium. de Orat. 114 a, Generum infinitæ quæſtiones. de Orat. 121 b, Genera eſſe definita non ſolùm numero, ſed etiam paucitate. de Orat. 100 b, Si quis omne ius ciuile in genera diuidat, quæ perpauca ſunt. de Orat. 94 a, Res aliquas verbis deſignare, generibus illuſtrare, partib. diſtribuere. Ac. 13 b, Nihil de ſuo genere in aliud genus transferri poteſt. Off. 42 a, Mihi hæc oratio ſuſcepta non de te eſt, ſed de genere toto. Off. 45 b, Tota igitur ratio talium largitionum genere vitioſa eſt, temporibus neceſſaria. de Fin. 97 b, Sed ea æſtimatio genere valet, non magnitudine. Tuſc. 195 b, Perturbationes genere quatuor ſunt, partibus plures. de Or. 123 b, Genera & partes generibus ſubiectæ. de In. 69 a, Illi cõmunes loci non in omnem cauſam, ſed in omne genus cauſæ incidunt. & 75 a, Qui diligenter omniũ cauſarum vim & naturam cognouerit, cùm genere primo, tum etiam forma eas intelligat diſſidere. * pro C. Cor. 1, Quatuor omnino genera ſunt, in quibus per Senatũ more maiorum ſtatuatur aliquid de legibus. Vnum eſt eiuſmodi, &c. Alterum, &c. Tertium eſt de legum derogationibus: quo de genere perſępe Senatuſconſulta fiunt. Att. 90 b, His ego duobus generibus *ciuitatum* facultatem ad ſe ære alieno liberandas aut leuandas dedi. de Inuen. 51 a, Genere vtrunq; *tempus & occaſio* idem eſſe intelligitur. & 69 a, Illi communes loci, &c. ex periculi magnitudine, nõ ex cauſæ genere, ducuntur. Top. 224 a, Cum à genere ducetur argumentum, non erit neceſſe id vſque à capite arceſſere: ſæpe etiam citrà licet, dummodò ſuprà ſit quod ſumitur, quàm id ad quod ſumitur: vt aqua pluuia vltimo genere ea eſt, quæ de cœlo veniens creſcit imbri: ſed propiore loco, &c. genus eſt aqua pluuia nocens. Eius generis formæ, loci vitio & manu nocens. ibid. Argumẽtatio quæ ex genere ſumitur. ibid. Quod genus argumenti inprimis firmum videri ſolet.

¶ *Species*. Tuſc. 235 b, Natura quicquid genuit, in ſuo genere perfectum eſſe voluit. de N. 34 a, Sol efficit, vt omnia floreant, & in ſuo quæque genere pubeſcant. pro Dom. 228 a, Tantus ſplendor generis hominum, ætatum, ordinum. de Orat. 153 b, Explicatis his generibus & modis diſceptationum. * Oecon 1, Ne genus humanum temporis longinquitate occideret.

¶ *Ratio, modus, diſcrimen, res, ordo: vti formulæ demonſtrabunt.* Orat. 201 a, Orationis genus ſonans eſt in illo epidictico genere. de Nat. 45 b, Varia genera beſtiarum, vel cicurum, vel ferarum. de Cl. 176 a, Licinius genere toto feruidior. Qu. fr. 324 b, Tibi iſtius generis in ſcribendo priores partes tribuo quàm mihi. Off. 24 a, Implicari aliquo certo genere curſuq; viuendi. de Or. 158 a, Ex quo genere hæc ſunt. & 192 b, Et eius generis homines. Att. 207 a, Orationes, aut aliquid id genus ſoleo ſcribere. de In. 82 b, Quod genus, pactum, par, iudicatum. & ibid. Quod genus, virtus, ſcientia, veritas eſt. & 83 a, Quo in genere eſt gloria. ad Her. 15 b, Quod genus hi ſunt, qui, &c. & 3 a, Quod genus, ſi dicam, me, &c. & 9 b, Quod genus vt eas, &c. & de Inuen. 47 b, de Fin. 107 a, Cæteraque, quæ ſunt generis eiuſdem. Off. 2 b, Et quæ ſunt generis eiuſdem. de Fin. 69 b, Iſtius generis aſotos. pro Cor. 57 b, In omni genere & varietate artium excellere. de Or. 104 a, Teneat oportet venas cuiuſq; generis, ætatis, ordinis. I. A. 197 a, Num ex iudicum genere & forma? & 196 b, Si hoc genus in vnum redigatur. *id eſt, ſi omnes hæ pecuniæ congregentur.* I. A. 206 a, Semper cum duo genera, lenonum & latronum, delectatunt. pro Seſt. 21 a, Non ſum tam inſolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper. pro Pla. 268 a, In hoc genere & fuimus ipſi, & alij complures. Epiſt. 57 a, In hoc toto genere plura faciam quàm ſcribere audeo. & Tuſc. 171 a, Qu. fr. 300 a, Qua de re & de hoc genere toto pauca cognoſce. Brut. 91 b, Tuum conſilium Brute de toto gegenere belli. & ibid. a, Quid ſentiam tota de conſtitutione huius belli, &c. Qu. fr. 307 b, Te quotidie in omni genere deſidero. Att. 254 a, Is me in omni genere delectauit. Att. 197 b, Tota domus in omni genere diligens. Tuſc. 192 b, Quo in genere Athamantem furere dicimus. de Amic. 108 a, Sunt igitur conſtantes eligendi amici, cuius generis magna penuria eſt. Att. 5 a, Quo in genere magno ſtudio efferimur. de Orat. 110 a, Qui in aliquo genere inconcinnus eſt, is ineptus dicitur. de Or. 135 a, Huius generis plenus eſt Næuius. Att. 98 a, Prudentia tua, quam in omni genere iudico ſingularem. Or. 206 b, Genus hoc Græci appellant. ἀλληγορίαν, nomine rectè: genere melius ille qui iſta omnia translationes vocat. I. V. 112 a, Vt intelligatis eum Romæ quæſiſſe, non modò genera furandi, ſed etiã nomina. Tuſc. 232 b, Diuitiæ genere, non numero cernũtur. de Opt. 243 a, Oratorem genere non diuido: perfectũ enim quæro. & ibi. Verum id fit non genere ſed gradu. ꝑ Pom. 9 a, Bellum genere ipſo neceſſarium magnitudine periculoſum, &c. * de Orat. 103 a, Ex eo genere Sex. Aeliũ nominarem. de Leg. 160 a, Omnes leges accommodandæ ad illud ciuitatis genus. ibid. Solum eſt animal hoc ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis & cogitationis.



¶ *Gens, natio, populus.* I. A. 193 b, Virtus, quæ propria eſt Romani generis atque ſeminis.

¶ *Familia, ſtirps.* in Verrem 273 a, Qui nobili genere nati ſunt. pro S. R. 20 b, Aliquis genere ac nobilitate ſuæ ciuitatis facilè primus. de Orat. 135 a, Quidam malo genere natus pro Cecin. 296 a, Serui tuæ familię & genere, & nomine continentur. pro Mur. 127 a, Contempſiſti L. Murænæ genus, extuliſti tuum. pro Flac. 147 b, Natio Græcorũ, &c. Si quis vnquam de noſtris hominibus à genere iſto, ſtudio ac voluntate non abhorrens fuit in illo numero, &c. de Clar. orat. 183 b, Scipionis genus eſt ex ipſius ſapientiæ ſtirpe generatum. * in L. Piſon. Qui colore ipſo patriam aſpernaris, oratione genus.

¶ *Natura.* de In. 50 a, Hominum genus in ſexu conſideratur, virile an muliebre ſit. L. FAMILIA.

† Syntaxis. *Renoca ad genus, & ad naturam vniuerſam: & ad vniuerſum genus. Generibus illuſtrare. In ſuo genere cuncta perfecta ſunt. Ille genere toto feruidior. (in omni dicendi ratione, ac ſemper.) Iſtius generis tibi primas concedo. (in hac re.) Quod genus amor, odium, cuius ordinis, vel ex quibus ſunt. Te in omni genere deſidero. (omnibus de cauſis.) In omni genere prudens. Bellum genere neceſſarium. (per ſe.) Romanum genus, ac ſemen. Genere ac nobilitate ſuæ ciuitatis primus. Scipionis genus.*

GEOGRAPHIA, phiæ. Att. 25 a, De geographia dabo operã, vt tibi ſatisfaciam: ſed nihil certi polliceor.

GEOMETRA, metræ. *geometres.* Offic. 58 b, Geometræ ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, vt ſibi quædam concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent. Ac. 28 a, Geometræ prouideant, qui ſe profitentur non perſuadere, ſed cogere. de Fin. 90 b, Geometræ, muſici, grammatici, etiam more quodam loquuntur ſuo, * de Fato 143 a, Cur idem Geometræ facere non poſſint?

GEOMETRES, trę *geometra.* Acad. 7 a, Quomodo geometres cernere ea poteſt. * de Fat. 143 a, Geometres non ita dicet?

GEOMETRIA, æ. Tuſc. 149 a, In ſummo apud Gręcos honore geometria fuit. de Orat. 155 a, Geometriam Euclides & Archimedes tractauerunt. de D. 110 b, Quæ in geometria deſcribuntur, mathematicorum ſunt, non ariolorum. de Fin. 53 a, Diſcere geometriam ab aliquo. de Or. 100 b, In geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. Offic. 4 b, In geometria S. Pompeium ipſi cognouimus. * de Fin. 53 a, Homo eruditus, in Geometriaq; perfectus.

GEOMETRICA, orum. Tuſcul. 160 a, Quaſi geometrica didiciſſet.

GEOMETRICVS, a, um. Tuſc. 106 a, In illo libro puſionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. de D. 134 a, Si velim geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. Acad. 29 b, Quòd ſi geometricis rationibus non eſt crediturus, quæ vim afferunt in dicendo, nę ille longè aberit, vt rationibus credat philoſophorum. Att. 187 b, ſed tu me γεωμετρικῶς refelleras.

GERENDVS, a, um: di I. C. 109 a, Malè gerendo negocio. de Fin. 137 b, Maximè ij res geſtas audire & legere volunt, qui à ſpe gerendi abſunt confecti ſenectute. Off. 3 b, Quæ cura exuſcitat animos, & maiores ad rem gerendam facit. pro S. R. 41 a, Viri fortes, quorum opera eximia in rebus gerendis fuit. Ep. 8 a, Quanquam te ita gerere volo, quæ per exercitum atque imperium gerenda ſunt.

GERENS, tis. pro Qu. 11 b, Aliquis locuples, & ſui negotij bene gerens. pro Seſt. 11 a, C. Marius ſextum iam conſulatum gerens. pro Qu. 11 b, Sui negocij bene gerens. de Sen. 81 b, * Noſtro more malè rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet.

GERMANE. *fraterné.* Qu. fr. 316 a, Ego tibi germanè frater neq; reſcribam. *(aduerte copulatum.)*

GERMANI. *populi.* Att. 225, pro Cor. 61, de Pro. 75, I. P. 97.

* GERMANIA, æ. *Europæ regio notiſſima.* Att. 162 b, Pompeium cum magnis copijs iter in Germaniam per Illyricum feciſſe.

GERMANITAS, tis. *communio ſanguinis: Barbari fraternitatem dicunt, Verg. & Liu. conſanguinitatem.* pro Lig. 142 b, Moueat te horum pietas, moueat germanitas. de Ar. 253 b, Clodius in domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus.

GERMANVS, a, um: ſsimus. *ex eodem genere & ſtirpe eadem orti, præſertim fratres & ſorores.* in Ver. 102 b, C. Fannius frater germanus. Quint. Ticinij. & pro Dom. 237 a, de Fin. 124 a, L. Cicero frater noſter, cognatione patruelis, amore germanus. pro Mil. 115 b, & de D, 89 a, Clodius cum ſorore

ger-

germana nefarium ſtuprum fecit. pro Font. 273 b, Cùm præſertim virgo germana fratrem complexa teneat. Part. 237 b, Coniuges, liberi germani parentes. in An. 233 b, Niſi fortè iure, germanum Cimber occidit. *Iocus eſt ex ambiguo.* Orat. 199 b, Hi cùm mutila quædam & hiantia locuti ſunt, germanos ſe putant eſſe Thucydidis.

¶ *Verus ac ſincerus.* Off. 65 b, Sed nos veri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. de Leg. 169 a, Hæc eſt mea germana patria: hìc enim ortus ſum. contra Rul. 85 b, Illi veteres germaniq; Campani. de Cla. 192 b, Hæc germana ironia eſt. pro Cæl. 42 b, Germani luperci. At. 17 a, Sub luſtrum autem cenſeri, germani negociatoris eſt. Att. 58 a, Aſt, num germanum fuiſſet? de Or. 123 a, Inter Ariſtotelem & hos germanos huius artis magiſtros hoc intereſt, &c.

¶ *Congruens.* Par. 252 a, Memoria literaturæ germana quodammodo, & diſſimili genere ſimilis. I. R. 82 b, Illud verò germanum conſilijs Catilinę & Lentuli, quòd me domo expuliſtis. Acad. 33 b, Erat Antiochus, ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicis. *hæc eſt vera lectio, etiamſi quidam corruptè legunt Grauiſſimus Stoicus.*

† Syntaxis. *Germani fratres. Soror germana, parentes. Germana iuſticia, patria, virtus Hoc illi germanum eſt.* (*affine, ac ſimile.*) *Ille ſe putat germanum Ariſtotelis.*

Gero, ris. *facio, adminiſtro, ſeruo, exprimo.* Attic. 257 b, Gerere rem palam. de Fin. 138 a, Gerere aliquid priuatim. Att. 251 b, Gerere, regere, gubernare. de Inu. 50 b, Gerere & adminiſtrare aliquam rem, vel negocium. de Fin. 104 b, Vt ſapiens velit gerere & adminiſtrare rem Ep. 204 b, Neq; tamen te impedio, quo minus ſuſceptum negocium pro tua fide & diligentia ex voluntate Cæſaris, qui tibi rem magnam difficilemq; commiſit, gerere poſſis. Epiſt. 7 a, Gerere aliquam rem ex ſententia. & 21 b, Gerere rem feliciter, & ex ſententia. pro Qu. 2 b, Qui magna fide ſocietatē gerunt. I. V. 136 a, & ad Her. 18 b, Gerere poteſtatem, *id eſt, magiſtratum.* pro Seſt. 20 a, Vt ſuis munitus tutò in foro magiſtratum gereret. Ep. 14 b, Qui mihi quaſcunq; res gerat, tuendus eſt. Off 25 a, Magiſtratus gerit perſonam ciuitatis. & 55 a, Illi ſeptem ex mediorum officiorum frequentia, ſimilitudinem quandam gerebant, ſpeciemq; ſapientum. & 68 a, In hominis figura immanitatem gerere belluæ. Att. 68 a, Caſſius inſecutus hoſtes rem bene geſſit. Ep. 250 a, b, Gerere rempublicam. Poſtquam. 203 b, Bene gerere rempublicam. pro S. R. 40 b, Cùm ſolus rempublicam gereret, orbemq; terrarum gubernaret. pro Domo 232 a, Illud pulcherrimū factum, quod ex autoritate ſenatus geſſi. pro Qu. R. 50 b, Tu tuum negotiū geſſiſti bene. Attic. 204 b, Si ipſe negocium meum gererem, nihil gererem niſi conſilio tuo. pro S. R. 37 a, Qui rem mandatam malitioſius geſſiſſet. pro Seſt. 3 b, Gerere bellum cum aliliquo. Ep. 38 a, Gerere amicitiam. Liber de amicitia gerenda. I. V. 65 b, Gerere graues inimicitias cum aliquo. *id eſt, habere, vel exercere.* Att. 228 b, Gerere ſimultatem cum aliquo. pro Deiot. 149 b, Tamen hominum more inimicitias gerere poteratis. de Inu. 82 a, Præ ſe gerere quandam vtilitatem. & 65 b, Nam affectionis ratio perſpicuam ſolet præ ſe gerere coniecturam. * pro Seſt. 6 b, Vt Capua, in qua ipſe tum imaginis formandæ cauſa Duumuiratum gerebat, Seplaſiam ſublaturus videretur.

¶ *Viuo, me exhibeo: cum voculis Me, Te, Se.* Att. 87 a, Ille valde ſe honeſtè gerit. & 37 a, Nunc ita nos gerimus, vt, &c. & 130 a, Qui hic poteſt ſe gerere non perditè? Offic. 18 b, Quanto ſuperiores ſumus, tanto ſummiſſius nos geramus. Attic. 77 a, Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus teruntius inſumatur in quenquam. Off. 20 a, Natura nos docuit non negligere, quemadmodum nos aduerſus homines geramus. pro Ar. 187 b, Gerere ſe pro ciue. Epiſt. 181 b, Quonam modo me gererem aduerſus Cæſarem, vſus conſilio tuo ſum. Tuſcul. 185 a, Turpiſſimè ſe gerere. Att. * Prudenter ſe gerere. Attic. 33 a, Et ad me ab eo quaſi ὑποθήκας afferes, quemadmodum me geram.

¶ *Habeo, indico.* Offic. 12 b,

*Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem.*

Par. 123 a, Gerere igitur animum laude dignum.

¶ *Obedio, cum voce Morem.* de N. d. lib. 1. pag 26 a, Tum balbus, Geram tibi morem, & agam quàm breuiſſimè potero. Tuſc. lib. 1. pag. 151 b, geram tibi morem: & ea quæ vis, vt potero, explicabo. ad Her. 13 b, Morem gero, obſequor, obtempero.

Geror, ris. p Qu. 4 a, Hęc dum Romę geruntur, interea, &c. de Or. 161 b, Res quaſi gerātur, ſub aſpectū penè ſubijcere. & 131 b, Vt ijs qui audiunt, tum geri illa fieriq; videantur. & 140 a, Sapientia omnes res humanæ geruntur. pro Qu. 7 b, & de Fin. 138 a, Quid negotij geritur? in quo ille tot & tales viros defatigat? Epiſt. 131 a, Nihil enim Romæ geritur, quod te putem ſcire curare. pro Mur. 231 a, Vi geritur res. pro Qu. 3 a, Res quæ libidine, non ratione geruntur. Ep. 5 b, Quæ gerantur, accipies ex Pollione.

† Syntaxis. *Sui negocij bene gerens. Poteſtatem gerere. In hominis figura immanitatem gerere belluæ. Sua negocia gerere. Malitioſè gerere rem mandatam. Amicitiā gerere cum aliquo. Præ ſe gerit,* (*pro, Præ ſe fert*) *Morem gero, obſequor, obtempero.*



Gesta, orum. *acta.* poſt Red. 207 b, Túne auſus es iſto oculo, non dicam iſto animo, iſta fronte, non vita, tanto ſupercilio (non enim poſſum dicere tantis geſtis) cum gabinio conſociare conſilia peſtis meæ? &c.

Gestiens, tis. )( *Perterritus.* de N. 56 a, Tuſc. 212 a, Cùm & inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia geſtiēs vel nimia dici poteſt. & 231 b, Elatus inani lætitia, exultans, temerè geſtiens.

Gestio, ſtis. *geſtu corporis deſiderium aliquod oſtendo, prægeſtio, ſtudio efferor, tanta lætitia auctus ſum, vt mihi non conſtem.* de Fin. 67 a, de N. 16 b, Quod ni ita eſſet, cur non geſtiret taurus equæ contrectatione equus vaccæ. I. A. 194 a, Antonius ſenatum delere geſtit. Att. 60 b, Geſtio ſcire iſta omnia pro Mar. 132 b, Parietes huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt. Ep 93, Nihil eſt, cur aduenientibus te offerre geſtias. de Fin 108 a, Nil erat, quod Zeno mutare geſtiret. Att. 27 a, Geſtit animus aliquid agere in rep. de Pro. 76 a, Si in Capitolium inuehi victor cum inſigni illa laurea geſtiret. Off. 20 b, Qui nimia voluptate geſtiunt. Tuſc. 112 b, Lætitia vt adepta iam aliquid concupitum efferatur ac geſtiat. de Fin. 67 a, Lætitia geſtire. de Orat. 110 b, Animi noſtri forenſibus negocijs defeſſi, geſtiunt, &c. * de Fin. 67 a, Quorum alter lætitia geſtiat, alter dolore crucietur.

† Syntaxis. *Is venire geſtit. Animus geſtit. Lætitia hæc geſtiens.*

Gestio, ònis. *actio, tractatio.* de Inu. 66 b, Deinde eſt ipſius negocij geſtio pertractanda. & 50 b, In geſtione negocij conſiderantur.

Gestor, aris. *feror, portor: rarum vocabulum, aduerte.* in Ant. 251 b, Idq; caput geſtari iuſſit in pilo.

Gestvs, a, um. Orat. 199 b, Thucydides res geſtas & bella narrat. & Off. 12 b, Nemo non quaſi mercedem rerū geſtarum deſiderat gloriam. item pro Corn. *ſæpe,* in Ant. 202 a, b, Rempublicam ab aliquo bene & feliciter geſtam eſſe. de Leg. 193 a, Comitia illa ſunt armis geſta ſeruilibus. pro Qu. 2 a, A principio quemadmodum res geſta & cōtracta ſit, exponam.

Gestvs, ſtus. *motus corporis, actio.* Att. 86 a, illud de geſtu hiſtrionis tu ſceleſtè ſuſpicaris, ego ἀφελῶς ſcripſi. de Orat. 95 a, Qui in geſtu ſemel peccârit, non continuò exiſtimatur neſcire geſtum. Off. 26 a, Hiſtrionum nonnulli geſtus ineptijs non vacant. de Orat. 95 b, Geſtus penè ſummorum actorum eſt requirendus. & 130 a, & pro Quint. 14 a, Miror eorum impudentiam, qui agunt in ſcena geſtum inſpectante Roſcio. pro R. P. 128 a, Humeris geſtum agebant. Orat. 204 a, Lumina, quæ Græci, quaſi aliquot geſtus orationis σχήματα appellant. de Orat. 107 a, Vox & geſtu ſubitò ſumi, & alicunde arripi non poteſt. Acad. 36 a, Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat. nam extenſis digitis aduerſam manum oſtendebat, ac viſum dicebat huiuſmodi eſt. Orat. 131 a, Cum extento brachio paululum etiam de geſtu addidit. Par. 120 b, Vita quæ mihi geſtu moderatior, omni verſu aptior eſſe debet. pro Cæl. 57 a, Gratificatur omni geſtu accuſator: ſignificat enim, &c. in Vat. 36 a, De geſtu intelligo, quid reſpondeas. de Orat. 152 a, Nunquam agit hunc verſum Roſcius eo geſtu, quo poteſt. pro Qu. R 48 b, Non eodem tempore & geſtum, & animam ageres? ad Her. 21 a, In geſtu conuenit venuſtatem conſpiciendam, nec turpitudinem eſſe: ne aut hiſtriones, aut operarij videamur eſſe. & ibidem, Si vtemur amplificatione paulo tardiore, & conſideratiore, geſtu cōueniet vti. & ibid. Sedatus & cōſtans geſtus, * pro Quint. 14 a, Dixi, mihi videri ore duriſſimo eſſe, qui præſente eo geſtum agere conaretur.

† Syntaxis. *Agere geſtum. Sedatus & conſtans geſtus.*

Getae, *populi.* Attic. 145.

Gigas, tis. *Titanes.* de Nat. 40 a, Dij cum Titanis & cum Gigantibus bellum geſſerunt de Ar. 284 a, Gigātes illi, quos poetæ ferunt, bellum dijs immortalibus intuliſſe. de Sen. 78 a, Nam quid eſt aliud Gigantum more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare?

Gignendo, dum. de Diu. 128 a, Seminum vis, quæ ad gignendū procreandumq; plurimùm valet. de Fin. 87 b, Vt in gignendo, in educando.

Gigno, gnis. *genero, creo, pario, procreo, ſuſcipio.* de Nat. 2 a, Omnia quę natura gignit, maturata pubeſcunt. de Fi. 132 a, Ea quæ terra gignit. de Nat. 52 a, Piſces, ut aiunt, oua cū genuerint, relinquunt. de Finib. 53 b, Ad maiora quædam nos natura genuit pro Cæl 47 a, Multa nobis blandimēta natura ipſa genuit. I. A 264 a, Vt idem Deus vrbem

hanc

hanc gentibus, vos huic vrbi genuiſſe videatur. de Vn. 199 a, Cùm Deus animum ex ſua mente & diuinitate genuiſſet. ad Heren. 25 a, Párere, gignere, proferre, & 24 b, Gignis nobis nouas præceptiones. de Clar. 188 a, Qui nō illuſtrauit modò, ſed etiam genuit in hac vrbe dicendi copiam. de Nat 68 a, Hercules hic ex Latona quem Iupiter genuit.

GIGNOR, ris de Orat. 121 b, Si mihi filius gignitur, &c. de Nat. 2 a, Cùm ipſe ſui generis initium ab ſe gigni & propagari vellet. Or. 297 b, Plato ideas gigni negat. Antequā. 193 b, Pax & concordia extraneis gignetur. Tuſc. 200 a, Tum opiniones veræ firmęque gignuntur. Tuſc. 215 a, Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis cōquaſſatione & perturbatione gignuntur. Offic. 5 b, Quæ in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creari. * Tuſcul. 199 b, Quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet è ſenſu.

GLADIATOR, oris. *laniſta, myrmillo, machærophorus.* de Orat. 166 a, Ars ludicra armatorū, & Gladiatori, & militi prodeſt aliquid I.A. 202 a, Quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: ſed appellant ij qui planè & Latinè loquuntur, myrmillo in Aſia depugnauit. pro S. R 20 a, Ab his hoc poſtulare homines ſicarios atque gladiatores. I.V. 180 a, Qui à ſcurris potius ſemper gladiator, quàm ſcurra appellatus ſit pro S.R. 38 a, Num ille laniſta omnino iam à gladiatore ceſſiſſe videtur? I.P. 83 b, Si mihi cum illo buſtuario gladiatore decertandum fuiſſet. I. A. 174 b, Tam bonus gladiator rudem tam citò accepiſti? I.A. 180 b, Pręſertim cum duos ſecum Anagninos haberet Muſtelam, & Laconem: quorum alter gladiatorum eſt princeps, alter poculorum. * con C. Anton. Vt repentè gladiatores populo non debitos polliceretur, quos ipſe conſularis candidatus perſpexit, & legit, & emit. ibid. Atque vt iſtum omittam in introitu gladiatorem. ibid. Hunc vos ſcitote Licinium gladiatorem iam immiſiſſe, cupidum Catilinæ. Incert. Gladiatores inuiſos habemus, ſi omni modo vitā impetrare cupiunt fauemus, ſi contemtum eius pr ę ſe ferunt. ad Heren. 18 b, Quæ corporis commoda caſu & natura, tanquam quilibet gladiator, habuerit. Orat. 219 b, Vt enim athletas, non multò ſecus gladiatores, videmus nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palęſtram quandam, & quicquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam, idem ad aſpectum etiam ſit venuſtum. pro S. Roſc. 21 a, Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. pro Syll. 177 b, Gladiatores emptos eſſe Fauſti ſimulatione ad cædem ac tumultum. Ita prorſus: interpoſiti ſunt gladiatores, quos teſtamento patris videmus deberi ibid. Vt emat gladiatores, & vt hos ipſos emat. Ep. 95 a, Nam quid ego te athletas putem deſiderare, qui gladiatores contemſeris.

¶ *Gladiatoribus, abſolutè, pro ludis funebribus, ſiue gladiatorum munere.* Att. 22 a, Is quærit ex me, num conſuêſſem Siculis locum gladiatoribus dare Attic. 38 b, Vt in foro gladiatoribus Gabinij Pompeium adorirentur. *malè legunt hic quidam cum gladiatoribus: nam tempus ſignificat ludorum, quo gladiatores à Gabinio exhibebantur.* * I.A. 224 a, Circumq; eam ſtatuam locum gladiatoribusq; ludisq; liberos poſteroſq́ue eius quaqua verſus pedes quinque habere. Att 34 a, Nam gladiatoribus quà dominus, quà aduocati, ſibilis conſciſſi.

GLADIATORIVS, a, um. de Orat. 138 a, In ipſo illo gladiatorio vitæ certamine. pro Muræen. 141 b, Si virgo Veſtalis huius propinqua locum ſuum gladiatorium conceſſit huic, &c. pro Mil. 119 b. Pugna gladiatoria. I. C. 106 a, Ludus gladiatorius. Tuſc. 219 a, Gladiatoria iracundia. Ars ludicra armorum. * 1. de Glor. In Tuſculanum mihi nunciabantur gladiatorij ſibili I.A 159 b, Quid enim gladiatorij clamores innumerabilium ciuium? Epiſt. 164 b, Gladiatorijs autem ob Fadium, &c. primum Gallos equites immiſit in populum.

GLADIVS, dij. *ſica, pugio.* de Orat. 124 a, Et tu inimicus eius cum gladio cruento comprehenſus es. in Cat. 111 a, Iidē gladios in rempublicam diſtrictos retudimus. & ibid. Mucrones gladiorum à iugulis noſtris reiecimus. pro Mar. 133 b, Gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus. de In. 63 b. Educere gladium è vagina. Off. 74 b, Diſtringere gladium. in Ant. 164 b, Gladio ſtricto inſequi aliquem de In. 63 b, 64 a, Recondere gladium in vaginam. I.C. 112 a. Ex ædibus Cethegi maximum ſicarum numerum gladiatorumq; extulit T. ſc. 240 a, Fulgentem gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit. Att. 10 b, Gladio plumbeo iugulatum iri. pro Seſt 7 b, Vt ſi gladium paruo puero dederis pro Cec. 301 a, Suo, quemadmodum dicitur, gladio confici. * pro Rab. 123 a, Damneturis, qui fabricatus gladium eſt & vendidit, non is, qui illo gladio ciuem aliquem interemit. Att. 56 a, Clamor, lapides, fuſtes, gladij. ibid. Vt palàm cum ſcutis homines eductis gladijs, alios cum accenſis facibus adduxerit. I. A. 240 a, Excident gladij: fluent arma de manibus.

† Syntaxis. *Diſtricti gladij retunduntur. Gladius vagina vacuus. Stringere, nudare, educere gladium. Confici gladio.*

GLANDIFER, a, um in Ant. 179 b, Quæ arationes glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. de Leg. 156 a, Glandifera quercus.

GLANS, dis. *quercus arboris nux.* de Arat. 244 b, * Quid enim hunc perſequar pecudem ac beluam pabulo inimicorū meorum & glande corruptum. Chorogr. Ibi quercorum rami ad terram iacent, vt ſues glande paſcantur.

GLAREA, reæ *arena, vel lapides minutiſſimi cum arena.* Qu. fr. 318 b, Eò loco puluis, non glarea iniecta eſt.

* GLAVCIVS, a, um. I. V. 81 a, Glaucia lex.

GLEBA, bæ. *ceſpes terræ.* de Leg. 181 b, In eos iniecta gleba eſt. ibid. Iniecta gleba tumulis & humatus eſt, & ſepulchrum vocatur. I. V. 153 b, Iniquos decumanis omnes dicebat eſſe, qui vnam agri glebam poſſiderent. contra Rul. 88 a, Non adimitur cuiquam gleba de Syllanis agris pro Cec. 296 b, Glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem agere. & ibid. Non eſſe arma ceſpites neque glebas.

GLISCO, ſcis. *creſco.* in Hort. Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliſcit, vt ignis oleo.

ΓΛΙΣΧΡΩΣ. L. MINVTATIM.

GLOBOSVS, a, um. *rotundus.* de Vn. 198 a, Mundus globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant. de N. 49 a, Mundus globoſus eſt. de Nat. 35 b, Mundi volubilitas, quæ niſi in globoſa forma eſſe nō poteſt. de N. 45 b, Terra ſolida & globoſa. de Somn. 128 a, Stellæ globoſæ & rotundæ. ad Her. 13 a, Saxum globoſum.

† Syntaxis. *Solidum & globoſum. Globoſum ac rotundum.*

GLOBVS, bi. σφαῖρα. de Nat. 35 a, Duæ formæ præſtantes ſunt: ex ſolidis globus, ſic enim σφαῖραν interpretari placet: ex planis circulus vel orbis, qui κύκλος Græcè dicitur. de Somn. 128 a, Qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides. quæ dicitur terra. & ibid. Stellarum globi terræ magnitudinem facilè vincunt. de Diu. 100 a, Cùm cælum diſceſſiſſe viſum eſt, & in eo animaduerſi globi. * Tuſc. 162 b, Vt cùm videmus, &c tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi vnuerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilē & cultū.

GLOMERANS, tis. de Diuin. 84 a,

*Omnia fixa tuis glomerans determinat annus.*

GLOMERATVS, a, um. Tuſc. 108 a, Clades vetuſta ſeclis glomerata horridis.

GLORIA, riæ. *claritas, ſplendor, lux, amplitudo.* de In. 83 a, Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. pro Mar. 135 a, Gloria eſt illuſtris & peruagata multorum & magnorum vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Off. 39 a, Summa igitur & perfecta gloria conſtat ex tribus his, ſi diligit multitudo, ſi fidem habet, ſi cum admiratione quadam honore nos dignos putat. I. P. 91 b, Leuis eſt animi, Lucem ſplendoremq́ue fugientis, veram gloriam, qui eſt fructus veræ virtutis repudiare. Off 13 b, Vix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis periculisq; aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. in Ant. 201 a, Neque enim vllam mercedem tanta virtus præter hanc laudis gloriæq́ue deſiderat. Att. 226 b, Illi non heroes, ſed dij futuri quidem in gloria ſempiterna ſunt. pro Arc. 190 b, Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maximè gloria ducitur. Philoſophi etiā in libris, quos de contemnenda gloria ſcribūt, nomē ſuū inſcribūt: in eo ipſo in quo prædicatonē inobilitatemq; deſpiciūt, p̄dicari de ſe ac nominari volunt. de Or. 124 a, Si pecunia tantopere expetitur, quantò gloria magis eſt expetenda? Anteq. 193 a, Si dulcis eſt gloria, conſequere virtutem. pro Pl. 271 b, Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimum præſtat. pro Seſt. 13 b, Vita breuis eſt, curſus gloriæ ſempiternus. Anteq. 196 a. Nam vitam ſi eripiunt, non adimant gloriam immortalem. I. C. 123 a, Sit in æterna gloria Marius. de Orat. 115 b, Annibalis nomen erat magna apud omnes gloria. Off. 69 a, Hic in maxima gloria eſt pro Flac. 151 b, In imperio atque in publica dignitate, omnia ad gloriam ſplēdoremq; reuocantur de Clar. 186 b, Cn. Pompeius maiorem dicēdi gloriam habuiſſet. I. A. 182 a, Illi eam gloriam cōſecuti ſunt, quæ vix cœlo capi poſſe videatur. Epiſt. 36 a, Vt mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendam deeſſe putarem. I. P. 93 a, Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi ſempiternam turpitudinem inflixerunt. Epiſt. 68 b, Vt me ſempiternæ gloriæ

per

per eum commendari velim, qui non ipſe quoque in me commendando propriam ingenij gloriam conſequatur. de Amic. 101 a, Qui ob amicitiam ſumma fide ſeruatam maximam gloriam ceperit. Partit. 118 a, Qui gloria ſe & prædicatione effert. in An. 158 b, Ea autē eſt gloria & laus rectè factorum & magnorum in rempub. meritorum. de Fin. 142 b, Gloria quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinē. pro Pl. 271 b, Honorū gradus ſummis hominib⁹ & infimis ſunt pares, gloriæ diſpares. pro R.P. 128 b, Quod genus eſt tandem iſtud oſtentationis & gloriæ? Epiſt. 101 a, Moriar, ni (quæ tua gloria eſt) puto te malle à Cæſare conſuli, quàm inaurari. Attic 249 b, De gloria excudam aliquid ἡρακλείδειον, quod lateat in theſauris tuis. Att. 255 b, De gloria librum ad te miſi. * de prouinc. 75 a, Eum ad gloriam deuocant. pro M. Scau. Vt M. Aemilius cum ſua dignitate omni, cum patris memoria, cum aui gloria ſordidiſſimæ genti condonetur. Frag. ep. Quem inueteraſcētem videt ad gloriam. 2. de Glor. Mea ſemper gloria viuet. de Orat. 122 b, Et certè non tulit hæc ciuitas aut gloria clariores, &c. Partit. 237 b, Commoditate aliqua *expetuntur bona*, quæ ſunt in corporis aut fortunæ bonis expetenda, quorum alia ſunt quodam quaſi modo cum honeſtate cōiuncta, vt honos, vt gloria. ibid. Huic generi *hominum* laus, honor, gloria, fides, iuſtitia, omniſq; virtus proponitur. pro Mil. 120 b, Ex omnibus præmijs virtutis ampliſſimum eſſe præmium gloriam: eſſe hanc vnam, quæ breuitatem vitæ poſteritatis memoria conſolaretur: quę efficeret vt abſentes adeſſemus, mortui viueremus: hanc deniq; eſſe, cuius gradibus etiam homines in cœlum videantur aſcendere. ibid. Omnibus in terris & iam verſatur, & ſemper habitabit nominis mei gloria. pro Marc. 131 b, Quanta in dato beneficio ſit laus, cum in accepto tanta ſit gloria. & 132 a, Huius gloriæ, quā es paulò antè adeptus, ſocium habes neminem. ibid. Fortuna in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert. pro Marc. 135 a, Quid? ſi iſtud ne gloriæ quidem tuæ ſatis eſt? cuius te auidiſſimum eſſe non negabis. Parúmne igitur gloriam magnam relinquemus? Vide ne tua diuina virtus admirationis plus ſit habitura quàm gloriæ. I.A. 204 a, Qui ſenſum veræ gloriæ ceperit. ibid. Quid ſtultius, quàm inutilem potentiam, inuidioſas opes, cupiditatem dominandi præcipitem & lubricam anteferre veræ, graui, ſolidę gloriæ? Tuſcul. 172 a, Summis & proprijs bonis & laudis & gloriæ, quamuis nō ſentiant, mortui non carent. Etſi enim nihil in ſe habeat gloria cur expetatur: tamen virtutem tanquam vmbra ſequitur. ibid. Lycurgum, Solonem, legum & publicæ diſciplinæ carere gloria: Themiſtoclem, Epaminundam bellicæ virtutis. ibid. Prius Bæotia Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria. Thuſcul. 190 b, Qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præſtantius honoribus, imperijs, populari gloria iudicauerunt. Ad quam fertur optimus quiſq; ibid. Eſt enim gloria ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata. Ea eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta vox benè iudicantium de excellente virtute. Ea virtututi reſonat tanquam imago gloriæ. Quæ quia rectè factorum plerunq; comes eſt, non eſt à bonis viris repudianda. Offic. 9 b, Sunt autem multi, & quidem cupidi ſplendoris & gloriæ. Offic. 10 a, Quadam gloria inducti. Offic. 13 b, Vera & ſapiens animi magnitudo honeſtum illud in factis poſitum, non in gloria, iudicat. ibid. Facillimè ad res iniuſtas impellitur, vt quiſq; eſt altiſſimo animo & gloriæ cupido. Offic. 39 a, Honore & gloria & beneuolentia ciuium fortaſsè non æquè omnes egent: ſed tamen ſi cui hæc ſuppetunt, adiuuant al quantum cū ad cætera, tum ad amicitias comparandas. ibid. Nunc dicamus de gloria. ibid. Ea *gloria* in rebus maioribus adminiſtrandis adiuuat plurimum. Offic. 40 a, Quæ ad gloriam pertinerent. & b, Quæ propoſita ſunt ad gloriam. Offic. 41 b: Amplificatio honoris & gloriæ. ibid. Gloria & quærenda & collocanda ratione eſt. Quanquam præclarè Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quaſi compendiariam dicebat eſſe. ibid. Si qui ſimulatione, & inani oſtentatione, & ficto non modò ſermone, ſed etiam vultu, ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur, vehementer errant. Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. Offic. 42 a, Qui adipiſci veram iuſtitię gloriam volet. ibid. Prima eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam, ſi qua ex bellicis rebus comparari poteſt. Att. 174 a, Si modò eſt aliquis fructus ex ſolida veraque gloria. Parad. 118 a, An quiſquam in potiundis voluptatibus gloria ſeſe & prædicatione effert? *al. extollit?*

† Syntaxis. *In gloria eſſe. Gloriam habere, adipiſci, acquirere. Hoc dabit gloriam tibi. Commendari gloriæ. Capere gloriam. Efferre ſe prædicatione & gloria. Solida veraq; gloria. Grauis, vera gloria.*

Gloriandvs, da, di, do. Tuſc. 238 a, Nec in miſera vita quicquam eſt prædicabile, aut gloriandū. & ibid. Et eſt in aliqua vita prædicabile aliquid & gloriandum, ac præ ſe ferendum. & ibid. Beata vita glorianda, & prædicanda, & præ ſe ferenda eſt. de Clar. 170 b, At ipſe de ſe nec mentitur in gloriando. pro Cæl. 47 a, Defendendi cauſa hæc, non gloriandi loquor.

Glorians, tis, de N. 15 b, Mali ædificij dominus glorians ſe architectum non habuiſſe. * Tuſc. 236 a, Qui glorianti cuidam mercatori, quòd multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet, &c. inquit.

Gloriatio, onis. de Fin. 69 a, Ex quo efficitur, gloriatione, vt ita dicam dignā eſſe beatam vitam. & 117 b, * Illorū ſcilicet nominum gloriatione dignam eſſe beatam vitam. ibid. Si virtus digna eſt gloriatione, vt eſt.

Gloriola, læ. Ep. 69 a, Vt noſmetipſi viui gloriola noſtra perfruamur. & 98 b, Etiā hiſce eū ornes gloriolæ inſignib⁹.

Glorior, aris *prædico, de me prædico, gloria me & prædicatione effero.* Antequam. 197 b, Equites Rom. quorum factis gloriantur ciues, lætantur ſocij, gemunt hoſtes. Orat. 213 a, Quidam nominibus veterum gloriantur. de Natur. 77 b, Propter virtutem iure laudamur, & in virtute rectè gloriamur. Tuſc. 258 b, Non pudet philoſophum in eo gloriari? pro Lig. 140 b, Sed hoc non cōcedo, vt quibus rebus gloriemini in vobis, eaſdem in alijs reprehendatis. Off. 45 b, & de Finib. 117 b, Nemo de miſera vita gloriari poteſt. pro Pl. 263 a, & Par. 118 a, in Vat. 35 a, Tu de tuis diuitijs intolerantiſſimè gloriaris. de Ar. 245 a, Et ſua concio riſit hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet, ducentis confixum ſenatuſconſultis. de Ar. 247 a, Ne nimis gloriari videar. de Sen. 94 a, Vt de me aliquid more ſenum glorier. Attic. 12 a, Non enim mihi videor inſolenter gloriari. de Sen. 83 a, Equidem poſſe vellem idem gloriari, quod Cyrus, ſed tamen hoc queo dicere, me, &c. Offic. 16 a, Licet enim mihi M. Fili apud te gloriari, ad quem, &c. de Finib. 75 a, Quæ cum diceres, &c. tu ipſe mihi gloriari videbare. I.P. 79 b, Hic mihi etiam gloriabitur, ſe omnes honores ſine repulſa obtinuiſſe? Tuſcul. 233 a, Gloriari contra aliquem. de Orat. 132 a, Cùm quidam omnes prouincias ſe peragrâſſe gloriaretur. pro D. 231 b, De rebus ſuis geſtis gloriari, Sal. in Cic. 271 a, Quaſi verò togatus, & non armatus ea quæ gloriaris, confeceris. * pro Lig. 141 a, Atq; in hoc quidē vel cū mendacio, ſi vultis, gloriari per me licet.

Gloriosè, ſius, ſiſſimè: *magnificè, elatè.* pro Milon. 115 a, Glorioſè mentiri. & pro Dom. 131 b, De ſeipſo glorioſius loqui. & de Orat. 111 b, Exorſus es enim non glorioſè. Att. 223 b, Noſtri autem ἥρωες, quod per ſeipſos confici potuit, glorioſiſſimè & magnificentiſſimè confecerunt.

Gloriosvs, a, um. *oſtentator.* Off. 28 a, Deforme eſt, cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. de Am. 114 b, Miles glorioſus.

¶ *Præclarus, qui maxima in gratia & gloria.* de Ar. 255 b, Mihi exire domo mea ad rationem reipub. glorioſum fuit. de Diuin. 92 b, In illa fuga nobis glorioſa, patriæ calamitoſa. pro Deiot. 151 b, Quæ ſi in priuatis glorioſa ſunt, quanto magis commemorabuntur in regibus? I. A. 156 b, Idque reip. præclarum fuiſſe tam multos, tum multo ipſis glorioſius eſt. de Diu. 109 b, Magnificum etiam illud, Romaniſq; hominibus glorioſum, vt, &c. & 91 a, Cuius mors ita glorioſa fuit, vt eam concupiſceret filius. Epiſt. 133 a, Mihi verò glorioſum eſt habere, &c. de Finib. 56 b, Facta illuſtria & glorioſa. Attic. 129 a, Non ſolùm glorioſis conſilijs vtamur, ſed etiam paulò ſalubrioribus. de Orat. 101 a, Siue quem iſta præpotens & glorioſa philoſophia delectat. pro Fl. 157 a, Vbi illa magnifica & glorioſa oſtentatio ciuitatis. pro Fl. Verum eſto, glorioſus fuiſti. * de Fin. 117 b, Voluptates faciunt interdum glorioſas.

† Syntaxis. *Id illi glorioſum eſt. Illuſtre ac glorioſum factum. Præpotens & glorioſa philoſophia. Magnificus & glorioſus. Id prædicabile eſt, ac gloriandum. Vita beata eſt glorianda, prædicanda, præ ſe ferenda. Gloriandi cauſa. In gloriando mentiri. Ille ſic dixit glorians. In virtute gloriari, & virtute, & de. Inſolenter gloriari. Cōtra aliquem gloriari. Aliqua gloriari. Vt ea quæ gloriaris, confeciſti. Glorioſè & magnificè.*

Glvma, æ *propriè eſt folliculus frumenti: ſed ponitur etiam pro lurcone.* de Fin. 69 b, *Lucilij.*

*---compellans glumas ordine noſtro.*

*Alij gumas & gumias legunt.*

* Glvtidae, arum. de Diuinat. 99 a, Elis in Peloponneſo familias duas certas habet, Ianundarum vnam, alteram Glutidarum.

Glvtinator, ris. *qui ſchedulas ex quibus indices librorum cōficiuntur, tabulis ſeu chartis applicet.* Att. 57 b, Et velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus.

Gnarvs, a, um. *peritus, ſciens.* Orat. 198 a, Pericles gnarus, quibus orationis modis animi moueantur. pro Seſt. 6 a, Gnarus & prudens impendentium ſcelerum tantorum ac

malorum. *Alij ignarus & imprudens legunt.* de Clar.185 b, L. Siſenna gnarus reipub.

† Syntaxis. *Gnarus ille eſt, quomodo, &c. Gnarus militiæ, pietatis.*

* GNATA, æ. *filia.* de Diuin.89 a, *Poëtæ.*

*——ô gnata tibi ſunt antè gerendæ*
*Aerumnæ: pòſt ex fluuio fortuna reſiſtet.*

*Alij cognata legunt.*

GNATVS, ti. *filius.* pro Planc.271 b, Quanquam ad præcepta ætas non eſt gnati.

GNIDIVS, a, um. *Gnidus oppidum eſt Cariæ, ex quo Gnidius.* de Diu.85 a, Venus Gnidia. in Vat.231 b, Quid Gnidios? &c.

GNOSIVS, a, um: vel CNOSIVS, *à Gnoſo Cretæ vrbe.* de Legib. 159 a, In cupreſſetis Gnoſiorum.

GORGIAS, *Leontinus orator.* de Orat.93 b.

* GORGIAS, æ. *Platonis dialogus.* de Orat.154 a, Velut in Gorgia Socrates.

GORGON, is. *Meduſa.* I. V.229 a, Gorgonis os pulcerrimum cinctum anguibus.

GORGONA, æ. *aliàs* GORGONOPHORA. *id eſt, Pallas, Gorgonis caput in ſcuto ferens.* Anteq. 196 b. L. PALLAS.

GORTYNIVS, a, *à Gortyna oppido Cretæ.* I. A.197 a, Gortynius iudex.

GRABATVS, ti. *lectulus.* de Diuin.135 a, Deos immortales cõcurſare omnium non modo lectos, verumetiam grabatos, & his obijcere viſa, &c.

GRACCHANVS, na. de Cl.176 a, Iudices Gracchani.

GRACILITAS. *corporis habitus tenuior, ſubtilitas.* de Cl.170 a, Qui non tam habitus corporis optimos, quàm gracilitates conſectentur. de Cl.194 a, Erat in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum, qui habitus, &c.

GRADATIM. *gradibus, per gradus.* Poſtquam.199 a, Honores quos eramus gradatim ſingulos aſſecuti, nunc à vobis vniuerſos habemus. Parad. 234 b, Quæ aſcendunt gradatim ab humilioribus verbis ad ſuperiora. de Orat. 164 a, Hinc gradatim aſcendere vocem, vtile & ſuaue eſt. de Nat. 59 a, Licet enim contrahere vniuerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremò deducere ad ſingulos. Orat.209 b, Cùm gradatim ſurſum verſus reditur. Academ.15 a, Cùm aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. Acad. 23 a, Minutatim & gradatim interrogare. Tuſcul.160 a, Gradatim reſpondens eò perueni. Epiſt.134 a, Ita pedetentim & gradatim tum acceſſus ad cauſam, tum receſſus. de Natur.19 a, Gradatim aliquò peruenire.

† Syntaxis. *Minutatim & gradatim. Pedetentim & gradatim.*

GRADATIO, nis. *exornatio rhetorica.* ad Her.32 a, Gradatio eſt, in qua nõ antè ad conſequens verbum deſcenditur, quàm ad ſuperius conſcenſum eſt, &c.

GRADIENDO. de Nat.50 a, Iam verò alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt.

GRADIENS, tis. Tuſcul.235 b, Serpentes quaſdam beſtias, quaſdam eſſe gradientes.

GRADIOR, eris. *ambulo, eo, ingredior.* Tuſc.172 b, Quorum qui ſimilitudinem aliquam arripuerit, fidenti animo gradietur ad mortem.

GRADVS, dus. *propriè, quo in aliquem locum aſcendimus. ex tranſlatione autem, & locum & dignitatem & momentum & ordinem & progreſſum quendam greſſumque ſignificat.* Attic.53 a, Gradus templorum ab infima plebe completi erant. pro Seſt. 10 a, b, Gradus eius templi tollebantur. pro Dom.224 a, Cùm gradus Caſtoris conuelliſti. pro Cl. 37 a, Gradus illi Aurelij tum noui quaſi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur, quos accuſator concitatis hominibus compleuit. Epiſt.85 b, Quemadmodum ſcalarum gradus, ſi alios tollas, alios incidas, nonnullos malè hærentes relinquas, ruinæ periculum ſtruas, non aſcenſum pares: ſic, &c. Offic.32 b, In ipſa communitate ſunt gradus officiorum, vt prima d js, &c. ſecunda parentibus, &c. tertia patriæ debeantur. de Natur.32 b, Quartus autem gradus eſt eorum qui, &c. Part. 238 b, In omnibus cauſis tres ſunt gradus, &c. de Orat. 164 b, Eſt quiddam in remiſſione grauiſſimum, quo tanquam ſonorum gradibus deſcẽditur. Orat. 202 a, Orator omnes ſonorum tum intendens, tum remittens, perſequetur gradus. de Nat. 19 a, A' beatis ad virtutem video te veniſſe gradibus. I. A.203 b, Vt gradus eſſent petitionis inter æquales. pro Milon.106 a, Qui non honoris gradus eſt. pro Marc.127 b, Pater facilem huic gradum conſulatus adipiſcendi reliquit. I. V. 168 a, Quæſtura primus gradus honoris. Offic.72 a, Tenere conſularis dignitatis gradum. pro Planc. 266 b, Summum in aliquo loco gradum tenere & dignitatis & gratiæ. de Cl.189 a, Gradus tuos & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. Orat. 218 a, Stabilis quidam & non expers dignitatis gradus. de Cl. 181 a, Eoſdem gradus oratorum antea fuiſſe. Par. 230 b, Seruare gradus temporum. de Clar.175 b, Nunc reliquorum oratorum ætates & gradus perſequamur. pro Pomp. 15 b, Cuius ætas à ſenatorio gradu longè abeſt. I. A. 155 b, In altiſſimo dignitatis gradu locatus. Antequ. 194 a, Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris. Poſtq. 204 a, In altiſſimo gradu dignitatis collocati ſumus. pro Cluen.49 b, Altiorem gradum dignitatis aſſequi. pro Seſt. 7 a, Cùm is præter ſpem in altiſſimo gradu alienis opibus poſitus eſſet. pro Mur.231 a, Locari in ampliſſimo gradu dignitatis. Attic.116 b, Cauſa publica deſperata, quaſi hic gradus mei reditus eſt, quòd mulieres reuerterunt. contra Rull.73 b, Sed attendite animos ad ea quæ ſequuntur, hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligitis. de Aruſp.253 b, Atq; P. Clodio gradus ad rempubl. hic primus eſt aditus ad popularem iactationem & aſcenſus. I. V.109 b, Itaq; maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus eſt. pro Corn.63 a, Vt ſibi locus ſit, his gradibus aſcenſus etiam ad ciuitatem. pro Dom.228 a, Quibus tanquam gradibus in cœlum mihi videor aſcendiſſe. pro Mur.137 a, Aſcendere vnum gradum dignitatis. Offic.46 a, Ad altiorem gradum aſcendere. de Aruſp.258 a, Deteriore autem ſtatu vt ſimus, vnus eſt inferior gradus, aut interitus, aut ſeruitutis. pro Qu.11 a, Qui primus erat officij gradus, ſeruatus eſt à procuratore diligenter. de Cl.191 a, Is ad ſummam amplitudinem peruenit aſcendens gradibus magiſtratuum. Br.90 b, Qui eſſet eo, quo ego ſum gradu, ſenatus populiq; iudicio collocatus. Academ.2 b, Quos pop. Rom. in hoc gradu collocauit. pro S. R.41 a, Suum cuique honorem & gradum redditũ eſſe gaudeo. de Clar.191 b, Videat, ne ignoret & gradus, & diſſimilitudines, & vim, & varietatẽ Atticorum. de Finib. 144 b, Gradus iſta res non habet. Epiſt. 179 b, Fateor me ad iſtum gradum ſapientiæ non perueniſſe. de Finib. 177 b, Deinde reliqui gradus. pro Mur.135 b, Vt omnes & dignitatis, & gratiæ gradus tollerentur. de Fin.134 a, Multis gradibus aſcendere. Epiſt.8 a, Obtinere ſummum & altiſſimum gradum ciuitatis.146 b, & ampliſſimum. Epiſt. 87 b, Omni gradu ampliſſimo digniſſimus. de Orat.150 b, Cùm omnis gradus ætatis recordor tuæ. de Fin.99 b, Et vt interit gradus vnus in ea via, quæ eſt hinc in Indiam. Offic.11 b, Gradus plures ſunt ſocietatis hominum. & 12 b, Non ijdem erũt neceſſitudinum gradus, qui & temporum. I. A.208 b, Quis ciuis præſertim hoc gradu, quo me eſſe voluiſtis, &c. de Vniu.198 b, Ad hanc conuerſionem, quæ pedibus & gradu non eget, ingrediendi mẽbra non dedit Deus. I. V.107 b, Vnoquoq; gradu de auaritia alicuius commoneri. de Orat.131 b, Vt quotiſcunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. Offic.16 b, Tumultuantem de gradu deijci, vt dicitur. de Opt.243 a, Aliud alio melius fit non genere, ſed gradu. * I. V.186 b, Quot vultis eſſe in vno furto peccatorũ gradus? vt ſi ſingulis inſiſtere velim, progredi iſte non poſſet. in Catil.103 a, Qui populus te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam maturè ad ſummum imperium per omnes honorum gradus extulit. pro Flac.160 a, Quòd non longè à gradibus Aurelijs hæc cauſa dicitur. pro Planc.271 b, Honorum gradus ſummis hominibus & infimis ſunt pares, gloriæ diſpares. pro Cornel. 58 a, Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas, ex infimo genere & fortunæ gradu non modò amicitias & rei familiaris copias conſecuta eſt. I. A. 197 b, Gradus complebantur. Epiſt. 43 b, Tanta penuria eſt in omni vel honoris vel ætatis gradu. Attic.261 b, Leptæ literarum exemplum tibi miſi, ex quo mihi videtur στρατηλὰξ (*alij* στρατηλάτης, *alij* στρατύλλαξ *legendum cenſent*) ille deiectus de gradu.

† Syntaxis. *Gradus ſcalarum, dignitatis, officiorum, cauſarum, hominum, ſonorum. Efferri per gradus honoris ad imperium. Tenere gradum conſularis dignitatis. In vrbe tenere ſummum gradum. Locatus in gradu, poſitus. Aſcendere gradum, & ad gradum altiorem. In gradu, & gradu collocari. De gradu deijci: adagium.*

GRAECE'. Offic.75 b, Acilius ille, qui Græcè ſcripſit hiſtoriam. de Orat.97 b, Cùm ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem. Tuſcul.161 a, Scis enim me Græcè loqui in Latino ſermone non plus ſolere quàm in Græco Latinè. de Orat.133 b, M. Cicero ſenex, &c. dicebat, vt quiſq; optimè Grçcè ſciret, ita eſſe nequiſſimum. pro Flacc.148 a, Qui Grçcè neſciuit. * de Finib.66 b, Egóne non intelligo, quid ſit ἡδονὴ Grçcè, Latinè voluptas? & 67 a, An ſum etiam nũc vel Græcè loqui vel Latinè docendus? ibid. Cùm Græcè, vt videor, luculenter ſciam.

GRAECIA, ciæ. pro Dom. 225 a, Cùm alteri totam Achaiam, Theſſaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnemq; Barbariam condonaſſes. pro Flacc. 159 b, Hæc cuncta Grçcia, in qua ſunt Athenienſes, Aeoles, Dores, paruum quendam locum Europç tenet, Aſiç maritimam oram bello ſuperatam cinxit vrbibus, &c. contra Rull.73 b, Corin-

b, Corinthus erat poſita in anguſtijs & faucibus Grȩcię. de Amic. 98 a, Philoſophi, qui in hac terra fuerũt, magnamq; Græciam inſtitutis & præceptis ſuis erudiunt. de Orat. 122 b, Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum cùm erat in hac gente magna illa Græcia. * de Orat. 86 a, Vt omittam Græciam, quæ ſemper eloquentiæ princeps eſſe voluit. Academ. 40 a, Sed meos amicos, in quibus eſt ſtudium, in Græciam mitto: id eſt, ad Græcos ire iubeo, vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur. Tuſc. 182 b, O' verborum inops interdum, quibus abundare te ſemper putas, Græcia. ibid. Qui Græciæ formam Rerumpub. dederunt.

GRAECOSTASIS, ſis. *locus Romæ, vbi nationum conſiſtebant legati: à Græcis tamen appellatus.* Quint. fr. 306, Deinde eius opere repentè à Græcoſtaſi & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.

GRAECVLVS, a, um. pro Fl. 151 a, Motus temerarius Græculæ concionis. Poſtq. 207 a, Cùm Græculis philoſophari. & I. P. 94 b, Græculus aſſentator. & pro Mil. 112 a, Comites Græculi quocunq; ibant. de Orat. 93 b, Quid mihi, inquit Craſſus, tanquam alicui Græculo ocioſo & loquaci quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Or. 98 a, Verbi enim controuerſia tam diu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores quàm veritatis.

GRAECVS, a, um, *Graius*. pro Fl. 159 b, Tria Græcorum genera ſunt verè, Athenienſes, Aeoles, Dores. de Fin. 78 b, Sint iſta Græcorum, quanquã ab his philoſophiam & omnes ingenuas diſciplinas habemus. de Cl. 171 a, C. Sulpitius Gallus maximè omniũ Græcis literis ſtuduit. de Cl. 194 a, Græca oratio plura ornamẽta ſuppeditans, conſuetudinẽ ſimiliter Latinè dicendi affert. de Ar. 248 a, Græci artibus, Hiſpani numero, Galli robore, Pœni calliditate valent. ꝓ Arch. 190 a, Nam ſi quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis verſibus percipi; quàm ex Latinis, vehementer errat: propterea: quòd Græca leguntur in omnibus ferè gentibus; Latina ſuis finibus exiguis ſanè continentur. de Cl. 179 b, Quò Latinus orator ſine Græcis literis peruenire poteſt de Clar. 188 b, Cotta ſe valde dilatandis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat. de Orat. 110 a, Hoc vitiò cumulata eſt erudiſſima illa Græcorum natio. & 115 b, Græcorum doctrina perridicula. & 109 a, Craſſus contemnere, Antonius ne noſſe quidem Græcos videbatur. Quint frat. 292 b, Græci fallaces & leues, & diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi. & ibidem. Græci omnes vias pecuniæ norunt, omnia pecuniæ cauſa faciunt. & 293 a, Græcorum familiaritates parum fideles ſunt. & ibid. b, Paconius neſcio quis homo, ne Græcus quidem, ac Myſius, aut Phrygius potius pro Flacc. 161 a, Homo leuitate Græcus, crudelitate Barbarus. pro Flacc. 151, Græcorum luxuria & leuitas. de Orat. 93 b, Græci alicuius quotidiana loquacitas ſine vſu. ad Heren. 1 a, Grȩci ſcriptores inanis arrogantiæ cauſa ne parum multa ſciſſe viderentur, ea conquiſiuerunt quæ nihil attinebant, vt ars cognitu difficilior putaretur. I. V. 234 a, Apud Grȩcos Græcè locutus ſum. pro Flacc. 147 b, & 148 a, *Pro Græcis & contra Græcos multa.* I. V. 89 b, Græcorum bibendi mos. Epiſt. 95 a, Cum Græcos ludos ita ames, vt ne ad villam quidem tuam via Græca ire ſoleas. de Finib. 50 b, C. Marius *μισέλλην*.)(. *Albutius Φιλέλλην*. Acad. 2 a, M. Cato literas Græcas in ſenectute didicit.* de Fin. 51 a, Latina lingua locupletior eſt quàm Græca. de Orat. 85 b, Si diligenter & ex noſtrorum & Græcorum copia comparare voles, multò tamen pauciores oratores quàm poëtæ boni reperiuntur. pro Flac. 147 b, Veruntamen hoc diço de toto genere Grȩcorum: tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. pro Flacc. 148 a, Græcus teſtis cùm ea voluntate proceſſit vt lædat: non iuriſiurandi, ſed lædendi verba meditatur. pro Flac. 161 a, Homines ſunt tota Aſia frugaliſſimi, ſanctiſſimi, à Græcorum luxuria & leuitate remotiſſimi. pro Rab. 128 a, Iam noſtis inſulſitatem Græcorum. *Sic Alexandrinos vocat.* Acad. 40 a, Meos amicos, &c. ad Græcos ire iubeo, vt ea à fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur. & b, A' Græcis peti *ea* non poterant. de Finib. 91 a, Et ſi quod ſæpe diximus, & quidem cum aliqua querela non Græcorum modò, ſed etiam eorum, qui ſe Græcos magis quàm noſtros haberi volunt, nos non modò non vinci à Græcis verborum copia, ſed eſſe in ea etiam ſuperiores.

GRAIVGENA, næ. de Nat. 44 b, Graiugena de iſto, aperit ipſa oratio. Pacuuij.

GRAIVS, a, um. *Græcus*. de Nat. 44 a, Quaſi verò non Graius hoc dicat. de Nat. deor. 70 a, Dioſcuri apud Graios multis modis nominantur.

† Syntaxis. *Græcè loqui in Latino ſermone. Græcè reddere. Græcè noſſe.*

GRAMEN, nis. *herba*. de Fin. 82 a, Si tua ſint Puteolis gramina. *Alij granaria legunt.*

GRAMINEVS, a, um. I. V. 229 b, Etiámne gramineas haſtas? *ego Cælius lego grauiſſimas: nam de iiſdẽ haſtis ſubijcit Cicero: in quibus neq; manu factũ quicquam, neq; pulcritudo erat vlla, ſed tantùm magnitudo incredibilis. * Seruius tamen in lib. 5. Aeneid. Virgilij vulgatam lectionem retinet. Cellarius.*

GRAMMATICA, cæ. *ars Grammatica.* de Fin. 91 a, Verba quib⁹ ex inſtituto veterum pro Latinis vtimur, vt ipſa philoſophia, vt rhetorica, grammatica, dialectica, &c.

GRAMMATICA orum. *ſtudium literarum, grammatici.* de Or. 100 b, Omnia ferè, quæ ſunt cõcluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt: vt in grammaticis poëtarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, prouinciandi quidam ſonus.

GRAMMATICVS, a, um. ad Her. 27 b, Hæc qua ratione vitare poſſimus, in arte grammatica dilucidè dicemus.

GRAMMATICVS, ci. de Diuin. 87 b, Grammatici interpretes poëtarũ. Tuſc. 177 b, a, At ſi grammaticũ ſe profeſſus quiſpiam barbarè loquatur, turpe ſit. Att. 103 a, Sed quoniam grãmaticus es, hoc mihi *ζήτημα* perſolue. Or. 205 a, Hanc hypallagen Rhetores, metonymiam Grammatici vocant. * de Or. 85 b, Quod ſtudium profitẽtur ijs, qui Grammatici vocantur. de Diu. 104 a, Sunt explanatores, vt Grammatici poëtarum.

* GRANARIVM, ij. de Fin. 82 a, Si tua ſint Puteolis granaria. *Alij gramina legunt, non rectè.*

GRANDESCO, ſcis. *creſco*. de Diu. 83 a,

*Lentiſcus triplici ſolida grandeſcere fœtu.* Poëtæ.

GRANDILOQVVS, a, um. *in oratione grandis, grauis, plenus, copioſus, amplus.* Or. 198 b, Nam & grandiloqui, vt ita dicã, fuerunt, cũ ampla ſententiarum grauitate, & maieſtate verborum. Tuſc. 245 b, Iſti grandiloqui contra hæc duo, &c.

GRANDIS, de. *magnus, immanis.* de Seneƈt. 79 a, Hic & bella gerebat vt adoleſcẽs, cũ planè grãdis eſſet, &, &c. I. P. 98 a, Videras enim grandis iam puer, &c. Att. 210 a, Ad Hircium dederam epiſtolã ſanè grandẽ, quã ſcripſeram proximè in Tuſculano. & 107 a, Grandiores ſunt omnino libri q̃ erãt. I. V. 217 a, In qua baſi grãdioribus literis. P. Africani nomẽ erat inciſum. Qu. fr. 318 a, Grãde cubiculũ & altũ. de N. 50 b, Pinna duabus grãdibus patula cõchis. I. V. 210 b, Grãde vas & maius opus. & ibid. a, Patella grãdis. I. V. 206 b, Hydria pręclaro opere, grandi pondere. de N. 76 b, Dionyſius aureũ Ioui detraxit amiculũ grandi pondere. ꝓ Cec. 287 a, Grãde pondus argẽti. de In. 82 a, His duabus rebus duæ res grãdes ſunt attributę. pro R. P. 123 a, Is regi Alexandrino grãdem pecuniã credidit. Ep. 226 b, & I. V. 70 a, Nicenſes ei grãdem pecuniam debent. pro Fl. 157 a, Pecuniã illi grãdi fœnore occupauiſti. de Or. 120 b, Ager, qui meliores fœtus poſſit & grãdiores edere. cõtra Rul. 77 a, Sicq; agro grãde vectigal imponitur. ad Her. 31 b, Ipſe grãdi ſponſione vinctus eſt. de Cl. 192 a, Subſellia grandiorẽ & pleniorẽ vocem deſiderãt. Or. 199 b, Cauſidicus non ille quidẽ amplus atq; grandis, ſubtilis & elegans tamen. & 207 b, Orator quo grãdior ſit, & quodãmodo excelſior. de Clar. 183 a, Fuit enim Sulpitius vel maximè omniũ grandis, &, vt ita dicã, tragicus orator. de Fin. 94 b, Grandiora verba. de Or. 139 b, Genus dicendi grãdius, de Cl. 167 a, Hi grandes erãt verbis, crebri ſententijs. de Diuin. 88 b, Sed exemplis decuit grãdioribus vti. I. V. 238 b, & pro Qu. R. 52 a, Pater grãdis natu. de Sen. 79 a, Non admodũ grandis natu ſed tamẽ ætate prouectus. I. A. 203 b, Cùm grandiorem ætatẽ ad conſulatum conſtituebant. de Inu. 58 b, Perſpicuum & grande vitium. contra Rull. 85 a. Homo grandi macie torridus.

GRANDITAS, tis. *magnitudo*. de Cl. 175 b, Idq; apparet ex genere & granditate verborum.

† Syntaxis. *Iam grandis puer. Epiſtolã grandis; cubiculũ, pondus, res, fœtus, agri, ſponſio. Amplus & grandis cauſidicus. Grandis & tragicus orator. Vir grandis verbis. Aetate prouectus, non tamen grandis natu. Perſpicuum, & grande vitium. Grandi macie torridus. Verborum granditas.*

GRANDO, nis. de Nat. 77 a, Nec ſi vredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. de Orat. 157 a, Grando miſta imbri largifluo ſubita præcipitans cadit. * de Natur. 28 b, Tertiam *cauſam*, quæ terreret animos fulminibus, grandinibus, &c.

GRANVM, ni. de Diuin. 96 b, Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerũt. * Acad. 13 a, Soritas hos vocant, qui aceruum efficiunt vno addito grano.

GRASSATOR, oris. *latro*. de Fat. 147 a, Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus, cauſa graſſatori fuiſſe dicitur, cur ab eo ſpoliaretur.

GRATE`. *animo grato.*)(. *ingratè*. pro Planc. 280 a, Vt confiteare aliquando quod faciam, me & gratè & piè facere. de Or. 112 b, Quid piè, quid gratè, quid humaniter, aut fecerit, aut tulerit.

**GRATES.** *gratias*. de Som. 126 b, Et grates, inquit, tibi ago ſumme ſol.

**GRATIA**, tiæ. *animus gratus & beneficij memor, voluntas referendæ gratiæ, grati animi fidelis memoria, grata memoria, grates, beneficium*. de Inu. 82 b, Gratia eſt, in qua amicitiarũ & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi voluntas cõtinetur. de Inu. 70 b, Gratia quę in memoria & remuneratione officiorũ & honorũ & amicitiarum obſeruãtiam teneat. Poſtquã 209 a, Nemo gratiarũ immemor eſt grat⁹ inuẽtus. pro Cor. 55 a, Omnibus amicis ſaluti meæ, ſi minus ad referendã gratiam ſatisfacere potui, ad prædicandam certè & habendã ſatis ſum facturus, Att. 235 a, & 105 a, Atticam meã gratias mihi agere de matre gaudeo. pro Mar. 136 a, Maximas tibi gratias ago, maiores etiã habeo. in Ant. 155 b, Maximas gratias & ago, & habeo L. Piſoni. & 188 a, Maximas gratias vobis omnes & agere & habere debemus. I. A. 224 b, Maximas tibi gratias omnes & habere & agere debemus. Ep. 215 a, Hammonius incredibiles mihi per literas gratias egit, & ſuo & Aemilij patroni ſui nomine. de L. 170 a, Reſp. noſtra iuſtiſſima huic municipio gratias agere poteſt, quòd, &c. pro Dom. 230 a, Senatus gratias agendas cenſuit ciuitatibus quæ me recepiſſent. I. A. 153 b, Eiq; ampliſſimis verbis per Senatuſconſultũ gratias egimus. ꝓ Syl 183 b Cui ſenatus ſingularib⁹ verbis gratias egit. I. C. 119 a, Primùm ꝙ mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis. Epiſt. 17 b, Lentulo noſtro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Attic. 245 a, Egi tibi gratias per literas ijs verbis, vt. &c. Ep. 220 b, Luceius homo omniũ gratiſſimus mirificas tibi apud me gratias egit, cũ diceret, &c. Att. 245 a, Is tibi apud me gratias egit. & 256 b, Ego verò tibi miras gratias ago, qui, &c. Pl. Epiſt. 149 b, Immortales ego tibi gratias ago, agamq; dum viuam: nam relaturũ me affirmare non poſſum. tantis enim tuis officijs nõ videor mihi reſpondere poſſe, niſi fortè, vt tu grauiſſimè ſcripſiſti, ita ſenſurus es, vt me referre gratiã putes, cũ memoria tenebo. Att. 264 b, Tibi pro tuo ſummo beneficio gratias agam. Poſtq. 209 a, Commemorare gratiã. I. A. 180 a, Cui quanquã gratia referri tanta nõ poteſt, quãta debetur, habenda tamen eſt, quantam maximã animi noſtri capere poſſunt. I. C. 99 b, Magna dijs immortalibus eſt habenda gratia, quòd, &c. de Or 93 a, Magnam habeo Craſſe huic palæſtræ & Tuſculano tuo gratiã. Att. 152 b, Hanc adeò habeo gratiam tibi. Ep 66 b, Grata tibi eſſe officia mea non miror: cognoui enim te gratiſſimum omniũ. nec enim tu mihi gratiã modò habuiſti, verùm etiam cumulatiſſimè retuliſti. & 47 b, Si feceris id quod oſtendis, magnã habebo gratiã. 197 b, Philoſophiæ habeo magnã gratiam, quę, &c. Tuſc. 170 a, Ego verò illi maximã gratiã habeo, &c. de Diu. 309 b, Dabis igitur mihi veniã, vel gratiã potius habebis, quòd, &c pro Planc. 273 b, Habere gratiã alicui, reddere quod debeas alicui voluntate ipſa. Meritã alicui gratiã memori mente perſoluere. de Or. 144 a, Atq; ei, ſi nõ parem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritã gratiam debitamq; referamus. I. C. 103 a, Præclaram verò pop. Rom. referes gratiã, quòd, &c. I C. 118 b, Spero deos omnes pro eo mihi ac mereor, relaturos gratiã eſſe. Ep. 9 b, Nullã partem tuorũ meritorum nõ modò referenda, ſed ne cogitãda quidem gratia cõſequi poſſum. Ep 21 a, Nõ enim mihi tam mea ſalus chara fuit, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda. & 39 a, Etſi vix fieri poſſet, tamẽ te parem mihi gratiã relaturũ. ꝓ Qu. R. 48 a, Referre alicui parem gratiã pro beneficio. pro Syl. 176 a, Nunc tecum ſic agã, tuliſſe vt potius iniuriã, quàm retuliſſe gratiam videar. & 203 b, Cumulatiſſimè referre gratiam alicui. & 66 b, Epiſt 62 b, Pro beneficijs in te meis nulla mihi abs te relata gratia eſt. ad Her. 17 a, Referre gratiam bene merenti. Ep. 235 a, Huic vtinã aliquando gratiam referre poſſimus, habebimus quidẽ ſemper. de Off. 47 b, Inops ſi referre gratiã nõ poteſt, habere certè poteſt. Bru. Ep. 173 b, Iam non ago tibi gratias: cui enim re vix referre poſſum, huic verbis nõ patitur res ſatisfieri. I. A. 191 a, Vt pro tantis eorũ in remp. meritis honores ei habeantur gratiæq; referãtur. Att. 225 b, O Socratici viri, nunquã vobis referã gratiam. pro Cor. 67 a, Cui munus hoc meritum, & iuſtã debitamq; gratiã refero. in Sal 273 a, Referre gratiã mutuam alicui. Qu. de Pet 208 a, Reſtituere gratiam alicui. Poſtq 203 a, & pro Planc 273 b, Diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ. nam qui pecuniã diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum, gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in ipſo quod habet, refert. Offic. 47 b, Commodè quicunq; dixit, pecuniã qui habeat non reddidiſſe, & qui reddiderit, nõ habere: gratiam aũt & qui reddiderit habere, & qui habeat retuliſſe. de Finib. 105 b, Debere gratiam alicui. & 89 a, I. A. 165 b, Quo etiã tibi maiorem gratiã debeo, qui, &c. de Fin. 109 a, Tribuere gratiam inuẽtori alicuius rei. Off. 64 b, Huic nec laus magna tribuenda eſt, nec gratia. Ep. 154 b, Gratiarum actionem à te non deſiderabam, cum reipſa, & animo ſcirem eſſe gratum. Att. 274 b, Gratiarum actio congratulatioq; me commouet. * de Amic. 106 a, Tarquinium dixiſſe ferunt: tum cum exul eſſet ſe intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, quosque infidos: cũ iam neutris gratiam referre poſſet. pro Cornel. 55 a, Me omnibus, ſi minus referẽda gratia ſatisfacere potuerim, at prędicanda & habẽda certè ſatis eſſe facturum. de Fin. 105 b, Quanta his *Dijs* gratia debeatur.

¶ *Fauor, amor, amicitia. bona gratia.* ꝓ Pomp. 17 b, Nec Pompeij gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto. & ibid. Nec bonã gratiam mihi quæro. Ep. 68 b, Aucupari gratiã alicuius. de Pro. 72 b, Redire in gratiã. I. A. 175 a, I. A. 176 a, & 234 b, Redire in gratiam cũ aliquo. & Epiſt. 42 a, & Att. 10 a, de Sen. 89 a, In gratiã cum voluptate redeamus. & Att. 64 a, Ep. 45 a, & 59 a, Recondita gratia. 24 b, Cum Cæſare reditus in gratiam. de Ar. 256 a, Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiæ patuerit, eſſe facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat? I. V. 75 a, Eſſe in gratia cum aliquo. & Att. 28 a, I. V. 80 a, Cuius damnatione totus ordo cum populo Rom. & in laude, & in gratia poſſit eſſe. Ep. 10 b, Mecum Cæſar eſt in gratia. & 15 a, Mihi cum illo magna gratia eſt. Attic. 79 b, Erat in Syria nomen noſtrum in gratia. Off. 69 a, Qui in maxima gratia eſt apud omnes. Cæl. Ep. 116 a, Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Attic. 74 a, Apud Patronum te in maxima gratia poſui. Attic 96 a, Ac te apud eum, dij boni, quanta in gratia poſui. Attic. 83 b, Meque apud eum magna in gratia poſuit. Att. 2 b, Salluſtium præſentem reſtituere in eius veterem gratiam non potui. de Prou. 73 b, Hic me meus animus in rempub. priſtinus, cum C. Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam. & 74 a, Cur igitur expectem aliquẽ, qui me cum illo in gratiam reducat? pro R. P. 125 b, Reduci in gratiam cum aliquo. & ibid. Recipere aliquem in gratiam ex priuatorum negocijs. Attic. 2 a, Omnes gratias non modò retinendas, ſed etiam acquirẽdas putant. de Or 94 b, Q. Varius illa ipſa facultate, quamcunque habet, magnam eſt gratiam conſecutus. Ep. 26 b, Effundere gratiam collectam. pro Dom. 222 b, Illi quotũ vita remota ab hoc honore populari, & ab hac illuſtri gratia eſt. Qu. de Pet. 207 b, Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. I. P. 80 a, Ego illos nulla ſenatus mala gratia, comitiorum ratione priuaui. de Nat. 11 a, Neque ira, neq; gratia teneri. Epiſt. 151 a, Efficere aliquid gratia. Ep. 67 b, Flecti à gratia, vel à voluptate. Epiſt. 68 b, Nec Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimùm pingi voluit. pro Milon. 109 b, Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela occidere? de Fat. 141 a, Sed Poſſidonium, ſicut æquum eſt, cum bona gratia dimittamus. Offic. 10 a, & Att. 9 a, Si non ineunda, ſed referẽda ſit gratia. Att. 108 a, Inire ſummam gratiã cũ omnibus. I. V. 233 a, Inire gratiam ab aliquo. & 131 b, Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. pro Dom. 229 b, Ferre legem alicui per gratiam. pro Mil. 116 a, Appius homo mihi coniunctus fideliſſima gratia. I. V. 172 a, Beneficij gratiæque cauſa concedere aliquid. & 191 a, In beneficijs gratiæque loco petere aliquid. de Amic. 102 a, Liberales ſumus non vt exigamus gratiam: non enim beneficium fœneramur. de Finib. 89 a, Tollitur beneficium & gratia. Epiſt. 20 a, b, Cùm præſertim confiderem nullam eſſe gratiam, quam vel non capere animus meus accipiendo, vel remunerando cumulandoque illuſtrare poſſit. * de prouinc. 75 a, Eum ad equeſtris ordinis gratiam deuocant. Frag. ep. Monumentum ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiam. de Clar. 178 b, Cùm duæ ciuiles artes ac forenſes plurimum & laudis haberent & gratiæ. ibid. Vti ea *obtrectatio & inuidia*, non modò non exulcerare veſtram gratiã, ſed etiam conciliare videatur. pro Quint. 1 a, Quę res in ciuitate duæ plurimũ poſſunt: hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore: ſumma gratia & eloquentia. Quarum alteram C. Aquili, vereor, alteram metuo, &c. Gratia Sex. Næuij ne P. Quintio noceat. ibid. Hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. pro Quint. 1 b, Quòd ſi tu iudex nullo præſidio fuiſſe videbere contra vim & gratiã ſolitudini atq; inopiæ. pro Mur. 134 a, In qua *forte* gloriam conciliat magnitudo negotij, gratiam æquitatis largitio. de Prouinc. 79 a, Si qui meum cũ inimico ſuo reditum in gratiam vituperabunt: cum ipſi & cũ meo & cũ ſuo inimico in gratiam non dubitarint redire. I. A. 182 b, Mecum, vt voles: cũ Repub. redi in gratiam. Ep. 42 a, Cùm verò reditum noſtrum in gratiam vterq; expetiſſet. Ep. 67 b, Gratiam illam, de qua ſuauiſſimè quodam in prooemio ſcripſiſti, à qua te affici non magis potuiſſe demonſtras quàm Herculem Xenophontium illum à voluptate: ea ſi

me tibi

me tibi vehementius commendabit, ne aſpernêre.

¶ *Autoritas.* Ep.2 & b, & 3 b, Gratiam autem noſtram extinguit hominum ſuſpicio.

¶ *Cauſa, ſtudio, ratione inquam finis & vſus.* de Fin. 56 b, Dolores ſuſcipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. de Nat. deor. 18 a, Tantumq; abeſt, vt hæc beſtiarum cauſa parata ſint, vt ipſas beſtias hominum gratia generatas eſſe videamus.

† Syntaxis. *Ad prædicandam & habendam gratiam ſatisfacere. De illo gratias ago & habeo. Ampliſsimis, ſingularibus verbis, per literas, gratias agere. Apud illum tibi is gratias egit. Habere gratiam, commemorare, debitam perſoluere. Pro eo tibi, ac mereris, gratiam habebo. Referre parem, mutuam gratiam. Reſtituere gratiam, & bonam gratiam. Debere & perſoluere gratiam, tribuere. Gratiam ſibi alicuius aucupari, conciliare, inire. Redeamus in gratiam cum illo. Rediêre in gratiam qui prius inimici erant. Cum illo reditus in gratiam. Tecum non ſum in gratia. Mihi tecum eſt magna gratia. Ponere aliquẽ in gratia apud aliquem, & reſtituere in gratiam. Reducere, reconciliare in gratiam cum aliquo quempiam. Ex inimicitijs aliquẽ in gratiam recipere. Acquirere, colligere, retinere omnes gratias, conſequi, effundere collectas gratias. Nulla tua mala gratia feci. Vir excellenti gratia ad ſuadendum. Id facias gratia, vel gratiæ cauſa. Cum tua gratia faciam. Cum tua bona gratia diſcedam. Gratiam inire ab aliquo, & cum. Alicui per gratiam legem ferre. Beneficij & gratiæ cauſa petere. Coniunctus fidiſsima gratia. In beneficijs gratiæq; loco petere. Extinguitur iniuria prauitatis bonorum gratia. Gratiam exigere, & beneficium fœnerari.*

GRATIFICANDI. Offic. 43 b, In vtroq; ineſt gratificandi liberalis voluntas. * pro C. Cornel. 1, Homo nimis in gratificando iure liber.

GRATIFICANS, tis. de N. 25 b. Deus nihil cuiquã tribuens, nihil gratificans, omnino nihil curans.

GRATIFICATIO, onis *gratia, beneficiũ.* con. Rul. 88 a. cõiungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria. de Natur. 25 a, Cum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis. * pro Muræn. 134 a, Syllana gratificatio reprehenſa.

GRATIFICOR, aris. *beneficium do, gratum facio.* Off. 9 b. & cõtra Rull. 87 b, Qui gratificantur cuipiam, quod obſit illi, &c. de Fin. 134 b, & 135 a, Deq; eo quod ipſis ſuperat, alijs gratificari volunt. Epiſt. 2 b, Quod Pompeio ſe gratificari putant. de Leg. 192 a, Honeſtè gratificari cuipiam. Ep 115 b, In hanc partem porrò tutum tibi erit, ſi quid volueris gratificari. Epiſt. 17 b, Cur tibi hoc non gratificer, neſcio. pro Corn 57 a, Gratificatur mihi geſtu accuſator, neſcientem Cn. Pompeium feciſſe ſignificat. * pro C. Cornel. 1, Num alicui gratificabantur aut homini, aut ordini? Hortenſ. Gratificare Reip.

GRATIOSVS, a, um. *qui apud omnes plurimùm gratia poteſt.* pro Pl. 268 b, Iam docebo gratioſum eſſe ſuis tribulibus Plancium. in Verr. 155 a, Splendidi homines, & alijs prætoribus gratioſi. pro Cæl 41 b. Homo potens, gratioſus, diſertus. Qu. de Pet. 207 b, Vir ad ambitionem gratioſus. pro Muræn. 135 b. & Qu. de Pet. 208 b, Homines in ſuis ciuitatibus & municipijs gratioſi. Attic. 340 a, Cicero erat gratioſus apud Cæſarem. pro Mur. 141 b, L. Natta in equitum centurijs voluit eſſe, & ad hoc officium neceſſitudinis, & ad reliquum tempus gratioſus. Offic. 63 b, Tum Pythius, vt argentarius, qui eſſet apud omnes ordines gratioſus. Attic. 259 a, Syracuſas commodiùs epiſtolas mittere potero, ſi Valerius Mitres ad me nomina gratioſorum ſcripſerit. pro Planc. 268 b. Ego Plancium & ipſum gratioſum eſſe dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui & gratioſos. de Clar. 192 a. Gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedendo loco. Epiſt. 4 a, Is vehementer confidit his meis literis ſe apud te gratioſum fore. Epiſt. 20 a, Iuuentutis & gratioſorum in ſuffragijs ſtudia, propter ipſius excellentem in eo genere gratiam, noſtram ſuffragationem, ſi minus potentem, at probatam tamen, & iuſtam. & debitam, & propterea fortaſſe etiam gratioſam. Epiſt. 76 a, Quando de Logeio parum gratioſum eſt. * *Alij legunt, de Luceio parùm promiſſum eſt.*

† Syntaxis. *Gratificor tibi, & hoc tibi, & de hoc quod mihi ſuperat. Gratioſus apud aliquem. De illo parum gratioſum eſt.*

GRATIS *gratuitò ſine ſolutione, vel pecunia.*) (*.precio.* I V. 100 b, Ne gratis in prouincia malè audires. in Vat. 97, Is repentè vt Romam venit, gratis prætor factus eſt. de Finib. 82 a, Virtutes omnes gratis per ſe diligant. I. V. 245 b, Nauis mihi conſtat gratis. pro Gl. 32 a, b, Seruire gratis alicui. Quint. frat. 219 a, Id me ſcis antè gratis tibi eſſe pollicitum. pro Qu. Roſc. 49 b, Communem eſſe factum gratis, qui precio proprius fuiſſet. Offic. 50 b, Habitare gratis in alieno.

GRATVITÒ. *gratis.* pro Arc. 187 b, Multis gratuitò ciuitatem impartiebantur. Off. 47 a, Multorum cauſas & non grauatè, & gratuitò defendere.



GRATVITVS, a, um. *ſine præmio & mercede.*) (*.mercenarius, conductus.* Qu. fr. 317 a, Comitia, ſi gratuita fuerint, plus vnus Cato fuerit, quàm omnes leges. & Att. 63 a, & pro Mur. 140 b, pro pl. 276 b, Tu ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſti. de Leg. 165 b, Quid liberalitas? gratuitáne eſt, an mercenaria? ſi ſine præmio benigna eſt, gratuita: ſi cum mercede, conducta. de N. 25 b, Hominum charitas & amicitia gratuita eſt. de Fin. 85 b, Innatam eſſe homini probitatem gratuitam, non mutuatam (*al. inuitatam*) voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam.

† Syntaxis. *Gratis hoc mihi conſtat. Gratis hoc tibi recepi: id eſt ſpontè. Liberalitas gratuita, non mercenaria.*

GRATVLANS, tis. de Orat. 123 b, Cùm vos non modò frequentes, ſed læto vultu gratulantes viderit.

GRATVLATIO, onis *communis gaudij demõſtratio, lætitia publica.* Att. 14 b, Fuit enim mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tui iucunda, & timoris conſolatio grata. & 14 a, Mihi facta ſtatim eſt gratulatio. I. V. 70 a, Nunciatur mihi maximam gratulationem huic eſſe factã. & 217 a. Diana ſumma cũ gratulatione ciuium & lætitia reponitur. I. P. 80 b, Mihi pop. Rom. non vnius diei gratulationem, ſed æternitatem immortalitatemq; donauit. pro Mur. 126 b, Hic parenti ſuo gratulationi in victoria fuit. pro Dom. 225 b, Conſules epulabantur, & in coniuratorum gratulatione verſabantur. pro Mil. 120 b, Nos in hominum cœtu gratijs agendis, & gratulationibus habẽdis, & omni ſermone celebramur. pro Mar. 132 b. Hunc igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure antepones. Att. 138 a, Quicquam tu illa fuiſſe putas præ ijs gratulationibus. Attic. 137 a, Ne obtuliſſe nos gratulationi videamur. * de prouinc. 75 a. Eum ad gratulationem deuocant. Epiſt. 21 a, Sera gratulatio reprehendi non ſolet: præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt.

¶ *Supplicatio ad fana.* I. C. 123 a, Cæteris ſemper bene geſtæ, mihi vni conſeruatæ reip. gratulationem decreuiſtis. * de Prouinc. 74 a, Non erat exigua eadem Dijs immortalibus gratulatio, quæ ex maximis bellis. Epiſt. 176 a, Tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia Deorũ templa fecimus, renouatio timoris magnã moleſtiam afferebat.

† Syntaxis. *Facta illi eſt gratulatio. Gratulatio & lætitia populi. Gratulatio ad fana.*

GRATVLATOR, oris. de Fin. 87 b, Ita fit gratulator lætior ſit, quàm is cui gratuletur.

GRATVLOR, aris. *congratulor, lætor, gratulationi cuipiam ſum, gratulationem facio, gratulationem habeo.* Epiſt. 8 b, Quòd mihi de filia & de Craſſipede gratularis agnoſco humanitatem tuam. Att. 152 b, Vt tibi de reditu noſtro gratularer. Epiſt. 7 b, Quòd mihi de noſtro ſtatu, de Milonis familiaritate, & leuitate & imbecillitate Clodij gratularis, minimè miramur, te, &c. & 44 a, Gratulator tibi de iudicio ambitus, neque id, &c. ſed illud, &c. Ep. 122 b, Gratulor tibi affinitate (*al. affinitatem*) viri optimi. Attic. 79 a, Qui mihi gratulatus es, illius diei celebritate. (*al. celebritatem*) in Sal. 273 a, Cùm vniuerſi vos populusq; Rom. frequens aduẽtu meo gratulatus eſt. ad Brut. 91 a, De Caſſio lætor, & reip. gratulor, mihi etiã, qui, &c. Att. Gratulor nobis Qu. filiũ exiſſe. Epiſt. 43 a Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem: epiſtolam verò oſculatus, & ipſe mihi gratulatus ſum. I. A. 166 a, Brutus Ciceroni recuperatam libertatem eſt gratulatus. I. V. 69 b, Et ei voce maxima victoriam gratulatur. Ep. 242 a, Cùm ei ego gratulatus eſſem, idq; me gaudere dixiſſem, diſceſſit, &c. & 19 b. Vnum illud neſcio, gratulẽ ne tibi, an timeam. Ep. 251 b, Alter fructus gratulationis eſt, & is quidem exilior, quàm ſi tibi te ipſum intuens gratularer: ſed tamen & feci antè, & facio nunc, tibiq; cũ pro rerũ magnitudine quas geſſiſti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quòd te de prouincia decedentem ſumma laus, & ſumma gratia prouinciæ proſecuta eſt. & 19 b, Tamen quod abes gratulor. pro Dom. 217 b, Gratulor tibi, quòd, &c. pro Pl. 278 b, Ego tibi in hoc gratulor. I. P. 90 b, Omnes publicè ad me venerunt gratulatũ. I. A. 158 b. Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabãtur. & 242 b, Illi alacres & læti inter ſe quaſi viciſſent, gratulabantur. Attic. 254 a. Magis eſt quòd gratuler tibi, quàm quòd te rogem. * Epiſt. 22 b, Plurimùm (*al primùm*) tibi, vt debeo, gratulor, lætorq; cùm præſenti, tum etiam ſperata tua dignitate: ſeriùs non negligentia mea, ſed ignoratione rerum omnium.

† Syntaxis. *Gratulor tibi de filia, de affinitate: &, affinitate. Ipſe mihi gratulor. Hanc rem tibi gratulor. In hoc tibi gratulor. Gratulatum ire. Alacres & læti inter ſe gratulantur ij.*

GRATVS, a, um. *qui meritã alicui gratiam memori mente perſoluit, qui beneficia accepta meminit, nõ ingratus.* de Leg. 66 a, Gratus eſt, qui in referenda gratia non commodũ, ſed eum ipſum cui refert gratiam, cernit. Epiſt. 62 b, Tu quàm gratus erga me fueris, ipſe exiſtimare potes. Poſtq. 299 a, Vt erga au-

toreſ ſalutis meæ ſatis gratus iudicarer. & ibid. Nemo gratiarũ immemor, eſt gratus inuentus. I.A. 225 b, Laus Bruti, quę gratiſſima memoria omnium ciuium: incluſa nondum autoritate publica, teſtata eſt. pro Planc. 278 b, Si bene de meritis gratum me præbeo, non deſino incurrere in crimen hominis nimiùm memoris, nimiumq; grati. Att. 147 b, Vt tuo beneficio vir gratus & pius eſſe in maximi beneficij memoria poſſim. Attic. 283 a, Faciliùs in timore benigni, quàm in victoria grati reperimur. Epiſt. 4 b, Vt quàm gratiſſimus erga te eſſe cognoſcerer. Ep. 172 a, Gratiorem me eſſe in te poſſe quàm iſti peruerſi ſint in me, exploratum habes. contra Rull 70 a, Gratus ac memor beneficij. Att. 275 b, Gratus animus & liberalis. Ep. 354 b, Re ipſa atq; animo gratiſſimus. & 214 b, Is magnis meis beneficijs ornatus in conſulatu meo memor & gratus fuit. I.A. 263 b, Alicuius virtutem grata memoria proſequi. & 191, Grato animo proſequi nomen alicuius.

¶ *Iucundus, acceptus, optatus.* Tuſc. 237 a, Quod approbâris, id gratum acceptumq; habendũ. I. V. 56 a, Quid eſt, quod omnibus gratius, optatius, aut magis accõmodatum eſſe poſſit? Epiſt. 15 a, b, Cuius officia iucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt, nunquã gratiora. At. 52 a, Iſta veritas etiamſi iucunda non eſt, mihi tamẽ grata eſt. Ep. 71 a, Amor tuus, non ille quidem mihi ignotus, ſed tamen gratus & optatus: dicerẽ iucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. Ep. 221 b, & Att. 14 b, Tale enim tuũ iudicium nõ poteſt mihi non ſummè eſſe iucundum: quod cùm ita ſit, eſſe gratum neceſſe eſt. Quint. fr. 320 a, Id mihi pergratum, perq; iucundum erit. Att. 220 a, Me & Cæſari, & ſibi vehementer gratum eſſe facturum. de Legib. 178 a, Velim hoc quod loquar, tibi gratum videri potiùs quàm graue. *I. A. 178 a, Apud mortuum factus eſt gratus.

† Syntaxis. *Virtutem alicuius grata memoria perſequi. Grato animo nomẽ proſequi. Gratus & acceptus. Quid gratius, acceptius? Id licet iucundum non ſit, gratum tamẽ eſt. Quod iucundum eſt, gratum etiam erit. Pergratum perq́ue iucundum. Facere alicui vehementer gratum.*

GRAVATÈ. *difficulter, ægrè* de Orat. 102 b, Meam facilitatem laudatote, cùm vobis non meo iudicio, ſed veſtro inductus, non grauatè reſpondero. Offic. 63 b, Grauatè ille primò. quid multa? impetrat. & 47 a, Multorum cauſa non grauatè & gratuitò defendere. pro Cor. 62 b, Benignè, non grauatè, comiter, &c.

† Syntaxis. *Benignè, non grauatè.*

GRAVATVS, a, um. *onuſtus, grauis.* de Diuin. 83 a,

*Iam verò ſemper viridis ſemperq́; grauata*
*Lentiſcus, triplici ſolita grandeſcere fœtu.*

pro Mur. 140 b, In ea ciuitate non eſſe grauatos homines prodire hora tertia in campum.

GRAVEDINOSVS, a, um. *ad grauedinem procliuis.* Tuſcul. 214 b, Sunt alij ad alios morbos procliuiores: itaque dicimus grauedinoſos quoſdã, quoſdã torminoſos: non quia iam ſint, ſed qa ſæpe ſint. * *In vetuſtis libris reperitur Grauidinoſus.*

GRAVEDO, nis Græcè *κορύζη dicitur, parum tamen differt à deſtillatione hic capitis morbus, teſte Cor. Celſo.* Attic 169 a, b, Tu quoniam quartana cares, & non modò morbum remouiſti, ſed etiã grauedinẽ. & 258 b, Grauedo tua mihi moleſta eſt. & 260 a, Grauedini quæſo omni ratione ſubueni.

† Syntaxis. *Hoc exiguum eſt, grauiſſimum tamen, ſubuenire febri: id eſt, occurrere, reſiſtere, repellere, abigere.*

* GRAVESCENS, tis. Tuſcul. 207 a, *Poët.*

*Non ad graueſcens vulnus illi dat manus.*

GRAVIDATVS, a, um. *grauidus factus.* de Nat 42 b, Terra grauidata ſeminibus omnia parit & fundit ex ſeſe.

GRAVIDINOSVS, a, um vide GRAVEDINOSVS.

GRAVIDITAS, tis. d N. 49 b, Luna à ſole illuminata grauiditates & partus affert.

GRAVIDVS, a, um. *prægnans, plenus, fœtus.* pro Cl. 23 b, Cùm mulier eſſet grauida, etiam appropinquare partus videretur. in Verr. 85 b, Latona grauida, & iam ad pariendum vicina. de Diu. 84 b, Vbera grauida vitali rore. & ibid. a,

*Aut cum ſe grauido tremefecit corpore tellus.*

* de Diuin. 89 a, *Ennij.* Quia mater grauida párere ſe ardentem facem Viſa eſt in ſomnis Hecuba.

GRAVIS, ue: uior, ſſimus *ponderoſus.* de N. 76 b, Atq; in eo cauillatus eſt, æſtate graue eſſe aureum amiculum. de Som. 128 b, In terram feruntur omnia ſuo motu pondera. de N. 30 b, Cibus grauis: *id eſt, difficilis ad concoquendum.*

¶ *Arduus, difficilis, moleſtus.* I.C. 98 a, Senatuſconſultum vehemens & graue in aliquẽ. pro Pl 262 a, Hoc perquàm graue eſt dictu. & ibid. Quod mihi grauiſſimum eſſet dicere. pro Cor. 59 a, Eſt enim in pop. Rom. graue, non poſſe, &c. de Inu. 78 b, Nec fuiſſe ei graue, nec difficile, eam cauſam excipere, quæ, &c. Ep. 39 b, Graue eſt homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe bene meritũ putet. Attic. 3 b, Non mihi graue duxi reſcribere ad te. Epiſt. 230 a, Si tibi graue non erit. & 231 a, Nunquam grauis tibi eſſe volui. Top. 221 a, Vereor ne tibi grauis ſim. de Sen. 77 b, Quòd ſenectutem tuam nunquam tibi grauem eſſe ſenſerim. I. V. 178 a, Eum ne verbo quidem grauiore appellaſſes. de Leg. 178 a, Velim hoc quod loquor, tibi gratum videri potius quàm graue. Qu. fr. 317 a, Atq; id anni tempore grauiſſimo, & caloribus maximis. Ep. 72 a, Hoc grauiſſimo & peſtilentiſſimo anno. Att. 228 a, Quod reipub. defuerit tam graui tempore.

¶ *Magnæ autoritatis, dignitatis, ponderis, ſerius.* Off. 59 a, Honeſtas omni pondere grauior eſt habenda quàm cætera omnia. Off. 21 a, Cùm grauibus ſerijsq; rebus ſatisfecerimus. de Or. 88 a, Homo prudens & grauis. & 122 b, Vir autoritate grauis. pro Deiot. 144 b, Quę m hi ad ſpem obtinẽdæ veritatis grauiſſima ſunt. pro S. R. 37 a, Hoc minimè videtur graue ijs, qui minimè ipſi leues ſunt. pro Qu. Roſc. 45 b, Quòd apud omnes leue & infimum eſt, id apud iudicẽ graue & ſanctũ eſſe ducetur? Poſtq. 202 a, Nomen veſtrũ mihi graue & ſanctum eſt. pro Cluent. 20 b, Statuit ſibi nihil grauiùs faciendum, quàm, vt, &c.

¶ *Seuerus* de Clar. 170 a, Cato grauis in laudando. de Orat. 129 b, Omnium grauiſſimum & ſeueriſſimum eſſe. de Cl 191 a, Grauis ſine arrogãtia. * pro L. Varen. L. Septimius eſt ad L. Craſſi eloquentiam grauis, & vehemens, & volubilis.

¶ *Humilis.* de Orat. 164 b, Eſt quiddam in remiſſione grauiſſimum, quo tanquam ſonorum gradibus deſcenditur. de Orat. 107 a, Vocem ab acutiſſimo ſono vſq; ad grauiſſimum ſonum recipere.

GRAVITAS, tis. *habes & ſynonyma & homonyma in vocabulo præcedenti Grauis.* Att. 154 a, Et grauitatem in congreſſu noſtro tenui. Ep. 72 b, Tuenda eſt tibi grauitas. Att. 155 a, Tu cum Sexto ſeruaſti grauitatem eandem quam mihi præcipis. de Cl. 195 b, Hæc genera dicendi in ſenibus grauitatem non habent. Att. 145 a, Illud me præclarè admones, cùm illum videro, non nimis indulgenter, & cum grauitate potiùs loquar. de Orat. 115 a, Sententiarum grauitate, verborum ponderibus eſt vtendum. de Clar. Verborum grauitas. de Am. 113 b, Quanta illi fuit grauitas, quanta in oratione maieſtas. Offic. 23 a, Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. pro Cæl. 51 a, Homo grauitati deditus. Attic. 183 b, Corpore vix ſuſtineo grauitatem cœli huius. de N. 49 a, Tantæ contentio grauitatis & ponderum. de Fat. 145 a, Atomos grauitate & pondere moueri. de In. 47 b, Exordium ſententiarum & grauitatis plurimum debet habere. & 62 a, In quo grauitas & autoritas eſt, plus profi it ad miſericordiam commouendam. * Tuſc. 235 a, Huius ſententiæ grauitas à Platonis autoritate repetatur. Hortenſ. Vitæ grauitate præſtitit. de ſuis Conſil. Tarditate modorum & grauitate cantus illorũ furentem petulantiam reſediſſe. pro Quint. 1 b, Nihil eſt quod humilitatem cuiuſquam grauitas & virtus iudicis conſoletur. Acad. 14 a, Si in ſenſibus ipſius eſt aliqua fortè grauitas aut tarditas. de Fin 90 a, Aut pluris eſſe contendat dulcedinem corporis & titillantem ex ea renatam lætitiam, quàm grauitatem animi atq; conſtantiam. Tuſc. 145 b, Perſonæ grauitatem intuens. & 190 a, Corporis grauitatem & dolorẽ animo iudicamus. de N. 75 a, Vt ſi medicus grauitatem morbi accuſet. de Sen 79 a, Erat in illo viro comitate cõdita grauitas. Ep 79 b, Peto à te, ne me putes obliuione tui rariùs ad te ſcribere quàm ſolebam: ſed aut grauitate valetudinis, qua tamen iam paululùm videor leuari. Attic. 183 a, Metuo ne ſit expectandum, & cum reliquis etiam loci grauitas hìc miſerrimè perferenda.

† Syntaxis. *Grauitatis & ponderum contentio. Cœli grauitas, aëris Grauitas & maieſtas.*

GRAVITER, ſſimè. *ægrè, moleſtè, ſeuerè, priſcè.* )( *remiſſè, leniter, vrbanè, acutè, leuiter.* de Ar. 55 a, Id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam. de Orat. 128 a, Grauiter accipere aliquid. in An 244 b, Ciues inter ſe grauiſſimè diſſentientes. Epiſt. 71 a, Grauiter accuſare aliquem. I. C. 100 b, Si me meis ciuibus ſuſpectum tam grauiter atque infenſum viderem. Epiſt. 17 b, Grauiter inimicus. Attic 204 b, Dionyſius grauiter queritur. pro Cluent. 20 b, & pro S. R. 20 a, Grauiſſimè conqueri de aliqua re cum aliquo. Offic. 7 a, Grauiter ægrotare. Orat. 199 b, Thucydides res geſtas narrat grauiter ſanè & probè. pro Cæl. 44 a, Grauiter, ſeuerè, priſcè agere cum aliquo )( *remiſſè, leniter, vrbanè.* de Som. 129 a, Natura fert, vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè ſonent.

† Syntaxis. *Grauiter accipere, ferre, narrare, conqueri, agere. Suſpectus grauiter. Grauiter, ſeuerè, priſcè agere.*

GRAVOR, aris. *grauatè aliquid facio, graue mihi duco, pigror.* de Orat. 93 b, Ego verò, inquit, iſtis obſequi ſtudeo, neq; grauabor breuiter meo more, quid quaq; de re ſentiam, dicere. & 98 a, Te rogo ne grauere exædificare id opus quod inſtitui.

Inſtituiſti.pro Clu.31 b,Is primò grauari cœpit,quòd,&c. de Amic.98 b,Ego verò non grauarer, ſi mihi ipſe confiderem.Ep.102 a, Qui grauère literas ad me dare. Topic. 221 a,Ne ſi ego grauarer,&c.de Or. 142 a,Non eſſem tam inhumanus,vti eo grauarer, quod vos cupere ſentirem.

GREGALIS,le.*ſodalis, ex eodem grege.* pro Dom.228 a, Quod vos gregales Catilinæ de me dicere ſolebatis. de Aruſp. 256 a,Nec Clodius, nec quiſquam de gregalibus eius,aut conſiliarijs, &c. de Orat.32 a, Gregales eum in campum non veniſſe requirebant.Ep 110 a, Nos enim nobis quidem ipſi diſplicemus,gregalibus illis,quibus te plaudente vigebamus, amiſſis.

GREGARIVS,a,um *collectitius,vulgaris.*pro Planc.274 b,Gregarij milites.

GREGATIM.*per Greges.* I. V. 266 a, Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latumias.

GREMIVM,mij.*ſinus*, *complexus.* de Clar.183 b, Filius in gremio matris educatus. de Diu. 126 a, Puer lactens in gremio matris ſedens, mammam appetens. ad Heren. 36 b, Liberi è gremijs parentum diripiuntur. de Leg. 183 a, Vt ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur. pro Clu.20 b,Soror in amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio conſeneſcebat. I.P.81 b, Hæc ſunt in gremio ſepulta conſulatus tui.pro Cæl. 50 a, Cùm Q. Metellus abſtraheretur è ſinu gremioq; patriæ. I. P. 99 a, Aetolia procul à barbaris diſiuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio ferè Grçciç gremio continetur.de Sen.87 b,Terra gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excipit. * I. A. 251 b, Cùm in gremijs mimarum mentem mentumque deponeres.

† Syntaxis. *Sinus & gremium matris. In manibus & gremio. Conſulatus gremium.Patriæ ſinus & gremium.In ſinu pacis.Medio Italiæ gremio continetur hic locus. Terræ gremium mollitum & ſubactum.*

GRESSVS,ſus.*inceſſus,ingreſſus.*Offic.26 b, Cauendum eſt ne tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus : *aliàs, ingreſſu.*

GREX,gis *congregatio,cœtus,turba.* Attic.106 a,Pecudes,quæ diſpulſæ ſui generis ſequuntur greges: vt bos, armenta. I.A.189 b, Antonius cædit greges armentorum, reliquiq; pecoris, quodcunque nactus eſt.pro S.R.33 a, Verùm ego forſitan propter multitudinem patronorum in grege annumerer pro Syl. 181 b, In hunc igitur gregem P. Syllam,ex his honeſtiſſimorum hominum gregibus reijcitis? in Saluſt.274 b,Is iam vnus ex illo grege videbatur. * de Orat. 88 b, Vrgent philoſophorum greges iam ab illo fonte & capite Socrate.I.V.112 b,Greges nobiliſſimarum equarum abactos.pro Dom. 218 a, Ipſe archipirata cum grege prædonum impuriſſimo pleniſſimis velis nauigaſſes.de Fin.62 b, Quàm magnos quantaque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? Attic. 16 a,Stipati gregibus amicorum.

† Syntaxis.*In grege annumerari propter multitudinem opificum. Reijcere in gregem. Amicorum philoſophorum greges.*

GRVNITVS,tus.*vox eſt porcorum.* Tuſc. 250 b, Nec grunitum audiunt, cùm iugulatur ſus.

GRVS, is. de Nat. 51 a, Grues cùm loca calidiora petentes, mare tranſmittunt, trianguli formam efficere:eius autem ſummo angulo aër ab ijs aduerſus pellitur. *ibid. Baſis autem trianguli, quam grues efficiunt, &c. ibid. Eæque *grues* in tergo præuolantium colla & capita reponunt. Quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet vbi nitatur,reuolat, vt ipſe quoq; quieſcat: in eius locum ſuccedit ex ijs quæ acquieuerunt.

GVBERNACVLVM,li. *clauus,adminiſtratio,munus,officium.*de In. 81 b, Hic iſte naufragus ad gubernaculum acceſſit pro Seſt.7 a,Clauum tanti imperij tenere,& gubernacula reip. tractare. pro Dom. 218 a, Cùm ſenatum à gubernaculis deieciſſes, populum è naui exturbaſſes. pro S. R. 261 b, Qui omni tempore ad gubernacula reipub. ſedere debebant Brut.91 b, Vt gubernacula reip.prenderem. Att. 27 a,Non abiectis, ſed ereptis gubernaculis.Epiſt.267 a,Qui niſi à gubernaculis receſſerint, maximum ab vniuerſo naufragio periculum eſt. * de Orat. 89 a, A' quibus vna penè repelli voce oratorem à gubernaculis ciuitatum videbam. de Orat. 103 a, Ciuitatum regendarum oratori gubernacula ſententia ſua tradidit. Attic. 110 b, Vt è portu ſine gubernaculis egreſſi, tempeſtati nos traderemus.

† Syntaxis.*Clauum Imperij tenere,& gubernaculum reip.tractare:eadem in oratione ſenſa.Deijcere ſenatum à gubernaculis. Accedere,ſedere ad gubernacula.Prendere gubernaculum.*

GVBERNATIO onis *adminiſtratio,procuratio.*de Or.154 b,Orbis terræ gubernatione ac ſummi imperij procuratione diſtrictus. in Vat. 36 a, Populus nunquam hæc à ſummi conſilij gubernatione auferre conatus eſt. de Fin. 95 a, Non enim gubernationi aut medicinæ ſimilem ſapientiã arbitramur. Attic. 281 b, Magnam gubernationem tui conſilij res deſiderat. in Cat. 115 a, Vix videtur humani conſilij tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe. pro Dom.239 a, Tempus illud erat in gubernatione poſitum ſenatus.de Inu.82 b, Cupiditas conſilij gubernatione regitur.

† Syntaxis. *Gubernatio & procuratio. Conſilij tui gubernationem optamus.*

GVBERNATOR,oris.*rector,moderator,auctor.*de Inu.54 a,Nauis quę ſcientiſſimo gubernatore vtitur. Parad. 119 a, *Si* nauem auri euertat gubernator.I.A.214 a,Summ*i* gubernatores in magnis tempeſtatibus nonnunquam à vectoribus admoneri ſolent.* Acad 25 a,Si iam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta, probo nauigio, bono gubernatore ac tranquilitate. pro Rab 96 a,Cæteros pari dignitate præditos cuſtodes gubernatoresque Reipub. quemadmodum mortuos defendemus?de Sen. 80 b, Vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, cùm,&c.Ille autem clauum tenens ſedeat in puppi quietus, non faciat ea quæ iuuenes. At verò multò maiora & meliora facit.Qu.fr 290 b Vt quemadmodum gubernatores optimi vim tempeſtatis : ſic illi fortunæ impetum ſuperare non poſſent. Tibi data eſt ſumma pax, ſumma tranquillitas:ita tamen, vt ea dormiẽtem gubernatorem vel obruere, vigilantem etiam delectare poſſit.

† Syntaxis. *Nauis vtitur gubernatore ſcientiſſimo. Euertit gubernator nauem. Cuſtos gubernatorq; reipub.*

GVBERNATRIX, cis.*regina.*de Or.88 a,Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

GVBERNATVS,a,um.Att.278 b, Cæſarem meis conſilijs adhuc gubernatum quidam corruperunt.

GVBERNO,as.*adminiſtro, procuro,rego,gero, moderor, clauum teneo,gubernacula tracto vel teneo,ad gubernacula ſedeo.* Epiſt.21 a,Teq; hortor, vt omnia gubernes ac moderere prudentia tua.Att.212 b,Velim ergo totum hoc ita gubernes, vt ne minima quidẽ re vlla cõmodum Bruti impediamus. pro S R.40 b,Cùm ſolus rempubl.gereret, orbemq; terrarum gubernaret. pro Mil.10 a,b,Clodius contulit ſe ad Milonis competitores : ſed ita, totam vt petitionem ipſe ſolus etiam inuitis illis gubernaret, tota vt comitia ſuis (vt dictabat)humeris ſuſtineret.Epiſt 28 a,Sed tamen iter meum reſpub.& rerum vrbanarum ratio gubernabit.pro Syl.282 a,Tormenta gubernat dolor,& moderatur natura cuiusque,&c.regit quæſitor. Att.251 b,Gerere,regere, gubernare.Par.236 b, Gubernare, regere, moderari de Fin.73 b,Gubernare vitam.Acad 17 a,Eoq; directiùs gubernant:*id eſt, naues.* Offi.18 a, Qui inter ſe contenderent, vter potius remp.adminiſtret: vt ſi nautæ certarent, quis eorum potiſſimùm gubernaret. Att. 92 b, Sed hæc Deus aliquis gubernabit. & 226 b, Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat.de N.12 a,Siue in ipſo mũdo Deus eſt aliquis, qui regat, qui gubernet, qui omnia conſeruet.Att.121 b, Fortunæ motum ratione quadam gubernare.

GVBERNOR,ris. pro S.R.37 a, Commune cõmodum mutuis officijs gubernatur.pro Rab 91 a,Dij,quorum ope & auxilio hæc reſpub.gubernatur.

† Syntaxis.*Conſilio regnum gubernatum,Cæſaremque Gubernare ac moderari.Directiùs gubernare.Deus regit, gubernat, conſeruat omnia.*

GVLA,læ.*collum,guttur, fiſtula per quam cibus potuſq; in ſtomachum deſcendit.* I. V. 204 b, Quem obtorta gula in vincula abripi iuſſit. Att. 215 b, O' gulam inſulſam. in Sal.174 a, Poſteaquam immenſę gulę,impudiciſſimi corporis quęſtus ſufficere non potuit.* pro M. Scau.Duobus digitulis gulam obliſit.

GVMIA,miæ.*lurco,comedo.*de Fin.69 b,

*Idem compellans gumias ex ordine noſtros.*

Lucilij.lib.30.*Alij gumas & glumas legunt.*

GVRGES,tis.*vorago,helluo,fundum.* in Verr.152 a,Qui immẽſa aliqua vorago eſt,aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium.pro Dom 237 a,Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum reipub.ſanguinem.de Ar.258 a,Quę vnquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum prædas exorbuit? de Orat 129 a,Pater nôrat hunc gurgitem.I.P.88 a, Ille gurges atq; helluo natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ, &c. I. A. 232 b, Habet ſecum L fratrem: quem gurgitem? quam voraginem?pro Seſt.25 a,Gurges & vorago patrimonij. I.A.Eadem profundiſſimus libidinum gurges.in Arat.

*Quos tenet Aegeo defixa in gurgite echineis.*

I.P.94 a,Rheni foſſa gurgitibus illis redũdans. de N. 47 a,

*——rapido cum gurgite flumen.* de Diu.83 a,

*——fulix fugiens è gurgite ponti.* * Hortenſ.Quis tantus eſt gurges, qui dies & noctes ſine vlla minimi temporis intermiſſione velit ita moueri ſuos ſenſus. Prognoſt.

*——de gurgite vaſto.*

† Syntaxis. *Gurges & helluo natus abdomini. Ille gurges & vorago.*

GVRGVSTIVM, ſtij. *locus, ſeu taberna obſcura & anguſta.* de Nat. deor 6 b, Antè videlicet in tenebris, tanquam in gurguſtio habitauerat. I.P.82 a, Neſcio quo è gurguſtio prodire, capite inuoluto.

GVSTATVS, tus *guſtus.* de Nat. 54 b, Guſtatus, qui ſentire eorum quibus veſcimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit. & 55 a, Guſtatus ore continetur. de Or. 152 a, Guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maximè voluptarius, & qui dulcitudine præter cæteros ſenſus commouetur, quàm citò id, quod valde dulce eſt, aſpernatur ac reſpuit? de Nat. 58 a, Niſi fortè pomorum iucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus etiam & aſpectus dubitationem affert quin. Acad. 6 b, Nihil neceſſe eſt de odoratu & guſtatu dicere.

GVSTO, as. *deguſto, libo, attingo.* Epiſt. 107 b, Cùm quidem biduum ita ieiunus fuiſſem, vt ne aquam quidem guſtarem. de Nat. 51, Capræ dictamum quærunt: quam cùm guſtauerunt, ſagittæ quibus confixæ ſunt, excidunt pro Mur. 142 b, Cretes, quorum nemo guſtauit vnquam cubans. I.A. 173 b, Guſtâras ciuilem ſanguinem, vel potius exorbueras. de Nat. 6 a, Primis vt dicitur, labris guſtare phyſiologiam. de Orat 96 b, Quædam de actione breuia, ſed magna cum exercitatione præcepta guſtâram. de Or. 122 b, Iſtorum omnium ſummatim cauſas & genera ipſa guſtâram. I. P 92 a, Pompeius non guſtârat iſtam tuam philoſophiam. Epiſt. 197 b, Nullam partem reip. guſtare potuiſti. de Finib 61 a, Guſtare partem per ætatem ſanæ & ſaluæ aliquam voluptatis. pro Arch. 189 a, Sed ipſi hæc neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus. pro Cæl. 43 a, Qui primoribus labris guſtant genus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur, digitis attingũt. * de Fin 61 a, Quo minus animus à ſe ipſo diſſidens ipſe ſecumque diſcordans guſtare partem vllam liquidæ voluptatis & liberæ poteſt.

GVSTVS, ſtus *guſtatus.* de Sen. 88 a, Vua & ſucco terræ & calore ſolis augeſcens, primò eſt peracerba guſtu. I A. 182 a, Libidinoſi, auari, facinoroſi, veræ laudis guſtũ nõ habent.

† Syntaxis. *Labris primoribus guſtare. Habere pietatis guſtum. Reipubl. partem guſtare.*

GVTTA, tæ. de Orat. 160 a, Numerum in cadentibus guttis, quòd interuallis diſtinguũtur, notare poſſumus. Tuſ. 180 a,

*Ex quo (corpore) liquatæ Solis ardore excidunt*
*Guttæ, quæ ſaxa aſſiduæ inſtillant Caucaſi.*

de Nat. 28 b, Quæ cauſa terreret animos guttis imbrium quaſi cruentis.

GVTTVR, ris. *gula.* de Diuin. 83 a, *Cana fulix, &c.*

*Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.*

pro Cæl. 47 b, Vitium ventris & gutturis.

GYARVS, *inſula.* Att. 74 b. De Gyaro dedi literas.

GYGES, gis. *rex Lydiæ.* Off. 67 b, & 59 b, Gygis annulus.

GYMNASIARCHVS, chi. *gymnaſij præfectus.* I.V. 221 b, Demetrius gymnaſiarchus, qui ei loco præerat.

GYMNASIVM, ſij *locus ad exercendum, vt palæſtra, ſchola* de Orat. 89 b, Clamabunt credo omnia gymnaſia, atque omnes philoſophorum ſcholæ, ſua hæc eſſe omnia ꝓpria. de Orat. 93 a, Magnam habeo huic palæſtræ & Tuſculano tuo gratiam, & longè Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc ſuburbanum gymnaſium antepono. de Diuin. 81 b, Cum ambulandi cauſa in Lycæum veniſſemus (nam id ſuperiori gymnaſio nomen eſt.) Par. 116 a, Quæ vix in gymnaſijs & in otio Stoici probant. in Ant. 221 b, Is Laodiceæ in gymnaſio à quodam Leptine eſt interfectus. Ser. Epiſt. 56 a, Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiæ locum delegimus. de Fin. 174 a, Cum audiuiſſem Antiochum cum M. Piſone diſputantem in eo Gymnaſio, quod Ptolemæum vocatur. * de Orat. 110 b, Seculis multis antè gymnaſia inuenta ſunt, quàm in his philoſophi garrire cœperunt: & hoc ipſo tempore cùm omnia gymnaſia philoſophi teneant, &c. 2 de Leg. Græcia Cupidinum & amorum ſimulacra in gymnaſijs conſecrauit.

GYMNICVS, a, um de Inu. 72 b, Gymnicum certamen. & Tuſc. 188 b, Ludi gymnici.

GYNAECEVM, cei. *locus in ædibus ſepoſitus, vbi ſolæ mulieres verſantur.* I.A. 178 b, Syngrapha ſeſtertij centies, &c. facta in gynecæo: quo in loco plurimæ res veniere & veneunt.

GYPSATVS, a, um. *candidus, tenax, quale gypſum eſt.* Epiſt. 99 a, Medea manibus gypſatiſſimis.

GYRVS, ri. *circulus, ambitus* de Orat. 149 b, Ex ingenti quodã oratorem immenſoq; campo in exiguum ſanè gyrum cõpellitis. Off. 18 b, Homines ſecundis rebus effrenatos ſibiq; præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

GYTHEVS, ci. *fluuius Laconum, qui in Archolicum ſinum fluit.* Off. 61 b.

## H

H *Aſpiratio Latinorum.* Orat. 212 a, Maiores nunquam niſi in vocali aſpiratione vtebantur. loquebantur enim ſic vt dicerent, pulcros, Cætegos, triumpos, Cartaginem. & infrà Orciuios tamẽ, & Matones, Otones, ſepulcra, coronas, lacrymas dicimus: quia per aurium iudicium ſemper licet.

HABENAE, arum. *lora ſunt quæ freno vtrinque adligantur ad equum regendum.* de Or. 194 a, Cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem, quaſi quaſdam habenas tradidit. de Amic. 104 b, Cõmodiſſimum eſt quàm laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cùm velis, vel remittas. * de Orat. 158 a, *Exultantem te & præfidentem ſibi Reprimunt validæ legum habenæ, atque imperij inſiſtens iugo.*

HABENDVS, a, um. de Sen. 91 b, Omnia quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. de Fin. 51 a, An partus ancillæ in fructu ſit habendus. pro Muræ. 138 a, Quoniam non eſt nobis hæc oratio habẽda, aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agreſtium.

HABEO, bes. *poſſideo, vtor, mihi non deeſt, penes me eſt, particeps ſum.* de Diu. 128 a, Eodem temporis puncto nati diſſimiles & naturas & vitas & caſus habent. & ibid. b, Diſſimilitudo locorum, diſſimiles hominũ procreationes habet. & 122 a, Dionyſij equus habuit apes in iuba. & 95 a, Pars animi, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habet. de Or. 92 a, Demoſthenes ſummã prudentiã ſummamq; vim habuit dicendi. 119 b, Neminem omnium tot ac tanta, quãta eſſent in Craſſo habuiſſe ornamenta dicendi. & ibid. Itemq; illa, &c. excogitationem non habent difficilem. Ep. 14 b, Habere rem cõmunem cum aliquo. de Leg. 173 a, Separatim nemo habeſſit deos: *id eſt, nemo habeat.* I.V 273 b, Habere animos aliquorũ inimicos. 17 a, Habere potẽtiam vel imperium in Vat. 243 a b, Habere multũ negocij atq; oneris. de Orat. 156 a, Habere ſapientiam iunctam eloquentiæ. & 132 b, Cùm ille haberet filium delicatiorem. pro S.R. 43 a, Fœmina, quæ patrem habuit clariſſimum virum Att. 253 b, Hæc nauigatio habet quaſdam ſuſpiciones periculi. de Or. 198 a, Eloquentia forenſis iactationẽ habuit in populo. Att. 129 a, Domitius ſuas XII. cohortes tribus in oppidis diſtributas habet. & 220 a, Omnia ea quæ in manibus habebam & 90 b, Philaſios dici ſcribam. & ita fac, vt habeas: nos quidẽ ſic habemus: *id eſt, ſic in noſtro codice ſcriptum eſt* de Cl. 195 b, Hæc genera dicendi in ſenibus grauitatem non habent Or. 206 b, Eaq. hanc habent, quam probo varietatem. Qu. fr. 303 a, Magnum fac animum habeas, & ſpem bonam. I.V. 274 b, Dijs bellum iſte ſemper habuit indictum. de Nat. 5 a, Lucillius, qui magnos progreſſus habebat in Stoicis. ꝓ Lig. 137 b, Profectò voluntatem habuit non turpem, remanſio etiam neceſſitatem honeſtã. de Leg. 181 b, Nam priuſquam iniecta gleba eſt, locus ille nihil habet religionis. in Anton. 221 b, Vt Antiochum claſſes habere prohiberet. Off 42 a, Tua ætas incidit in id prælium, cuius altera pars ſceleris nimium habuit, altera felicitatis parum. pro Seſtio 18 b, Eos voluntatem ſemper eandem, libertatem eãdem non ſemper habuiſſe. pro Dom 230 a, In illo pœna legitima turpitudinem non habuit. I.C. 119 b, Habere videtur iſta res iniquitatem, ſi imperare velis: difficultatem, ſi rogare. ꝓ Pl. 267 a, Habere magnas neceſſitudines in aliqua tribu. ꝓ Dom 238 a, b, Domus tua & quicquid habes aliud, eſt Cereri conſecratum Off 43 b, Habere aliquid religioni contrarium. Att. 15 b, Habeo in animo conſulatum ſtatim petere. Pl. Ep. 154 a, Quid in animo habuerim, cùm Lentulus diſceſſit à me, ex eo potuiſti cognoſcere. & 71 b, Illa conſolatio quã ſemper in ore atq; in animo habere debemus. Off 69 a, Hunc quas tu conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? I.V. 118 a, Clamare cœperunt, ſibi vt haberet hæreditatem. I.A. 173 b, Ille ſuã illã ſuas res ſibi habere iuſſit. I.V. 124 b, Habeatis ſanè vobiſcũ iſtum, &c. de Or. 131 b, Ne quotieſcunq; potuerit dictũ dici, neceſſe habeamus dicere. * I.V. 257 a, Qui naues habuerũt. ꝓ M. Tull. Fundum habet in agro Tigurino paternum. ꝓ Q. Gall. Multos condiſcipulos habet in theatro. pro M. Scau. Albanas habeo columnas ibid. Domus tibi deerat? an habebas. pro M. Font. Mater tua dum vixit, ludũ, poſtquam mortua eſt, magiſtros habuit. Frag ap. Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc autorem habebamus. Oeconom. 3. Oleum, ficus, poma non habet. Hortenſ. Quod in primoribus habent, vt aiut, labris. de Conſolat. Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus inſtitutis excultam conſtitutamque habemus. 3. de Nat. deor. Materiam habere & habuiſſe vim & naturam ſuam. ibid. Iſti prouidentiæ diuinæ materiam præſtò eſſe oportuit, non quam ipſa faceret, ſed quam haberet paratam. Incert. Vtraque earum ſententiarum doctiſſimos habuit autores. ibid. Illa æquabilitas vitę non tantum habet

bet ſenſum. ibid. Quæ fœminæ duplices papillas habent. * Poſtq. 198 b, Amicitię, conſuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique & dies feſti, quid haberent voluptatis. ibid. Ipſa autem patria, &c. quid charitatis, quid voluptatis habet? pro Marc. 135 b, Vagabitur modò nomen tuū longè atq; latè: ſedem quidem ſtabilem & domicilium certū non habebit. de Orat. 40 b, Hæc habent vberrimā copiam ad laudandum. pro Roſc. Com. 53 a, Si H-S millies in iudicium haberet. I. V. 141 a, Cum ſtatua ſe eius habuiſſe temporis rationem, quo poſita eſſet: cum homine verò, quo gereret bellum, atque hoſtis eſſet. I. V. 142 b, Inimicos habeo ciues Romanos. & 143 b, Portum & ſcripturas eadem ſocietas habebat. pro Flac. 162 b, Habetis cauſam inimicitiarum. & 164 a, Plus falſam epiſtolam habituram ponderis, quàm ipſius præſentis fictam vocem & ſimulatum dolorem. ibid. Habuit quandam ille infamiam ſuam. pro Dom. 240 b, Habetis in commentarijs veſtris, M. Caſſium, &c. retuliſſe. & 241 b, Omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronunciarit & fecerit. de Aruſp. 255 b, Etiámne in ſinu atque in delicijs quidam optimi viri viperam illam venenatam ac peſtiferam *Clodium* habere potuerunt? pro Plan. 267 a, Cur iſta editio non ſummam habeat acerbitatē, remota ratione illa. & 273 a, Nam poſteaquam ſenſi populum Rom. aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere. ibid. Si quam habeo laudem. pro Marc. 132 a, Huius gloriæ, &c. ſocium habes neminem. ibid. Ea vicisti, quæ & naturam & conditionem vt vinci poſſent habebant. I. A. 199 a, Totum iter Antonij quid habuit, niſi depopulationes, vaſtationes, cædes, rapinas? I. A. 204 a, Cùm reſpectum ad Senatum & ad bonos non haberet. de Finib. 92 a, Quæ *philoſophia* nihil aliud in bonis habet niſi honeſtum, nihil niſi turpe in malis. Tuſc. 232 a, Philoſophi quamcunq; rem habent in manibus. ibid. Vt omnia præſidia haberet in ſe benè beateq; viuendi. de N. 30 b, Eam caloris naturam vim in ſe habere vitalem per omnem mundum pertinentem. de Diuin. 85 a, Quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes habet in ſe numeros veritatis? & 108 a, de Diuin. 108 a, Non habeo deniq; nauci Marſum augurem, Non vicanos aruſpices, non de circo aſtrologos, Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomniūm. de Diu. 125 b, Vt ad rem gerendā non ſuperſtitionem habeas, ſed rationem ducem? & 126 b, Cùm autem in eam ipſam partē orbis venerint, *ſtellæ & ſydera*, in qua ſit ortus eius qui naſcitur, aut in eam, quæ coniunctū aliquid habeat aut conſentiens. de Fat. 211 a, Quod natura nō habes. & 212 b, Iam vrbanam illā multitudinem, & eorū ſtudia, &c. excitanda nobis ſunt: quæ adhuc habuit nemo, quin idem ſplendorem omnium voluntateſq; haberet. de Pet. 213 a, Vt habeat *petitio* ſummam ſpeciem ac dignitatem. Offic. 42 b, Non eſt id quidem dubium, quin contentio orationis plurimum poſſit, & maiorem vim habeat ad gloriam, quàm ſermo. Offic. 54 b, Id habet hanc, vt opinor, ſententiam. ibid. Illud autem, quod rectum ijdem appellant, perfectum atque abſolutum eſt, &, vt ijdem dicunt, omnes numeros habet. de Amic. 104 b, Commodiſſimum eſſe quàm laxiſſimas habenas habere amicitiæ. & 105 a, Vt quiſque minimum firmitatis habeat, minimumque virium: ita amicitias appetere maximè. ibid. Qua amicitia nihil à Dijs immortalibus melius habemus, nihil iucundius. Epiſt. 11 b, Eumque, quem bonum ciuem ſemper habuiſſet *Reſpub.* bonum virum eſſe pateretur. Epiſt. 63 a, Plurimum in eo negotij habui. ibid. Itaq; nunc me ſcito tantum habere æris alieni. & b, Exiguam ſignificationem tuæ erga me voluntatis habebant *literæ*. Epiſt. 88 a, Plures te amicos habere, quàm qui in iſto caſu ſint ac fuerint. ibid. Fortem fac animum habeas & magnum. Epiſt. 89 a, Omnes Cæſaris familiares ſatis opportunè habeo implicatos conſuetudine & beneuolentia ſic, vt cum ab illo diſceſſerint, me proximum habeant. ibid. Principem habuimus Panſam tui ſtudioſiſſimum, mei cupidum. ibid. Quas *rogationes* quia Cimber habebat. Epiſt. 96 a, Cùm omnis Reſpub. in meo capite diſcrimen eſſet habitura. Epiſt. 136 b, Hircium ego & Dolobellam dicendi diſcipulos habeo, cænandi magiſtros. Epiſt. 137 a, Habuiſti in tua poteſtate *Balbum*. & b, Sic ego ſublatis iudicijs, amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœperim. Epiſt. 138 b, Cum in ſumptum habebas: etſi nunquam plura prædia habuiſti. Epiſt. 141 a, Habes ſcholam Stoicam, ὁ σοφὸς ἀδύνατο ἐστι. Epiſt. 153 b, *Planci*. Lepidus ad forum Voconij caſtra habet. ibid. Fratrem meum aſſiduis laboribus concurſationibusque confectum, grauiter ſe habuiſſe. Epiſt. 154 a, Quid in animo habuerim. ibid. Quod *conſilium* habere poſſet obtrectationem. & b, Quæ res nullam habebat dubitationem, ea nunc magnā affert ſolicitudinem, magnumque habet caſum. Epiſt. 159 a, *Planci*. Cuius ille tanta merita habet, quanta nemo præ-



ter me. ibid. Quòd ſi, quantam debeo, habuero apud eum autoritatem, plurimum ipſum iuuero. & b, Etſi etiam ſine eo rationes expeditas haberes. Epiſt. 161 a, Vt veſtrum illud diuinum in Rempub. beneficium nonnullam habeat querelam. ibid. Quem animum meum tu cum ciue acerrimo patre tuo in ore & amore ſemper habuiſti. & b, Habemus fortem Senatum, Conſulares partim timidos, partim malè ſentientes. ibid. Plura ſcribam, ſi plus otij habuero. Epiſt. 216 b, Quæ cauſæ ſpeciem habent magnæ coniunctionis. ibid. Id primum ergo habeto. Epiſt. 217 b, Cuius ſimiles ſi reliquos neceſſarios habuiſſem. Epiſt. 233 b, Caſſius noſter Syriam, legiones Syriacas habet. Epiſt. 236 b, Omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus & te miſerrimam habui Tulliolamque, &c. depoſui & eieci. Epiſt. 244 b, Cuius ſalutem à Senatu te autore commendatam habebam. Epiſt. 254 a, Si φιλόκαλον aliquem habuiſſet *epiſtola*. ibid. Aliam aberrationem à moleſtijs nullam habemus. & b, Habet damnatos, quos pro illo nobis reſtituat. ibid. Malo veterem & clementem dominum habere, quàm nouum & crudelem experiri. Epiſt. 255 a, Modeſtus eius vultus, ſermoq; conſtans habere quiddam à Curibus videbatur. & b, Liber iſte quantam habet declarationē amoris tui? Att. 8 b, Ita diſtinebar, vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim. Att. 40 a, Quòd non habebam locū, vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem, quàm in fundo Siccæ. ibid. Ex eo loco ſi iter haberem. ibid. Tota calamitas omnes moleſtias habet. Attic. 111 b, Spero etiam in præſentia pacem nos habere. ibid. Cum ea præſidia in ora maritima habeamus. Att. 112 a, Non quò haberem magnoperè quid ſcriberem. & b, Nunc has expectationes habemus duas. Att. 117 b, Hæc oppida atq; orā maritimā illum pro derelicto habere. Att. 125 b, Is nunciat L. Domitium cū ſuis cohortibus, &c. ad me iter habere: habuiſſe in animo proficiſci Corfinio. Attic. 126 a, L. Torquatum virū fortem & cū autoritate Formijs non habemus. ibid. Vidi T. Ampium delectū habere diligentiſſimè. ibid. Si tenendā hanc oram putatis, quæ opportunitatē & dignitatē habet. & egregios ciues. Att. 217 a, Puto cōſcripta habere Offilium omnia. Habet & Balbus. Att. 222 a, Habes hoſpitiū ſine ἐπιθυμίαν. & 275 a, habui *eum* in poteſtate. Att. 284 b. 285 a, Si me charū habes. Att. 332 b, Qui ſecundū fratrē affines habet quos oderit proximos. ibid. Ego hic cū homine furioſo ſatis habeo negotij Seruilio.

¶ *Scio, neſcio, poſſum*. Att. 37 b, De republ nihil habeo ad te ſcribere. de N. 79 a, Hęc ferè obijcere habui de natura deorum. de Am. 115 b, Hęc habui de amicitia quæ dicerem. ℘ Corn 61 b, Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiuſmodi? Acad. 21 a, Quid enim dicere habeant? Par. 234 a, Non habebimus neceſſe ſemper concludere. Att 155 b, Eo minus habeo neceſſe ſcribere, quid ſim facturus. Ep. 5 a, De cauſa regia tantum habeo polliceri, me tibi abſenti cumulatè ſatisfacturum.

*Facio, tracto*. Att. 70 b, Habere διαλόγους cum aliquo. & 28 a, Habere dialogum. de Cl 179 a, de Or. 126 b, Habere verba. Habere ſermonem. I. V. 153 a, Habere cenſum, & habere æſtimationem.

¶ *Iudico, duco*. de N. 26 b, Natura inſculpſit mētibus noſtris, vt deos æternos & beatos haberemus. & 77 b, Atq; hoc quidē omnes mortales ſic habent, proſperitatē vitæ à dijs ſe habere. de Fin. 56 b, Maximā illam voluptatē habemus. de Cl. 170 a, Eum nos vt peruetercm habemus. Att. 71 a, Hoc velim in maximis rebus & maximè neceſſarijs. Attic. 93 b, Hunc ego ſi in præfectis habuiſſem, quem tu me hominem putares? Attic. 193 a, Habe tuum negocium: *id eſt, tanquā tuum negocium*. & 204 a, Iam iſtud pro facto habeo. Ep 75 a, Niſi in prouincia relictas rationes pro latis haberem. de Nat. 9 a, Habere aliquem in numero ſapientum. Off. 41 a, Ille habet opinione iuſticiæ: *id eſt, habetur iuſtus*. *Ratione ſtatus rerum*. Att. 217 a, Scire igitur aueo, quomodo res ſe habeat. de Or. 134 a, Sic profectò res ſe habet, vt. &c. & Ep. 33 a, Ea res ſic ſe habet. pro Qu. 1 a, Verùm ita ſe res habet, vt, &c. I. V. 133 b, Quæ cū ita ſe res haberet, tamen, &c & 3 b, Alio loco, vt ſe tota res habeat, demōſtrabitur. de Orat. 94 a, Pręclarè enim ſe res habeat, ſi, &c. I. V 139 a, Omnino præclarè te habes, cum, &c. de Fat. 142 a, Nam nihil eſſet in poteſtate noſtra, ſi res ita ſe haberet. Ep. 45 a, Rem vides, quomodo ſe habet. Epiſt 124 b, Domitij ſe malè habent. Att. 74 a, Cum ego me non bellè haberem. Offic. 37 a, Malè enim ſe res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. de Orat. 137 b, Malè ſe res habet, quæ, &c & 121 a, Quomodo nunc ſe iſtorum artes habent. Att 27 b, Bene habemus nos.

¶ *Scio, certum habeo. Sic habeto, &c. pro, ſic tibi perſuade: vel, hoc ſcito*. pro Cæl. 38 a, Hi ſic habeant, quæcunque in equite Rom dignitas eſſe poteſt, eam ſemper in M. Cælio habitam eſſe ſummam, hodieque haberi ab omnibus.

Epiſt. 216 b, Id primùm ergo habeto, me, &c. & 45 a,b, Illud velim ſic habeas, quòd intelligas, &c. Ep.21 a, Vnum hoc ſic habeto, &c. Epiſt.23 a, Atqui ſic habeto. Epiſt.22 a, Tantum habeto ciuem egregium eſſe Pompeium. Attic. 114 b, Nec de me laboro: de pueris quid agam, nō habeo. Ep.22 a, Neq; tamen adhuc habeo, quod te accuſem. pro Mur.129 b, Quid huic reſpondeas, nō habebis. de N.72 a, De quibus habeo ipſe, quid ſentiam: nō habeo autē, quid tibi aſſentiar. I.V.211 b, Nec quid facerem, habebam.* Ep. 253 b, Nos, &c. hic D. Syllam patrem mortuum habebamus, alij, à latronibus, alijs cruditate dicebant.

¶ *Suſtineo, Incido in.* Or.135 a, Scaurus nonnullā habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona ſine teſtamēto poſſidet.

¶ *Tracto.* I.V.73 a, Habere de rep. cū aliquo: *id eſt, agere.* I.V. 250 a, Vt is victu cæteriſq; rebus quàm liberaliſſimè commodiſſimeq; habeatur. de Diuin.100 a, Noſtri nihil in bello ſine extis agunt, nihil ſine auſpicijs domi habent.

¶ *Habito.* pro S.R.40 b, Qui in Salentinis aut in Brutijs habent, vnde vix ter in anno audire nuncium poſſunt. Epiſt. 99 a, Quæ Corinthum arcem altam habebant, matronæ. Attic.28 a, Video iam quò inuidia tranſeat, & vbi ſit habitura: *aliàs, habitatura.*

¶ *Affero.* pro Prou. 71 a, Deinde aduentus eius in Syriam primus equitatus habuit interitum.

¶ *Cum adiectiuis, vel potius participijs patientibus.* Ep. 255 a, Quantum ex tuis literis habeo cognitum. & 211 a, Eum nondū habes ſatis cognitum. I.V. 248 b, Hodie omnes ſic habent perſuaſum, iſtum, &c. Ep.167 b, Habere vitam alicuius perfectam. & 251 a, Habere procurationem rerum alicuius ſuſpectam in Verr. 56 b, Siculi ad meā fidem, quā habent ſpectatam iam & diu cognitam, cōfugiunt. & 155 a, Vt omnes ante calend. Sext. decumas ad aquam deportatas haberent. & 230 b, Itaq; hi conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. de Clar. 177 b, Satis mihi videbar habere cognitum Scæuolā, ex ijs rebus, quas, &c. Or. 207 b, Orator habeat omnes philoſophię notos & tractatos locos. de Orat 191 a, Docemur autoritate legū, domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates. Quint. fr. 293 b, Ex quibus *rebus* nonnullas ſimultates ſuſceptas habemus. Att.119 a, In eo poſitas omnes noſtras ſpes habemus. Ep.173 a, Non habeo ambiguum. Ep.158 b, Habeo expertū. de Or.122 b, Vt habeant paratū, quid quiq; de re dicāt. Att.154 a, Et boni ciues & amātes patriæ mare infeſtū habebimus. de Cl.179 a, Scæuolæ dicēdi elegantiā ex ijs orationibus quas reliquit, habemus cognitam. Epiſt. 79 b, Ita ſtatutū habeas, me, &c. Att.273 a, Clodij animum perſpectum habeo, cognitum, iudicatum. de Natur.70 b, Mercurius, quem Aegyptij nefas habent nominare. Attic. 275 b, Cùm exploratū habere cœpero, Cœſarem, &c. Or. 208 a, Erit etiā ei perſpectū, nihil poſſe, &c. pro Qu.R.46 b, Cur hoc nomē in aduerſarijs ſcriptum habebas? Or.207 a, Qui ea multo quàm nos habes notiora. Qu.328 b, Quod me hortaris, vt abſoluam, habeo abſolutū. de N. 26 b, Habere aliquid cognitū comprehenſumq; animo. Acad.25 a, Aliquid comprehenſum animo habere atq; perceptum. I. V.270 b, Habuiſſe aliquem vinctum clauſumq; cuſtodijs. & 204 a, Habere aliquid reconditum. *id eſt, tenere.* & 73 b, Habere tempus diſtributū, vt prima pars, &c. & 87 b, Diligentiùs habere dico Seruilium prædā populi Rom. quàm te tua facta notata atque deſcripta & 130 a, Ita in tabulis ſcriptum habes. Attic.83 b, Hoc quid interſit, certè habes ſubductum. I. A.248 b, Quorum habetis cognitam volūtatem in rempubl. & 204 a, Omnes habeo cognitos ſenſus adoleſcentis, nihil eſt illi republ. charius. de Diu.138 a, Hęc & innumerabilia quæ collecta habent Stoici. pro Cec.45 a, Eum habere tuis copijs deuinctū non potes. contra Rul. 69 a, Non enim bellum neſcio quod habet ſuſceptum cōſulatus cum tribunatu. pro Pomp. 7 a, Pecunias contulerunt. & ibid. Pecunias collatas habent. Qu. de Pet. 209 a, Omnes centurias multis & varijs amicitijs cura vt confirmatas habeas. & ibid. b, Poſtremò totā Italiam fac vt in animo ac memoria tibi diſtributam comprehenſamq; habeas. I. A.204 b, De Cæſare ſatis hoc tempore dictum habeo: *id eſt, de Cæſare ſatis dixi.* Epiſt.144 b, Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra. Att.li.12, Conſtitutū habere cū aliquo. I. V. 124 b, Habere fidē precio addictam. & 125 a, Habere fidem alteri addictam pecunia. Epiſt. 69 b, 115 a, Quæ habes inſtituta, perpolies. in Ver.201 a, Dum forū habuit dijs immortalibus populoq; Rom. ornatum. Ep.26 b, Quæ non animum meum magis ſolicitum habent, quàm tuum. & 90 a, Cæſar diutius velle videtur eos habere ſolicitos, à quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtijs conflictatum. Epiſt.96 b, Solicitū autē te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi. pro Flacc. 161 a, Cur vnus tu Apollonienſes miſeriores habes, quā aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit vnquam? *I.V.180 a, Quæ ipſe ſemper habuit vena ia, fidem, iuſiurandum, veritatem, officium, religionem. ibid. Viciſſe Verrem: emtos habere iudices, alium H-S. c c c c millibus. Frag. ep. Bellum ex conſenſu ciuitatis confectum iam haberemus. Incert. Gladiatores inuiſos habemus, ſi omnimodo vitam impetrare cupiunt: fauemus, ſi, &c. de Finib. 140 b, Cùm ſic hominis natura generata ſit, vt habeat quiddam innatum quaſi ciuile atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant. Attic.154 a, Boni ciues & amantes patriæ mare infeſtum habebimus. & 250 b, Dymæos agro pulſos mare infeſtum habere, nil mirum. 3. de Repub. Cùm quęreret ex eo, quo ſcelere compulſus mare haberet infeſtum vno myoparone? Eodem, inquit, quo tu Orbem terræ.

¶ *Promiſcuæ formulæ.* Attic.25 b, Nunc verò cum omnibus muſis rationem habere cogito. I. A.175 b, Habebat hoc omnino Cæſar, &c. *id eſt, hoc erat proprium Cæſaris: vel, hic erat mos & conſuetudo Cæſaris.* de Natur. 13 a, Quanquam non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi. de Amic. 113 a, Omnis hac in re habenda ratio & diligentia eſt: primùm, vt, &c. de Leg.176 a, Habere concilium, vt habere comitia. pro Cluent. 37 a, Habere modum. Attic. 276 a, Habere rationem abſentis. I.V. 250 a, Habere rationem dierum.

HABEOR, ris. Qu.fr.299 a, Statius interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipſo habebantur. de In.81 a, Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat.* I.V.177 b, Romæ querimoniæ de tuis iniurijs conuentuſq; habebantur. * de Orat.140 b, Gratiſſima laus eorum factorum habetur. I. A. 204 a, Quique ſe ab Senatu, ab equitibus Rom. populoq; Rom. vniuerſo ſenſerit ciuē charum haberi ſalutaremq; Reipub. Offic.42 b, 43 a, Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio. Epiſtol. 161 a, Vt enim primum poſt Antonij fœdiſſimum diſceſſum Senatus haberi liberè potuit. Att.217 b, Quas laudes ab eo de nobis haberi permulti mihi nunciauerunt.

† Syntaxis. *Id in bonis eſt habendū, in fructu. Id habet omnium bonorum interitum: id eſt, affert. Id excogitationem habet difficilem. Habere cenſum. Id iactationem habet in populo. Habere magnum animum, & ſpem bonam. Profectio voluntatem non habēs. Habere in animo petere. Labes conſcientiæ in animo habere. Petit vt ſibi habeat hæreditatem. Neceſſe habeo dicere. Nihil habeo dicere, ſcribere. Hoc habeo quod affirmem. Ille habet opinionem pietatis: id eſt, pius cenſetur. Habere aliquem in numero amicorum. Malè ille ſe habet: & bene habet. De filio quid agam, non habeo. Habere cum aliquo de: id eſt, agere. Fac ille benigè habeatur: id eſt, excipiatur, tractetur. Quicunque in Gallis habent. Habere nefas fallere. Ego multo quàm tu habeo id notius. Habere fidem addictā precio, pecunia. Quorſum me vis habere ſolicitum, id eſt, angere. Quid me habes miſeriorem quàm barbari faciant? Habebat hoc ille: id eſt, ea erat eius conſuetudo. Habere modum. Querelæ de illo apud conſules habentur. Id facere ſapientis eſt ſemper habitum. Sanctus eſt habitus Cæſ. atq; dictus. Habita altercatio magnis clamoribus. Quæſtiones in ſenatu babentur.*

HABESSIT, *pro Habeat, vetuſtum verbum.* de Leg. lib.2, Separatim nemo habeſſit deos.

HABILIS, le. de Orat. 94 b, Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in ijſdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, ſed ab aliquo Deo ficti eſſe videantur. de Legib.161 a, Natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. de Finib. 118 b, Res aptæ, habiles, & accommodatæ ad naturam. de Orat. 105 a, Calceis Sicyonijs nō vterer, quāuis eſſent habiles, & apti ad pedē.

HARILITAS, tis. *agilitas.* de Leg. 161 b, Omitto habilitates opportunitateſq; reliqui corporis.

† Syntaxis. *Habilis & aptus in ſaltu. Habilis, abſoluté. Habilis, aptus, accommodatus ad. Habilis ad pedem calceus.*

HABITABILIS, le. Tuſc.158 a, Regio habitabilis. & de Som. 123 b, Duo ſunt habitabiles, quorum auſtralis, &c.

HIBITANDI. de Sen. 94 b, Commorandi natura diuerſoriū nobis, non habitandi dedit.

HABITANDVM. pro Dom.233 a, Demigrandum potius aliquò, quàm habitandum in hac vrbe.

HABITANS, tis. Attic.41 a, Deinde ſine te natura caſtellum munitum habitanti mihi prodeſſet: tranſeunti non eſt neceſſarium.

HABITATIO, onis. *vſus domicilij.* Epiſt. 203 a, Peto à te, vt ei de habitatione accommodes. & pro Cæl.40 b, Sumtus obiectus eſt habitationis, x x x. millibus dixiſti eum habitare.

HABITATOR, oris. *incola.* Quint.fr.390 a, Tuam domū in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. de N. 54 a, Sunt è terra homines non vt incolæ atq; habitatores, &c. & 44 a, Ineſſe aliquem habitatorem in hac cœleſti ac diuina domo.

HABITO, as. *colo, domicilium habeo, ſum.* in Verrem 208 b, Is Lilybæi multos iam annos habitat. pro Cluent. 24 a, & Epiſt. 135 a, & I. C. 101 a, Habitare apud aliquem. Academ. 20 a, Diodorus, quem à puero audiui, qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me. de Clar. 194 a, & pro Cęl. 48 a, Diodorus habitauit apud me, vixitque. de Fin. 84 a, Qui poteſt igitur habitare in beata vita ſummi mali metus? Orat. 201 b, Alioqui quónam modo ille in bonis hærebit & habitabit ſuis? de Orat. 123 a, Illi autem qui hoc ſolum colendum putabant, habitarunt in hac vna ratione tractanda. pro Mur. 128 b, Abfueris tamdiu, vt cum lõgo interuallo veneris, cum ijs qui in foro habitarũt, de dignitate contendas. de Clar. 193 b, Diſerti quidem Qu. Varius, C. Carbo: & ij quidem habitabant in roſtris. I. A. 239 b, Hic etiam fautores Antonij, quorum in vultu habitant oculi mei, triſtiores videbam. in Anton. 180 b, Stultè Aquinates, ſed tamen in via habitabant pro Dom. 236 a, Iſte habitare laxè & magnificè voluit. & Attic. 269 b, Neque tamen non in primis bene habitauit, Tuſcul. 241 b, Habitare & pernoctare cum aliquo. in Verrem 89 a, Filia cum patre habitat. in Vat. 125 b, Cùm apud eum non modò Thermis ſæpenumerò fuiſſet, ſed etiam habitaſſet. de Natur. 45 a, Si eſſent, qui ſub terra habitarent bonis & illuſtribus domicilijs. pro Cæl 40 b, Cuius in ædiculis habitat decem millibus. in Sal. 274 a, Habitare in domo alterius, vel ſua. in Verr. 168 b, Omnes qui habitarent in Sicilia. contra Rull. 86 b, Habitare in carcere. de Nat. 6 b, Habitare in gurguſtio.

HABITOR, ris. de Somn. 126 a, Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis. Acad. 31 a, Habitari ait Xenophanes in Luna. in Vat. 228 a, Coliturque ea pars vrbis, & habitatur frequentiſſimè.

† Syntaxis. *Terra habitatur. Homo incola, & habitator. In ampla domo habitatur. Mecum ille viuit, atq; apud me habitat. In vultu illius oculi mei habitant. Habitare laxè. Habitare illuſtri domicilio. In Germania habitare, in carcere. Habitatur in terra anguſtis locis. Colitur hæc vrbs, & habitatur frequentiſſimè.*

HABITVDO, nis. *habitus, conſtitutio.* ad Heren. 27 a, Corporis bonam habitudinem tumor imitatur.

HABITVRVS, a, um. Orat. 197 b, Hæc ingreſſio mea aut reprehenſionis aliquid, aut certè admirationis habitura eſt. I. A. 188 b, Is dixit ſe vſque ad calend. Maias ad vrbem exercitum habiturum. Attic. 257 b, Octauius omnes bonos ſecum habiturus eſt. * pro Marc. 135 a, Vide quæſo ne tua diuina virtus admirationis plus ſit habitura, quàm gloriæ.

HABITVS, a, um. de Clar. 173 a, Tum eius elegans eſt habitum orationis genus. Epiſt. 67 a, Dalmatæ ſemper habiti ſunt bellicoſi. Epiſt. 54 a, Tempori cedere, id eſt, neceſſitati parére, ſapientis ſemper eſt habitum. de Clar. 173 a, Eodemque in genere eſt habitus M. Octauius. & ibid. b, Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt. & 171 a, Hic oratorum in numero eſt habitus. Tuſcul. 349 a, Themiſtocles, cùm in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior. pro Ar. 191 b, Iſque eſt eo numero, qui ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti, atque dicti. de Clar. 179 a, Nulla eſt altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. pro Mar. 141 a, Quæſtiones in ſenatu habitæ. * I. V. 141 a, Honor hominibus habitus in monumentis huiuſmodi & 142 b, At ſocij in hoſtium numero abs te habitos queruntur. de Vni. 204 a, Nam hæc, quæ eſt habita de vniuerſitate oratio à nobis haud vnquam eſſet inuenta. de Amic. 104 b, Quos audio ſapientes fuiſſe habitos in Græcia.

HABITVS, tus *affectio manens, conſuetudo, exercitatio, confirmatio.* de Inuent. 65 b, Habitus in aliqua perfecta & conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit: quo in genere virtus ſcientia, &c. de Inuent 50 a, Habitus eſt animi aut corporis conſtans & abſoluta aliqua in re perfectio: vt virtutis aut artis perceptio alicuius, aut quæuis ſcientia. de Inuent. 50 a, Quæ induſtria comparantur, ad habitum pertinent. de Finib. 114 b, Cùm eum ad rationis habitum perduxerit *natura.* de Legib. 165 a, Prudens ex ipſius habitu, non ex aliqua re externa iudicandus eſt. de Finib. 113 b, Natura nunquam ſe deſerit, aut partem aliquam ſui, aut eius partis habitum, aut vim. pro Arch. 188 b, Quoſdam ſine doctrina naturæ ipſius habitu propè diuino per ſeipſos moderatos & graues extitiſſe fateor. * de Inuent. 82 a, Virtus eſt animi habitus naturæ, modo, rationi conſentaneus. ibid. Iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate conſeruata ſuam cuique tribuens dignitatem. Topic. 226 a, Aliæ cauſæ efficiuntur habitu. Academ. 46 a, Nec virtutis vſum modò, ſed ipſum habitum per ſe eſſe præclarum. de Finib. 133 a, Itaque è contrarijs moderati æquabileſque habitus, &c. apta eſſe ad naturam videntur.

¶ *Forma, figura, habitudo, ratio corporis.* pro Cæl. 50 a, Qu. Metellus cum floreret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, ereptus eſt vniuerſæ ciuitati. de Clar. 170 a, Qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectentur. de Clar. 194 a, Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis, procérum & tenue collum: qui habitus & quæ figura non procul abeſt à vitæ periculo. de Diuin. 114 a, Habitu extorum & colore declarari futura. de Diuin. 107 b, Exta, quorum ex habitu & colore figura percipiuntur. & 114 b, Cùm pecudũ exta in eundem habitum ſe coloremque conuerterint. I. V. 126 a, Erant ſigna, in his Himæra in muliebrem figuram habitumque formata ex oppidi nomine & fluminis. & 201 a, Signa duo virginali habitu atque veſtitu. de Finib. 101 b, Habitus oris & vultus. de Orat. 161 b, Si habitum orationis & quaſi colorem aliquem requiritis. de Clar. 185 a, Orationis eius tanquam habitus erat non inurbanus. * de Clar. 194 b, Lateribuſque vires & corporis mediocris habitus acceſſerat. de Nat. 21 a, Habitus oris ad vitæ firmitatem nihil pertinet.

† Syntaxis. *Habitus oris, vultus, corporis, orationis.*

HACTENVS. *ad hunc diem, idcirco.* Attic. 75 a, Sed hactenus, præſertim cum, &c. & ibidem. Ergo hæc quoq; hactenus: redeo ad vrbana. Attic. 210 b, Sed hæc hactenus, ne videar, &c. Attic. 255 b, Sed hactenus. Epiſt. 47 b, Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres ijs de rebus, quibus leuari poſſent moleſtiæ tuæ. de Orat. 119 b, Hæc artem quidem & præcepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentnr. de Diuin. 83 a, Qui hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerum explicaret. pro Flacc. 153 b, Niſi verò hactenus iſta formula teſtimonij tui deſcribi ac diſtingui poteſt, vt Flacco abſenti aliquid ciuitates tribuiſſe dicantur, Lęlio præſenti nihil tribuiſſe videantur.

† Syntaxis. *Ergo hæc quoq; hactenus.*

HAEDINVS, a, um. pro Mur. 142 a, Pelliculis hædinis lectulos ſtrauit.

HAEDVS, di. *capræ fœtus.* de Sen. 89 a, Villa abundat porco, hædo, agno, &c. de Nat. 47 b, & in Arato.

** Contrà hædi exiguum iaciunt mortalibus ignem.*

*Alij per æ ſcribunt.*

HAEMVS. L. AEMVS.

HAEREDITARIVS, a, um. pro Cecin. 287 a, Cùm eſſet hæc auctio hæreditaria conſtituta. & Attic. 277 a, Controuerſia hæreditaria. de Ar. 249 b, Multæ domus ſint iure hæreditario.

HAEREDITAS, tis. *patrimonium, bona hæreditaria.* de Inuent. 58 a, Hæreditate venire bona dicuntur, quæ iure hęreditario alicui obueniunt. Topic. 223 a, Hæreditas eſt pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure: nec ea vt legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta. pro Flac. 161 a, Communis hęreditas, quę ad vtrunq; æqualiter lege veniebat. I. A. 168 b, Cùm ipſe hęreditatẽ patris non adiſſes. pro Ar. 187 b, Is adijt hæreditates ciuium Rom. Attic. 171 a, Hodie ex teſtamento creui hæreditatem. & 178 a, Galeonis hæreditatem creui. Att. 86 b, Aufidius fratris Appij amorem erga me cum reliqua hęreditate creuit. Off 38 b, Rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hæreditas. Attic. 220 b, Lepta veretur, ne non liceat tenere hæreditatem. pro Cecin 287 a, In partem hæreditatis mulieres vocatæ ſunt. pro Cecin. 304 b, Ariminẽſes à populo Rom. hæreditates capere potuiſſe. cõtra Rul. 72 a, Hęreditatũ obeundarũ cauſa, quibus vos legationes dediſtis. contr. Rul. 74 b, Autoritatẽ ſenatus extare aditæ hęreditatis ſentio. de N. 177 a, Eamq; poteſtatẽ, hęreditatis loco, filio tradidit. Offic. 16 a, Ad quem hæreditas huius glorię pertinet. pro Dom. 220 a, Quas adoptationes, hæreditates nominis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. Offic. 24 b, Optima hæreditas à patribus traditur liberis, omniq; patrimonio præſtantior, gloria virtutis rerumque geſtarum. de Orat. 99 a, Cùm miles domum reueniſſet, egiſſetq; lege in hęreditatem paternam teſtamento exhæres filius. de Finib. 77 a, Reddere hæreditatem. * de Inuent. 70 a, De hæreditate ea, quæ pupillo venit, inter eos, &c. controuerſia eſt. pro Q. Roſc. 54 a, Simillima & maximè gemina ſocietas hæreditatis eſt. ibid. Hæres in hæreditate habet partem. ibid. Hæres diſſoluit ex ſua parte, qua hæreditatem adijt. I. A. 226 b, Quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent. de Leg. 180 a, Tribus modis ſacris aſtringi, hæreditate, &c. & b, Eo loco res eſt ita ſoluta hæreditate. de Orat. 99 b, Cùm Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudij patricij eiuſdem nominis hęreditatem gente ad ſe redijſſe dicerent. in Verr. 81 b, Cùm eius filio, prætore Sacerdote, hęreditas à propinquo permagna veniſſet.

† Syntaxis. *Bona hæreditate veniunt. Hæreditatem patris adire. Ad illum venit hæreditas. Hæreditatem tenere. In partem hæreditatis vocari. Capere, obire hæreditatem. Ad illum pertinet hæreditas. Agere in hæreditatem paternam.*

HAERENS, tis. de Finib. 93 a, In cæteris ſubueniens, ſi me hærentem videris. Fam. lib 6, Malè hærentes ſcalarum gradus. de Natur. 53 a, Stomachus ad radices linguæ hærens. de Aruſp. 257 a, Vitia in aliquo penitùs defixa atque hærentia.

HAEREO, es. *adhæreo, adhæreſco, defixus ſum. habito.* de Somn. 129 a, Terra immobilis manens ima ſede ſemper hæret. Acad. 31 a, Vt videamus, terráne penitùs defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat? an media pendeat? pro Deiot. 149 a, Vix hærere in equo ſenex poterat. de Diu. 86 b, Vt peccatum hæreat, non in eo qui monuerit, ſed in eo qui non obtemperauit. Att. 86 a, Aliquid alicui in viſceribus hærere. Ep. 253 a, Aliquem alicui hærere in medullis. I. A. 195 b, Aliquem in medullis alicuius ac viſceribus hærere. Acad. 1 b, Aliquid hærere in memoria. pro Cæl. 40 a, Nec Catilinę familiaritatis crimen hæreat. & ibid. b, In quo non modò crimen non hęrebat, ſed vix, diſerti adoleſcentis cohærebat oratio. & 53 b, Fama adoleſcentis paulùm hæſit ad metas. Attic. 145 b, Hoc mihi planè hæſit pro Qu. R. 47 a, Poteſt homini huic hærere peccatum? Epiſt. 82 a, Non poteſt hærere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. de Finib. 87 a, Tu totus hæres in corpore. I. C. 223 b, Memoria tantorum periculorum in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hęrebit. de Orat. 201 b, Alioqui quónam modo ille in bonis habitabit & hærebit ſuis? Orat. 209 b, Hærere in eadem commorariq; ſententia. de Orat. 129 a, Facetè dictum ſtatim vt emiſſum eſt, hærere debet. I. V. 240 a, Cogitate in his iniquitatibus vnum hæſiſſe Apollonium: cæteros ex his incommodis pecunia ſe liberaſſe. pro Mil. 112 a, Hærere in pœnis. I. A. 247 a, Hi in oculis hærebunt, & cùm licebit in faucibus. pro Cl. 35 a, Hærebant in publicis tabulis reus & accuſator. Tuſc. 205 b, Neque tamen cum ſe in media ſtultitia, quo nihil eſt peius, hærere intelligunt, ægritudine premuntur. I. A. 172 b, Tamen infixus animo hæret dolor. * I. V. 67 a, Autoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hærebit.

¶ *Dubito* de Nat. 72 a, In multis enim nominibus hærebitis. Att. 130 b, Hærebis. de Orat. 123 b, Hærere in aliqua re. & Qu. fr. 322 a, Hærere in re. de Orat. 99 a, Hærere in iure. Ac. 4 b, Philoſophi cum hærent aliquo loco. de Finib. 53 a, In quo etiam Democritus hęret. I. A. 174 b, Hærebat nebulo: quò ſe verteret, nō habebat. de Vn. 200 b, Incurrere in aliquam rem, & in ea hærere atq; impediri. Att. 130 a, Cauēdum enim puto eſſe, ne implicatus hęream. Att. 218 a, Valde in ſcribendo hæreo. Qu. fr. 30 b, In hac cauſa mihi aqua hæret. Offic. 76 a, Sed aqua hæret vt aiunt. de Finib. 144 b, Venit ad extremum, hæret in ſalebra. *prouerbia tria hæc ſunt. vide Eraſmi Adagia.*

¶ *Titubo, lædor.* de Nat. 38 a, Vir ſapiens confiteri peccatum ſuum maluit, quàm hærere in rep. religionem.

¶ *Non cedo.* pro Quint. 12 b, Quem tu à puero ſic inſtituiſſes, vt nobili ne gladiatori quidem hæreret.

† Syntaxis. *Gradus malè hærentes. Vitia defixa, & hærentia. Immobilis, manens, ima ſede hærens. Id mihi hæret. Id mihi in viſceribus hæret. Ille hæret in viſceribus. Illi hæret peccatum hoc. In illo hæret iniuria. In ſuis habitare bonis, & hærere. Hærere & commorari in eadē ſententia. In oculis hærere alicuius, in malam partē. Hærere in media ſtultitia Implicatus hæret. Caue, ne veritas hæreat.*

HAERES, dis. *bonorum dominus ab alicuius morte.* Epiſt. 214 b, Lucius hæres eſt Marco fratri ſuo. Epiſt. 217 a, Hæres ex parte dimidia eſt & tertia Capito: in ſextante ſunt hi, qui, &c. Epiſt. 199 a, Q. Turius hæredes fecit ſimiles ſui, Cn. Saturnium & Sex. Aufidium. & 226 a, Inſtituere aliquem ſecundum hæredem filio ſuo. Off. 66 b, In teſtamento ſcripſit hæredes ſecum M. Craſſum, & Q. Hortenſium. I. A. 172 a, Antonius in Cn. Pompeij locū ſucceſſit hæres. I. A. 168 b, Quem palàm hęredem ſemper factitârat. & ibid. Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. pro Cl. 24 a, Mulier ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegit. pro Cec. 288 a, Teſtamento facto mulier moritur: facit hæredē ex deunce & ſemuncia Cecinnam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium: Ebutio ſextulam aſpergit. Att. 220 a, Cæſar opinor ex vncia, ſed Lepta ex triente. pro Mil. 111 a, Cyrus teſtamentū palàm fecit, & illū, & me hæredem ſcripſit. Off. 70 b, Scribere aliquē hæredem. de Orat. 99 b, Poſſétne paternorū bonorum exhæres eſſe filius, quem pater teſtamēto neq; hæredē neq; exhęredem ſcripſiſſet nominatim. de Orat. 99 b, Qui eſſet ſecundum poſthumum hæres inſtitutus. pro Cluent. 22 a, Inſtituere aliquem hæredem. pro Quint. 3 a, Relinquere aliquem hæredem teſtamento. I. V. 99 a, Facere aliquem hęredem teſtamento. de Inuen. 70 a, Poſſeſſio hæredum ſecundorū eſt. & ibid. Qui patris pupilli hæredes ſecundi ſunt. pro Cl. 25 b, Auia tua, cui tu es hæres. in Sal. 274 b, Qui patre nondum mortuo pro hærede geſſerit omnia. * de Cl. 196 b, Quid illa vetus Academia? atq; eius hæres Ariſtus? pro Q. Roſc. 54 a, Sic hæres in hæreditate habet partem. Vt hæres ſibi ſoli, non cohæredibus, petit: ſic ſocius ſibi ſoli, non ſocijs, petit. Et quemadmodum vterque pro ſua parte petit: ſic pro ſua parte diſſoluit: hæres ex ſua parte, qua hæreditatem adijt. de Legib. 180 b, Is per æs & libram hæredem teſtamenti ſoluat.



† Syntaxis. *Is illi hæres eſt. Hæres ex parte dimidia. Facere hæredem, inſtituere, ſcribere in teſtamento.*

HAERESIS, ſis. *ſecta.* Parad. 116 a, Cato in ea hæreſi eſt, quæ nullum ſequitur florem orationis. Att. 229 b, Loca tua de hæreſi Veſtoriana, & Pherionum more Puteolano, riſi ſatis. Epiſt. 253 a, Poſtulabimusq;, ex qua hæreſi vi hominibus armatis deiectus ſis, in eam reſtituare. * & b, In iſta ipſa αἱρέσει metuo ne plus neruorum ſit, quàm ego putârim, ſi modò eam tu probas.

HAESITANS, tis. Acad 39 b, Itaq; non multùm hæſitans reſpondebo. de Orat. 88 a, Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis rudis in iure ciuili. pro Dom. 240 b, Hæſitantibus verbis, dicere aliquid. de Orat. 94 b, Quidam lingua hæſitans, & voce abſonus.

HAESITANTIA, tiæ. *titubatio, hæſitatio.* I. A. 186 b, Qui propter hæſitantiam linguę cognomen ex ignomina traxerit.

HAESITATIO, onis. *dubitatio.* Epiſt 44 a, Noli ignoſcere hęſitationi meæ. de Orat. 127 a, Quæ dubitatio? quanta hæſitatio, tractusq; verborum fuit?

† Syntaxis. *Hæſitatio, dubitatio, tractus verborum.*

HAESITO, as. *dubito, timeo, titubo.* de Fin. 68 a, Aperiendū eſt igitur, quid ſit voluptas: quam ſi explicaſſet, non tam hæſitaret. Acad. 5 a, Illi tum in nouis rebus quaſi modò noſcentes hæſitauerunt. & 14 a, Dubitant, hæſitant, reuocant ſe interdum. I. C. 107 a, Cùm hæſitaret, cùm teneretur, quęſiui, &c. de Orat. 103 b, Quis enim vnquam, &c. hæſitauit ob eam cauſam, quòd, &c. * pro C. Cornel. 2, Num in eo, qui ſint hi teſtes, hæſitatis?

† Syntaxis. *Hæſitantia verba. Hæſitans lingua, & voce abſonus. Dubitare, hæſitare, ſe reuocare.*

HALENTINVS, a, um. I. V. 170 a, Halentina ciuitas. *Alij Haluntina legunt.*

HALESA, *vrbs.* I. V. 112 a, & 146 a.

HALESINVS, a. pro Font. 281.

HALETHES, *fluuius apud Veliam.* Ep. lib. 7, Has paternas poſſeſſiones tenebis: neque Halethen nobilem amnem relinques.

HALICARNASSEVS, a. de Diuin. 126 b, Scylax Halicarnaſſeus.

HALICARNASSVS, ſi. *vrbs Cariæ.* Qu. fr. 294 b, Tuſc. 206.

HALICIENSES. *populi.* I. V. 122 b.

HALIS, lis. *fluuius.* de Diu. 132 b.

HALITVS, tus. *ſpiritus.* Tuſcul. 179 b, Leo efflauit extremum halitum.

HALLVCINOR, aris: *aut potius* ALLVCINOR. *aberror.* Qu. fr. 313 a, Epiſtolæ noſtræ debent interdum hallucinari. Att. 250 b, Ego tamen ſuſpicor hunc, vt ſolet, hallucinari. de Nat. 15 b, Iſta enim à vobis tanquam dictata redduntur, quę Epicurus oſcitans hallucinatus eſt.

† Syntaxis. *Epiſtola hallucinatur. Hæc ille oſcitans hallucinatur. (hic perpende phraſim.)*

HALVNTINVS, a, um. I. V. 170 b, Haluntina ciuitas. *Alij Halen- (tina legunt.*

HALVNTIVM, *oppidum Siciliæ.* I. V. 211 b.

HAMATVS, a, um. *aduncus.* Acad. 39 b, Hamatis vncinatisque corporibus.

HAMVS, mi. de Sen. 86 a, Plato eſcam malorum, voluptatē appellat: quòd ea videlicet capiantur, vt hamo piſces.

HARA, ræ. *ſtabulum porcorum.* I. P. 87 a, Epicure noſter, ex hara producte, non ex ſchola, &c.

HARIOLVS, L. ARIOLVS.

HARMONIA, niæ. *concentus.* Tuſc. 152 a, Velut in cantu & fidibus, quæ Harmonia dicitur. Tuſcul. 156 b, Harmoniam autem ex interuallis ſonorum eſſe poſſumus, quorum varia compoſitio etiam harmonias efficit plures. de Nat. 65 a, Niſi putamus ad harmoniam canere mundum, vt Pythagoras exiſtimat.

† Syntaxis. *Mundus ad harmoniam canit.*

* HARVSPEX, & ARVSPICINA. vide ARVSPEX, &c.

HASTA, ſtæ. *telum.* de Finib. 85 a, Euelli iuſſit eam, qua erat transfixus, haſtam. de Orat. 106 a, Amentatas haſtas torquere. & 138 a, Iactare haſtas leniter. de Senect. 81 a, Eminus haſta, comminus gladio vti. pro Mur. 134 b, Abijcere haſtas. Offic. 38 a, Eſt enim auſus dicere haſta poſita, quū bona in foro venderet, & bonorum virorum & locupletum, & certè ciuium, prædam ſuam vendere. I. A. 172 b, Haſta poſita pro æde Iouis Statoris, bona Cn. Pompeij voci acerbiſſimæ ſubiecta præconis. Offic. 50 a, Haſtam in foro ponere, & bona ciuium voci ſubijcere præconis. cōt. Rul. 76 b, Rullus in ponto haſta poſita, cū ſuis formoſis finitoribus auctionans. contra Rull. 62 a, Num obſcurè videntur,

dentur,propè haſta præconis inſectari Cn. Pompeij exercitum.I.A.193 a, Quos non illa infinita Pompeij haſta ſatiauit.I.A. 180 a, Quis haſtam illius venditionis vidit? Att. 186 b, Nomen tres habet conditiones, aut emtionem ab haſta,&c. * de Orat.138 b, Qui vibrant haſtas ante pugnā, quibus in pugnando nihil vtuntur. I. V. 229 b, Etiámne gramineas haſtas? (*al. grauiſſimas, alij fraxineas legunt*) &c. quòd erant huiuſmodi, vt ſemel vidiſſe ſatis eſſet. In quibus neq; manu factum quicquam, neq; pulchritudo erat vlla, ſed tantùm magnitudo incredibilis. de Nat. 17 b, Quàm Iunonem Soſpitam tu nūquam, ne in ſomnis quidem, vides, niſi cùm pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

† Syntaxis. *Haſtam iactare, torquere, abijcere. Haſtam ponere. Infinita haſta, pro auctione.*

HASTATVS, ta, tum. *haſta armatus.* de Diuin. 122 b. Quòd euelli primi haſtati ſignum nō potuerit. de Diu.96 b, Cùm ſignifer primi haſtati, ſignum nō poſſet mouere loco, &c.

HASTILE, lis. pro Rab. 94 b, Q. Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, haſtili nixus, &c.

HAVD. *non.* de Fin. 125 b, Quem haud ſcio an rectè dixerim principem philoſophorum. pro Cl. 53 a, Haud hæres eſt Cluentius. Offic. 15 a, Tibi non minus, haud ſcio an magis etiam hoc faciendum eſt. de Am.206 a, Atque haud ſcio an ne opus ſit quidem, nihil vnquam omnino deeſſe amicis. de Nat. 73 b, Haud ſcio an melius fuerint. de Ar. 243 b, Haud poteſt grauioribus à me verbis vulnerari, quàm,&c. de Sen. 94b, Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit. Att. 210 a, Vide quàm philoſophos haud nos fruſtra exiſtimas.

HAVDQVAQVAM. *nequaquam.* de Orat. 88 a, Quorum pater homo prudens & grauis, haudquaquam eloquens, ſaluti reipublicæ fuit. & 121 b Haudquaquā id eſt difficile Craſſo. de Amic. 108 b, Suauitas ſermonum atque morum haudquaquam mediocre condimentum amicitiȩ. de Vn. 202 a, Haudquaquam boni eſt, ratione vinctum velle diſſoluere.

HAVE. *pro Salue.* Ep. 125 a, Ac ſimulatq; haue mihi dixit, ſtatim quid de te audiſſet, expoſuit. *Alij aue legunt, alij hæc.*

HAVRIENDVM. de Clar. 191 b, Qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet, *ſc. vinum.*

HAVRIO, ris: hauſi, hauſtum. *traho.* pro Cec.300 a, Quicquid inde haurias, purum liquidumque te haurire ſentias. pro Ar.188 a, Illa quidem certè, quȩ ſumma ſunt, ex quo fonte hauriam ſentio. Offic. 2 b, È fontibus Stoicorum iudicio arbitrioque noſtro, quantum quoquo modo videbitur, hauriemus. de Or. 102 a, Equidem nobis fontes vnde haurietis, putaui eſſe demonſtrandos. Acad. 40 b, Vt ea è fontibus potius hauriant, quàm riuulos conſectentur. de Clar. 187 a, Tum Atticus, Tu quidem de fece, inquit, hauris, idq; iamdudum. contra Rul. 72 b, Sumptum haurit ex ȩrario, ſuppeditat ſociis. Tuſc.23 b, Quoq; affluentius voluptates vndiq; hauriat. de Cl.196 b, Artes, quas cum domo haurire non poſſes, accerſiuiſti ex vrbe Athenarum. pro Mil.103 a, & Or. 212 b, Hanc legem ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſsimus.

¶ *Voro.* de Ar 258 b, Quȩ vnquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum prædas exorbuit? I. A.232 a, Quid eum nō ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinem nō bibere cenſetis?

¶ *Accipio, ſumo, ſentio, patior, fero.* pro Cæl.50 a, Vidi enim, vidi, & illum hauſi dolorem vel acerbiſsimū in vita, cum, &c. Tuſc. 166 b, Is propagatione vitæ quot, quātas, quàm incredibiles hauſit calamitates? pro Dom.219 a, Vnus pro omnib. hauſi indigniſsimam calamitatem. pro Seſt 17 b, Luctum nos hauſimus maiorē, ille animi non minorem.

HAVRIOR, ris. de Orat.86 a. Cæterarum artium ſtudia ferè reconditis atq; abditis è fontibus hauriuntur.

HAVSTVRVS, a, um Ep. 84 a, Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus.

HAVSTVS, a, um. de Diuin. 113 b, Diuinitas, vnde animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos habemus. de Fin.63 b, Omnia dixi hauſta è fonte naturæ. de Diuin. 114 b, Aqua ex puteo hauſta. de Diu. 103 a, Natura deorū, à qua hauſtos animos & libatos habemus. de Diui.95 a, Animos hominū quadā ex parte extrinſecus eſſe tractos & hauſtos.

† Syntaxis. *È fontib. haurire. De fece haurire. Arripere, haurire, exprimere à natura vim. Cogitatione haurire, Dolorem, calamitatem, luctū haurire. Ex diuinitate hauſti, accepti, libati animi. Hauſtus à, ex. Extrinſecus animi tracti ſunt, & hauſti.*

HAVSTVS, ſtus. *hauriendi actus.* pro Cecin. 299 a, * Aquæ ductus, hauſtus, iter, actus à patre, ſed rata autoritas harum rerum omnium à iure ciuili ſumitur.

ΕΑΥΤΟΝΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ. L. PVNIENS.

HEBDOMADA, æ. Ep. 259b, Ne in quartam hebdomadam incideres. *Alij hebdomadem legunt.*



HEBDOMAS, dis: vel dos. *ſeptem dies, vel ſeptenarius.* Epiſt.259 b, Symphoniam Lyſonis vellem vitaſſes, ne in quartam hebdomadem incideres. *Alij hebdomadam legunt.*

HEBES, tis. *tardus, pinguis, natura tardior, obtuſus, retuſus.*)(*. Acutus.* de Diuin.129 b, Epicurus, quem hebetem & rudem dicere ſolent Stoici. & de Fin. 68 a, Epicurus paulo hebetior. Attic.152 b, Tu cogita, quid deinde: nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt. Acad.44 a, Senſus hebetes, tardi, & pingues. pro Pl.273 a, Populum Rom. aures hebetiores, oculos acres & acutos habere. de Aruſpic. 244 a, Non dubito, quin ea tela leuiora atque hebetiora ſint, quàm,&c. Orat.218 a, Spondeus, quòd eſt è longis duabus, hebetior videtur & tardior. de Nat. 29 b, Hebetiora ſunt hominum ingenia propter cœli pleniorem naturam. Att.120 a, Bonorum erat aliquis dolor, ſed hebes. de Or. 106 b, In communi vita & vulgari hominum conſuetudine non hebetem eſſe, nec rudem. Epiſt.122 b, Hebes ad intelligendum, quia vtile eſt. de Diuin.89 b, Hebes æquè ac pecus. * 2. Acad. Cur eius *Lunæ* naſcentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cōrnua. Acad. Mihi non modò ad ſapientiam cæci videmur, ſed ad ea ipſa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes & obtuſi.

† Syntaxis. *Hebes ac rudis. Hebetes, tardi, & pingues ſenſus. Telum leue & hebes. Hebes æquè ac pecus.*

HEBESCO, ſcis. *obtundor, retundor.* I.C.98 a, At nos vigeſimum iam diem patimur hebeſcere aciem horum autoritatis. Tuſ. Sic mentis acies ſe ipſam intuens nonnunquam hebeſcit. Acad.2 b, Hebeſcere & languere in ocio. * Hortenſ. Ne quando illa *mentis acies* hebeſcat.

HECATE, tes. de Lat.68 b, Hecate, quæ matre Aſteria eſt, ſorore Latona.

* HECTOREVS, a, um. 2. de Glor.

*Qui quondam Hectoreo perculſus cōncidit enſe.*

HECVBA, bæ. *Priami vxor.* Tuſc.204 a.

* HEDERA, vide EDERA.

HEDONE, nes. L. VOLVPTAS.

HEDVI, *populi.* Att.17.

HELENVS, *vates.* de Nat.17, de Diu.98.

HELETES, *fluuius.* Attic.165, Ep.105.

HELICE, ces. *altera arctos, maior vrſa, ſeptentrio: duȩ enim ἄρκτοι ſunt* Acad.17 a, Ego verò ipſe, & magnus quidem ſum opinator, non enim ſum ſapiens: & meas cogitationes dirigo, non ad illam paruulam Cynoſuram,

*Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto.* vt ait Aratus. eoq; directiùs gubernant, quòd eam teneant,

*Quæ curſu interiore, breui conuertitur orbe:* ſed ad Helicem, & clariſsimos ſeptentriones: id eſt, rationes has, latiore ſpecie, non ad tenue limatas: eò fit vt errem, & vager latiús. * de Nat. 47 a, *Altera dicitur eſſe Helice. & b,*

*Aduerſum caput huic (Aurigæ) Helice truculenta tuetur.*

HELIOPOLIS, lis, *vrbs Aegypti.* de Nat.70 b.

HELLESPONTIVS, ia. Epiſt, 223 b.

HELLESPONTVS, ti. *primæ maris anguſtiæ ex Aegeo nauigantibus, quibus Aſia ab Europa diſiungitur: relinquiturq; Abydos, vrbs Aſiæ, Seſtos Europæ.* Orat, 212 b. Qua pontus Helles, &c. de Fin.88 a, Helleſponto iuncto Athoq; perfoſſo.

HELLIS, dis. *vrbs.* I A.236 a.

HELLVATIO, onis. Poſtquam. 207 a, Cur in luſtris & helluationibus huius ſaltatoris virtus tandiu ceſſauit?

HELLVO, *onis, ganeo, gurges.* I.P.88 a, Ille gurges atque helluo natus abdomini ſuo, non laudi atq; gloriæ. contra Rul.61 a, Impurus helluo turbat Rempub. * Poſtquam. 207 a, Cùm verò etiam literas (*al. literis*) ſtudere incipit, & helluo immanis cū Grȩculis philoſophari. pro Dom. 218 a, Scilicet tu helluoni ſpurciſsimo omnes mancipes, omnes horreorū claues lege tua tradidiſti. pro Seſt.8 b, Vos pro meo capite ad pedes helluonis impuriſsimi proieciſtis. ibid. Me ipſum vt contempſit helluo patriæ? Nam quid ego patrimonij dicam? de Fin.91 b, Quò magis tum in ſummo otio maximaq; copia quaſi helluo librorum, ſi hoc verbo in tam clara re vtēdum eſt, videbatur. Ep.263b, Helluo nequiſſimus ſeſtert. CC dabat.

† Syntaxis. *Helluo patriæ, librorū (in peſſimā & optimā partem.)*

HELLVOR, aris. pro Dom. 237 a, Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum reipub. ſanguinē. pro Seſt, 24 b, Quid tu meo periculo gurges ac vorago patrimonij helluabare? & de Pro.72 a, * Quibus cum Græcis iam in orcheſtra (*al. exedra*) helluatur: anteà poſt ſiparium ſolebat.

HELVELLAE, larum. *herbæ latæ quædam.* Epi. 107 b, Nam dum volunt iſti lauti terra nata quȩ lege excepta ſunt in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omneis ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius.

HELVETII, orum. *populi.* pro Cor.61 a, & de Prou.75 b.

HEM, *indignationis vox.* Epi 233 b, Hem mea lux, meum deſiderium. Ep. 50 a, Hem nos homunculi indignamur, ſi,&c. pro R. P. 130 a, Hem Poſthume, túne es Curij filius? I A.

201 a, Hem, ad quem legatos mittamus? cui bellum morem inferre? & 187 b.

HEMICYCLVS, cli, *ſedes, ſolium*. de Am. 95 b, Augur domi in hemicyclo ſedens.

HERA, æ. *fortuna, domina*. Offic. 9 a,

*Vós ne velit an me regnare hera, quidve ferat ſors,*
*Virtute experiamur.* -----

item. Hera mea. pro Cęl. 41 a, Nunquam hera errans hanc moleſtiam nobis exhiberet. Ennij.

HERACLEA, *vrbs*. I. V. 133 b, pro Archia 186 b.

HERACLEOTAE, *populi*. Epiſt. 224 b, Heracleotæ & Bargiletæ, qui item debent, &c.

HERACLEOTES Zeuxis, *nomen pictoris clariſſimi*. de Inuent. 62 a, *Eſt etiam cuiuſdam philoſophi, Dionyſii nomine, cognomen*, Ac. 18 a.

HERACLEVS, a, um I. V. 208 b, * pocula Heraclea.

HERACLIENSIS, ſe. I. V. 170 a, pro Arch. 186 b.

HERACLITVS, ti. *Philoſophus quidam, qui cognomento Σκοτεινὸς, perhibetur*. de Finib. 67 a, de N. 16 a, Nec conſultò dicis occultè, vt Heraclitus. & 96 b, Heraclitus quid diceret, intelligi noluit.

HERBA, bæ. *ſtirpium infimum genus*. de Nat. 58 b, Multa remedia morbis & vulneribus eligimus ex quibusdam ſtirpib. & herbis, quarum vtilitates longinqui temporis vſu & periclitatione percepimus. de Orat. 135 b, Lepidus in herba recumbebat. de Amic. 109 a, Vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat. de Diu. 96 a, In capite corona ſubitò extitit ex aſperis herbis & agreſtibus. de Diu. 122 b, Itáne cenſes, antè coronam extitiſſe, quàm herbarum cōceptum eſſe ſemen? Herbam autem aſperam credo auium congeſtu, non humano ſatu. * Oec. 1, Nullo modo faciliùs arbitror poſſe neq; herbas areſcere & interfici.

HERBESCO, ſcis. de Sen. 87 b, Terra ſemen tepefactum vapore & complexu *(al. compreſſu)* ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem: *vetus lectio, compreſſu*.

HERBIGRADA *cochlea*. de Nat. 136 a,

*Terrigenam, herbigradam, domiportam, ſanguine caſſam.*

Pacuuij. *aliàs tardigradam*.

HERBITA *vrbs*. pro Cec. 289.

* HERBITENSIS, e I. V. 157 b, Herbitenſis ager.

HERBITENSES, *populi*. I. V. 140.

HERBVLA, æ, * de Nat. 51 b, Ceruæ perpurgant ſe herbula, quæ Seſelis dicitur.

* HERCISCOR, eris. *diuido*. de Orat. 105 b, Quibus verbis hercisci oporteat.

HERCISCVNDVS, a, um. *vel* ERCISCVNDVS, a, um. *partiendus, diuidendus*. de Or. 105 b, Qui quibus verbis hercisci oporteat neſcit, idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poteſt. pro Cec. 288 b, Ebutius nomine hæredis arbitrum familiæ herciſcundæ poſtulauit. L. FAMILIA.

HERCLE. *herculé*. Epi. 29 a, Et herclè ſine dubio erit ignominia. & de Or. 121 b, Nam herclè, inquit Antonius, &c. Attic, 238 a, Herclè dederam ad te literas exiens è Puteolano. de Legib. 184 b, Bene herclè faciunt. I. C. 105 b, Meherclé.

† Syntaxis. *Herclè, ſine dubio, ſimul.*

HERCVLANENSIS, ſe. Ep. 142 b, Fundus Herculanenſis.

HERCVLANEVS a, vm. contra Rul. 73, Adiungitur etiam illa via vendibilis Herculanea.

HERCVLE`, *iurandi vox*. de Am. 103 a, Et herculè ita fuit. I. V. 123 b, Nam herculè, inquit, &c. Attic. 26 b, Herculè, verum vt loquar. & Epiſt. 115 b, Et herculè confecta omnia. Attic. 263 b, Sed herculè facilè patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. Attic. 76 b, Meherculè etiam aduentu tuo reuiſcunt iuſtitia, abſtinentia, &c. Epiſt. 24 a, Mihi meherculè magnæ curæ eſt ædilitas tua. Orat. 212 a, Libentiùs dixerim meherculè, quàm mehercules.

HERCVLES, lis. de Nat. 67 b, Plures Hercules tradunt nobis ij, qui interiores ſcrutantur literas. de Or. 115 a, Polycletus Herculem finxit cum pelle & hydra.

HERCVLES. *herclé, herculé*. pro Pl. 272 b, Verè mehercules dicam, ſic tum, &c. de Clar. 170 a, Et hercules hæ quidem extant. I. C. 107 b, Sic mehercules, hoc, &c. Epiſt. 150 b, & 112 b, Cupio mehercules, &c. Epiſt. 113 b, Et hercules niſi, &c. * Frag. Epiſt. vt Hercules Antianus in alium locum transferretur.

† Syntaxis. *Et herculè ita fiunt. Herculè verum vt loquar. Et hercules hæ quidem. Mehercules.*

* HERENNIANVS, a, vm. Att. 205 b, Cohæredes Herenniani.

HERI. *heſterno die*. Epiſt. 167 b, Heri veſperi apud me Hircius fuit. Attic. 130 a, Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræum. Tuſc. 252 a, Rationes quibus heri vſus. Att. 220 a, Lepidus ad me heri veſperi literas miſit.

HERILLVS, li. *philoſophus, qui in cognitione & ſcientia ſummum bonum poſuit*. Acad. lib. 2. de Finib. 2. 4. & 5, item de Offic. 2 a, Tuſcul. 245 a.



HERILLII, liorum. *ab Herillo dicti*. de Or. 148 b.

HERMAE, m. g. *Mercurij ſtatuæ*. At. 5 a, Hermas, de quibus ad me ſcripſiſti, vehementer expecto, de Leg. 183 a, Nec hermas hos quos vocant, licebat imponi. Att. 4 b, Hermæ tui Pentelici, cum capitibus æneis, me admodum delectant.

HERMATHENA, næ. *ex Mercurio & Minerua compacta ſtatua*. Attic. 2 a, & 3 a, Quòd ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, & ornamentum Academiæ proprium meæ, quòd & Hermes cōmune omnium, & Minerua ſingulare eſt eius gymnaſij.

* Att. 2 a, Hermathena tua valde me delectat, & poſita ita bellè eſt, vt totum gymnaſium ἑρμαθήνα (al. ἡλίου ἀνάθημα) eſſe videatur.

* HERMAGORAS, æ, *rhetor*. de Inuen. 43 b, de Clar. 189 a, Inops ad ornandum, ſed ad inueniendum expedita Hermagoræ diſciplina.

HERMERACLAE. *ſtatuæ ex Mercurij & Herculis formis compactæ*. Attic. b, Signa noſtra, & Hermeraclas, vt ſcribis, cùm commodiſſimè poteris, velim imponans. *aliàs, Hermerotas: id eſt, ex Mercurij & Cupidinis formis coniunctas ſtatuas: nā ἔρως Cupido, ſeu Amor dicitur.*

* HERMEROTAE. vide HERMERACLEAE.

HERMES, etis. *Mercurius*. L. HERMATHENA.

HERMODORVS, ri. Attic. 210 a, Hermodorus, qui Platonis libros ſolitus eſt diuulgare.

HERNICI *populi*. pro Corn. 61 b, de Offic. 8.

HERODOTVS, ti. de Leg. 156 b, Herodotus, pater hiſtoriæ. de Ora. 113 b, Herodotus, qui princeps genus hoc ornauit: id eſt, ſcribendæ hiſtoriæ.

HEROICVS, a, um. *herous*. Tuſ. 229 a, Heroicis ætatibus. Vlyſſes & Neſtor habiti fuerunt ſapientes. de N. 70 b, Quartus ſol, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi reperiſſe dicitur, &c & 74 a, Medea & Atreus heroicæ perſonæ. de Diu. 80 a, Vetus opinio eſt iam vſq; ab heroicis ducta temporibus. de Leg, 183 a, Quatuor heroici verſus, quos longos appellat Ennius. Att. 290 b, Quid quæris? heroica. de Ora. 160 a, Heroici pedes treis, dactylus, anapæſtus & ſpōdæus. & b.

† Syntaxis. *Heroicis ætatibus, temporibus.*

ἩΡΩ͂ΟΝ, ου, τὸ. *id eſt, veſtibulum ſepulcri, buſtúmue*. de Leg.

HEROS, herois. *princeps, diuus*. Att. 224 a, Colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. de Or. 126 a, Heroum veteres caſus fictosq; luctus imitari atq; adumbrare dicendo. Att. 57. a, Ignari, quantum in illo heroe eſſet animi. & 15 b, Heros ille noſter Cato. Att. 243 b, Octauius videtur erga noſtros ἥρωας ita fore, vt nos velim⁹, animatus. * pro Cornel. 65 a, Idem heros LX. Gaditanos *ciuitate donauit. Alij herus, alij prætor legunt.* Att. 15 b, Diu erat dicturus (ad quem propter diei breuitatem peruentum non eſt) heros ille noſter Cato.

* HEROVS, a, um. *heroicus*. Orat. 215 b, Qui iudicat heroum numerum grandiorem, quàm deſideret ſoluta oratio. de Orat. 159 b, Herous pes.

HERVS, ri. *dominus*. Offic. 37 b, Sed heris ſit ſanè adhibenda ſæuitia in famulos, ſi, &c. pro Cor. 65 a, Idem herus IX. Gaditanos, *ciuitate donauit. Alij heros, alij prætor legunt.*

HERYLLII *philoſopi, non Erylij.*

HESIODIVS, a, um. de Clar. 166 a, Illud Heſiodium laudatur à doctis, quod eadem menſura reddere iubet, quæ acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis.

HESIODVS. di. *poëta Græcus*. Off. 10 b, Ea quæ acceperis vtenda, maiore menſura (ſi modò poſſis) iubet reddere Heſiodus.

HESPERIDES, dum. de Nat. 68 b, Heſperides Erebo & Nocte natæ.

HESPEROS, *Veneris ſtella*. de Nat. 36 b, Infirma eſt quinque errantium, terræq; proxima ſtella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, cum antegreditur ſolem: cum ſubſequitur autem, heſperos.

HESTERNVS, a, um. de Nat. 40 b, Velut à teipſo heſterno die dictum eſt. Acad. 3 a, Iam enim hoc verbum ſatis heſterno ſermone triuimus. de Or. 150 a, Diſputatio heſterni & hodierni diei. in Cat. 105 b, Patefeci in ſenatu heſterna die.

HETRVRIA, riæ. *Italiæ regio florentiſſima*. de Ar. 249 b, Aruſpices ex Hetruria accipiendos puto. de Diuin. 99 a, Hetruria ſcientiſſimè interpretatur, quid quibusq; oſtendatur portentis. & I. C. 105 b, & Epiſt. 162 b.

HETRVSCVS, a, um *Thuſcus, ex Hetruria, quod Hetruſcorum eſt.* de Ar. 248 b, Hetruſcorum diſciplina. & 256 a, Hetruſci libri. & de Di. 99 b, Hetruſci religione imbuti ſtudioſiùs & crebriùs hoſtias immolabant. Hetruſci prædones. L. HOMO.

HEV. eheu. I. A. 211 b, At legatos miſimus, heu me miſerum, cur cogor. & Tuſc. 225 b, Heu me infelicē. Off. 28 a, O` domus antiqua, heu quàm diſpari dominaris domino.

HEVS, ô, *vocandi, ſeu attentionem poſtulandi vox.* Attic.243 a, Et heus tu, ne fortè ſis neſcius, Dolabella me ſibi legauit. Attic. 67 b, & 89 a, Sed heus tu, ſcripſerámne tibi me eſſe legatum Pompeio? Epiſt. 100 b, Sed heus tu, quid agis? & 263 a, Sed heus tu, qui κενὰς eſſe ſoles, &c. Attic.13 a, Sed heus tu, vidéſne, &c. Qu.frat.317 a, Sed heus tu, cælari videor à te, quomodónam mi frater de noſtris verſibus Cæſar? pro Mil.117 a, Heus, vbi Ruſcio? vbi Caſca? ad Her.27 a, Heus adoleſcens.

HEXAMETER, tri. *ſex pedum verſus, qui & ſenarius dicitur, præſertim in lyricis.* Or.218 b, E' quatuor igitur, quaſi hexametrorum inſtar verſuum quod ſit, conſtat ferè plena comprehenſio.

HIANS, tis. I. V. 135 c, Verres auaritia hiante atque imminenti fuit. ad Her. 27 b, Crebræ vocalium concurſiones, quæ vaſtam & hianten orationem reddũt. Or.199 b, Mutila quædam & hiantia loqui. Part.231 a, Diſiunĉti atque hiantes concurſus literarum.

HIATVS, tus. *labes, eluuio.* de Natur.deor. 50 a, Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipſis capeſſunt. Off. 59 b, Ille Giges, qui cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. * de Nat.28 b, Quæ cauſa terreret animos repentinis terrarum hiatibus.

¶ *Præterea per translationem, eſt in orationis compoſitione, vocalium quarundam vaſtior concurſus, ex quo tum hians, tum hiulca dicitur oratio: vt, In Actæo Aracyntho, & Neptuno Aegeo.* Orat. 40 a, Habet enim ille tanquam hiatus occurſu vocalium molle quiddam.

HIC, *hæc, hoc.* pro Fl.156 b, Cùm iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. pro Dom. 215 b, Hunc iſtũ ocij & pacis hoſtem, &c. pro Dom.215 b, Huic illi legato. Epiſt. lib. 12, Hoc libertatis Trebonij. & lib.2, Hoc literarum. ad Att.li.1, Noui eſt in lege hoc, vt qui, &c. Epiſt.lib.6, Siue hoc ſiue illud. de Vn.Hoc poſito, quod ſequitur, videndum eſt. de Leg.lib 2, Atq; etiam hoc, quod eſt partitio, dant Scæuolæ. I. V. 4, Iucunda ſuburbanitas huiuſce prouinciæ. Epiſt. 149 a, Cùm hæc leges: *id eſt, quæ ſcribo.* Hoc eſt, αὐτὸ τὸ τί. L. HOC EST.

HIC *aduerbium.* Epiſt.37 a, Hîc ego multa ſimul cogitaui. & 71 b, Hic tu miraris? &c. pro Clu.29 a, Hîc tum Fabricius, &c. I.P. Hîc vos etiam crudeliores, &c. Qu.fr.322 b, Hîc ô Dij. L. O'.

HICCINE *pro hicne?* Epiſt.23 a, Hiccine eſt ille, qui vrbem? in Ver. 248 a, Hunccine hominem? hanccine impudentiam iudices? hanccine audaciam? pro Mil.121 b, Hiccine vir? &c.

HIEROSOLYMA, mæ. *vrbs Iudæorum quondam, totius Orientis lumen.* pro Flac.160 a, Cùm aurum Iudæorum nomine ex Italia Hieroſolymam exportari ſoleret.

HIEROSOLYMA, orum. *idem* pro Flac. 160 a, Cn.Pompeius captis Hieroſolymis victor ex illo fano nihil attigit.

HIEROSOLYMARIVS, a, um. Attic.28 a, Hic Hieroſolymarius traductor ad plebem: *id eſt, Pompeius.*

*HILARATVS, a, um. *exhilaratus.* de Orat.163 b, Hilaratum vocis genus. de Clar. 168 b, Periclis ſuauitate maximè hilaritæ ſunt Athenæ. de Nat.46 b, Vt cum Cœlo hilarata videatur *terra.*

HILARE', *hilariter.* de Orat.135 b, Ego hilarè à te acceptus ſum. de Fin.246 a, & Epiſt.15 a, Hilarè viuere.

HILARIS, re, *hilarus, promptus.* Qu.fr.314 a, Te hilari animo & prompto ad iocandum eſſe valde gaudeo. Tuſc.170 a, Hilaris & lætus vultus. pro Cl.32 b, Hilari vultu.

HILARITAS, tis. *feſtiuitas, iucunditas:)(.mœſtitia, triſtitia.* de Orat 106 a, Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. Attic.200 a, Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiã temporum condiebamus, in perpetuum amiſi. Ep. 131 b, Sed tamen hilaritas illa noſtra & ſuauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis eſt. Offic. 22 a, Erat in C.Lælio multa hilaritas. * de Orat.130 b, Ipſa hiralitas beneuolentiam conciliat ei, per quem excitata eſt. Acad. 40 b, Quæ quadam hilaritate conſperſimus. Offic.29 b, Ex ſuperciliorum remiſſione aut contractione, ex mœſtitia, ex hilaritate, facilè iudicabimus.

HILARITER. *hilarè.* ad Her.20 b, Deinde modò acriter, tum clementer, mœſtè, hilariter, in omnes partes commutabimus pronunciationem.

HILAROR, ris. de Fin.65 b, Omnes enim iucundũ motũ, quo ſenſus hilaretur, Græcè ἡδονὴν, Latinè voluptatem vocant.

HILARVLVS, a, um. *hilarus.* Att.259 a, Attica hilarula eſt.

HILARVS, a, um: rior. *hilaris.* Att.79 b, Hilara ſanè Saturnalia. & de Fin. 146 a, Hilara vita. Att.253 b, Hunc tu lege in arcano conuiuis tuis: ſed ſi me amas, hilaris & bene acceptis, ne in me ſtomachum erumpant, cùm ſint irati tibi. Att.117 a, Literæ hilariores. I.P.81 b, Hilarioribus oculis intueri.

† Syntaxis. *Hilaris & promptus. Hilaris & lætus. Hilaritas & lætitia. Hilaritas & ſuauitas.*

HILVM, li. *exigua res, vel nihil potius quale niger in faba oculus.* Tuſcul. 150 a.

*Sudans nitendo nec proficit hilum.* Poëtæ.

HIMERA, ræ. * *oppidum & flumen Siciliæ: item ſimulacrum.* I. V. 126 a, Oppidum Himeram Carthaginenſes quondam ceperant: quod fuerat inprimis Siciliæ clarum & ornatũ. ibid. Himera deleta. ibid. Erant ſigna ex ære complura: in his mira pulchritudine ipſa Himera in muliebrem figurã habitumque formata, ex oppidi nomine & fluminis. ibid. Qui fuit Himeræ. I. V. 217 a, Quæ quondam fuerant Himera ſublata

HINC. *ex hac parte, hoc nimirum eſt illud, quod, &c.* Attic.115 a, De malis noſtris tu prius audis quàm nos, hinc enim emanant, boni autem hinc quod expectes, nihil eſt. I.C. 109 b, Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum. de Fin.99 b, Via quæ eſt hinc in Indiam. in Verr. 97 b, Ex Sicilia teſtes erant ij, qui, &c. Hinc homines illuſtres. in Cat.122 a, Quidam hinc nati, &c. de Or.109 b, Scæuolam hinc euntem conueni. contra Rul.75 a, Nos hinc Roma, qui veneramus. de Nat.14 a, Hinc omnia effingis: *id eſt, ex atomis.* pro Cluen.58 a, Hinc illæ infinitę quęſtiones. Off. 58 b, Hinc ſicæ, hinc venena, hinc falſa teſtamẽta naſcuntur, hinc expilationes direptionesq; ſociorũ.

† Syntaxis. *Via quæ hinc in Indiam, (ratione loci.) Hinc expilationes, (ratione cauſæ, originis, occaſionis.)*

HINNITVS, tus. de Diu.95 b, Equi exaudiuit hinnitum.

HIO, as. *hiare eſt apertum eſſe, maleq; hærere, & diſiunctum eſſe.* de Fin.65 b, Omnes iucundum motum quo ſenſus hiaret, Græcè ἡδονὴν, Latinè voluptatem vocant. *aliter, Hilarentur* I. V. 149 b, Huic homini, ſi cuius domus patet, vtrum ea patére, an hiare ac poſcere aliquid videtur? Or.211 a, Poëtæ qui vt verſus facerent, ſæpe hiabant, vt Næuius.

HIPPOCENTAVRVS, ri. *monſtrum poëticum.* de Nat.22 a, Quid intereſt, vtrum de Hippocẽtauro, an de Deo cogitemus? * Tuſc.167 b, Inter Hippocentaurũ, qui nunquam fuerit, & regem Agamemnonem nihil intereſſe. de Nat.26 b, Quis Hippocentaurum fuiſſe aut Chimæram putat? de Diuin.118 b, Quid in nubibus? Nunquam animaduertiſti leonis formam aut Hippocentauri?

HIPPOCRATES, tis. de Or. 154 b, Hippocrates ille Cous. Att.261 b, Deſperatis vetat Hippocrates adhibere medicinã. * Incer. Hippocrates nobiliſſim⁹ medicus ſcriptũ reliq̃t.

HIPPONACTEVS, a. Ep. 106 b, Præconium hipponacteum. Or.215 b, Hipponacteos effugere vix poſſumus.

HIRPINVS, na. cont.Rul 88 b, Ager Hirpinus. de Diu.97.

HIRSVTVS, a, um. *horridus, aſper.* de Nat.50 a, Animantes quædam ſpinis hirſutæ.

HIRVDO, nis *ſanguiſugam vulgus vocat.* Attic.13 a, * Quòd illa concionalis hirudo ærarij, miſera & ieiuna plebecula, me ab hoc Magno vnicè diligi putat.

HIRVNDO, nis. *auis.* ad Her.39 a, Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt.

* HISARA, æ. *fluuius.* Ep.152 b, In Hiſara flumine maximo, quod in finibus eſt Allobrogũ, ponte vno die facto. *Planci.* Epiſt.174 b, Si quo etiam caſu Hiſaram ſe traiecerint. *Bruti. Alij Iſara ſcribunt.*

HISCO, ſcis *os aperio.* I. A.181 b, Reſponderéne ad hæc, aut omnino hiſcere audebis?

HISPALIS. *vrbs.* Attic.209, Epiſt.164, Pollionis.

HISPANIA, niæ. Epiſt. 254 b, Quid in Hiſpania geratur, reſcribe. in Vat.31 a, & Att 252 b, Vlterior Hiſpania. & pro Cornel.61 b, Et duæ Hiſpaniæ.

HISPANIENSIS, ſe. Epiſt.27 b, Neque ego hunc Hiſpanienſem caſum expecto, de quo mihi exploratum eſt. de Nat.64 b, Aeſtus maritimi Hiſpaniẽſes vel Britannici. pro Pomp.9 b, Hiſpanienſe bellum. * con.C.Ant. Hiſpanienſis pugiunculus. in Vatin.31 a, Iter Hiſpanienſe. & b, Legatus Hiſpanienſis. ibid. Hiſpanienſia flagitia.

HISPANVS, a, um. I. A. 192 a, Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit. de Aruſp. 248 a, Nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos ſuperamus.

HISTER, ſtri: vide ISTER, ſtri.

HISTORIA, riæ. *annales, memoria publica, memoria rerũ veterũ, cõmemoratio antiquitatis, monumenta rerũ veterũ, monumenta tẽporũ, locorũ, hominũ rerũ geſtarũ omniũ ſeculorũ memoria, rerum geſtarũ & memoriæ veteris ordo.* de Orat.114 a, Prima eſt hiſtoriæ lex, ne quid falſi dicere audeat, deinde, ne quid verè nõ audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. de Or.111 b, Hiſtoria teſtis temporũ, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, qua voce alia, niſi oratoris, im̃ortalitati cõmendatur? Orat.202 b, Huc generi hiſtoria finitima eſt, in qua & narratur ornatè, & regio ſæpe aũt pugna deſcribitur: interponuntur etiã cõciones & cohortationes, ſed in his tracta quædã & fluens expetitur, nõ hæc cõtorta & acris oratio. de Cl.189 a, Nihil

eſt in hiſtoria pura & illuſtri claritate dulcius. de Cl. 170 a, Quãquam his laudationibus hiſtoria rerũ noſtrarũ eſt facta mendoſior: multa enim ſcripta ſunt in eis quę facta nõ ſunt. de Diu. 122 b, Simiæ Dodoneæ improbitatẽ hiſtorijs Græcis mandatã eſſe demiror. Ep. 67 b, Videbã Italici belli hiſtoriã iam penè à te eſſe perfectã. de Leg. 156 b, Herodotus pater hiſtoriæ. de Or. 113 a, Qualis oratoris, & quanti hominis in dicendo, putas eſſe hiſtoriam ſcribere? ibid. Erat hiſtoria nihil aliud, niſi annaliũ confectio. ibid. Paululũ ſe erexit, & addidit hiſtoriæ maiorẽ ſonum vocis Antipater. & b, Iſte ipſe Cœlius neq; diſtinxit hiſtoriã varietate locorũ, neq; verborum collocatione & tractu orationis leni & æquali perpoliuit illud opus. ibid. Ad ſcribendã hiſtoriã maximè ſe applicauerunt. ibid. Ocium ſuũ conſumpſit in hiſtoria ſcribẽda. ibid. Se ad hiſtoriã contulerunt. de Or. 114 a, Neq; eam reperio vſquã ſeparatim inſtructã rhetorũ præceptis. de Leg. 117 a, Abeſt hiſtoria literis noſtris, &c. Potes autẽ tu profectò ſatisfacere in ea. ibi. In hiſtoria puerile quiddam cõſectatur. & b, Hiſtoria nec inſtitui poteſt, niſi præparato otio, nec exiguo tẽpore abſolui. ibid. Legationẽ aliquam nimirũ hiſtoria poſtulat, aut eiuſmodi quampiã ceſſationẽ liberã atq; ocioſam. de Leg. 156 b, Intelligo te frater, alias in hiſtoria leges obſeruandas putare, alias in poemate. Quippe cùm in illa ad veritatẽ, Quinte, referãtur, in hoc ad delectationẽ pleraq;. ibi. Poſtulatur à te iamdiu, vel flagitatur potius, hiſtoria. Sic enim putant, te illã tractãte effici poſſe, vt in hoc etiã genere Græcię nihil cedamus. Ep. 67 b, Qui omnes à perpetuis ſuis hiſtorijs ea, quæ dixi, bella ſeparauerũt. ibi. In eo leges hiſtoriæ negligas. Ep 68 a, In quibus *ſcriptis* perpetuã rerũ geſtarũ hiſtoriã cõplecteris. Att. 25 b, Quid verò hiſtorię de nobis ad annos DC. prædicarint? Quas quidem ego multò magis vereor.

HISTORICVS, ci. *rerum geſtarũ atq; memorabiliũ ſcriptor.** de Or. 113 b, Quot hiſtoricos nominauit? quàm ſcienter? quã propriè de vnoquoq; dixit? Top. 227 b, Oratores & philoſophos, & poëtas, & hiſtoricos *cẽſet tales eſſe*, ex quorum & dictis & ſcriptis ſæpe autoritas petitur ad faciendam fidem. pro Mur. 127 b, Tua nobilitas hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior.

HISTRIO, onis. *veritatis imitator, comœdus, tragœdus, ſcenicus.* de Or. 76 b, Actio ſola per ſe quanta ſit, hiſtrionũ leuis ars & ſcena declarat. Parad. 120 b, Hiſtrio ſi paulò ſe moueat extra numerũ, aut verſus pronunciatus eſt vna ſyllaba longior, aut breuior, exſibilatur & exploditur. de Fin. 95 a, Hiſtrioni actio, ſaltatori motus eſt certus datus. de Sen. 91 b, Nec hiſtrioni vt placeat, peragenda eſt fabula, modò in quocunq; fuerit actu, probetur. pro Quint. R. 50 a, Qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos peruenerat comœdos.* de Or. 107 a, Quod ego nõ tã faſtidiosè in nobis *oratoribus*, quàm in hiſtrionibus ſpectari puto. Itaq; nos raucos ſæpe attentiſſimè audiri video: tenet enim res ipſa atq; cauſa: at Aeſopũ, ſi paulum irraucuerit: (al. irrauſerit) explodi. A' quibus enim nihil, præter voluptatem auriũ quæritur, in ijs offenditur ſimulatq; imminuitur aliquid de voluptate. de Or. 126 a, Cum ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur ſpondalia illa dicentis. ibid. Nunquam illum aſpectum dicebat *hiſtrio, &c.* Vt idem inflexa ad miſerabilem ſonum voce, &c. flens ac lugens dicere videbatur? Quæ ſi ille hiſtrio quotidie cum ageret, tamen rectè agere ſine dolore non poterat. de Sen. 90 b, Ii mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.

† Syntaxis. *Hiſtrio, & homo hiſtrio.*

HIVLCÈ. de Or. 147 a, Aſperè, vaſtè, ruſticè, hiulcè loqui.

HIVLCVS, a, um. *hians.* Orat. 211 a, Extremorum verborum cum inſequentibus primis concurſus aut hiulcas voces efficit, aut aſperas. de Orat. 158 b, Ne aſper verborum concurſus ſit, néue hiulcus.

HOC. *eo.* de Orat. 156 a, Sin eos diſiungunt, hoc erunt inferiores, quòd, &c. Attic. 12 b, 13 a, Atque etiam hoc magis, quòd, &c. Attic. 141 a, Conſilio tuo vtar libenter, & hoc libentius, quòd, &c. Epiſt. 148 b, Certè hoc maius habes teſtimonium amoris mei, quo maturius, &c. Epiſt. 48 b, atq; hoc ipſo melior eſt, quàm, &c. quòd, &c. & 57 b, Hoc ſcribo parcius, quòd, &c. LEO.

† Syntaxis. *Atq; etiam hoc magis, quòd. Hoc ſcribo ſæpius, quòd.*

HOC eſt, *id eſt*, pro Cecin. 288 b, Fundus, quẽ quadriennium, hoc eſt ex quo tẽpore fundus venijt poſſedi. pro Mil. 106 a, Ad præturã gerendã, hoc eſt, ad remp. euertendã. pro Cec. 299 a, Vſucapio fundi, hoc eſt, finis ſolicitudinis. pro Cec. 304 h, In exiliũ, hoc eſt, in aliam ciuitatẽ. pro Syl. 176 a, Honos ampliſſimus familiæ veſtræ, hoc eſt, conſulatus parentis tui. I. A 175 b, At quàm crebrò vſurpat & conſul. Antonius, hoc eſt, dicere & conſul & improbiſſimus. Epiſt. 69 a, Quod ſi à te non impetro, hoc eſt, ſi qua te res impedierit. I. V. 56 b, & pro Qu. 13 b, Hoc eſt, de voluntate, &c.

HODIE. *hoc die, hodierno die, nunc, hoc tempore.* in Verr. 72 a, Nonæ ſunt hodie Sextiles, hora nona conuenire cœpiſtis. in Anton. 260 b, Per idus Quintiles, qui dies hodie eſt. Academ. 1 h, Vt hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſeruandis. Epiſt. 140 a, At hodie penis eſt in obſcœnis. pro Flac. 161 a, Hodie: pro nunc.

HODIERNVS, a, um. de Orat. 50 a, Diſputatio heſterni & hodierni diei. I. A. 192 b, Quod ex hodierno eius edicto perſpicere potuiſtis. I. C. 115 b, Neq; à nobis ante hodieruum diem collocatum eſt.

HOEDVS. vide HAEDVS.

HOMERICVS, ca, cũ. Tuſ. 204 a, Agamemnon Homericus.

HOMERVS, ri. *poëta qui Lycurgi tẽporibus fuit.* Tuſ. 230 a, Traditũ eſt Homerum cæcum fuiſſe. Off. 71 b, Homerus optimus autor. de Clar. 168 a, Homerus cuius etſi incerta ſunt tẽpora, tamen annis multis fuit ante Romulum. de Or. 155 b, Piſiſtratus Homeri libros antea confuſos ſic diſpoſuiſſe dicitur, vt nunc habemus. pro Arch. 189 b, Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi ſuum eſſe confirmant, itaq; etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt.

HOMICIDA, dæ. *ſicarius.* in Ant. 186 b, Fateor eos plus quàm ſicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm parricidas eſſe.

HOMICIDIVM, dij. *cædes.* I. A. 166 a, Statue, vtrũ illi, qui, &c. homicidij rei ſunt, an vindices libertatis.

HOMO, nis. *mortalis, perſona, vir.* De Rep. lib. 3. teſte Auguſtino, lib. 4. cõtra Iulianum: Homo nõ vt à matre, ſed à nouerca natura editur in vitã corpore & nudo & fragili & infirmo: animo aũt anxio ad moleſtias, humili ad timorẽ, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tamẽ ineſſet tanquam obrutus quidã diuinus ignis ingenij & mẽtis. in Hortẽſio, teſte Auguſtino lib 4 contra Iulianũ: Humanæ vitæ erroribus & ærumnis fit, vt interdum veteres illi ſiue vates ſint in ſacris initijsq; tradendis diuinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vita ſuperiore pœnarum luendarũ cauſa natos eſſe dixerunt, aliquid dixiſſe videantur: verumq; ſit illud quod eſt apud Ariſtotelem, ſimili nos affectos eſſe ſupplicio, atq; eos, qui quondã quum in prædonum Hetruſcorum manus incidiſſent, crudelitate excogitata necabantur: quorũ corpora viua cũ mortuis, aduerſa aduerſis accommodata, quàm aptiſſimè colligabantur, ſic animos noſtros cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis eſſe coniunctos. Huius ſupplicij autorem fuiſſe Mezentium, cecinit Virgilius octauo Aeneidos:

*Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,*
*Componens manibusq; manus atq; oribus ora,*
*(Tormenti genus) & ſanie taboq; fluenteis*
*Complexu in miſero longa ſic morte necabat.*

de Leg. 160 a, Animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, quem vocamus hominem. Off. 3 a, Homo, qui rationis eſt particeps. de Leg. 162 a, Natura cæteras animantes abiecit ad paſtũ, ſolum hominem erexit, ad cœlique quaſi cognationis & domicilij priſtini conſpectum excitauit. de Nat. 54 a, Deus homines humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, vt deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere poſſent. de Vniuerſ. 202 a, Homines deorum immortalium quaſi gentiles ſunt, & diuini generis appellantur, & omnium animantium tenent principatum. Tuſcul. 186 a, Ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo maiorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit. pro Rab. 96 a, An non intelligis, quos homines, & quales viros arguas? Epiſt. 50 b, Qoniam homo nata fuerat. *Sulpitij de Tullia Cicer. filia.* pro Cluent 59 b, Mater, cuius ea ſtultitia eſt, vt eam nemo hominem appellare poſſit. pro Domo 232 a, An poteram inficiari me eſſe hominem & communem naturæ ſenſum repudiare? Offic. 57 a, Quid eo cum diſſeras, qui hominem ex homine tollat? in Anton. 246 a, Eumq; ex numero hominum eijciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandũ puto. Offic. 43 a, Diri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Quint. frat. 300 a, Hominum ingenia ad fallendum parata. de Aruſp. 244 b, Stipes ille, qui quorum hominum eſſet, neſciremus: niſi ſe Ligurem ipſe eſſe diceret. Attic. 103 a, Aueo ſcire quid hominis ſit. & 92 a, Neſcio quid ſit hominis. de Or. 134 a, P. Mummium cuiuis tempori hominẽ eſſe. & 94 a, Homo adoleſcens. 1. de Leg. Homo ſe nõ vnis mœnibus circundatum, popularem alicuius loci, ſed ciuem totius mundi, quaſi vnius vrbis, agnoſcat. 10. ad Attic. Quoniam homo eſt. *id eſt, errauit vt homo, & nihil noui ei accidit.* 4. ad Attic. Si homo vis eſſe, recipe te ad nos. de Nat. deor. 1, Homo in primis acutus. Acad. quęſt. edit. 1. li. 2, Homo amiciſſimus. Offic. 3. Acad. quæſt. edit. 1. lib. 2, Homo apertus, ſimplex, ingenuus, iuſtus. de Fin lib. 2, Homo bellus & humanus. Academ.

Academ. quæſt.edit.1. lib.2, Homo clarus, nobilis. Academic. quæſt.edit. 2. lib.1, Homo cum hominibus humana ſocietate coniunctus. Academ. quæſt.edit.2.lib.1, Homo & ſtudijs ijſdem & vetuſtate amicitiæ cum aliquo cõiunctus. Tuſcul. quæſt. lib. 1, Homo quaſi contemplator cœli ac deorum, ipſorumq; cultor. Lentulo, lib.1, Figulo, lib.4, Contemptus & abiectus homo. Diuin.lib. 1, Homo cum primis prudens atque doctus. Academ.quæſt.edit.1, lib.2, Homo doctus & copioſus, & paratus.lib.1.de Finib. Democritus homo eruditus, in Geometriaque perfectus. libr. 1. de Finib. Homo omni doctrina eruditus. Tuſcul. quæſt.lib.4, Homo frugi omnia rectè facit. de Petit. Conſ. Homo gratioſus apud aliquē. de Petit. Conſ. Homo gratioſus in foro, nauusque. de Pet. Conſ. Homo illuſtris honore ac nomine. Offic.3, Homo iners atque inutilis. de Finib.1, Homo infans atq; impotens. 9.ad Attic. Homo non infans. de Finib. lib.3, Homo ingenuus & liberaliter educatus. Tuſcul.quæſt.lib.1, Homo inſulſus. Academ.quæſt. edit.1, lib.2, Homo natura leniſſimus. Lælij, Homo leuis atq; fallax. Tuſcul.quæſt.lib.3, Homo moderatus & temperans. de Finib. lib 2, Homo ad duas res, vt ait Ariſtoteles, intelligendum & agendum, eſt natus, quaſi mortalis deus. 1.de Leg. Homo ad ciuilem ſocietatem natus. de Finib lib.3, Homo ad tuendos conſeruandosq; homines natus. 1.de Nat.deor. Eſt enim vis tanta naturæ, vt homo nemo velit, niſi hominis ſimilis eſſe. Tuſcul.quæſt.lib.1, Homo nobiliſſimus. de Petit.Conſ. Homo nouus. de Vniuerſ. Homo qui rectè & honeſtè curriculū viuendi à natura datum confecerit, ad illud aſtrum, quò, quum aptus fuerit, reuertetur. Qui autem immoderatè & intemperatè vixerit, eum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet: & ſi ne tum quidem finem vitiorum faciet, grauius etiam iactabitur, & ſuis moribus in ſimillimas figuras pecudum & ferarum transferetur: neque malorum terminum prius aſpiciet, quàm illam ſequi cœperit conuerſionem, quam habebat in ſe eiuſdem & vnius ſimul innatam. 1. de Leg. Homo qui ſe ipſe nôrit, aliquid ſentiet ſe habere diuinum, ingeniumq; in ſe ſuum, ſicut ſimulacrum aliquod dedicatum putabit, tantoq; munere deorum ſemper dignum aliquid & faciet & ſentiet. 1. de Leg. Homo qui nihil timet, niſi vel teſtem, vel iudicem, quid faciet in tenebris? quid in deſerto loco, nactus quem multo auro ſpoliare poſſit imbecillum atq; ſolum? 9.ad At. Quid homo quiſquam poſſit? vix iam deus. Ac. q. ed.1.lib.2, Homo opinioſiſſimus. de Nat.33 a, Ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum, & imitandum deum. Ac q.ed.2.lib.1, Homo pars quædam ciuitatis & vniuerſi generis humani, ſecundum veteres Academicos. de Nat. d. 2, Homo eſt mundi pars. de Nat. deor. 2, Homo nullo modo perfectus, ſed quædam particula perfecti. Ac.q.ed.1.lib.2, Homo valde ſtudioſus & diligens. Tuſc.q.lib 3, Homo ſumma potentia, ſummaq; fortuna. 1. Offic. Summiſſus & abiectus homo. 3.Off. Homo verſutus, obſcurus, aſtutus, fallax, malitioſus, callidus, veterator, vafer. Tuſc.q.lib.2, Homo voluptuarius. Off.3, Homo ad nullam partem vtilis. 1.ad Attic. Non homo, ſed litus, atq; aer, & ſolitudo mera. Tuſc.q. lib 5, Qualis homo ipſe, talis eſt eius oratio. ad Brut.1, Nihil minus hominis, quàm non reſpondere in amore ijs, à quibus prouocére. 5 ad At. Quædam non hominis, ſed feræ neſcio cuius immanis monſtra. ad Sulp.lib.4, Repentè Cæſar præter ſpem dixit ſe ſenatui roganti de Marcello, ne hominis quidē cauſa negaturum. 1.de Leg. Hominis quæcunq; eſt definitio, vna in omnes valet. 1.de N.d. Hominis figura omnium animantium formam vincit. Off. 1, Hominis in primis propria eſt veri inquiſitio atq; inueſtigatio. 1. de Legib. Ab hominis natura repetenda eſt iuris natura. Off 1, Hominis naturæ aptiſſimum, quod verū, ſimplex, ſynceruma; 2.ad Her. Hominis vitam, cùm coniecturis res agitur, quomodo ſpectare oporteat. Tuſcul.q.lib.1, Hominis vtilitati agri omnes & maria parentia. Tuſcul.q. lib.2, Homini nihil tam tetrum, nihil tam aſpernandum, nihil homine indignius, quàm quod eſt turpe. de Nat.d.2, Homini rationem addidit natura, amplius quàm beſtijs, qua regerentur animi appetitus. Læl. Homini conſtanti nullo caſu contingere poteſt, vt illa intermiſſio fiat officij. 2. de Leg. Homini datur aſcenſus in cœlum ob mentem, virtutem, pietatem, fidem. de N.d.1, Quòd homini homine nihil eſſet pulcrius fortaſſe ſimulacrorum ſuperſtitionem inuenit. pro Syl. Niſi fortè regium tibi videtur ita viuere, vt non modò homini nemini, ſed ne cupiditati quidem vlli ſeruias. Off. 1, Quum perſuaſum ſit nihil hominem aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nullique neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ ſuccumbere. Off.3, Hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturā, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, &c. 5. Fam. Hominem te & virū eſſe meminiſſes, *id eſt, vt communē incertumq; caſum, &c.* de Vniu. Aequum eſt meminiſſe, & me, qui diſſeram, hominem eſſe: & vos, qui iudicatis: vt ſi probabilia dicentur, nihil vltrà requiratis. de Leg. 162 a, Hominem ſolum erexit natura, cùm cæteras animantes abiecisſet ad paſtum, &c. hominis oris ſpeciem ita formauit, vt in ea penitùs reconditos mores effingeret. 5. de Fin. Hominem ex homine exuere. Off.1, Inter hominem & belluam quid interſit. 8. ad Att. Hominem certū de comitibus meis miſi. 2. de Leg. Hominem hunc omnino numerare non decet, quem aſtrorum ordines, quem dierum noctiumq; viciſſitudines, quem menſium temperatio: quemq; ea quæ gignuntur nobis ad fruendum, non gratum eſſe cogunt. 2. Fam. Hominem occiderit oportet, qui veſtra opera vti velit. de Leg. 161 a, Hominem natura non ſolùm celeritate mentis ornauit, ſed etiam ſenſus tanquam ſatellites attribuit, ac nuncios, & rerum plurimarum obſcuras ac neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ, figuramque corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. 15. Fam. Hominem ſe præbuit in his malis. 7. Fam. Hominem probiorem, meliorē virum, prudentiorem eſſe neminem. ad Opp.lib.11, Quod tuum iudicium niſi mea ſumma beneuolentia erga te, omnibusq; meritis comprobâro, ipſe me hominem non putabo. 2. ad Qu.fr. Hominem te non putabo, ſi hoc feceris. 2. de Leg. Hominē mortuum, inquit lex in duodecim tabulis, in vrbe ne ſepelito, néue vrito. 1.de Leg. Hominem principium reliquarum rerum eſſe voluit deus. 7. ad Att. L. Cæſarem vidi Minturnis ad VIII.calen. Febr. mane cum abſurdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas, &c. 3. de Leg. Ab homine ignoto & ſordido Gabinio lata lex tabellaria. Tuſc.q.lib.5, Loquor autem de docto homine & erudito, cui viuere eſt cogitare. 1. de Fin. Quot homines, tot ſententiæ. Off.1, Sunt enim quidam, homines non re, ſed nomine. 1.de In. Homines à beſtijs quid differant. 1.de Or. Homines à feris ſermone potiſſimùm differunt. 1. de Leg. Perpetuis curſib. conuerſionibus cœleſtibus extitiſſe quandam materiam ſerendi generis humani: quod ſparſum in terras atq; ſatum, diuino auctum ſit animorū munere. Nam quòd aliquibus cohærent homines, è mortali genere ſumpſerunt, quæ fragilia eſſent & caduca: animum eſſe ingeneratū à deo. Partit. Homines, quibus rebus maximè moueantur. de Legib. Homines ſi, quomodo eſt natura, ſic iudicio humani nihil à ſe alienum putarent, coleretur ius æquè ab omnibus. 13. ad Att. Homines viſi ſumus. 1.de Legib. Homines deorum agnatione & gente tenentur. 1. de Legib. Homines cum dijs lege conſociati putandi ſumus: inter quos eſt communio legis, inter eos cõmunio iuris eſt: quibus autem hæc ſunt inter eos communia, & ciuitatis eiuſdem habendi ſunt. 2. de Nat.deor. Homines quaſi cultores terræ conſtituti. de Petit. Conſ. Homines excellenti gratia de Legibus 1, Homines ſibi indulgentes, atque omnia quæ ſequantur in vita, quæque fugiant, voluptatibus & doloribus ponderantes, ab omni ſocietate Reipubl cuius partem nec norunt vllam, nec vnquam noſſe voluerunt, faceſſant. Partit. Homines multò magis mala fugiunt, quàm bona ſequuntur. de Nat.deor. Immortales eſſe vllos negabant, qui homines aliquando fuiſſent. Off.5 b, Homines hominum cauſa generati ſunt, vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint. *vnde prouerbium,* *ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον.* Som.Scip. Homines hac lege ſunt generati, qui tuerentur terram. 9. ad Att. Balbi & Oppij, Homines humiles, & ampliſſimi viri. 1.de Legib. Homines iuſti natura facti ad participandum alium ab alio, communicandumq; inter omnes. 1. de Nat.deor. Homines mediocres, his nō ita valde mouentur. de Petit. Conſ. Homines municipales & ruſticani. Tuſc.q lib.2, Homines perditi. Off.1, Homines perfecti pleneq; ſapientes. de Fin. lib. 2, Homines præſtantiſſimis ingenijs. de D. lib. 2, Homines probi non ſolent amicis impendentes calamitates prædicere, quas illi effugere nullo modo poſſint. de Finib. lib.5, Homines proterui ac molles. Off. 1, Homines ſeueri & graues. Tuſcul.q lib.5. Homines tenues. de Finib.lib.5, Homines infima fortuna, nulla ſpe rerum gerendarum. 1. de Leg. Ad hominum commoditates ad vſus tantam rerum vbertatem natura largita eſt, vt ea quæ gignuntur, donata conſultò nobis, non fortuitò nata videantur. 1.de Legib. Hominum coniunctio & naturalis ſocietas inter ipſos. de Finib.lib.3, Hominum à beſtijs differentia. Partit. Hominum genus ad honeſtatem natum, malo cultu, prauisq; opinionibus corruptum eſt. 1.de Leg. Hominum genus omne inter ſe ſociatum. Partit. Hominū duo genera. de Nat. deor.4 a, Hominum interitu ſententiæ quoq; non occidunt. Brut. Hominum mos eſt, vt nolint eundem hominem pluribus rebus excellere. pro Deiot. Hominū more inimicitias gerere. 14. ad Att. Non hominum vitia col-

legi, ſed rerum. Off.2, Homines plurimùm hominibus & prodeſſe & obeſſe. de Leg. Homines meliores efficit rectè viuendi ratio. 1, de Legib. Homines ad iuſtitiam eſſe natos, neque in opinione, ſed natura conſtitutum eſſe ius. 5. Familiar. Homines nos eſſe meminerimus, ea lege natos, vt, &c. Diu. lib. 1, Homines tribus modis deorum appulſu ſomniare, iuxta Poſſidonium. * Att. 264 b, Homo familiariſſimus, & mihi omnibus rebus coniunctiſſimus. I.V. 147 b, At hominem flagitioſiſſimum, libidinoſiſſimū, nequiſſimumque defendit. Hortenſ. Homo ditiſſimus, amœniſſimus, delicatiſſimus. 1. de Leg. Omnes homines inter ſe natura confuſi prauitate diſſentiunt, nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos, & ſubiectos omnes ſub vnam eandemq; tutelam. Quod ſi teneretur, Deorum profectò vitam omnes viuerent. 3. Acad. In tanta animalium varietate homini vt ſoli cupiditas ingeneraretur cognitionis & ſcientiæ. in L. Piſon. Quæ te belluam ex vtero, non hominē fudit. pro C. Corn. 1, Proſpectat Cominius quid agatur. Videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum proiectos. Hortenſ. Quantum inter ſe homines ſtudijs, moribus, omni vitæ ratione differant. de Orat. 141 a, Cùm cœnaret Simonides apud Scopam fortunatum hominem & nobilem. I. V. 88 b, Negotium dat illis ſuis comitibus, nequiſſimis turpiſſimisq; hominibus. ibid. Homo factus ad iſtius libidines: qui miro artificio, quocunq; venerat, hæc inueſtigare omnia ſolebat. Is ad eum rem iſtam defert. I. V. 89 a, Homo, qui ſemper hoſpitaliſſimus amiciſſimusq; noſtrorum hominū exiſtimatus eſſet. I. V. 127 a, Itaq; hortari homines cœpit. ibid. Tum homo nefarius de homine nobili atq; id ętatis, ſuoq; hoſpite, virgis ſuppliciū crudeliſſimè ſumeret. ibid. Quid homo improbus ac nefarius cogitaret. ibid. Iſte homo certus & diligens ad horam octauam præſtò eſt. ibid. Iſte homo omnium æquiſſimus, atq; à cupiditate omniū remotiſſimus, ſe cogniturum eſſe confirmat. pro Clu. 54 b, Opportunè adeſt homo ſumma fide & omni virtute prędítus L. Plætorius Senator. con. Rull. 67 a, Hominum potentiū ſtudio. ibid. Vt nobiliſſimis hominibus longè præponeret. & 75 a, Legatos noſtros, homines autoritate tenui, qui rerum priuatarū cauſa legationes liberas obeunt: tamen exteræ nationes ferre vix poſſunt. pro Flac. 157 a, Quę ſi ciuitas per viros bonos grauesq; homines querelas ad vos detuliſſet. ibid. Trallianos Męandrio cauſam commiſiſſe homini egenti, ſordido, ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu? pro Arch. 191 b, Quare conſeruate, iudices, hominem pudore eo, &c. tum dignitate, tum etiam venuſtate: ingenio autem tanto, &c. cauſa verò eiuſmodi. in Piſ. 92 a, Ter iam homo ſtultus triumphauit. ibid. Cur non hunc audiſtis tam doctum hominem, tam eruditum? ibid. Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus & conſtans, apud indoctum eruditus. ibid. Vt es homo facetus, ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus è ſchola. in Piſ. 93 b, In quibus *ſupplicationibus* homines errore ducuntur. ibid. Ipſe cum hominibus quindecim malè veſtitis ad portam Cœdimontanam ſitiens peruenerim. Acad. 34 a, Qui multa putat præter virtutem homini chara eſſe. de Fin. 74 a, Quam quidem certationem homo & acutus & diligens Chryſippus non contemnit, totumq; diſcrimen ſummi boni in eadem comparatione poſitum putat. Tuſcul. 228 b, O' vitæ philoſophia dux, &c. Tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ conuocaſti. de Nat. 57 a, Terrenorum commodorum omnis eſt in homine dominatus. ibid. Omnia, quæ ſint in hoc mundo, quibus vtantur homines, hominum cauſa facta eſſe & parata. de Nat. 64 b, Chryſippus tibi acutè dicere videbatur, homo ſine dubio verſutus & callidus. & 65 a, Summo cruciatu ſupplicioque Q. Varius homo importuniſſimus perijt. & b, Atq; homo acutus cū benè pleneq; percepiſſet, in eadem ſentētia perſeuerabat. Off. 36 a, Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. Ep. 9 b, Qui à Senatu & ordinem coniunctiſſimum & hominem clariſſimum abalienarunt. Ep. 25 b, Fabio viro optimo & homine doctiſſimo familiariſſimè vtor. Ep. 26 a, Hominem adoleſcentem nō tam allicere volui, quàm alienare nolui. & b, Vt collectam gratiam florentiſſimi hominis effunderem. ibid. Noſti enim non modo ſtomachi mei, &c. ſed etiam oculorum in hominum inſolentium indignitate faſtidium. Ep. 36 a, Quæſo etiámne tu has ineptias, homo, mea ſententia, ſumma prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum vſu, addo vrbanitatem, &c. exiſtimas? Cùm ea conſecutus nondum eram, quæ ſunt hominum opinionibus ampliſſima. Ep. 37 a, Te hominem nō ſolùm ſapientem, verùm etiam vrbanum, non arbitror genere iſto legationum delectari. Ep. 38 a, Quare potes doctiſſimis hominibus autoribus, quorum ſunt de amicitia gerenda præclariſſimè ſcripti libri, genus hoc totum orationis tollere. Ep. 56 a, Ita vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus. Ep. 57 b, Et qui anteà aut obſcuris hominibus aut ſontibus opitulari poteram, &c. nunc vni omnium doctiſſimo & ſanctiſſimo, & maxima quondam gratia, & mihi certè amiciſſimo, ne benignè quidem polliceri poſſum. ibid. Quid ſit forti & ſapienti homine dignum. Ep. 61 b, Hominis importuniſſimi contumeliæ, quibus crebris concionibus me onerat. Ep. 66 a, Hominem vnū omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuas matresfamilias ſtuprauit, tot ciues Rom. occidit, arripuit, diſperdidit, regiones vaſtauit, *recipitis?* Simul verò ſemiſſis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Ep. 96 a, Sed homo acutus ei mandaſti potiſſimum, cui expediret illud vænire quàm plurimo. Att. 34 a, Populares iſti iam etiam modeſtos homines ſibilare docuerunt. Att. 90 a, Hominis nō nequam, ſed etiam tuo iudicio probati Dicæarchi tabulis credidi. Q. frat. 295 b, Si aut docti aut ſapientes homines eas *Reſpublicas* regere cœpiſſent, aut qui regerent, omne ſuū ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent. Q. fr. 296 a, Facilem te in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis admittendisque præbere, præclarum magis eſt quàm difficile.

† Syntaxis. *Quorum hominum ille ſit, ignoramus. Quid hominis ille eſt? Homo adoleſcens. Homo bellus & humanus, clarus & nobilis. Homo cum hominibus humana ſocietate coniunctus. Homo in geometria perfectus. Homo gratioſus & nauus, illuſtris honore ac nomine. Mortuus eſt, quia homo natus fuerat. Quid homo quiſquam poteſt? Homo voluptuarius. Homo nemo. Hominem certum de meis mittam. Hominem te non putabo, ſi, &c. Homo hac lege generatus, qui tueretur terram. ( Reliqua parum faciunt ad locutionem: rerum intelligentiam non parum interim confirmabunt.)*

HOMOLOGIA. L. CONVENIENTIA.

HOMVLVS, li. I. P. 92 a, * Quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus, dare hæc præclara præcepta ſapientiæ clariſſimo & ſummo imperatori?

HOMVNCIO, onis. Acad. 34 a, * Homuncio hic, qui multa putat præter virtutem homini partim chara eſſe, partim & neceſſaria.

HOMVNCVLVS, li. de N. 25 b, Homunculis ſimilem Deum fingere. Epiſt. 50 a, Hem, nos homunculi indignamur. *aliter, homuniculi. vide Victorianas caſtigationes.* * Tuſc. 240 b, Ex eadem vrbe humilem homunculum à puluere & radio excitabo, qui multis annis pòſt fuit, Archimedem. Tuſc. 151 b, Ea, quæ vis, vt potero explicabo: nec tamen quaſi Pythius Apollo, ſed vt homunculus vnus è multis probabilia coniectura ſequens.

HONESTANDVS, a, um. Off. 73 a, Quæcunque homines homini tribuunt ad eum augendum atque honeſtandum. Off. 28 a, Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. ad Her. 11 a, Rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſa.

HONESTAS, tis. *honeſtum, καλὸν, dignitas, decus, laus.* )( *Turpitudo.* Off. 59 a, Honeſtas omni pondere grauior eſt habenda, quàm cætera omnia: quod Ariſtoteli placet. Off. 2 a, In officio colendo ſita eſt vitæ honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. de Sen. 86 a, Eſt profectò aliquid natura pulcrum atque decorum, quod ſua ſponte petitur, quodq; ſpreta & contempta voluptate optimus quiſque ſequitur. *id eſt, honeſtas.* Off. 72 b, Nunquam poſſumus niſi in laude, decoro & honeſtate vtilia reponere. Att. 208 b, O' hominem amentem & miſerum, qui ne vmbram quidem vnquam τοῦ καλοῦ viderit: vbi enim eſt dignitas, niſi vbi honeſtas? pro Qu. 18 b, Quam exiſtimationem, quam honeſtatem in iudicium attulit, eam liceat ei ſecum ex hoc loco efferre. pro R. P. 129 b, Aliquis honeſtate ſpoliatus. pro Rab. 95 b, Virtus & honeſtas & pudor cum Coſs. eſſe cogebat. pro Seſt. 24 b, Cauſa in qua omnes honeſtates ciuitatis omnes ordines vnà conſentiunt. I. A. 211 b, Autoritas ſenatus, decus, honeſtatem, laudem, dignitatem deſiderat. de Fin. 72 a, Vna ſimplex poſita in decore tota. *id eſt, honeſtate.* 2. de Inu. Honeſtas cum vtilitate in deliberatiuo genere finis eſt. 2. de Inu. Honeſtas in demonſtratiuo cauſæ genere finis eſt. Top. & Partit. Honeſtas laudationum finis. Academ. q. ed 1. lib. 2, Honeſtas in voluptate contemnenda cōſiſtit. Off. 1, Omnis honeſtas manat à partibus quatuor: quarum vna eſt cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis. Off. 3. pro Arch. Honeſtas ſola in vita expetenda, vt Zenoni viſum eſt. de Fin. lib. 2, Honeſtas dictorum atque factorum. pro Flac. Honeſtas hominis. Tuſc. q. lib. 2, Honeſtatis ſi quaſi lumen aliquod aſpexerimus, nihil eſt quod, vt eo potiamur, non parati ſimus & ferre & perpeti. Tuſc. 187 b, Sumus natura ſtudioſiſſimi, appetentiſſimiq; honeſtatis. pro Roſc. Amer. Honeſtatem amittere. 7. Famil. Honeſtatem & facul-

& facultates tuas augeas: *id eſt, dignitatem.* Offic.4 b, His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quendam & ordinem adhibentes, honeſtatem & decus conſeruabimus. Acad.q.ed.1.lib.2, Honeſtatem cum voluptate, tanquam hominem cum bellua copulare. Acad.q.ed.1.lib.2, Qui honeſtatem cum primis naturæ commodis coniunctam, ſummum bonum ponunt, inuidioſum voluptatis nomen fugiunt, ſed in vicinitate verſantur. Tuſcul.q.lib.5, Honeſtate vna vitam contineri beatam. pro Muræn. Nolite per deos, &c. cum etiam cæteris antè partis honeſtatibus atq; omni dignitate, fortunaq; priuare. * Aca. Hominem natum ad nihil eſſe aliud, quàm honeſtatem: ipſam ſuo ſplendore in ſe animos ducere. Tuſcul. 187 b, Ex hoc curſu atq; impetu animorum ad veram laudem atq; honeſtatem illa pericula adeuntur in prælijs. Tuſcul. 188 b, Sed tamen hoc euenit, vt in vulgus inſipientium opinio valeat honeſtatis, cùm ipſam videre non poſſint. Q. fr. 318 a, Nunc hoc *atriolum* vel honeſtate teſtudinis, vel valde bonum æſtiuum locum obtinebit.

† Syntaxis. *Honeſtas hominis, atque teſtudinis.*

Honestatvs, a, um. Poſtqu. 204 a, Senatus à quo ſæpe magnificentiſſimis decretis ſumus honeſtati.

Honeste. *decorè, laudatè.* Anteq. 193 a, Honeſtè & laudatè acta vita. & Att. 87 a, Illi valde honeſtè ſe gerunt. Qu. fr. 320 b, & Sal. in Cic. 271 a, Id tectum nunc honeſtè vergit in tectum inferioris porticus. de Off. lib. 3, Honeſtius hic quàm R. Pompeius.

† Syntaxis. *(Vt honeſtas, ita honeſtè, de actione, de ædificio.)*

Honesto, as. *decoro. orno.* )( *Contamino.* pro Dom. 229 b, Vt acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honeſtes. pro Rab. 95 b, Imagine mortem alicuius honeſtare. I. C. 123 a, Tanta laus, quanta vos me veſtris decretis honeſtauiſtis. & ibid iterum. de Inu. 76, Honeſtare beneficium. I. C. 103 a, Qui Saturnini ſanguine non modò ſe nō contaminauerunt, ſed etiam honeſtauerunt. * Incert. Cæſar cùm quoſdam ornare voluit, non illas honeſtauit, ſed ornamenta ipſa turpauit. pro Dom. 228 a, Quo *die* me populus Rom. à porta in Capitolium, atque inde domum ſua celebritate lætitiaq; comitatum honeſtauit.

Honestor, ris. pro Mur. 141 a, Si interdum ad forum deducimur, ſi vno ſpacio honeſtamur.

† Syntaxis. *Hominem augere, & honeſtare. Rem honeſtare, & locupletare. Honeſtare beneficium, mortem.*

Honestvm. *decens, fas, æquum, rectum, decorū.* 2. de Inu. Quod autem totum aut aliqua ex parte propter ſe petitur, honeſtum nominabimus. de Finib. lib. 5, Honeſtum aut ipſa virtus eſt, aut res geſta virtute. 3. de Finib. 74 a, Honeſtum id intelligimus, quod tale eſt, vt detracta omni vtilitate, ſine vllis præmij fructibus, per ſeipſum poſſit iure laudari. Off. 1, 4 a, Honeſtū etiamſi nobilitatum non ſit, tamen honeſtum ſit: quodq; verè dicimus, etiamſi à nullo laudetur, laudabile eſſe natura. Offic. 1, Omnino illud honeſtum, quod ex animo excelſo magnificoq; quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. 1. de Leg. Honeſtum omne ſua ſponte eſt expetendum. Off. 1, Nihil honeſtum eſſe poteſt, quod iuſticia vacat. 10. ad Attic. Nihil bonum, niſi quod honeſtum. 5. Famil. Nihil vtile, niſi quod rectum honeſtumq; ſit. de Amic Neque quicquam niſi honeſtum & rectum ab altero poſtulabit. 14. ad Attic. Quid honeſtum mihi ſit, quid liceat, quid expediat. Off. 3, Quicquid honeſtum eſt, id vtile cenſuerunt Stoici. Tuſcul. q. libr. 5. Parad. Quod honeſtum, id ſolum bonum. Offic. 1, Quod honeſtū eſt, decet. Acad. q. ed. 1, li. 2, Honeſtū quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno ſtatuit finem eſſe bonorum. de Finib. lib. 5, Honeſtum quod ex virtutibus exoritur, & in his hæret, per ſe eſſe expetendum. Offic. 3, Quod honeſtum eſt, id eſt, maximè propter ſe expetendum. Off. 2, Quod honeſtum, id iuſtum. Off. 36 b, Quod decorum, honeſtumq; eſt, id per ſe nobis placet, animoſq; omnium natura & ſpecie ſua commouet. Off. 1, Omne quod honeſtum eſt, id quatuor partium oritur ex aliqua. *Partes verò illæ ſunt quatuor virtutes, iuſtitia, prudentia, fortitudo, modeſtia ſeu temperantia.* Off. 3, Honeſtum quod propriè vereq; dicitur, id in ſapientibus eſt ſolis, neq; à virtute diuelli vnquam poteſt. Offic. 1, Honeſtum, etiamſi in alio cernimus, tamen nos mouet, atq; illi, in quo ineſſe videtur, amicos facit. Attic. 258 b, Honeſtum & vtile inter ſe pugnare videntur. Offic. 1, Honeſti forma ſi oculis cerneretur, vt ait Plato, mirabiles amores excitaret ſapientiæ. Off. 3, Tanta vis eſt honeſti, vt ſpeciem vtilitatis obſcuret. de Finib li. 4, Honeſto nihil honeſtius. Tuſc. q. lib. 5, Honeſto detracto, quid poterit beatum intelligi? de Fat. lib. 1, Recta & honeſta quæ ſint. 1. de Leg. Honeſta in virtute ponenda, in vitijs turpia. 2. de Leg. Honeſta & turpia ad naturam ſunt referenda. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Honeſtis ſimilia ſunt quædam non honeſta, & bonis non bona & artificioſis minimè artificioſa. * de Fin. 61 b, Negant bonum quicquā eſſe, niſi neſcio quam illam vmbram, quod appellant honeſtum non tam ſolido quàm ſplendido nomine. Virtutem autem nixam hoc honeſto nullam requirere voluptatem.



† Syntaxis. *Honeſtum per ſe, ſua ſponte expetendum, propter ſe inſuper.*

Honestvs, a, um, ſsimus. *decorus, honoratus.* )( *Inhoneſtus.* de Clar. Qui honorem ſententijs & ſuffragijs adeptus eſt, is mihi & honeſtus & honoratus videtur. 5. Verr. Conuentus honeſtus Syracuſis. pro Mur. Numerius Suffucius honeſtus homo & nobilis. 12. Fam. Honeſtus vir. 5. Verr. Honeſta ciuitas pro Mur. & 1. de In. Ampla & honeſta familia. 13. Fam. Honeſtum municipium. 3. ad Her. Honeſtæ vtilitatis ſpecies. 2. Fam. Cæſarem honeſtum eſſe cupio. 11. Fam. M. Bruti & Caſſij, Cupimus in libera repub. magnum atq; honeſtum te eſſe. *id eſt, tueri dignitatem tuam.* 16. Fam. Si minus cum honeſto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius moueatur. Tuſc. quæſt. Qui quum eſſet bonis parentibus, atque honeſto loco natus, &c. pro Cecin. Honeſto & probabili nomine errorem obijci. 8. ad Att. Moderatori reip. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. Off. lib. 3, Multa quę honeſta natura videntur eſſe, temporibus fiunt inhoneſta. Poſtq. 209 b, Cuius diſceſſus omnibus honeſtis luctuoſus tandem viſus eſt. Lent. lib. 1, Poſt tuum diſceſſum is dies primus nobis honeſtiſſimus fuerat in Senatu. *id eſt, habitus eſt in magno honore.*

¶ *Modeſtus, moderatus, minimè turpi vita.* pro S. R. Is pro eorum honeſtate repugnabat, propter quos honeſtiſſimus ipſe inter ſuos numerabatur. ibid. Vir honeſtiſſimus, vita ruſtica honeſtiſſima. de Aruſp. reſp. Optimi & honeſtiſſimi ciues. 3. Verr. Quid eſt aliud omnibus omnia peccata & maleficia concedere, niſi hoc, hominum honeſtiſſimorum teſtimonijs, & virorum bonorum tabulis non credere? pro Mur. Conuiuium moderatum atq; honeſtum. 1. ad Her. Honeſtum genus cauſæ.

¶ *Iuſtus, conueniens, decens, dignus.* pro S. R. Aequa & honeſta poſtulatio. 3. ad Her. Honeſta vtilitas.

† Syntaxis. *Bonis parentibus, & honeſto loco natus. Honeſtus, & nobilis. Cupio te eſſe honeſtum: id eſt, ornare.*

Honor, ris. & Honos, ris. *ornamentum, gloria, laus, decus, amplitudo, dignitas, honeſtas.* de Leg. 182 a, Noſtis extra portam Collinam, ædem Honoris, aram in eo loco fuiſſe, memoriæ proditum eſt: ad eam cum lamina eſſet inuenta, & in ea ſcriptum: Lamina *(al. Domina)* Honoris, ea cauſa fuit ædis huius dedicandæ. de Cl. 291 a, Honos eſt præmium virtutis, iudicio ſtudioq; ciuium delatum ad aliquem. Tuſ. 148 b, Honos alit artes, omneſque incenduntur ad ſtudia gloria: iacentque ea ſemper, quæ apud quoſq; improbantur. Att. 2 a, θεῖον ἀγαθὸν ἡ τιμή. Epiſt. 49 b, Is qui verè appellari poteſt honos, non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium. & 246 b, Mores atque vitam ſpectari ſolere in honoribus habendis, vel non habendis. Anteq. 194 a, Qui ſunt aſſecuti ſummum gradum honoris, non diſpoliabuntur honore. pro Dom. 222 b, Illi, quorum vita remota ab hoc honore populari, ab hac illuſtri gratia eſt. Epiſt. 75 a, Habere honorem alicui. pro Fl. 155 a, Cui nullus honos in ſua ciuitate habitus eſt vnquam. pro Cæl. 38 a, Nemini vnquā præſenti Puteolani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio. I. A. 191 a, Vt pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur, & gratiæ referantur. pro S. R. 41 a, Viris fortibus honos habitus eſt. de N. 68 a, Vide ne virtutibus hominum iſti honores habeantur, non immortalibus. Att. 101 a, Chryſippum libenter vidi, & in honore habui. Att. 181 a, Vereor ne Cæſari nullus honos à ſenatu habeatur. Att. 283 a, Huic habiti à me honores nulli quidem Brute niſi debiti, nulli niſi neceſſarij. Quin. fr. 295 b, Aliquem eſſe diligentem, vt ſibi honores habeantur. Epiſt. 259 b, Curio miſi, vt medico honos haberetur. de Clar. 196 a, Ampliſſimos vel maximos honores alicui rei eſſe habitos. de Fin. 105 a, Tribuere honorem alicui. pro Plan. 272 b, Tribuere magnum honorem alicui. pro S. R. 41 a, Suum cuiq; honorem & gradum redditum eſſe gaudeo. I. V. 142 b, Mihi honorem illum non ſolùm datum, ſed etiam creditū ac commiſſum puto. I. V. 219 b, Mandare honores hominibus nouis. I. A. 181 a, Cur honorem Cæſari tua lege datum deſeri patimur? Epiſt. 149 b, Is enim honos mihi videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficij, ſed propter magna merita claris viris defertur & datur. pro S. R. 31 a, Serui apud eum ſunt in honore & precio. de Orat. 105 a, Hæc ars ſummo in honore ſemper fuit. Tuſcul. 149 a, In ſummo apud Græcos honore geometria fuit. de Cl. 176 a, Hic epilogus tanto in honore pueris nobis erat, vt eum etiā ediſceremus. de N. 5 a, Philoſophiæ quæ in honore ſunt. de Cla. 167 a,

Gorgias magno in honore fuit. pro S. R. 18 b, Qui apud vos in honore tanto ſunt. I. C. 111 a, Hic dies apud vos in honore eſſe debet. Tuſc. 148 b, Honorem poetis non eſſe. de Cl. 178 a, Iam tum honos erat eloquentiæ. Off. 45 b, Honori ſummo nuper noſtro Miloni fuit, quòd, &c. pro Mil. 120 b, Beatos eſſe quibus ea res honori fuerit à ſuis ciuibus. Epiſt. 107 b, Adducere aliquid in honorem. Att. 82 a, Ob hæc beneficia nullos honores mihi, niſi verborū decerni ſino. & 283 a, Decernere honores alicui. & 275 b, Accipere honores extraordinarios. & 279 a, ad Att. 135 b, Recipere honorem ab aliquo, id eſt, verbi gratia, vt ſis legatus alicui. de Ora. 105 a, Ampliſs. honoribus & præmijs decorari. I. V. 231 b, Qui honos apud Syracuſos eſt ampliſſ. de Orat. 105 a, Qui honos apud Græcos maximus haberetur. Orat. 208 b, Ornatus ille propter quem aſcendit in tantum honorem eloquentia. de Clar. 187 b, Aſcendere ad honores. pro Syl. 183 a, Nemo eſt ex illo honoris gradu. Att. 101 a, Honore augeri aliquem. de N. 77 b, Honoribus aucti, aut re familiari. de Ar. 257 a, Honorem augeri cupiam. pro Flac. 157 a, Homo ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu. de Inuen. 61 a, Homines honore vſi. *id eſt, qui magiſtratum geſſerunt*. I. A. 220 a, Quanquam hoc honore vſi togati eſſe ſoleant, cùm eſt in ſagis ciuitas. Epiſt. 9 a, Cùm honoribus ampliſſimis perfuncti eſſemus. Ep. 43 b, Curſus honorum. pro Deiot. 146 a, Cæſar Deiotarum ampliſſimo regis honore & nomine affecit. & ibi. Deiotarus honore ampliſſimo ornatus. pro S. R. 43 a, Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. de Nat 9 b, Res ſordidas deorum honore afficere. I. A. 222 a, Honorem mortuo, cui iniuriā viuo fecimus, faciamus. Ep. 149 b, Sit modò aliqua reſp. in qua honos elucere poſſit, omnibus mihi crede, ampliſſimis honoribus abundabis. Epiſt. 140 b, Nos autem ridiculè ſi dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem non præfamur: ſin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus eſt. pro Qu. R. 47 b, Hunc virum bonum eſſe dixiſti, & honoris cauſa appellaſti: quod nemo niſi aut honeſtiſſimo aut amiciſſimo facere conſueuit. pro S. R. 19 a, Vir fortiſſimus & clariſſimus L. Sylla, quem honoris cauſa nomino. I. A. 166 a, Qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit, is à te honoris cauſa nominatur. & ibid. b, Cur honoris cauſa à te ſunt appellati? I. V. 69 b, Curio, quem ego hominem honoris potius, quàm ignominiæ cauſa nominatum volo. * cont. Rull. 65 b, Se poſſe turbulenta ratione honori velificari ſuo. ibid. Quæ vitę via facillimè viros bonos ad honorem dignitatemq; perducat. de Prouinc. 75 a, Eum ad ſummum honorem Senatus deuocant. Poſtquam. 201 b, Qui veſtris maximis beneficijs honoribusq; ſunt ornati. de Nat. d. 69 b, Cuſtodia caſtrorum non honoris, ſed oneris exiſtimatur. ibid. Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam. pro P. Opp. Multum poſſe ad ſalutem alterius, honori multis fuit. pro M. Scau. Iiſdem honoribus vſus. Frag. ep. Quæ es ab Senatu ſummo cum honore conſecutus. de Conſolat. Huic idem honos certè dicādus eſt. 2. Academ. Qui ſerius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos. * de Clar. 196 a, Cùm iam honores & illa ſenior autoritas grauius quiddā requireret. Partit. 237 b, Commoditate aliqua *expetuntur bona*, quæ ſunt in corporis aut fortunæ bonis expetenda, quorum alia ſunt quaſi quodam modo cum honeſtate coniuncta, vt honos, vt gloria. ibid. Huic generi *hominum* laus, honor, gloria, fides, iuſtitia, omniſq; virtus proponitur. con. Rull. 66 b, Vt veſter honos ad mei temporis diem petitus non ad alienę petitionis occaſionē interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, ſed dignitate impetratus eſſe videatur. ibid. Quòd hoc honore ex nouis hominibus primū me, multis poſthabitis, affeciſtis. con. Rull. 75 a, Deniq; ſi quis eſt honos ſingularis, nihilne intereſt, vtrum populus Rom. eum cui velit deferat: an is impudenter populo Roman. per legis fraudem ſurripiatur? pro Seſt. 25 a, Scio quid grauitas veſtra, &c. quid honos meus poſtulet. & 26 b, Ad eam rationem, in qua multi homines noui & honore & gloria floruerunt. Q. fr. 295 b, Multò maiorem in his honoribus tuendis adhibere diligentiam debes. Et quidem de iſto genere honorum quid ſentirem, ſcripſi ad te antè. Semper eos putaui, ſi vulgares eſſent, viles: ſi temporis cauſa conſtituerentur, leues: ſi verò meritis tuis tribuerentur, exiſtimabam multam tibi in his honoribus tuendis operam eſſe ponendam. Q. fr. 296 a, Quid tantis honoribus debeas.

† Syntaxis. *Honorem alicui habere. In honore aliquem habere. Honorem alicui tribuere. Honorem & gratiam alicui reddere, dare, committere, credere, mandare, deferre. Eſſe in honore. Magnus diuitijs honor eſt. Honori hoc tibi erit à tuis. Id in honorem adductum. Honores accipere, recipere. In honorem, ad honores aſcendere. Honoribus augeri. Vti, perfungi honoribus. Honoris potius, quàm ignominiæ cauſa nominare.*

HONORABILIS, le. *honorificus: vnde honoris argumenta*. de Sen. Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur leuia atq; communia, ſalutari, appeti, deduci.

HONORANDVS, a, um. I. A. 202 a, & 203 a, Eundē ordinem tenebo in viris fortibus honorandis. I. A. 222 a, Mortem eius non luctu publico ſolùm, ſed etiam monumentis eſſe honorandam puto.

HONORARIVM, rij. *munus quod honoris cauſa datur*. I. P. 98 a, Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? aut honorarij? ſi quidem poteſt vi & metu extortū honorariū nominari.

HONORARIVS, a, um. *arbitri proprius*. pro Cec. 286 a, Hoc non honorariam operam amici, ſed ſeueritatē iudicis requirit. Tuſcul. 251 b, Quorum controuerſias ſolebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades.

* ¶ *Honorabilis*. de Opt. 243 a, Docere debitum eſt, delectare honorarium, permouere neceſſarium.

HONORATE, *honorificè*. I. A. 237 b, Multa & honoratè & honorificè de aliquo prædicare. *aliter, ornatè, non honoratè: & melius*.

HONORATVS, a, um. *qui in honore & precio eſt*. de N. 77 b, Dies, honoratus, incolumis. )( *Inglorius*. Att. 184 a, Dionyſius apud me honoratior fuit, quàm apud Scipionem Panætius. Offic. 28 a, Homo honoratus & princeps. pro Plan. 262 b, Præfectura honorata & ſuburbana. de Cl. 191 a, Qui honorem ſententijs & ſuffragijs adeptus eſt, is mihi & honeſtus, & honoratus videtur. Orat 199 b, Thucydides fuit honoratus & nobilis. de Senect. 81 b, Clarus & honoratus vir. * de Leg. 162 a, Beati qui honorati ſunt videntur: miſeri autem qui inglorij.

HONORIFICE, tius, ſsimè. *honoratè*. I. A. 213 a, Reſpondendum honorificè eſt Marrucinis. & 237 b, Multa & ornatè & honorificè de aliquo prædicare. Qu. de Pet. 211 b, Largè ac honorificè promittere aliquid. Att. 191 a, Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. Epiſt. 215 a, Nec liberalius, nec honorificentius tractari potuiſſe. Epi. 84 a, Cæſar nunquam niſi honorificentiſſimè Pompeium appellat. Att. lib. 14, 231 a, Vt me à te, cùm his verbis ſcripſeris, liberaliſſimè atque honorificentiſſimè tractatum exiſtimem.

HONORIFICVS, a, um. *decorus, dignus*. Attic. 83 a, Quod imperium videbatur illi ætati honorificum. I. A. 168 a, Nunquam ab eo mentio de me, niſi honorifica. I. V. 29 a, Verbum honorificum. Att. 7 b. Honorificus in aliquem. Off. 48 b, Eſt enim valde decorū, in externos hoſpitalem eſſe.

HONORO, as. *honorem habeo, honorem adhibeo, honeſto, in honore habeo, honorem facio, honorem debitum præſto, honore afficio, honorem tribuo, apud me in honore & precio eſt, honore augeo, honore ampliſſimo orno, honorificis verbis proſequor*. de Diu. 98 b, Amphiaraum ſic honorauit fama Græciæ, Deus vt haberetur. I. A. 165 a, Hic me non ſolùm meis laudibus ornat, ſed etiam honorat alienis. I. A. 221 a, Nemo tum virtutem non honorabat.

* HONOS, oris. vide HONOR.

HORA, ræ. Qu. fr. 308 a, Ea res acta eſt, cum hora ſexta vix Pompeius peroraſſet, vſque ad horam octauam. & ibid. Hora ferè nona Clodiani conſputare cœperunt. I. A. 175 a, Cùm hora diei decima ferè ad Saxa rubra veniſſet. pro Mil. 106 b, Fit obuiam ei Clodius hora ferè vndecima, aut non multò ſecus. I. V. 72 a, Nonæ ſunt hodie Sextiles: hora nona conuenire cœpiſtis. I. P. 82 a, Cùm ad te quinta ferè hora veniſſem. pro Qu. 4 b, Vt ad tabulam Sextiam ſibi adſint hora ſecunda poſtridie. Brutus ad Cic. lib. 2, Hora ante præſidium meum Pollentiam veni. ad Attic. lib. 12, Neque enim vlla hora tui mihi eſt operis ignota. Ep. lib. 9, Hora nona accubueram. Philipp. 6, Horam eximere. Philipp. 5, In horam viuere. I. V. act. 3, Ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. I. A. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. I. V. act. 6, Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebātur. ad Att. lib. 12, Horæ quibus expectabam, longæ videbantur. ad Att. lib. 4, Cùm horas tres ferè dixiſſet, coactus eſt aliquando perorare. Att. lib. 10, Ad horas tres dormijt. I. V. act. 3, Quum horis noſtris nos eſſemus vſi. * Ep. 245 a, Eranam, autem, &c. ex antelucano tempore vſque ad horam diei decimam, magna multitudine hoſtium occiſa cepimus. Epiſt. 253 a, Ego ſi ſemper haberem cui darem, vel ternas in hora darem, *ſc. literas*.

† Syntaxis. *Horam eximere, remittere. In horam viuere. Hora amplius iam ludunt. In hora ternas dedi literas. Suis horis vti.*

HORATIVS Cocles. de Leg. 171.

HORIZON, tis. *finiens*. de Diu. 127 b, Illi orbes, qui cœlum quaſi medium diuidunt, & aſpectum noſtrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominātur, à nobis finientes rectiſſimè nominari poſſunt, varietatem maximam habent, alijq; in alijs locis ſunt.

Hormē,es. L. Appetitio, & Appetitus, & ὁρμή.

Hornotinus,a,um. *huius anni*. I.V.157 a, Hoc quantum eſt ex Sicilia frumenti hornotini exarauerunt.

Horologium, gij. *ſolarium*. Epiſt. 265 b, Herologium mittam & libros, ſi erit ſudum.

Horrendus,a,um. *horrificus, horribilis*. Tuſcul.175 a, Nihil habet mors, quod ſit horrendum.

Horreo,es *cohorreo, formido, timeo*. I. V. 250 b, Cum eſſes in imperio, iam tum iudicium & crimen horrebas. Att.136 a, Ingrati animi crimen horreo. de Or.125 b, Quæ ego cum à te tractantur in cauſis, horrere ſoleo. de Fin.37 a, Horrere diuinum numen. Tuſcul.247 a, Horrere & reformidare dolorem. Att.134 a, Horrere minas alicuius. de Aruſp.252 b, Quod ſacrificium nemo vnquam vir aſpicere non horruit. Att.35 b, Hæc dominatio quorſum eruptura ſit, horremus. pro Dom. 241 a b, Horrere animo. Epiſt.96 b, Vt ipſam victoriam horrerem. Qu. frat.296 b, Quare nomen publicani neque ij debent horrere, qui ſemper vectigales fuerunt. I. A. 210 b, Periculosè dico: quemadmodum accepturi ſitis, horreo. de Finib. 59 b, Quod ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe & muniti videntur, deorum tamen numina horrent. de Nat.d. 30 a, Vno tempore florere, deinde viciſſim horrere terram. *hic aduerte, viciſſim: id eſt, mox: & contra.*

† Syntaxis. *Horrere & reformidare. Horreo illud aſpicere. Horreo, quorſum id euadat. Animo horrere.*

Horreſco, ſcis. *perhorreſco*. de Fin. 152 a, Qui ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt.

Horreum, rei. *cella*. contra Rull.84 a, Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani eſſe voluerunt. * I.V.151 a, Vt neq; in ſegetibus, neq; in areis, neq; in Horreis grano vno poſſet arator, ſine maxima pœna fraudare decumanum. con. Rull. 82 a, Vnúmne fundum, &c. horreum legionum diſperire patiamini?

Horribilis,le. *horrendus, horrificus, formidabilis*. Attic.96 b, Hæc ſpero falſa, ſed certè horribilia. de Orat. 107 b, Illud verò fuit horribile, quòd, &c. de Ar. 248 a, Exauditus eſt ſtrepitus quidam reconditus, & horribilis fremitus armorum. Attic.124 a, Cæſar monſtrum horribili vigilantia, celeritate, diligentia. de Finib.62 a, Horribilis formido. I. C. 99 b, Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infeſtam reipub. peſtem effugimus pro Font.281 b, Iratus animus, atque horribilis impetus cuiuſpiam. Epiſt. 77 b, Horribile ac pertimeſcendum. de Orat. 143 b, Horribiles & miſeri caſus aliquorum. Attic. 223 b, Horribile eſt quæ loquantur, quæ minitentur. pro Qu. 81 a, Horribile eſt cauſam capitis dicere. de Somn. 128 b, Tum rutilus horribiliſque terris Mars.

† Syntaxis. *Tetrum, horribile, cunctis infeſtum. Horribile ac pertimeſcendum. Horribile ac miſerum. Horribile eſt id audire, quæ dicas, & grauiſſimum.*

Horridè. *aſperè, duriter*. Orat. 199 a, Incultè & horridè dicere, vel viuere. pro Qu.10 b.

Horridulus,a,um. Attic.21 a, Quanquam illa tua mihi horridula & incompta viſa ſunt. Orat. 211 a, Orationes horridulæ.

Horridus,a um, *incultus, aſper, durus.*) (. *Nitens, nitidus*. pro Qu. 17 b, Vita horrida atq; arida mihi cordi eſt. Poſtquā 207 a, Cùm eum incultum, horridum, mœſtumq; vidiſſes. de Cl.175 a, Vir vt vita, ſic oratione durus, incultus, horridus. de Cl.170 b. Antiquior eſt eius ſermo, & quędam horridiora verba. Orat.198 b, Aſpera, triſtis, & horrida oratio. de Orat.147 b, Oratio de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua. de D.114 b, Iecur nitidum atque plenum.) (. *Iecur horridum & exile*. pro Cæl.44 a, Barba horrida. pro Mur.131 a, Horridus miles.

† Syntaxis. *Vita horrida & arida. Incultus, horridus, mœſtus. Durus, incultus, horridus vita & oratione. Aſpera, triſtis, horrida oratio, barba, miles.*

Horrifer,a, um. *horrificus*. Orat.211 a, Horriferum portentum. *Poetæ.*

Horrificus,a,um. pro Dom.225 a, Horrificum bellum. & in Arat.

Horriſonus,a,um in Arat.

*Et magis horriſonis Aquilonis tangitur alis.*

Tuſc.180 a, Horriſonum fretum.

Horror,oris *metus, frigus, vt in febri*. Att.122 b, Dij immortales quis me horror perfudit. Attic.188 a, Atticam doleo tandiu: ſed quoniā ſine horrore eſt, ſpero eſſe vt volumus.

Hortandi. Epiſt.256 a, Conſilium quod hortandi cauſa laudaui.

* Hortans, tis. Epiſt.188 b, *Caſſij*. Si contra importuniſſimos latrones arma cepi, te hortante & autore.

Hortatio, onis. *cohortatio*. Qu.fr.298 a, Non hortatione, neque præceptis, ſed precibus tecum fraternis ago. Epiſt.133 b, Quod cùm ita ſit hortatio non eſt neceſſaria, gratulatione magis vtendum eſt. * pro Cecin. 297 b, Nam cæteri tum ad iſtam hortationem (*alij orationem legunt*) decurrunt.



Hortator, oris. *ſuaſor, conſuaſor, autor*. de Orat.103 a, Cùm eius ſtudij tibi & hortator & magiſter eſſet domi. I. A. 235 a, Quanquam hortatore non egetis: ipſi enim veſtra ſponte exarſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatem. * Partit.283 b, Non ſupplex vt ad iudicem venit orator, ſed hortator atq; autor. pro Sex.Roſc. 36 b, Iſto hortatore, autore, interceſſore, ad Syllam legati non adierunt. Poſtq.199 b, Adiutores, autores, hortatoreſque ad me reſtituendum ita multi fuerunt.

† Syntaxis. *Adiutor, autor, hortator ad. Hortator, autor, interceſſor non faciendi.*

Hortatus, tus. *hortatio*. Epiſt.217 b, Id feci aliorum conſilio, hortatu, autoritate.

† Syntaxis. *Aliorum conſilio, hortatu, autoritate.*

* Hortenſianus, a, um. Attic.58 b, Quod me admones, vt ſcribam illa Hortenſiana. *id eſt, librum Hortenſium, qui philoſophiæ commendationem continebit.*

Hortenſius, ij. *orator*. Orat. 209 a, Dicebat melius quàm ſcripſit Hortenſius. pro Quint. 1 a, Eloquentia Q. Hortenſij ne me dicendo impediat. ibidem eum patronum diſertiſſimum vocat.

¶ *Liber Ciceronis*. de Diuin. 108 b, Nam & cohortati ſumus, vt maximè potuimus, ad philoſophiæ ſtudium eo libro, qui eſt inſcriptus Hortenſius.

Hortor, aris. *adhortor, ſuadeo, ſum autor, cohortor, excito, impello, acuo*. Epiſt.204 a, Hæc eò ſpectant, vt te horter & ſuadeam: reliqua ſunt quæ pertinent ad rogandum. de Pro.71, Hortari milites ad laudem. Attic.126 b, & Off.1 b, Magnopere te hortor, pro tuo ſingulari perpetuoq; ſtudio, vt, &c. Att. 111 b, Pacem quidem hortari non deſino. Quint. fr.29 a, Sed quid ego te hæc hortor? *aliter deeſt, hæc*. I. C. 99 b, Sin exieris (quod te iamdiu hortor) exhaurietur, &c. Ep.54 a, iiſdem igitur de rebus etiam atq; etiam hortor, quibus ſuperioribus literis hortatus ſum. de Finib.125 b, Te hortor, currentem quidem, vt ſpero. Ep.256 a, In excitando & acuendo plurimum valet, ſi laudes eum quem cohortere. Epiſt. 133 b, Quare quid eſt quod ego te horter, vt dignitati & gloriæ ſeruias? proponam tibi claros viros: quod facere ſolent, qui hortantur. * pro C. Corn.1, Legem dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus eſt.

† Syntaxis. *Vt te horter & ſuadeam. Pacem hortari, de pace.*

Hortulus, li. de Nat. 24 b, Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. pro Cl.25 a, Aſinius autem breui illo tempore quaſi in hortulos iret, in arenarias quaſdam extra portam Eſquilinam perductus occiditur. de Finib. 124 b, * Cuius *Platonis* etiam illi hortuli propinqui nō memoriam ſolum mihi afferunt: ſed ipſum videntur in conſpectu meo ponere. Acad. Conuocata de hortulis in auxilium quaſi libera turba temulentorum. Off.63 b, Dictitabat ſe hortulos aliquos velle emere, quo inuitare amicos; & vbi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. ibid. Vt ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur. ibid. Cymbarum ante hortulos multitudo. de Orat. 148 b, Non repelletur philoſophia inde, quò aggredi cupiet, ſed in hortulis quieſcet ſuis, vbi vult? vbi etiam recubans molliter & delicatè, &c.

Hortus, ti. Ep.263 b, Phædrum excita, vt hortum ipſe cōducat, ſic olitore commouebis. de Senect.8.9 a, Iam hortū ipſi agricolę ſuccidiam alterā appellant. pro R.P.126 b, Deliciarū cauſa & voluptatis quoſdā in hortis aut ſuburbanis ſuis cū mitrella ſæpe videmus. Quint.fr.320 b, Nunc domus ſuppeditat mihi hortorū amœnitatem. Att.191 b, Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. pro Cœl.45 a, Fuiſti nonnunquā in iiſdē hortis viſa nobilis mulier. ibid. Habes hortos ad Tyberim: ac diligenter eo loco præparaſti. & b, Cuius in hortos, domū, Baias, iure ſuo libidines omnium cōmearent. I. A.254 b, Paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrabit. de Fin.124 b, Sum multum cū Phœdro in Epicuri hortis, quos modò prætcribamus. de Off. 63 b, Dixit venales quidē ſe hortos nō habere, ſed licere vti Cannio, ſi vellet, vt ſuis: & ſimul ad cœnā hominē in hortos inuitauit in poſterum diem. Ep.263 b, Helluo nequiſſimus H-S.C.C. dabat, nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa. Att.106 a, Labieni diuitiæ & Mamurræ placeant, & Balbi horti. Att. 150 a, Cui Cn. noſter locū, vbi hortos ædificaret, dedit. & 189 a, Animus in hortis *eſt*: quos tamen inſpiciam. Att.193 a, De hortis etiā atq; etiā rogo. ibid. A quo emero *hortos*, &c. Si tu me adiuuas, paratiſſimi ſunt. Druſia enim cupit vedere. & b, Qui præfuerit hortis. ibid. De Druſi hortis, quanti licuiſſe ſcribis, id ego quoq; audieram. Att.194 a, Nec tamen iſta pretia hortorū pertimueris & b, Druſianis hortis multò antepono, neque ſunt vnquam comparati. Att.195 a, Si perficitur de hortis Silij, hoc eſt, ſi perficis. Attic.196 a,

De hor-

De hortis quæſo explica. & b, Quæris à me, quod ſummum pretium conſtituam, & quantum anteire ipſos hortos Druſi. Attic. 198 b, Si nihil mihi hortorum inuenis: qui quidem tibi inueniendi ſunt. ibid. Hortos mihi conficias neceſſe eſt. Maxima eſt in Scapulæ *hortis* celebritas, propinquitas. ibi. Si quid de Scapulanis *hortis* poſſumus. Att. 199 a, Si iſtos hortos partibus quatuor factis liceri cogitãt. &c. Sin venibunt. & b, De Druſi hortis, quamuis ab his abhorreas: tamẽ eò confugiam. Att. 201 b, Videbis etiã Trebonianos *hortos*. Att. 213 b, Sed redeo ad hortos. ibid. Hortos quoniã hodie eras inſpecturus. Att. 214 a, De hortis ex tuis literis cognoui, & Chryſippo in villa. & b, De hortis ſatis. Att. 220 a, De hortis Cluuianis egit cum Balbo. Att. 231 a, Conſcendens ab hortis Cluuianis in phaſelum.

HOSPES, tis. *is apud quem alius diuerſatur, aut qui diuerſatur.* de Diuin. 125 a, Deiotarus Cæſarem eodem tempore & hoſtem & hoſpitem vidit. Offic. 76 b, Quanquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hoſpites erunt recipiendi. pro Milon. 107 b, An verò tu ſolus ignoras? tu hoſpes in hac vrbe verſaris? pro Rab. 96 b, Adeóne hoſpes huius vrbis? adeóne ignarus es diſciplinæ conſuetudinisque noſtræ? vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magiſtratum gerere videare? Attic. 93 a, Eſt enim aliquid, aduenientem non eſſe peregrinum atque hoſpitem. cont. Rul. 85 a, Nos autem iam nõ hoſpites, ſed peregrini atque aduenæ nominabamur. de Or. 103 b, Fateor oratorem nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atq; hoſpitem in agendo eſſe debere. & 92 a, Qui nuper Romæ fuit Menedemus hoſpes meus. pro Deiot. 145 a, Per dexteram te iſtam oro, quam hoſpes hoſpiti porrexiſti. Off. 28 a, Domus, in quam & hoſpites multi recipiendi, & admittenda hominum cuiuſq; generis multitudo. Epi. 138 b, Habuiſſes non hoſpitem, ſed contubernalem. & 83 a, Ex multis hoſpitibus, qui ad me ex Aſia venerunt, audiui te, &c. de D. 91 a, Diuertere ad hoſpitem. de Finib. 125 a, Non antè ad hoſpitem diuerti, quàm, &c. ad Heren. 40 a, Habere hoſpites domi. Epiſt. 143 a, & 212 a, Accipere hoſpitem. in Verr. 89 a, Recipere hoſpites. ad Her. 38 b, Deinde caſu veniunt hoſpites homini. pro Cl. 52 b, A. Binnius quidam caupo multorũ hoſpitum. *I. V. 88 b, Deducitur iſte ad Ianitorem quendã hoſpitem: comitesq; eius item apud cęteros hoſpites collocantur. I. V. 89 a, Cùm ſuæ partes eſſent hoſpitum recipiendorum. & 127 a, Tum homo nefarius de homine nobili atque id ætatis, ſuoq; hoſpite, virgis ſupplicium crudeliſſimè ſumeret. pro Clu. 53 a, Qui illius Capacis hoſpes fuit. & 58 b, Nemo ex tot hoſpitibus inuentus eſt, qui non contagionẽ aſpectus fugeret. Nocti ſe potius ac ſolitudini, quàm vlli aut vrbi aut hoſpiti cõmittebat. Acad. 40 b, Nos in noſtra vrbe peregrinantes errantesq; tanquam hoſpites, tui libri quaſi domũ deduxerunt, vt poſſemus aliquando qui & vbi eſſemus agnoſcere. de Diuin. 125 a, Spoliatũ reliquit & hoſpitem & regem. Off. 46 b, Patêre domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus. Ep. 212 a, Familiaritas tanta nullo cum hoſpite. & 219 a, Antiquus eſt hoſpes meus. & b, Hippiam hoſpitem & neceſſarium meum tibi commendo maiorem in modum. Att. 221 b, Dida hoſpitibus totam villam conceſſit. ibid. Hoſpitem mihi tam grauem ἀμεταμέλητον. Att. 222 a, Homines viſi ſumus: hoſpes tamen non is, cui diceres, Amabo te, eodem ad me cum reuertere: ſemel ſatis eſt. ibid. Delectatus eſt, & libenter fuit.

† Syntaxis. *Hoſpes vrbis, in vrbe. Hoſpes & peregrinus in philoſophia. Diuertere ad hoſpitem.. Habere, accipere, recipere hoſpites.*

HOSPITA, tæ. Attic. 68, Atilla, Ego ipſa ſum, inquit, hoſpita. I. V. 127 a, Contemnere etiam ſignum illud Himeræ iam videbatur, quòd eum multo magis figura & lineamẽta hoſpitę delectabãt. *I. V. 113 a, Nihil de ſocru tua fœmina primaria Seruilia vetere Dionis hoſpita audiſti?

HOSPITALIS, le: ſsimus. *qui libenter hoſpites recipit:* Offic. 46 a, Cimon in ſuos curiales Laciadas hoſpitalis fuit. contra Rul. 75 a, Illa ipſa ſedes hoſpitalis, in quam erit deductus. I. V 211 a, Non dubitauit illud inſigne penatium hoſpitaliumque deorum ex hoſpitali menſa tollere. pro Cæl. 48 b, Tua hoſpitalis illa Venus. I. V. 89 a, Homo, qui ſemper hoſpitaliſſimus amiciſſimusq; noſtrorum hominum fuiſſet. & 206 b, Domus omnibus apertiſſima & perhoſpitalis. Qu. frat. 313 b, Sed non faciam, vt illum offendam, ne imploret fidem Iouis hoſpitalis. pro Deiot. 147 a, Si te palàm interemiſſet, Iouis quidem illius hoſpitalis numen nunquam celare potuiſſet. de Finib. 104 a, Iupiter hoſpitalis.

HOSPITALITAS, tis. Off. 46 b, Rectè à Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas: eſt enim valde decorum, patére domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus.

† Syntaxis. *Homo hoſpitalis, ſedes, deus. Bonorum virorum amiciſsimus & hoſpitaliſsimus.*

HOSPITIVM, tij. *diuerſorium, familiaritas, amicitia, domus quæ gratis & libenter amicis patet, ſedes hoſpitalis.* Epiſt. 212 a, Cum Lyſone eſt mihi hoſpitium vetus: quam ego neceſſitudinem ſanctè colendam puto. Att. 223 a, Pyliæ paratum eſt hoſpitium. Qu. frat. 293 a, Optimum quenq; hoſpitio amicitiaq; coniungi dico oportere. pro Cor. 63 a, Gaditani cũ L. Cornelio publicè hoſpitium fecerunt. I. V 233 b, Decernunt ſtatim, vt L. fratri hoſpitium publicè fieret. pro S. R. 21 a, S. Roſcius florens gratia atque hoſpitijs nobiliſſimorum hominum: nam cum Scipionibus erat ei non modò hoſpitium, ſed etiam domeſticus vſus & conſuetudo. de D. 125 a, Cæſar à Deiotaro magnificentiſſimo hoſpitio acceptus eſt. I. A. 244 a, Tota familia occurret, hoſpitio inuitabit. pro Deiot. 145 a, Tu illius domum inire, tu vetus hoſpitium renouare voluiſti. pro Deiot. 151 a, Deiotarus, quo cũ mihi amicitiam reſpub. conciliauit, hoſpitium voluntas vtriuſq; cõiunxit. I. V. 126 b, Renunciare hoſpitium alicui, & domo emigrare. de Or. 130 b, Atqui non nimium liberale hoſpitium meum dices. nam te ſimulac, &c. extrudam & eijciam. Att. 32 b, Te hoſpitio agreſti accipiemus. de Sen. 94 b, Ex vita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquã ex domo: commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. *I. V. 113 a, Se de his Dionis incommodis pro hoſpitio, quod ſibi cũ eo eſſet, iam antè cognoſſe. in Catil. 123 b, Pro clientelis hoſpitijsq; prouincialibus, quæ tamen vrbanis opibus nõ minore labore tueor quàm cõparo, &c. nihil aliud à vobis, niſi huius tẽporis totiusq; mei conſulatus memoriam poſtulo. pro Cæl. 42 a, Qui cùm doctrinæ ſtudio atq; humanitatis, tum etiã hoſpitio Dionis tenebantur. Ep. 218 b, In Haleſina ciuitate cõiunctiſſimos habeo & hoſpitio & familiaritate M. & C. Clodios. Ep. 219 a, Auitum mihi hoſpitiũ eſt cum Lyſone. ibid. Antiquus eſt hoſpes meus, & præter hoſpitiũ valde etiam familiaris. ibid. Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt. Attic. 221 b, Ad Murenam de hoſpitio ſcripſeram. & 222 a, Habes hoſpitium ſiue ἐπισταθμείαν.

† Syntaxis. *Coniungere ſibi aliquem hoſpitio. Facere cum aliquo hoſpitium. Florere hoſpitijs principum virorum. Hoſpitio accipere, inuitare, renunciare.*

HOSTIA, ſtiæ. *victima.* de L. 175, Quibus hoſtijs immolandum, cuiq; deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui fœminis. contra Rull. 85 a, Erant hoſtiæ maiores in foro conſtitutæ, quæ ijs prætoribus de tribunali, ſicut à nobis conſulibus de conſilij ſententia probatis, ad præconem & tibicinem immolabantur. de L. 173 b, Quæ cuiq; Diuo decoræ grataeq; ſint hoſtiæ, prouidendum. de D. 99 b, Hetruſci religione imbuti, ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant. de D. 101 à, Cùm cenſor populum luſtraret, bonis nominibus, qui hoſtias ducerent, eligebantur. pro Font. 280 a, Humanis hoſtijs deos placare. de In. 74 a, Præbere hoſtias ad ſacrificium. Attic. 2 b, Adducere hoſtias ad montem Albanum. * pro Clu. 58 b, Neq; ad ſcelus perficiendum cæſis hoſtijs *Deorum mente* poſſe placari.

† Syntaxis. *Hoſtiæ decoræ grataeq; Deo. Hoſtias adducere, ducere, præbere, cædere.*

HOSTIENSIS, ſe. pro Pom. 10 a, b, Nam quid ego Hoſtienſe incommodum querar? Att. 194, pro Mur. 128.

HOSTILIS, le. *inimicus, infeſtus.* de In. 61 b, Hoſtili in terra turpiter iacuit inſepultus. Attic. 275 a, Hoſtilis animus in remp. itẽ: Ea in hũc hoſtili odio eſt. pro R. 95 b, Homo hoſtilem in modum ſeditioſus. Offic 75 b, Pactiones bellicas & hoſtiles perturbare. Antequam. 192 b, Hoſtilis ciuium mens. de Pro. 76 a, Hoſtilem in modum vexari.

HOSTILITER. *hoſtilem in modũ, inimicè, infeſtè, iniquo animo.* in Ant. 199 a, Quid ille fecit hoſtiliter, quod hic nõ faciat?

† Syntaxis. *Eſſe in aliquem odio hoſtili. Hoſtilem in modum ſeditioſus.*

*HOSTILIVS, a, um. de Fin. 124 b, Equidem etiã curiam noſtram, Hoſtiliam dico, non hanc nouam, &c. Solebam intuens Scipionem, Catonem, &c. cogitare.

HOSTIS, ſtis. *perduellis, inimicus, qui contrà arma fert, qui bellum patriæ indicit.* Off. 8 b, Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam mitigante: hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. I. V. 112 a, & 116 b, Verres communis hoſtis omniũ prædoq; fuit. in Ant. 263 a, Hircius hoſtes proſtrauit, fudit, occidit. pro Do. 226 a, Iſte nõ hominibus, ſed virtutibus hoſtis ſemper fuit. in Ant. 172 b, Quis tam dijs hominibusq; hoſtis? qui auderet, &c. Offic. 46 a, Eumq; qui faciat, cõmunem hoſtẽ tenuiorũ putãt. de Fin. 131 a, Quotieſcunq; dicetur malè de ſe quis mereri, ſibiq; eſſe inimicus atque hoſtis. I. V. 120 b, Ille aſpicere te non poſſet, inimicus & hoſtis eſſet. de In. 61 a, Inimicis atque hoſtibus ea diſplicent. pro Mil. 109 a, Cn. Pompeius Clodij hoſtis. Att. 248 a, Ex eo ſibi illum hoſtem. *id eſt, inimicum.*

Epiſt.42 b,Si tibi,cui ſum amiciſſimus,hoſtis eſſem,placarer tamen,&c. *I.V.119 a, Mithridates in Aſia Mutia nón ſuſtulit hoſtis, & hoſtis in cæteris rebus nimis ferus & immanis,tamen honorem hominis Deorum religione cõſecratum violare noluit. in Catil.105 a, Quòd tam capitalẽ hoſtem nõ comprehenderim potius quàm emiſerim. I.A. 170 a,Quod in hoſtem togatum decerni eſt ſolitum more maiorũ. um c59 a,Qui legati illi hoſti ac parricidæ denunciarẽt.& ocus Quouſq; igitur is,qui omnes hoſtes ſcelere ſuperauit, ... mine hoſtis carebit? Niſi mucrones etiã noſtrorum militũ tremere vultis, & dubitare, vtrum in ciue an in hoſte figantur. Supplicationẽ decernitis, hoſtem non appellatis. I.A.260 a,Non eſt hoſtis putandus. Si verò coloniarũ & municipiorũ ſine illa dubitatione hoſtis eſt: quid tandẽ huius cenſetis vrbis? ibid. Quid hoc biduo timuerimus à domeſticis hoſtibus; id eſt, qui intra mœnia hoſtes ſunt.Off.8 b,Iure pugnare cum hoſtibus nõ poterat. ibid. Negat ius eſſe,qui miles non ſit,pugnare cum hoſte. ibid. Status dies cum hoſte. Itemque, Aduerſus hoſtem æterna autoritas.Off.9 a,Si quid ſinguli temporibus adducti hoſti promiſerint.ibid.Fidem hoſti datam fallere.Offic.16 b, Temerè in acie verſari, & manu cum hoſte confligere. de Amic.103 b,Ad hoſtes ſe contulit.

† Syntaxis. *Hoſtis omnium,omnibus. Inimicus & hoſtis. Hoſtis Clodij Pompeius. Hoſtis capitalis.*

HVC. *ad hæc,ad hanc rem*,Epiſt.8 a,Huc te pares,hæc cogites, ad hæc te exerceas.

¶ *Horſum*. Off.20 a,Pars,quæ hominẽ huc & illuc rapit. de Orat.100 a, Aliquem erectum & celſum huc atq; illuc intueri. Att.143 b,Ne curſem & huc & illuc deterrima via.

¶ *Ad hunc terminum*. I.C.195 a,Rem huc adduxi,vt,&c.

HVCCINE. I.V.269 a,Huccine tandem omnia reciderunt?

HVI. *admirantis & optantis interiectio.* Attic.95 b, Videbam ſermones,hui fratrem reliquit. & 73 b, Hui totiéſne me literas dediſſe Romam,cùm ad te nullas darem? Att.216 b, Hui ſi ſcias quanto periculo tuo,&c.& 250 b,Sed quis hui non dicat? Epiſt.124 a,Hui vereor ne,&c. Epiſt.254 b,Hui quam velim ſcire,vtrum,&c.

HVIVSMODI. *id genus,huius exempli.* de Leq.179 a,Ep.233 b, Nec miror, ſed mœreó caſum huiuſmodi. Top.224 b, Et cætera generis eiuſdem. Attic.207 b, Antea orationes aut aliquid id genus ſcribebam.

HVMANE. *humaniter,benignè.* Attic.249 b,Seſtius quod Puteolis proſequitur,humanè: quod queritur,iniuſtè.& I.A. 255 a,Attic.201 b,Feciſti humanè.

¶ *Vt humana poſtulat ſors*. Tuſc.189 a, Græci morbos toleranter atque humanè ferunt.

HVMANITAS,tis. *humana natura ingeniumq́;*.pro S.R.28 b,Magna eſt enim vis humanitatis,multũ valet communio ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura. pro Flac.151 a,Tamen ciuis à ciuibus cõmunis humanitatis iure ac miſericordia deprecarer,ne,&c.pro Syl.179 a,b, Peterẽ veniam errato meo ex intimis veſtris cogitationibus, & ex humanitate cõmuni. pro Qu.9 a, Hæc in homines alieniſſimos, deniq; inimiciſſimos,viri boni faciunt,& hominũ exiſtimationis, & cõmunis humanitatis cauſa: vt cũ ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſis iure incõmodi cadere poſſit. pro Dom.232 b, Tam amãs tuorum ac tui, quàm cõmunis humanitas poſtulat. de Orat. 89 b, Quæ niſi naturas hominũ, vimq; omnẽ humanitatis,cauſasq́; eas quibus mentes aut incitantur aut reflectũtur,penitùs perſpexerit, dicendo quod volet, perficere nõ poterit. * Att.204 b,Ad iſta obduruimus,& humanitatem omnẽ exuimus pro Ligar.139 a,Nónne omnẽ humanitatẽ exuiſſes? pro Quint.18 a, Si nõ hominis,at humanitatis rationẽ haberet. de Leg. 177 a, Quibus *myſterijs* ex agreſti immaniq; vita exculti ad humanitatẽ & mitigati ſumus.

¶ *Ad hæc,facilitas,lenitas, placabilitas,manſuetudo,comitas, vrbanitas,ſuauiſſimi mores, benignitas,manſuetudo morum ac facilitas,ſuauitas ſermonum atq; morum,lepos.* Epi.61 a,Cognoſce nunc humanitatem meam: ſi humanitas appellanda eſt, in acerbiſſima iniuria remiſſio animi ac diſſolutio. Ep.57 a, Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatem. Att.104 a,b, Tyronem propter humanitatem & modeſtiam malo ſaluum, quàm propter vſum meum. Attic. 68 b, Humanitas in meo iudicio illo die defuit. de Or. 87 a,Tanta in Craſſo humanitas fuit. pro S R.25 b,Natura tibi dedit,vt humanitatis non parum haberes. Qu.fr. 295 a, Nos ei generi hominum præſumus, non modò in quo ipſa ſit,ſed etiam à quo ad alios perueniſſe putatur humanitas.& ibid.Tribuere humanitatem alicui.Off.36 b,Tantaq́; pœna eos afficiamus,quantùm æquitas humanitasq; patitur. de Orat.139 a,Nullum eſt vitæ tempus,in quo nõ deceat lepórem humanitatemque verſari. pro Mur.159 b, Nemo Catone proauò tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationẽ humanitatis. pro Syll.182 b, Tamen humànitate adductus eum defendit. pro Syl.85 a, In veſtra manſuetudine atque humanitate totam cauſam repono. Epiſt.199 b,Vt ſumma ſeueritas ſumma cum humanitate iungatur. & 6 b, Off.13 a, Non modò id virtutis non eſt,ſed potius immanitatis,omnem humanitatem repellentis. de Orat.116 b, Quorum alterum diuinitatis mihi cuiuſdam videtur, alterũ humanitatis. de D.125 a, Placet igitur humanitatis expertes, habere diuinitatis autores? * Attic.264 b, Noui humanitatem tuam. * de Orat. 122 b, Non tulit illos hæc ciuitàs aut gloria clariores, aut autoritate grauiores, aut humanitate politiores P. Africano I. V.228 a,In hac partitione ornatus non plus victoria Marcelli populo Ro.appetiuit, quàm humanitas Syracuſanis reſeruauit. pro Rab. 96 a, In quo ſumma ſapientia, eximia virtus, ſingularis humanitas fuit. in Vat.30 a, Nemo humanitatẽ, nemo conſuetudinem meam, nemo cõſilium,nemo auxilium requirebat.pro Lig.139 b,Suam citiùs abijciet humanitatẽ,quàm extorquebit tuam.de Leg. 184 a, Cuius & vita & oratio conſecuta mihi videtur difficillimam illam ſocietatem grauitatis cum humanitate. Epiſt.214 a, De quo etſi prò tua facilitate & humanitate purgatum ſe tibi ſcribit eſſe. Attic.6 a, Si humanitati tuæ conſtare voles. Attic.262 b, Quod tua ſingularis humanitas ſuauiſſimiq́; mores à te eſſent impetraturi. Q. frat.294 b, Tuo toto in imperio nihil acerbum eſſe, nihil crudele, atque omnia plena clementiæ,manſuetudinis,humanitatis. Q. frat.295 a, Tamen eſſet humanitatis tuæ,conſulere,&c. & b, Cui in doctrina,cui in virtute atque humanitate percipienda plurimum à pueritia ſtudij fuiſſet & temporis. Q. frat.297 a, Omnes ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant.

¶ *Eruditio, doctrina: παιδείαν Græci dicunt.* de Or.115 a, Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum & pollitioris humanitatis expers. pro Ar. 165 b, Omnes artes quę ad humanitatẽ pertinent,habent quoddam commune vinculũ, & quaſi cognatione quadem inter ſe continentur.pro Ar.186 a,Artes,quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. Qu.de Pet.210 a, Deinde habebis tecum ex iuuentute optimum quenq; & ſtudioſiſſimum humanitatis. de Orat. 107 b, In omni recto ſtudio atque humanitate verſari. I.V. 223 a, Tu ſine vlla arte,ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis ſolus iudicas? pro Mur.138 b, De ſtudijs humanitatis.pro Cæl.42 a, Studium doctrinæ atque humanitatis. ibid. Qui in hac ſuauitate humanitatis, qua propè iam delectantur homines,verſari periucundè ſolet. * Ep.262 b, Excita ex ſomno tuas literas humanitatemque, propter quam mihi es chariſſimus.

† Syntaxis. *Ex communi humanitate veniam petere ſuo errato. Humanitas & modeſtia. Humanitas & ſuauiſſimi mores. Lepor & humanitas. Humanitas politior. Humanitate politus.*

HVMANITER. *humanè,benignè.* Qu.frat 306 b,Sed fecit humaniter Licinius,qui ad me venit.

¶ *Vt hominum conditio poſcit.* Ep.95 b,Humaniter viuere. Att. 2 a, Sin aliter acciderit, humaniter feremus. Att. 228 b, Si humaniter,& ſapienter,& amabiliter in me cogitare vis.

HVMANITVS. *humano more,vt ſolet,vt ferè fit.* I. A.154 b, Si quid mihi humanitùs accidiſſet, multa autem impendére videbantur præter naturam,præterq́; fatum.

HVMANVS,a,um *ad hominem pertinens.* de Somn.129 a,Qui in vita humana diuina ſtudia coluerunt. & 128 a,Ne munus humanum aſſignatum à Deo defugiſſe videamini. de Or. 87 b, Homines à fera agreſtique vita ad humanum cultum ciuilemq́; deducere. pro S.R.28 b, Aliquis humana ſpecie ac figura, qui immanitate beſtias vicerit. Attic.247 b, Sed humana ferenda. & 244 a, Sed hæc quidem humana. & 188 b, Tuus dolor humanus is quidem eſt. Off.35 a, Humanum genus.& de Finib.107 a.

¶ *Affabilis,benignus,comis,blandus, facilis, commodus, vrbanus.* de D.80 a,Gens humana atq; docta.) (*Immanis atq; barbara.* Att.263 b,Vir facillimus atq; humaniſſimus. de Senect. 89 b, Comes, benigni, faciles,ſuaues homines, qui, &c. & ibid. Cyrum omnibus in rebus comem erga Lyſandrum, & humanum fuiſſe. I.V.223 a,Homo doctiſſimus atq; humaniſſimus.Par.231 b,Animus humanus ac liberalis.Tuſ. 231 b,Humanus animus.

¶ *Homo mortalis.* Att.211 a,Poſſum falli,vt humanus.

HVMATIO,onis. *ſepultura.* Tuſcul.170 b,Aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimo. * Tuſcul. 171 a, Tota de ratione humationis vnum tenendum eſt, ad corpus illam pertinere.

HVMATVS,a,um. *ſepultus.* de L.181 b, Et quod nunc communiter in omnibus ſepultis eſt, vt humati dicãtur,id erat proprium tum in ijs, quos humus iniecta contegeret. de N.71 a, Is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe Cynoſuris.de Di.98 b,Locus in quo quis humatus eſt.

HVMERVS,ri. *ſuprema brachij ſedes.* de N.58 a,In bobus vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. Tuſcul. 182 a,Nam ſcutum,galeam, gladium in onere noſtri milites nô plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. I.V.217 a,Sagittæ pendebāt ab humeris. Sal. in Cic.271 b, Italia Ciceronē exulem humeris ſuis, reportauit. de Orat. 104 b, Cùm Galbam pupillum penè in humeros extuliſſet. de Seneĉt. 83 a, Cùm humeris bouē ſuſtineret viuum. de Ar. 258 a, Vix hæc innixa in noſtris humeris cohærebunt. pro Flacc. 164 a, Reſp. quam vos vniuerſam in hoc iudicio veſtris humeris, veſtris inquam humeris iudices ſuſtinetis. * pro Mili106 a, Tota vt comitia ſuis, vt dictitabat, humeris ſuſtineret. Att.90 b. Itaq; ſine vlla ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerunt.

† Syntaxis. *Humeris reportare. In humeros efferre. Innixum in humeris cohærens. Iudices humeris Remp. ſuſtinent.*

HVMIDVS,a,um. *humorem habens, aereus.* Tuſc.150 b, Terrena & humida ſuopte nutu in terram feruntur. de N.66 a,Natura animantis vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. in Verr.85 a,Ignem ex lignis viridibus atq; humidis fieri iuſſit. in Arat. Humida aurora.

HVMIFER, a,um. de D.83 a.

*Naribus humiferum duxêre ex aëre ſuccum.* Poëtæ.

HVMILIS,le. *demiſſus, loci ratione abiectus, iacens.* Tuſcul.235 b, Vites,& ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere à terra altius poſſunt.

¶ *Conditione, ſtatu, fortuna, ſorte, demiſſus.)(. Ampliſſimus.* de L. 158 b, Quæ & conſcripta ſunt à multis, & ſunt humiliora quàm ea, quæ à nobis expectari puto. de Am.102 a, Qui ſuas cogitationes omnes abiecerunt in rem tam humilē, tamq; contemptam. Poſtquam. 206 a, Aliquorum mentes Anguſtæ & humiles. de Am,101 b, Humilis ſanè & minimè generoſus, vt ita dicam, ortus amicitiæ. pro Arc.187 b, Homo mediocris, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. Att. 229 b, Semper ſtatui, non eſſe inſectandos inimicorū amicos, præſertim humiliores. I. A.176 a, Quis vnquam apparitor tam humilis, tam abiectus. de Or.190 a, Verbum durum, inſolens, & humile. Orat.215 b, Oratio humilis, abiecta.)(. *Alta & exaggerata.* de Cl. 166 b, Nemo eſt tam humilis, quin, &c. Attic.121 b, Nunquam ego cuiquam tam humili, tam ſordido, tam alieno, tam præciſè negaui. de Finib 59 a, Humilis & imbecillus animus. de D. 98 b, Humilis & obſcurus vir.)(. *Clarus & præſtans.* de Inu. 43 a, Humilis & infirmus homo. de Fi.158 b, Qui altiore animo ſunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. pro Qu. 18 a, Indignum eſt vinci ab inferiore atque humilore. de Am.109 b, Qui parentibus nati ſunt humilibus.

¶ *Iudicio, arbitrio, voluntate, conſilio abiectus.* Attic. 36 a, Vt ille tamen humilis, vt demiſſus erat. pro Pl. 269 a,b, Fracto animo atque humili ſupplicare alicui. de In. 47 a, Humilis ac ſupplex precatio. & 61 b, oratio. Orat.215 a, Demiſſus & humilis ſermo. pro Fon.280 b, Animus demiſſus atq; humilis. Orat.203 b, Summiſſus & humilis. I.V.69 b, Humilis atque demiſſus.)(. *Alacer & lætus.* Att 142 a, Vir humilis.)(. *Vir ampliſſimus.*

† Syntaxis. *Mens anguſta & humilis. Fractus & humilis animus. Humilis & ſupplex precatio.*

HVMILITAS,is.)(. *Altitudo, ſublimitas, loci ratione.* Tuſc.241 b, Sidera inter ſe altitudine & humilitate diſtantia. de D. 127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram propè contingens. de Nat.50 a, Atq; etiam aliorum ea humilitas eſt, vt cibum terreſtrem roſtris facilè contingant, quæ antè, &c.

¶ *Abiectio, ignobilitas, contemptio.* Tuſc.234 a, Aderit paupertas, ignobilitas, humilitas. Tuſc.196 b, Habet ardorem libido, humilitatem metus. pro S.R.41 a, Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. Antequam. 195 a, Obijcere humilitatem generis alicui. pro Qu 1 b, Nihil humilitatem cuiuſquam virtus iudicis conſoletur. de Orat. 104 b, Hæc Rutilius valde vituperabat, & huic humilitati dicebat mortem anteponendam. Off. 42 a, Quorum prima ætas propter humilitatem & obſcuritatem in hominū ignoratione verſatur. * pro Clu.40 b, Superbiam atq; arrogantiam eius deridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis, quàm pertimeſcendam. I. A.251 a, Is humilitatem deſpicere audet cuiuſquam, qui ex eadem ſuſtulerit liberos.

¶ *Ratione modeſtiæ.* de In.62 a, * Sæpe virtus & magnificentia, &c. plus proficit ad miſericordiam commouendam, quàm humilitas & obſecratio.

HVMILITER, *demiſſè, ſummiſſè, humili animo imbecilloq;*. Tuſc. 233 a, Elatè & amplè loqui.)(. *Humiliter & demiſſè ſentire.*

† Syntaxis. *Ignobilitas, humilitas. Humilitas generis. Humilitas & obſcuritas.*

HVMO, as. *ſepelio*, de D.92 a, Simonides quēdam mortuum vidit, eumq; humauit. Tuſc.172 a, Magorum mos eſt, non humare corpora, niſi à feris ſint antè laniata. de Or.141 a, Quos cùm humare vellent, non potuerunt obtritos internoſcere. * de Leg.183 a, Athenis iam ille mos à Cecrope (vt aiunt) permanſit corpus (*al. hoc ius*) terra humandi.

HVMOR, aris. Tuſcul.155 b, Corporibus in terram cadentibus, ijsq; humo tectis: ex quo dictum eſt humari.

HVMOR, oris. *aqua, liquor.* de N.65 b, Humor ita mollis eſt, vt facilè comprimi collidiq; poſſit. de Nat. 37 [illegible] eq; dij his eſcis potionibusq; fruuntur, vt nimis acres [illegible] nimis concretos humores colligant. de D. 120 b, Et [illegible] allapſus extrinſecus, vt in tectorijs videmus, auſtro poteſt ſudorem imitari. de Nat.34 a, Aſtra terrenis marinisque humoribus longo interuallo extenuatis ali. & 29 b, Humorem & calorem, qui eſt infuſus (al. fuſus) in corpore, vnde habemus. ibid. Aliud ab humore ſumpſimus. & 55 a, Nares habent humorem. * de Nat.31 a, Et aquilonibus reliquisq; frigoribus adiectis dureſcit humor: & idē viciſſim mollitur tepefactus & tabeſcit calore. & 53 b, Ab eo cibo cùm eſt ſecretabilis iiq; humores, qui ex renibus profunduntur.

† Syntaxis. *Humor mollis colliditur, comprimitur. Colligere humores acres, concretos. Humor infuſus in corpore.*

HVMVS, mi. *terra, gleba, tellus.* de Sen.89 b, Cum miraretur Lyſander humum ſubactam atque puram. de Leg. 181 b, Quos humus iniecta contegit. de Orat 144 b, Hoc videtur eſſe altius, quàm vt id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. I. C.102 b, Iacēre humi. * pro Q.Gal. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis & ſpinis cooperta piſcium. Tuſcul.155 b, In terram cadentibus corporibus, hisq; humo tectis, ex quo dictum eſt humari.

HYADES, dum. *quinque ſtellæ in capite tauri.* de Nat.48 a, Has Græci ſtellas hyadas vocitare ſueuerunt. à pluendo: ὕειν enim eſt pluere, noſtri imperitè ſuculas, quaſi à ſuibus eſſent, non ab imbribus nominatæ.

HYBERNA, orum. *loca in quibus milites hyemare ſolent.* de Pro. 70 a, Quò ille cohortes in hyberna miſit. I. P. 98 b, Cum hyberna legato præfectoq; tradidiſſes, euertiſti miſeras ciuitates. Epiſt. 245 b, Exercitum in hyberna dimiſi. * Epiſt. 100 a, Ne frigeas in hybernis. & 165 b, Penitùs in Luſitania legiones in hybernis collocâram. Att.81 b, Ego æſtiuis cōfectis, Q. fratrem hybernis & Ciliciæ præfeci. & 82 a, Ciuitates locupletes, ne in hyberna milites reciperent, magnas pecunias dabant. Epiſt. 102 b, Nunc verò in hyberis iniectus mihi videris.

*HYBERNATVRVS, a, um. Epiſt.103 b, Vbi ſis hybernaturus, & qua ſpe aut conditione, ſcire velim.

HYBERNO, as. *hyemo.* pro Pom.11 a, Iam verò quomodo milites hybernent, quotidie ſermones proferuntur.

HYBERNVS, na, num. *hyemalis.* I.V.240 b, Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum ſibi hoc remedium comparat. Attic. 248 b, Hyberna nauigatio odioſa eſt. I. V. 241 a, Hyberni menſes. in Arat. Hyberna nox. de Seneĉt.86 b, Ignis hybernus. * Att.214 a, Balnearia tamen laudat maiora: de minoribus ait hyberna effici poſſe.

HYBLENSES, *populi.* I. V. 160 b, Iam verò ex Hyblenſium pactionibus intelligeris, &c.

HYDRA, dræ *excetra, anguis.* in Arat.

*Hydra tenet flexu crateram, coruus adhæret.* de Nat.48 b,

*Hic ſeſe infernis è partibus erigit hydra.* de Orat. 115 a,

Hercules cum pelle & hydra.

Ὑδραυλις, *muſicum inſtrumentum, quod organon vocant, vt Athenæus docet.* Tuſcul.199 b, ὑδραύλεως hortabere vt audiat voces potius quàm Platonis.

HYDRIA, driæ, *vrna.* I.V.134 a, Vt quot eſſent renunciati, tot in hydriam ſortes conijcerentur. & 206 b, Cum iſte ab ſeſe hydriam Boeti manu factā præclaro opere & grandi pondere per poteſtatem abſtuliſſet. * I.V.118 a, Dicebant ſcyphorum paria complura, hydrias argenteas, multa mancipia pretioſa Verri data eſſe. I.V. 223 a, In hoc fano, &c. hydrias grandes ſimili in genere atq; eadē arte perfectas, idem ille P. Scipio poſuerat, & ſuum nomen inſcripſerat.

HYDRVS, untis. *oppidum in extrema Apulia.* Attic.248 & 254, Epiſtol.259.

HYEMALIS, le. *hybernus.* de D.115 a, Arboresque vt hyemali tempore, &c. tempeſtiuè cædi putant. Epiſt.92 b Nauigatio hyemalis, & minimè portuoſa. Tuſc.243 b, Nudi hyemalem vim perferunt.

HYEMO, as *hyberno.* Epiſt. 99 b, Cupio ſcire vbi ſis hyematurus. in Vat. 224 b, Vbi pyratæ quotannis hyemare ſolent. Attic. 89 b, Non ſpero te iſtic libenter hyemare. pro Fon. 277 a, Cn Pompeius hyemauit in Gallia. Att.81 a, Hoſtes hyemant in Chireſtica. Attic.252 a, Quoniam ſcribis hyematurum te in Epiro. & 89 b, Facies me certiorem quomodo hyemaris.

HYEMS, mis. *hybernum tempus, hyemale tempus, durum anni tempus.* I. V. 220 a, Erat hyems ſumma, tempeſtas perfrigida, imber maximus. I.A.221 a, Non illum vis hyemis retardauit, quo

uit,quo minus,&c.pro Rabir.129 b, Hanc vim frigorum hyememq; quam nos vix huius vrbis tectis ſuſtinemus, excipere.de Senect.86 b,Me verò & magiſteria delectant, & Refrigeratio in æſtate & viciſſim in hyeme, aut ſol, aut ignis hybernus. pro Planc. 280 a, Nam maritimos curſus præcludebat hyemis magnitudo.de Diuin,99 b, Arabes campos & montes hyeme & æſtate peragrant.Qu.fr.309 a,Nunc eſt hyems.pro R. P.120 b,Hyeme omnia bella iuregentium conquieſcunt. * pro Seſt. 5 b,Illo in bello eſſet hyemi locus.

† Syntaxis. *Summa hyems. Vis frigorum hyemsq; , Nunc eſt hyems.*

*HYMETTIVS,a,vm.Hortenſ. Alterius ingenium ſic acre, vt mel Hymettium dicimus.

HYMESTVS, *mons in Attica.* de Fin, 88 a, Vel ſe ex Hymetto afferre voluiſſe diceret.

*HYMNIS,dis.*poëta.* de Fi. 69 a, Vt illud in ore habeant ex Hymnide.

HYPPALLAGE,ges.*metonymia.*Orat.205 a, Hypallagen Rhetores,quia quaſi ſummutantur verba pro verbis,metonymiam Grammatici vocant.

HYPANIS *fluuius qui ab Europæ parte in pontũ Euxinum influit.* * Tuſcul.168 b,Apud Hypanim fluuium , qui ab Europæ parte in pontum influit,beſtiolæ naſcuntur.

HYPERATTICVS, *valde Atticus, nimis Atticus, & ἀττικώτατος, id eſt,atticiſſimus,vt ita dicam.* Attic 238 a, Quanquam vereor ne cognomine tuo lapſus , hyperatticus ſis in iudicando, &c.

HYPERBOLE,les. *ſuperlatio exuperatio.* Top. 224 b, In hoc genere cõceſſum eſt,vt aliquid, quod fieri nullo modo poſſit,augendæ rei gratia dicatur,aut minuendæ,quæ hyperbole dicitur,& multa mirabilia alia. Att.82 a,ὑπερβολικῶς. Qu fr.316 b,Non dico ὑπερβολικῶς.

HYPERBOREI,orum.*populi in extremaScythia.* de N.71a, Apollinem ex Hyperboreis ferunt adueniſſe.

HYPERIDES,*acumine in dicendo inſignis.* de Orat. lib. 2, & 1, & in Bruto.

HYPERION, onis, *pater ſolis.* de Nat. 70 b. * Alter *Sol* Hyperione *natus.*

* ¶ *Sol ipſe.* Prognoſt.

*Vt cùm Luna means Hyperionis officit orbi,*
*Stinguuntur radij cæca caligne tecti.*

HYPODIDASCALVS,*qui ſub primario magiſtro , ſecundo loco in ſchola docet,quem cuadiutoeem vulgò vocant.* Epiſtol.138 a, Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo proxima: eam puluinus ſequetur.

HYPOMNEMA, tis *commentarium.* Epiſt.265 b, a, Cic. filius, Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis.

HYPOMNEMATISMOS.L.MONIMENTVN.

HYPONACTEVS,a,vm. *vt hyponacteus ſenarius , ab Hyponacte inuentore* Orat 216 b,

HYPOTHECA cæ.*pignus.* Epiſt.224 b,Præterea Phyloties Alabadenſis ὑποθήκας Cluuio dedit, Hæ commiſſę ſunt & paulò infrà,De hypothecis decedere, & eas alteri tradere, aut pecuniam ſoluere.

HYPOTHESIS, ſis.*materia,argumentum,genus quæſtionis.* Topic. 227 b,Quòd Græci ὑπόθεσιν appellant, nos cauſam. Attic. 236 b,ὑπόθεσιν hanc habent, eamq; præ ſe ferunt: clariſſimum virum interfectum, rempublicam perturbatam. L. CAVSA & QVAESTIO. * Att. 9 a, Hæc erat hypotheſis, de grauitate ordinis, de equeſtri concordia, de conſenſione Italiæ , de intermortuis reliquijs coniurationis ,de vtilitate, de otio.Noſti iam in hac materia ſonitus noſtros.

HYRCANIA,*regio.* Tuſc.172,In Hyrcania plebs publicos alit canes,optimates domeſticos,ſed pro ſua quiſq; facultate parat à quibus lanietur : eamque optimam illi cenſent ſepulturam.

HYSTERON proteron. *conuerſo ordine.* *Att.10 b,Ego reſpondebo tibi ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς.

I

I *Litera. Latinis eſt Iota.* de Or. 147 a, Quare Cotta noſter,cuius tu illa lata Sulpiti nonnunquam imitaris , vt Iota literam tollas, & E pleniſſimum dicas, non mihi oratores antiquos,ſed meſſores videris imitari.

IACCHVS,chi.*Bacchus.* I.V.231 b,Vt ex marmore Iacchum,aut Paralum pictum, aut ex ære , Myronis buculam,*ne amittant.* de Leg. lib.2,Iacchus quid aget?

IACENS,tis.*cubans,abiectus.* I.A.240 a,Si iacens id nobiſcum ageret,audirem fortaſſe & de Orat. 189 a , Cùm verba iacentia ſuſtulimus è medio.& de Ar.255 b,Homo afflictus & iacens,de Amic.107 a, Animum abiectum & iacentem erigere.Qu.fr.312 a,M,Furius ad pedes vniuſcuiuſq; iacẽs. pro M.Scau.depreſſa cæca iacens domus.

IACEO,ces.*procumbo.*)(.*Vigeo,floreo.* I.V.272 a, Mater mihi ad pedes miſerè iacuit.& pro Quint.18 a,Illi quorum ſæpe ac diu ad pedes iacui ſtratus,obſecrans,&c. I. A. 196 a, Cùm pater Curio mærens iacebat in lecto. I.C.102 b,Iacére humi.* de Conſolat.In cęno iacere.Chorogr.Ibi quercorum rami ad terram iacent.pro Marc.134 b , Omnia ſunt excitanda tibi,quæ iacere ſentis belli ipſius impetu , quòd neceſſe fuit,perculſa atque proſtrata.

¶ *Negligor.* I.A.227 a,Qui in pace iacére , quã in bello vigere maluit.Oſt.66b,Cùm C.Marius ſeptimum annum poſt præturam iacéret.I.V.97 a,Abſens non in obliuione iacuiſſet.de Ora.114 a,In eodem ſilentio multa alia officia oratorum iacuerunt,cohortationes,conſolationes, præcepta,admonita. Epiſt.72 b, Quòd priora tempora in ruinis reip.noſtris iacuerunt.Tuſc.148 b, Iacent ea ſemper , quæ apud quoſque improbantur. Att.115 b,Cn. autem noſter (ò rem miſeram) vt totus iacet. & 157 a, Iacet in mœrore meus frater.I.P.98 b,Iacére in ſordibus ac luctu.pro Q R. 50 b,Nunc iacent precia prędiorum.Parad.121 a,Cùm leges in ciuitate nihil valebant, cum iudicia iacebant. de D. 130 b,Iacet igitur tota concluſio.Att.116 b,Quod quęris, quid hic agatur , tota Capua & omnis hic delectus iacet. pro Qu.R.46 a, Cur tandiu iacet hoc nomen in aduerſarijs? & 45 b,Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet?*pro Mur.127 b,Qui non modò Curijs,Catonibus, Pompeijs,antiquis illis fortiſſimis viris,nouis hominibus, ſed recentibus Marijs & Didijs & Cælijs commemorandis iacebant.

IACIO,cis:ieci.*immitto,obijcio.* pro Quin.2 a,Cùm etiam aduerſarius telum nullum iecerit.pro Cecin.296 b,Iácere ſaxa. pro Milo.109 b,Iácere lapides. Att.150 b , Ab vtroque portus cornu moles iacimus.pro Syll.171 a, Iácere contumeliam in aliquem. pro Plan. 265 a, Iacis adulteria. Or. 205 a , Iácere ac mittere ridicula. Par. 234 a , Deinde id quod proponendum fuit , iacit ad extremum pro Seſt.13 a,Ieciſſem me potius in profundum,quàm, &c. de D.117 b, Iupiter in medium mare fulmen iecit. Att. 38 a , Iácere atque denunciare non mediocres terrores.&249a,Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles. Epiſt. 12 b,Caſus quidam iecit caput meum in mediam contentionem diſſenſionemq; ciuilem. * pro Marc. 135 a,Vt fundamenta nondum ieceris. de Fin.101 b , Ita iacere talum,vt rectus aſſiſtat. de Diuin. 133 b, Nemo eſt quin ſæpe iactans,venereum aliquando iaciat: nõnunquam etiam iterum ac tertiùm.

IACIOR,ris. pro Flac.142 a,Niſi fortè cui cauſę fundamenta iaciuntur,non videtis.

† Syntaxis.*Iácere moles,contumeliam in aliquem.Iácere & emittere contumeliam in aliquem.Iácere adulteria Iácere & immittere ridicula Iácere & denunciare terrores. Iácere fundamenta, ſuſpicionem,gradum, & aditum ad gloriam.*

*IACTANS, tis. *glorians.* Frag. ep. Inſolens. arrogans , iactans.* de Diuin.133 b,Nemo eſt quin ſæpe iactans, venereum aliquando iaciat.

IACTATIO,onis.*fauor,aura.* Orat.198 a,Eloquentia forenſis iactationem habuit in populo.pro Clu.37 b, Cùm homines ſe non iactatione populari, ſed dignitate atque innocentia tuebantur.de Ar.253 b , Atque hic eſt primus aditus ad iactationem popularem.de Pro.77 a, Si ex illa iactatione curſuque populari,bene geſta rep. referunt aſpectum in curiam.

¶ *Oſtentatio.* Tuſc.213 a,Iactatio eſt voluptas geſtiens & ſe efferens inſolentius. Epiſt. 177 a,Iactatione verborum & denunciatione periculi terrere aliquem.

¶ *Concitatio.* pro Mar.127 b , Ex magna iactatione terram videns , Orat. 204 b , Actio modica iactatione corporis. * Tuſcul 231 a, Motus turbulenti iactationesque animorum incitatæ & impetu inconſiderato elatæ , rationem omnem repellentes, vitæ beatæ nullam partem relinquint.

IACTATVS,ta,tum.*exercitatus,verſatus,agitatus* de Or.91 a, Declaratur,vtrum in hoc declamatorio ſit opere iactatus. pro Qu.2 a, Aequitas multis iniurijs tractata atq; agitata. & 18 a,Multis vexatus contumelijs , plurimis iactatus iniurijs.

¶ *Habitus.* pro Mur. 190 a,Res peruulgata atque in manibus iactata & excuſſa.

¶ *Reiectus.* Ep. 5 b, Pompeius clamore conuicioque iactatus eſt.

IACTATVRVS,a,um.in Vat 158 a,Ne putemus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum,& populo ſe ad coronam daturum.

IACTO,tas. *magnificè loquor,glorior,verbis me magnum facio,gloria me & prædicatione effero,me oſtento,de me prædico* I C.108 b, Qui ſe inſperatis ac repentinis pecunijs ſumptuoſius inſolentiusq; iactant. de Orat. 128 a , Superioribus inuidetur ſæpe vehementer, & eo magis , ſi intolerantius ſe iactant.

de Orator. 130 b, Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe fortè iactant. in Verr. 210 a, Iactare ſe de aliqua re. & 209 a. & Attic. 39 a, ad Heren. 30 b, Hic qui ſe magnificè iactat atque oſtentat. Atti. 22 a, In eoq́; ſe in concione iactauit, nihil ei noui accidiſſe. pro Flac. 156 b, Cùm ipſe ſe in illa ratione iactaret. de Or. 99 a, Iactare ſe in cauſis Centumuiralibus. * Att. 36 a, Qui anteà ſolitus eſſet iactare ſe magnificētiſſimè illo in loco, ſummo cum amore populi, cunctis fauentibus.

¶ *Iacio.* de Ar. 252 a, Cùm ardentes faces in vicinorum tecta iactas. de Orat. 138 a, Iactare haſtas leniter.

¶ *Agito, commoueo.* de Cl. 184 a, Iactare ſe. *id eſt: frequenter mouere & agitare.*

¶ *Inijcio, infero.* pro Seſt. 14 b, Iactare & opponere terrorem alicui. pro Quin 8 a, Minas iactare, pericula intendere, formidines opponere. Epiſt. 116 a, Legem viariam alimentariamq́; iactauit.

IACTOR, ris. *iacior, emittor.* I. C. 121 a, & Attic. 6 a, Iactantur enim voces, quæ perueniunt ad aures meas.

¶ *Concitor, perturbor, affligor.* de Inuen. 74 a, Cùm naturæ aduerſa tempeſtate in alto iactarentur. pro Planc. 262 b, Si quando iactor in turba, non illum accuſo, qui, &c. pro S. R. Iactari fluctibus pro Planc. 261 a, Qui in hac tempeſtate populi iactamur & fluctibus. Quint. frat. 326 a, Forenſi labore iactor.

¶ *Reijcior.* Offic. 67 b, Iactabatur enim temporibus illis nummus.

¶ *Commoueor, geſtio.* Tuſcul. 183 b, de D. 93 a, Exultare, immoderateq́; iactari.

†Syntaxis. *Iactatione populari, non iure ſe defendere. Iactatio maris, in geſtibus. Iniurijs iactatus. In manibus iactatus. Cic. Iactare ſe in pecunijs, & de. Se iactare & oſtentare. Iactare alicui terrorem, minas, legem. Exultare & iactari.*

IACTVRA, ræ. *damnum.* Attic. 196 a, Si qua etiā iactura faciēda ſit in repręſentando. Attic. 208 a, Tu illam iacturam feres ęquo animo. pro Flac. 148 b, Quæ iactura, qui ſumpt⁹. Attic. 23 a, Fuit tamen retinendi ordinis cauſa facienda iactura. & 251 b, Cùm tanta ſit nobis iactura facta iuris. Epi. 50 b, In vnius mulierculæ animula iactura facta eſt. de Finib. 81 b, Facere iacturam rei familiaris. pro Planc. 260 a, Non ſolùm huius dignitatis iactura facienda eſt, ſed, &c. & 270 b, Quos dicis iacturam ſuarum tribuum feciſſe. de D. 115 b, Concedam hoc ipſum, ſi uis, etſi magnam iacturam cauſę fecero. Off. 70 a, Equi precioſi iacturam facere. * Off. 45 a, In his immanibus iacturis infinitisq́; ſumptibus nihil nos magnopere mirari. Att. 84 b, Illo imperante exhauſtam eſſe ſumptibus & iacturis prouinciam.

† Syntaxis. *Iacturam facere. Iactura facta in pecunia, & pecuniæ.*

* IACTVS, a, um. pro Mur. 147 b, Quę eſt vnquam iacta non ſuſpicio rerum, ſed iracundię vox aut doloris? con. Rul. 73 b, Hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad cætera iactū videtis. de Fin. 101 b, Qui ita talus erit iactus. Parad. 121 a, Iactā & immiſſam à te nefariam in me iniuriā ſemper duxi, tamen perueniſſe ad me nunquam putaui.

IACTVS, tus. *coniectus.* I. C. 115 a, Fulminum iactus. & de Diuinat. 117 a. *Nam vt illa omittam, &c. vt fulminum iact⁹, vt terræ motus, cęteraq́;, quę tam multa nobis conſulibus facta ſunt. de Diuin. 117 a, Nónne perſpicuum eſt ex prima admiratione hominum, quòd tonitrua iactusq́; fulminum extimuiſſent, credidiſſe ea efficere rerū omnium præpotentem Iouem? de Diuin. 133 b, Quid eſt tam incertum quàm talorum iactus? Tamen nemo eſt quin ſæpe iactans venereum aliquando iaciat.

IACVLANDO, *torquendo, conijciendo.* Off. 42 a, Quo in bello magnam laudem conſequebare, equitando, iaculando, omnia tolerando.

IACVLANS, tis. de D. 133 b, Quis eſt enim, qui totum diem iaculans non aliquando collineet?

IACVLVM, li. *telum.* Tuſc. 170 b, Solem præ iaculorum multitudine & ſaggittarū vmbra non videbitis. de Fin. 111 a, Si Annibal ad portas veniſſet, murumq́; iaculo traieciſſet.

IALYSVS, ſi. *Sol apud Rhodios, qui & Camirus, & Lindus dictus eſt.* de N. 70 b, Quartus ſolis, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperiſſe dicitur, Ialyſum, Camirum, Lindum. I. V. 251 b, Orator. 197 a, Attic. 36 a, Ialyſus, Protogenis opus. *de quo Plinius.*

IAM: *vi temporis elapſi.* Attic. 2 b, Nuper quidem cum te iam aduentare arbitraremur, repentè abs te in menſem Quintilē reiecti ſumus. Attic. 4 a, Domum Rabirianā Neapoli, quam tu iam dimenſam & exædificatā animo habebas, M. Fōteius emit H.S. CCCXCIII. de D. 85 b, Iam quid ego commemorem &c. I. V. 70 a, Iam illo tempore, cum, &c. Ep. 27 a, Iam ab illo tempore cum veniſti in Italiam. Or. 216 b, Iam à principio videndum eſt, &c. pro Corn. 61 a, Iam à principio Romani nominis. de Or. 88 b, Iam ab illo fonte & capite Socrate. Epiſt. 17 a, Iam à prima adoleſcentia. de Or. 101 a, Iam inde ab adoleſcentia. de Pro. 75 b, Iam inde à principio huius imperij. de O. 50 b, Iam inde ab ortu. Orat. 208 b, Exercitatio iam inde ab Ariſtotele conſtituta. pro Flac. 157 b, Patronus alicuius iam inde à patre atque maioribus. in Vat. 31 b, Ac tibi iam inde præſcribo, ne, &c. de Diu. 80 a, Iam vſq́; ab heroicis temporibus. pro Mur. 143 a, Omnia quæ per hoc biennium agitata ſunt, iam ab eo tempore, quo L. Catilina conſilium iniuit, &c. in hoc tempus erumpunt.

IAM antea. At. 263 a, Iam antea petiui abs te, &c. & Off. 38 a, Iam antea, &c.) (*Pòſt verò, &c.*

¶ *Nunc.* Epiſt. 60, & 59 b, & 124 b, Iam illud, &c. I. A. 164 a, Iam illud cuius eſt non dico audaciæ, ſed ſtultitiæ, cliui Capitolini mentionem facere? de Inu. 70 b, Iam iura legitima ex legibus cognoſcere oportebit,

¶ *Iam iamq́;, ratione inſtantis temporis.* Att. 115 a, Illum ruere nunciant, iam iamq́; adeſſe. & 257 b, Iam iamq́; video bellum. Tuſcul. 151 a, Cogitandum eſt iam iamq́; eſſe moriendum. de Finib. 100 a, Iam iamq́; poſſint emergere. Att. 105 a, Eadem quotidie, quæ iam iamq́; contrita ſunt.

IAM nunc. Attic. 5 a, Hermæ tui pentelici cū capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodum delectant. I. V. 61 b, *bis.* Iam nunc: *pro, iam tunc.*

IAM tum. *cum etiam, adhuc* Att. 6 a, Quæ iam tum cùm aderas, offendere eius animū intelligebā. pro Cl. 40 a, Qui omnes in iudicijs publicis iam tum florente rep. floruerunt.

IAM verò. de Ora. 116 a, Iam verò narrationem quòd iubēt veriſimilem eſſe, rectè nos admonent. pro Pomp. 9 b, Iam verò virtus Cn. Pompeij, &c. de Cl. 189 a, Orator probabilis, iam verò etiam probatus, &c. I V. 132 b, Iam verò priuatim plurimi, &c de Cl. 170 a, Iam verò origines eius, &c. I V. 68 b, Cuius, &c. ſimul, &c. iam verò, &c.

†Syntaxis. *Iam illo tempore cum: &, ab illo. Iam à principio belli. Iam ab illo fonte Socrate. Iam ab adoleſcentia: &, iam inde. Iam inde à Platone Iam vſque ab heroicis temporibus. Iam ab eo tempore quo. Iam iamq́; pluit. Iam nunc delector.*

IAMDIV. *iampridem. aliquot iam per annos multorum iam dierum interuallo.* I. V. 224 b, Per eos ipſos deos, de quorū religione iamdiu dicimus. Attic. 19 a, Conuentus, qui initiò celebrabātur, iamdiu fieri deſierunt. pro Flac. 157 b, Soluere pecuniam alicui iamdiu debitam. de Inuen. 51 a, Res iamdiu geſtæ, & à memoria noſtra remotæ. Epiſt. 25 b, Nam iamdiu nihil noui ad nos afferebatur. 56 b, Quærenti mihi iamdiu, quid ad te potiſſimùm ſcriberem, &c. & 251 a, Ego te iamdiu plurimi pro Cecin. 287 a, Ebutius iſte qui iamdiu Cæſenniæ vidiuitate aleretur. de Diuinat. 132 a, Cur iſto modo oracula Delphis non eduntur, non modò noſtra ætate, ſed iādiu? de Leg. 156 b, Poſtulatur à te iamdiu hiſtiſtoria. I. C. 101, Quorum ego vix è te iamdiu manus contineo. Epiſt. 99 b, Iamdiu ignoro quid agas & 227 a, Nam cùm iamdiu diligerem M. Anneum, tum verò poſteaquam mecum fuit, neminem pluris facio. Qu. fr. 323 a, Dierum iam amplius L. interuallo nihil à te literarum. de Finib 95 b, Sentis enim credo me iamdiu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere extremum, &c. in Vat. 69 a, & I. C. 101 b, Iamdiu, & iampridem, ferè idem.

IAMDVDVM. Attic. 106 a, Ἐμπολιτεύσομαί σοι iamdudū: & facerem diutius, niſi me lucerna deficeret. & pro Cl. 30 b, & Par. 234 a, & de Orat. 111 a, Epiſt. 44 b, Vides ſudare me iamdudum. de Am. 111 b, Ea, quæ iamdudum tractabamus, ſtabilitas.

IAMPRIDEM, *tamdiu.* Attic. 178 b, De fundo Frunſinati redimendo iampridem intellexiſti voluntatem meam. Epi. 44 a, Nihil iam ſum pridem admiratus magis. Attic. 25 a, Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandriam viſere. & Acad. 39 a, Iam pridem inſtitui, &c. Orat. 206 b, Nam in me quidem iampridē effectū eſt, quod futurum fuit. Epiſt. 43 b, Alter iam pridē princeps iuuentutis, celeriter, vt ſpero, ciuitatis. I. V. 69 a, Iampridem de tempore non ita remota. & 68 a, & 75 a. *& de breui tempore.* 68 b.

† Syntaxis. *Iam ſum pridem tuus.*

IAMBICVS. Orat. 115 b, Iābicus verſus orationi ſimillimus.

* IAMBVS, i. *pes in carmine, conſtans breui & longa ſyllaba.* de Orat. 159 b. Cùm ſint numeri plures: iambum & trochæum frequentem ſegregat ab oratore Ariſtoteles Catule veſter, qui natura tamen incurrunt ipſi in orationem ſermonemque noſtrum. Orat. 215 b, Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, ſeſquippæan: qui pedes in orationem non cadere qui poſſunt, quibus ordine locatis, &c. ibid. Magnam partem ex iambis noſtra conſtat oratio. ibid. Iambum nimis è vulgari eſſe ſermone. Orat 216 a, Iambus & dactylus in verſum cadunt maximè. Itaque vt verſum fugimus in oratione: ſic hi ſunt euitandi continuati pedes. ibid. Trochæus temporibus & interuallis eſt par iambo. ibid. Iambus frequentiſſimus eſt in ijs,

quæ

quæ dæmiſſo atque humili ſermone dicuntur. Orat. 218 a, Ne iambus quidem, qui eſt è breui & longa, aut par choreus, qui habet tres breues, ſed ſpacio par, non ſyllabis, &c. ſi eſt proximus à poſtremo, parum, volubiliter peruenit ad extremum. ibid. Sed ijdem hi tres pedes malè concludunt, ſi quis eorum in extremo locatus eſt. de Nat. 78 b, Quem Hipponactis iambus læſerat. Att. 258 b, Cui, vt Ariſtophani Archilochi iambus, ſic epiſtola longiſſima quæq; optima videtur.

IANICVLVM, *oppidum.* contra Rull. 63 & 80.

IANITOR, oris. *ianuæ cuſtos, ſeu præfectus.* I. V. 149 b, Hunc ianitores, hunc cubicularij diligunt. contra Rull. 72 b, Ianitores ducentos in annos ſingulos conſtituit, eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. I. V. 239 b, Aderat ianitor carceris.

IANVA, nuæ. *oſtium, aditus.* I. V. 89 b, Seruis ſuis imperat Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent. de Orat. 101 b, Teſtis eſt huiuſce Q. Mutij ianua atque veſtibulum, quod in eius infirmiſſima valetudine affectaque iam ætate, maxima quotidie frequentia hominum celebratur. de Nat. 39 a, Fores, in liminibus profanarum ædium, ianuæ nominantur. de D. 122 b, Ianua clauſa ſubitò ſe aperuit. pro Planc. 260 b, Qua nolui ianua, ſum ingreſſus in cauſam. pro Mur. 132 a, Eam vrbem ſibi Mithridates Aſiæ ianuam fore putauit, qua effracta & reuulſa, tota pateret prouincia. Off. 52 a, Quidam optimi viri ad medium ianuæ ſedentes. *quidam hoc loco de Iano medio intelligunt,* de 134 b, Cùm ad Naſicam veniſſet Ennius, & eum à ianua quæreret. * de Orat. 102 a, Facilimè vos ad ea, quę cupitis, peruenturos, ab hoc *Craſſo* aditu ianuaq; patefacta. Q. de petit. 211 b, Vultus & frons eſt animi ianua.

† Syntaxis. *Ianuam claudere. Ad medium ianuæ ſedere. Cauſæ, regni ianua. Aditus & ianua.*

IANVARIVS, ria, um. pro Fl. 164 b. Calendis Ianuarijs.

IANVARIVS, rij. *menſis primus.* cont. Rull. 61 b, Menſis Ianuarij.

IANVNDAE *augures.* de D. 99 a.

IANVS, ni. de Nat. 39 b, Ianum in ſacrificando principem eſſe voluerunt, quod ab eundo nomen eſt ductum. I. A. 212 a, L. Antonius patronus Iani medij. & 208 a.* L. Antonio Iani medij patrono. Itáne? Ianus medius in L. Antonij clientela ſit? Quis vnquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille numerûm ferret expenſum? Off. 51 b, Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda, commodius à quibuſdam optimis viris ad Ianum medium *(al. medium Iani)* ſedentibus, quàm ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur.

IAPIDES, dum *populi.* pro Cor. 61 a, Iapidum fœdere olim cautum, ne quis eorum ciuis Rom. fieret.

IBI, *in eo loco.* pro Pomp. 10 b, Qui cum prædonibus antea ibi bellū geſſerat. & Epiſt. 78 a, Nemoq; eſt quin vbi vis, quàm ibi vbi eſt, eſſe malit & 17 b, Vt ibi eſſe malis, vbi, &c. quàm iſtic, &c. I. A. 250 a, Redijt ad milites, ibi illa peſtifera concio Tyburi. pro Dom. 237 b, Ibi enim poſtis eſt, vbi templi aditus eſt. pro Cecin. 290 a, Illos armatos ibi fuiſſe. I. A. 175 a, Atque ibi perpotauit vſq; ad veſperum. Tuſc. 249 a, Demaratus fugit Tarquinios Corintho, & ibi ſuas fortunas conſtituit.

¶ *Cum poteſtate occaſionis & opportunitatis.* pro Cecin. Ibi tum Cecinna poſtulauit, &c.

IBIDEM, *in eodem loco.* pro Quint. 15 b, Quod ibidem rectè cuſtodire potuerunt, & ibidem cuſtodiant. de In. 63 b, Quare cum in quandam tabernam diuertiſſent, ſimul cœnare, & in eodem loco ſomnum capere voluerunt, cœnati diſcubuerunt ibidem, &c. de Inuent. 81 b, In naui ibidem. de Inu. 43 b, Ibidem operiar. pro S. R. 20 b, Hic ibidem, &c. pro Arc. 29 b, Ibidem illicò puer ad te cum epiſtolis. pro Cæcin. 289 a, Læſit in eo Cecinna, ſubleuauit ibidem. *id eſt, in eodem.* de Fini. 52 b, Deinde ibidem homo acutus, &c. Tuſc. 251 a, Mors ibidem eſt.

† Syntaxis. *Ibidem in quo læſi, ſolabor. In naui ibidem.*

IBIS, bis *auis Aegyptia, ciconiæ ſimilis.* de Nat. 21 b, Ibes maximam vim ſerpentum conficiunt, cùm ſint aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceroq; roſtro. de N. 17 b, Crocodilum, & ibim, & felè non violari ab Aegypto. * Tuſcul. 243 b, Ibim violent. de Nat. 51 a, Vomitione canis, purgare aluos ibes Aegyptiæ curant.

ICCIRCO, vel IDCIRCO. *ideo, ob eam rem, vel ea re.* I. V. 201 b, Iccirco nemo ſuperiorum attigit, vt iſte tolleret? de Inu. 50 a, Iccirco iudices, quia verum cauſam habebam, breui peroraui.

ICHNEVMON, onis. *murem Indicum hodie vocant* de N. 21 b, Poſſum de Ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere.

ICILIENSES, *populi.* in Ver. 170 a, Icilienſium incommoda.

ICO, cis. *ferio, ictum facio.* pro Cornel. 62 a, L. Martius cum Caditanis fœdus iciſſe dicitur. I. P. 88 b, Tu ſcilicet homo religioſus, fœdus, quod meo ſanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluiſti.

† Syntaxis. *In pactione fœdus icere.*

ICONIVM, nij. *oppidum.* Att. 79 a, Epiſt. 33.

ICTVS, a, um. *percuſſus, confectus.* pro Seſt. 8 a, Id enim fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poſſe dicebant. de Diu. 136 a, Cùm Ptolemęus telo venenato ictus eſſet. de Aruſpic. 254 b, Vos me primum ictum pro vobis fumantemq; vidiſtis.

ICTVS, ctus. *percuſſio, petitio.* de Finib. 71 b, Nec vllum habet ictum *voluptas,* quo pellat animi ſtatum. pro Ceci. 203 a, Ictu cominus & coniectione telorum magnas ſæpe copias pulſas eſſe. ad Heren. 29 a, Ictus enim fit, & vulnerantur arteriæ. contra Rull. 67 b, Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, ſed, &c. Tuſcul. 179 a, Centaurus ictus corpori infixit meo. Poſtquam. 208 a, Cùm ego vnà cum repub. conſulari ictu concidiſſem. pro Milo. 114 a, Vulnus in látere quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari. Off. 71 a, Phaeton ictu fulminis deflagrauit. * Off. 36 b, Fortuna cæteros caſus rariores habet, &c. à beſtijs ictus, morſus, impetus.

† Syntaxis. *Ictu cominus pugnatur. Calamitatis ictus. Ictus infigere corpori. Acu punctum vulnus pro ictu gladiatoris putatur.*

ID, *hoc, iſtud.* de Orat. 108 a, Et nos ipſi quoniam id temporis eſt, valetudini operam demus. Attic. 216 a, Is venit ad me, & quidem id temporis, vt retinendus eſſet. I. C. 99 a, Quos ego ad me venturos id temporis eſſe prædixeram. de Finib. 114 a, Maximè quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. pro Mil. 106 b, Milo profectus eſt id temporis, cum iam Clodius Romam redire potuiſſet. & 11 a, Qui conuenit? præſertim id temporis? pro Dom. 237 a, Et ſi id eſt ætatis, vt nondum ſcientiam conſecutus ſit. de Orat. 102 b, Hominibus id ætatis tantum onus imponere, &c. Epiſt. 250 a, Cùm id ætatis ſim. pro S. R. 29 a, Duo filij id ætatis. Epiſtol. 93 a, Id ætatis iam ſumus, vt omnia fortiter ferre debeamus. de Diuinat. 86 b, Aut ſi valuit, id valuit, vt peccatum in eo hæreat. de Orat. 102 b, Epaminondam, & Annibalem, & eius generis homines. Att. 54 a, Poſtridie S. C. factum eſt: id quod ad te miſi. de Ora. 143 a, Et eundem, id quod in autoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. Epiſt. 3 a, Diem conſumi volebant: id quod factum eſt. Epiſtol. 138 a, Demus modò operam, ne tam neceſſe nobis ſit, quàm illi fuit, id quod agimus. de Orat. 91 a, Siue id quod conſtat, Platonis audiendi ſtudioſus fuit. & 108 a, Id quod eius ſcripta declarant. Attic. 131 a, Id quod neutrum nobis hoc tempore contingit. de Orat. 151 b, & pro Syll. 167 b, L. I. S. *Ea quæ, pro, quæ,* pro Cluent. 47 a, Eorum initia cum recitarentur, ea quę vobis nota eſſe arbitror, &c. de Orat. 131 a, Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici. Tuſc. 221 b, Quod id: *pro, id quod.* pro Planc. 260 a, Vel quod: *pro, id quod.* I. A. 231 a, Idque per biduum. Off. 1 a, Idque Athenis. Orat. 197 a, Quæris igitur, idque iam ſæpius. Q. fiat. 317 a, Atque id anni tempore grauiſſimo. de Orat. 153 a, Alterum genus obtinent, atque id ipſum lacinia. pro Cluent. 20 a, Ea primo, neque id ipſum diu continebatur. de Fat. 145 b, Motus voluntarius eſt in noſtra poteſtate, nec id ſine cauſa, &c. Orat. 98 a, Imò id mehercule inquit ipſum attendo. Epiſt. 3 b, Atque id ipſum conſulibus inuitis. de D. 126 b, Fani pulcritudo Præneſtinarum etiam nunc fortium retinet nomen, atque id in vulgus, de Cla. 187 a, Tu quidem de fece hauris, idq; iamdudum.

† Syntaxis. *Id temporis eſt. Id temporis venit ad me, profectus eſt. Ille id eſt ætatis, vt nondum. Hoc id valet, vt. Id quod: pro, quod. Ea quæ: pro, quæ. Quod id. Imò id quidem, inquit, ipſum.*

IDAEI digiti. *ij ſunt qui & Idæi dactyli in Creta & Corybantes vocantur ſacerdotes magnæ matris idææ, quæ Cybele dicta eſt.* de N. 67 b, Tertius Hercules eſt ex Idæis digitis natus, cui inferias offerunt.

IDAEVS, a, um. Att. 16 b, Paſtor Idæus, i. *Paris.* de Sen 86 a, Sacra Idęa magnę matris. *id eſt, Cybeles.* Idęa mater. de Leg. 173 a.

IDCIRCO, vel ICCIRCO *ideo.* Attic. 129 a, Sin autem id actum eſt, & iccirco arma ſumpta ſunt, vt, &c. tum verò, &c. Attic 129 a, Ego quòd exiſtimabam diſperſos nos, &c. idcirco ad L. Domitium literas miſi.

IDEA, deæ. *forma, ſpecies, ſpecies rerum prima & inchoata intelligentia* Top. 223 a, In diuiſione formæ ſunt, quas Græci *ἰδέας* vocant. noſtri ſi qui hæc fortè tractant, ſpecies appellant, &c. Orat. 197 b, Has rerum formas Plato appellat ideas, easq; gigni negat: & ait ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe vno & eodem ſtatu. Aca. 44 b, Mens ſola cernit, quod ſemper eſt ſimplex, & vniuſmodi, & tale quale eſt: hanc Gręci ideā vocant, iam à Platone ita nominatam:

noſ rectè ſpeciem poſſumus dicere. * Tuſcul. 169 b, Qualem ideam appellat ille.

IDEM, eadem, idem. *hic ipſe, is ipſe, vnus, par, perpetuus, geminus.* de Vn. 201 a, Vnum quod ſemper eſſet in eodem æquè, & idem in omnibus, atq; vno modo celeraret. Ep. 126 b, Caninius idem tuus, & idem noſter. Or. 211 b, In templis iiſdem: at eiſdem erat verius, nec tamen eiſdem Opimius, malè ſonabat iiſdem. pro Dom. 7 a, Eadem Aſia atq; idem iſte Mithridates vos docuit, &c. de Amic. 111 a, Amicus eſt tanquam alter idem. pro Dom. 223 b, Hoc vnum & idem videtur eſſe atq; illud, quod de meipſo nominatim tuliſti. & ibid. Tam herculè eſt vnum, quàm quod idem tu lege vna tuliſti, & 227 a, Lex quam idem iſte tulerat. & 231 b, Tu iure eandem ſororem & vxorem appellare potes. Off. 40 a, Nemo poteſt, qui non idē prudens ſit, iuſtus eſſe. de Ar. 248 b, Tua tum eadem virtus fuit, quæ priuato quondam tuo proauo. pro Seſt. 24 b, Cedo nunc eiuſdem illius inimici mei de me eodem concionem. de D. 124 b, M. Marcellus ille quinquies conſul, idem imperator, idem augur optimus. I. A. 168 a, Idem mœſticiam meam reprehendit, idem iocum. & 197 a, Vt ei cum M. Curio conſeſſore eodem & colluſore facillimè conuenire poſſit. pro Cæl 52 a, Non idem iudicium comeſſatorumq; conſpectus. de Pro. 76 a, Imperij noſtri terrarumq; illarum idem eſt extremum. de Inu. 46 a, Quæſtio eadem in coniecturali conſtitutione, quæ iudicatio. I. V. 161 a, Serui eiſdem moribus ſunt, quibus & dominus. Orat. 215 b, Eoſdem eſſe oratoris numeros qui ſunt poetici. I. V. 243 b, Idem, qui ſemper fueris, inuentus es. I. C. 98 b, de Or. 204 b, *bis.* Ego idem, &c. de N. 39 b, Dianam & Lunam eandem eſſe putant. I. V. 225 a, Libera, quam eandem Proſerpinam vocant. de N. 38. b, Romulus, quem quidem eundem eſſe Quirinum putant. Orat. 197 b, Nec diutius eſſe vno & eodem ſtatu. in Verr. 222 a, Vno eodem tempore. Atti. 59 a, Nec tuam rationem eandem eſſe duco, quam meam. I. V. 222 b, Ei te eundem vinctum dedamus. Tuſc. 191 b, Hos eoſdem motus, &c. de Ora. 89 b, Ab hiſce iiſdem permotionibus. I. V. 122 b, Huic eidem Sopatro iidem inimici. & ibid. Idem hic Sopater. I. V. 87 a, In iiſdem illis locis. de Or. 91 a, Eoſdem illos ſermones ad Varronem traduximus. i. V. 70 b, Eadem illa nocte. I. V. 166 a, Eidem illi Decimo. Att. 12 a, Idem ego ille, &c. Idem inquam ego, &c. Poſtquam. 211 b, Ipſe ille animus idem meus. &c. Attic. 52 b, Te, &c. eundem te, &c. Parad. 228 b, Si quæratur, idemne ſit pertinacia & perſeuerantia. Attic. 134 b, Iſte omnium turpiſſimus eſt idem, qui ſemper in republica fuit. I. C. 117 a, Earum rerum quas geſſi, non eſt eadem conditio & illorum. quòd mihi, &c. illi, &c. pro Clu. 34 b, Non quòd res alia eſſet, imò eadem. pro Cecin. 296 b, Quod etiamſi verbo differat, re tamen eſt vnum, & idem in omnibus cauſis valet. & ibid. a, Non idem eſt Seruilius, quod familia pro Syll. 196 a, Hoc idem valere debet, ac ſi pater iudicaret. pro Quin. 2 a, Cùm adhuc ei non ius par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus æquus reperiri potuit. pro Mur. 128 b, Vtriuſque dignitatem pari atque in eadem laude pono. Orat. 198 b, Fuerunt quidam, qui iidem ornatè & grauiter, iidem verſutè ac ſubtiliter dicerent. de Clar. 195 b, Cauſæ ſimillimæ inter ſe, vel potius eædem. de Clar. 290 a, Oratio ſplendida & grandis, & eadem in primis faceta. pro Mur. 128 b, Aſia iſta referta, & eadem delicata. de Cl. 172 a, Eſt mos hominum vt nolit eundem pluribus rebus excellere de N. 26 a, Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus ſum. Attic. 91 a. Nunc iſta habet iuris idem quod cęteræ, nihil præcipui. de N. 70 b, Mercurius is qui ſub terris habetur, idem Trophonius. Attic. 110 b, Eadem poſtulantur à vobis, quæ ab ampliſſimis ciuib. de N. 76 a, vir innocētiſſimus, ideq; doctiſſimus. Et 76 a, Sed quomodo ijdē dicitis, non omnia deos perſequi? qui ijdem vultis, &c. de Orat. 91 a, Finitimus oratori poeta, multis ornandi generibus ſocius, ac penè par: in hoc quidem certè propè idem, nullis vt terminis circumſcribat aut definiat ius ſuum. pro Syll. 170 b, Vt me quem boni conſtantem ſemper exiſtimaſſent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. de Orat. 103 a, Oratorem equidem non facio eundem quem Craſſus. & ibidem b, Eadem ratione. *id eſt, ſimiliter.* de Orator. 153 b, Cùm quæritur, idemne ſit, an aliquid interſit. & 159 a, Muſici qui erāt quondam iidem poetæ. 164 a, Nos eiuſdem linguę ſocietate coniecturi ſumus. *id eſt, nos eadem lingua ſumus.* pro Milon. 119 b, Vultus ſemper idem, vox, oratio ſtabilis & non mutata. Off. 18 b, Præclara eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademq; frons: vt de Socrate & de C. Lælio accepimus. & Tuſc. 197 a, Vultus Socratis ſemper idem. I. C. 108 a, Quibus præcipiendum videtur, vnum ſcilicet atque idem quod cæteris. Orat. 206 b, In cauſis perpetuum & eundem ſpiritum ſine vlla commutatione obtinere. ad Heren. 33 a, Eiuſdem vnius aut plurium verborum. Acad. 34 b, Hos enim quaſi eoſdem eſſe vultis. de Fin. 197 b, Iidem abeunt qui venerant. I. V. 76 b, & 294 b, Eundem aliquem eſſe qui fuerat. & 230 b, Per eundem me. de Inu. 51 a, Vtrunque genere idem eſt. de Clar. 173 b, Vnus enim ſonus eſt totius orationis, & idē ſtylus. de Leg. 156 a, At quam Vlyſſes Deli ſe palmam vidiſſe dicit, hodie monſtrant eandem. Off. 5 a, Beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatē appellare licet. pro Clu. 38 a, Hoc dico, eandē fuiſſe P. Comminio controuerſiam cum Staleno, quæ nunc mihi eſt cum Actio. Offic. 12 b, Non iidem erunt neceſſitudinum gradus, qui & temporum. & 13 a, Itaque viros fortes eoſdem bonos eſſe volumus & 56 a, Peripatetici noſtri, qui quondam iidem erant, qui Academici. & 66 b, Eadem vtilitatis quæ honeſtatis eſt regula. Ep. 85 a, Eo quidem ipſo tempore. Attic. 197 b, Quod idem tibi placet. de Fin. 95 b, Quod idem in cæteris artibus non contingit. de Finib. 99 b, Quod idem Peripatetici non tenent. Tuſc. 242 b, Idem iſte ſapiens. Epiſt. 177 b, Iidem illi qui ſolent, &c. de Finib. 66 a, Hoc eſt idem, quod illud. Atti. Hoc eſt ferè idem quod illud. Acad. 21 nihil eſt idem quod aliud. Acad. 16 b, Cùm idem negares quicquam certi poſſe reperiri, idē te comperiſſe dixiſſes. Topic. 224 b, Et cætera generis eiuſdem. & 228 a, Comparatio de eodem & alio. * Top. 228 b, Quod appellari de eodem & altero diximus.

† Syntaxis. *Cæſar idem tuus, & idem meus. Amicus eſt alter idem. Hoc vnum & idem eſt atq; illud. Idem iſte. Nemo qui non idem iuſtus ſit, &c. Vno eodem loco. In eodem illo loco. Idem ego ille. Ipſe ille animus idem meus. Pari & in eadem dignitate ponere. Vir bonus idemq; eruditus. Quod idem rarò continget. Hoc eſt idem quod illud. Idem & aliud. Idem & alterum.*

IDENTIDEM. *frequenter.* pro S. R. 32 b, Caſsius in cauſis identidem quærere ſolebat, cui bono fuiſſet. de Inuent. 72 a, Appellare nomen alicuius identidem. pro Dom. 241 b, Identidem ſe ipſe reuocans. Attic. 212 b, Reuoluor identidem in Tuſculanum. ad Heren. 11 a, & 23 a, Neque eodem identidem rouoluamur. de N. 64 a, In motu identidem reciprocando. & 55 a, Idque prouidit natura, vt identidem fieri poſſet cum maxima celeritate. pro R. P. 128 a, Recitabatur identidem Pompeij teſtimonium. Tuſ. 204 a, Scindens dolore idētidem intonſam comam. de Fin. 80 a, Hoc enim identidem dicitis. ad Her. 41 b, Nunc identidem noſmetipſi nobis inſiſtemus. * pro Sex. Roſc. 36 b, Illum identidem monere vt caueret.

IDEO. *idcirco.* I. V. 201 b, Ideo Claudius retulit, vt iſte auferret? de In. 49 b, & 46 b. & 44 b, Hęc ideo diligentius inducitur præſcriptio, vt poſſit, &c. Epiſt. 9 b, Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quòd, &c. pro Cæl. 41 b, Non ſi iuſta cauſa eſt oppugnandi, ideo quoq; iuſtum eſt, vos, &c.

IDEO quòd. *propterea quòd, idcirco quòd.* in Vat. 191 b, Ideo quòd, &c. & 107 a, & pro Cecin. 286 a, ad Her. 33 b, & de In. 44 b, Mihi tecum præcertatio non eſt, ideo quòd, &c.

ID eſt. *quod eſt, hoc eſt, inquam.* Attic. 106 a, Aſſentiar Cn. Pompeio, id eſt, T. Pomponio. & 64 b, Senatus hodie futurus erat, id eſt, cal. Octob. Off. 9 a, Duobus modis, id eſt, aut vi, aut fraude fit iniuria. Attic. 129 a, Num cui ſuccenſeant, quod dico, num cui, id eſt, num Pompeio? contra Rull. 81 a, Maxima multitudo, id eſt, tota Italia. de Ora. 94 a, Cum ei ita dicerem, me velle eſſe ineptum, id erat petere blandius. Offic. 44 a, Qui opera, id eſt, virtute & induſtria beneficiſunt. & 33 a, Virtus, quæ conſtat de hominibus tuendis, id eſt, ex ſocietate generis humani. Epiſt. 28 a, & 48 b, Præter quæſtores vrbanos, id eſt, populum Roman. Epiſt. 55 a, Neque ſolùm nobis, id eſt, tuis, ſed prorſus omnibus.

IDIOTA, tæ. *illiteratus, imperitus.* in Verr. 200 b, Quiuis noſtrûm, quos iſte idiotas appellat.) (*Homo ingenioſus atq; intelligens.* I. P. 93 a, Quæ illi idiotæ, vt tu appellas, præclara duxerunt. ibid. b, Sed planè animi ſui cauſa ludos nobis idiotis relinquet.

IDOLVM, li. *ſimulacrum, ſpectrum, imago.* de Fin. 53 a, Atomi, inane, imagines, quæ idola nominantur. * Ep. 253 a, Sed ſi inſulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus.

IDONEÈ. *aptè, commodè.* de Inu. 46 b, Exordium eſt oratio, animū auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionē.

IDONEVS, a, um. *aptus, commodus, tempeſtiuus, conſtitutus, dignus* de Inuent. 66 b, In occaſione commoditas ad faciendum idonea. Attic. 26 a, Ad lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ. I. V. 156 a, Tibi fortaſſe idoneus fuit nemo, quem imitarere. Attic. 132 a, Non mihi ſatis idonei ſunt autores hi qui à te probantur. de Orat. 97 b, Cùm minus idoneis verbis vti conſueſcerem. Brut. 91 b, Res quæ ne laude quidem ſatis idonea affici poſſit. pro S. R. 29 b,

R. 29 b, Serui conſcij, tempus idoneum. pro Cl. 21 a, Non eſſem ad vllam cauſam idoneus, iudices, ſi &c. pro Cor. 56 b, Minus idoneum hominem præmio afficere. de Cl. 169 b. Autor idoneus, Q. Ennius. pro S.R. 19 b, Indigniſſimum eſt vos idoneos habitos, per quorum ſententias talis iniuria decerneretur. pro Dom. 240 a, Nemóne horum idoneus tibi viſus eſt, vt cùm eo dedicationem communicares? pro Pom. 14 b, Pompeius idoneus non eſt qui impetret? Off. 29 a, Modeſtia eſt ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. (*aduertas animum ad modeſtiæ definitionem.*) Off. 44 a, Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendum. & 46 a, In deligendis idoneis iudicium & diligentiam adhibere. de Amic. 96 a, Idonea mihi C. Lælij perſona viſa eſt, quæ de amicitia loqueretur. de Legib. 160 b, Quędam ratio, de qua dicitur idoneo loco. Acad. 5 b, Res eſt idonea, de qua quæratur. Epiſt. 92 b, Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diuerſorio. de In. 48 b, Idoneum tempus, locus opportunus. de Fin. 139 a, Idoneus ad aliquid agendum. ad Heren. 22 b, Imagines ad monendum idoneæ. ad Heren. 1 b, Cùm ſtatim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. & ibid. Idonea verba. de Leg. 171 a, Lex apta & idonea ad iubendum & vetandum. *ad Heren. 17 a, Nec idoneas *res* dignitate ſua iudicare. *Alij dignitati ſuæ, alij pro dignitate ſua legunt.* & 27 a, Vt ne ad ſolarium quidem idoneus ſis.

† Syntaxis. *Idoneum eſt illi. Idoneus qui impetret. Idoneum tempus, locus. Id non eſt idoneum dignitate tua. Reddere auditores idoneos ad audiendum.*

IDVS, iduum. *octo dies dicuntur, qui ſingulis menſibus nonas ſequuntur: ſic dicti, quòd menſem diuidant nam Iduare, Hetruſca lingua, diuidere fuit.* Epiſt. 2 b, Nam hæc idibus manè ſcripſi. ad Attic. lib. 14, Idus Martiæ. ad Attic. lib. 15, Iduum Martiarum ſtulta eſt iam conſolatio, ad Att. lib. 14, Modò numeret Idibus.* de Orat. 143 a, Manè Idibus Septembris (*al. Septembribus*) & ille & Senatus frequens vocatu Druſi in curiam venit. ad Brut. 275 b, Idibus Maijs ex caſtris. & 281 b, Tibi perſuade, non te Idibus Martijs, quibus ſeruitutem à tuis ciuibus repuliſti, plus profuiſſe patriæ, quàm ſi maturè veneris profuturum. ad Brut. 282 b, Poſt interitum Cæſaris, & veſtras memorabiles Idus Martias, Brute, quid ego prætermiſſum à vobis, quantamque impendere Reipub. tempeſtatem dixerim, non es oblitus. & 287 b, Non omnibus horis iactamus Idus Martias. Att. 233 a, Idibus Martij tantum acceſſit ad amorem.

IECVR, oris. *epar, ex viſceribus vegetationis organum.* de Nat. 53 b, Quædam à medio inteſtino vſque ad portas iecoris (ſic enim appellatæ) ductæ viæ. de D. 104 b, Singulis iecorum fiſſis non intereſſe deum. & 115 a, Caput iecoris. Tuſc. 180 a, Tum iecore opimo farta & ſatiata affatim.* de Nat. 21 a, Quid hæc ad vitam membra pertinent, &c. cerebrum, cor, pulmones, iecur? Hæc enim ſunt domicilia vitæ. de Diuin. 114 b, Tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid halet naturale, quod declarare poſſit quid futurũ ſit? ibid. Si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atque plenum eſt, aliæ horridum & exile.

IECVSCVLVM, li. *paruum iecur.* de D. 115 a*, Muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri.

IEIVNÈ, iùs. *tenuiter, exiliter.* Orat. 208 a, Satura ieiunè dicere. & de Orat. 89 a, Videmus iiſdem de rebus ieiunè quoſdam & exiliter diſputauiſſe.)(. *Copioſè.* de Fin 94 a, Ieiuniùs dicere aliquid. Acad. 28 a, Ieiunè agere.

IEIVNITAS, tis. *tenuitas.*)(. *Vbertas & copia.* de Cl. 182 b, Cauenda eſt oratori inopia & ieiunitas. Ora. 198 b, Alij in eadem ieiunitate concinniores, id eſt, faceti, florentes etiam & leuiter ornati. Tuſculan. 175 b, Verborum ieiunitatem & famem ſe malle, quàm vbertatem & copiam dicerent.* de Orat. 109 b, Non arbitror tibi hos libros in eo fore genere, quòd meritò propter eorum, qui de dicendi ratione diſputârunt, ieiunitatem bonarum artium poſſit illudi. de de Clar. 191 a, Si autem ieiunitatem & ſiccitatem & inopiam, dummodo ſit polita, dum vrbana, dum elegans, in Attico genere ponit.

IEIVNVS, a, vm: ior. *qui nihil edit aridus, tenuis.* Epiſt. 107 b, Cùm quidem biduum ita ieiunus fuiſſem, vt ne aquam quidem guſtarem. de Cl. 168 b, Theodorus in arte ſubtilior, in orationibus ieiunior. de Orat. 144 a, Antonium ieiuniorem, Craſſum pleniorem fuiſſe. de Or. 114 b, Ieiuna concertatio verborum. Attic. 13 a, Miſera & ieiuna plebecula. Orat. 206 b, Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. Off. 32 a, Soliuaga cognitio & ieiuna videatur. I. A. 261 b, Quidam nimis ieiuno animo & anguſto.* Ep. 29 a, Illud verò puſilli animi & ipſa maleuolentia ieiuni atq; inanis.

† Syntaxis. *Inopia & ieiunitas. Ieiunitas, ſiccitas & inopia Ieiunius homo, orator, emptio. Plebs miſera & ieiuna. Ieiunus animus & anguſtus. Aures orationis huius ieiunæ.*

IENS, euntis. *vadens.* Attic. 250 b, Nonis Quintilibus veni in Tuſculanum, iens ad Brutum. & 60 a, Iens in Pompeianum, bene manè hæc ſcripſi. de Orat. 109 b, Cæſar dixit mihi à ſe Sceuolam hinc euntem eſſe conuentum. *id eſt, venientem,* Attic. 105 a, Tantum illud ſeruemus, ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus. I. A. 256 b, Si me rectis ſenſibus euntem dij adiuuerint.* Incer. Ad militiam euntibus dari ſolebant cuſtodes.

† Syntaxis. *Iens ad, &c. hæc ſcripſi. Ire rectis ſenſibus: id eſt, animo eſſe candido, integroq;.*

IGITVR. *ergo* Orat 206 b, Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. pro Lig. Habes igitur Tubero, &c. Acad, 6 a, Ordiamur igitur à ſenſibus. Aca. 19 b, Quid ergo eſſet id? viſum credo. quale Igitur viſum?

IGNARVS, a, um. *imprudens, inſcitus, rudis. imperitus, indoctus, nec opinans.* de Nat. 37 a, Vt plerique dicunt phyſicæ rationis ignari. Or. 207 b, Oratorem ne phyſicorum quidem eſſe ignarum volo. Poſtquam. 208 a, Ignarus ſum quid agatur. pro Seſt. 16 b, Ignari, quid virtus valeret. Top. 227 b, Pueri ſæpe indicarunt aliquid, ad quod pertineret ignari. At. 73 a, Nunquam tandiu ignarus rerum mearum fui. Epiſt. 105 b, Ignarus inſtituti mei. Tuſc. 175 b, Non ſum ignarus, quibus ea rebus conſequaris. de Or. 102 b, Ea requiruntur à me, quorum ſum ignarus, &c. de Ar. 243 b, Attamen ignarus ille, qui conſules eſſent, æſtuans ſe è curia repentè proripuit. de Orat. 90 b, Homo ignarus faciundæ orationis.* pro Roſc. 35 a, Non illum miſerum, ignarum caſus ſui, redeuntem à cœna videtis? pro Seſt. 6 a, Ignarus quidem certè & imprudens impendentium ſcelerum tantorum ac malorum.

† Syntaxis. *Quid agatur, ignarus ſum. Ignarus eſt qui cõſules adſint. Ignarus legendi.*

IGNAVÈ.)(. *Contentè.* Tuſ. 187 a, Ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignauè, ne quid ſeruiliter, muliebriterue faciamus.

IGNAVIA, viæ. *inertia.*)(. *Fortitudo.* de In. 82 b, Fortitudini contraria eſt ignauia, iuſtitię, iniuſticia. Tuſ. 193 a, Recipiat idem neceſſe eſt timiditatem & ignauiam. Qu. fr. 313 a, Vtinam nihil detis, vt potius veſtra iniuria quàm ignauia mea ceſſem. pro Rab. 95 a, Ignauiam ſuam tenebrarum ac parietum cuſtodijs tegere. Epiſt. 196 a, Nec tua ignauia etiam inertiam afferret.* ad Heren. 2 a, Si inertiam, ignauiam, deſidiam, luxuriã aduerſariorum proferemus. Tuſcul. 217 b, Nihil intereſt, vtrum moderatas perturbationes approbent: an moderatam iniuſtiam, moderatam ignauiam. de Amic. 105 a, Ignauiam fortitudo aſpernatur atq; odit. Ep. 27 a, Quod illi tribuebatur ignauiæ.

IGNAVITER. *ignauè.* Att. 241 a, Quæris, an ego, cum omnes calleant, ignauiter aliquid faciam. Hircius.

IGNAVVS, a, um. *iners.*)(. *Fortis.* de Nat. 85 b, de Seneſt. 84 a, Iners, ignaua & ſomniculoſa ſenectus. pro Cec. 293 b, Pœna ignauis ab imperatorib. conſtituitur. de Fat. 146 a, Illa ignaua ratio quæ dicitur, appellatur quidẽ à philoſophis ἀεγὸς λόγος. & ibidem, Rectè hoc genus interrogationis ignauum & iners nominatum eſt.

† Syntaxis. *Ignauus homo, ratio, interrogatio, ſenectus. Ignauum & iners dictum.*

IGNESCO, ſcis. *conflagro, ardeo.* de N. 49 b, Ad extremum omnis mundus igneſcet.

IGNEVS, a, um. ad Heren. 34 a, Ardor igneus. de Nat. 31 a, Genus igneum. & 33 b, Sol igneus. Tuſc. 156 b, Pars ignea. & 162 a, In animis nihil eſt igneum, & 163 a, Aethera natura ignea. Top. 226 a, Igneum fulmen. de Nat. d. 30 b, Omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo. eod. Calidum illud atq; igneum in omni fuſum eſt natura. & lib. 3, Ad igneam vim omnia referebat Heraclitus. de N. d. lib. 2, Cor animantis euulſum, ita mobiliter palpitabat, vt imitaretur igneam celeritatem. eod. 30 b, Igneo motu venæ & arteriæ micare non deſinunt. eod. Igneæ formæ in æthere curſus ordinatos definiunt. eod. Tota ignea & calida eſſe ſidera, Cleanthes affirmat.

† Syntaxis. *Igneus ſol. Aetherea natura ignea. Igneo motu arteriæ micare non deſinunt. Igneum & calidum in omni fuſum natura. Ignea & calida ſidera.*

IGNICVLVS, li *propriè paruus ignis: tranſlatione, facilitas ingenita.* de L. 162 b, Tanta eſt corruptela malæ conſuetudinis, vt ab ea tanquam igniculi extinguantur à natura dati. Att. 249 a. Sed tamen interdum nonnullos iacit igniculos viriles epiſtola. Ep. 255 a, Quò tolerabilius feramus igniculum deſiderij tui.* de Fin. 128 b, Quorum ſimilia ſunt prima in animis quaſi virtutum igniculi & ſemina. Tuſcul. 190 a, Nunc paruulos nobis dedit *natura* igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibuſq; deprauatis ſic reſtinguimus, vt nuſquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingenijs noſtris ſemina innata virtutũ. Att. 286 a, Sed

dignitati illudere. Epiſtol. 150 b, Illuſeras heri inter ſcyphos.* Hortenſ. Túne Pſeudomenon & Soritam, & totam Dialecticam, aut illudis aut increpas?

ILLVDOR ris. de Orat. 130 b, Miſeros illudi nolunt.

ILLVMINATE. *ornatè, ſplendidè.* de Orator. 147 b, L. DISTINCTE.

ILLVMINATVS, a, um de Nat. 49 b, Luna à ſole illuminata, grauiditates & partus affert. ad Her. 39 a, Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata. de Clar. 184 a, Illuminata ſapientia.

ILLVMINO, as. *orno, diſtinguo, lucem vel lumen affero, lumen præfero, lumina præfero, colluſtro, illuſtro.* de Orator. 162 a, Hęc ſunt ferè quę ſententijs (*al. ſententiarum*) orationem, verborumque conformationibus illuminēt. de Orat. 158 b, Quod *verbum* tanquam ſtellis quibuſdam notat & illuminat orationem. * Orat. 204 b, Quæ *concinnitas* verborum collocationem illuminat his luminibus.

ILLVMINOR, ris de Or. 145 a, & 152 a, Illuminare orationem iis luminibus, quę &c. quibus orationem ornari & illuminari puto.

† Syntaxis. *Illuminata à ſole luna, à gemmis corona. Notare & illuminare ſententijs orationem.*

ILLVSIO, onis. *irriſio.* de Orat. 161 b, * Nam & commoratio vna in re permultùm mouet, &c. & extenuatio, & huic adiuncta illuſio à præceptis Cæſaris non abhorrens.

ILLVSTRATIO, onis. *fulgor, ſplendor.* de Nat. 18 b, Huius Solis hanc illuſtrationem eiuſdem incenſam radijs menſtruo ſpacio Luna complet. *Item quam Græci ἐναργέιαν dicunt, Cic. illuſtrationem appellauit, teſte Quintil. lib. 6 cap. 3.*

* ILLVSTRANDVS, a, um. Tuſcul. 149 a, Quæ *philoſophia* illuſtranda & excitanda nobis.

ILLVSTRATVS, a, um. de Cl. 185 b, Genus hoc ſcriptionis nondum eſt ſatis Latinis literis illuſtratum.

ILLVSTRIS, ſtre: rior, ſſimus. *clarus, nobilis.* I.V. 79 b, Et hinc homines maximè illuſtres, & qui ipſi noti ſunt, & alios optimè norunt. Qu. de Pet. 210 b, & de Clar. 171 a, Homo illuſtris honore ac nomine. de Clar. 175 b, Sanè illuſtris orator. I.V. 243 b, Tam illuſtre ac nobile domicilium. & 93 a, Tam illuſtris ciuitas. de Diu. 126 b, Quis enim vir illuſtrior vtitur ſortibus. de N. 5 a, Bonum & illuſtre domiciliū. Off. 15 b, Nomen Themiſtoclis illuſtrius eſt, quàm Solonis. Antequam. 196 b, Illuſtriſſimum orbis terrarū monumētum. pro Dom. 222 b, Illi quorum vita remota ab hoc honore populari, & ab hac illuſtri gratia eſt. & 230 a, In eius vita nihil eſt ad laudem illuſtrius, quàm calamitas. de Senec 84 b, Defendi multas cauſas illuſtres. I. A. 244 b, Quis audeat luci? quis bene comitatum? quis illuſtrem aggredi? de Nat. 4 b, Habere viſum quendam inſignem & illuſtrem. Epiſt. 181 b, Hæc quæ teſtata ſunt & illuſtria. ad Heren. 22 a, Illuſtris locus, )( *. Obſcurus.* Attic. 58 b, Ne illius iniuriam faciam illuſtrem. Epiſtol 8 a, Hæc vides quāto expreſſiora, quantoque illuſtriora futura ſint. Acad. 23 b, Illuſtribus igitur rebus inſiſtis. de Finib. 56 b, Facta illuſtria & glorioſa.

ILLVSTRIVS. *clarius.* Ep. 155 a, Vidi me à te amari ſemper quidem, ſed nunquam illuſtrius.

† Syntaxis. *Homo illuſtris honore, ac nomine. Illuſtris ac nobilis domus. Hoc ad laudem illuſtre. Teſtatum & illuſtre factum. Facere iniuriam alicuius illuſtrem. Illuſtre ac glorioſum factum.*

ILLVSTRO, as. *illumino, colluſtro.* I.V. 216 a, Fulgore auri collucere & illuſtrari templum. de Orat. 99 b, Patefacere & illuſtrare obſcura. de Amic. 114 b, Patefacere & illuſtrare veritatem. de Inu. 67 b, Diſtinguere & illuſtrare orationem. de Orat. 90 a, Illuſtrare artes oratione. Orat. 205 a, Tranſlata verba quaſi ſtellæ illuſtrant orationem. pro Arch. 189 b, Qui libri populi Romani nomen illuſtrant. pro Dom. 228 b, In iſto tuo maledicto probrū non modò mihi nullum obiectas, ſed etiam laudem illuſtras meam. Offi. 43 a, P. Sulpitij eloquentiam accuſatio illuſtrauit. Epiſt, 6 a, Illuſtrabit, mihi crede, tuam amplitudinē hominum iniuria, Epiſt. 70 b, Illuſtrare aliquem laudibus. Acad. 39 b, Illuſtrare philoſophiam Latinis literis.

ILLVSTROR, ris. Tuſcul. 149 a, I.C. 133 b, Conſilia inita contra nos illuſtrabuntur, vt ab omnibus perſpici poſſint. pro Cæl. 51 b, Signa quibus veritas illuſtrari ſolet. *id eſt, probari.*

† Syntaxis. *Illuſtrare auro templum, obſcuram orationem. Diſtinguere & illuſtrare. Illuſtrare laudibus. Illuſtrantur tandem cuncta: id eſt, agnoſcuntur, pateſcunt.*

ILLVVIES, ei. *ſordes.* Tuſ. 196 a, Pectus illuuie ſcabrum. *poëtæ.*

ILLYRICVM, ci. *regio.* Att. 159 a, Pompeius per Illyricum proficiſcitur in Galliam.* Att. 162 b, Pompeium cum magnis copijs iter in Germaniam per Illyricum feciſſe.

ILLYRICVS, ca, cum. pro Pomp. 10 b, Mare Illyricum. de Off. 41 a, Bargulus Illyricus latro.

IM, *pro eum, vetuſtum eſt.* de Leg. 182 b, Quo auro dentes vincti eſſent, aſt im cum illo ſepelire, vreréue ſe fraude eſto. *hic etiam, ſe, pro ſine vſurpatum eſt.*

IMACARENSES, *non Macarenſes, populi.* I.V. 169 a, Imacarenſes iam omni frumento ablato, iam omnibus, &c.

IMACARENSIS, e. I.V. 157 b. Ager Imacarenſis.

IMAGO, nis: *ſimulacrum, ſpecies, exemplar, forma.* de Nat. 22 b, Fac imagines eſſe, quibus pulſentur animi: ſpecies duntaxat obijcitur quædam. de D. 136 b, Nulla ſpecies cogitari poteſt, niſi pulſu imaginum. & ibid. Imagines fluere à corporibus ſolidis & à certis figuris. Acad. 31 b, Imagines extrinſecus in animos noſtros irrumpunt. de Finib. 53 a, Atomi, vanæ imagines, quæ idola nominantur. pro S.R. 26 a, Vt effictos mores noſtros in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. pro Seſt. 9 a, b, Se imaginem iudiciorum aut ſimulacrum aliquod in ciuitate futurum putaſſe. & 6 b, Vnum te aliquem ex barbatis illis exemplum veteris imperij, imaginem antiquitatis diceres iutueri pro Rab. Poſth. Imago ad memoriam poſteritatis prodita. contra Rull. 66 a, Imagines familiæ. 85 b, Imaginem nullam reipublicæ relinquent, & veſtigium nullum. de Orat. 136 b, Imago animi vultus eſt, indices oculi I.C. 113 a, Eſt verò, inquam, notum ſignum, imago aui tui clariſſimi viri. de Amic. 115 b, Memoriam & imaginem patris tui tibi propone. Epiſt. 5 b, & 6 a, Recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Orat. 206 a, Demoſthenis imaginem ex ære vidi. Epiſt. 68 b, Ageſilaus, qui neque pictam neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe. I.A. 231 b, Imaginem Antonij crudelitatis in Dolabella cernitis. *contr. Rull. 86 b, Nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Incer. Comœdia eſt imago veritatis. ad Heren. 21 b, Conſtat artificioſa memoria ex locis & imaginibus. ibid. Imagines ſunt formæ quædam & notæ, & ſimulacra eius rei, quam meminiſſe volumus. ibid. Imagines eorum certis in locis collocare nos oportebit. ibid. In locis imagines conſtituere. ibid. Loci ceræ aut chartæ ſimillimi ſunt, imagines literis: diſpoſitio & collocatio imaginum ſcripturæ; pronunciatio lectioni. ibid. Ne quando perturbatione ordinis impediamur, quò ſecius quoto quoque loco libebit, vel à ſuperiore, vel ab inferiore, vel à media parte imagines ſequi poſſimus. ad Heren. 22 a, Vt in quamlibet partem, quoto quoque loco libebit, imaginibus commoniti dicere poſſimus id. ibid. Imagines, ſicut literæ, delentur: vbi nihil illis vtimur, &c. ibid. Imaginum notæ. ibid. Nam & præter modum loci ampliuagas imagines reddunt, & nimis anguſti ſæpe non videntur poſſe capere imaginum collocationem. ibid. Ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut ſplendore præfulgeant. ibid. Nunc ad imaginum rationem tranſeamus. Quoniam ergo rerum ſimiles imagines eſſe oportet. ibid. Cùm ſummatim ipſorum negotiorum imagines comparamus. Verborum ſimilitudines conſtituuntur, cum vniuſcuiuſque nominis & vocabuli memoria imagine notatur. Rei totius memoriam ſæpe vna nota & imagine ſimplici comprehendemus. ad Heren. 22 b, In primo loco rei totius imaginem conformabimus. ibid. Si formarum diſpoſitione & imaginum diligenti notatione vtemur. ibid. Cùm verborum ſimilitudines imaginibus exprimere volemus. ibid. Hæc imaginum conformatio tum valet. ibid. Cùm imaginibus verba exprimanuus. ibid. Vt imagines partim firmæ & ad monendum idoneæ ſint: partim imbecilles & infirmæ, quæ vix memoriam poſſint excitare. ibid. Quas vitemus & quas ſequamur imagines. ad Heren. 23 a, Imagines nos in eo genere conſtituere oportebit. ibid. Si non mutas, nec vagas, ſed aliquid agentes imagines ponemus: ſi egregiam pulchritudinem aut vnicam turpitudinem eis attribuemus: ſi aliqua re exornabimus, vt ſi coronis aut veſte purpurea: quò nobis notior ſit ſimilitudo: aut ſi qua re deformabimus, vt ſi cruentam aut cæno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus, quò magis inſignita ſit forma: aut ſi ridiculas res aliquas imaginibus attribuamus. ibid. Imaginum renouandarum cauſa. ibid. Vt multorum verborum imagines conſcriberent, vti qui eas ediſcere vellent, paratas haberent. ibid. Quòd in verborum innumerabilium multitudine ridiculum ſit mille verborum imagines comparare. ibid. Ita fit in imaginibus, vt quæ nobis diligenter notæ ſint, eæ parū videantur inſignes alijs. Quare ſibiquenq; ſuo cōmodo cōuenit imagines cōparare. ad Her. 23 b, Ita arbitramur de imaginib. fieri conuenire. ibid. in imaginib. collocandis exerceri quotidie conueniet. de Inuen. 62 a, Vt excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in ſeſe imago cōtineret, Helenę ſe pingere ſimulacrum velle dixit. de Orat. 129 b, Quorum imagines duci vides, de Orat. 141 a,

Sed

Sed hæc ars tota dicendi, ſiue artis imago quædam eſt, & ſimilitudo, habet hanc vim, non vt totum aliquid pariat & procreet, verum vt ea, quæ ſunt orta iam in nobis & procreata, educet atque confirmet. pro Arch. 188 a, Quàm multas nobis imagines non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortiſſimorum virorum expreſſas, ſcriptores & Græci & Latini reliquerunt? quas ego mihi ſemper in adminiſtranda Repub. proponens, &c. Tuſcul. 190 b, Ea virtuti reſonat, tanquam imago gloriæ. de Nat. 11 b, Vt doceat nos quaſi manu, eam eſſe vim & naturam Deorum, vt primum non ſenſu, ſed mente cernatur, &c. ſed imaginibus ſimilitudine & tranſitione perceptis: cum infinita ſimilimarum imaginum ſpecies ex innumerabilibus indiuiduis exiſtat, & ad Deos affluat: cum maximis voluptatibus in eas imagines mentem intentam, infixamque noſtram intelligentiam capere, quæ ſit & beata natura & æterna. de Nat. 21 b, Verùm ſit ſanè, vt vultis, Deus effigies hominis & imago. & 22 b, Aduentum in animos & introitum imaginum dicitis. ibid. Gracchi & Octauij imagines remanere: quæ in Capitolium cùm peruenerint, tum ad animum meum referantur ibid. Omnium in me incidere imagines? Homeri, &c. nec ea forma. ibid. At Orpheus, id eſt, imago eius, vt vos vultis, in animum meum ſæpe incurrit. ibid. Simul ac mihi collibitum eſt, præſtò eſt imago? Quid quod etiam ad dormientem veniunt inuocatæ? Tota res, Vellei, nugatoria eſt. Vos autem non modò oculis imagines, ſed etiam animis inculcatis. de Nat. 23 a, Quomodo probas, continenter imagines ferri? aut ſi continenter, quomodo æternæ. Ep. 84 b, Intereà tibi abſenti, & huic, qui adeſt, imagini animi & corporis tui, conſtantiſſimo atque optimo filio tuo, ſtudium, officium, operam, laborem meum, iampridem & pollicitus ſum & detuli. Ep. 90 b, Quicquid imago veteris meæ dignitatis, quicquid reliquæ gratiæ valebunt.

¶ *Comparatio.* de In. 52 b, Imago eſt oratio demonſtrans corporum aut naturarum ſimilitudinem. ad Her. 39 a, Imago eſt formæ cum forma, cum quadam ſimilitudine collatio.

† Syntaxis. *Imagines rerum, pulſantes animum. Imago vitæ, antiquitatis. Imago & veſtigium. Imago animi vultus. Imago ex ære. Imago & ſimilitudo. Picta & ficta imago.*

*IMAGVNCVLA, &. *parua imago.* Att. 89 b, In his rebus inuentæ ſunt quinque imagunculæ matronarum, in quibus vna ſororis amici tui. *Alij laguncula, alij plagunculæ legunt.*

IMBECILLIS, le. *imbecillus, infirmus, debilis.* Epiſt. 136 a, Fortuna, quam exiſtimo leuem & imbecillem ab animo firmo & graui, tanquam fluctum à ſaxo frangi oportere. de Senect. 84 a, Quàm fuit imbecillis P. Africani filius? de Amic. 105 a, Amici imbecilles valent. de Inu. 59 a, Valens, an imbecillis.

† Syntaxis. *Leuis & imbecilla fortuna.*

IMBECILLITAS, tis. *infirmitas, debilitas, defatigatio.* Attic. 173 b, Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. Att. 278 a, Imbecillitas ætatis non poteſt grauitatem rerum ſuſtinere. Atti. 285 a, Iſta verò imbecillitas & deſperatio Cæſarem in cupiditatem regni impulit. Atti. 194 b, Noſti Niceæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, & conſuetudinem victus. pro S. R. 20 a, Suſceptum onus propter imbecillitatem animi deponere. * de Clar. 182 b, Ad virium imbecillitatem dicendi accommodabat genus. Tuſcul. 228 b, Humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimeſcere. Ep. 4 b, Ego tibi à vi, in hac præſertim imbecillitate magiſtratuum, præſtare nihil poſſum. Ep. 95 b, Tu modò iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ ſuſtenta & tuere.

† Syntaxis. *Imbecillitas corporis, virium, ætatis. Imbecillitas fragilitasq́ue. Valetudinis imbecillitas, animi.*

IMBECILLIVS. Tuſc. 245 a, Qui imbecillius horrent dolorem, & reformidant.

IMBECILLVS, a, um: ior. *imbecillis, infirmus, debilis, eneruatus, exſanguis, parum firmamenti ac virium habens, tenui & nulla valetudine.* )(. *Valens.* Atti. 102 a, Nunc in vno ciue reſp. ad reſiſtendum imbecilla eſt. Epiſt. 95 a, Cùm homo imbecillus à valentiſſima fera laniatur. & 259 b, Malo te ferò valentem, quàm ſtatim imbecillum videre. Qu. fra. 311 b, Quum neque hoc tempore, neque ab imbecillis accuſatoribus mihi placuit accuſari. & 313 a, Marius & valetudine eſt, & natura imbecillior. de D. 125 b, Imbecillus animus facilè ſuperſtitioſa iſta concipit. & 134 a, Omnem ſuperſtitionem imbecilli animi atq; anilis eſſe. * Hortenſ. Imbecillus eſt pudoris magiſter timor.

† Syntaxis. *Imbecilla Reſpub. ad pugnandum. Valetudine & natura imbecillior.*

IMBELLIS, le. *ignauus.* Off. 16 b, Nunquam periculi fuga committendum eſt, vt imbelles timidiq; videamur.

IMBER, bris. *pluuia vehemens ac repentina.* I. V. 320 a, Erat hiems, ſumma tempeſtas perfrigida, imber maximus. Atti. 114 b, Maximo imbri Capuam veni. & 208 b, Magnos & aſſiduos imbres habuimus. Tuſ. 157 a, Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur. de D. 100 b, Sæpe lapidum, ſanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber effluxit. * Incer. Quædam terræ imbribus ſicciores fiunt, velut in Narnienſi agro ſiccitate lutum fieri, imbre puluerem. de Diuin. 121 a, Ita te nec terræ fremitus, nec cœli diſceſſus, nec lapideus aut ſanguineus imber, &c. terrebunt.

† Syntaxis. *Magno imbri ambulare. Imbres habere. Effluit lapidum imber, ſanguineus.*

IMBERBIS, be. *imberbus.* de Na. 77 a, Apollo ſemper imberbis. pro Dom. 220 b, Imberbis adoleſcentulus.

*IMBERBVS, a, um. *imberbis.* de Lege agraria, Imberba iuuentute.

IMBIBO. bis. *haurio, concipio.* I. V. 74 a, Imbibere animo malam opinionem de aliquo.

IMBVENDVS, a, um. de Orato. 135 b, Itaq; pueris imbuendus eſt bonis moribus.

IMBVO, is. *inſtituo, inficio, tingo, combibo.* pro Deiot. 149 a, Quibus ille ſtudijs ab ineunte ætate ſe imbuerat. I. A. 198 a, Cùm autem ſemel gladium ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem cædendi niſi defatigatio & ſatietas attuliſſet. Tuſc. 154 b, Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio. At. 229 b, Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere.

IMBVOR, ris. *oneror, impleor.* de Finib. 91 b, Imbui bonis morib. Tuſcul. 190 b, Imbui opinionum prauitate. item: Imbui erroribus. de Natur. deor. 12 a, & de Finib. 61 a, Tanta imbueremur ſuperſtitione, ſi vos audire vellemus, vt aruſpices nobis eſſent colendi. * Hortenſ. Literis talibusque doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet.

IMBVTVS, a, um. *inſtructus, præditus, plenus.* de Diu. 99 b, Hetruſci religione imbuti, ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant. I. A. 228 b, Nos à maioribus ſic inſtituti atq; imbuti ſumus, vt, &c. Offi. 24 a, Plerunq; parentū præceptis imbuti, ad eorū conſuetudinē moremq; deducimur. de Nat. deor. 17 b, Animi cōſuetudine imbuti. de Orat. 123 b, Aliquis doctrina liberaliter inſtitutus, atq; aliquo iā imbutus vſu. Orat. 212 b, & pro Mil. 103 a, Ad hanc legem non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus. de Fin. 67 b, Cognitiones verborū, quibus imbuti ſumus. pro Dō. 225 a, Bellum nefariū, & omni odio imbutū. pro Font. 282 b, Cuius ſanguine non ſolùm Aſculanorū manus, à qua interfectus eſt. ſed totum illud ſociale bellū macula ſceleris imbuum eſt. in Annton. 184 a, Hac ille crudelitate imbutus nemini pepercisſet. pro Milon. 105 a, Via Appia latronis ſanguine imbuta eſt. I. A. Imbuti ſanguine gladij militum noſtrorū, vel madefacti potiùs. Tuſcul. 151 a, Imbutus dialecticis. de Leg. 172 b, His rebus imbutæ mentes. * de Finib. 61 a, Tum ſuperſtitio qua qui eſt imbutus. de Finib. 84 b, *Poeta.*

*Cui viperino morſu venæ viſcerum*
*Veneno imbutæ tetros cruciatus cient.*

Tuſcul. 178 b, Cùm è viperino morſu venæ viſcerum veneno imbutæ tetros cruciatus cierent.

† Syntaxis. *Bonis moribus imbuere. Imbuere ſe ſtudiis. Gaudium ſcelere imbuere. Imbuit mētes deorū opinio. Imbui erroribus. Inſtitutus & imbutus à magiſtris. Vſu imbutus. Nō inſtitutus, ſed imbutus ad. Bellum odio imbutum. Manus imbutæ ſanguine. Imbuti gladij ſanguine vel madefacti potius. Imbutus dialecticis.*

IMITABILIS, le. *quod imitatione aliquis aſſequi poteſt.* Orat. 204 a, Orationis ſubtilitas videtur eſſe imitabilis, ſed nihil eſt experienti minus.

IMITANDVS, a, um: di, do, dum. de Or. 117 a, Vitioſa conſectari imitando. de N. 43 b, Archimedem arbitrantur plus valuiſſe in imitandis ſphæræ conuerſionibus, quàm natura in efficiendis. de Orat. 117 a, Sunt tamen omnes in eodem imitandæ veritatis genere verſati. I. A. 182 a, Hoc factū eſt expoſitū ad imitandū. de Or. 111 b, Qui actor in imitando, quā orator in ſuſpicienda veritate iucundior? Of. 54 a, Oris pulcritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat. Of. 17 a, In adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui, &c. * 2. Acad. Vitam ſuam exponere, ad imitandum iuuentuti. de Orat. 117 a, Tum accedat exercitatio, qua illū, quē antè delegerit, imitādo effingat, atq; ita exprimat. ibid. Niſi aliquē ſibi proponeret ad imitādū.

IMITATIO, onis. *æmulatio.* I. A. 261 a, Excellentiū hominum virtutem imitatione, non inuidia dignam eſſe. Offic. 16 a, Ad quem & huius gloriæ hæreditas, & factorum imitatio pertinet. pro Flac. 151 a, Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis. Offi. 52 b, Hanc ingenij præſtantiā [illegible] minus imitatione conſequi poſſumus, voluntate

voluntate certè proximè accedimus.de Or.173 a,In omni re vincit imitationem veritas.& 147b,Vitium imitatione ex aliquo expreſſum.& 125 b,In eo nihil eſt niſi falſum,& imitatione ſimulatum.& 131 a,Ridiculum,quod ex quadam deprauata imitatione ſumi ſolet. de In. 48 b, Multos imitatio decipit breuitatis: & cum ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint. ad Her. 1 b,Imitatio eſt, qua impellimur, cum diligenti ratione,vt aliquorum ſimiles in dicendo velimus eſſe. Partit. 231 a.Verba nouata imitatione. *Hortenſ. Ad imitationem quaſi noſtri generis contendiſſe.Incer. Comœdia eſt imitatio vitæ. de Orat. 117 a,Niſi eodem,ſtudio atq; imitatione incidiſſet,& b, Quorum quãdiu manſit imitatio.ibid. Hanc ſimilitudinem qui imitatione aſſequi volet.Partit.231 a,Verba reperta,quæ ex his natiuis facta ſunt & nouata,aut ſimilitudine,aut imitatione.ad Brut.335 b,Virtutis diſciplinam meliorem reperiet nullam, quàm contemplationem atque imitationem tui.

IMITATOR,oris.*æmulator,æmulus*.de Leg.190 b,Non tantum mali eſt peccare principes,quantum illud,quòd permulti imitatores principum exiſtunt. Or. 213 b, Quorum ſe iſti imitatores eſſe dicunt.I.A.185 a, Imitator maiorum ſuorum.* de Or. 129 a,Natura fingit homines, & creat imitatores,& narratores facetos. Hortenſ. Deinde imitator, vt ſibi quidem videtur,naturę mos indicat.de Orat.117 a, Multos imitatores ſæpe cognoui, qui aut ea, quæ facilia ſunt,aut etiam illa, quæ inſignia ac penè vitioſa,cõſectẽtur imitando.in Vatin. 33.a,Vtrum veterum faciuorum ſis imitator,an nouorum.pro Marc.131 a,Illo æmulo atq; imitatore ſtudiorum ac laborũ meorum, quaſi quodam ſocio à me & comite,diſtracto.

IMITATRIX,cis.*æmula*.de Leg.165 b,Vel ab ea,quæ penitùs in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni voluptas. Tuſc.190 b,Illa autem,quæ ſe eius gloriæ imitatricem eſſe vult,temeraria atq; inconſiderata,fama popularis.

*IMITATVS,a, um.*paſſiuè*. de Vni. 196 a, Cùm autem ingreſſa eſt *oratio* imitata & efficata ſimulachro.

IMITOR,aris.*quaſi fingo, ſimulo,adumbro,exprimo,imitatione exprimo,exemplum ab aliquo transfero,ſequor,exequor*. de N.74 b, Imitari chirographum alicuius.de Leg.157 b,Siſenna Clitarchum imitatur: quem ſi aſſequi poſſet, aliquantum ab optimo tamen abeſſet.deD 120 b,Et humor allapſus,&c. poteſt ſudorem imitari pro Quin.R.48 a,Imitari aliquem in perſona alicuius.Epiſt.139a,In qua cœna coquus meus præter ius ardens nihil potuit imitari.de In.57 b,Hoc imitatur illud,ſed non eſt eiuſmodi. & 63 b,Taciturnitas imitatur confeſſionem. Epiſt. 38 a,Ne in quo te obiurgem,id ipſum videar imitari,&27 b,Eos ego fortaſſe nunc imitor. Acad.41 a,Imitari Ariſtotelem aut Demoſthenem.de Or. 126 a,Heroum veteres caſus imitari.de Clar.170 b, Canachi ſigna rigidiora ſunt, quàm vt imitentur veritatem. & 176 b,L.Cotta cùm verbis, tum ſono ipſo ſubruſtico perſequebatur atq; imitabatur antiquitatem.Ora.197 a, Qui Coæ Veneris pulcritudinem imitari non potuerunt.de Or. Imitatus eſt homo Romanus illum Socratem, &c. de Di. 118 a,Caſus poteſt imitari veritatem. Orat.214 a, Tu ipſe tibi imitandus es.Ora.168 b.Quem imitari atq; exprimere non poſſumus.& 203b,Pictor,cùm ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari,&c.de Ora. 117 a, Imitari amictum alicuius,aut ſtatum,aut motum.pro Qu.3 a, Credidit eum qui orationem bonorum imitaretur, facta quoq; imitaturum.*pro M.Scau.Factum alicuius imitari. de Orat,117 a,Oris prauitatem & verborum latitudinem imitatur,ibid.In eo ipſo,quem delegerat,imitari etiam vitia voluit. & b,Vt hodie Meneclem, &c. tota imitetur Aſia. Part. 236 b, Ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia,& temperantiam immanitas in voluptatibus aſpernandis,& magnitudinem animi ſuperbia in animis extollendis,& deſpicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effuſio, & fortitudinem audacia imitatur,& patientiam duritia immanis,& iuſtitiam acerbitas, & religionem ſuperſtitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas, & illam diſputandi prudentiam concertatio captatioq; verborum,& hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi.

† Syntaxis.*Imitando vitioſa conſectari.Imitãdæ ſunt virtutes.Expoſitum factum ad imitandum.Id imitatione ſimulatum. Aemulus & imitator.Imitator & narrator facetus.Imitari & exprimere.*

IMMANIS,ne.*importunus,ferus*.)(.*Mitis,manſuetus*.Part.137 a, Patientiam duritia immanis imitatur.I.V. 77 b, Iſtius immanis.de N.58 a,Immanis ac fera bellua.Acad.27 b,Vt fera & immanis bellua.Tuſcul.218b,Tetra & immanis bellua.pro Font.280 a,Immanis ac barbara conſuetudo. Qu. fr. 295 a, Immanes & barbaræ nationes. de Fin. 103 b,& pro S.R.30 a,Immanes quædam beſtiæ.Part 237b,Voluptatem immaniſſimus quiſq; maximè ſequitur.de Ar.244 b,Immanis audacia.I.A.172 b, Immanes populi. I. V. 171 b,Ingens immaniſq; præda. Attic 28 a,& pro Qu. R.48 b, Immanis pecunia.pro S.R.29b,Immane facinus.*de Leg. 177 a,Agreſtis immaniſq; vita.

† Syntaxis.*Duritia,natura,hoſtis,bellua,conſuetudo,natio,audacia,præda,pecunia facinus, immania.*

IMMANITAS,tis.*feritas,diritas*.in Vat.30 a,Quanquã ſis Omni diritate atq; immanitate teterrimus.Offi.32 a,Feritas quędã & immunitas.Part.236 b,& 237 a,Temperantiam immanitas in voluptatibus aſpernandis imitatur de Nat. 14 a,Eſſe gentes immanitate ſic efferatas,vt,&c.Epiſt. 143 b, Cuius tanta eſt non inſolentia,ſed immanitas. pro Cęl.40 a,Niſi tot vitiorũ tanta immanitas quibuſdam virtutis radicibus niteretur.* in Catil. 100 a, Ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitiſſe,aut nõ vindicata eſſe videatur.Tuſcul.192 b,Nam iſtuc nihil dolere non ſine magna mercede contingit,immanitatis in animo,ſtuporis in corpore.de Nat.46 a,Qui quaſi cultores terræ conſtituti, non patiûtur eam nec immanitate beluarum efferari,&c. de Diuin 93 a,Illa autem pars, in qua feritas quædam ſit atq; agreſtis immanitas.

† Syntaxis.*Homo teter immanitate ac diritate. Feritas & agreſtis immanitas.Immanitate efferatus.*

IMMANSVETVS,a, um. de Leg. 160 b, Gens immanſueta atque fera.

IMMATVRITAS,tis. *nimia celeritas,acerbitas, importunitas*. pro Quin. 15 a, Quid hæc feſtinatio? quid hæc immaturitas tanta ſignificat?

IMMATVRVS,a,um.*crudus, peracerbus,acerbitate permiſtus*. de Cl.175 b,Gracchi immaturus interitus. I. A. 182 a,& I.C. 118 b,Seni mors immatura eſſe non poteſt.

IMMEMOR,ris.*oblitus*. Attic.58 b, Immemor mandati. &78 b,Tamen ſurripiendum aliquid putaui ſpacij, ne me immemorem mandati tui putares.I.A.170 b,Huius rei ne poſteritas quidem omnium ſeculorum immemor erit. de Cla.180 a,Nec Romanorũ immemor. & ibid. Magna hæc immemoris ingenij ſigna pro Syl.183a,Adeòne vobis oblitus conſtantiæ meæ, adeò immemor rerum à me geſtarum eſſe videor?

IMMENSITAS,tis.*infinitas*.de Nat.45 a,Adde huc,&c.Immenſitates camporum.* de Nat.12 b, In hac immenſitate latitudinem,longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum.

IMMENSVS,a,um *profundus,infinitus*.Tuſcul.164a,Tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio.ad Her.12 b, Immenſa, infinita,immoderata cupiditas. de Orat. 149 b, Ex ingenti immenſoq; campo.& 103 a,Ingenij ſui finibus. immenſis aliquã artem deſcribere.& 116 a,In tanta re,tãq; immenſa & 154 a,de D,82 b, Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo.de N.7 a,& de Or.86 b,Aër immenſus & infitus.I.V.152 a,Immenſa vorago vitiorum.

† Syntaxis. *Cupiditas immenſa, infinita, immoderata. Immenſa vitiorum vorago.*

IMMERGO,gis.*ingurgito*.pro Clu. 24 b,Is ſe blanditijs & aſſentationibus in illius conſuetudinem penitùs immerſit.

IMMERITO.de Or.128 a,Si immeritò,&c.

*IMMERSVS,a,um.de Vniuer.203 b,In flumen immerſus.

IMMIGRO,as.*migro,commigro*.de Clar.109 c,Sic tamen, vt ea *verba* nõ irruiſſe in alienum locũ, ſed immigraſſe in ſuum diceres.pro Dom. 242 a, Ex ſuis templis in eius ædes immigrare nolebant. Tuſc. 160 b, Cùm animus repentè in tam inſolitum domicilium immigrauit. I.A.254 b, Paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrabit. pro Dom.235 a,Deos in domum immigrare voluiſſe.

IMMINENS,tis.*paratus,própius*.pro Dom.216 a, Homo ad cæde imminẽs.I.V.155 b, Aliquẽ auaritia hiante atq; imminẽti eſſe.deOr.129b,Cõiectis oculis geſtu omni imminẽti dixit.* I.A.263 a,Hoſtes nefarios huic Ioui Maximo, cæteriſq; Deorũ immortaliũ templis,vrbis tectis,libertati populi Rõ. noſtræ vitę ſanguiniq; imminentes proſtrauit.

IMMINEO,es. *impende*. pro Dom. 218 a, Impendebat direptio,imminebat tuus furor omniũ fortunis & bonis.Offi. 61 a,Nimis enim imminebat propter propinquitatẽ Aegina Piræo.pro Cor.61 b,Cũ præpotẽs Carthago huic imperio immineret.Tuſcul.268 a,Mors propter incertos caſus quotidie imminet.Attic 97 a,Certior ſum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ lõgè abeſſe, Ciliciæ magis imminere.Attic.231 a,Ipſe autẽ hodie in Peti noſtri tyrotarichum imminebã.pro Dom. 222 b,Qui in minere iam cupiditate videtur in tribunitiam poteſtatem. I. A. 198 b, Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat. Brut. 91 b, Templis deorum immortalium imminet egentium & perditorum ſpes.I.V.265b,Iſte infeſtus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. pro Põ. 6 a,Imminent duo reges toti Aſiæ.cõtra Rul. 83 b. Carthago excurrere ex Africa & imminere populo Rom.

Rom.videtur. I.C.103 a,Nonnulli ſunt qui ea quæ imminent,non videant.

† Syntaxis. *Homo ad cædem imminens. Auaritia hians & imminens alicuius.Italiæ hoſtis imminens.Res iſta imminet id eſt,coràm,palàm,ante oculos eſt.*

IMMINVO,nuis.*diminuo,attenuo.*de Orat.108 a,Imminuere aliquid de voluptate alicuius. pro S. R. 36 b,Violare atque imminuere ius & officium.Epi.23 a,Si copias quàm minimū imminueris.* con.Rull.70 a, Quod populi proprium ſemper fuit,quod nemo imminuit,nemo immutauit. I.P. 97 a,Nunquam iſtam imminuam curam inficiando tibi.

*IMMINVTIO,onis.*diminutio.* Epiſt 36 b , Vt ſumptus egentiſſimarum ciuitatum minuerem ſine vlla imminutione dignitatis tuæ.de Fin. 136 a,Si prauitatem imminutionemque corporis propter ſe fugiendam putamus. *Alij minutionumq; legunt.*

IMMINVTVS a,um.contra Rul. 70 a, I. A. 204 b. Acerrima illa & fortiſſima cupiditas,&c.imminuta ac debilitata eſt. pro Pom. 9 b, Bellum expectatione Pompeij attenuatum atq; imminutum eſt.* in Clod.Virtus non eſt imminuta.

IMMISERPCORS )(.*Miſericors.* de Inu.75 b, Ipſum immiſericordem,ſuperbum fuiſſe:& ſi poterit,oſtendet ſemper inimicum fuiſſe.

IMMISSIO,onis de Sen.88 a,Sarmentorum ea quam dixi, aliorum amputatio,& aliorum immiſſio,*me delectat.*

IMMISSVS,a,um.*miſſus.*pro Dom.217 a,Serui cum facibus in recta noſtra immiſſi. de Nat. 78 b, Is non immiſſum à Deo dolorem , ſed conceptum à ſeipſo continebat. pro Dom. 221 a,Tela, quæ ex illius actionibus in meum corpus immiſſa ſunt. * Parad. 121 a, Iactam & immiſſam à te nefariam in me iniuriam ſemper duxi.

IMMITTO, tis,*mitto, iacio, impello,inculco.*I.V.223 b Eóne tu ſeruos ad ſpoliandum fanum immittere auſus es? 226 a, de Ar.249 a,In alteram caueam ſeruos immiſiſti, ex altera liberos eieciſti. Parad. 117 b, Quæ vis Decium deuouit,& immiſit in armatas hoſtium copias? Tuſcul.174 a, Immittere ſe in hoſtes. Epiſt. 162 b, Immittere equum ad legionem.Orato.215 b,Sed tamen in eo ipſo loco immittit imprudens ipſe ſenarium. Parad. 121 a , Iácere & immittere iniuriam in aliquem. Ep. 120 a , Immittere hoſtes in prouinciam. * contr. C. Anton. Immitto gladiatorem. pro Font.284a,Qui ſe armatus ſæpe in hoſtium manum multitudinemq; immiſerit. Tuſcul. 195 b, Quas *perturbationes* in vita,hominum, ſtultitia quaſi quaſdam immittit furias atq; incitat.

*IMMITTOR,eris.I.V.92 a,Immittentur homines?expugnabuntur domus?

† Syntaxis. *Immiſſus à Deo dolor. Immittere ſe in hoſtes ac tela. Immittere equum ad legionem. Iácere & immittere iniuriam in aliquem.*

IMMO.*etiam atq; etiam, iam verò etiam, citiùs dixerim.* L.CITO. At 140 a,Cauſa igitur nō bona eſt,immò optima. pro Cl. 34 b,Non quòd res alia eſſet,immò eadem.contra Rul.85 b,Immò verò etiam hoc magis quàm,&c. quòd, &c Off. *Non igitur patriæ præſtat omnibus officiis:immò verò ſed ipſi patrię conducit pios habere ciues & ibi.Immò verò obſecrabit patrem,ne,&c.& Ep.137 a.

IMMOBILIS,le *torpens.*de Som.129 a, Terra noua immobilis manens,ima ſede ſemper hæret.

IMMODERATE.*non moderatè,extra modum,immodeſtè,immodicè.*Offic. 18 b, Nam vt aduerſas res, ſicut ſecundas immoderatè ferre, leuitatis eſt. item : Lingua vocem immoderatè profuſam fingit ac terminat. Ep. 179 b, Immoderatè abuti aliqua re.de Vn.202b,Immoderatè & intemperatè viuere.de Diuin.92a,Exultare,immoderateq; iactari.de Vniuerſ.196 b,Immoderatè agitatus & fluctuans.

IMMODERATIO,onis.*petulantia procacitas.*pro Syl.172b,Efferri immoderatione verborum.

IMMODERATVS,a,um.*immodeſtus,intemperans,nimius.*Att.214 a,Alexandrum,poſtquā rex appellatus eſt,ſuperbum,crudelem,immoderatū fuiſſe.Quint. frat.294 a,& I. A.229 a, Immoderata libertas infinita hominū licentia. Orat. 216 b,Immoderata oratio. pro S.R.40 a,Ventus vehemēs,immoderata tempeſtas.de D.93 a, Ea pars animi immoderato obſtupefacta potu, &c. pro Cæl. 48 b , Immoderata mulier. Aca.46 a,Immoderata intemperantia.ad Her. 12 b,Immenſa,infinita,immoderata cupiditas.

† Syntaxis.*Superbus,crudelis,immoderatus.Immoderata tēpeſtas. Immoderata intēperātia.Immenſa,infinita,immoderata cupiditas.*

IMMODESTE.*immoderate.*ad Her.

IMMODESTVS,a,um.*immoderatus.* Offic. 21 a,Genus iocandi nec profuſum,nec immodeſtum eſſe debet,ſed ingenuum & facetum.

IMMODICÈ.*immoderatè.*Tuſculan.217 b,Immodicè ferre aliquem caſum.

*IMMODICVS,a,um.de Not.

IMMOLANDVS,a,um.pro Font.280 a, Conſuetudo hominum immolandorum apud Gallos.de L.175 b,Quib.hoſtijs immolandum,cuique deo: cui maioribus,cui lactentibus,cui maribus,cui fœminis.

*IMMOLATIO, onis. de Diuin.105 a, Intelligendum eſt,in ipſo immolationis tempore eas partes , quæ abſint, interijſſe.

IMMOLATOR, oris. de D. 115 b, Vt ſe exta ad immolatoris fortunam accommodent.

IMMOLO,as.*ſacrifico.*de Inuēt. 24 a,Lex erat,ne quis Dianæ vitulū immolaret.de Diu 95 b,Cùm Sylla in agro Nolano immolaret ante prætoriū.Tuſcu.204 a,Immolare hoſtias. Epiſt.85 a,Nemo noſtrū eſt,vt opinor, quin vota victoriæ ſuæ fecerit:nemo quin etiam cùm de alia re immolaret,tamen eo quidem ipſo tempore,vt quàm primùm Cęſar ſuperaretur, optaret. de Nat. deor. 77 b , Pythagoras muſis bouem immolaſſe dicitur.

IMMOLOR,ris.contra Rul.85 a,Maiores hoſtias à conſulibus ad pręconem & ad tibicinem immolari. de Diuin.116 a.Cum pluribus dijs immolatur,quî tandem euenit,vt litetur alijs,alijs non litetur?

IMMORTALIS,le.*indiſſolubilis, ſempiternus.*)(. *Mortalis.* dę Ora.65 a, Si omne mortale eſt, nullum eſt immortale. Off. 24 b, Vt fortuna nonnunquam ipſa mortalis cum immortali natura pugnare videatur.de Or. 109 b , Reddere memoriam alicuius immortalem. pro Cor. 63 a, Noſtri imperatores mortui,quorum viuit immortalis memoria & gloria .I.P.85 b, Immortalem quæſtum fieri. & 86 a, Immortalem fructum capere.de Sen.94 a, Optimi cuiuſq; animus maximè ad immortalem gloriam nititur. de Leg. 175 a , Omnium quidem animi immortales ſunt, ſed fortium bonorumque diuini. * pro Marc. 134 b,Reſpub. immortalis eſſe debet.

† Syntaxis.*Immortalis memoria,natura, gloria,quæſtus, fructus.*

IMMORTALITAS,tis. *Immortalis memoria nominis ſempiterna, immortalis gloria, perpetuitas, immortalis conditio vitæ , memoria hominū ſempiterna,memoria æternitatis.*) (.*Mortalitas.* I. A.191 b,Sunt enim facta eius immortalitatis, non ætatis. *ſiue, vt ego legendum cenſeo,nomē ætatis.*de Orato.148 b,Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit.pro Dom. 228 b,Id feci,quod omnes non negent immortalitati,ſi fieri poſſit,mandandū.I P.80 b,Mihi populus Romanus nō vnius diei gratulationē, ſed æternitatē immortalitatemq; donauit de Ora 111 b,Hiſtoria qua voce alia,niſi oratoris immortalitati cōmendatur ? de Nat. 57 a,Vita beata nulla re niſi immortalitate cedēs cœleſtibus.I.A.167 a,Quę tam immemor poſteritas?quæ tā ingratæ literę reperiētur?quę eorū memoriā nō immortalitatis memoria proſequātur? de Senect 92 a,Nō eſt lugēda mors,quā immortalitas cōſequatur. & 93 a, b. Quæ Socrates de immortalitate animorū diſſeruiſſet *Tuſcul.164b,Me nemo de immortalitate depellet.& 165 a,Huius hic vnam ſententiam de immortalitate animorum non probat.de Nat.10 a,Homines qui immortalitatem eſſent conſecuti.

† Syntaxis *Immortalitati tradere,mandare,commendare. Immortalitatem donare.*

IMMORTALITER.*maximopere,incredibiliter.* Quin. frat.319 b, Quòd ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi,immortaliter gaudeo.

IMMORTVVS,a,um.*planè mortuus.*Att.9 a,De immortuis reliquiis coniurationis.

*IMMVNDVS,a,um pro Q.Gall.Humus erat immunda.

INMVNIS,mune.*vaccuus à munere,qui vacat muneribus,liber.*I.V.142b,Qui agros immunes liberoſq; arant.I.V.150 b,& 167 b,Ciuitates ſine fœdere immunes ac liberæ pro Font. 277 b,Falſum eſt ob vacationem preciū datum, cum immunis nemo fuerit.contra Rull.89 a,Immunia cōmodiore conditione ſunt, quàm ea quæ penſitant. I. A. 187 b,Is campi Leontini duo millia iugerûm immunia poſſidet. & 168 a,Agri immunes. Epiſto. 119 b, Agros fructuarios vult immunes eſſe.de Sen.84 a,Senilis ætas vacat muneribus,iis quæ non poſſint ſine viribus ſuſtineri.

† Syntaxis.*Immunes agri,ac liberi.*

IMMVNITAS,tis.*vacatio,libertas.** pro Font.279 b,In qua *Fōteij calamitate* illa prouincia propè ſuam immunitatem ac libertatem poſitam eſſe arbitratur.I.A.153 a,Num immunitates datæ. Acad. 30 b , Qui det iſti Deo immunitatem magni quidem muneris.Ep.183 a, Immunitates dantur.

IMMVNITVS,nita,nitum.*apertus,non ſeptus.*pro Cec. 295 a,Si via ſit immunita,iubet quà velis,agere iumentum.

IMMVTABILIS,le.*immobilis perennis, proprius.* de Nat. 35 b, Stellæ ſpaciis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeant. de Vn. 196 a , Immutabilis æternitas. de Fat. 145 b, Cauſæ immutabiles & æternæ. Cauſæ incluſæ in rerum natura atq; mundo. de Fat. 143 a, Omnia verò in præteritis neceſſaria ſunt, quia ſunt immutabilia. & 144 a , Hoc

eſt im.

eſt immutabile ex vero in falſum. de Fat. 144 a, Immutabilia eſſe, quę futura ſunt. de Vn. 196 a, Res ſtabilis & immutabilis.

† Syntaxis. *Aeternum ac immutabile. Stabile & immutabile.*

IMMVTABILITAS, tis. *neceſſitas.* de Fat. 143 b, In factis immutabilitas apparet, in futuris non item.

IMMVTATIO, onis. *metonymia, hypallage, traductio.* Ora. 205 b, Et quanquam translatio eſt apud eum multa, tamen immutationes nuſquam crebriores: vt cùm ponimus Africam pro Afris.* de Orat. 159 a, Relaxat & liberat *ſententiam* immutatione ordinis. Acad. 5 a, Poſtquàm Arceſilas Zenoni, vt putatur, obtrectans nihil noui reperienti, ſed emendanti ſuperiores, immutatione verborum, dum huius definitiones labefactare vult, conatus eſt clariſſimis rebus tenebras obducere.

IMMVTATVS, a, um. Ep. 15 b, Conuerſis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis.

IMMVTO, as *muto.* pro Flac. 153 a, Cum ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum. de Diu. 126 b, Vt ſigniferi orbis vnaquæq; pars alia alio modo moueat immutetque cœlum. Epi. 12 a, & 60 a, Si quibuſdam in ſententijs paulùm me immutaſſem. Epiſt. 64 a, Qui & te nonnunquam à me alienarunt, & me immutârunt. ibi. Ora. 205 a, Ennius pro Afris immutat Africam. Or. 218 a, Verborum ordinem immuta, fac ſic, comprobauit filij temeritas.* contra Rull. 70 a, Quòd nemo imminuit, nemo immutauit.

† Syntaxis. *Ne quid moue, aut immuta. Se in ſententijs immutare. Ille me tibi immutauit. Ordinem immutare.*

IMPACTVS, a, um. I.A. 153 b, Vncus impactus eſt fugitiuo illi &c.

IMPAR, ris. *diſpar.* Acad. 9 b, Stellarum numerus par, an impar ſit, neſcitur. de Som. 128 b, Sonus interuallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis.

IMPARATVS, a, um. *incautus, immunitus, non paratus.*)(. *Paratus.* pro Seſt. 20 b, Inermem atq; imparatum Tribunum gladiis adoriuntur. & Tuſc. 196 b, Ne me imparatum cura laceraret repens. I.A. 183 b, Breue tempus longum eſt imparatis. Att. 112 a, & 151 b, Sumus enim flagitioſè imparati, cùm à militib. tum à pecunia. de Cl. 177 a, M. Antonius imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur. Epiſt. 18 b, Imparatum te offendam. Att. 141 a, Nec ero, vt in malis, imparatus. pro Mil. 112 a, Imparatus in paratos inciderat.

† Syntaxis. *Flagitioſè imparatus à pecunia, à militibus imperator.*

*IMPARTIENS, tis. Off. 19 a, Potius & amicis impartientes *rem familiarem* & Reipub.

IMPARTIO, tis. *impertio, impertior, do, tribuo.* I.V. 125 b. & contra Rul. 67 a, Cogitationes, quæ mihi nullam partem neq; nocturnæ neq; diurnæ quietis impartiunt. pro S. R. 40 a, Commoda quibus vtimur, à Deo nobis dari atq; impartiri videmus. de Amic. 109 b, Vt ſi quam præſtantiam virtutis conſecuti ſunt, impartiant eam ſuis, communicentq; cùm proximis.

† Syntaxis. *Nullam tibi partem neq;, &c. impartio. Nobis dantur & impartiuntur à Deo commoda.*

IMPATIBILIS, le. *quod ferri tolerariq; non poteſt.*)(. *Patibilis, tolerabilis.* de Fin. 76 b, Quem quidem dolorem vos impatibilem improbis facitis, bonis tolerabilem.

IMPEDIMENTVM, ti. *impeditio, mora.* de Ora. 108 a, Demoſthenes impedimenta naturę diligentia induſtriaq; ſuperauit. pro S.R. 20 a, Nam commoditati ingenium eſt impedimento. pro Milo. 106 b, Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. & ibid. Cùm Milo cum vxore veheretur in rheda vulgi magno impedimento. Att. 72 a, Patras accedere ſine his impedimentis non ſatis viſum eſt decorum. Att. 257 a, Impedimenta expectanda ſunt, quæ Anagnia veniunt, & familia ægra eſt. de In. 44 b, Inferre moram & impedimentum alicui.* pro Sex. Roſc. 43 b, Ad dicendum impedimento eſt ętas & pudor. I.V. 204 b, Quæ *ciuitas* C. Catonis impedimenta retinuit.

† Syntaxis *Inferre moram & impedimentum.*

IMPEDIO, dis. *impedimento ſum, impedimentum infero, interpello, obſto, excludo, interponor.*)(. *Permitto.* Epiſt. 158 b, Me quotidie aliud ex alio impedit: ſed ſi me expediero, &c. Epi. 298 a, & 35 a, Ea mea quædam tibi non ignota dubitatio, aut impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare. Att. 220 a, Tu velim ſis (niſi te impediuiſti) apud nos pridie calendarum. Acad, 6 a, Remouere omnia quæ obſtant & impediunt. pro Cæl. 40 b, Sed hæc illius clariſſimi viri mentio, & vocem meam fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit. de Pro. 76 b, Totam Gallici belli rationem propè iam explicatam perturbare atq; impedire. de Fat. 140 a, Id in hac diſputatione de fato caſus quidam ne facerem, impediuit. de Ar. 243 b, Cùm is publicanorum cauſam ſtultiſſimis interrogationibus impediret.* pro C. Cornel. 1, Quæ leges rem militarem impedirent. cont. C. Anton. Conans legem impedire. Att. 130 a, *Pompeij.* Priuſquam Cæſar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere poſſet.

IMPEDIOR, ris. de Fin. 106 b, Sed pudore impedior. pro Mur. 133 b, Nos qui ab delectatione omni negociis impedimur. Brut. 165 a, Alterum ab altero adiuuari vel impediri. Atti. 134 a, Cedendum enim celeriter eſt, ne fortè qua in re impediar atq; alliger.* de Fin. 61 a, Quod ſi corporis grauioribus morbis vitæ iucunditas impeditur: quanto magis animi morbis impediri neceſſe eſt.

IMPEDITIO, onis. *impedimentum.* de Diu. 104 a, Animus liber ſenſibus ab omni impeditione curarum.

IMPEDITVS, a, um. *præpeditus, irretitus, pene conſtrictus, difficilis.* pro Milo. 111 b, Cùm Milo penula irretitus, rheda impeditus, vxore penè conſtrictus eſſet.)(. *Promtus ad pugnam, expeditus.* de Ar. 249 a, Cùm ille ſeruorum multitudini S.P.Q.R. vinctum ipſo conſeſſu, & conſtrictum ſpectaculis, atq; impeditum turba & anguſtiis tradidiſſet. pro Cæl. 47 a, Animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate, ſæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam, impeditus. ibid. Amores hunc occupatum impeditumq; tenent. pro Seſt. 23 b, Impeditus domeſticis malis. I. P. 80 a, Impeditis reipublicæ temporibus. pro Pom. 7 a, Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe. I. V. 161 a, Is ætate & morbo impeditus venire non potuit. pro R.P. 126 b, Sapientis eſt, cum ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poſſit ſe expedire. At. 245 b, Te nolo impeditum impedire.* Ep. 174 a, Iacet *locus* inter Apeninum & Alpes impeditiſſimus ad iter faciendum. Att. 170 b, Nec domeſticas res impeditas reliquiſſem.

† Syntaxis. *Aliud ex alio impedit, (niſi te impediuiſti.) Impedita mens dolore. Explicata perturbare, atque impedire. Impedire cauſam. Impediri negotiis, in negotiis. Impediri & alligari. Impeditum impedire.*

*IMPELLENS, tis. de Diuin. 105 b, Eſſe diuinum quiddam, quod dæmonium appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti, ſæpe reuocanti.

IMPELLO, is. *vrgeo, adduco, induco, iacto, incito.*)(. *Retardo, reuoco.* pro Cluen. 32 a, Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus. pro Fla. 162 a, b, Non igitur ſecures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. pro Syl. 174 a, Qui Barbaros ad bellum impelleret. pro Flacc. 150 a, Qui nullo impellente fallebant, eos vrgente Lælio religioſos fuiſſe putamus? I.P 79 b, Hic in fraudem homines impulit. de Nat. 3 b, Quæ cauſa te impulit, vt ita faceres? de Natu. 59 b, Quæ ratio poëtas, maximeq; Homerum impulit, vt, &c. de Or. 95 b, & in Catil. 107 b, Impellere atque hortari aliquem ad aliquam artem. I.A. 165 b, Si autores ad patriam liberandam deſiderarentur, illis autoribus Brutos ego impellerem de Sen. 63 b, Nec me ſolùm ratio impulit vt ita crederem, ſed etiam autoritas, &c. de Vn 196 a, Quæramus igitur cauſam, quæ cum impulerit, vt, &c. ad Heren, 12 b, Auaritia hominem ad quoduis maleficium impellit. de Orat. 87 b, Voluntates impellere quò velis: vnde autem velis, deducere. Epiſt. 12 b, Grauiſſimè autem me in hanc mentem impulit Pompeij fides.* pro M. Scau. Me in ſpem impulit, poſſe, &c. de Orat. 142 a, Quæ cauſa me ad hãc inſolitam mihi loquacitatem impulerit. pro Deiot. 144 a, Qui, &c, aui ſeruum corruptum præmijs ad accuſandum dominum impulerit. Tuſcul. 197 b, Impellit rurſum & incitat *ratio* ad conſpiciendas totaq; mente contrectandas varias voluptates.

IMPELLOR, ris. de Orat. 137 b, Loci, quibus impetus animorum aut impellantur, aut reflectantur. de Cl. 166 b, Impelli atq; incendi ad aliquid faciendum. de Fin. 104 a, Impelli natura, vt, &c. pro Deiot. 149 b, Promiſſis in fraudem impelli.* I.A. 157 a, Quam ad Reipub. peſtem turor tribunitius impelli non poterit?

IMPENDENS, tis. Att. 119 a, Propter ſuſpicionem huius impendentis tempeſtatis, vel ruinæ. de Nat. 45 b, Impendentium montium altitudines.* Att. 228 a, Impendentis periculi nonnihil vitare videor.

IMPENDEO, es. *immineo, iam iam adſum, inſto, appropinquo.* Tuſcu. 216 b, Poëtæ impendére apud inferos ſaxum Tantalo faciunt. Att. 91 a, Magnum bellum impendet à Parthis. & 95 b, Dum impendére Parthi videbãtur, decreueram fratrem relinquere. de Orat. 87 a, Nihil incidit poſtea mali, quod non impendére illi tanto antè vidiſſent. pro S. R. 23 b, Omnes in me terrores, periculaq; impendẽt omnia. Tuſcul. 216 b, Semper aliquis aliis dolor, alijs terror impendet. Brut. 289 b, Impendent infiniti ſumptus in hos exercitus, quibus defendimur. pro Qu. 8 a, Quæ mala iam adeſſe atque impendére videntur. I. V. 268 a, Mercatoribus formidines à veſtris magiſtratibus impendent. de Pro. 78 a, Tantum reipub. ſceleris impendére à conſulibus non ſuſpicabar. I. C. 102 a, Quanta tempeſtas inuidiæ nobis impendet.

det. Tuſc. 240 a, Gladium dimitti iuſſit, vt impendéret illius beati ceruicibus. Attic. 65 a, & 99 a, Iudicia reliqua impendent, nondum eſt plenè expeditum. pro Mil. 116 a, Quæ aderant iam & impendebant, quónam modo ea depellere potuiſſetis? in Catil. 100.a, Attic. 125 a, Tanta malorum impendet ἰλιάς. & 184 b, Ruina quæ impendet. de Nat. 11 a, Nullos à ſuperis impendére metus. Epiſt. 24 a, Belli magni timor impendet. Epiſt. 58 a. Vt ea quæ partim adſunt, partim impendent, moderatè feramus. Epiſt. 81 b, Nullum eſſe tantum malum, quod non putem impendére. & 27 a, Calamitas impendet omnibus. & 123 b, Video magnas impendére diſcordias. I.C. 106 b, Quibus ego confido impendére fatum aliquod & pœnas, &c. aut inſtare iam planè, aut certè iam appropinquare. pro 128 a, Impendebat fames, incendia, cædes, direptio, iminebat tuus furor omnium fortunis. de Ar. 244 a, b, Tum, inquam, tum vidi, & multo antè proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impendéret procella reipublicæ. I. A. 154 b, Si quid mihi humanitùs accidiſſet. multa enim impendére videbantur, præter naturam, præterq; fatum. pro Cluent. 31 a, Ex eo quod alijs accidit, quid mihi impendeat, ſuſpicor. Attic. 37 a, Ea contentio quæ impendet. *id eſt, futura eſt.* & 34 a, Impendet negocium, ad quod tu ſcilicet aduolabis. * de Fin. 61 a, Accedit etiam mors, quæ quaſi ſaxum Tantalo, ſemper impendet.

† Syntaxis. *Impendent montes, tempeſtas, terrores, pericula, à malis bellum, inimici, ſcelus ab aliquo alicui. Impendet, inſtat, appropinquat nox.*

IMPENDIO. *multũ.* Att. 158 a, At ille impendiò nunc magis odit Senatum.

IMPENDIVM, dij. *impenſa.* pro Qu. 2 b, Is quæſtum ſibi inſtituit ſibi impendio.

¶ *Vſura, id eſt, pecunia quæ ſorti accedit, vt Varro ait,* Attic. 85 a, Itaque cogito fœnus & impendium recuſare. de Clarat. 166 a, Solum ita diligenter colemus, vt impendijs etiam augere poſſimus largitatem tui muneris.

IMPENDIO, dis. *inſumo, impenſam ago ago vel facio, pecuniam in aliquam rem coonÿcio, conſumo.* pro Qu. 2 b, Poſteaquam neſcio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat. I.V. 215 b, Impéndere pecunias in res vanas. I.V. 174 b, Illi intelligebant ſeſe Verri ſerere, impendere, laborare.

IMPENDOR, tis. I. V. 199 a, Ad incertum caſum & euentum, certus quotannis labor & certus ſumptus impenditur.

IMPENSA, ſæ, *impendium, ſumtus, iactura.* I. A. 208 a, Poſſeſſores nullam impenſam fecerant, nondum inſtruxerant. I. V. 158 b, Arationes magna impenſa, magnoq; inſtrumento tueri. Offic. 54 b, Atq; etiam illæ impenſæ meliores ſunt, muri, naualia, &c. Anteq. 193 a, Quoniam maior impenſa in patriam officij facta eſt, quàm in priuata ſit defenſione. Anteq. 195 a, Qui neque tantorum officiorum imimpenſam egiſtis in patriam. I. V. 105 b, Columnæ machina appoſita, nulla impenſa eiſdem lapidibus repoſitæ ſunt. Att. 212 b, Impenſam facimus in macro colo Cæl. Ep. 111 b, Ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam. Epiſt. 263 b, Is ne nos tanta impenſa derideat, calface hominem de Fin. 58 a, Neceſſariæ cupiditates, nec opera multa, nec impenſa explentur. * pro Rab. 129 b, Non turpibus impenſis cupiditatum atque iacturis, ſed experientia patrimonij amplificandi labentem excepit.

† Syntaxis. *Impendium pro vſura. Impendere pecuniam in libros. Labores impendere ac ſumptus. Impendere de pecunia. Impenſam facere. Officiorum impenſam in patriam agere.*

IMPENSE, *vehementer.* Attic. 69 a, Impensè rogare aliquem. Epiſt 227 a, Nunc ego facio id impenſius, quòd eius cauſam Nero ſuſcepit.

IMPENSVS, a, um. *(magnus)* Att. 228 a, Vel impenſo precio.

¶ *Erogatus.* I. V. 245 a, Vbi tandem iſtud latet, quod tu de tua pecunia dicis impenſum?

* IMPERANDVS, a, um. I. V. 136 a, In tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur. pro Flac. 153 a, Illam rationem in imperando ſumptu Flaccus ſecutus eſt.

IMPERATOR, atoris. *dux qui exercitui præpoſitus eſt.* de orat. 102 b, Imperator eſt adminiſtrator belli gerendi. pro Pom. 9 b, In ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportet, ſcientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, felicitatem. de Clar. 191 a, Is imperator eſſe cupiebat; cui muneri mos maiorum ætatem certam, ſortem incertam reliquit. pro Dom. 231 a, Populus Romanus eſt dominus regum, victor atque imperator omnium gentium. de Cl. 188 a, Orator præſtat minutis imperatoribus I. V. 219 b, Nomẽ inuictiſſimi imperatoris incidatur. 6 in Verr. Imperatoris Iouis tria olim ſigna in orbe terrarum pulcerrima. 2 Tuſc. In primis laudabat illud quod diceret, eoſdem labores non eſſe æquè graues imperatori & militi: quod ipſe hos laborem leuiorem faceret imperatorium. 8 ad Attic. Vt enim gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria: ſic huic moderatori Reipublicæ beata ciuium vita propoſita eſt, &c. pro S. R. Solent hoc boni imperatores facere, quum prælium committunt, vt in eo loco, quo fugam hoſtium fore arbitrentur, milites collocent. 14. Phillpp. Sed hoc primùm faciam, vt imperatores appellem eos, quorum virtute, & conſilij fœlicitate, maximis periculis ſeruitutis atq; interitus liberati ſunt. 5. ad Attic. Imperatores appellati ſumus. 3. de Nat. Imperatores qui patriæ conſulerent, vitæ non parcerent. 2 de Nat. Quidã imperatores etiam ſeipſos diis immortalibus pro Repub. deuouerunt, capite velato, certis verbis. 4 Philipp. Faciam igitur vt imperatores inſtructa acie ſolent, &c. 3 ad Qu. fr. Imperatorum alter exercitum perdidiſſet, alter vendidiſſet. de Nat. deor. 1, Animos imperatorum à vitæ prauitate ad deorum cultum conuerterent. de Nat. deor. 3, Imperatorum illud conſilium fuit, quod Græci ϛρατήγημα appellant. 13. ad Att. Imperatorum neceſſarij in decem non ſoliti ligari. 1. de Orat. Imperatorum numerus maior quàm oratorum. 15 Fam. imperatorum nõ tam res geſtas quàm mores, inſtituta, atq; vitam ſpectare in habendis honoribus. * de Inuen. 54 a, Exercitus is, cui præpoſitus eſt ſapiens & callidus imperator. de Orat. 125 b, Sed tantam vim haber, &c. oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantem & repugnantem, vt imperator bonus fortis, capere poſſit. de Orat. 133 b, Vt cùm C. Fabricio P. Cornelius, homo, vt exiſtimabatur, auarus & furax, ſed egregiè fortis & bonus imperator, gratias ageret. I.C 98 a, Eorũ imperatorem caſtrorum intra mœnia, atque adeò in ſenatu videtis inteſtinam aliquam quotidie perniciẽ Reipub. molientem. pro Ligar. 138 a, Qui cùm ipſe imperator in toto imperio populi Rom. vnus eſſet: eſſe me alterum paſſus eſt: à quo conceſſos faſces laureatos tenui.

† Syntaxis. *Regum dominus, victor, & Imperator omnium gentium. Minutus Imperator.*

IMPERATORIVS, a, um. pro Corn. 65 a, Ille imperatorius ardor oculorum. I. V. act. 5, Imperatoria donatio. Tuſc. lib. 2. Imperatorius labor. Acad. lib. 2, Imperatoria laus I. V. act. 3, Imperatorium ius. de Or. 143 b, Roſtra imperatorijs manubijs ornata. Ep. lib. 2, Nomen imperatorium. Bruti.

IMPERATRIX, cis. pro Cæl. 52 a, Fortes viri ab imperatrice in inſidijs atque in præſidio balnearum locati.

IMPERATVS, a, um, *iniunctus.* I. V. 136 a, Singulis cenſoribus denarij trecẽti ad ſtatuã p̃toris imperati ſunt. At. 225, Germani legatos miſerunt, ſeſe quod imperatũ eſſet, eſſe facturos. I. P. 99 b, Mitto rationẽ exacti imperatiq; frumẽti.

IMPERFECTVS, a, um. *inchoatus, mancus, non abſolutus, præciſus, impolitus, adumbratus, acerbus, infinitus.* Epiſt. 13 b, Nunc vt Appelles Veneris caput, &c. reliquam partẽ corporis inchoatam reliquit: ſic quidam homines in capite meo ſolùm elaborauerunt, reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt. de Vniuer. 106 a, Omnia animantia ſunt inchoata, nulla ex parte perfecta: imperfecto autem nec abſoluto ſimile pulcrum nihil eſt.

† Syntaxis. *Imperfectum ac rude. Omni ex parte imperfectum.*

IMPERIOSVS, a, um *ſuperbus.* Poſtquam 206 b, Eum conſul imperioſus exire vrbe iuſſit. de Fin. 77 a, Imperioſus ille Torquatus. & 86 b, Nimis imperioſi philoſophi eſt, vetare meminiſſe. Parad. 123 b, Cupiditas honoris quàm dura eſt domina, quàm imperioſa, quàm vehemens.

¶ *Magno imperio.* Or. 207 b, Imperioſi pópulu & reges illuſtres. *id eſt, qui multum imperarunt.*

† Syntaxis. *Honoris cupiditas dura domina, imperioſa, vehemẽs.*

IMPERITE, ſſimè. *inſcitè, indoctè, imprudenter.* I. A. 175 b, Eſto hoc imperitè. pro Corn. 60 a, Aliquid imperitiſſimè dictum. * Hortenſ. Nec enim imperitè exorſus es.

IMPERITVS, a, um. *inſcius, rudis, ignarus, indoctus, Barbarus.* Part. 238 a, Si apud indoctos imperitoſq; dicemus. pro Fl. 149 b, & I. V. 103 b, Homines imperiti rerum omnium, rudes ignariq; de Or. 159 a, Imperitus dicendi & ignarus. pro S. R. 42 a, Homo imperitus morum, agricola, ruſticus. de Fin. 105 b, quæ irrideri ab imperitis ſolẽt. pro Corn. 64 b, Marius non imperitus fœderis, non ignarus belli, non rudis exemplorum. ad Her. 26 a, Imperitus rerum. & 17 a, Adoleſcens imperitus conuiciorum. de Or 105 b, Homo eloquens, iuris imperitus.

† Syntaxis. *Imperitus, indoctusq;. Rerum omnium imperitus, rudis, ignarus. Imperitus dicendi, & ignarus. Morum imperitus. Imperitus conuiciorum.*

IMPERIVM, rij. *poteſtas, ditio, publica dignitas, magiſtratus, prouincia.* Att. 283 a, Decreui etiam Imperium: quod quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti neceſſariũ. quid enim eſt ſine imperio exercitus?

I.P.87.b, Quas res geſſiſti in imperio & prouincia cõſulari:& ibid. Ex Macedonia aliquot prætorio imperio, conſulari quidem nemo rediјt,qui nõ triumpharit. pro Font. 276 b, Galli ſub populi Romani imperium ditionemque ceciderunt. At. 224 a, Vides tyranni ſatellites in imperiјs. Off.14 a, Nec verò imperia expetenda, ec potius non accipienda interdum,aut deponenda nonnunquã Ep. 56 a, Cepi,(*Cal.accepi.*) & geſſi maxima imperia.Epiſt.2 b, Eſſe cũ imperio.I.A.236 a, Dare imperium alicui extraordinariũ vel extra ordinẽ.I.A.203 a, Demus igitur imperiũ Cæſari,ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt. Qu.frt. 294 a, Illi quidem imperium ita datũ eſt, vt redderet. de Sen.84 b, Appius tenebat nõ modò autoritatem, ſed etiã imperiũ in ſuos.de Sen.87 b,Terra nunquam recuſat imperiũ.Qu.fr.297 a, Ad ſummũ imperiũ etiam acerbitatem naturę adiungere.de D.94 b,Cùm C.Coponius prætorio imperio claſſi Rhodiæ præeſſet.de Ar.252 a,Sacrificium, quod fit in ea domo quæ eſt in imperio.*id eſt,in domo conſulis.* pro Flacc. Is qui nuper ſummo cum imperio fuerit. * de Inuen. 80 a, Nullam rem neq; legibus neq; ſcriptura vlla, deniq; ne in ſermone quidẽ quotidiano atq; imperijs domeſticis rectè poſſe adminiſtrari. pro Cecin.194 b, Imperium domeſticũ nullũ erit,ſi ſeruulis hoc noſtris cõceſſerimus.de Fin.86 b,Vide ne Manliana ſint iſta veſtra, aut maiora etiam *imperia:* ſi imperes quod facere nõ poſſim.Tuſc.218 a, Imperia ſeueriora nulla eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundiæ.de Leg.185 b,Regio imperio duo ſunto.ibid.Imperia,poteſtates,legationes, cùm Senatus creuerit,populúſve iuſſerit,ex vrbe exeunto. Attic. 143 b, Maius imperium à minore creari (*al.rogari*) non ſit ius. Q.fr.296 a, Quoniam in iſtis vrbibus cũ ſummo imperio & poteſtate verſaris.ibid.Hæc eſt vna in toto imperio difficultas.& b, Sine imperio populi Rom. ſuis inſtitutis per ſe ipſi ita fuerunt *Græci vectigalis.* Q.fr. 297 a,Remoto imperio ac vi poteſtatis & faſciũ. contra Rull.75 a, Graue eſt enim nomen imperij, atq; id etiam in leui perſona pertimeſcitur. ibid. Cùm iſti Decemuiri cũ imperio, cũ faſcibus, cũ illa delecta finitorũ iuuentute per orbem terrarum vagabuntur.ibid. Eſt in imperio terror.

Syntaxis. *Cecidere Galli ſub imperium & ditionem Romanorũ. Dare imperium. Tenere imperium in ſuos. Terra non recuſat imperium Domus, quæ eſt in imperio.*

IMPERO, as. *leges alicui impono, præſcribo.* de Leg.184 b, Qui bene imperat,paruerit aliquãdo neceſſe eſt:& q modeſtè paret,videtur qui aliquãdo imperet, dignus eſſe.de Leg. 183 a, Quodq; is qui bellũ geret imperaſſit, ius, ratumq; eſto.pro Flac.153 a, & Epiſt.169 a, Prætor pecuniã in remiges imperauit.Tuſc.185 b, Vt alter imperet,alter pareat.pro Pomp.14 b,omnibus gentibus ac nationibus terra mariq; imperare.I.V.59 a,Cùm frumentum ſibi in cellam imperauiſſet.de Am.111 b, Cupiditatibus, quibus cæteri ſeruiunt,imperare.pro S.R.28 a,Nonnunquam etiã puerum vocabat, credo cui cœnam imperaret. * I.V. 246 b, De conſilij ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronunciat.

*IMPEROR, aris I. V.246 b, Nunquam in Sicilia frumentũ publicè eſt emptũ, quin Mamertinis pro portione imperaretur.

† Syntaxis. *Exactum imperatumq; frumentum. Imperare pecuniam in remiges.*

IMPERTIENDVM. *communicandum.* Off.44 a, Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum.

IMPERTIO,is. *impartio, impertior, do tribuo, præbeo.* de Or.110 a, Et te exorabo profectò, vt mihi quoq; tuæ ſuauitatis aliquid impertias. At.47 a, Nil impertiſti tuæ prudentiæ ad ſalutem meam.de Diu 126 b, Illius deus nõ poteſt hominibus diuinationem impertire.I.V.125 b, & Att.37 b,Ille dolorem ſuum nemini impertiebat.I.V. 119 a, Impertire diem feſtum alicui.Att.53 a, Te rogo vt qualem te antea populo Romano præbuiſti,talem te nobis hoc tempore impertias.At.147 b,Quamobrem te rogo, vt in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi.pro Cor.55 b, Qui tantũ potuit impertire huic ſtudio temporis,quantum,&c.pro Murẽ.125 b,Meũ laborem hominũ periculis ſubleuandis impertio.pro Syl.168 b, Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus.de Fin.125 b,Vt aliquid ſuorum ſtudiorum philoſophiæ impertiat.Epiſt. 61 a, Sin aliquid impertiuit tibi ſui conſilij,debeo.* Frag.ep.Nihil habeo, patriæ quod impertiã.de Nat.31 b, Iam verò reliqua quarta pars mũdi ignis,ea & ipſa tota natura feruida eſt,& cęteris naturis omnibus ſalutarem impertit & vitalem calorem.

IMPERTIOR,ris.*exhibeor.* At.33 a, Huic multa ſigna beneuolentiæ à bonis impertiuntur. I. C. 133 b, Deinde collegæ meo laus impertitur,quod, &c.

¶*Tribuor,* de Diu.86 a,Nam vt nũc extis,ſic tũ auibus magnę res impertiri ſolebant.

† Syntaxis.*Impertire alicui ſuauitatem ſuam, de re ſua familiari. Suarum rerum,virtutum, impertire ad ſalutem amici. Impertire dolorem alicui, ſe alicui. Impertere ſtudijs tempus.Studium ſuum Medicinæ impertire. Impertire magna portentis:id eſt tribuere.*

IMPERTIOR, iris. *impertio.* pro Pomp. 7 b, Lucullo tantum impertior laudis,quantum viro forti debetur. pro Arch. 187 b, Multis gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur. Att. 280 a,Cùm rogamur,vt miſericordiam liberis eius impertiamur. I. C.113 b, Atq; etiam viro forti collegæ meo laus impertitur.

† Syntaxis. *Laudem alicui impertiri, & miſericordiam.*

IMPETRANDVS,a,um. de Diu. 80 b, In impetrandis conſulendiſq; rebus magna vis eſt in aruſpicum diſciplina.

IMPETRATIO, onis.Att.138 a, Impetrationes noſtras nihil valere.

IMPETRO,as.*exoro,exigo,auſero,induco, vt facias aliquid inuenio.* de Inuen.46 b, Att.135 b, Impetrabis igitur à Cæſare,vt tibi abeſſe liceat, Quin.de Pet.209 a, A' quo facilè, ſi contendes,impetrare poteris,vt,&c. Acad. 24 a, A' me iſtam exceptionem non impetrabant.Epiſt.219 a, Et Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cæſare impetrauit. Epiſt. 217 a, Omnia quæ potuiſſem in hac ſumma gratia tua ac potẽtia à te impetrare, vltrò te ad me detuliſſe putabo,ſi hanc rem impetrauero. Epiſt. 69 a,Neq; enim fas eſſe arbitror, quicquam me rogantem abs te non impetrare. & 56 a, ab Athenienſibus impetrare non potui,vt,&c.Att.241 a, Brutus & Caſſius vtinam quàm facilè à te de me impetrare poſſunt,ita per te exorentur, ne quod callidiùs ineant.conſiliũ.Epiſt.57 b,Impetrare ab aliquo de aliqua re. Att.113 a,Minus honeſtè nunc quidem, quàm ſi olim de ratione habẽda impetraſſet.Att.285 a, Impetrare ſalutem alicui. * Incer. Si omni modo vitam impetrare cupiunt *gladiatores.*

† Syntaxis.*Impetrandum & conſulendum hoc erit.Impetrare ab aliquo de aliqua re.*

IMPETVS,tus. *impreſſio, vis, violentia,incurſio,incurſus,ferocia, conatus.* de Ar. 243 b, Omnẽ impetũ gladiatoris ferociãq; compreſſi.ꝑ Dom.226 a,itaq; infractus furor tuus inanes faciebat impetus.Tuſc.219 b, An fortitudo, niſi inſanire ceperit,impetus ſuos nõ habebit? Anteq.194 b,Si violentiæ impetu opprimimur, decedã vnus pro omnibus.pro Font.281 b, Iratos animos atq; horribiles impetus hoſtiũ deprecari. Orat.219 b, Aliter in oratione nec impetus vllus,nec vis eſſe poteſt.Brut.91 b,Repreſſi impetũ,ardorẽque reſtinxi.Ep.5 b, Frangere impetũ alicuius. de Or. 137 b,Loci quibus impetus animorũ aut impellantur, aut reflectantur.I.V.60 a,Animos & impetus alicuius retardare.de Inu.64 a, Impetu quodam animi potius,quàm cogitatione facere aliquid. de In.82 b, Libido eſt impetus quidam animi nõ rectus. de Or.88 b, & Att 38 b, Facere impetũ in aliquẽ.Att.160 a, Nam cædẽ video,& impetũ in priuatorũ pecunias. Ep.53 a, Tamen impetũ prædonũ in tuas fortunas fieri nolo. Att. 120 b, Qui autẽ impetus illius erit in nos fortunaſq; noſtras acrior, quàm in cęterorum.Off.21 b,Beſtiæ nihil ſentiunt niſi voluptatem,ad eam feruntur omni impetu. Off. 35 a, Animalia quæ habent ſuos impetus. de Fin.58 a, Incurrere in aliquẽ cæco impetu.Ep.5 b, Impetus Marcelli refederunt. pro Cecin. 289 a, Impetũ illius cæterorumq;, tela etiam incurſus refugit.de Ar.245 a,& pro Seſt. 27 a,Sed ſi feretur hęſitans, & impetum in me facere conabitur,reſiſtã,& eius conatũ refutabo. pro Cæl. 40 a, Nunquam ex illo delendi huius imperij tam ſceleratus impetus extitiſſet,niſi, &c. Off. 10 b,Multi multa faciunt temeritate quadã,ſine iudicio vel modo in omnes,vel repẽtino quodã quaſi vento, impetu animi incitati. * pro Dom. 215 b, Cùm tu in annonæ caritate in conſules, in Senatum, in bona fortunaſq; locupletũ,repẽtinos impetus cõparares.de Inu. 64 b,Illum impetum & quandã commotionẽ animi affectionemq; verbis & ſententijs amplificare debebit.de Or.148 a,Hinc Lycurgi, &c. fuerunt non tam fortaſſe *docti*, ſed impetu mentis ſimili & voluntate.pro Font.283 a, Ab huius nũc apice Gallorũ impetus terroreſq; depellit *Macedonia.* pro Cæcin.293 a, Ego exercitus maximos ſæpe pulſos & fugatos eſſe dico terrore ipſo impetuq; hoſtium, ſine cuiuſquã non modò morte,verùm etiã vulnere. & b, Cauſam fugæ dicitis eandem, quam omnes intelligimus: arma, multitudinem hominum,incurſionẽ, atq; impetũ armorum.pro Dom.234 b.In quẽ quiſq; per homines concitatos irrueret:in quẽ impetũ pertulerit.*Alij legunt, quem impetu perculerit.* de Aruſp.255 a,Illius furẽtes ac violẽtos impetus in ſe ipſos poſſe cõueri.ꝑ Marc.134 b, Omnia ſunt excitanda tibi,quę iacere ſentis belli ipſius impetu,quod neceſſe fuit,perculſa atq; proſtrata.pro Deiot.144 b,Quę mihi ad ſpẽ obtinendæ veritatis grauiſſima ſunt. ad motum animi & ad omnẽ impetũ dicendi contentionemq; leuio-

leuiora. de Fin. 56 a, Siccine eos cenſes aut in armatum hoſtem impetum feciſſe? ibid. Vt earum *ferarum* motus & impetus quò pertineant non intelligamus. Att. 172 b, Impetu quodam magis animi vti quàm cogitatione.

¶ *Afflatus.* de Diu. 104 a, Horum ſunt auguria non diuini impetus, ſed rationis humanæ.

¶ *Moles, corpus, orbis.* de N. 45 b, Cùm impetum cœli admirabili cum celeritate moueri vertiq; videmus.

† Syntaxis. *Comprimere impetum ac ferociam. Infractus furor facit impetus inanes. Violentiæ, impetus. Incurſio & impetus armorum. Impetus deprecari. Orationis impetus & vis. Impetus contentioq; dicendi. Reprimere impetum, ardoremq; reſtinguere frangere, impellere, reflectere. Animos & impetus retardare. Impetus, commotio, affectioq;. Impetu mentis, & voluntate. Irruere, & impetum perferre in aliquem. Fertur impetus in, &c. Ferri ad voluptatem omni impetu. Suos quodq; animal impetus habet. Incurrere cæco impetu in aliquem. Impetus diuinus: id eſt, afflatus. Cœli impetus fertur, mouetur, vertitur. Impetus animi incitatus.*

IMPIE. *ſcelerarè, nefariè.* de N. 34 b, Quæ qui videat, non ſolùm indoctè, ſed etiam impiè faciat, ſi deos eſſe neget.

IMPIETAS, tis. *Impia fraus.* de Fin. 121 a, Sed nihil eſt, quod tam miſeros faciat, quàm impietas & ſcelus. de Amic. 104 a, Qui fuerint impietatis duces.

† Syntaxis. *Impietas & ſcelus. en minus inſequitur, quo grauius eſt.*

IMPIGER, a, um. *diligens.* Ep. 18 a, Quis eſt tam in ſcribendo impiger quàm ego? I. V. 241 a, Is patientiam atq; impigrũ præbebat. pro Font. 283 a, Impiger ad labores belli.

IMPIGRITAS, tis. *diligentia.* de Repub. lib. 3, teſte Nonio, * Fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

IMPINGENDVS, a, um. *obtrudendus.* Tuſc. quæſt. 299 a, Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare deſinat?

IMPINGO, gis. *iacio, impello, obijcio, obtrudo.* Att. 85 b, Atq; hoc tempore impingit mihi epiſtolam Scaptius Bruti, rem illam ſuo periculo eſſe. Epiſt. 118 b, Quid, ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet?

† Syntaxis. *Calicem mulſi alicui impingere & fuſtem.*

IMPIVS, a, um. *pietate remotus, conſceleratus.* pro Qu. 4 b, Si pietate propinquitas colitur, qui affinitatem prodit, impius ſit neceſſe eſt. pro S. R. 29 b, Hæ ſunt impijs aſſiduæ furiæ. de L. 174 a, Impius ne audeto placare donis iram deorũ. de D. 18 b, Eſt enim periculũ, ne aut his neglectis impia fraude, aut ſuſceptis, anili ſuperſtitione obligemur. I. P. 89 b, Me fugerat, deorum immortalium has eſſe in impios & cõſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas. de Leg. 172 b, Deos piorum & impiorum habere rationem.

† Syntaxis. *Impius homo, fraus. Impius ac ſceleratus. Deus piorum & impiorum rationem habet.*

IMPLACABILIS, cabile, *inexorabilis.* Qu. fr. 298 a, & Tuſc. 179 b, Implacabilis iracũdia. Epiſt. 41 b, Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis eſſem? I. P. 97 a, Præbere ſe implacabilem atque inexorabilem alicui.

IMPLEO, es. *compleo, expleo, augeo.* de Diu. 132 a, Tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen impleuit. Epiſt. 138 a, Implere ollam denariorum. contra Rul. 75 a, Cùm ſeſe regum ſanguine implêrint. I. A. 172 b, Is vomens fruſtis eſculẽtis totum tribunal impleuit. Orat. 206 a, Demoſthenes non ſemper implet aures meas.

¶ *Præſto.* pro Cluen. 28 a, Profiteri, quod non poſſis implere: quod imprudentiæ eſt.

IMPLETVS, a, um. Acad. 22 a, De quibus rebus volumina impleta ſunt non à noſtris ſolum, ſed etiam à Chryſippo.

† Syntaxis. *Implere ſe inimicorum ſanguine. Implere aures: id eſt, ſatisfacere. Id implere non poſſum.*

IMPLICATIO, nis, de In. 74 b, Ac ſi qua neceſſitudo turpitudinem videbitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonſtrare. de N. 54 a, Huic adde neruos, à quibus artus continentur, eorumq; implicationẽ toto corpore pertinentem. * pro Seſt. 23 b, Qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malint, quàm ſuo, deflagrare.

† Syntaxis. *Implicatio dialectica, & neruorum.*

IMPLICATVS, a, um. *confuſus, permixtus, illaqueatus, irretitus, circũretitus.* de Leg. 165 b, Voluptas penitùs in omni ſenſu implicata inſidet. I. P. 98 a, & Tuſc. 228 b, Auaritię ſumma, quæ criminib. omnibus implicata eſt. Ep. 89 a, Etenim omnes Cæſaris familiares ſatis opportunè habeo implicatos conſuetudine & beneuolentia. I. P. 94 b, Familiaritate implicatus. in Vat. 29 a, Incõſtantia cũ leuitate tum etiam periurio implicata. de Ar. 245 a, Illaqueatus omnium legũ periculis, irretitus odio bonorũ omnium, implicatus expectatione ſupplicij. Tuſc. 228 b, Animi ſuis angorib. & moleſtijs implicati. Acad. 31 a, Dum me reipub. procuratio multis officijs implicatũ & conſtrictũ tenebat. I. A. 176 a, Verùm implicata inſcitia impudẽtia (*al. impudentiæ*) eſt. de Am. 112 a, Nam implicati vltrò & citrò, vel vſu diuturno, vel etiam officijs, &c. pro Cæl. 53 a, Eo maleficio tamen



erãt implicati. Art. 19 a, Atq; ita tamẽ nouis amicitijs implicati ſumus. de N. 12 a, Deus nullis occupationib. eſt implicatus. de N. 12 a, Næ ille eſt implicatus moleſtis operoſisq; negocijs. & Tuſc. 228 b, Implicatus multis moleſtijs. I. V. 26 b, Implicatus ſeueritate iudicũ. Quid auaritiæ, quę criminibus infinitis implicata eſt, ſummã nunc explicem.

¶ *Facilis & promptus.* pro S. R. 32 b, Is non tam propenſus ad miſericordiã, quàm implicatus ad ſeueritatẽ videbatur.

¶ *Contextus.* Orat. 215 a, Interualla longa, breuia, quibus implicata & permiſta oratio eſt.

IMPLICITE. *abſcondité.*)( *Patentiùs, expeditiùs.* de Inu. 70 b, Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, non vt negocialis implicitè & abſconditè, ſed patentius & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.

IMPLICITVS, a, um. pro Pom. 7 b, Hæc fides atq; hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ verſatur, implicita eſt cum illis Aſiaticis, & cohæret. Off. 4 a, Quæ quatuor inter ſe colligata atq; implicita ſunt.

IMPLICO, as, aui, & cui *illaqueo, irretio, circumretio.* Att. 131 a, Quod præmonui, fit vt Cæſar te implicet. pro Dom. 234 a, Niſi etiam muliebrib. religionib. te implicuiſſes. de Fin. 74 a, Vt profectus, &c. currat longiùs, & ſe implicet primũ ciuium, deinde omnium mortalium ſocietate. *Alij ſocietati legunt.* * Hortenſ. Quo minus ſe admiſcuerint atq; implicuerint *animi* hominum vitijs atq; erroribus.

¶ *Commiſceo.* de Di. 97 a, Dij vim ſuam cum terræ cauernis includunt, tum hominum naturis implicant.

IMPLICOR, ris. pro Ligar. 137 b, Is nullo ſe implicari negocio paſſus eſt. Off. 41 a, Qui contrahendis negocijs implicantur. Off. 24 a, Implicari aliquo certo genere curſuq; viuendi. pro Corn. 67 b, Quod omnibus, qui noſtris familiaritatib. implicãtur vehemẽter vtile eſt. Tuſc. 222 a, Neglecta ratio multis implicatur erroribus. de Clar. 180 a. Atq; ita vixit, vt multarum ætatũ oratorib. implicaretur. * de Inu. 49 b, Si genera ipſa rerum ponuntur, neq; permiſtè cum alijs implicantur.

† Syntaxis. *Voluptas in ſenſibus implicata. Auaritia criminibus omnib. implicata. Implicare aliquẽ cõſuetudine & beneuolentia. Implicatus expectatione ſupplicij. Angorib. implicari. Reip. procuratione implicari & conſtringi. Implicatus ad iram. Implicata coloribus oratio. Implicitè & abſconditè. Inter ſe colligata & implicata hæc ſunt. Permiſtè implicari cum aliquo. Implicare ſe bonis viris. Implicari honeſto viuendi genere.*

IMPLORANDVS, a, um. pro Qu. 17 b, Qui deus appellandus eſt? cuius hominis fides imploranda?

IMPLORANS, tis. Acad. 4 a, At ille Heracliti memoriam implorans, quærere ex eo, &c. I. V. 262 a, Mater filij nomen implorans, mihi ad pedes miſera iacuit, & 134 b, Itaq; ſi fit omnibus recuſantibus & implorantibus. Att. 121 a, Turpe erit Domitium deſerere, implorantem eius auxilium. in Vetr. 170 a, Illa deos hominésque implorante.

¶ *Gemẽs.* Ep. 154 a, Et laterẽſis propè implorãs obteſtaretur.

IMPLORATIO, onis. I. V. 269 a, Si te illius acerba imploratio, & vox miſerabilis nõ inhibebat, ne ciuiũ quidẽ Romanorũ fletu cõmouebare? de Or. 126 b, Omniũ deorũ, & hominum, & ciuium, & ſociorum imploratio fuit.

IMPLORO, as. *inuoco, expoſco, teſtor, appello, obteſtor, voce miſerabili opem alicuius peto.* I. V. 80 b, 81 a, Hic tu fortaſſe querêre, deũ atq; hominũ fidẽ implorabis. pro Fl. 146 b, Quẽ enim aliũ appellem? quẽ obteſter? quẽ implorem? ſenatúmne, an Equites Romanos? &c. an populũ Romanum? I. V. 274 b, Vos etiã atq; etiam imploro atq; appello ſanctiſſimæ deę. & ibid. Deos omnes imploro atq; obteſtor. pro Muræn. 144 b, Fidem veſtrã obteſtor miſericordiã imploro. pro Milon. 118 a, Vos enim Albani tumuli atq; luci, vos, inquam, imploro & obteſtor, veſtræ tum aræ, veſtrę religiones viguerunt, &c. I. C. 110 a, Deos immortales precari, venerari, atq; implorare debetis, vt hanc vrbẽ defendant. pro Dom. 215 b, & pro Rab. 92 a, Illa altera pars non oratoris ingenium, ſed conſulis auxilium implorat & flagitat. I. P. 82 a, Implorare præſidium alicuius. pro Milon. 119 b, Miſericordiã ipſe non implorat: ego autem repugnãte hoc imploro & expoſco. Poſtquã. 212 b, Cùm me reſpub. imploraret. de Orat. 104 b, Nemo eſt queſtus, nemo rempub. implorauit, nemo ſupplicauit. IV. 77 b, Implorare iura libertatis & ciuitatis. pro Syl. 179 a, b, Implorarem ſenſus veſtros, vniuſcuiuſq; indulgentiã teſtarer in ſuos. I. V. 180 b, Veſtram in hoc fidem, dignitatem, religionem in iudicando non imploro. pro Fl. 146 b, Si vnquam reſpub. conſilium, grauitatem, ſapientiam, prouidentiam iudicũ implorauit: hoc tempore, hoc inquã tempore implorat.

IMPLOROR, ris. de Orat. 121 b, Neque ipſe auxilium ſuum à bonis viris fruſtra implorari patietur.

† Syntaxis. *Imploratio Deorum, hominum, &c. Implorat Deum & appellat. Implorat & obteſtatur. Implorat & flagitat. Implorat & expoſcit.*

IMPLVVIVM,uij.*locus ſine tecto in ædibus,quò impluere imber in domum poſſit*.I.V.88 a,Hæc duo ſigna,quæ nunc ad impluuium ſtant.I.V.106 a, Oſtendam in ædificijs priuatis lõga difficiliq; vectura columnas ſingulas ad impluuium H-S.XLM, non minus magnas locatas.

IMPOLITE`. *inornatè, incultè*.de Or.103 a, Tibi ſenatus breuiter impoliteq; dicenti maximis de rebus eſt aſſenſus.

IMPOLITVS,a,sm.*rudis* de Clar.or. 192 a, Forma admodũ impolita atq; rudis. de Or.220 b,Genus hominum rude, hebes,& impolitum.de Or.113 b,Timæus ipſa compoſitione verborum non impolitus. de Prou.76 a,Impolitæ res & acerbæ,ſi erunt relictæ, offerent ſe aliquando,&c.
Syntaxis. *Impolitus ac rudis. Rudis, hebes, impolitus. Impolitæ res & acerbæ.*

IMPONENDVS,a,um.I.V.104 b, Per iſtos quæ volebat,in nauem clàm imponenda, occulta exportanda curabat.

IMPONO,nis.*ſuperpono*.Epiſt.69 a,Qui cęteris coronas impoſuerunt victoribus. & pro Fl. Imponere auream coronam alicui.I.A.185 b, Antonius collegæ diadema impoſuit.de Or.110 a,Ne nomen quidem ei vitio impoſuerũt. Off. 58 b, Imponere faſtigium operi inchoato propè tamen abſoluto. de Fin. 166 a, Metellum multi filij, filiæ, nepotes,neptes in rogum impoſuerũt de Nat.12 b, Itaq; impoſuiſtis in ceruicibus noſtris ſempiternum dominũ. & Att. 249 b, Imponere dominum alicui.de Orat. 107 b, Imponere nimio duras leges cuipiam. I.A. 212 a, Is leges ciuitati per vim impoſuit. & 206 b, Per vim imponere leges reipub.* Acad. Quib.rebus hæc nomina imponam.
¶ *Iniungo*.Att.207 a,Et ne magnum onus obſeruãtiæ Bruto noſtro imponerem. Epiſt. 86 a, Niſi fortè aut in miſeria nimis ſtultè, aut in amicitia nimis imprudenter tibi onus impono.contra Rull.75 b, Vos mihi prætori biennio antè, Quirites,hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis,vt eum tuerer.Att.57 b,Ego mihi neceſſitatem imponere nolui huius nouæ coniunctionis.pro Muræn.233 a, Nunquã iſte plus militi laboris impoſuit,quàm ſibi ſumpſit.Att.249 a, Si Caſſelius mihi impoſuiſſet aliquid.Att. 140 a,Ne Pompeio quid oneris imponam.Att.164 a,Partes has mihi Cæſar impoſuit,ne,&c.
¶ *Decerno,mando,impero*.Att.242 a,Frumentum imponere, quæ eſt alia Dionis legatio? contra Rull.62 b, Agris publicis pergrande vectigal imponere.
¶ *Adiungo,adhibeo,adijcio*.pro Qu.R.49 b,Imponere ſeruitutem fundo.
¶ *Præficio*.pro.Pl.272 a, Sin autem emimus,quem villicũ imponeremus,quē pecori pręficeremus,nõ curamus,&c.
¶ *Inijcio*.Epiſt.125 b,Cuius amicitia me in hanc perditam cauſam impoſuit.
¶ *Infero*, pro Quint. 18 a, Aut iniuriam ſine ignominia ſibi imponerent. In Verr. 203 b, Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliasq́, impoſuiſti.in Verr.138 b, Mihi impone iſtam vim,vt omnino ne liceat polliceri.de Finib.121 a,Imponere vulnus alicui.pro Seſt.12 b,Imponere plagam mortiferam reipub.
¶ *Accommodo*. de Diu. 126 a, Cùm M. Craſſus exercitum Brunduſij imponeret. Att.5 a, Si Lentuli nauis non erit, quò tibi placebit,imponito.de Vn.202 b, Atque ita quaſi in eurrum vniuerſitatis impoſuit *Deus animos*.
¶ *Decipio*.Qu.fr.311 a, Catoni egregiè impoſuit Milo noſter,

IMPONOR,ris.Lent.Ep.190 a, Naues onerarię amplius quã centum, in quas exercitus eius imponi poſſet. Ep.224 b, Quando mihi ab amico onus imponitur, ego quoq; tibi imponam.
† Syntaxis. *Imponerê onera,leges, Diadema, nomen, iniuriam, vim vulnus, iu naui exercitum.*

IMPORTATVRVS,a,um.pro Deiot.151 a, Hodierno die ſententiã tuã, aut cũ ſummo dedecore miſerrimam peſtem importaturã eſſe regibus, aut incolumē famã cum ſalute.

IMPORTATVS,a,um.*illatus*.de Orat.88 a,Plura determinata publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentiſſimos importata.Poſtquã. 212, Nam calamitas importata eſt,quia defenderam ciuitatem.
¶ *Adductus*.dde Orat.123 a, Modò enim huc iſta ſunt importata.

IMPORTO,as.*infero,affero,præbeo,exhibeo*.pro Seſt.28 a, Quã tantam importare meis defenſoribus & cõſeruatoribus calamitatem. I. V. 175 b, Plus Verres Siciliæ calamitatis importauit,quàm Haſdrubal cũ exercitu. Ep. 265 a, Tergiuerſari nolui, ne mea nimia σπουδὴ ſuſpicionem ei aliquam importaret. Tuſc.234 a, Nam hæc mala caſus importat,qui in ſapientem poteſt incurrere.Tuſc.216 a,Motus auerſi à ratione important ægritudines anxias.

IMPORTOR,ris.*immittor*.de Fin.56 b,Eas ſolicitudines à dijs immortalibus importari putant.
¶ *Adducor,afferor*.Off.36.b, Per eos deniq; ſi quid importetur nobis incõmodi,propulſemus.

† Syntaxis.*Importare famam cum ſalute.)(. peſtem, detrimentum.Importare adiumentum,calamitatem,ſuſpicionem.Caſus malum importat. Importat Deus ærumnas.*

IMPORTVNE`. *moleſtè*.Acad.20 a, Inſiſtere importunè.

IMPORTVNITAS,tatis.*immanitas*. I.V.124 a, Iſte eſt incredibili importunitate & audacia. pro Cl. 53 b, Quem propter importunitatem animi nemo recipere tecto vellet.I.P.84 a, Complexus es illud funeſtum Animal ex omniũ ſcelerũ importunitate, & omnium flagitiorũ impunitate cõcretũ.ꝓ Ryl.181 b,Tãta importunitas inauditi ſceleris.

IMPORTVNVS,a,um:ſsimus.*immanis, infeſtus,moleſtus*. de Ar. 244 b,Videbam illud ſcelus tam importunum,audaciam tam immanem adoleſcentis furentis. Poſtqu. 207 b, Hic vultum importunum in forũ detulit. pro Cl.55 a, Furere crudelis atq; importuna mulier.Ep.20 a,Mulieris importunæ nefaria libido.I.C.107 a,Importuniſſimus hoſtis.de Fin. 56 a, Homo importunns & crudelis. de Nat. 76 a, & Ep.61 a, Varius homo importuniſſimus ſummo cruciatu perijt. I.V.77 b, Iſtius imanis atq; importuna natura.I.V. 173 b, Importuniſſima peſtis.
¶ *Incommodus*.de Cl.196 b, Hæc importuna clades ciuitatis.de Orat.110 b,Importunum tempus.
† Syntaxis.*Importunitas & audacia. Animi importunitas. Sceleris importunitas.Importunum ſcelus,vultus,hoſtis,clades,peſtis, tempus. Importunus & crudelis.*

IMPOSITVS,a,um.*imperatus, iniectus,traditus*. pro Font. 278 a, Vectigal eſſe impoſitũ fructibus noſtris dicitur. contra Rull.75 b, Vt meminiſſem, quã perſonam à nobis impoſitam ſuſtinerem.Att.162 a,Duriores partes mihi impoſitæ ſunt ab offenſione noſtra. pro Syl.173 b, Mihi de me ipſo multa dicenti neceſſitas quædam impoſita eſt ab illo,&c.pro S.R.20 a, Opprimi me onere officij malo, quã id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt,aut propter perfidiã abijcere aut propter infirmitatem animi deponere.Att.16 b, Conſul eſt impoſitus nobis, quem nemo præter nos aſpicere poſſet. pro Cornel.63 a, Nobis iniquiſſimæ leges impoſitę ſunt à vobis. pro S.R. 38 b, Audacia,cuius partes Roſcijs impoſitæ ſunt.Tuſc.230 b,Velut iſte chorus virtutum in eculeum impoſitus. Att.76 a, Clitellæ boui ſunt impoſitæ. *prouer-bium.* * Frag. ep. In ſingulas tegulas impoſitis ſexcentis confici poſſe.
¶ *Inflictus*,Att.12 a,Non ita,vt ſperarent mali,tanto impoſito reipub. vulnere.
† Syntaxis.*Impoſitus conſul,vectigal,lex,partes,perſona.Suſtinere perſonam impoſitam.*

IMPOTENS,tis:tior, ſsimus. *effrenatus, qui in ſua poteſtate non eſt,qui dolori vel iracundiæ paret*. Ep.54 b,Victoria quę etiãſi ad meliores venit, tamen eos ferociores impotentioresque reddit.Part.204 b,Aut nullos animi motus, aut non tam impotentes fuiſſe. Ep. 260 b, Sin iſta pax perditum hominem in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtitura eſt,&c.Tuſc.231 b, Qui nulla impotenti lætitia efferuntur.I.A.198 b,Quę effrenatio impotentis animi?I.A. 199 a,Impotens,iracundus,contumelioſus,ſuperbus.I.A. 202 b,Aduolat ad vrbem homo impotentiſſimus, ardēs odio,&c.I.A.233 b, Dolabella habet ſceleratam impiorũ manum,eſt ipſe confidens,impotens,&c.de Aruſp.244 a, Nihil feci iratus, nihil impotenti animo.
¶ *Tenuis, infirmus*. pro Mur.138 a, Valeant hæc omnia ad ſalutem innocentium,ad opem impotentium. de Fin.59 b, Neque homini infanti atq; impotēti iniuſtè facta conducunt.

IMPOTENTIA, tiæ,*animi effrenatio*. Tuſc. 216 b, Quam vim ſignificantes mali poëtæ,impendére apud inferos ſaxum Tantalo faciunt, ob ſcelera, animiq; impotentiam & ſuperbiloquentiam. ibid. Iidem *motus* inflammant *animos* appetitione nimia,quam tum cupiditatem, tum libidinē dicimus, impotentiam quandam animi à temperantia & moderatione plurimùm diſcedentem. Tuſc. 220 a, Irati color, vox, oculi, ſpiritus, impotentia dictorum atq; factorum,quam partem habent ſanitatis.
† Syntaxis. *Impotens homo,animi motus,dominatus, lætitia.Ferox ac impotens.Impotentis effrenatio.Impotens,iracundus,ſuperbus.Confidens,impotens.Iratus,impotenti animo.Dictorum & factorum impotentia.*

IMPRESSIO,onis.*efficientia,effectus,vis*.de Or.160 a, Numeroſum,id quod habet quoſdam impreſſiones, &c.
¶ *Notio*.Acad.15 b,Inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe, ſed inter ſpecies.
¶ *Expreſſio*.de Fin. 42 b, In pedibus celeritatem ponebant, vim in manibus, claritatē in voce, in lingua etiam explanatam vocum impreſſionem.
¶ *Violentia,incurſio impetus*.pro Fl.162 a, Nõ igitur impreſſio,non occaſio,&c.ad iniuriam faciendam Flacci animũ impulerunt.Epiſt.71 a, Non iudicio neq; diſceptatione, ſed vi atq; impreſſione euertere aliquem.

IMPRES-

IMPRESSVS,a,um.*expreſſus,ſignatus.*Ora. 198 a,Illa enim ſunt curricula,in quibus Platonis primùm ſunt impreſſa veſtigia. de Diu. 119 a, Cùm terra araretur, & ſulcus altiùs eſſet impreſſus. Acad.10 a, Viſum impreſſum in animo atq; mente. de Or.125 b, Niſi omnes motus in ipſo oratore impreſſi atq; inuſti eſſe videbuntur. Att.35 b,Orbis reipub.ſic eſt cõuerſus, vt vix impreſſam orbitam poſſimus videre.pro Mil.115 b, Vt memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.Ep.75 b,Quę cùm riderem tot veſtigijs impreſſa, &c. pro Corn. 57 a, Nullus eſt locus, in quo nõ extent huius fortitudinis impreſſa veſtigia.Acad.6 a,Viſum impreſſum effictumq; ex eo vnde eſſet,&c.Acad.14 b,Similitudines vero geminorum,aut ſignorum annulis impreſſorum pueriliter conſectantur.& ibid. Signa in annulis impreſſa.

IMPRIMO,mis.*quaſi informo,ſigno,inſcribo.* de Diu. 85 a, Sus roſtro humi A literam impreſſit. Acad.21 b,Quid ſi in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero? pro Cecin.299 b,In aliquo loco veſtigium imprimere.I.A.153 a,Tu extra munitiones tuas veſtigium, vbi imprimas, nõ habes. de N. 10 b, In omnium animis deorum notitiam impreſſit ipſa natura. de Fat.149 a, Viſum obiectum imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. I.A. 171 b, Horum flagitiorum iſte veſtigijs omnia municipia, præfecturas,colonias, totam deniq; Italiam impreſſit.

IMPRIMOR, ris. Tuſc. 161 a, An imprimi quaſi ceram anianimum putamus? Part.232 a,Vt literatura conſtat ex notis literarũ,& ex eo in quo imprimuntur illę notę:ſic cõfectio memoriæ,tanquã cera, locis vtitur,& in his imagines vt literas collocat. Acad. 15 b, Cùm viſa in animos imprimũtur. de Leg.162 a, Quæ in animis imprimuntur inchoatæ intelligẽtiæ, ſimiliter in omnibus intelligũtur. Acad.6 b,Quo è genere nobis notitiæ rerũ imprimũtur.

† Syntaxis. *Explanata linguæ impreſſio. Vi & impreſſione opprimere.Impreſſa veſtigia, ſulcus, viſa. Motus in oratore impreſſi & inuſti.Impreſſũ veſtigijs factũ. Impreſſum effictumq;. Imprimere ſiglla anulo, in cera. Viſum obiectum in animo ſuam ſpeciem imprimit.Imprimere veſtigijs facinorũ totã vrbem.Imprimere in animum. Imprimere alicui decus. Inchoatæ intelligentiæ in animis impreſſæ.*

IMPROBABILIS,le,*non probabilis.*Off.34 a,Nos alia probabilia, contrà alia improbabilia eſſe dicimus,*aliter non probabilia.*Acad.9 b,Siue tu probabilem viſionem,ſiue improbabilem,& quæ non impediatur,proferas.

IMPROBATIO,onis.)(.*Approbatio.*ad Her.8 a,Hæc & ad improbationem & approbationem teſtiũ pertinebunt. I.V. 187 a, Dubiũ ne eſt,quin iſta omnis improbatio cogẽdæ pecunię cauſa nata ſit?

IMPROBATVS,a,um pro Font.277 b, Falſum eſt, ob probationem pretium datum,cùm multa improbata ſint.

IMPROBE, ſsimè.*iniuſtè,peruersè,iniquè,nequiter.* pro S. R. 35 b,Multa improbè feciſti.ꝑ Syl. 172 b, de Fin.59 b, Præda improbè parta. Off. 49 b, Plures ſunt ij quibus improbè datum eſt quàm illi quibus iniuſtè ademptũ eſt. Att.260 b,Ego ſi me non improbiſſimè Dolabella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe,&c.

IMPROBITAS, tis.*peruerſitas.* Qu.fr. 297 a, Cùm te alicuius improbitas peruerſitasq; commouerit. pro Mur. 126 a, Amicorum neglectio improbitatem coarguit. Ep. 89 a, Mirifica eſt improbitas in quibuſdam. de Diu. 122 b, Simiæ Dodoneæ improbitatem hiſtorijs Græcis mandatã eſſe demiror. de Clar. 185 a, Athenienſis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Att.12 a,Sed tamen non ita, vt ſperârant mali, tanto impoſito reip. vulnere, alacris exultat improbitas in victoria.* Frag.ep.Debes odiſſe improbitatem eius.Ep.190 b, Quorũ improbitatem aliquando retundi,& non pati impunitate augeri.

† Syntaxis. *Improbitas,peruerſitasque.Mirifica improbitas.*

IMPROBO,as.*reijcio, vitupero,damno.*)(.*Approbo.*de Or.123 a, Ego iſta ſtudia nõ improbo, moderata modò ſint. Acad. 24 a, Hoc negas te poſſe nec approbare, nec improbare.

IMPROBOR,ris.*damnor.*Tuſc.148 b,Iacentq; ea ſemper,quę apud quoſq; improbantur.Off.36 a, Primùm improbantur ij quæſtus, qui in odia hominum incurrunt. de Diu. 95 b,Hæc improbantur à peripateticis, à Stoicis defenduntur.

IMPROBVS,a,um:ſsimus.*impurus,ſceleratus, perfidioſus, facinoroſus,nequam.*)(.*Bonus vir.*de Clar.185 a, Vir longè poſt natos homines improbiſsimus.& Attic.279 b,Homo nequiſſimus & improbiſſimus.pro Deiot.147 b,Homo nequam & improbus. de Orat. 136 a, Improbus homo & perfidioſus.pro Syl.172 b,Si quid ab improbis de me improbè dicitur.Attic.151 b, Hic, qui in me tam improbus fuit.de Orat.102 a,Populum inflammare in improbos, & concitatum in bonos viros mitigare. de Finibus 59 b, Improborum facta ſuſpicio inſequitur.



† Syntaxis. *Vir longè improbiſſimus. Homo nequiſſimus & improbiſſimus.Improbus & perfidioſus.Improbi.Improbus in aliquẽ.*

IMPROVIDVS,a,um.*incautus.*de L.139 b, Neceſſitas quædã fatalis improuidas hominum mentes occnpauit. Att.115 b,Improuidi & negligentes duces.de Am.114 b, Credulus atq; improuidus ſenex.Epiſt.26 b, Illud miror adduci potuiſſe te, qui me penitùs nôſſe deberes, vt exiſtimares,aut me tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcerem: aut tam inconſtantem, vt collectam gratiam florentiſſimi hominis effunderem.Tuſc.240 b, Improuida ætas.

IMPROVISO. *ex improuiſo, ex inopinato,de improuiſo, derepentè, ſubitò,repentè, repentinò.*Att. 237 a, Cùm hominem temperantem, ſummum medicum tantus improuisò morbus oppreſſerit.de Diu.91 a,& pro Mur.133 a,Syracuſani improuisò in caſtra Hamilcaris irrumpunt.I.V.145 b, Sanè ei præter opinionem improuisò incidi. Off. 50 a, Aratus tyrannũ Metoclem improuisò oppreſſit.I.V.99 a, Ex improuisò,ſi quæ res natæ eſſent. Tuſc.224 a, De improuiſo Chryſis vbi me aſpexerit,&c.pro S.R. 44 a, Collocare milites,in quos, ſi qui ex acie fugerint de improuiſo incidant.

† Syntaxis.*Improuisò, ex improuiſo,de improuiſo.*

IMPROVISVS,ſa,ſum. *inopinatus, ſubitus, nouus, repentinus.* 117 a,Sapiens cui nihil improuiſum atq; repentinum accidere poteſt,cui nihil ſubitum eſt,quod homini euenire poſſit. Acad.44 b,Fortuna efficit multa improuiſa nobis. Tuſc.197 b,Omnia quæ mala putãtur,ſunt inprouiſa grauiora,I.V.122 b,Cum hoc illi improuiſum inopinatumq; accidiſſet.de Or.93 b, Nulla res neq; tam improuiſa,neq; tam noua eſt, de qua non ſe profiteantur eſſe dicturos. contra Rul.78 a,Vnde iſte amor tam improuiſus, ac tam repentinus pro Mur.137 a, In his L. Murænæ tãtis tamq; improuiſis periculis. pro Font. 282 b, Cùm bella ſubitò & improuiſa naſcãtur.Att.56 a, Et hæc improuiſa omnia. Epiſt.23 b, Improuiſus aduentus hoſtium.

Syntaxis.*Improuiſum & repentinũ. Malũ hoc improuiſum grauius.Improuiſum & inopinatũ.Bellũ ſubitò & improuiſum natũ.*

IMPRVDENS,tis.*inſciens,inſcius,ignarus,errans, per imprudentiam.*)(.*Sciens.* de Or.92 b, Scripſi etiam illud in quodam libello,qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum.pro S.R.22 a, Hæc omnia imprudẽte L.Sylla facta ſunt.de Fin.65 a, Qua *definitione* tu enim imprudens vtebare nonnunquam.Acad. 6 a, Imprudens eò quò minimè vult,reuoluitur.Or.215,Sed idem imprudens ipſe facit.Tuſc 217 b, In altumq; prouenitur imprudens.de Cl.189 b,Tu mihi imprudens M. Seruilium prætcrijſſe videris pro S.R. 33 b, Multa ſæpe imprudentibus imperatoribus vis belli molitur. * pro Seſt. 6 b, Ignarus quidem certè & imprudens impendentium ſcelerum tãtorum ac malorum.

¶ *Ignarus.* de Inu. 74 a, Nautæ imprudentes legis, cùm exiſſent,vitulum immolauerunt.

IMPRVDENTER.*per imprudntiam, per ignorantiam,inſcienter.*de In.52 a,Imprudenter lædere aliquem Aca.43 a, Illud imprudenter, ſi arbitrantur,&c.

IMPRVDENTIA,tiæ.*inſcitia,inſcientia.*de Inu. 74a,Imprudentia eſt,cum ſciſſe aliquid is,qui arguitur,negat.de Ar.252 a,Sacrificium tam occultum, quod non modò curioſos oculos excludit, ſed etiam errantes: quò non modò improbitas,ſed ne imprudentia quidem poſſit intrare.* pro A. Gabin. Officium prætermiſſum imprudentiæ vel negligentiæ excuſatione defenditur.ibid.Id non imprudentiæ,ſed perfidiæ aſſignari ſolet.

¶ *Error.*I. V. 120 b, & Orat. 215 b, Quod ſæpe per imprudentiam fit.de Or.157 b,Imprudentia teli emiſſi breuius proprijs verbis exponi non potuit, quàm eſt vno ſignificatum translato *fugit.*de In.51 a,Modi partes ſunt prudẽtia & imprudentia. & ibid. Imprudentia in purgationem confertur,cuius partes ſunt inſcitia,caſus,neceſſitas:& in affectionem animi.* ad Heren.5 a, Purgatio diuiditur in fortunam,imprudentiam,neceſſitatem,& 15 b,Voluntario facinori nullam eſſe excuſarioem, ſed imprudentiæ iuſtam deprecationem paratam.de Inuen.74 a,Purgatio habet partes tres,imprudentiam,caſum, neceſſitudinem. & b, Exempla ad eam definitionem adiungere, in quibus imprudentia fuiſſe videatur. ibid. Non hanc imprudentiam nominari oportere.

† Syntaxis.*Imprudens & inuitus Legum imprudens. Id factum eſt per imprudentiam.Emiſſi teli imprudentia.*

IMPVBER,ris.*adoleſcentulus.* I.C.121 a, Cùm filium eius impuberem necandum eſſe dixit.

IMPVDENS,dentis.*inuerecundus, exhauſto rubore, os durum.*ad Heren.27 a,Epiſt.67 b,Qui verecũdię fines ſemel tranſierit, cum bene & nauiter oportet eſſe impudentem. pro

Qu.Roſc.48 a, Pudens impudentem fraudaſſe dicitur. *I. V.147 b, Vt cùm impudens fuiſſet in facto, tum impudētior videretur ſi negaret. Frag. ep. Impudentiſſimum nomen delegerit.* de Orat.94 b, Mihi,&c. bene impudentes videntur.

† Syntaxis. *Benè & nauiter impudens.*

IMPVDENTER. *confidenter, audacter.* I. V.135 b, Quamuis audacter, quamuis impudenter. & pro Flac. 158 a, & Ep.67 b, Impudenter facit.

IMPVDENTIA, tiæ. *confidentia, audacia.* Orat.220 a, Verecundia negandi, ſcribendi impudentiam ſuſcepi. pro Fl.153 b, Impudentia atque audacia fretus. pro Dom. 223 a, An ego tantam oculorum impudentiam habere poſſim, vt videam,&c. de Ar.243 b, Impudicam alicuius impudētiam reprimere. de Or. 99 a, Cæteros non dubitando primùm inertiæ condemnare, deinde etiam impudentiæ. & ibid. Neſcire,&c. inſignis eſt impudentię.* cont. C. Anton. Impudentiæ locum reliquiſti. de Or.95 a, Non pudendo, ſed ſed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomē effugere debemus. Ep. 226 a, Impudentia proſequor *te:* ſed idem ſarciam.

IMPVDENTIVSCVLVS, la. Epiſt.98 b, Sumus enim impudētiuſculi, quàm per te vix licet. *aliàs putidiuſculi.*

† Syntaxis. *Audacia & impudentia. Impudentia impudica.*

IMPVDICITIA, æ, Oct. 331 a, Cui forma per dedecus pecuniam & nomen nobile conſceleratū impudicitiæ dediſſet.* *Alij legunt, conſcelerata impudicitia.*

IMPVDICVS, a, um. *impurus.* I. A. 185 b, de Or.132 b, Aduerſus & auerſus impudicus es. Octa. 331 b, & in Sal.275 a, Audiet Marius impudico domino parére nos, qui ne militem quidem habere voluit, niſi pudicum. de Ar. 243 b, Impudicam alicuius impudentiam reprimere. I.C.106 b, Complexi mulieres impudicas. & 109 a, Omnes impuri impudicique. de Leg. 166 a, Impudica loqui.

† Syntaxis. *Impurus, impudicus. Impudica dicta. Aduerſus & auerſus impudicus.*

IMPVGNATIO, onis. *oppugnatio.* Att. 56 a, Ipſe domum P. Syllæ pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumſerat.

IMPVGNO, as: andus, a, um. di. pro Qu.2 a, Illis autē id tempus impugnandi detur, cum vitandi illorum impetus poteſtas adempta nobis erit. Att. 284 a, Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere.* Frag. ep. Quod eam *dignitatem* multi impugnauerint.

IMPVLSIO onis. *impulſus, commotio, affectus: ad animum referas.* de In.64 a, Cauſa diuiditur in impulſionem, & ratiocinationem. Impulſio eſt, quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor iracundia,&c. & 64 b, Cum impulſione aliquem commiſiſſe quid dicet. de Vniu. 197 b, Omnis coagmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulſione vehementi labefactatur. * de Or. 162 a, In *(al. ad)* hilaritatem impulſio *per multum mouet.*

IMPVLSOR, oris. Att. 256 a, Et ſi quamuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti. de Pro.72 b, Omnis illa tempeſtas Cæſare impulſore & autore excitata eſt. * I. V. 33 b, Se autores & impulſores & ſocios habuiſſe ſceleris illius eos viros.

IMPVLSVRVS, a, um. Att.277 a, Pręterea eſt modeſtus homo & frugi, quem ne vtilitas videatur impulſura fuiſſe ad facinus.

IMPVLSVS, ſus. *inductus, impulſio,* de Inu.64 b, Qui ſi mihi impulſu aliquid commiſerint. pro Dom.215 b, & I.V.141 b, & pro S.R 36 a, Hoc P. Clodij impulſu factum eſt. de Nat. 32 a, & de Somn.131 a, Non alieno impulſu, ſed ſua ſpōmoueri. de Somn.128 b.

¶ *Impetus.* de Somn. 128 b, Sonus, qui impulſu & motu ipſorum orbium efficitur.

¶ *Concurſus.* pro Cecinn.283 a. * Si nō ſolùm impulſu ſcutorum, neq; conflictu corporum,&c. magnas copias pulſas eſſe & vidimus & audiuimus.

IMPVLSVS, a, um. *coactus, adactus.* de Inuent.64 a, Ex aliqua cauſa, quâ impulſum aliquē id feciſſe dicet.* pro C. Cornel.1, Alijs ille in illum furorem magnis hominibus authoribus impulſus eſt.

† Syntaxis. *Impulſione facere. Suaſor & impulſor. impulſor & autor. Non aliquo impulſu, ſed ſua ſponte. Cœli impulſus, ſcutorū.*

IMPVNÈ, niùs. *ſine pœna vel periculo, tutò tranquillè.* pro Mil. 190 b, Ep.231 b, Dionyſius cum multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impunè laturum putaret, aufugit. Att.13 a, Qui nummos in tribu pronunciauerit, ſi non dederit, impunè ſit. Att.184 a, Mihi ne dolere quidem impunè licet. pro S. R.31 b, & 33 b, Homines vulgò impunè occiduntur. pro Qu.2 b, Libertate vſus eſt, quo impuniùs dicax eſſet. de Leg.164 a, vt dictator quem vellet indicta cauſa, impunè poſſit occidere. de Inu. 66 a, Poteſtas impunè aliquid faciendi. I.A.159 b, Qui non modò impunè, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit. de D. 120 b, Hæc in metu & periculo cùm creduntur faciliùs, tum finguntur impuniùs. Par. 119 b, Cùm lucrari impuè poſſet auri pondo decē. pro Deiot.149 b, Vbi id quod intus eſt, impunè euolare poteſt. ꝓ Cl. 34 a, Licet impunè cōfiteri. cōtra Rul.67 b, Vt impunè in ocio eſſe poſſemus. de Or. 159 b, In quo impunè ꝓgredi licet duos dūtaxat pedes.



IMPVNITAS, tis. *licentia, venia.* pro Mil. 118 a, Quem ſi vi viciſſet, habiturus eſſet impunitatem & licentiam ſempiternam. pro Pl.259 a, Non mihi tantū arrogo, vt C. Planciū ſuis erga me meritis impunitatē aſſecuturū putē. in Ant. 220 a, Cæteris autē ſi errorē ſuū depoſuerint, veniā & impunitatē dandā puto. Tuſc. 218 b, Dare impunitatē peccatorū alicui. I.A. 157 a, Cùm tanta gladiorū impunitas ſit pro Seſt.21 a, Quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna. I.P.84 a, Animal ex omniū ſcelerum importunitate, & omnium flagitiorū impunitate concretū. pro R. P. 126 b, Quorū impunitas fuit non modò à iudicio, ſed etiam à ſermone. pro Mil. 110 a, impunitatis ſpes maxima eſt illecebra peccādi. Qu. fr.328 a, Gabinij abſolutio lex impunitatis putatur. de Nat.22 b, Tanta eſt impunitas garriendi. * de Cl.194 b, Vt nimis redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadā dicendi impunitate & licētia reprimeret. pro Dom.216 b, Vt quemadmodum diſceſſu meo,&c. ſcelerū impunitas,&c. fuiſſet. Off.60 a, Se impunitate ꝓpoſita facturos ꝙ expediat. Ep.13 a, Illa furia *Clodius,* &c. impunitatē ſcelerū eſt eorū ſentenrijs aſſecutus.

IMPVNITVS, a, um. *inultus.* in Ant.226 a, Poſſumus hanc iniuriam inultam impunitamq; dimittere. & 63 a, Vt cæterorum quoq; iniuriæ ſint impunitæ atq; inultæ. I.C. 101 a, Tibi vni multorum ciuiū neces, tibi vexatio direptioq; ſociorum impunita fuit ac libera. I. V. 215 b, Si iſtius hæc tāta iniuria impunita diſceſſerit. Off.38 b, Niſi enim multorum impunita ſcelera tuliſſemus, nunquam ad vnum tanta perueniſſet licentia.

¶ *Abſolutus, integer.* de Or. 104 a, Virtus tamen ius ſuum & impunitam omnium rerum libertatem tenere debet.

† Syntaxis. *Impunè ferre. Si quis, &c. impunè fit. Vulgò impunè occiſi homines. Impunitus dicax. Impunitatē & licentiam habere ſempiternam. Dare veniā & impunitatē ſuum errorem deponentibus. Dare peccati impunitatē. Gladiorū impunitas. Iuuenilis impunitas & licētia dicēdi. Inultā & impunitā iniuriam dimittere.*

IMPVRÈ. *ſpurcè.* I.A.160 a, Impurè & intemperanter facere aliquid. & de D. 93 b, Facere multa impurè atq; tetrè. de Fin.98 a, Impurè & flagitiosè viuere.

IMPVRITAS, tis. *flagitia, turpitudines.* I.A. 161 b, Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes.

IMPVRVS, a, um. *contaminatiſſimus, luculentus, ſpurcus, improbus, ſceleratus.*) (. *Purus.* Att.151 b, Ego hunc impurum & ſceleratum puto. pro Dom.222 a, Omnium nō bipedū ſolùm, ſed etiam quadrupedū impuriſſimus pro Qu.R 48 a, Perſona illa lutulenta, impura inuiſa. de Ar. 249 a, Vt eos ludos hæc lues impura pollueret. I.C.109 a, Omnes impuri impudicique.* I.V.227 a, Impura cohors.

† Syntaxis. *Impurè, entemperanterque. Impurè & tetrè. Impurè & flagitiosè. Impurus & ſceleratus. Perſona lutulenta, impura. Impurus, impudicusque.*

IMVS, a, um. *infimus.* pro Qu.R.48 b, Ab imis vnguibus vſq; ad verticem ſummum. de Som. 129 a, Nam terra immobilis manens ima ſede ſemper hæret. Att.227 a, Ex caſtris ad imam Candauiam. ad Herenn. 21 a, In diſtributione vocem ab imis faucibus adhibere oportet. ad Heren. 22 a,* Vtrum à ſummo, an ab imo, an à medio nomina eorum dicere incipiamus.

IN, *præpoſitio multas habet vires: præcipua eſt ſua: at peculiaris inhærētia, vel ratione loci, vel perſonæ, vel rei alterius, nécnon termini ad quem, vt aiunt.* Att.25 b, Et quis in eius locum paretur. de Inu 69 a, Quare non in omnem cauſam, ſed in omne genus cauſæ incidunt. Ep.253 a, In hoc interdicto non ſolet addi, in hoc anno. pro Corn. 65 b, Multi in ciuitate recepti ex liberis populis. & 66 a, Cùm præſertim in genus ipſum accuſationis, & nomen eiuſmodi præmium nemini iucundum eſſe poſſit. I. A.236 a, Ni Brutum colligaſſemus in Græciam. & 165 b, Is hanc rem in Ciliciam ad oſtium fluminis Cydani confeciſſet. & 178 a, In eius tetrarchiam ex Græcis comitibus ſuis collocârat. & 166 b, In huius me conſilij ſocietate tanquam in equum Troianū, cum principibus includi non recuſo. de Pro 70 a, Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate contra leges. ad Heren. 41 a, Si quæ antè & pòſt & in ipſa facta erunt, cōprehendemus. Or.218 a, Pæan cōmodè in ſolutā orationem illigatur. pro Qu. 1 b, Hæ cōtra nos ambæ faciunt in hoc tēpore. pro Qu R.45 b, Quod in codicem iniuratus referre noluit, id in litem iurare non dubitat. Att.175 a, Non poſſum præ fletu diutiùs in hoc loco cōmorari. ꝓ Clu.34 a, Qui tum propè in occulto ſtetiſſent. ꝓ Rab.95 a, Incluſum

atq;

atq; abditū latere in occulto. Or.220 a,Veritas in occulto latet.ad Her.33 b,Cū dictis quibuſdā reliquū relinquitur in audientiū iudiciū.ad Her.40 b,Illi gladiū in latere defixit. ꝑ Seſt.25 b,Quis eſt Italię locus?in quo non fixū ſit in publicis monumētis ſtudiū ſalutis meę? Qu.fr.302 b,Tradere aliquem in cuſtodiam, vel in publicum, vel in piſtrinū. I.C.105 a, Quorum æs alienum contractum in popinam non poteſt,&c.I.V. 87 b, Ea in tabulas publicas ad ærariū perſcribenda curaui. de Som. 128 a, Pietas in parentibus & propinquis magna eſt. Att. 59 a, In hoc thecam nummariam ne retexeris:*id eſt, ob hoc*.de In. 69 a, In noſtra cōſuetudine multis de cauſis fit, ut rarius incidant tranſlationes. de L. 185 a, Minores magiſtratus plures in plælia ſunto.& ibid.Ego in iſta ſum ſententia,qua te fuiſſe ſemper ſcio.de Vn.195 b,Et cùm inueneris, indicare in vulgus nefas.Att.111 b, Si quid offendimus in genere noſtro, id fit maius quàm, &c.I.V. 265 b, Includere aliquem in cuſtodias. de Nat. 18 b, Solem in deorū natura ponere.de Nat. 51 a,Aues quę ſe in mari mergunt. Att.183 b,Cæſar itinera ita facit,vt multos dies in oppidum ponat. in Ant. 232 b, Qui ſe conſulatum in Bruti locum petere profitetur. Ep.84 a,Quid?tu in lictoribus, in toga prætexta eſſe conſulatum putas?de Diu.131 b, Hoc ſi eſt in libris, in quem hominem,& in quod tempus eſt?* con.C. Anton.Atq; vt iſtum omittam in exercitu Syllano prædonem,in introitu gladiatorem,in victoria quadrigarium. 1. de Glor. In Tuſculanum mihi nunciabantur gladiatorij ſibili. de Fin. 53 a,In altera philoſophię parte iſte ueſter *Epicurus* planè inermis ac nudus eſt. Att.8 a, In illam orationem Metellinā addidi quædam.Orat.201 a, Quod in controuerſia aut in contentione verſetur. pro Quint. 17 a, Ea res nunc in diſcrimine verſatur. de Nat. 31 a, Ob eamq; cauſam calorē inſitum in terris contineat arctiùs.

IN PERPETVVM. *id eſt perpetuò temporis*.de Am.101 a, In perpetuum.) (*Ad quoddam tempus*. Att.76 b, Euerſam in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcito.de Or.119 a,Hęc meditatum nobis in perpetuū eſſe debet.I. C.103 b, Hæc reipub.peſtis paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi poteſt. contra Rull. 77 a, Res veſtras in perpetuum alienari.ad Brutum 90 b,Eum in perpetuum alienari.ibid. Eum in perpetuum modeſtiorem ſpero fore.

IN PROMPTV. *facilitatis* Off.64 a. Iam illud nō ſumus admonēdi(eſt enim in promptu) vt animaduertant,&c. de Diu. 134 a, Sed hæc quoq; in prōptu, nūc interiora videamus. Off.2 a, Hæc ita ſunt in promptu, vt res diſputatione non egeat. Off 21 a, Habere aliquid ſemper in prōptu. *id eſt, quaſi in animo vel memoria*. Off 12 b, Itaq; in probris maximè in promptu eſt, ſi quid tale dici poteſt. Off. 19 b, Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur,ſed eſt in promptu de Orat 87 a, Cùm illa pateant, in promptuq; ſint omnibus. Aca.39 b,Sed ea dicam, quæ mihi ſunt in promptu Aca. 12 b, Oportet igitur ea quæ ꝑ perſpicuitate reſpondere poſſunt in promptu habere. Off. 25 b,Natura formā noſtram, reliquamq; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſti,eam poſuit in promptu.

¶ *Vis voculæ, Ad, ratione conſilij, finis, propoſiti*.pro Clu. 57 b, Mulier in familiæ luctum atq; in priuignorum funus nupſit.de Orat.168 b,Patris ſtudium in filijs erudiendis Att. 122 b,in ſumtum mutuari ab aliquo.pro Qu.R.46 b,Quis in hanc rem fuit arbiter. Att. 85 a, Nec id ſatis efficitur in vſuram menſtruam. de N. 61 a, Quod perſpicuum eſt in iſtam partem Att.251 a, Hæc ſcripſi in eam partem, ne me motum putares. pro Cec.289 a, In eas ipſas res quas improbiſſimè fecit,teſtimonia ſumpſit.de Or.94 b, Neq; hęc in eam ſententiam diſputo,vt &c. Att.117 b, Id ego in eā partem accepi,hæc oppida,&c.de Or. 99 a, Agere lege in hęreditatem paternam.pro R.P 128 a,Nulla pecunia Gabinio niſi in rem militarem data eſt. I.V 205 a,b, Cōmittere ſe in conſpectum alicuius.& 204 b,Magnum ſumtum in Timarchidis prandium feci.& 234 a,Cùm ad prętorem in ius adiſſemus. & 265 b, Pecuniæ erogatæ in operum locutiones falſas. de Or. 127 a, Tum omnem orationem conuerti in increpandam Cæpionis fugam & ibid.In deplorandum interitum exercitus.I.V.138 a In hanc rem teſtem totam Siciliam citabo. de Pro. 70 a, Is Imperator in pœnam exercitus expetitus eſſe videtur. I.A. 184 a,Cæſar patrimonium ſuum in ſalutem reipubl.collocauit. pro Fl. 153 a, Prætor pecuniam in remiges imperauit. pro Fl.155 a,Pecuniam in ædem ſacram reficiendam perſcribunt.ꝑ Fl.152 a,Pecunia in claſſem eſt erogata.& ibid.Nos hic in mare ſuperum & inferum ſeſtertium ter & quadragies rogabamus.I.P.39 b, Plebs in cuius tu infamiā, ea quæ per latrones de me egeras,contuliſti. I. V. 95 a, In codicis extremam ceram nomen infimum fecit. de Fat. 143 b, Hæc commutari ex veris in falſa non poſſunt. de In.75 a, In conceſſionem præcepta dedimus.& ibid.b,In id quoque præcepta poſuimus.de In.65 b, Tradere locos in ſingula cauſarum genera. & ibid. Inuenta vnamquanq; in rē exponētur.pro Cluen.36 b,In legem iurare.de Inu. 76 b, Inſumere laborem in aliquam rem.contra Rull.61 b, Auctiō conſtituta in menſam Ianuarij. In Ver 67 b, Cùm ego diē in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem. contra Rul.63 a,Aurum conſumtum in monumento.de In.64 a, Nō omnes loci in omnem cauſam conueniunt.de Inu.77 b,Hoc in omne factum,& in omne tempus idem valet.de Inu 80 b,Lex ſcripta communiter in plures res, vel in aliquam certam rem. Off. 42 b, Facillimè in optimam partē cognoſcuntur adoleſcentes,qui,&c.

¶ *Contra*. de Orat. 102 a, Inflammare populum in improbos.pro S.R.27 b, In eam partem potius peccant,quæ eſt cautior. Qu. fr.31 b, In eam tabulam magni riſus conſequebātur.Off.68 a,Id q̄ iniuſtū in patriā eſſet, nō videbat. de Or. 131 b,Hoc cōueniret in omnes luſcos. ꝑ Corn. 67 b,Suſcipere odium infinitū in aliquo de Pro.70 b,De pecunijs creditis dicere ius in liberos populos cōtra leges. ꝑ R.P.130 a,Quærere inuidiā in aliquē de N.77 a, Impietas in deos,iniuria in homies.*id eſt, contra*. pro Cor. 59 a, Eſt enim in populū Romanū graue,nō poſſe, &c. & ibidem, In ſocios verò iniurioſum & contumelioſum, iis præmijs excluſos eſſe,&c.Att.46 a,In aliquem,vel in ſe ipſum peccare.de Am 104 a, In Remp. in magna aliqua re peccare. & ibid.In aliquem aliquid efficere.de Ar.250 b, Id totum in iſtius ludos prædictum atque reſponſum eſt. pro Rab. 94 a, Quod crimen in hunc maius expectes?

¶ *Iuxta*.I.C.113 a, Recitatæ ſunt tabellæ in eadē ferè ſententia. ꝑ Qu.11 b,In ea ipſa verba,quæ aduerſarius ediderit, iudiciū accipere. Qu.fr.312 a,S.C.factum eſt in Africanij ſententiā.I.V.252 a,Verſus,qui in iſtius cupiditatem facti ſunt.I.A.250 b,Hoſtilē in modū ſæuire, Att.76 b,Incredibilē in modū cōcurſus fiūt ex agris. ꝑ Qu. R.47 a, In hāc formulam omnia iudicia cōcluſa & comprehenſa ſunt.

¶ *De*. Att. 8 a, In illam orationem addidi quædam. de Di. 80 b, Cùm magna vis videretur eſſe in monſtris interpretandis,in aruſpicum diſciplina.de Or.129 a,Sed vt in Scæuolam continuit ea dicta Craſſus, ſic in Bruto vtroq; genere pugnauit. & 131 b, Quod idem in bono ſeruo dici ſolet. & ibid. Ridiculum illud vetus in furace ſeruo. de In 77 a, Vti aliquo verbo vno pluribúſue in ea ſententia, in qua is qui dicet,accipiendum eſſe demonſtrabit. Att 37 a, In eam ſententiā multa dixit. Att.6 a, Duæ epiſtolæ in eādem rationem ſcriptæ, in Verr 90 a, Cùm in eam rationē pro ſuo quiſque ſenſu loqueretur.de Orat.147 b, In quo igitur homines exhorreſcunt?in quo exclamant. Att. 228 b,Si humaniter & amabiliter in me cogitare vis. ꝑ Qu.R. 54 a,Niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem. & 50 a,In hanc rem me cognitorem dediſti.pro Cluent.23 a, Auditis de eo in quem iudices non eſtis. & 59 b, Iudex in aliquem.

¶ *Supra*.de Or.104 b,Cùm Galba pupillum penè in humeros ſuos extuliſſet. pro S. R31 b, Aliquem eſſe dominum in ſuos.de In 68 b, Pater habet poteſtatem in filios.

¶ *Sub*.de Or.114 b, Ambulare in ſole. in Ver 65 a, Nationes,quæ in amicitiam populi Romani ditionemq; eſſent. pro Pomp.10 a, Portus veſtros in hoſtium fuiſſe poteſtatem.pro Clu. 50 a, Redigere aliquem in poteſtatem ſuam

¶ *Ante*.de Vniu. 196 b. Quod in cernendi ſenſum caderet. I.V.67 b, Defigere furta alterius in oculis omnium. Att. 130 b, Committere legiones in conſpectum hoſtium.

¶ *Inter,numeri ratione*. Att. 162 a,Reponere aliquem in ſuis. Att.184 a, Melius in peſſimis nihil fuit. de Sen. 91 b, Quæ ſecundum naturam fiunt ſunt habenda in bonis. de Cla. 173 b,Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt. pro Sext.R.22 b, Capito, qui in decem legatis erat de N.39 b, Diana omniuaga, quod in ſeptem numeratur, tanquam vagantibus:*id eſt, inter ſeptem ſtellas errantes*. Att.b, Hunc ego ſi in præfectis habuiſſem, quem tu hominem putares? de L.162 a,Dolor in maximis malis ducitur.pro Flac.155 b,Vtrum in clariſſimis ciuibus eſt is qui, &c.Off.13 b,Hic in magnis viris non eſt habendus. Epiſt. 224 b,In perditis ac deſperatis aliquid habere.pro S.R.20 a, Qui ex ciuitate in ſenatum delecti eſtis.

¶ *Cum*. pro Fl. 150 a, Qui nuper ſummo cum imperio fuerit ſummo in amore eſſe propter nomen ipſum imperij non potuit.pro S.R.43 a, Summa reip. in huius periculo tentatur.de Inu.76 a,Alius in alium implicatus. Illiberalis in aliquem, & negligens in amicos, & intolerabilis in omnes. *Vide in ſuis vocabulis.*

¶ *Pro*. Epiſt. 28 b, Legiones quæ decretæ ſunt in Syriam. pro Font. 278 a, Titurius quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorij nomine exegit. Qu. fr.318 b, Is ſe ternis numis in pedem tecum tranſegiſſe dicebat. Attic. 119 b, Quid in vtramq; partem mihi in mentem veniat, expli-

explicabo breui. Quin. frat. 312 a, Pecunia Pompeio decreta in rem frumentariam. de Orat. 128 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iiſdem ſuppeditatur locis. de Or. 100 a, Mulier quæ in concubinæ locum duceretur. de Nat. 17 a, Epigramma Catuli in Roſcium. de Orat. 141 a, Scribere carmē in aliquem. Att. 66 a, Eſt pondus apud ruſticos in memoriam patris. pro Corn. 64 b, Vt in ſingulas colonias ternos ciues Romanos facere poſſet. I. V. 172 a, Minus tribus medimnis in iugerum nemo dedit. & 14 b, In frumentum imperatum H-S. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebatur. & 187 a, In medimna ſingula video ex literis publicis, tibi Haleſinos. H S. quinos denos dediſſe. cont. Rull. 83 a, Duodena deſcribit in ſingulos homines iugera.* Off. 6 b, Quod apud Platonem eſt in philoſophos dictum.

¶ *Per* Poſtquam. 211 b, Erat alius ad portas in multos annos pro Flac. 149 a, Athenienſes, vnde fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras diſtributæ putabantur. de Diuin. 120 a, In omne corpus diuiſo & multiplicato cibo. de Orator 138 b, Eſt id in totam orationem confundendum. de Nat. 53 b, Sanguis à corde in totum corpus diſtribuitur. & ibid. Quæ confecta in reliquum corpus diuidantur.

¶ *Erga*. de Leg. 164 b, Obſequia in homines. & ibid. Cerimoniæ religionesq; in deos. & 177 a, Athænę multa vtilia in vita hominum attulére. de Orat. 101 a, Magno amore inflammatū eſſe in patriam. in Ant. 203 a, Summo ſtudio optimoq; in rēp. conſenſu. pro Mur. 134 a, Noſtra in aliquē ſtudia minui. de Orat. 101 a, Amor in patriā. de Orat. 209 a, De ſuis in rempublicā meritis dicere. ad Brut. In duces vehemēs, in milites liberalis. *hic agnoſce antitheſim vehemētis, & liberalis* de Or 124 a, Indulgētiā in liberos noſtros.

¶ *Promiſcuæ poteſtates: cumprimis ratione certi temporis*. I. A. 175 a, Qui in proximū annum conſulatum peteres. cont. Rull. 63 a, In reliquum tempus aliquid ſancire. I. V. 134 b, Ei honos ille in illum annum deberi putabatur. contra Rull 88 a, Concordiæ patronū me in hunc annum reip. confeſſus ſum. Attic. 93 a, Scaptius centeſimis, renouato in ſingulos annos fœnore, contentus non fuit pro Cluen. 26 a, In ſuſpicionem vocatus eſt. Att. 235 b, Conſilia in horas mutari vides. Attic. 276 a, Atq; hoc mihi in te placuit. de Orat. 114 a, Aequabiliter in omnia genera fuſa oratio. ibid. 128 b, Genus facetiarum ęquabiliter in omni ſermone fuſum, &c. pro Clu. 54 a, Venenum abditum in aliqua parte panis. de Cl. 196 b, Genus dicendi verbis incitatum, in quo fuit Aeſchylus & ibi. Turba patronorum quam congeſſi in hunc ſermonem. Attic. 212 a, Date in ſermonē. de Cl.r. 178 b, Extat in eam legem oratio. pro Quint. R. 53 a, Si H-S. millies in iudicium haberes. Tuſcul. 134 b, Viuere in diem. )(. *In ſempiternum tempus ſpectare*. Offi. 63 b, Et ſimul ad cœnam inuitauit in poſterum diem. de Diu. 111 b, Solis defectiones, itemq; Lunæ, prædicuntur in multos annos. pro Seſt. 7 a, Habebit ſenatus in hunc annum quem ſequatur. pro Cæl. 50 a, Dij nunquam præſentis fraudis pœnas in diem reſeruant. pro Seſt 7 a, Alter multos planè in omnes partes fefellit. Tuſc. 168 a, Itaq; non deterret ſapientem mors, quo minus in omne tempus reip. conſulat. de Cla. 195 a, In hoc ſpacio, & in his poſt ædilitatem annis. pro Qu. R. 46 a, Hoc nomen in codicem acceptum & expenſum eſſe debuit. & ibid. Nomina in codicem digeſta habes. contra Rull. 72 b, Ianitores ducentos in annos ſingulos ſtipatores corporis conſtituit. pro Syl. 175 a, Diuiſi eas tabulas toti Italiæ, diuiſi in omnes prouincias. de Cl. 190 a. Verbū in longiùs ductū. Att. 241 a, Præſidia ſunt in multos annos prouiſa. Att. 73 b, Sed ego hanc ἀνεξίαν in vnum annum meditatus ſum. in Ant. 258 b, Quæ autem eſt iſta ſententia, vt in hodiernum diem veſtitus mutetur. de Orat. 126 a, Puer qui tibi in tutelam eſt traditus. Attic. 203 a, Horti quam in diem proſcripti ſint, velim ſcire. I. V. 119 a, Locare aliquid in multos annos.

† Syntaxis. *Conficere rem in Galliam (pro Gallia. Includi in cōſilij ſocietate. Illigare fabulam in carmina. Relinquere omnia in iudiciū bonorum. In controuerſia, in diſcrimine verſari. Contrahere æs alienum in popinam. Solem in Deorum natura ponere. In aqua ſe mergere. Ponere in iter multos dies. In bonorum luctum dicere. In aliquid, & aliquem iudex. In hanc partem hoc perſpicuum eſt. In eam diſputo ſententiam. In hanc rem te cito teſtem. In remiges erogata pecunia. In infamiam conferre. In extremam chartam nomen ſcribere. Id non conuenit in tuam cauſam: id eſt, pro. In hæc verba iudicat ille. In eandem dicere ſententiam multa. In aliam loqui rationem pro ſuo ſenſu. Eſſe in amicitiam, & in ditionem, ac poteſtatem. In poteſtate redigere. In ſuis aliquem reponere. In mediocribus oratoribus haberi. Dolor in malis eſt. Hoc in perditis ac deſperatis habēdum. Pater in amore ſummo. Ille in illo implicatus amico. In memoriam alicuius facere. In aliquem verſus: id eſt, ad alicuius laudes. In hoc volumen quid addes? In omne corpus diuiſus cibus, & multiplicatus. Confundere in totam orationem exornationes. In hunc annum obijt ille. In quo fuit ille: id eſt, cuius ordinis, claſſis, generis, ingenij. Dare ſe in ſermonem. In diem reſeruare pœnam. Verba in longiùs ducta. In vnum annum aliquid meditari. In hodiernum diem mutatur veſtitus.*

In ante diem. I. C. 1, Dixi in ante diem quintum calendarum Nouembris. At. lib. 2, In ante diem x v. cal. diſtulit.

In diem & in horam. L. Vivo.

In dies. L. Indies, *ſuo loco*.

Inaedificatvs, a, um. *ædificatus*. de Ar. 250 a, In domo tua eſt inædificatum ſacellum. & 251 a,* A' Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incēſa, inædificata, &c. neſcimus?

Inaeqvabilis, le. Part. 230 b, Inæquabilis varietas.

Inaestimabilis, le. )(. *Aeſtimabile*. de Fin. 94 a, Aeſtimabile eſſe dicitur, &c. contraq; ineſtimabile, quod ſit ſuperiori contrarium.

Inalpini, orum. *Alpium incolæ*. Epiſt. 169 b, Progreſſus ſum ad Inalpinos cum exercitu. *Bruti*.

Inambvlans, tis. de Leg. 156 b, Non longè à tuis ædibus inambulans poſt exceſſum ſuum Romulus Proculo Iulio dixerit, ſe Deum eſſe, & Quirinum vocaii. Acad. 42 a, Quia diſputabant inambulantes in Lycio.

Inambvlatio, onis. ad Her. 21 a,* Inābulatione vti oportet.

Inambvlo, as. *deambulo*. de Or. 109 b, Cùm etiam tum in lecto Craſſus eſſet, Antonius autem inambulaiet cū Corta in porticu. I. V. 206 b, Prætor quieſcebat, illi inambulabant. Att. 90 b, & Epiſt 164 b, Ante lucem inambulabā domi. de L. 159 a, In viridi opacaq; ripa inambulare.

Inanimatvs, a, um. *inanimis, muta & expers animi res*. de Nat. 9 a, & 67 b, & de Am. 109 a, Res inanimatæ atq; mutæ. Off. 34 b, Inanimata, vt aurum, argentum, &c.

Inanimvs, a, um. *inanimatus*. Acad. 10 b, Cùm inter inanimum & animal hoc maximè interſit: quòd inanimum nihil agit. & de Diu. 128 b, I V. 171 a, Omnia mutata atque inanima commouerentur. *hic tamen inanimalia legit Iulius Seuerianus in Rhetorica, de affectibus præcipiens: eoq; ipſe ibidem verbo vtitur*. de N. 41 a, Inanima natura. Tuſc. 159 b, Inanimum enim eſt omne quod pulſu agitatur externo: quod autem eſt animatum, id pulſu cietur interiore.

† Syntaxis. *Res inanimata & muta. Mutum & inanime.*

Inanis, ne. ior, ſſimus. *vacuus, ſuperuacuus, ſine cauſa, caſſus vanus*. )(. *Plenus*. de Nat. 19 b, Quid reliqua deſcriptio omnium corporis partiū? in qua nihil inane, nihil ſine cauſa, nihil ſuperuacuum eſt. de Nat. 14 b, Nihil eſt quod vacet corpore: corporibus omnis obſidetur locus: ita nullum inane eſſe poteſt. de Fat. 145 a, Cùm vas inane dicimus, nō ita loquimur, vt phyſici, quibus inane eſſe nihil placet: ſed ita, vt verbi cauſa, ſine aqua vas eſſe dicamus. Acad. 31 b, Tú.e inane quicquam putas eſſe? cum ita completa & cōferta ſint omnia, vt & quod mouebitur corporum cedat, & quà quicq; ceſſerit, aliud illicò ſubſequatur. de Fin. 52 a, Infinitū, inane, in quo nec ſummum, nec infimum, nec medium, nec vltimum, nec extremum ſit. Att. 223 a, Structores ad frumentū profecti inanes redierunt. Off. 53 b, Ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, inanem redire turpiſſimum eſt. Tuſc 252 a, Quod nos honeſtū dicimus, id illi caſſum quiddā & inanis vocis ſono decoratū eſſe dicunt Epi. 94 a, Inanes eſſe meas literas quàm nullas malui. Att. 131 b, Mittere tabellarium cū inanibus epiſtolis I. V. 141 a, Equus inanis, *cui nemo inſidet*. de Or. 88 a, Sed deinceps omnia plena conſiliorum, inania verborum videmus. pro Mur. 130 a, Hæc inania prudentiæ reperta ſunt. I C. 100 b, Omnes conſulares ſimul atq; aſſediſti partem illam ſubſelliorū nudā atq; inanem reliquerunt. Epi. 27 b, Nulla enim abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re vtili & ſuaui venerat. I. V. 174 b, Ager Agyrinenſis ſeptuaginta aratorib. inanior eſt. Tuſ. 199 b. Niſi vellēt voces inanes fundere. de Or. 86 b, Inanis elocutio, ac penè puerilis. de D. 135 a, Falſa & inania ſōnia humana eſſe. Att. 274 a, Inanis ſpecies clemētiæ. pro Qu. R. 53 a, Inani & tenui ſpe te conſolaris. pro Mil. 120 a, O' ſpes fallaces, ô cogitationes inananes meæ. de Fin. 85 b, Inanium cupiditatum nec modus vllus, nec finis inueniri poteſt. pro Cl. 33 a, Miſerrimus & inaniſſimus. * I. V. 257 a, Nanes inaues.* Acad. 29 b, Leucippus plenum & inane dixit eſſe, è quo omnia gignerētur. Ep. 29 a, Illud verò puſilli animi, & ipſa maleuolentia ieiuni & inanis.

Inanitas, tis. *inane, vanitas*. de Fat. 144 a, Cùm duo indiuidua per inanitatem ferātur, &c. Tuſc. 190 b, In ſumma inanitate veſatur. de Fin. 58 a, Vt ſapiens ſolum amputata & circumciſa inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus ſine ægritudine poſſit, & ſine metu viuere.

Inaniter, *falsò*. Aca. 10 a, Cū ſit incertum, verò inaniterne moueatur. Tuſ. 12 a, Cū & inaniter & effusè anim⁹ exultat.

† Syntaxis *Inane fruſtra, ſuperuacuum. inanis redijt ille, id eſt, ſine re, quam expetiuit. Inanes epiſtolæ: id eſt, leues. Inanis errabat equus. Id pietatis eſt inane. Sedes nudæ & inanes. Inanis pietatis*

*oratio*

*oratio. Falſum & inane. In inanitate verſari. Amputare & circumcidere inanitatem & errorem. Inaniter exultate. Inaniter. )( vere moueri.*

INAPPARATIO, ois. *nullus apparatus.* ad Her. 7 b,* Si ex altera parte apparatio, ex altera parte inapparatio demonſtrabitur fuiſſe.

INAVDIBILIS. *qui non eſt audiendus, inſolens, perditus.* Att. 249 b, An fidem infirmet filio inaudibili.

INAVDIO, dis. *audio, exaudio: dicitur de rebus occultis.* Epiſt. 141 b, Aquini conſilia ſunt inita de me, quę te video inaudiſſe. Atti. lib. 6, Nunquid de quo inaudiſti? Frag. ep. Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primùm quiddam inaudieram.

INAVDITVS, a, um. *Inuſitatus.* de Ora. 96 a, Nihil dicã reconditũ, nihil expectatione veſtra dignũ, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquã nouum. & 97 a, Quanquam ea ſunt nobis quoq; nõ inaudita. I. V. 36 a, Res in omni memoria omnino inaudita. de Ar. 257 b, Sacra marib. inuiſa & inaudita. pro Rab. 92 b, Supplicia inuſitata, crudelitas inaudita. pro Qu. 5 b, Inaudita criminatione aduerſariorum.

† Syntaxis. *In omni memoria inauditum.*

INAVGVRATVS, a, um. de Cl. 165 a, Et inauguratum ab eodem me recordabor. pro Dom. 241 a, Templum inauguratum. *id eſt, curia.*

INAVGVRO, as. *initior, conſecro, dedico.* I. A. 181 a, Cur non inaugurare? & ibi, Vide, qui te inauguret, &c.

INAVRATVS, ta, tum. *auratus.* I. C. 115 a, Romulus inauratus in Capitolio. Att. 88 a, Turma inauratorum equeſtrium. Tuſc. 157 b, Pellis inaurata arietis. de D. 90 a, Columna extrinſecùs inaurata. I. V. 119 a, & 131 b, Non inaurata ſtatua decorari, ſed aurea. ad Her. 38 b, Palla inaurata indutus.* de Orat. 154 b, Soli, vt ex omnibus, Delphis non inaurata ſtatua, ſed aurea ſtatueretur.

INAVRO R, ris. *auro tegor.* Epiſt. 101 a, Moriar, ni (quæ tua gloria eſt) puto te malle à Cæſare conſuli, quàm inaurari.

INAVSPICATO. *vitio, auſpicio non captato, malis ominibus.* de D. 87 a, T. Gracchus tabernaculum vitiò cepit imprudens, quòd inauſpicatò pomœrium tranſgreſſus eſt.

INCALLIDE. *incautè* Off. 76 b, Non incallidè tergiuerſati.

INCALLIDVS, a, um. *ſimplex, antiquus, incautus.* )( *Callidus.* pro Cl. 27 a, Seruus non incallidus, ſed frugi atq; integer. Ep. 38 a, Quòd ſi quis me aſtutiorem fingit, quid poteſt eſſe incallidius, quàm nunc committere, &c. & de In. 42 b, Non incallidi homines.

INCAVTE. *incallidè.* Attic. 108 a, Stultè omnia & incautè agi iudico.

INCAVTVS, a, um: tior. *improuidus.* in Ant. 231 a, Trebonius oppreſſus eſt ab hoſte incautus. Ep. 142 b, Incautior fuiſſem. de Nat. 26 a, & pro S. R. 21 b, Ne ego incautus, qui cũ Academico & eodem rhetore congredi conatus ſum. pro Pl. 270 a, Qui te incautum nũc tuo loco dimouere potuerunt. de Clar. 187 b, M. Meſſala prudens, acutus, minimè incautus.

† Syntaxis. *Quid illo incallidius?*

INCEDENS, tis. Or. 199 a, A' primo ſummiſſius, deinde preſſius, pòſt ſenſim incedens exultauit audacius.

INCEDO, is. *ingredior, ambulo.* de In. 67 a, Faciliùs autem ad inuentionem animus incedet, ſi pertractabit, &c. de D. 90 b, Tum viſam belluam quacunq; incederet, omnia arbuſta, virgulta, tecta peruertere. pro Seſt. 6 b, Alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Cæl. Epiſt. 119 a, Pudeat te auſum illum vnquam eſſe incedere tanquam tuum competitorem. Epiſt. 22 b, Repentè verò inceſſi omnibus lætitijs.

INCENDIVM, dij. *ardor, flamma.* Parad. 121 b, Qui incendium fecerit? ædes nympharum manu tua deflagrauerunt. pro Mur. 136 b, Reſpondit, ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. Anteq. 139 b, Arcem vrbis ab incendio & flamma liberaui. I. C. 103 a, An te non exiſtimas inuidiæ incendio conflagraturum? * in Clod. Quo ex iudicio, velut ex incendio, nudus effugit. de Conſol. Mori & tanquam ex incendio effugere fortunæ. I. C. 196 a, Nihil cogitant, niſi cædes, incendia, rapinas. pro Dom. 225 b, Domus ardebat in Palatio, non fortuitò, ſed oblato incendio. de Aruſp. 257 b, Idem earum templum inflammarat Dearum, quarum ope etiam alijs incendijs ſubuenitur. ibid. Senatum ipſum, principem ſalutis mentiſq; publicæ, vi, cæde, incendijſq; peruertit. pro Marc. 135 b, Niſi belli ciuilis incendium ſalute patiæ reſtinxeris. de Leg. 182 b, Incendium veretur *lex* acerbum. Ep. 127 b, Satiſne rectum ſit, nos hoc tanto incendio ciuitatis in iſtis locis eſſe. ad Oct. 330 b, Qui vaſtares vrbẽ incendio. & 331 a, Ille à ſanguine & incendio ſeruorum Capitolium tuebatur: tu cruore & flamma cũcta delere vis. de Orat. 126 b, Qui in accuſando ſodali & quæſtore meo tantũ incendiũ non oratione ſolùm, ſed multò etiã magis vi, & dolore, & ardore animi concitâras, vt ego ad id reſtinguẽdum vix conarer accedere. Orat. 199 b, Ergo ex omnib. terris vna Gallia cõmuni nõ ardet incẽdio.

† Syntaxis. *Incendium facere, excitare, reſtinguere. Inuidiæ incendium. Acerbum incendium.*

INCENDO, is: di, ſum. *inflammo, incendium facio, ignem vel faces infero vel ſubijcio, comburo, cremo.* Att. 138 b, Naues quibus vſus non eſt, omnes aut præcidiſſe aut incendiſſe dicunt. Tuſc. 199 b, Incendit. 218 b, Incendere odores. I. V. 218 b, Incendere thura & odores. de Nat. 74 b, Qui tabularium incenderit.* in Piſ. 82 b, Incendere illa coniuratorum manus voluit vrbem: vos eius domum.

¶ *Hortor, incito, excito.* de Or. 125 b, Incẽdere iudices. Ep. 255 b, Cùm incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendæ noſtræ. Ep. 67 a, Meq; ita vel cepit, vel incendit, genus ſcriptorum tuorum, vt cuperem, &c.* Ep. 210 a, Etiam hominem peruſtum & inanem, gloria volunt incendere.

INCENDOR, ris. *inflammor.* I. C. 112 b, Quod Saturnalibus vrbem incendi placeret. de Or. 126 a, Nulla mens poteſt incendi, niſi inflammatus ipſe ad eam & ardẽs acceſſeris. de Leg. 188 Et aliquando incenditur, *populi impetus* & quidem ſæpe ſedatur. de Fat. 140 b, Oratoria ſtudia, quibus etiam te incẽdi, quanquam flagrantiſſimum acceperam. Tuſc. 157 b, Corporis facibus inflammari & incẽdi ad cupiditates. Tuſ. 148 b, Omnes incẽdantur ad ſtudia gloriã. item, Incẽdi ira.* pro Marc. 132 b, Quò ſtudio incendimur. non modò in geſtis rebus, ſed etiam in fictis.

INCENSIO, nis. *incendium.* I. C. 112 b, Qui eſſet Annus poſt Capitolij incenſionem vigeſimus. pro Syl. 173 a, Incẽſione vrbem, internecione ciues, vaſtitate Italiam, interitu rẽpublicam liberaui.

INCENSVS, a, um. *combuſtus.* I. V. 263 a, Claſſis populi Rom. capta atq; incenſa eſt. de Leg. 181 b, Nec antè ſepulcrũ eſt, quàm iuſta facta & corpus incẽſum. pro Flac. Ad hæc prædia incenſa dedicauiſti.* In Piſ. 82 b, Propter quem vrbs incenſa non eſt.

¶ *Irritatus.* de Opt. 245 a, Inimicitijs incenſa contentio. pro Clu. 56 a, Mulier incẽſa odio priſtino. Ep. 11, Cæſar à Craſſo in me eſt incenſus.

¶ *Accenſus.* Ep. 84 a, Voluntas officio incenſa.

¶ *Affectus.* de Or. 93 a, Cùm ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio vtriuſq; veſtrũm.

¶ *Iratus.* I. V. 126 b, Iſte vehementer Sthenio incenſus hoſpitium ei renunciat. pro S. R. 24 a, Incenſus pater, &c.

¶ *Bene animatus.* de Prou. 76 b, Nec imperatorem incenſum ad rempublicam bene gerendam reuocare.

¶ *Non cenſus.* pro Cecin. 304 a, Quum autem incenſum vẽdidit, hoc iudicat, quum is qui in ſeruitute iuſta fuerit, cẽſu liberetur: eum qui quum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe.

† Syntaxis. *Incẽdere thura & odores. Animum ad ſtudia. Incenſus ad Remp. adminiſtrandam. Incendere aliquem in aduerſarios.*

INCEPTIO, INCEPTVM, INCEPTVS, vide INCOEPTIO, &c.

INCERTVS, a, um: tius. *obſcurus, fallax, opinabilis, in opinione dubia, in caſu poſitus, non conſtans.* Offic. 34 a, Qui alia certa, alia incerta eſſe dicũt. pro Mur. 132 a, Nihil eſt incertius vulgo, nihil obſcurius volũtate hominũ, nihil fallacius ratione tota comitiorũ. pro Mur. 140 a, Ridiculũ eſt, quod eſt dubiũ, id relinquere incertũ: quod nemini dubium poteſt eſſe, id iudicare. Att. 281 b, Nõ ignoras, quã ſint incerti animi hominũ & exitus præliorũ. & I. A. 274 a, Incertus exitus belli eſt. pro Mil. 112 a, Incerti exitus pugnarũ, Marſq; communis. pro Qu. 15 b, Incertus futuri temporis euentus. Att. 102 b, Armorũ exitus ſemper incerti. I. V. 263 b, Aetas puerilis maximè lubrica atq; incerta. Or. 205 b, Dicẽdi ancipites incertiq; caſus. Ac. 14 b, Ea dico incerta, quę ἄδηλα Greci. cõtra Rull. 79 a, Suſpẽſus & incertus obſcura ſpe pẽdeo. pro Cec. 299 b, Omnia in dubiũ incertumq; reuocari. & 292 b, Ad incertũ reuocari poſſeſſiones omniũ. Att. 265 a, Quis incertis in reb. offendet Antoniũ? de. Sen. 91 b, Quid enim eſt ſtultius, quã incerta pro certis habere? Attic. 5 a, Incertus eram vbi eſſet. & 191 a, Nõ incertũ puto de ſorte mea.

† Syntaxis. *Incerti pugnarum exitus, Marſq; communis. Aetas puerilis lubrica & incerta. Anceps & incertus caſus. Suſpenſus & incertus obſcura ſpe pendeo. In dubium & incertum reuocare: &, ad incertum Incertus ſum de reditu: &, incertum puto.*

INCESSIO, onis. *reprehenſio, aculeus, morſus: ab Inceſſo eſt enim Inceſſere, iactu verbiſue aliquem impetere, figere, & reprehendere.* At. 187 b, Calendæ vitandæ fuerunt, inceſſionumq; ἀρχέτυπα fugienda. *Sic legit Paulus. Aldi F. in Colinæi codice legitur, mearumq; actionum ἀρχέτυπα, non malè, mea quidem ſententia.*

INCESSVS, ſus. *ingreſſus, greſſus.* Or. 202 a, Status erectus & celſus, rarus inceſſus, nec ita lõgus. de Fin 80 b, Fingere ſibi vultũ & inceſſũ, vt grauior videatur. Qu. frat. 300 b, Homo leuis ac ſordid*, ſed tamẽ equeſtri inceſſu (*al. cẽſu*) Catien*. Offic. 26 a, Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio teneant illud

deco-

decorum. I.P. 84 b, At fuit inceſtus ſaltem Capua dignus. pro Cæl. 47 b, Si ra ſeſe gereret non inceſſu ſolùm ſed ornatu atq; comitatu. * in Clod. Quem decet muliebris ornatus, quem inceſſus pſaltriæ.

INCESTE' *fœde, turpiter*. pro Cæl. 44 b, Ideo aquam adduxit, vt ea tu inceſtè vtereris?

INCESTVM, ſti. *inceſtus, flagitium inceſtum, & inceſtum ſtuprum*. I.P. 100 a, Quis eum inceſto liberatum, non eos qui ita iudicârant, pari ſcelere aſtrictos arbitratur. Tuſc. 225 b, Stupra dico & corruptelas & adulteria, inceſta deniq; de L. 174 a, Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto. *al. faciunto*. de In. 56 b, Peperit, fecit igitur inceſtum. * de Leg. 178 a, Sed iam de periurijs & inceſtis nihil ſanè hoc quidem loco diſputandum eſt.

* INCESTVS, ſtus. *inceſtum*. de Clar. 157 b, Sunt & aliæ, & pro Seruio Fuluio de inceſtu nobilis oratio. pro Mil. 112 b, De ſeruis nulla quæſtio eſt in dominos, niſi de inceſtu. de Nat. 74 b, Repete ſuperiora, &c. poſteriora de inceſtu rogatione Peducea.

INCESTVS, a, um. pro Dom. 234 b, Iſte qui non ſolùm aſpectu, ſed inceſto flagitio & ſtupro polluit cerimonias. & de Ar. 244 a, Clodius ex inceſto ſtupro emiſſus. I.A. 231 b, Cũ verborum contumelijs optimum virum inceſto ore lacerasset.

† Syntaxis. *Inceſte aqua vti. Stupra, corruptelæ, adulteria, inceſtus tandem. Inceſtum ſarcire: id eſt, flectere. Inceſtum facere Inceſtum flagitium, ac ſtuprum. Inceſto ore lacerare.*

INCHOATVS, ta, tum. *imperfectus*. )( *Perfectus*. Off. 49 a, b, Operi inchoato, propè tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus. Top. 226 b, Perfecta anteponuntur inchoatis. de Clar. Præclara inchoata multa, perfecta non planè. de Orat 85 a, Quæ pueris aut adoleſcentulis nobis ex cõmentariolis noſtris inchoata atq; rudia exciderunt. Att. 211 b, Tantum nolebam, aut non abſolutum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Offic. 31 a, Cognitio contemplatioq; naturæ manca atque inchoata ſit, ſi, &c. de Fin. 109 b, Hoc autem inchoati cuiuſdam officij eſt, non perfecti. de L. 161 b, Prima & inchoata intelligentia. Off. 54 a, Nemo pictor eſt inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, abſolueret. de Diu. 104 a, Sed ita à principio inchoatum eſſe mũdum, vt, &c. pro Syl. 181 a, Quę ita à fortuna deformata ſunt, vt tamen à natura inchoata compareant. de N. 13 a, Difficile erat rem tantam inchoatam relinquere.

INCHOO, as. *incipio, exordior, attingo, informo*. )( *Finio, pertexo, perficio*. de Pro. 73 a, Si idem extrema perſequitur qui inchoauit, iam omnia perfecta videbimus. pro Arch. 191 a, Nam quas res nos geſſimus, &c. attigit hic verſibus & inchoauit: quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus ſum. Acad 40 b, Philoſophiam multis locis inchoaui. de Cl. 166 a, Quod mihi nuper in Tuſculano inchoaſti de oratoribus, quãdo, &c. item: Meos libros, quos expectas, inchoaui: ſed conficere non poſſum his diebus. pro Dom. 240 a, Cùm nouum delubrum in vrbis clariſſimo loco nefando quodam inſtituto inchoares. Orat. 199 b, Inchoare & informare oratorem perfectum. de Leg. 165 a, Communis intelligentia nobis notas res efficit, eaſq; in animis noſtris inchoauit, vt, &c. de Fin. 114 a, Natura hominem inchoat, ſapientia perficit. * de Fin. 139 a, Sed virtutē ipſam inchoauit *natura*.

† Syntaxis. *Præclara inchoata multa. Inchoatũ ac rude. Mancum & inchoatum. Inchoatum officium. Prima & inchoata intelligẽtia rerum. Philoſophiam inchoare. Inchoare & infamare oratorem.*

* INCIDENDVS, a, um. I. A. 198 b, Falſas leges C. Cæſaris nomine, & falſa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit.

INCIDO, dis. *accido, contingo, euenio*. Ora. 200 b, Quorum ætas in eorum tempora, quos nominaui, incidit. Epiſt. 156 b, Si caſus inciderit, pro vobis mori non recuſabo. Ep. 73 a, Cogita tales caſus incidiſſe multis viris fortiſſimis. Offic. 7 a, Sed incidunt ſæpe tempora, cum ea quæ, &c. de Inuent. 69 a, In noſtra conſuetudine rarius incidunt tranſlationes. & ibid. In ipſis iudicicijs rarius incidunt. de Or. 122 a, Nihil te effugiet, & omne quod erit in re, occurret incidet. Off. 30 b, Eorum autem ipſorum quæ honeſta ſunt, poteſt incidere ſæpe contentio. de Or. 87 a, Nihil incidit poſtea ciuitati mali, quod non impendere illi tanto antè viderint. * pro M. Scau. Quocunq; non modò mens, verum etiam oculi inciderint. de Inuen. 69 a, Non in omnem cauſam, ſed in omne cauſæ genus incidunt *loci communes*. Ep. 64 b, Non me repentina aliqua voluntate, aut fortuitò ad tuam amplitudinem meis officijs amplectendam incidiſſe. ibid. Quoniam in eadem Reipub. tempora incidimus. Att. 160 b, Hoc veritus in hanc tarditatem incidi.

¶ *Incurro*. Att. 89 b, Vedius cùm omnia obſignaret, in Vedianas res incidit. Top. 227 b, Non omnes loci incidunt in omnem quæſtionem. de Fat. 141 a, Saxum ex ſpelunca in crura eius incidit. pro Cl. 21 b, M. Aurius captus in Quin. Sergij manus incidit. pro S.R. 44 a, Milites alicubi collocare, in quos ſi qui ex acie fugerint, de improuiſo incidant. Off. 6 b, Dum alterum iuſtitiæ genus aſſequuntur, &c. in alterum iniuſtitiæ incidunt. pro Pl. 362 b, Sed eum accuſo, qui in in me incurrit atq; incidit. Offic. 6 a, Cùm in imperiorum, honorum, gloriæue cupiditatem inciderint. * pro L. Varen. In familiam Ancharianam incidiſſe dixerunt. pro M. Scau. Ne in manus incideret inimicorum. de Conſol. nec in hos ſcopulos incidere vitæ.

¶ *Venio*. in Vat. 145 b, Sanè homini præter opinionem improuisò incidi. I.V. 62 b, Non conſultò, ſed caſu in eorum mentionem incidi. & de Or. 94, Incidere in aliquem ſermonem pro Cæl. 40 b, Quoniã huc incidi. Epi. 136 a, Incindũt in ſermone vario multa. de Am. 95 b, Tum memini in eum ſermonem illum incidere, qui tum, &c. Att. 252, Ego enim in varios ſermones incidebam. de Cl. 156 b, Cùm in eam memoriam & recordationem nuper ex ſermone quodam incidiſſemus. Qu. fr. 32 b, Hiſce literis nihil ferè ſcribo, quod ſi in alicuius manus inciderit, moleſtè ferendum ſit. de Fin. 115 b, Quod cuiq; in mentem incidit. Att. 79 b, Facieſque me in quem diem Romana incidunt myſteria, certiorem. I. P. 81 a, Cùm in calendas Ianuarias compitalitiorum dies incidiſſent. Att. 237 a, Si rectè is qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. *id eſt, in tuum diem natalem*.

¶ *Obuiam fio*. pro Planc. 280 a, Cùm hic in me incidit, complexus eſt.

¶ *Cado*. Ep. 156 b, Ex labore incidere in febriculam. I. P. 89 b, Incidere in furorem & inſaniam. Ep. 201 a, Incidere in morbum. de fin. 115 b, Incidere in peccatum. I. A. 193 b, Bellua, quæ quoniam incidit in foueam, obruatur. * Atti. 180 a, Cuius pacis ego ſpe in hanc fraudem incidi.

INCIDO, dis. *cædo, reſeco ſecurim injcio, præcido, elido*. Att. 55 a, Qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. & Epiſt. 85 b, Si gradus ſcalarum incidas. Qu frat. 320 a, Poëma ad Cæſarem quod compoſueram, incidi. I. A. 169 b, Tametſi oportet incidamus media, ne nimis ſerò ad extrema veniamus. Orat. 237 a, In omnibus numeris æqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breuiores, alias longiores. Aca. 45 b, Incidere neruos virtutis. contra Rull. 75 b, Incidere neruos populi Romani. I.C. 112 b, Literas proferri iuſſimus, linũ incidimus, legimus. in An. 156 a, Quæ ille in æs incidit. * con. C. Anton. Illo Hiſpanienſi pugiunculo neruos incidere ciuium Rom. non potuerũt. de Aruſp. 251 b, Medicũ intromiſit ſuũ, qui legato, ſocio, amico, libero fœdiſſimè & crudeliſſimè venas incideret. I. P. 97 b, Ei medico imperaſti, vt venas hominis incideret.

INCIDOR, ris. pro Mil. 118 b, Incidebantur domi leges, quæ, &c. I. P. 99 b, Vt eſſet, quod in baſi trophæorum incidi inſcribiq; poſſet. de Orat. 139 b, Inciditur enim omnis iam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri. Antequam. 195 a, Lingua inciditur ad deplorãdam calamitatē. * I. A. 157 b, Quod erit ita geſtũ, id lex erit? & in æs incidi iubebitis?

INCINCTVS, a, um. *igni accenſus*. Acad. 22 b, Ceruleæ incinctæ igni incedunt. *Poëtæ*.

INCIPIENDI. Off. 27 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus.

INCIPIENS, tis. Attic. 106 b, Epiſtola quam incipiente febricula ſcripſeras.

INCIPIO, pis. *cæpi, inſtituo, ingredior, initium facio, duco, ſumo, affero, introduco, principium capio, duco, habeo, primordiũ, exordium capio, induco, exordior, aggredior, ordior, inchoo, informo, fundamẽta iacio, rudimentum pono, duco*. pro Deiot. 144 a, de N. 27 b, Tum enim bella gerere noſtri duces incipiunt, cùm auſpicia poſuerunt. Attic. 23 a, Vincere incipit timorem dolor. Tuſ. 174 a, & de In. 48 b, Homines mortem optare incipiant, vel certè timere deſiſtant. Tuſc. 228 b, Huic incipio ſententiæ diffidere. pro Plan. 268 b, Quod (vt opinio mea fert) ne incipies quidem. Aca. 5 b, Sed quod nos facere nunc ingredimur, vt contra Academicos diſſeramus, id, &c. Suſcipere, incipere, ordiri. L. ORDIOR. Incipio ſperare. ingredior in ſpem.

INCISE'. Orat. 217 b, Inciſè membratimve dicere.

INCISIM, *cæſim, inciſè*. Orat. 218 a, Hæc quidem duo binis pedibus, inciſim, dein membratim, &c.

INCISIO, nis. *inciſum*. Or. 217 a, De circuitu particulis, & tanquam inciſionibus diſſerendum eſt. * Orat. 218 a, Spondeus habet ſtabilē quendam & nõ expertem dignitatis gradũ: in inciſionibus verò multò magis, & in mẽbris.

INCISVM, ſi. *inciſio*. Orat. 217 b, Quę Græci κόμματα & κῶλα nominãt, nos rectè inciſa & membra dicimus. & 218 a, Exemplum inciſi & membri.

INCISVS, a, um. *inſcriptus, inſculptus, inſignitus*. de Sen. 90 a. Notum eſt eius carmen inciſum in ſepulcro. pro Corn. 66 a,

66 a, Quod nuper in columna ænea meminimus poſt roſtra inciſum & perſcriptum fuiſſe.I.V.217a,& 241a,In qua baſi grādib⁹ literis nomē Africani erat inciſum. I.V.140a, Videmus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum. A communi Sicilia datas. pro Font. 282 b, Quod in monumentis rerum geſtarum inciſum ac notatum videmus.I.P. 95 a,Elogium in ſepulcro inciſum.I.V.233 b, Id non modò tum ſcripſerunt,verùm etiam in ære inciſum nobis tradiderunt.Ep.219 b,Tabula in qua nomina ciuium inciſa eſſent.de D.98 a,Pulmo inciſus in extis dirimit tempus & profert diem.

† Syntaxis. *Inciſè membratímque dicere. Inciſum in ſepulcro carmen. Inciſum in ære, in æs. Inciditur lingua ad deplorandum. Inciſum & notatum in monumentis. Incidere poema confectum.*

INCITAMENTVM,ti.*incitamentum, illecebra.* pro Arch. 190 a, Hoc hominibus maximum & periculorum incitamētum eſt,& laborum.

INCITANDVS,a,um. de Or. 108 a, His ego cohortationibus Craſſe ad ſtudium & ad laborem incitādos iuuenes puto.

INCITATIO,onis. Orat. 98 a,Sic euolauit oratio, vt eius vim & incitationē aſpexerim, veſtigia ingreſſumq; non viderim.Acad.20 b,Sol,qui tanta incitatione fertur.de D. 99 a,Altera *filiam* diuinans mentis incitatione diuina. de Or.111 b, Eiuſdem eſt languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. de Or. 125 a, Acri & vehementi quadam incitatione inflammari animum.

INCITATIVS.)(.*Tardius,aduerbium.*Orat.217 b,Fluit omnino numerus à primo, tum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius: verſum contentiones magis requirunt,expoſitiones rerum tarditatem.Orat. 203 a,Incitatius ferri.

INCITATVS,a,um:tior,ſſimus.de Som.'129 a,Totius mundi incitatiſſima conuerſio.de Vn. 198 b, Cœlum volubile, & in orbem incitatum. Or. 200 b, Thucydides incitatior fertur.de Nat. 62 b, Equo incitato ſe in hoſtes immittere. de Or.102a,Populū inflāmare in improbos,vel incitatum in bonos mitigare.pro Dom.230a,Populus Romanus incitatus iracundia,&c.Att.27 b,Odia quæ erant in me incitata,ſic mitigata ſunt.de Senect. 85 a, Aliquis maxima incitatus voluptate corporis.Tuſc. 241 b, Studiū incitatum ad inueſtigandam veritatem.Ep.8 a,Te verò moneo, cum beneficijs tuis,tum amore incitatus meo,vt, &c. * Off. 10 b,Multi multa faciūt temeritate quadam, ſine iudicio vel modo,in omnes,vel repentino quodam,quaſi vento, impetu animi incitati.

INCITO,as. *impello,exacuo,excito, ſuſcito, acuo,incendo, cohortor, irrito, ſtimulos admoueo.*)(.*Deterreo, ſedo.* de Orat.92 b, Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. Orat.202 b,Philoſophi ſedare animos malunt quàm incitare. pro Flac. 160 a, Nec deſunt qui iſtos in me & in optimum quenque incitent.Att. 23 a,Quòd ſi in eam me partem incitarem, profectò,&c.Epiſt.183 b,Incitare milites in aliquem. de Orat. 125a,Facilius eſt currentem (vt aiunt) incitare,quàm commouere languentem.de Cl. 194 b, Incitare aliquem cupiditate faciendi aliquid. * de Or. 122 a, Ipſum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat.de Leg.177b, Quorum *ſonorum cauendi* dici vix poteſt quanta ſit vis in vtranque partem.Nanq; & incitat languentes,& languefacit excitatos: & tum remittit animos, tum contrahit. Epiſt. 135, a, Qui *amortuus* te ad ſcribendum incitauit.Att.22 b,In quas *res meas* cum multi incitārant.& 160 b, Auguria quoq; me incitant quadam ſpe non dubia.Q.fr.399 a,Si omnem tuam mentem,curam,cogitationem, & excellentem omnibus in rebus laudis cupiditatem incitaris.

INCITOR,ris.Aca.36 a,Incitari contra aliquem.de Or.164 a, Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, & poſteritati oſtenditur, &c. de Sen. 85 a,Voluptatis auidæ libidines temerè ad potiundum incitantur. Epiſt. 194 a,Ne putes in Aſia feriatum illum ab iis ſtudijs, in quæ tua conhortatione incitatur, futurum. de Fin. 104 a,Incitari natura ad agendum aliquid.de Or. 89 b, Cauſæ quibus mentes incitantur aut reflectuntur. Qu. fr. 279 b, Aliquem ſic animo incitari,vt ab omnibus eius deſideretur humanitas.. de N. 46 b, Stellarum motus tum incitatur,tum retardatur.de Som. 129 a,Nec enim ſilentio tanti motus incitari poſſunt.* de Diuin. 80 b, Et cùm duob⁹ modis animi ſine ratione & ſcientia, motu ipſi ſuo ſoluto & libero incitarentur.

† Syntaxis. *Mentis diuina incitatio. Volubile cœlum,& in orbem incitatum.Incitatus ad odium,ad ſtudia. Mentem alicuius incitare.)(.reflectere. Stellarum motus incitatur.)(.retardatur. Non ſilentio cœlorum motus incitatur.*

INCLAMO,as.*altiore voce clamo,voco.* Att. 33 b, Sed ita te para, vt ſi inclamāro,aduoles, & 35. b, Expeditus facito vt ſis, ſi inclamauero,vt accurras. de In. 64 a, Comitem illum ſuum inclamauit ſemel ac ſæpius. de Or.'104 b, Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit.

INCLINANS,tis. de Or. 125 b,Inclinantem erigere..)(.*Stantem inclinare.*Tuſculan.220,Cùm Aiax Danais inclinantibus ſummam rem perfecit manu: prælium cùm reſtituit inſaniens.

INCLINATIO,onis. *conuerſio ſtatus,mutatio,permutatio,conatus, flexio,inflexio.*in Vat. 272 b,In repub. permagni momenti eſt ratio atque inclinatio temporum. pro Seſt. 18 a, Fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio viſa eſt. Ep. 88 a, Quæ quando in temporum inclinationibus ſæpe parui poſita ſunt,omnia momenta obſeruabimus. pro Cor. 67 a,Fuit hoc meum fatum, vt in me vnum omnis inclinatio communium temporum incumberet.I.A.199 b, Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt.de Finibus.126 b,Theophraſtus ſcripſit, qui eſſet optimus reipublicæ ſtatus, quæ eſſent in rep. inclinationes rerum & momenta temporum.contra Rul.82 a,An ignoras cætera vectigalia perleui ſæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendère. pro Dom.222 a,Mihi nihil oberat præter conuerſionem ſtatus, & inclinationem communium temporum.pro Mur.236 b,Magna eſt comitijs conſularibus repentina voluntatum inclinatio, præſertim cum incubuit ad bonum virum.de Orat. 129 a. Inclinatione voluntatis propendere in aliquem.* pro Planc. 279 b, Non ſemper eaſdem ſententias ab iiſdem,ſed quaſcunque Reipub. ſtatus,inclinatio temporum,ratio concordię poſtularet,eſſe defendendas. de Nat. 20 a, Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo,quæ adhibetur homini:ingreſſus,curſus,accubatio,inclinatio,&c.

INCLINATVS,a,um:tior.*clinatus,propendens.*in Arat.

*Inferior paulo eſt aries & flamen ad auſtri*
*Inclinator* ---- & ibid.
*Hæc obit inclinata*: ----- *id eſt, Caſsiopeia.* & ibid.
*Et clinata magis paulò eſt aquilonis ad auras.*

Or. 199 a,& 202 a,Inclinata vlulantiq; voce canere. Brut. 289 a,Ferre præſidium labenti & inclinatæ penè Reip. Tuſcul. 183 b,Sed tantum impelli primò iudicem, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. de Clar. 169 a, Appius Claudius ſenatum iam inclinatum à Pyrrhi pace reuocauit. Ep. 2 b,Laboratur vehementer,inclinata res eſt. *id eſt, quaſi ruinam minatur.* Epiſt. 26 b, Qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè iacentem deſciſcerem. Dolab. Epiſt.130 b,Vt te in ocium referres, præcipuè nunc iam inclinata victoria.Tuſc. 191 b.& de Or.144 b,Inclinato iam in poſtmeridianum tempus die.

INCLINO,as *propendeo,vergo.*)(.*Erectus ſum, ſto.* de Or.125 b, Si ſedant, & ſua ſponte quò impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur de Sen. 80 a, Cùm ſententia ſenatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho.I.C.117 a,Nunc quicquid eſt,quocūq; veſtræ mentes inclinant,atque ſententiæ,ſtatuendum vobis ante noctem eſt.Att.196 a,Tum igitur intelliges, quid inclinet ad hoc meum conſilium adiuuandum.

¶ *Flecto.* de Fin.92 a,Quàm vellem,inquit,vt te ad Stoicos inclinaſſes.de In.44 a,Inclinare omnia ad ſuæ cauſæ commodum.

† Syntaxis. *Inclinantibus ſuis prælium reſtituere. Inclinatio facta ad ſpem temporum, rerum & momenta temporum. Voluntatum inclinatio. Inclinata vox. Inclinata & labens Reſpub. Inclinata res, Fortuna, victoria. Ad pacem inclinare. Inclinare alio ad ſe.*

*INCLINOR,aris. Att. 45 a, Qui vt me paulum inclinari timore viderunt.

INCLVDO,is. *claudo,comprehendo.* Att. 5 b, Typos quos in tectorio attrioli poſſim includere. Tuſc. 155 a, & 222 a Phidias ſui ſimilem imaginem incluſit in clypeo. in Verr. 212 b,Tum illa,ex patellis quæ vellerat, ita aptè in ſcyphis aureis includebat,vt,&c. Att.8 a,τοποθεσίαν, quam poſtulas, includam orationi meæ. de Diu. 97 a, Dij vim ſuam terræ cauernis includunt. de Cla. 185 b, Hoc autem loco volumus ætatem eius in diſparem oratorum ætatem includere. Tuſ. 212 b, Quam opinionem in omnes definitiones ſuperiores incluſimus. Attic. 12 b, Penè orationem in epiſtola m incluſi. I. A. 189 b,Antonius armatos in cella Concordiæ incluſit de Vn. 201 a,Deus omnia animalia in mundo intus incluſit. Or. 198 b, Eos in eam formam non poterat includere. in Ver. 265 a, In externorum hominum & maleficorum ſceleratorumque,in prædonum hoſtiumq; cuſtodias tu tantum numerum ciuium Rom. includere auſus es? * Hortenſ. Primus balneolas ſuſpendit incluſit piſces.

¶ *Profero.* de Or. 160 a,Verba verſu includere.

¶ *Prohibeo.* pro R.P.130 a,Sed me dolor debilitat,includitque vocem.

IN-

**INCLVDOR**, ris. de Sen. 87 b, Viriditas herbeſcens vagina iam quaſi pubeſcens includitur. de Clar. 190 a, Quod multis locis in iuriſconſultorum includitur formulis. in Anton. 144 b, In huius me conſilij ſocietatem, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuſo. * Orat. 209 a, Ea profectò oratio in eam formam, quę eſt inſita in mentibus noſtris, includi ſic poteſt.

**INCLVSIO**, onis. *obſeſſio*. I. V. 33 b, M. Bibulus, cuius incluſione contentus non eras.

**INCLVSVS**, a, um *concluſus, clauſus*. pro R. 95 a, Aliquem incluſum atq; abditum latére in occulto. I. C. 98 a, S. C. Habemus incluſum in tabulis tanquam & gladium in vagina recónditum. I P. 82 b, Omne odium incluſum ſenſibus impiorum in me profudiſtis. de Ar. 249 b, Populus Rom. ſeptus & incluſus. Anteq. 192 b, Si liberûm conceptam dulcedinem animo incluſam tenetis. I. C. 106 b, Intus incluſum periculum eſt. pro Sy. 181 a, Illis incluſis in republica peſtibus. de Sen. 93 b, Dum ſumus in his incluſi compagibus corporis. pro Deiot. 145 b, In ſalutæ reipublicæ ſalus omnium incluſa eſt. de Som. 131 a. Si iam tum, cùm erit incluſus *animus* in corpore, eminebit foràs. Att. 85 b, Scaptius incluſum in curia Senatū Salamine obſederat. cont. Rull. 74 a, Agri eodem capite incluſi continentur. Att. 23 a, Conſule in carcere incluſo. de N. 38 b, Phyſica ratio incluſa in impias fabulas. Att. 240 a, Illa de Buthrotijs, quę mihi ſunt incluſa medullis. de Nat. 50 b, Omnia quæ intus incluſa ſunt. de Diuin. 83 b, * *Mens diuina*, &c.

*Aetheris æterni ſepta atq; incluſa cauernis.* Top. 221 b, Loci in quibus argumenta incluſa ſunt. de D. 123 b, Auis incluſa in cauea. * Incer. In nuce incluſam Iliada Homeri carmen.

† Syntaxis. *Includere in epiſtolam orationem: &, epiſtola. Verba non ſunt verſu includenda. Incluſæ in Rep. peſtes. Salus omnium in Deo incluſa.*

**INCLYTVS**, a, um. *clarus, nobilis, inſignis*. de Diuin. 104 a, Iudicauit iudicium inclytum. inter Deas tris aliquis: *poëtæ*, Orat. 212 a, Inclytus dicimus, breui prima litera.

**INCOEPTIO**, onis. *initium, principium*. Acad. 30 a, Quod nulla fuerit nouo conſilio inito tam præclari operis incœptio.

**INCOEPTVM**, pti *cæptus*. I. C. 110 a, Si cuius non modò factum, ſed incœptum vllum conatúmue contra remp. deprehendero, ſenties, &c. Epiſt. 71 a, & 70 b, Cupio deterrere te, ne permaneas in incœpto.

**INCOEPTVS**, a, um. *inſtitutus*. de Ar. 243 b, Duobus incœptis verbis omnem illius impetum compreſſi.

**INCOGNITVS**, a, um. *ignotus.*)(. *Cognitus, notus*. Aca. 28 b, Cū tu me incognito aſſentiri vetes. & 47 b, Cùm aut falſa, aut incognita res approbatur. de Leg. 173 b, Fatidicorum effata incognita interpretari. Poſtq. 198 b, Illi fratrem incognitum, qualis futurus eſſet, dederunt. Off. 4 b, In hoc genere duo vitia vitanda ſunt: vnum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temerè aſſentiamus. pro Cec. 290 a, Dum incognita reiudicare voluit de Orat. 89 a, Natura rerum incognita. I. A. 192 a, Hoc inſperatum omnibus cōſilium incognitum certè cepit. cōtra Rul. 71 a, Incognitam legem accipere. de Nat. 40 b, Condemnare aliquem cauſa incognita.

**INCOLA**, læ. *habitator*. Offi. 25 b, Peregrini autem & incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negocium agere. de Sene. 93 a, Audiebam Pythagoram Pythagoricosq; incolas penè noſtros, &c. de Nat. 54 a, Sunt enim in (*al.* è) terra homines, non vt incolæ atq; habitatores, ſed quaſi ſpectatores rerum cœleſtium. de Fin. 124 b, Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles fuit. Tuſ. 249 a, Socrates totius mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur. Tuſ. 235 b, Alias beſtias nantes aquarum eſſe incolas voluit. I. V. 205 b, Quam vos crucem incolis veſtris ciuibus Romanis oſtendere ſoletis, quo minus ſibi arrogant.

**INCOLO**, lis. *habito, incola ſum*. I. V. 85 a, Cum ſpoliatum fanum viderent hi, qui Delum incolebant, grauiter ferebāt. I V. 204 a, Illam vrbem Gręci incolebant. Ac. 34 b, Quin & prætor ille eſſet, & Roma vrbs, & eā ciuitas incoleret. Tuſc. 150 b, Vbi ſunt ergo hi, quos miſeros dicis, aut quem locum incolunt? de N. 34 a, Qui terras incolūt, in quibus aër craſſus eſt. Qu. frat. 249 b, Qui earum ciuitatum fines incolunt. Antequam. 196 b, Cæteriq; Dij Deæq; immortales, qui ſedem Capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam.

**INCOLOR**, ris. de Diuin. 127 b, Omnis terra quæ incolitur. de. Diu. 99 b, Loca quæ à quibuſq; incoluntur.

† Syntaxis. *Incola & habitator. Beſtia aquarum incola. Incolitur terra, &, ab hominibus.*

**INCOLVMIS**, me. *ſaluus, integer*. I. V. 66 a, Vt hæc quæ dixi, retinere. incolumia ac ſalua poſſimus. pro Plan. 261 a, Qui ne equeſtrem quidem ſplendorem incolumē à calamitate iudicij retinere potuit. de Fin. 110 b, Vt ſe & ſaluum in ſuo genere incolumemq; vellet. I. C. 116 a, Ciues integros incolumesq; ſeruaui. pro Syl. 178 b, Si eum in omni fortuna atq; omni errore incolumem habere non potuerunt. de Inu. 52 a, Incolumis & beatus. ad Her. 11 b, *bis*. de Gloria. lib. 2. teſte Chariſio, Quo ſtante & incolume. * I. A. 170 a, In te, M, Antoni, id decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis.

**INCOLVMITAS**, tis. *ſalus*. de Inu. 83 a, Incolumitas eſt ſalutis tuta atq; integra conſeruatio. & ibid. Quibus rebus incolumitatem & libertatem retinent ciuitates. Anteq. 193 a, Alicuius incolumitatem & ſalutem deſerere. Att. 285 a, Habere incolumitatem ab aliquo. de Nat. 40 b, * Quæ copulatio rerum & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio nature, &c.

† Syntaxis. *Incolume & ſaluum. Integer & incolumis à. Incolumis & beatus. A Deo incolumitas habita.*

**INCOMITATVS**, a, um. *ſine comite, ſolus*. de Or. 105 a, Cuius artem cum indotatam eſſe atq; incomitatā & incomptam videres, verborum eam dote locupletaſti.

† Syntaxis. *Ars indotata, incomitata, incompta.*

**INCOMMODATIO**, onis. *incommodum*. Att. 15 a, Atque in iſta incommodatione (*al. incommoditate*) ineſt illud commodi.

**INCOMMODÈ**, dius. diſſimè. *moleſtè*. Att. 106 b, Animaduerteram poſſe pro re nata te non incommodè ad me in Albanum venire. Att. 111 b, Vt in his pro re nata non incommodè poſſint eſſe. Qu. fr. 299 a, Id mihi non incommodè viſum eſt accidiſſe. Att. 97 a, Ille ſe ita audiſſe, vt nihil eſſet incommodè. de Am. 98 a, Cum illo actum optimè eſt, mecum autem incommodius. Att. 72 a, Incommodiſſimè nauigare.

**INCOMMODITAS**, tis. *incommodum*. Attic. lib. 1, Atque in iſta incommoditate (*alij incommodatione legunt*) alieni illius animi & offenſæ, illud ineſt tamen commodi, &c.

**INCOMMODO**, as. *officio, incommodum fero, incommodo afficio, incommodum do*. pro Qu. 9 a, Qui nihil alteri ſcientes incommodant, nihil ipſis iure incommodi cadere poteſt.

**INCOMMODVM**, di. *damnū, detrimentum*. Att. 105 b, Sed prorſus te commoueri incommodo valetudinis tuæ nolo. de Or. 118 a, Qui locus talis eſt, vt plus habeat adiumenti, quàm incommodi, hunc iudico eſſe dicendum. de Cl. 165 a, Noſtro incommodo detrimentoq; doleamus. I. V. 56 b, Tametſi multis incommodis difficultatibusque affectus eſt. At. 202 a, Nec id incommodo tuo feceris. pro Quin. 1 a, Illud quoq; nobis accedit incommodum, quòd, &c. pro Mur. 135 b, Quibus incommodo morbi etiam cæteri vitæ fructus relinquendi. Qu. fr. 301 b, Ferre incommodum alicui. Offic. 5 b, Ne ipſe aliquo afficiatur incommodo. de In. 64 a, Reijciendi diminuēdi, deuitandíue incommodi cauſa. de Fin 137 a, Atque ipſa ſcientia, etiamſi incommoda datura ſit, gaudent. * de Orat. 137 a, Quid ſi quæ vitia aut incommoda ſunt in aliquo iudice, ea tu in aduerſarijs exprobrando non intelligas te in iudices inuehi. de Nat. 6 b, Ita multa ſunt incommoda in vita, vt ea ſapientes commodorum compenſatione leniant: ſtulti nec vitare venientia poſſint, nec ferre præſcutia. Ep. 90 b, Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſet.

**INCOMMODVS**, da, dum. *inutilis, aduerſus, alienus*. At. 224 a, Antonij colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. pro Clu. 52 a, In rebus eius incommodis ſubleuare aliquem. de Inu. 54 a, Eorum controuerſiam non incommodum videtur cum vtrorumq; ratione exponere. de Nat. 74 b, Facilem & liberalem patrem incommodum eſſe amanti filio. de Cla. 176 a, Is incommoda valetudine fuit.

† Syntaxis. *Nihil eſt incommodè Incommodè nauigare. Incommodum ac detrimentum. Incommodum ac difficultas. Subleuare aliquem in rebus incommodis. Homo incommodus. Valetudo incommoda.*

**INCOMPREHENSVS**, a, um. *non perceptus, incognitus*. Aca. 24 a, Illa, quæ nos incomprehenſa & non percepta dicimus.

**INCOMPTVS**, a, um. *inornatus, incultus*. Att. 21 a, Quanquam illa tua horridula mihi incompta viſa ſunt. * Ora. 204 a, Vt mulieres eſſe dicuntur nonnullæ inornatæ, quas idipſum deceat: ſic hæc ſubtilis oratio etiam incompta delectat. de Orat. 105 a, Cuius artem cùm indotatam eſſe atque incomitatam & incomptam videres. Acad. Quem incomptis vnguibus bacchantes aſperoq; vultu diſcerpant.

**INCONCINNVS**, a, um. *moleſtus, inurbanus, præpoſterus, abſurdus*. de Orat. 110 a, Qui in aliquo genere inconcinnus aut multus eſt, is ineptus dicitur.

**INCONDITÈ**, *inſulsè*. de Orat. 159 a, Ille rudis inconditè fundit, quantum poteſt. & de Diuin. 138 b, Nihil tam præpoſterè, tam inconditè, tam mōſtruosè dici poteſt, quod non poſſimus ſomniare.

**INCONDITVS**, a, um. *inconcinnus, inſulſus, non compoſitus*, de

Orat.

Orat.101 b,Omne ius ciuile præter hoc noſtrum inconditum eſt,ac penè ridiculum. Orat.220 a, Si incõditi alicuius oratoris arripias ſentẽtiam aliquam diſſipatam. Orat. 211 a,Sententiam inconditis verbis efferre. de Orat.159 a,Incondita antiquorum dicendi conſuetudo. de Clar. 187 a, Inconditum genus dicendi.

† Syntaxis. *Inconditum ius,oratio,orator.*

INCONSIDERANS,tis.*inconſideratus.* de Diu. 120 b,Nos autem ita leues atq; inconſiderantes ſumus, &c.

INCONSIDERANTIA,tiæ.*inconſulta ratio,temeritas.* Quin.fr. 328 a,Cuius in hoc vno inconſiderantiam & ego ſuſtinebo,vt potero:& tu vt poſſis, eſt tuorum neruorum. *aliter, conſideranda.*

INCONSIDERATE`.*inconſultè,temerè,inconſultò.*Offic.21 a,Temerè,fortuitò,inconſiderarè, negligẽter facere aliquid.& de Fat.146 b,& Tuſcul.149 a.

INCONSIDERATVS, a, um, ſſimus. *inconſiderans,inconſultus, amentiſſimus,temerarius, omnibus cõſilijs præceps ac deuius,præceps,cæcus.)(.Conſideratus.*de Ar.257 b,Inconſideratiſſima & dementiſſima temeritas. Tuſcul.190 b, Temerarius & inconſideratus.pro Quin.14 b, O` cupiditatem inconſideratam. Acad.33 b, Nihil poteſt dici inconſideratiùs.

† Syntaxis. *Temerè,fortuitò,inconſideratè,negligenter facere. Temerarius & inconſideratus.*

INCONSTANS,tis.tius.*leuis, mobilis, volaticus,volubilis,qui à ſe ipſo deſciſcit, qui tum hoc, tum illud dicit,leuiſſimus transfuga, neq; in hac neq; in illa parte fidem habens.)(.Qui idem ſemper dicit.* pro Qu. R. 47 b, Qua in re mihi ridiculè es viſus eſſe inconſtans, qui eundem & læderes, & laudares.de Diuin. 135 a, Nam ſi ea quoque diuina ſunt, quid inconſtantius Deo?

INCONSTANTER,ſſimè. *leuiter.* de Fin. 83 a,Hæc dicuntur inconſtantiſſimè.& Acad.14 a, Inconſtanter loqui. & Tuſc. 214 a,Inconſtanter & turbidè iactari.

INCONSTANTIA, tiæ.*leuitas, mutabilitas, mobilitas.)(.Conſtans & perpetua ratio vitæ.* de Nat.71 b,Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi non poteſt. Att.256 a, b, Nemo doctus vnquam mutationem conſilij inconſtantiam dixit eſſe.de Natur. 8 a, Iam de Platonis inconſtantia longum eſt dicere.in Ant.311 a, Quid eſt inconſtantia,mobilitate, leuitate turpius?in Vat.29 b,In altero *teſtimonio* inconſtantiam tuam cùm leuitate , tum etiam periurio implicatam refelliſti. *pro Dom.213 b,Quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum, varietas & inconſtantia, & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio: hoc tu ad hos transferas? quos ab inconſtantia grauitas, &c. deterret? Tuſcul. 226 a, Hæc inconſtantia mutabilitasque mentis, quem non ipſa prauitate deterrerat? Epiſt. a,Non putaui famam inconſtantię mihi pertimeſcendam. Ep.155 b,Puderet me inconſtantiæ mearum literarum.

† Syntaxis. *Inconſtantia & mutabilitas. Inconſtantia & temeritas.Inconſtantia,mobilitas, leuitas. Varietas & inconſtantia.Inconſtantia cum leuitate.*

INCONSVLTE'.*inconſultò,inconſideratè.* de Nat. 10 b, Inconſultè ac temerè dicere aliquid. & Offic. 44. a, Inconſultè largiri.

INCONSVLTO'.*inconſultè.*ad Heren.17 b,* Qui ſe inconſultò in periculum mittant.

INCONSVLTVS,a,um.*inconſideratus.*pro Deiot.146 a,At credo hæc homo inconſultus & temerarius non videbat pro R. P. 122 b, Illa Peſthumi ſiue inanis ſpes ſiue inconſulta ratio,ſiue, vt grauiſſimo verbo vtar,temeritas.

† Syntaxis. *Inconſultè ac temerè.Inconſultus & temerarius. Ratio inconſulta, temeritas.*

INCONTENTVS, a, um. *remiſſus.*de Finib.123 a,Vt in fidibus plurimis, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, vt concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ ſint. & ibid.Aequè enim contingit omnibus fidibus,vt incontentæ ſint:illud non continuò,vt æquè incontentæ.

INCONTINENTER.*intemperanter,diſſolutè.* Offic.59 a, Nihil libidinosè,nihil incontinenter eſſe faciendum.

INCONTINENTIA, tiæ. *intemperantia.*pro Cæl.42 b,Is multa de incontinentia intemperantiaq; diſſeruit. ad Her.2 a, In inuidiam trahemus, &c. ſi aduerſariorum incontinentiam proferemus. I. V.207 a,Eſt boni iudicis,paruis ex rebus coniecturam facere vniuſcuiuſq; & cupiditatis & incontinentiæ.

INCONVENIENS,tis. *intemperans.* Caſſ. Ep. 189 a, *Facta inconuenientia.

*INCORPOREVS,a,um.de Finib.99 b, Omnis iſta rerum incorporearum æſtimatio.*Alij legunt in corpore harum.*

INCORRVPTE`,ptius.*caſtè,integrè.* pro Mar.155 b, Qui multis pòſt ſeculis de te iudicabunt, & quidem fortaſſe incorruptius quàm nos.de Fin.55 a, Natura incorruptè atq; integrè iudicante.

INCORRVPTVS, a,um. *integer, purus, inuiolatus ſanus, ſaluber, ſincerus caſtus,religioſus,naturalis,non fucatus.)(.Vitioſus,corruptus,fucatus.* de Cl. 167 b, Succus ille & ſanguis incorruptus.de Op.243 b, Incorrupta ſanitas.pro Milon.113 a, & de Vn.202 b,Quid hac quæſtione dici poteſt integrius? quid incorruptius? de Cl.176 b, Incorrupta quædam Latini ſermonis integritas. de Finib.63 b,Teſtis incorruptus atq; integer.Ac.6 a,Integri atq; incorrupti ſenſus.Tuſ.157 a,Animus permanet incorruptus. Or.202 a, Virgo incorrupta.de Clar.188 b,Purus,incorruptus. *Hortenſ.Incorruptum teſtimonium.

† Syntaxis. *Incorruptè atq; integrè iudicare. Incorrupta ſanitas, ſanguis. Integrum & incorruptũ. Integritas linguæ incorrupta.Incorruptus teſtis, & integer.Purus & incorruptus.*

INCREBRESCO,ſcis.*percrebreſco,peruagor.*Orat.263 a,Nunc apud oratores ipſe numerus increbuit. de Or.91 b,Cũ hoc neſcio quomodo apud eos increbuiſſet, me, &c.de Opt. 243 b,Nõnullorum ſermo iam increbuit,ſe,&c. 198 b, Hi, quorum ſermo imperitus increbuit. I.A. 260 b,Hæc conſuetudo quæ increbuit.de Leg.183 a,Sed ait rurſus idem, increbuiſſe eam funerum magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ eſt. Ep.105 a,Ventus increbreſcit.

† Syntaxis. *Increbreſcunt rumor, fama, ſermo, ventus.*

INCREDIBILIS,le. *inauditus, abſurdus, monſtri vel portenti ſimilis,ſingularis.* de In. 67 a, Quæ rem credibilem aut incredibilem facere poſſunt.pro Cor.55 a,Vt mihi iam verũ videatur illud eſſe, quod nonnulli quaſi quiddam incredibile dicere putabantur.pro Pom.11 b,Hoc omnibus incredibile, falsò memoriæ proditum videabatur. Ep. 7 b, Incredibilis hominum peruerſitas.Att.175 b,Nihil mihi vnquam tam incredibile accidit, quàm, &c. Par.116 a,Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. I.A. 210 b,Si quod dixero , erit vel acerbum auditu, vel incredibile à M.Cicerone eſſe dictum.I.A.173 a,& 196 a,Incredibile & ſimile portenti eſt,quònam modo,&c. Attic.212 a,Incredibile eſt, quàm ego iſta non curem. Att.237 a,Incredibile eſt,quanta me moleſtia affecerit, &c. Attic.90 b, Hac re incredibile eſt quantum ciuitates emerſerint. Attic. 254 a,& de Orat.101 a, Incredibile eſt,quàm me omni genere delectârit. Attic. 231 a, Singularis & incredibilis virtus. de Orat. 99 a, Antonij incredibilis quædam & propè ſingularis & diuina vis ingenij. de Orat. 108 b, Sic homines non eruditi ſummam eſſent prudentiam atq; incredibilem eloquentiam conſecuti. Orat.200 a,Admirabilis fama virtutum incredibilium alicuius. pro Syl.181 b,Incredibilis fuit & ſingularis furor. Epiſt. 223 b, Singularis & propè incredibilis fides. Epiſtol.215 a, Agere incredibiles gratias alicui.In Verr.Incredibilis audacia.* pro Marc.135 b,Incredibiles victoriæ.

INCREDIBILITER.*ſummoperè,immortaliter.* de Senect.87 b, incredibiliter delector,&c.& Qu. frat.315 b, Literæ Cæſaris incredibiliter delectarunt.Attic. 122 b, Domitius de ſe incredibiliter pertimuit.de Orat.110 b, Eos incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos.I.A.159 b,& Br. 91 b,Incredibiliter gaudeo,&c.

† Syntaxis.*Incredibile accidit. Incredibile eſt, quàm ego non curram. Incredibiles agere gratias.*

INCREMENTVM, ti. *acceſſio.* de Sen. 88 a, Quid ego vitium ſatus,ortus, incrementa commemorem? de Fin. 83 a,Negat enim ſummo bono afferre incrementum diem.

INCREPANDVS,a,um.de Orat.127 a,Tum omnem orationem conuerti in increpandam Cæpionis fugam.

*INCREPANS, tis. pro Dom.224 b, Cur me flentes potiùs proſecuti ſunt, quàm aut increpantes retinuerunt.

INCREPO, as: increpui. *redarguo, accuſo.* in Sal. 273 a, Nam quod ætatem increpuiſti, puto. Quin. frat. 308 b,Cùm illius in me perfidiam increparet.de Orat. 110 b, Diſcus increpuit.I.C.101 a, Quicquid increpuerit Catilinam timeri,non eſt ferendum. & I. P. 101 a, Quicquid increpuerit pertimeſcens. pro Mur. 129 a, Simulatq; increpuit ſuſpicio tumult⁹,artes illicò noſtræ conticeſcũt.* Hortenſ.Tũne Pſeudomenon & Soritam & totam Dialecticam aut illudis,aut increpas? Acad.19 a,Illis verſibus increpant eorum arrogantiam quaſi irati.

INCVBO,as.*quaſi inhio.* pro Clu.32 b, Hic ille planus improbiſſimus, qui illi pecuniæ quam condiderat,ſpe iam atque animo incubaret, contrahit frontem.

INCVLCANS,tis. Offic.22 b,Ne vt quidam Græca verba inculcantes,iure optimo rideamur.

INCVLCATVS, a, um. Attic.252 b, ἀρχέτυπον ipſum tibi miſi crebris locis inculcatum & refectum. Attic.286 a,Libertas alicui tradita atque inculcata. I. V. 183 a,Inculcatum eſt Metello, te aratores euertiſſe. Attic. 14 a,Valuit plus, quod erat illi nonnullorum artificijs inculcatum. Orat.219 b,Apud alios inculcata reperias multa.Attic. 30 b,Tertium caput à quo ſit inculcatum vides.

INCVLCO,as.*infercio,ingero,moleſtè obijcio ſeu offero,impello.* de

Fat.141 a, Quid igitur attinet inculcare fatum? de Orat.110 a, Græci qui ſe inculcant auribus noſtris. in Vat.34 a, Inculcaſti etiam vt ſe Piſonem nominaret. Orat.215 b, Inculcamus ſæpe per imprudentiam etiam minus vſitatos verſus. Orat.201 b, De firmiſſimis alia prima ponēt, alia poſtrema, inculcabitq; leuiora. * de Nat. 22 b, Vos non modò oculis imagines, ſed etiam animis inculcatis.

INCVLCOR, ris. de Orat.95 b, Id quod tradatur, vel etiam inculcetur, ſi quis ſit tardior, poſſe percipere.

Syntaxis. *Archetypus inculcatus. & refectus pluribus locis.*

INCVLTE. *inornatè.* de Cl.174 a, D. Brutus dicere non incultè ſolebat. Orat.299 a, Incultè & horridè dicere. pro Qu.10 b, Et incultè viuere.

INCVLTVS, a, um. *horridus, incomptus, inornatus.* de Na.7 a, Terræ regio inhabitabilis atq; inculta. de Clar. 166 a, Serere in occulto & derelicto ſolo. & pro Qu.R.50 b, Ager incultus. Off. 53 a, Nulla pars philoſophiæ inculta ac deſerta. de Clar.175 a, Vir vt vita, ſic oratione durus, incultus, horridus. de Cl. 188 b, Cotta alia quidem inculta & ſylueſtri via ad eandem laudem peruenerat. de Orat.151 b, Oratio exilis & inculta. contra Rull.69 b, Corpus incultū & horridum pro Seſt.7 a, Vir ſubhorridus & incultus. Poſtq.207 a, Cùm eum incultum, horridum, mœſtumq; vidiſſes. de Fin.50 b, Quod inciderint in inculta quædam & horrida de malis Græcis, Latinè ſcripta deterius. Or.200 a, Pictura inculta, horrida. )(. *Nitida.*

† Syntaxis. *Incultè & horridè dicere. Inhabitabilis terræ regio, & inculta. Solum incultum & derelictum. Incultum & deſertum. Durus, incultus, horridus. Inculta & Sylueſtris via laudis. incultus, horridus, mœſtus.*

INCVMBENS, tis. Epiſt.14 a, Cùm me vniuerſa reſpublica, &c. cunctis ordinibus hominibusq; incumbētibus, omnibus deniq; ſuis viribus recuperaſſet: pro Mur.138 a, M. Cato incumbens ad illius perniciem.

INCVMBO, bis. *innitor, inhæreo, elaboro, enixè operam do.* de Inu. 81 a, In gladium in naui ibidem incumbere. ad Heren.4 a, Aiax incubuit gladio. de Orat. 138 b, Impelli primò leuiter iudex debet, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. & 147 b, Vt eos qui audiunt, quocunq; incubuerit, poſſit impellere. pro Plan.262 b, Et ab eo qui hos dimouit, potius quàm ab ijs qui in te ipſum incubuerūt, te depulſum putas. pro Mur.136 b, magna eſt comitijs conſularibus repentina voluntatum inclinatio, præſertim cùm incubuit ad virum bonum. pro Cor. 67 a, Fuit boc meum fatum, vt in me vnum omnis inclinatio communium temporum incumberer. in Ant. 193 b, Incumbite in cauſam Quirites, vt facitis. Qu. fr. 291 b, Præſertim cum ij mores tantum iam ad nimiam leuitatem & ambitionem incubuerint. Ant. 206 a, Quo omnes acrius grauiusq; incumberent ad vlciſcendas reipub. iniurias. pro Pom 7 b, Quare omni ſtudio ad id bellum incumbamus. Att. 258, a, & 248 b, Nunc tota mente incumbe in hanc curam. Qu. fr. 295 a, Incumbe toto animo & ſtudio omni in eam rationem, qua adhuc vſus es. Epiſt.149 b, Quamobrem, mi Plāce, incumbe toto pectore ad laudem. Epiſt. 143 b, Vt in rempub. omni cogitatione curaq; incumberes. E145, Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem, &c. Att 49 a, Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. de Orat.87 b, Quamobrem pergite vt facitis adoleſcentes, & in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite. Acad. 19 b, Incubuit autem in eas diſputationes, vt doceret, &c. I.C.118 b, Quare P. C. incumbite ad ſalutem reipublicæ, circumſpicite omnes procellas, quæ, &c. Attic.46 a, Atq; vtinam ipſe Varro incumbat in cauſam. I.A. 208 b, Idem volunt omnes ordines, eodem incumbūt municipia pro Plan.268 a, Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. in Ant. 235 b, facis tu id quidem, & eò maximè incumbis. Attic. 73 b, Ergo Græcus incumbet: *id eſt: vrgebit propoſitum.* Qu. fr.327 b, Pompeius Miloni nihil tribuit, omnia Guttæ, dicitq; ſe perfecturū, vt in illo Cæſar incumbat? hoc horret Milo. Epiſt. 121 b, De prouincijs incubuiſſe cum ſenatu Pompeius videtur, vt, &c. Attic.18 a, Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. & 75 a, Cuius in cupiditatem, te autore, incubui. Attic.32 a, Incumbamus ô noſter Tite ad ſtudia. * pro Syll.183 a, Qui non omni ſtudio, virtute, autoritate, incubuerit ad Rempub. conſeruandam.

† Syntaxis. *Incumbere ſimpliciter ad perniciem, in gladium, gladio, in curam & cogitationem. Inclinatio voluntatum incubuit ad illum. Incumbe in eam rationem, qua adhuc vſus es. Eò incumbunt omnes boni. in illo (homine) Cæſar incumbit.*

INCVNABVLA, orum. *cunabula, cunæ, rudimenta.* I.V. 225 b, in his locis veſtigia ac propè incunabula reperiūrur deorum. Or.201 a, Non alienum fuit de oratoris quaſi incunabulis dicere. Att. 31 a, Ego verò ad montes patrios & ad incunabula noſtra pergam. * de Orat.86 b, Repetamq; nō ab incunabulis noſtræ veteris puerilisq; doctrinę quēdam ordinē præceprorum. in Sal.273 a, An vlla alia putas eſſe rudimēta & incunabula virtutis, quib. animi ad gloriæ cupiditatē alūtur? de Fi.138 a, Omnes veteres philoſophi, maximè noſtri, ad incunabala accedūt, q in pueritia facillimè ſe arbitrētur naturę voluptatē poſſe cognoſcere.

INCVRIA, riæ, *negligentia* de Am. 112 a, Quò magis vituperanda eſt rei tam maximè neceſſariæ tanta incuria. de Prou.70 a, Miltes, &c. incuria, fame, morbo conſump[...].

INCVRRENS, tis. Qu. fr. 325 a, Ne in noſtra tempora incurrens offenderem quempiam. * Att.192 b, In oculos incurrentibus ijs, quos æquo animo videre non poſſum.

INCVRRO, ris. *incido.* de Or.159 b, Iambus & Trochæus natura incurrunt in orationem. de Cl. 187 a, Sed ordinem ſequens, in memoriam notam incurro. de Or.122 b, Siue tu ſimilitudine illius diuini ingenij in eadem incurris veſtigia. de Cl. 196 b, In cuius adoleſcentiam per medias laudes, quaſi quadrigis vehentem, tranſuerſa incurrit miſera fortuna reipub. de Leg. 157 b, Incurreret etiam in illum memorabilem annum ſuum. Off 65 b, In eam *plagam* aliquis incurrat imprudens. de N.73 b, Incurrere in apertam perniciem. Or.219 a, & pro M. Scaur. Incurriſti amens in columnas. Off. 62 b, Per errorem in maximam fraudem incurrere. de Cl.186 b, Incurro in memoriam communiū miſeriarū. Att.105 a, Tua λῆψις quem in diem incurrat neſcio. Ep.26 b, Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolùm in oculos, ſed etiam in voculas maleuolorum. pro Pl.262 b, & Ep. 26 b, Quæſtus qui in odia hominum incurrunt, vt fœneratorum. Ep. 47 a, Nihil conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. contra Rull. 82 b, Agros qui in publicū Campanū incurrebāt, pecunia publica coemit. pro Cec.301 b, Hic eſt mucro defenſionis tuę, in quem incurras, neceſſe eſt. pro Pl.278 a, Incurro in crimen hominis nimiū grati. pro Cęl.46 b, Incurrere in alterius domū atq; famam. de Vniu.200 b, Incurrere in aliquē, & in eo hærere & impediri. pro Seſt.6 a, Vt in eum nō inuaſiſſe, ſed incurriſſe videamini. de Fin. 58 a, Incurrere in alium cæco impetu. de Fin. 49 a, Incurrere in varias reprehenſiones. Tuſc.234 a, Caſus in ſapientem poteſt incurrere. pro Mur.137 b, Qui mihi videtur cādidatus in cōſularē, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculū incurrere. Top.227 b, Nulla eſt dubitatio, (*al. diſputatio*) in qua non aliquis locus incurrat. Ep.172 b, Antonius decurſionibus ꝑ equites vaſtat ea loca, in quæ incurrit. Ep. 126 b, Quis eſt, qui nihil offendat, nuſquam incurrat. pro Pl.262 b, Sed eum accuſo, qui in me incurrit atq; incidit. Acad. in quorum rixam ſi Academicus incurrerit. de Or. 124 b, Me in ea, &c. vſu ſolere in dicendo, vel caſu potius incurrere. Ep. 126 b, Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nuſquam incurrat?

INCVRSIO, onis. *excurſio, incurſus.* ꝑ Cec.293 b, Cauſam fugæ dicitis, eandē q̃ omnes intelligimus, incurſionē atq; impetū armorū. de N.24 a, Deū agitari incurſione atomorū. * pro Clu.38 b, Iunij iudicium video eſſe eiuſmodi, vt incurſionem potius ſeditionis, &c. appellandum putem. de Fin.53 a, Imagines, quæ idola nominant, quorum incurſionem (*al. incurſione*) non ſolùm videamus, ſed etiam cogitemus, &c. tota ab illo eſt.

INCVRSO, as. *incurro, excurro, inuado.* Att.200 b, Audeo hoc dicere. incurſabit in te dolor meus, nō iure ille quidem, ſed, &c. & ad Heren.36 a, Incurſare in fortunas omnium.

INCVRSVRVS, a, um. pro Seſt.13 a, Cum in hanc nauim armatæ tot claſſes incurſuræ viderentur.

INCVRSVS, ſus. *incurſio.* pro Cec.289 a, Impetum armati Antiochi cœterorumq; tela atq; incurſus refugit.

INCVRVATVS, a, um. *incuruus* de Fin. 71 b, Vt bacillum aliud eſt inflexum & incuruatum de induſtria, aliud ita natum.

INCVRVESCO, ſcis. Tuſc. 162 b, & de Or. 157 a, Hîc rami non intermittunt ſuo tempore baccarum vbertate incurueſcere. Poëtæ.

INCVRVVS, a, um. *incuruatus.* de Diu.86 b, Bacillum incuruū, & leuiter, à ſummo inflexum. ad Her.39 b, Hunc dico rubrum, incuruum, canū, &c. in Verr.126 a, Incurua ſtatua.

INCVS, udis. *fabrorum ferrea moles, quam malleis aſſiduis tundūt.* de Nat.12 b, Formæ atq; figuræ, quas vos effici poſſe ſine follibus & incudibus non putatis. de Or.123 b, Aſſiduus eodem opere eandem incudem noctem diemq; tundens.

INCVSATIO, onis. de Or.152 b, Loci communes partim habent incuſationem aut querelam.

INCVTIO, tis. *inijcio.* de Vn.20 b, Quibusq; temporibus Dij (*id eſt, ſtellæ*) emerſi terrorē incutiāt rationis expertib. Att. 12 a, Incutere dolorem alicui. Epiſt.113 b, Incutere metum alicui.

INCVTIOR, ris. *inferor.* de Orat. 128 a, Timor incutitur aut ex ipſorum periculis aut ex communibus.

INDAGANDVM. de Fin.73 a, Canis natus ad indagandum.

**Indagatio**,onis.*inueſtigatio,inquiſitio*. Off.4 a, Velut ex ea parte,&c.ineſt indagatio atque inuentio veri.Tuſc.242 a, Inde eſt indagatio nata initiorum.

**Indagatrix**, cis. Tuſc. 228 b, O vitæ Philoſophia dux, ô virtutis indagatrix,expultrixq́; vitiorum, quid non modò nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet.

**Indagatus**,aum.Att.26 b,Eaq; omnibus veſtigijs indagata ad me afferas.

**Indago**,as *veſtigo,inueſtigo,inquiro*. Att 25 a, Tu Quid indagâris de republica facito vt ſciam pro Mil 121 b, Initia communis exitij indagaui, pateſeci, protuli. Orat.197 b, Inuſitatas vias indagare, tritas relinquere. contra Rull.61 b, Aliquid indagare, inuenire, è tenebris eruere. Att.94 b, Hoc tu indaga vt ſoles:eſt hoc magis,&c.Tuſc.241 a,Cuius ſeptum vndique & veſtitum vepribus & dumis indagaui ſepulcrum.I.V.135 b, Acutiſſimè indagare & odorari omnia.

† Syntaxis.*Indagare,pateſacere,proferre. Acutè indagare & odorari.*

**Inde**.*procul inde*.pro Mil.111 a,Att.152 b,Qui autem veniunt inde,id modò nunciant. item : Abeamus igitur inde. Att. 115 a,Eo die manſi Calibus,inde has literas dedi.pro Milo.107 b,Librarium illud eripuiſti è domo , vt præclarum inde munus ad aliquem deferre poſſes. de Leg.117 b,Lacedæmō iuſſit neruos inde demi.*id eſt, ex fidibus Timothei.* de Inu.48 b, & ad Her.3 a, Si inde incipiemus narrare, vnde neceſſe erit de Clar.198 a,Deinceps inde multi.ꝓ Mur. 129 b, Quid tum inde? de Prou 75 b, & 76 a, Iam inde à principio huius imperij. de Nat. 50 b, Iam inde ab ortu. pro Arc.185 b,Inde vſque repetens. *id eſt , à pueritia.* Inde loci.in Arato. & Lucretius 91.92.

† Syntaxis. *Deinceps inde multi. Iam inde ab ortu.Inde vſque repetens.Inde loci.*

**Indecorè**.*præter decorum*. Off. 23 a, Vt ea ſi non decorè, at quàm minimè indecore facere poſſimus.& 4 a, Caueťque ne quid indecorè effœminatéue faciat.

**Indecorus** , a , um. *quod non decet.* Off.19 b, Quod animo magno fit,id decorum videtur: quod contrà, id vt turpe, ſic indecorum.de Fin.92 b,Turpe,inhoneſtum,indecorū, prauū.Or.203 b,Indecorum eſt, de prauis rebus ampliſſimis verbis dicere. * Or. 204 b , Illud indecorum, quod quale ſit,ex decora debet intelligi, hûc quoq; apparet.

**Indemnatus**,a,um.*non damnatus*. de In.72 a , & I. V. 238 a, & ad Her. 5 b, Tamen à Fratre indemnatam oceidi non oportuit.contra Rull.77 a , Cùm Sylla bona indemnatorū ciuium venderet.in C.107 b , & pro Dom. 214 b , Aliquis indemnatus,innocens in exilium eiectus. pro Corn.60 a, Indemnatus & incolumis. iu Piſon. 86 a , Lex quæ erat contra omnes leges indemnati ciuis atq; integri capitis.

† Syntaxis. *Indemnatus,innocens,Indemnatus & incolumis.*

**Index**,cis.*quod aliquid indicat* in C.119 a, Hæc omnia indices detulerunt, rei confeſſi ſunt. & 120 a , Cæſar indices maximis præmijs affecit pro Cluen.21 b,Interim venit index ad Dineam,neq; obſcurus,neq; incertus,qui nunciaret ei filium,&c. Qu.fr.309 a,& 308 b, Idem Nerius index edidit ad allegatos.Cn.Lentulum.I.A. 231 a, Complexus ſummæ beneuolentiæ falſi indices extiterunt in amore ſimulato.de diu.91 b , Fanum indicis Herculis. pro Rab. 94 a,Vox index ſtultitiæ veſtræ.contra Rull.66 b , Tabella index tacitæ libertatis , & vox index veſtrarū erga me voluntatum & ſtudiorum. Off.27 a, Orationis indicem vocem habemus.de Or. 202 b,Imago animi vultus eſt,indices oculi.* Qu.fr.308 b,Seſtius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu eſt poſtulatus.

¶ *Index librorum*.de Orat.114 a , In philoſophos veſtros ſi quando incido deceptus indicibus librorum, qui ſunt ferè inſcripti de rebus notis,&c.verbum prorſus nullum intelligo.At.57 b,Ijsq́; imperes , vt ſumant membranulam, ex qua indices fiant , quos vos Græci σιλλύβους appellatis. *Hortenſ. Dari mihi iubeas indicem tragicorum , vt ſumam,ſi qui fortè mihi deſunt.

¶ *Digitus,qui pollicem ſequitur,quod eo indicare & oſtendere aliquid ſoleamus.* Att.220 a,Pollex quidem, vt dixerat,præſto fuit:ſed planè pollex, non index. *Iocatur Cic.in nomine pollicis & indicis.nam pollex & nomen viri eſt, & digitus : index verò, & digitus, & qui aliquid occultum indicat.*

**India**,diæ.*regio*.de Fin.99 b,Via quæ eſt hinc in Indiam.& Tuſcul.243 b, Quæ barbaria India vaſtior? quæ agreſtior? I.V.270 , de Nat 68 a,de Fin 99.

**Indi**.*populi*.de Diu.90 a,& 128 b,

**Indicatus**,a,um.pro Clu.56 b. At is & ex ſerrula inſimulatus,& à puero cōſcio indicatus eſt. ꝓ Syl.175 a, Vidi ego fore, vt aliquādo aliquis aliter indicata hæc eſſe diceret.

**Indicium**,cij.*ſignum argumentum,documentum,veſtigium,nota,ſpecimen,inſigne* pro Clu 23 b,Omnia quę ſolent eſſe indicia & veſtigia veneni,in illius mortuæ corpore fuerunt. de Fin.136 a,Quæ *animi partes* quo ſunt excelſiores,eo dāt clariora indicia naturæ. pro Fl. 154 b , Sed tamen indiciū fieri videatur, cū tabulæ illæ ipſæ cuiuſq; modi ſunt, proferuntur.pro Dom. 324 a , Hanc porticum eſſe patiemini furoris tribunitij & doloris mei indicium , ad memoriam omninm gentium ſempiternam.de Ar. 249 a , Hæc mater magna nobis & ſcelerum indicia oſtēdit , & periculorum ſigna pateſecit.de Diu.117 b,Eo ipſo tempore , quo indicium fieret coniurationis in Senatu. in Fin. 99 b , Noſter hic præpoſterus imperator amiſſorum oppidorum,cæſarum legionum , prouinciæ præſidio & reliquis militibus orbatæ,ad ſempiternum dedecus ſui generis ac nominis indicia conſtituit.pro Dom 230 b, Viderat ille Murænam ad me conſulem cum Allobrogibus communis exitij indicia afferre pro Syl.181 b, Quas notas ſcelerum? quæ indicia parricidiorum reperietis? Anteq.197 a,Neq; C. Marius,qui quantas res geſſerit, veſtra vobis libertas indicio eſſe poteſt.pro Dom.235 b,Quæ domus erat ipſa indicio tui crudeliſſimi tribunatus. Poſtq. 205 b, P. Lentulus hoc ſpecimen virtutis , hoc indicium animi ſui fore non putauit,ſi me,&c.de Cl 190 b, Chirographa, teſtificationes, indicia, quæſtiones rem manifeſtam deferant. * in Catil. 113 b, Ac mihi quidem cum illa certiſſima ſunt viſa argumenta atq; indicia ſceleris. de Fin. 125 a & b , Iſta ſtudia ſi ad imitandos ſummos viros ſpectāt,ingenioſorum ſunt: ſin tantummodo ad indicia veteris memoriæ cognoſcēda,curioſorum. Ep.98 b,In omnibus meis epiſtolis legitima quædam eſt acceſſio cōmendationis tuæ, nec ea vulgaris,ſed cum aliquo inſigni indicio meæ erga te beneuolentiæ.Ep.242 b,Dixit ad ſe indicia manifeſtarum inſidiarum eſſe delata , quæ eſſent ante aduentum meum occultata, quòd ij q̃ ea pateſacere poſſent, ꝓpter metū reticuiſſent.ad oct. 329 b , Quod præſentis doloris eſt indicium.

† Syntaxis.*Indicium & veſtigium.Id indicia dat,&c. Argumentum ac indicium.*

**Indicendus**,a,um.ꝓ Pōp.15 a,Cùm òmnes adeſſent,cœptū eſt referri de indicēdo S. conſulto. *id eſt , promulgando.*

**Indico**,as.*indicium facio,indicium do,indicio ſum , oſtendo, indicia oſtendo , ſigna pateſacio,monſtro, coarguo,innuo,loquor, indicia affero , defero.* pro Cluen. 56 a, Puer rem omnem dominæ indicauit. de Vn. 195 b , Et cùm inueneris *parentem huius vniuerſitatis* indicare in vulgus nefas. Att.276 b,Quæ verba apertè indicant, poſſe rationem haberi etiam non petentis.de Or.161 a, Vt epularum ſolennium fides ac tibię Saliorumq́; verſus indicant.de Cl.195 b,Dicendi autē genus quod fuerit in vtroque, orationes vtriuſq; etiā poſteris noſtris indicabunt.de Leg.189 a, Atq; hoc rei exitus indicauit:quis enim,&c.de Leg.161 a,Vultus indicat mores Ep.155 b,Zeno perpeſſus eſt omnia potius, quàm cōſcios delendæ tyrannidis indicaret. de Fin. 59 b , & 77 a, Multi te conſule ipſi ſe indicauerunt pro Fl.163 b,Sed tamen quis tibi de epiſtolis iſtis indicauit ? pro Mur. 136 a, Atq; ille vt ſemper fuit apertiſſimus , non ſe purgauit , ſed indicauit atq; innuit. Qu fr.326 a,Sed tamen indicabo tibi quod in primis te celatum volebam. Ep.155 b, Indicabo temerarium meum conſilium tibi. Ep.129 a,Nā quod antè à te călumniatus ſum,indicabo malitiam meam pro Arch.191 a,Iam me vobis iudices indicabo. de Cl. 181 b, Vt me tibi indicem.

**Indicor**,ris de Diu.118 a, Eodem tempore ſignum Iouis collocabatur , quo coniuratio indicabatur.

¶ *Aeſtimor*. Off.64 a,Qu.Scęuola poſtulauit,vt ſibi fundus, cuius emptor erat,ſemel indicaretur.

**Indico**,cis.*denuncio, promulgo*. pro Dom. 221 b , Funeſtum funus te indixiſſe reipublicæ. I C. 107 a , Qui bellū populo Romano indixit. de Fin.131 a, Indicere bellum hoſtibus.de Or.123 a, Miror , cur philoſophiæ , ſicut Zetus ille Pacuuianus,propè bellum indixeris.I.V.148 a,Legem innocentiæ , continentiæ , virtutum omnium ſibi ipſi indicunt, qui ab altero rationem vitæ repoſcunt.

**Indicor**,eris.I.A.200 b, Iuſtitium indici dico oportere.

**Indictus**,a, um. *promulgatuus,denunciatus*.Off 8 a,Nullum bellum eſſe iuſtum , niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum antè ſit & indictum. pro Dom. 221 b, Tamen id funus iure indictum eſſe dicebant.

¶ *Non indicatus*.de Leg.164 b, Vt dictator quem vellet indicta cauſa impunè poſſet occidere. pro Dom.222 a , Ne niſi indicta (*al prodicta,al prædicta , al prodita*) die quis accuſetur.Ep.60 b,Ei qui in alios animaduertiſſet indicta cauſa , dicendi ipſi poteſtatem fieri non oportere. pro Rab. 92 b,Indicta cauſa ciuem Romanum capitis condemnari. & 196 a,& I.V.117 a, Exeo indicta cauſa. I. A. 171 a , Rem indicta cauſa iudicare. I V. 273 a, Etenim tacitæ magis & occultę inimicitię timendę ſunt, quàm indictæ & apertæ.

**Indidem**. *inde,ex eodem loco.* de Or. 157 b , Vnde ſimile duci poteſt, indidem verbum vnum translatū lumē afferet o-

orationi ꝓ S.R. 30 a, Quò homines? indidémne Ameria?

IN DIES. *in ſingulos dies, quotidie, quotidie magis, quotidie plus.* Attic. 71 a, Quotidie, vel potiùs in dies ſingulos breuiores literas ad te mitto: quotidie enim magis ac magis ſuſpicor te in Epirum profectum. Att. 189 a, Sed cura, vt excuſer morbi cauſa in dies ſingulos. & 190 a, Quoniã in perpetuum non placet, in dies ſingulos videbis. Epiſt. 29 a, Mihi in dies ſingulos maiori curæ eſt tua dignitas. Ep. 60 a, & 81 a, & 148 b, Huius mei conſilij maiorem in dies ſingulos fructum capio. de Diu. 109 b, vehementiùs in dies incitor. Att. 298 b, Ingraueſcit in dies inteſtinum malum. Att. 156 b, Iſta ardet furore, nec remittit aliquid, ſed in dies ingraueſcit. Att. 232 b, Simulatio deſiderij, adhuc quæ feruebat in dies. pro Mil. 106 a, Hic magis indies conualeſcit. Ep. 167 a, In dies ſingulos eius copiæ minuuntur. Att. 92 a, Pompeiũ mehercule plus plusq; in dies diligo. de Fin. 121 a, & Epiſt. 32 b, Hi curatione adhibita leuantur in dies: alter valet plus quotidie, alter videt. de Sen. 87 b, Solon. dicebat ſeneſcere ſe multa in dies addiſcentem. Fil. Epiſt. 264 b, Præſtaboq; & enitar, vt in dies magis magisq; hæc naſcens de me duplicetur opinio.

† Syntaxis. *Quotidie, vel potius in dies ſingulos. Plus plusq; in dies magis magisque.*

INDIFFERENS, tis. de Fin. 101 b, Quod enim Græci ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. & Acad. 32 a, Ariſtoni ſummũ bonum eſt, in his rebus neutram in partem moueri: quæ ἀδιαφορία ab ipſo dicitur. * de Fin. 101 b, Præpoſitum vel præcipuum definimus, quod ſit indiferens cum æſtimatione mediocri.

INDIGENITALIS, le. *natiuus, proprius, non alienigena, indigena.* de Or. 157 a, Sæpe ſine coniunctione verba nouantur. vt ille: Senſus diſertus, indigenitalis. *Poëtæ.* * *Alij legunt: Vt illud diſerti ſenis, Dij genitales.*

INDIGENS, tis *egens.* de Amic. 102 a, Quid enim ille erat indigens mei? & Off. 43 b, Benignè facere indigentibus. & de Fin. 89 b, Ferre opem indigentibus.

INDIGENTIA, tiæ. *egeſtas.* Tuſc. 213 a, Indigentia eſt libido inexplebilis. de Amic. 101 a, * A natura mihi videtur potius quàm ab indigentia orta amicitia. & 102 a, Quam a*micitiam* ex inopia atq; indigentia naſci volunt. de Amic. 115 a, Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quẽ ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæſita.

INDIGEO, es. *indigens ſum, egeo.* de Or. 197 b, Iam illa non tam artis indigent quàm laboris. ad Her. 26 b, Quia vos mei non indigetis. de In. 50 a, 44 a, & ad Her. 21 b, Partes, quarum indigemus ad hanc præceptionem. Att. 198 a, Tamẽ indigeo tui conſilij. de Am. 106 a, Qui minimè alterius indigent. I. A. 206 b, Hoc bellum indiget celeritatis. pro Qu. R. 52 b, Mea adoleſcentia indiget illorum bona exiſtimatione. Ep. 188 a, Nunc te cohortatione non puto indigere. Ep. 49 b, Vt magis ipſi videantur: aliorum conſolatione indigere. Qu. fr. 303 b, de In. 70 b, Nunc commiſi vt me viuo alijs indigeres. * Oecon. 1, Et fruges & cætera alimẽta terreſtria indigebant tecto. ibid. Alterum alterius indigere voluit natura. Hortenſ. Nec enim fortititudinis indigeremus, nec iuſtitiæ nec temperantiæ. pro Sex. Roſc. 24 a, Quid eſt in hac cauſa, quod defenſionis indigeat? de Fi. 100 b, Propterea quòd hæc *virtus* plurimę commẽtationis & exercitationis indigeat. de Fin. 139 a, Vt nihil aut non multũ adiumẽto vllo ad ſuam conformationẽ indigeret *animus.* Ep. 81 a, Quæ cõmunes miſeriæ ad cõſolandũ maioris ingenij, & ad ferendum ſingularis virtutis indigent.

INDIGES, gis. *pro* INDIGENS, tis. de Or. 126 a, Indigem liberûm laceraſti. *id eſt, indigentem liberorum.* Pacuuij.

INDIGNANDVS, a, um. de In. 69 a, Loci, qui aut miſericordiæ captandæ, aut facti indignandi cauſa ſumuntur.

INDIGNATIO, onis. *ſtomachus, ira.* de Inu. 60 b, Indignatio eſt oratio, per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur. * de In. 60 a, Concluſio habet partes tres, enumerationẽ, indignationem, conqueſtionem. & b, Poſſe omnibus ex locis tractari indignationem. Nã ex ijs rebus quæuis amplificationes & indignationes naſci poſſunt. Sed tamen ea, quæ ſeparatim de indignatione præcipi poſſunt, conſideremus. ibid. Secundus locus eſt, per quem illa res, ad quos pertineat cum amplificatione per indignationem oſtenditur. ibid. Quorum ex autoritate indignatio ſumitur. de Inu. 61 a, Decimus locus eſt, per quem omnia cum vniuſcuiuſq; indignatione & criminatione colligim⁹. ibi. Et indignatio quidẽ his ferè de locis grauiſſimè ſumetur.

INDIGNE, ſsimè. *miſerabiliter.* Antequam. 195 a, Quondam felix, nunc eget indignè.

¶ *Iniquè.* I. V. 266 b, Indigniſſimè necari. pro Cæl. 50 a, Cũ Qu. Metellus indigniſſimè eriperetur vniuerſæ ciuitati.

¶ *Aegrè, moleſtè.* I. V. 242 a, Indignè pati. de Inu. 72 a, Indignè paſſus.



INDIGNITAS, atis. *impietas, turpitudo, atrocitas.* de Inu. 68 b, Facti alicuius atrocitatem, aut indignitatẽ, aut omnino culpã augere. ꝓ Mur. 136 b, Neq; tamẽ ſatis ſeuerè pro rei indignitate decreuit. Ep. 91 a, Adeundi atq; cõueniẽdi illius indignitatẽ ac moleſtiã pertuliſſem. Anteq. 195 a, Animus præcluditur ad exponendã rei indignitatem. ad Her. 26 b, Nequeo verbis conſequi indignitatẽ rei. in Vat. 32 a, Ne qua ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur. & 29 a, Si tua ꝙ indignitas poſtularet, ſpectare voluiſſem. in Piſ. 101 a, Si id tardius eueniet, fruar tamen tua indignitate. de Or. 121 a, Ac ſi quid affert ꝑterea hominis dignitas aut indignitas, extra quæſitionem eſt. * Pro tag. Quæ poteſt eſſe indignitas ad moleſtiam, niſi in magnitudine aut longitudine alterius vtrius poſita? I. V. 64 b, Quorum nemo propter indignitatem repudiatus eſt. Ep. 26 b, Noſti non modò ſtomachi mei, ſed etiam oculorum in hominum inſolentium indignitate faſtidium.

INDIGNOR, aris. *grauiter fero, ſtomachor, mihi indignum videtur.* de Inu. 69 a, Locus communis erit defenſoris, per quem indignabitur accuſatorem conari, &c. Ep. 50 a, Hem nos homunculi indignamus, ſi quis noſtrûm interijt aut occiſus eſt. & 179 b, Atq; eum quem dilexi, perijſſe indignor. de Inu. 47 b, Et dicere ea quæ indignantur aduerſarij, tibi quoq; indigna videri. pro Qu. R. 45 a, Nimium citò ait me indignari de tabulis. *aliàs, indagare.*

INDIGNVS, a, um: gnior, ſsimus. *non dignus, alienus, iniquus, ſceleſtus, turpis.* Att. 128 b, Hoc turpe & me indignum puto. de Fin. 136 a, Nihílne eſt in his rebus quod dignum libero aut indignũ eſſe ducamus? I. V. 218 a, & Off. 27 b, Res indigna atq; intoleranda videbatur omnibus. de Inu. 69 b, Etiamſi nobis indigna audiamus, eiuſmodi iniuriæ ſunt, vt de ijs indignum ſit non primo quoq; tempore iudicari. pro Seſt. 3 a, In quo cùm multa indigna ſint, tum nihil minus eſt ferendum. pro S. R. 19 b, Cùm multa indigna, tum vel hoc indigniſſimũ eſt, vos, &c. Antq. 194 a, Nónne igitur indignum eſt eos, &c. & de In. 47 b, Hoc mihi indignum videtur. de Ar. 251, Quod non minus, quàm de Alexandrinis indignũ dijs immortalibus eſt viſum. pro Qu. 1 b, Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici aut commemorari poteſt? ꝓ S. R. 22 a, Quod Amerinis vſq; eò viſum eſt indignum, vt omnes, &c. & 19 b, Filij egeſtas indigniſſima. ad Her. 11 b, Indigna mors Palamedis. pro Qu. 18 a, Indignũ eſt, à pari vinci, aut ſuperiore: indignius, ab inferiore. ꝓ S. R. 28 a, An qui petebant, indigni erãt, ꝗ impetrarẽt? ꝓ Cor. 62 b, In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſiione, qui, &c. ꝓ Pl. 260 a, Qui te indignũ ædilitate iudicauerũt. in Vat. 36 b, Cæſar te omni honore indigniſſimũ iudicat. Orat. 135 a, Aliquem eſſe indignum ſuis maioribus. Tuſc. 218 b, Miſericordiam vtilem eſſe dicunt ad opem ferendam, & Calamitates hominum indignorum ſublevandas. & Tuſc. 237 b, Diuitias quiuis quamuis indignus habere poteſt.

Syntaxis. *Hoc te indignũ eſt. Indignũ eſt vinci. Indignus ꝗ viuat.*

INDILIGENTER. *negligenter.* )( *Diligenter.* de Inu. 36 b, Non indiligenter expoſui, &c. Att. 252, Nihil ab eo arbitror, neq; indiligenter, neq; illiberaliter factum.

INDILIGENTIA, tiæ. *negligentia.* Qu. fr. 30 b, Literarum miſſarum indiligentiam reprehendi.

INDISERTE. *inornatè.* Qu. fr. 306 b, Seuerus orationem meam laudauit, non mehercule indiſertè.

INDISERTVS, a, um. *inornatus, parum eloquens.* de N. 26 a, Nam neq; indiſertum Academicum pertimuiſſem, neq; ſine iſta philoſophia rhetorem quamuis eloquentem. de Cl. 171 b, & Ep. 29 b, Vir non indiſertus. de Fin. 93 a, Indiſertus interpres. de Orat. 156 a, Indiſerta prudentia.

INDISSOLVBILIS, le. de Vn. 202 a, Immortales vos ꝗdẽ eſſe & indiſſolubiles nõ poteſtis, neutiquã tamẽ diſſoluemini.

*INDISSOLVTVS, a, um. de Vni. 202 a, Hæc ſunt indiſſoluta me inuito. *Alij legunt nutu meo: alij nõ ſunt diſſoluta me inuito.*

INDIVIDVVS, a, um. *ſimplex.* )( *Diuiduus.* de Vn. 198 b, Idq; interiecit inter indiuiduũ, & id ꝙ diuiduũ eſſet in corpore. de N. 65 a, Indiuiduũ corpus, quod dirimi diſtrahiq; non poteſt. de Vn. 199 b, & 198 b, Materia eſt indiuidua atque ſimplex. de N. 14 b, & ibi. Ita nihil eſſe indiuiduũ poteſt. & 65 a, Indiuidua corpuſcula. de Fin. 52 a, Atomi, id eſt, indiuidua corpora.

INDIVIDVVM, dui. *indiuiduũ corpus, atomus.* de Fat. 145 a, Indiuidui hęc eſt natura, vt põdere & grauitate moueatur. de Fat. 144 a, Cũ duo indiuidua ꝑ inanitatẽ ferantur. de Nat. 11 b, Species ex indiuiduis innuberabilibus exiſtẽs. de Fin. 80 a, indiuidua, & intermundia, quę nec ſunt, nec eſſe poſſunt, intelligimus. * Acad. 14 b, Cùm ex illis indiuiduis, vnde omnia gignuntur, in reliquis mundis innumerabiles Quinti Luctaij Catuli ſint.

INDOCILIS, le. *tardus, hebes.* de N. 4 b, Quidam nimis indociles tardiq; ſunt. Acad. 1, Sed incredibilis quædam ingenij

magni-

magnitudo non deſiderauit indocilem vſus diſciplinam.

INDOCTE', *inſcitè,imperitè*.de Nat. 34 b,Non ſolum indoctè, ſed etiam impiè facere.

INDOCTVS,a,um.*ineruditus,imperitus*. Part.237 b,Genus hominum indoctum & agreſte.de Diu.135 b,Ex leuiſſimo enim & indoctiſſimo genere conſtat. Part.238 b, Si apud indoctos imperitosq́; dicemus. de Cl. 180 b, Rabula indoctus,inurbanus,ruſticus.de Or.160 a,Rudis & indocta oratio. de Fin.63 b, Non ergo Epicurus ineruditus, ſed ij indocti,qui,&c. * de Clar.184 a, Neminem ex ijs, &c.cognoui in omni genere honeſtarũ artiũ tã indoctũ,tã rudẽ.

† Syntaxis. *Indoctè & impiè facere.indoctus & agreſtis. Indoctus & imperitus. Rudis & indocta oratio.*

INDOLENTIA,tiæ,*vacuitas doloris, ἀναλγησία*. de Fin.66 a,Nũ voluptas idem eſt,quod,vt ita dicam, indolentia?item 68 b, Neq; Hieronymus voluptatis nomine vnquam vtitur pro illa indolentia.Off.54 b,Qui res expetendas vel voluptate vel indolentia metiuntur.

INDOLEO,les.*doleo*.I.A.172 a,Quis non indoluit te tam ſerò à ſe eſſe cognitum?

INDOLES, lis. *indicium animi, ſpecimen futuræ virtutis, eximia ſpes ſummæ virtutis,optima ſpes, puerorum dignitas*. Att 274 a, Cæſaris verò pueri mirifica indoles virtutis, de Orat.95 b, In vobis egregiam quandam & præclaram indolem eſcognoui.I.A.203 b Ita ſæpe magna indoles virtutis priuſquam reipublicæ prodeſſe potuiſſet,extincta fuit.I.A.237 b, Eſt Q. Cæcilij Baſſi Summa in filio ſpes, ſumma ingenij indoles,ſummaq; uirtus.de Fin.89 a,In adoleſcẽtibus bonam ſpem eſſe dicimus,& magnam indolem.de Sen.82 a, Adoleſcentes bona indole præditi. ad Brut. 289 a, Videtur in eo eſſe indoles:ſed flexibilis ætas,multiq; ad deprauandum parati.Off.55 a, Itaq; omnes in quibus eſt virtutis indoles commouentur.Or.200 b,Maiore mihi ingenio videtur eſſe,&c. Præterea ad virtutem maior indoles. pro Cæl.45 b, Si quis hac indole virtutis ac continentiæ fuit, vt reſpueret omnes voluptates. Or. 206 b, Ab hac indole iam illa matura,vxor generi,nouerca filij,filię pellex.Off. 42 b, Facillimè autem in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes,qui,&c. Off.40 b, Præ ſe ferre ſpeciem boni viri.de Fin.91 b, Multa iam mihi dat ſigna puer & pudoris & ingenij. * de Fin. 89 a, Ergo in ijs adoleſcentibus bonã ſpem eſſe dicemus & magnam indolem.

† Syntaxis. *Virtutis indoles. Bona ſpes & magna indoles in aliquo.Summa ingenij indoles, & ſumma virtus.*

INDOMITVS,a, um. *qui imperium recuſat, intractatus & nouus, ferocitate exultans*.pro Clu.20 b,O libidinẽ effrenatã & indomitã.de Ar.256 a, Indomitus atq; effrenatus furor.I.V. 88 a,& pro S.R.24 b,Indomitæ atq; effrenatę cupiditates Off.18 b,Equũ ferocitate exultantem domitori tradere,vt eo faciliori poſſimus vti.Ad Her.88 b, Equus indomitus.

† Syntaxis.*Effrenatus & indomitus: & contrà.*

INDORMIENS,tis.I.A.166 a,An faces admouendæ ſunt,quę te excitent tantæ cauſæ indormientem?

INDORMIO,mis. Qu.fr.315 b, Ego qui in iſto homine colendo tam indormiui diu.

INDOTATVS,ta,tum.*ſine dote ſine ornatu*. de Orat.105 a, Cuius artẽ cùm indotatam eſſe atq; incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletaſti & ornaſti.

INDVCENDVS,a,um.de Inu.67 b,Loci communes raro inducendi.

INDVCIAE,arum.*belli ad tempus ceſſatio*.Att.113 a,Tum ad te ſcribam plura,ſi erit bellum: ſin autem etiam induciæ, te ipſum videbo. Off. 7 b, Cùm triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ.I.A. 218 a, Quid? ille faceret inducias? Att.243 b, Inducias fieri poſſe.

INDVCIOMARVS, *Gallus teſtis in M.Fonteium.*

INDVCO,cis.*impello,adigo,adduco*.de N.34 b,Ea difficultas induxit imperitos vt errarent.de Am.107 a,Inducere animũ iacẽtem amici in ſpem cogitationemq́; meliorẽ. pro S.R. 31 a, Inducere aliquem ad faciendum aliquid gratia, ſpe, precio,promiſſis.pro Cl.26 b, Qem ego vt mentiatur, inducere poſſum:vt peieret, exorare non potero. pro Rab. 95 a,Induxit eum L. Saturnini familiaritas,vt,&c.Oct.330 b,Ego patres conſcriptos ad parricidium induxi. ad Her. 11 b,Multos induxit in peccatum pecuniæ ſpes. Off.62 b, Per errorem alterũ inducere.I.P.79 b, Hic *vultus* eos,quibus erat ignotus. decepit, fefellit, induxit. pro S.R. 37 b, Socios inducere, decipere, deſtituere. Off. 44 a, Quæ te malum,inquit,ratio in iſtam ſpem induxit?vt,&c.

¶ *Affero,infero,introduco*.de Fat.145 a,Hanc rationẽ Epicurus induxit,ob eam rem, q̃, &c.de Diu.136 b, Cur igitur eos inducitis in captiones, quas nunquam expliceris? de Fin.139 a,Natura quaſi inſtitnit docere mentem ſiue hominem, & induxit in ea, quæ inerant tanquam elementa virtutis. de Or. 119 b, Qui hoc primus in noſtros mores induxit.pro Rab.Poſth. 124 a,Inducere nouum morem in rempublicam.In Ant. 256 b, Inducere nouum verbum in linguam Latinã de Leg.182 b, Inducere funus, *id eſt,deducere*.cõtra Rull.89 a,Sed nõ modò illis cauet, verumetiã aliud quoddã genus donationis inducit. Qu.fr.322 a,Itaq; mirificũ ἐμβόλιον cogito in ſecundũ librum meorũ librorũ inducere.de Vn.199 b, Seſeq; ipſe verſans *animus* ſempiternæ vitæ induxit exordium.At.14 a,Inducere controuerſiam de muſica.Ep 41 b,& 86 a,Vt agros quanti velletis,populo Romano induceretis.In Verrem 105 b,Inducere tectorium *id eſt, addere,allinire.)(.Delere*. de Diu.116 b, Epicurus iocandi cauſa deos induxit perlucidos & perflabiles. de Diu.131 a, Qua ergo ratione hæc Duo diuinãdi genera inducis,eadẽ illa poſſunt eſſe quæ tollis. Off.76 a, Etiam temperantiam inducunt,non facillimè illi quidem, ſed,&c.Off. 17 b, Rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt,ſeditionem atq; diſcordiam.Qu.fr.324 a, Puerum in hanc noſtram rationem conſuetudinemq́; inducemus. de Nat.26 a, Quæ eloquentia falſos deos ſuſtulit, eadem veros inducat. de Nat. 10 a, Poëtæ deos libidine furentes induxerunt. pro Cæl. 44 a, Sed quid ego iudices ita grauem perſonam induxi?pro Dom. 231 b, Et homo facetus inducis etiam ſermonem vrbanum, &c. Orat.20 b, Mutã quædam eloquentia (*al eloquentia*) inducere. Tuſc. 250 b, Tireſiam poëtæ nunquam inducunt deplorantem cæcitatem ſuam.Tuſc.180 b, Inducere fortiſſium virum lamẽtantem. * Epiſtol.41 b, Teſtes ſunt rationes ciuitatum, in quibus quantum quæque voluit, legatis tuis datum induxit.

¶ *Applico, adhibeo, accommodo, decerno*. Quin. de Pet.211 a, Deinde induc in anmum, ita ſimulandum eſſe.Att.4 a,Animum inducere nõ potui,vt viderem,&c. pro Sex.Roſc. 27 a,Qui potuit animum inducere,vt filium exhęredaret. Att.228 b, Antonius induxit animũ, ſibi licere quod vellet.de Diu.85 a, Tu igitur animum poteris inducere contra ea dicere,quæ,&c.de Diu.117 b,Tu igitur animum induces cauſam hanc defendere?& Tuſc.234 a,Inducãt animum diuitias contemnere.pro Syl. 183 a,Induxi in anmũ defendere aliquem.I.C.101 b, & 102 a, Si ire in exilium animum induxeris. pro Cluent. 26 b, Neq; enim legare eiuſmodi matri poterat in animum inducere. Att.103 a,Id quod animum induxerat, pauliſper nou tenuit.

¶ *Deleo*. Att.67 b, Inducre nomina.

INDVCOR,ris.*Deleor*.Attic.228 a,Etſi nomina facta ſunt,vel induci vel mutari poſſunt.* Att.19 b,Vt induceretur locatio poſtulatum eſt.

¶ *Adducor,impellor*.de Cl.192 b,Induci in errorem.ad Her. 11 b, & 29 b, Induci aliquo emolnmento ad agendum aliquid de Orat. 102 b, Studio alicuius induci ad aliquid faciendum. pro Sex. Roſc. 20 b, Ab hominibus nequam induci ad facinus conſciſcendum.Epiſt.62 b, & 63 a, Adduci voluntate, induci odio ad aliquid agendum.pro Pl. 281 a, Quibus *lachrymis* ego magno in metu meo ſubito inducor in ſpem, vos, &c.de Cl. 181 b, Induci ad miſericordiam,ad pudendum,ad pigendum. de Leg.169 a,Idq́; vt facerem,orationibus inducebar tuis. contra Rull. 80 a, Hic ager quoquo precio coemptus erit tamen ingẽti pecunia nobis inducetur.Att.63 b,Varro inducetur in aliquẽ locum,ſi modò erit locus.Att.209 b, Puero me hic ſermo inducitur.de Fin.61 b, Sapiens ab Epicuro beatus ſemper inducitur. Off. 59 b, Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui,&c.Epiſt.101 a, Mira enim perſona induci poteſt Britannici iuriſconſulti.in Anton. 155 a, Ne inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur. de Opt.244 b, A me gladiatorum par nobiliſſimum inducitur.

INDVCTIO,onis.*deriuatio*. de Nat. 57 a, Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.

¶ *Introductio*..de Or. 162 a, Perſonarum ficta inductio vel grauiſſimum lumen augendi, deſcriptio,erroris inductio *permultum mouet.*

¶ *Applicatio,deliberatio,ſuaſio*. Qu.fr.296 a,Hoc non eſt poſitum in labore aliquo, ſed in quadam inductione animi atq; voluntate.de Inu.52 b,Inductio eſt oratio,quæ rebus non dubijs captat aſſenſionem eius, qui cum inſtituta eſt, &c. Epiſt.9 a,Tantum enim animi inductio,& mehercule amor erga Pompeium apud me valet, vt, &c.* de Inu.52 b, Omnis argumentatio aut per inductionem tractanda eſt,aut per ratiocinationem. de Inu.53 a,Cuius confirmãdi cauſa fiet inductio.ibid.Quò ſpectent illæ primę inductiones,& ad quem ſint exitum peruenturæ. & b, Alia vtendum inductione.ibid. Poterit accuſator argumẽtatione vti per inductionem. ibid. Ac de inductione quidem ſatis in præſentia dictum videtur. Top. 224 a, Hæc ex pluribus perueniens quò vult, appellatur inductio, quæ Græcè ἐπαγωγὴ nominatur, qua plurimum eſt vſus in ſermonibus Socrates.

INDVCTVS,a,um. *impoſitus*. de Iuuent. 81 a, Soleæ ligneæ in

pedes induɥtæ ſunt. & ad Her. 5 a,* Soleæ ligneæ pedibus induɥtæ ſunt. *Alij indutæ, & alij inditæ legunt.*

¶ *Adductus.* Tuſc. 162 a, Quinta quædam natura ab Ariſtotele induɥta. Epiſt. 4 a, A' tuis inuidis nomen induɥtum ficɥtæ religionis. pro Cæl. 42 b, Illa ſubtiliter ad criminandum induɥta oratio. pro Muræn. 159 a, Hæc M. Cato autoribus eruditiſſimis induɥtus arripuit. I. A. 175 b, Dolabella tum eſt impulſus, eliſus, induɥtus. pro Cæl. 44 a, Is nulla cupiditate induɥtus de via deceſſit. pro Planc. 280 a, Cùm tibi vana quædam falſa ſpe induɥtus pollicebar. pro Quint. 2 b, Tamen induɥtus familiaritate id fecit. con. C. Anton. Qua amentia induɥtus ſit.

† Syntaxis. *Inducere aliquem in elementa virtutum. Inducere controuerſiam de iure. Inducere virum aliquem lamentantem. Inducere animum dicere. Inducere animum, vt: & in animum. Inductus ſpe, familiaritate.*

INDVCTVS, ɥtus. ad Her. 11 a, Quod alieno induɥtu fecerit. *id eſt, impulſu.** pro L. Varen. Vtrum velitis, caſu illo itinere Varenum eſſe vſum, an huius perſuaſu & induɥtu.

INDVLGENS, tis. *facilis.*) (. *Difficilis, ſeuerus, acerbus.* Off. 75 a, Qui nuper indulgens in patriam, idem acerbus & ſeuerus in filium. pro Clu. 20 a, Quo enim eſt ipſum nomen amantius indulgentiusq; maternum hoc, &c. Tuſc. 193 a, Sed vide ne hæc oratio ſit hominum aſſentantium noſtræ imbecillitati, & indulgentium mollitudini. Orat. 211 b, Conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor. de Leg. 163 b. Epicurei ſibi indulgentes, & corporibus deſeruientes, &c. omnia, &c. de Amic. 113 a, Sed obſequium multò moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit.* Att. 159 a, Pater nimis indulgens, quicquid ego aſtrinxi, relaxat.

INDVLGENTER, *familiariter, leniter, molliter.* Att. 143 a, Illud præclarè admonens, cum illum videro, ne nimis indulgēter, at cum grauitate potiùs loquar. de Fin. 87 b, Facere aliquid partim indulgenter, vel cum labore.

INDVLGENTIA, tiæ. *obſequium, patientia, lenitas, præſertim in filios.* Poſtquam. 198 a, Mihi liberi mei propter indulgentiā meam vita ſunt mea chariores. Att. 157 a, Filius patris indulgentia deprauatus. pro Syll. 179 b, Vniuſcuiuſq; indulgentiam teſtatur in ſuos. in Verr. 99 a, *bis*, Qui ſimili ſenſu atque indulgentia filiorum commouemini. Attic. 287 a, Tribuere indulgentiam alicui. Att. 142 b, Et hoc Cæſar ꝑ ſua in nos indulgētia probauit. de Orat. 124 a, Si feræ partus ſuos diligunt, qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus? de Leg. 163 a, Homines inter ſe naturali quadam indulgentia & beneuolētia contineri. de Leg. 168 a, Cùm animus cognitis virtutibus à corporis obſequio indulgentiaq; diſceſſerit. * pro Seſt. 4 b, Si meam in illum indulgentiam coniunɥtam cum ſumma cuſtodia Reipub. laudare verè ſolebatis. Ep. 157 b, Nimia eius indulgentia in Lepidum ad hæc pericula perſpicienda fecit eum minus ſagacem. Att. 165 a, Sed non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem ſuorum: ferocem fortaſſe ac arrogantem & infeſtum facit. Itaq; habet hæc quoque, quæ naſcuntur ex indulgentia.

INDVLGEO, es. *obſequor, in aliquem ſum ambitioſus, indulgentiam tribuo, aſſentor.* in Ver. 160 a, Is ciues Romanos coluit, ijs indulſit, eorum voluntati & gratiæ deditus fuit. de Amic. 106 b, Spernere veteres amicitias, & indulgere nouis. Qu. fr. 300 a, At enim Græcis ſolis indulgeo, quòd, &c. Epiſt. 263 b, Sed vtut eſt, indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deſeruis, ſeruiſti non ſatis. de Inu. 48 a, Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat? cur potat? cur his rebus ſumptus ſuggeris? veſtitu nimio indulges, nimium ineptus es. Tuſc. 217 b, Ipſaq; ſibi imbecillitas indulget, in altumq; prouehitur imprudens. Tuſc. 117 b, Indulgere ſibi.

† Syntaxis. *Indulgens in aliquem. Amans & indulgens nomen. Indulgentia & ſenſu paterno in aliquem commoueri. Tribuere indulgentiam alicui. Animus ab indulgentia corporis diſcedit. Indulgere nouis amicitijs.*

* INDVLGENTVR. de Amic. 106 b, Sperni ab ijs veteres amicitias, indulgeri nouis.

INDVMENTVM, ti. *veſtimentum.* de Nat. deor. 1. Quod cùm efficere vultis, indumenta tamen corripitis.

INDVO, is. *veſtio, induco.* de Inuent. 81 a, Offi. 59 a, Is annulum ei vidit in digito: quem vt detraxit, ipſe induit. de Fin. 80 a, Ex eius ſpolijs ſibi & torquem & cognomē induit. Att. 236 b, Quare talaria induamus. Tuſc. 242 b, Epicurus qui tantummodo induit perſonam philoſophi, ſibi ipſe hoc nomen inſcripſit. Tuſc. 179 a, Qui cùm Deianiræ ſanguine centauri tinɥtam tunicam induiſſet, ait ille, &c. Off. 60 a, Ponit enim perſonam amici, cùm induit iudicis. Acad. 6 a, Antiochus in idipſum ſe induit quod timebat. in Verr. 129 a, Hic videte, in quos laqueos ſe induerit.)(. *Expedire ſe ex laqueis.* & 129 b, Videte, vt dum expedire ſeſe vult, induat, & 50 a, Ipſe ſeſe induit. de Diu. 117 a, Cùm autem ij anhelitus ſe in nubem induerint, &c. *id eſt, conuerterint.* Tuſc. 168 a, Habes ſomnum imaginem mortis, eamque quotidie induis.

INDVOR, ris. in Verr. 270 a, Sua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt.

INDVTVS, a, um Offic. 21 b, Intelligendum eſt duabus quaſi nos indutos eſſe perſonis: quarum vna, &c. altera, &c. pro Syll. 181 b, Belluæ quædam illæ ex portentis immanes ac feræ forma hominum indutæ extiterunt. de Nat. 38 b, Dij induti ſpecie humana. Attic. 7 b, Vir indutus muliebri veſtitu. de Orat. 154 b. Pallium quo amiɥtus, ſoccos, quibus indutus eſſet. ad Her. 38 b, Cùm citharœdus prodierit optimè veſtitus, palla inaurata indutus.

INDVPERATOR, oris. *Imperator.* de Diu. 102 a,
*Omnis cura viris vter eſſet induperator.* Ennij.

* INDVROR, aris. Incer. Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.

INDVS, di. *fluuius Indiæ omnium maximus.* de Nat. deor. 52 b,

INDVSTRIA, ſtriæ. *ars, ingenium, ſolertia, diligentia, ſedulitas, labor.* Att. 84 a, Quare non οἴχεται tua induſtria, ſed præclarè ponitur. de Clar. 166 b, Ecquodnam curriculum aliquando ſit habitura tua & natura admirabilis, & exquiſita doctrina & ſingularis induſtria. Tuſcul. 241 a, Alterius mens rationibus agitandis exquirendiſq; alebatur, cum oblectatione induſtriæ, qui eſt vnus ſuauiſſimus paſtus animorum. Att. 282 a, Meſſala tanta eſt induſtria, tantumq; euigilat in ſtudio, vt, &c. pro Pomp. 9 b, Induſtria in agēdo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo: quæ tanta ſunt in hoc vno. Epiſt. 208 a, Quod verſabatur in hoc noſtro ſtudio, & cum ingenio, vt noſti, nec ſine induſtria. pro Cæl. 47 a, Ingenium induſtria alitur. Poſtquā. 203 a, Mihi in labore perferendo induſtria non deerit. de Seneɥt. 81 b, Manent ingenia ſenibus, modò permaneat ſtudium & induſtria. pro Pomp. 4 a, Nihil huc niſi perfeɥtum ingenio, elaboratum induſtria, afferri oportere. Ep. 39 b, Qui in ſcribendo tantum induſtriæ ponam. Orat. 211 a, Vbi etiam de induſtria id faciendum fuit. & 212 b, Etiā ſi nihil eſt faɥtum de induſtria. & 215 a, αὐτόματα numerum oratorium neceſſitate ipſa efficiunt, & eum ſine induſtria. Orat. 220 a, Neq; verbum ita traiiciat, vt id de induſtria faɥtum eſſe videatur. & de Inuent. 61 a, & 67 b, & de Orat. 167 b, Incuruatum de induſtria. Offic. 56 b, Iniuriæ quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur. Offic. 22 a, Erat in L. Craſſo multus lepos, maior etiam magiſq; de induſtria in C. Cæſare L. filio. de Clar. 191 a, Exilitatem de induſtria conſequi.* de Orat. 146 b, Eſt autem vitium, quod nonnulli de induſtria conſeɥtantur. Orat. 197 b, Langueſcit induſtria. I. V. 72 b, Illud mihi nequaquam dignum induſtria conatuq; meo videbatur, &c. verum tamen dignum, in quo omnes neruos ætatis induſtriæq; meæ contenderem. ibid. Qui quaſi de induſtria in odium offenſionemq; populi Rom. irruere videantur. de Fin. 71 b, Vt bacillum aliud eſt inflexum & incuruatū de induſtria, aliud ita natum. Tuſc. 218 b, Si quando opificum antelucana viɥtus eſſet induſtria. Heren. 23 b, In μνημονικοῖς minimum valet doɥtrina, niſi induſtria, ſtudio, labore, diligentia comprobetur. & 24 b, Autoritas antiquorum, &c. acuit induſtriā.

INDVSTRIVS *aduerbium, artificioſius, diligentius.* pro Dom. 218 b, Quis de illius dignitate induſtriùs, quis Senatui ſæpius, *Alij Illuſtrius legunt,* dixit?

INDVSTRIVS, a, um. *ingenioſus, ſolers, laborioſus,* φιλόπονος. pro Cæl. 53 b, Quæ niſi vigilantes, niſi ſobrij, niſi induſtrij, conſequi non poſſent. in Verr. 158 b, & pro Pomp. 7 a, Homo nauus & induſtrius, experientiſſimus & diligentiſſimus. Att. 126 a, Homo vigilans & induſtrius. Tuſc. 239 b, In rebus gerendis vir acer & induſtrius. & 182 b.

† Syntaxis. *Vigilans, ſobrius, induſtrius. Nauus, induſtrius, experientiſſimus, diligentiſſimus. Acer & induſtrius in rebus.*

INEDIA, diæ, *fames, eſuries.* pro Planc. 264 a, Minturnenſes C. Marium feſſum inedia fluɥtibusque, recrearunt. Epiſt. 262 a, Inedia & purgationibus conſumi. Tuſc. 166 a, A' vita quidam per inediam diſcedens, reuocatur ab amicis. de Fin. 144 a, Inedia necatus eſt Regulis. * Tuſc. 183 b, Aniculæ ſæpe inediam biduum aut triduum ferunt.

INELEGANS, tis. *impolitus, inconcinnus.* de Clar. 191 a, Orationis non in elegans copia. & de Nat. deor. 38 b, Phyſica ratio non inelegans.

INELEGANTER *impolitè, indiſertè.* de Fin. 70 a, Primùm diuiſit ineleganter, &c. de Clar. 163 b, Oratio non ineleganter ſcripta.

INENODABILIS, le. *inexplicabilis, inextricabilis.* de Fat. 144 a, Res inenodabiles.

INEO, inis. *adeo, vado, ingredior.* ꝑ Deiot. 145 a, Tu illius domū inire voluiſti. de Ar. 212 b. Cùm quod ineas cubile nō ſentis. pro S. R. 26 b, Filius conuiuia cum patre non inibat.

* in Piſ.

* in Piſ. 93 b, Conuiuium publicum non dignitatis cauſa inibat: niſi fortè vt cum P. Clodio, hoc eſt, cũ compotoribus (*al. amoribus*) ſuis cœnet. de Leg. 183 a, Sequebantur epulæ, quas inibant propinqui coronati.

¶ *Incipio.* Offic. 8 b, & de Fin. 113 a, Inire prælium.

¶ *Inuenio, capio.* de Aruſp. 255 a, Inire gratiam ab aliquo. in Verr. 131 b, & pro Cec. 300 a, Inire gratiam ab omnibus aliquo facto.

¶ *Suſcipio, aggredior.* I. A. 191 a, Cùm conſules magiſtratum inierint. in Verr. 71 b, Inire magiſtratum. pro Sext. R. 56 b, Inire conſilia cũ aliquo contra aliquem. pro Deiot. 144 b, Inire conſilium facinoris contra vitã alicuius. Attic. 282 b, Conſilia inire cœpit reipub. liberandæ. I. A. 204 b, Cùm conſules inirent rationem de commodis militum augendis. Ep. 216 a, Inire rationẽ, quemadmodum aliquid fiat, Att. 43 b, Inire conſilia de pernicie alicuius. pro Mur. 143 b, Inire conſilium faciendi aliquid. * Ep. 141 b, Nam & Aquini & Frabateriæ conſilia ſunt inita de me.

¶ *Conflo.* Att. 108 a, Inire ſummam gratiam cũ bonis omnibus. de Nat. 50 b, Pinna cum ſquilla quaſi ſocietatem init comparandi cibi.

Ineor, ris. contra Rul. 79 a, Inietur ratio quęſtus de pecunia veſtra: *aliàs, inuenietur.* de Clar. 183 b, Plures ineuntur gratiæ, ſi vno tempore dicas pro pluribus. Attic 225 a, Ea ratio ædificandi initur conſiliario quidem & autore Veſtorio. pro Dom. 239 a, De Pompeio interficiendo conſilia inibantur. * Oec. 1, Vt vitę ſocietas iniretur.

† Syntaxis. *Inire prælium, rationem, conſilium, amicitiam, ſocietatem, gratiam, viam. Ineunda ratio, & reperienda via.*

Inepte. *inſulsè.* de Clar. 191 a, Ineptè, odiosè, putidè dicere. & Att. 13 b, Tuſc. 150 a, Facere ineptè. & Epiſt. 85 a.

Ineptiae, arum. *nugæ.* de Orat, 94 a, Peto à vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis. de Orat. 110 a, Omnium autẽ ineptiarum, quæ ſunt innumerabiles, haud ſcio an vlla ſit maior, quàm vt illi ſolent, quocunq; in loco, quoſcunque inter homines viſum eſt de rebus difficillimis, aut nõ neceſſarijs argutiſſimè diſputare. Tuſc. 168 a, Pellantur ergo iſtæ ineptiæ penè aniles. pro S. R. 25 b, Quid ad iſtas ineptias abis, inquies?* pro Clu. 54 a, Niſi fortè ineptijs ac fabulis ducimur. Ep. 23 a, Vt eos partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Epiſt. 36 a, Quæſo etiámne tu has ineptias?

Ineptvs, a, um. de Or. 110 a, Nam qui aut tẽpus quid poſtulet non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibus cũ eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinnus eſt, aut multus, is ineptus dicitur. & ibid. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quòd non ſit aptus. de Orat. 94 a, Dimittebam à me Scæuolam, cum ei ita dicerem, me velle eſſe ineptum: id erat petere blandius, quod niſi ineptè fieret, bene non poſſe fieri. Tuſc. 166 b, Ineptum ſanè negocium & græculum. de Orat. 104 a, Aliquem ineptum aut græculum putare. de Legib. 157 a, Aliquis in loquendo multus, & ineptus ad ſummam impudentiam. Att 62 b, Sed hoc ne curâris: ego ineptus, qui ſcripſerim. Orat. 199 b, Nihil habet Lyſias inſolens atq; ineptum.

† Syntaxis. *Ineptè, odiosè, putidè dicere. Ineptum negocium. In loquendo multus, & ineptus ad ſummam impudentiam.*

Inermis, me. *inermus.)(. armatus.* Att. 278 b, Perterritos, inermes, ſaucios, non ſunt noſtri duces perſecuti. ꝓ Cec. 269 b, Arma qui non habuerint, inermes fuiſſe vinces. Anteq. 197 a, Cedam inermis armatis. Ep. 172 b, Manus peditum inermium. * de Fin. 43 a, In altera philoſophiæ parte iſte veſter *Epicurus* planè inermis ac nudus eſt. pro Roſc. 42 a, Qui cum illis ſenſerim. Tametſi inermis iudices, ſenſi. *Alij inermus legunt.* pro Dom. 228 b, Ne eam ciuitatem, quam ſeruaſſem inermis, armatus in diſcrimen adducerem.

Inermvs, a, um. *inermis.* Ep. 167, Multitudo inermorũ. & 173 b, Cũ paucis inermis perterritis metu, fracto animo fugiſſe Antonium. ad Br. 278 b, Perterritos, inermos, ſaucios, non ſunt noſtri duces perſecuti: *aliàs inermes.*

Inerrans, tis. )(. *errans, vagus. vt, Stellæ errantes.* de N. deor. 36 b, & 69 b, Stellæ inerrantes.

Iners, tis: ſſimus. *ignauus, ſeditioſus, ſomniculoſus, ἀργὸς λόγος, languidus.)(. operoſus, ſemper agens aliquid & moliens.* contra Rul. 84 b, Inertiſſimũ & deſidioſiſſimum ocium. de Sen. 84 a, Iners, ignauia, & ſomniculoſa ſenectus. de Fin. 50 a, Inertiſſima ſegnitia. de Fat. 146 a, Rectè hoc genus interrogationis ignauum atq; iners nominatũ eſt. de Orat. 141 b, Neq; verũ eſt, quod ab inertib⁹ dicitur, &c. de Clar. 186 b, Cenſorinus iners & inimicus fori. de Fin. 88 b, Artes q̃bus qui carebãt, inertes à maiorib. nominabantur.* I. V. 147 b, At homo inertior, ignauior, &c proferri non poteſt.

Inertia, tię. *ignauia, deſidia, ſegnities, nequitia, negligẽtia, pigritia.* pro Mur. 126 a, Fuga laboris inertiã coarguit & deſidiam.



I. C. 98 a, Iam me ipſum inertię nequ[illegible] condemno. pro Qu. Roſ. 49 a, Qui tantas pecunias nõ propter inertiam laboris, ſed propter magnificẽtiam liberalitatis repudiauit. de Or. 90 b, Duo illa relinquamus, idq; largiamur inertiæ noſtrę. & 99 a, Condemnare aliquẽ inertiæ. Ep. 196 a, Nec tua ignauia etiã inertiã afferet. ad Her. 2 a,* Si inertiã ignauiam, deſidiam, luxuriam aduerſariorũ proferemus. I. C. 103 a, Non eſt vehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ ac nequitiæ pertimeſcenda.

¶ *Inertia etiam arti opponitur.* Partit. 233 a, Animi affecti virtutibus, vitijs, artibus, inertijs.

† Syntaxis. *Ocium iners & deſidioſum. Iners & ignaua ſenectus, ſegnities. Interrogatio iners & ignaua. Inertes, abſolute. Inertia, ignauia, deſidia. Animi vitia, inertia.*

Ineruditvs, a, um. *indoctus, rudis.* ꝓ Dom. 231 b, Nõ ſum tam ineruditus, qui Mineruam Iouis ſororem, meam eſſe ſororẽ exiſtimem. Ac. 33 b, Modò ne quis illud tam ineruditum abſurdumq; reſpondeat. de Fin. 63 b, Non ergo Epicurus ineruditus, ſed ij indocti, qui, &c.

* Inevndvs, a, um. I. V. 171 b, Mihimet ineunda ratio & via reperienda eſt, qua, &c. Att. 191 b, Ineunda eſt nobis ratio, quemadmodum poſſimus. Hortenſ. Ineundis ſubducendiſq; rationibus.

Inexercitatvs, a, um. *qui vſum nõ habet, tyro.* de Or. 115 a, Hoc mihi crede, ludus eſt homini nõ hebeti neq; inexercitato, &c. Tuſc. 183 a, Rudis ille & inexercitatus miles. de Clar. 176 b, M. Marcellus promptus & non inexercitatus ad dicendum fuit. de Sen 90 b, Nec tanquam inexercitatus hiſtrio in extremo actu corruiſſe.

Inexercitvs, a, um. Tuſc 250 a, Aſclepiades non ignobilis, nec inexercitus philoſophus: *aliàs, non ignobilis Eretricus philoſophus: & rectius.*

Inexhavstvs, a, um. de Fin. 91 a, Erat enim, vt ſcis, in eo inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat, de Catone.

Inexorabilis, le. *implacabilis, inexpugnabilis, inexpiabilis.)(. placabilis, exorabilis.* pro Syl. 184 a, Qui vehemens in alios, inexorabilis in cæteros eſſe viſus ſum. Qu. fr. 301 a, In literis mittendis nimiùm te inexorabilem exorabilem præbuiſti.* Tuſcul. 150 a, Inexorabiles iudices.

Inexpectatvs, ta, um. *inſperatus.* de Or. 129 b, Quæ fuit illa, quanta vis, quàm inexpectata, quàm repentina.

Inexpiabilis, le. *implacabilis, quod expiari purgariq; nõ poteſt.* de Ar. 244 a, Cũ his inexpiabile bellũ mihi ſuſceptũ eſt. & 257 b, Inexpiabile ſcelus. & I. A. 237 a, in Piſ. 97 a, Præbere ſe implacabilem inexpiabilemq; alicui. in Ant. 155 a, Ne inexpiabiles religiones in rempubl. inducerentur. Tuſcul. 163 b, Qui in republ. violanda, fraudes inexpiabiles concepiſſent. ibid. 154 a, Imexpiabilis religio.

† Syntaxis. *Implacabilis & inexpiabilis. Fraus inexpiabilis, religio.*

Inexplebilis, le. *inſatiabilis, inſaturabilis.* Tuſc. 213 b, Inexplebilis cupiditas.

Inexplicabilis, le. *inenodabilis.* At. 120 b, O rem diffililẽ & inexplicabilẽ. et 155 b, Res ſunt inexplicabiles. et Aca. 24 a, Hæc ſcilicet inexplicabilia eſſe dicitis. At. 244 a, Tu quid egeris tua cùm triſti, tum etiam difficili ad conſiliandũ legatione, vehementer expecto: eſt enim inexplicabilis.

Inexpvgnabilis, le. Tuſc. 236 a, Volumus enim eũ q̃ beatus ſit, tutũ eſſe, inexpugnabilẽ, ſeptum atq; munitum, &c.

Inextricabilis, le. *inexplicabilis.* Acad. 24 a, Hæc ſcilicet inextricabilia eſſe dicitis: *aliàs, inexplicabilia.*

Infacetvs, ta, tum. *inurbanus, inconcinnus.* pro Cæl. 52 b, Non infacetum mendacium. Offic. 63 a, Homo non infacetus & ſatis literatus.

Infamia, miæ. *nota, macula, probrum, nota turpitudinis, ignominia, dedecus, contumelia.* pro Flac. 164 a, Eſto, habuit quandã ille infamiam ſuam. pro Cęl. 46 b, Inferre infamiam alicui. Att. 67 a, Conſules flagrant infamia. pro Clu. 18 b, Negem fuiſſe infamiam iudicij corrupti. I. C. 100 a, Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? contra Rul. 84 b, Effugere infamiam crudelitatis. Epiſt. 2 a, Vt magnam infamiam fugiat. Tuſcul 218 b, Ferre ignominiam & infamiam ſine dolore. pro Cluent. 30 a, Iudicia vera atque inſigni turpitudine notata, atq; oppreſſa dedecore & infamia. Partit. 238 a, Vt ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat. * I. V. 147 b, An ab hac eius infamia & nequitia veſtros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? * Attic. 256 b, Egò verò Auſtro gratias miras ago, qui me à tanta infamia auerterit.

Infamis, me. *turpis, habens infamiam, famoſus contaminatiſſimus, omnium ſcelerum libidinumq; maculis notiſſimus, ſceleribus notatus.* pro Dom. 227 b, pro Font. 281 a, Turpis adoleſcentia, vita infamis. pro Clu. 44 b, Homines omnibus vitijs atq; omni dedecore infames. in Cat. 106 a, Mulier infamis. pro S. R. 35 a, Infamis palma.

INFAMO, as. *noto,ignominiam,notam, maculam inuro,ignominiâ noto, exiſtimationem offendo, deformo, detraho, infamiam infero, nota atq; ignominia condemno, maledictorum notis inuro.* Epiſt. 132 a, Vt tua moderatio aliorum infamet iniuriam.

† Syntaxis. *Infamiam habere, inferre. Infamia flagrare. Infamiæ dedecus. Infamiam ferre. Dedecore & infamia opprimi. Omni dedecore infamis. Infamare aliquem.*

INFANDVS,a,um. *nefandus, execrandus.* de Orat. 138 a, Ex re, ſi crudelis, ſi infanda, ſi præter opinionem. pro Seſtio. Vix homines odium ſuum à corpore eius impuro atq; infando repreſſerunt.

INFANS,tis. *puer infans, paruus.* de Orat. 123 b, Omnia manſa, vt aiunt, nutrices pueris infantibus in os inſerere. pro Cluen. 23 a, Cùm haberet ex Næuia infantem filium. pro S.R. 44 a, Infantium puerorum incunabula. de Diu. 105 b, Scribit Herodotus Crœſi filium, cùm eſſet infans locutū. de Fin. 63 b, Si infantes pueri, ſi mutæ etiam beſtiæ penè loquuntur * Orat. 209 a, Vt puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus: vt alia in cauſa excitato reo nobili, ſublato etiam filio paruo, plangore & lamentatione cōpleremus forum. de Fin. 71 b, Nec verò vt voluptatem expetat, natura mouet infantem, ſed tantùm vt ſeipſe diligat, vt integrum ſe ſaluumq; velit.

INFANS, tior: tiſſimus. *indiſertus.)(. eloquens, diſertus* de Cl. 171 a, Ipſum Scipionem accepimus nō infantem fuiſſe. de Inuent. 42 b, Infans & inſipiens homo. de Fin. 39 b, Homo infans atq; impotens. ad Heren. 9 a, Dialectici infantiſſimi. de Clar. 173 b, C. Fannij in hiſtoria oratio neq; nimis infans, neque perfectè diſerta. Att. 324 a, Omnino nihil illo conſilio ſordidius.

INFANTIA,tiæ *ieiunitas, orationis inopia.)(. eloquentia.* de Orat. 156 a, Nec infantia eius qui rem nouit, ſed eam explicare dicendo non poteſt: nec inſcitia illius, cui res non ſuppetit. verba nō deſunt, eſt laudanda. ad Her. 9 a, Vt huius infantiæ garrulam diſciplinam contemneremus. *Dialecticam intelligit.* Attic 65 a, Incredibilis infantia accuſatorum. *Top 228 a, Poſsítne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam?

† Syntaxis. *Puer infans. Infans filius. Infans. Infantiſsimus dialecticus.*

INFATVO,as. *fatuum ſtultumq; reddo.* pro Flac. 156 a, Neminē quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet & in Ant. 187 b, Vt hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica.

INFECTOR oris. Ep. 27 b, Curtius noſter dibaphum cogitat, ſed eum infector moratur.

INFECTVS,a,um de Legib. 173 b, Quæ augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, diráue dixerit, irrita infectaq; ſunto. de Inuent. 72 b, Habere aliquid factum pro infecto. Top. 222 a, Promittere damni infecti.

¶ *Vitiatus* Attic. 281 b, Animi hominum infecti partibus. Att. 7 b, Vereor, ne, quod infectum eſt, ſerpat longiùs.

INFELICITAS, tis. *aduerſa vel incommoda fortuna, incommodæ res, calamitas.* Antequam. 196 a, Vtiq; ea maneat exiſtimatio, quę virtute parta, non quę infelicitate illata eſt I.P. 89 a, Amiſiſti exercitum: ſit hoc infelicitatis tuæ. de Diu. 121 b, Nec enim tanta eſt infelicitas aruſpicum, vt ne caſu quidem vnquam fiat quod futurum illi eſſe dixerunt. de Fin. 82 b, Beatè viuere alij in alio, vos in voluptate ponitis: item contrà, omnem infelicitatem in dolore.

INFELIX,cis. *miſer, calamitoſus, ærumnoſus, deiectus ad calamitatem, dura & crudeli fortuna.* I A. 172 b, Si quis re pub ſit infelix, is felix eſſe non poteſt. pro Planc 280 b, O cuſtodiā mei capitis infelicem. pro Rab. 92 b, Caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito. I V. 296 a, Infelix & ærumnoſus. pro Qu. 17 b, Miſer & infelix. Orat. 212 a, Inhumanus prima litera breui, infelix longa dicimus.

† Syntaxis. *Infelix & ærumnoſus. Miſer & infelix.*

INFENSIVS, *aduerbium.* Orat. 213 b, Quis porrò Iſocrati eſt aduerſatus infenſiùs?

INFENSVS,a,um *inimicus.* I.V. 61 a, Homines qui illi inimici infenſiq; ſunt. & 95 b, In te concitati infenſiq; ſunt. pro Cluen 33 a, Iudices infenſi reo. I.C. 100 b, Si me meis ciuibus ſuſpectū tam grauiter atq; infenſum viderem in Verr. 139 a, Infenſo animo atq; inimico. Tuſcul. 222 a, Nec tam fuit hominum generi infenſa atq; inimica natura. Ep. 157 a, Pertinaciter cuipiam infenſus. pro Seſt. 11 b, Aliquem eſſe infenſum fortunis alicuius.

† Syntaxis. *Inimicus & infenſus. Incitatus & infenſus. Suſpectus & infenſus.*

INFERCIO,is. *inculco.* Or. 220 a, Neq; inferciens verba quaſi rimas expleat.

INFERENDVS a,um ꝓ Mil. 115 b, Caſtris, exercitu, ſignis inferendis fundos alienos petere de Am. 108 b, Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis.

INFERI,orum. *dij manes, inferorum animæ, ſubterranei.* de Inu. 52 a, Impijs apud inferos pœnas eſſe præparatas. & Tuſc. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. de N. 69 b, Hercules apud inferos. Tuſc. 155 a, Permanere animos arbitramur conſenſu nationū omnium: quali in ſede maneant, qualesq; ſint, ratione dicendum eſt: cuius ignoratio finxit inferos, easq; formidines, quas tu contemnere non ſine cauſa videbare. in Ver 262 a, Excitare aliquem ab inferis. de Cl. 195 a, Excitare ab inferis locupletiſs. teſtes. pro Mil. 118 a, Reuocare aliquem ab inferis in Verr. 258 a, Aliquem fore ab inferis teſtem. in Vat. 31 b, Inferorū animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare. Orat. 204 b, Nec ab inferis mortuos excitabit. I. A. 264 a, Illi ad inferos pœnas parricidij luent, vos piorum eſtis ſedem & locū conſecuti. pro Clu. 54 a, Quid tandem illi mala mors attulit? niſi fortè ineptijs ac fabulis ducimur, vt exiſtimemus illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre, ab vxorum necatarum pœnis, actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedem atq; regionem I. C. 119 b, Vt aliqua in vita formido improbis eſſet poſita, apud inferos eiuſmodi quædam illi antiqui ſupplicia impijs conſtituta eſſe voluerunt: quòd videlicet intelligebant, his remotis non eſſe mortem ipſam pertimeſcendam.

INFERIAE, arum *denicales, iuſta, feralia, mortuorum ſacra.* de Nat 67 b, Tertius Hercules eſt ex Ideis digitis, cui inferias afferunt.

† Syntaxis. *Excitatus ab inferis. Reuocare, elicere ab inferis. Ad inferos luere pœnas.*

INFERIOR, ius, ſimus. Qu. fr. 293 a, Quem ego intelligo prudentia non eſſe inferiorem quàm me, vſu etiam ſuperiorem. pro Pl. 265 a, Inferiorem quàm te, &c. Offic. 23 b, Timotheus belli laude non inferior fuit quàm pater. de Clar 180 b, Is in iure ciuili nō inferior quàm magiſter fuit. de Cl 185 a, Inferior ætas, &c )( *ſuperior ætas.* de Cla. 181 a, Aetate inferior paulò. pro Qu 18 a, Indignum eſt vinci ab inferiore atq; humiliore de Cl. 167 a, Cauſam inferiorem dicendo fieri ſuperiorem poſſe. de Ar. 258 a, Inferior gradus. Ep. 204 b, Superior ordine inferior fortuna. de Orat. 100 a, Similiq; in genere, inferiore ordine. pro Corn. 62 a, Illud autem quod adiunctum eſt, vt maieſtatem populi Rom. conſeruent, id habet hanc vim, vt ſit ille in fœdere inferior. de Amic. 96 b, Qui omnia ſua in ſe poſita eſſe ducit, & humanos caſus virtute inferiores putat. ad Her. 36 b, In inferiores crudelis, in ſuperiores contumax, in æquos & pares faſtidioſus. * de Clar. 184 b, Multum ab his aberat L. Fuſius: *id eſt, his inferior erat.*

INFERNVS,a,um. *inferus* de Nat. 48 b,

*Hic ſeſe infernis è partibus erigit hydra.* & in Arat.

*—ſubiens inferna leonis:* id eſt, *inferiores partes.*

† Syntaxis *Inferna ſedes. Inferna, ſimpliciter.*

*INFERENS,tis. pro Flac. 147 a, Qui Catilinam ſigna patriæ inferentem interemit.

INFERO, fers. *inueho, importo, induco, affero, offero, intrudo.* Offic. 49 a, Paulus nihil in domum ſuam intulit, præter memoriam nominis ſempiternam. pro Dom. 234 a, Qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, in meam intulit? pro Cec. 292 b, Cùm pedem intulero, atq; in poſſeſſionem veſtigium fecero, tum excludar. pro Flac. 147 a, Inferre ſigna patriæ. In Ant 263 a, Cùm Hircius aquilā quartæ legionis inferret. Att. 135 a, & 152 a, Bellū Italię terra mariq; inferamus. Offic. 16 b, Inferre bellum alicui. I. A. 198 b, Ille furens infeſta iam patrię ſigna inferebat. pro Milon. 111 a, Inferre vim.)(. *repellere vim.* pro Deiot. 144 a, Inferre terrorem alicui. in Verr. 257 b, Inferre crimē proditionis alicui. I.A. 259 b, Inferre turpitudinē alicui. de Ar. 245 b, Qui puluinaribus Bonæ deæ ſtuprum intulit. ad Her. 28 a, Non parenti manus intuliſti? I C. 101 b, Inferre vim & manus alicui. pro Seſt 3 a, Inferre periculum alicui pro Planc. 277 b, Inferre metum mortis alicui. Offic. 43 a, Inferre periculum capitis alicui. pro Corn. 59 b, Inferre ſe in diſcrimen vitæ pro patria. pro Cæl. 46 b Inferre infamiam bonis, probrū caſtis, labem integris. de Inuent. 44 b, Inferre morā & impedimentum alicui ad Her. 35 a, Inferre crimina.)(. *diluere crimina* de Aruſp. 252 b, Inferre iniuriam ſtupri in aliquem. I.C. 115 b, Inferre ignes tēplis deorū. pro Clu. 37 b, Multū mali, multum periculi vnicuiq; noſtrûm inferre poteſt vis tribunitia. pro Fl. 155 b, Is vltrò ſuis ciuibus ſumptū intulit. pro Cec. 287 b, Atq; etiā ſe ipſe inferebat & intrudebat. pro Fl. 150 a, Inferre rationes falſas, & referre in tabulas quodcunq; commodū eſt. pro Mil. 104 b, Inferre mortem alicui per ſcelus. I.P. 91 a. Inferre ſe in vrbē. pro Fon. 283 a, Age verò nunc inferte oculos in curiam, introſpicite penitùs in omnes reipub partes, vtrum, &c. de Or. 128 b, Nō enim ſicut, &c. ita miſericordiam, aut inuidiam, aut iracūdiam ſimulatq; intuleris, poſſis cōmouere. Octa. 330 a, Inferre arma alicui. de Ar. 244 a, Qui ſupplicia neq; à ſociorū mœnibus prohibere, neq; ſociorū vrbibus inferre potuerunt, ex-

runt,exciſionem, inflammationem,euerſionem, depopu-
lationem, vaſtitatē, meis omnibus tectis atq; agris intule-
runt.in Vat. 35 a, Tu in templum Caſtoris te cū C. Fibulo
atrato cæteriſq; tuis furijs funeſtū intuliſti.& 29 b,Repen-
tè enim te tanquam ſerpens à latibulis oculis eminentib⁹,
inflato collo,tumidis ceruicibus intuliſti. Att.144 a,Inferre
famem ſuis ciuibus & vaſtitatem Italiæ. pro Cæl.49 a, In-
ferre facinus in famam atq; in fortunas alicuius. de Orat.
87 b,Craſſus ſermonem de ſtudio dicēdi intulit. Off.29 a,
In reſeuera conuiuio dignū aut delicatū aliquem inferre
ſermonē. de Leg.138 a, Néue alienum inferat in ſepulcrū.
* Hortenſ. Cæteris in rebus noxias inferunt. I. A. 198 b,
Atque ille furens infeſta iam patriæ ſigna Brunduſio in-
ferebat.

INFEROR, ris. ꝓ Font. 283 a,Infeſtis propè ſignis inferuntur
Galli in Fonteium Off. 5 b,Qui ab ijs quibus infert, ſi poſ-
ſint,nō propulſant iniuriam. ꝓ Cæl 41 a, Cùm hoc genus
oppugnationis inferretur, &c.propulſare debebitis.
† Syntaxis. *Inferre pedem in poſſeßionem. Inferre patriæ ſigna, ali-
cui iniuriam, terrorem, turpitudinem, periculum, impedimentum,
iracundiam, arma. Facinus inferre in famam & fortunas. Infertur
hoſtis in, &c.*

INFERVS,a,um. de Diuinat.192 b,
*Interea ſol albu' receßit in infera noctis.*
Tuſc. 171 b, Vt omnia ſupera, infera, media videremus.
Att.136 b, Inferum mare.)(*.ſuperum mare.* * in Arat.
*Infera lumborum nunquam conueſtiet vmbra.*

INFESTVS,a,um. *infenſus, inimicus, aduerſus, moleſtus.*)( *pro-
pitius.* Oct.329 b, Fortuna populi Rom. quæ nūc nobis in-
feſta eſt fuit aliquādo propitia. pro Quin.1 a,Mihi ſummā
per iniuriā omnia inimica & infeſta ſunt. I.A 229 a,Gallia,
quā ſibi armis animiſq; infeſtā inimicamq; cognouit. in
Verr. 78 b, Clamore alicuius infeſto atq; inimico excitari.
I.V.265 a, Iniquo infeſtoq; animo intüeri aliquē. Att.287
a,Infeſto animo reprehēdere aliquē. I. C.100 b,Infeſtis o-
culis omnium cōſpici.pro Font.283 a,Infeſtis ſignis infer-
ri in hoſtē.pro S.R.33 a, Qui ardēs auaritia fertur infeſtus
in omnes.ad Her.36 b,Infeſtus in cognatos.in Verr.265 b,
In omnia maria infeſtus. Att. 165 a, Indulgētia ferocē,ar-
rogantem, infeſtum facit. pro Lig. 141 a, Africa huic vi-
ctoriæ maximè infeſta. de In. 46 b, Si non omnino infeſti
auditores erunt: *id eſt, animo à nobis prorſus alieno, vel inimici.*
pro Cæl. 39 a, Aetas, quæ ipſa ſua ſponte infirma,aliorum
libidine infeſta eſt. pro Pl.259 a,Huius ſalus ob eam ipſam
cauſam eſt infeſtior, quòd,&c. paſſiué.
¶ *Plenus diſcriminis.* de Prou.69 b, Vt via,&c.excurſionibus
Barbarorū ſit infeſta cont.Rul.82 a,Vectigal bellis infeſtū.
pro Rab.92 a, Libertas ſupplicijs infeſta. de In.76 a, Red-
dere prouinciam infeſtam excurſionibus & latrocinijs. A-
ſin. Ep.163 a, Saltus Caſtulonenſis nunc frequentioribus
latrocinijs infeſtior factus eſt. pro Sext.Roſc.23 a, Vita fi-
lij infeſta. Ep.23 b, Ad infeſtiſſimam Ciliciæ partem. Att.
154 a,& 250, Habere mare infeſtum. de Rep. lib. 3. teſte
Nonio, Nam cùm quæreretur ex eo,quo ſcelere compul-
ſus mare haberet infeſtum vno Myoparone: Eodem, in-
quit,quo tu Orbem terræ. *Alexandro Magno ita reſpondit pi-
rata quidam.* Attic.244 a, Infeſtum & periculoſum iter.pro
Cluent.57 a,Infeſtum & immane ſcelus.
† Syntaxis. *Summā per iniuriā infeſtus & inimicus. Iniquus &
infeſtus. Infeſti oculi, ſigna. Infeſtus in aliquem: & alicui. Infeſtus
auditor. Viæ excurſionibus infeſtæ. Iter infeſtum & periculoſum.*

INFICIALIS. Topic. 229 a. * Itaq; aut inficialis aut conie-
cturalis prima appelletur cauſa.

INFICIANDO. Par. 234 a, Mori maluit falſum fatēdo, quàm
inficiando dolere. de Finib. 76 a, In fœdere Numantino
inficiando.

INFICIATIO, onis. *negatio, depulſio.* Par. 239 a, Primus ille
ſtatus rationem habet iniqui criminis, ipſam negationem
inficiationemq; facti. ad Her.6 a,Ex intentione & inficia-
tione iudicatio conſtituitur, hoc modo: Intentio, Occidi-
ſti hominem: inficiatio, Nō occídi.de Orat.118 a, Ac no-
ſtræ ferè cauſæ, quæ quidem ſunt, criminum plerunq; in-
ficiatione defenduntur.

INFICIATOR,oris.pro Fl.159 a,Vna & eadem eſt omnibus
in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia. de Or.
98 b,Vt ſi ille inficiator probaſſet iudici. * I.C.109 a,Hoſce
ego non tam milites acres, quàm inficiatores lentos eſſe
arbitror.

INFICIO, cis. *imbuo.* de Legib. 165 a, Qui *parens, nutrix, ma-
giſter, poëta, ſcena* teneros & rudes *animos* cùm acceperunt,
inficiunt ac flectunt, &c.
¶ *Corrumpo, vitio.* Tuſc.243 b,Sed nos vmbris delicijs,ocio,
languore,deſidia animum infecimus.

INFICIOR, ceris. *corrumpor.* Tuſc.190 b,Tum planè infici-
mur opinionum prauitate. de Leg. 190 a, Cupiditatibus
principum & vitijs infici ſolet tota ciuitas.



¶ *Imbuor.* de Finib. 91 b, Puer infic[illegible]et bonis artibus:
quas ſi dum tener eſt, combiberit, ad maiora veniet pa-
ratior.

INFICIOR, aris. *nego.* I. V. 232 b, An ego poteram inficiari
me eſſe hominem? Offic.64 b, Quę qui inficiatus eſſet,du-
plicem pœnam ſubibat.pro Qu.13 b, A' me nominis eius,
quod inficiatus eſſet, diem petiuit. pro Cl.52 a, Florio le-
gatum ex teſtamento inficiatus es. I.V,244 b,Sibi iſte neq;
inficiandi rationem, neq; defendendi facultatem requirit.
de Orat.190 a,Præſertim cum nō in crimine aliquo, quod
ille poſſit inficiari, ſed in iure conſiſtat. I. C.113 a, Cùm id
poſſet inficiari,repentè confeſſus eſt. Qu fr.301 b, Quid,ſi
inficiatur? quid,ſi omnino non debetur? Attic 56 & 277 a,
Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare. * de Orat.
118 a, De ſicarijs, de veneficijs, de peculatu inficiari ne-
ceſſe eſt.
† Syntaxis *Infici vitijs.*)(*.bonis moribus.*

INFIDELIS. *infidus.* Offic. 72 b, Neq; do,neq; dedi infideli
cuiquam fidem. & 73 b, Nullam eſſe fidem, quæ infideli
data ſit. Offic.69 a,Multi iniqui atq; infideles regno ſunt;
pauci boni. Qu. frat. 305 b, Infidelis amicus.Ep.lib.15,Vt
ex alieniſſimis ſocijs amiciſſimos, ex infideliſſimis firmiſ-
ſimos redderem.

INFIDELITAS, tis.perfidia. pro Font.277 a, Quibus pro-
pter infidelitatem credere non debetis. pro Mil.114 b,Vi-
de quàm ſit varia vitæ commutabiliſq; ratio, Quantæ in-
fidelitates in amicis. Tuſc. 240 b, Dionyſius infidelitatem
amicitiarum extimeſcebat. * Ep.154 a, *Planci.* Non vllam
rem aliam extimeſcens quàm eandē, quæ mihi quoq; fa-
cit timorem, varietatem atq; infidelitatem exercitus.

INFIDELITER. *perfidioſè.* ad Bru.91 b, Infideliter aliquid
cuipiam ſuadere.

INFIDVS,a,um. *infidelis.* de Amic. 108 b, Nihil enim ſtabile
eſt,quod infidum eſt. de Prou.75 b,Gentes infidæ & bar-
baræ. de Amic.106 a,Infidus amicus. *(litates.*
† Syntaxis. *Multi iniqui & infideles regno. Amicitiarum infide-*

INFIGO,gis. *impingo.* L.INFIXVS.)(*.euello.* de Diu.122 b,Ti-
midè fortaſſe ſignifer euellebat *ſignum*, quod fidenter in-
fixerat. Tuſc.219 b, Cùm Africanus gladium hoſti in pe-
ctus infixit.

INFIMVS, a, um. *imus.*)(*.ſummus.* de Nat. deor.29 b,Terra
eſt infima. & 36 b, Luna eſt infima quinq; errantiū. Tuſc.
242 a, Medius mundi locus, qui eſt idē infimus in rotun-
do. de Diu.95 b,Ab infima ara ſubitò anguis emerſit. Qu.
frat.321 a,Cùm ſcripſiſſem hæc infima,quę ſunt mea ma-
nu. Quin.fr.316 a, Auricula infima mollior. de Leg.118 a,
Omnia infima ſummis paria fecit. de Offic.41 a, Qui ſum-
mos cum infimis pari iure retinebat. Par.123 a, Qui locum
ciuitatis infimum tenent. de Orat. 119 b, Infimi homines
mercedula adducti pro Mur.140 b,Infimorum hominum
filij. Qu.frat.311 b, Infima fex populi. Offic.9 a,Eſt autem
infima conditio & fortuna ſeruorum.
† Syntaxis. *Locus infimus in rotundo, eſt mundi medius. Locum
ciuitatis infimum tenere, Infima populi fex. Infima ſerui conditio
& fortuna.*

* INFINDO,is. *propriè ſurculū in truncum arboris fiſſum immitto.*
de Clar. 170 a, Cùm homines humiliores in alienū eiuſdē
nominis infinderentur genus. *Vulgò infunderentur legitur.*

INFINITAS, atis. *immenſitas, infinitio, innumerabilitas.* Acad.
29 b, Anaximander infinitatem materiæ dixit eſſe. Tuſc.
250, Democritus infinitatem omnem peregrinabatur. &
248 b,Infinitas rerum atque naturæ. & 11 b, De infinitate
autem vehementius. item: Summa vis infinitatis. de Offic.
lib.1, Vt ab illa diſcedatur infinitate de Nat.16 a,Infinita-
tem locorum.

INFINITE`. *ſine modo & fine.* Par.125 b, Ille diuitias infinitè
cōcupiſcit.& Or.219 a,Ne infinitè feratur, vt flumē oratio.
Acad 44 a, *bis,* Materia infinitè ſecari ac diuidi poteſt.

INFINITIO, nis. *infinitas.* de Finib. 53 a, Infinitio ipſa,
quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt, tum innumerabi-
les mundi,&c.

INFINITVS,a,um:tior. *cuius nulla eſt ora, nulla extremitas, im-
menſus, innumerabilis, inexhauſtus, interminatus.*)(*. definitus.*
Acad. 29 b, de Diu. 129 b, Quod finitum eſt, habet extre-
mum: quod nō habet extremum, infinitum ſit neceſſe eſt.
de Diuin. 127 b, & Orat. 206 a,Reliqua verò tria interual-
lo infinita & immenſa. Acad. 29 b, Infinitus aër, infinita
materita. Ep.16 b,Sed eos, quos erat infinitum bene de me
meritos omnes nominare. ad Heren. 12 b, Immenſa,infi-
nita,immoderara cupiditas. de Orat 90 b,Si cuipiam hoc
nimis infinitum videatur. Attic.119 b,Innumerabiles do-
mini fieri poſſunt in infinita poſteritate. contr. Rull.72 b,
Primùm permittitur infinita poteſtas innumerabilis pe-
cuniæ conficiendæ. Offic.11 a,Infinita multitudo eorum
qui his egent. Poſtq.204 a, Immenſum quiddam & infi-
nitum eſt,quod vobis debemus. pro Cor.67 b, Si qui ſunt
quibus

quibus infini um ſit odium in quo ſemel ſuſceptum ſit. I. V. 225 a, Spelunca conuerſa ad Aquilonem infinita altitudine. de Orat. 85 a, Infinitus forenſium rerum labor. Att. 275 a, Infinita tribuere potentibus. de Orat. 1 b, Ad infinitum tempus.& 6 a, Ab infinito tempore. & b, Infinito tempore ceſſare. de Orat. 121 b, Quoniam intelligitur, non in hominum innumerabilibus perſonis, neq; in infinita temporum varietate, ſed in generū cauſis atq; naturis omnia ſita eſſe. de Orat. 112 b, Genus quæſtionum infinitum.)(.*Certum, in quo quid in perſonis, aut in conſtituta re & definita quæritur.* de Orat. 96 b, Infinitæ rei queſtio. Orat. 212 b, Sed proximus verſus inquinatus, inſuauiſſima litera infinitus. Topic. 223 b, Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior.* pro Marc. 132 c, Gentes locis infinitæ.

†Syntaxis. *Infinitatem peregrinatur ille. Infinitè fluens oratio. Infinitum & immenſum. Omnes nominare infinitum eſt. Immenſa, infinita, immoderata libido. Nimis infinitum. Infinita poſteritas, poteſtas, multitudo, odium, altitudo. Infinita tribuuntur potentibus. Ab infinito tempore ad infintum tempus.*

INFIRMANDVS, a, um.)(.*confirmandus.* de Or. 96 b, Quæ ꝓ aduerſarijs ſunt, infirmanda eſſe atq; frangenda. & 139 a, Contrarijs infirmandis, & tuis confirmandis.

INFIRMATIO, nis. *debilitatio, confutatio.* de In. 45 b, Cùm aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. * de Inuen. 46 a, Iudicatio eſt, quæ ex infirmatione & cōfirmatione rationis naſcitur controuerſia. & 70 a, Infirmatio eſt rationis. ibid. Quomodo & rationes & rationum infirmationes, & prætereà iudicationes plures fiant. con. Rull. 67 b, Sublata erat de foro fides, &c. infirmatione rerum iudicatarum.

INFIRMATVS, a, um. *debilitatus.* I. P. 89 a, Horum alter ſic fuit infirmatus conſcientia ſcelerum ſuorum, vt, &c. pro Cec. 292 a, Si ſententia huius interdicti diminuta aut infirmata ſit.

INFIRMÈ. *parum.* Epiſt. 240 b, Et ſi intelligebam ſocios infirmè animatos eſſe.

INFIRMITAS, atis. *imbecillitas.* de Cl. 194 a, Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis. Attic. 172 a, Me conficit ſolicitudo, ex ea etiam infirmitas corporis: qua leuata, ero vnà cum eo. pro Sex. R. 20 a, Suſceptum onus propter infirmitatē animi deponere. de Sen. 83 b, Infirmitas eſt puerorum, ferocia iuuenum. pro Rab. 94 b, Animi vim & infirmitatem corporis oſtendebat. pro Syl. 273 b, Infirmitatem corporis animi virtute ſuperauit. I. A. 211 a, Sed animi vires corporis infirmitas non retardauit. de Inu. 61 b, Conſiderare ſuam infirmitatē in alieno malo. Epiſt. 85 b, De quo quicquid detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati, aut inuidiæ aſſignetur. * de Clar. 182 b, Ad infirmitatem laterum perſcienter contentionem omnem remiſerat. Acad. 3 a, Eaque eſt & in ipſis rebus obſcuritas, & in iudicijs noſtris infirmitas. Ep 94 b, Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit. Att. 254 a, Si quæ minus anteà propter infirmitatem ætatis conſtanter ab eo fieri videbantur.

†Syntaxis. *Infirmare ac frangere. Diminuere ac infirmare. Conſcientia ſcelerum infirmatus. Gracilitas & infirmitas corporis. Animi, ætatis, valetudinis, iudiciorum infirmitas.*

INFIRMO, as. *infirmum facio, debilito, frango.*)(.*confirmo.* de Nat. 56 a, Quanta verò illa ſunt, quæ vos Academici infirmatis & tollitis? Acad. 6 a, Hoc infirmat tollitq; Philo. pro Sext. Roſc. 25 a, Ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam, non reperio. pro Dom. 238 b, Quod in Gabinio fateris, id in me infirmas, & graue eſſe dicis. Orat. 201 b, Infirmare & excludere. pro Quin. Roſc. 52 b, Infirmare fidem alicuius. Att. 248 b, Ille tamen dolet, dubitans vtrum morem gerat Leptæ, an fidē infirmet Silio. pro Cec. 294 b, Infirmare atq; conuellere pacta. * Att. 87 a, Cæteri infirmant πολίτευμα Catonis.

†Syntaxis. *Aliqua infirmare ac tollere. Infirmare ac diluere. Infirmare pacta & conuellere. In aliquo quippiam infirmare. Infirmare & excludere. Infirmare alicui fidem.*

*INFIRMOR, aris. de Inuen. 57 a, Reprehenſio eſt, per quā argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuatur.

INFIRMVS, a, um: ſſimus. *imbecillus, eneruatus, carens viribus.* Qu. fr. 312 b, Sed hominem infirmum in villam apertam inuitare nolui. de Orat. 101 b, In eius infirmiſſima valetudine, affectaq; iam ætate. de Clar. 180 b, Is ſemper infirma atque etiam ægra valetudine fuit. & 187 a, Is corpore erat infirmo. Ac. 41 b, Sum enim admodū infirmus. de N. 21 a, Corpus caducū & infirmū. I. P. 97 a, Afflictus, infirmus, eneruatus. de Sen. 80 a, Senectus facit corpus infirmū. Anteq. 195 a, Singulorū opes ſæpe ſunt tenues & infirmę ad gratiā referendā. Ep. 163 b, Veſtrę cautiones infirmę ſunt. Qu. fr. 312 b, Quæ quo maiore conatu aguntur, eo leuiora infirmioraq; exiſtimo. pro Quint. Roſc. 45 b, Quod apud omnes leue & infirmum eſt, id apud iudicem graue & ſanctum eſſe ducetur? pro Cecin. 297 a, Ad probandum vtraq; res infirma nugatoriaq; eſt. * I. V. 253 a, Claſſis inops & infirma propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum. I. V. 222 b, Nemo ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit.

†Syntaxis. *Infirma atq; etiam ægra valetudo. Caducum & infirmum corpus. Afflictus, infirmus, eneruatus. Opes tenues & infirmæ. Leue ac infirmum.)(.graue & ſanctum. Infirmum & nugatorium ad probandum.*

INFIXVS, xa, xum. *defixus, inſitus, inuſtus, hæres in alieno, penitùs inſidens, nullo vt euelli modo poſſit.* pro Mil. 114 b, I. C. 123 b, Dum memoria mei conſulatus veſtris erit infixa mentibus. Poſtq. 205 a, Hæc cura erit infixa animo meo ſempiterna. I. A. 102 a, Tamen infixus animo hæret dolor. de Vn. 201 a, Sidera infixa cœlo. Tuſc. 241 b, Sidera certis infixa ſedibus. de N. 7 b, Deus aut infixus, aut infuſus eſſet in mūdo. de Or. 161 a, Ea ſunt in cōmunibus infixa ſenſibus. At. 282 b, Animus infixus in patriæ charitate. de Fin. 130 a, Eſt enim infixū in ipſa natura. de N. 11 b, In eas imagines mētem intentam, infixamq; noſtrā intelligentiā, capere, quid ſit Deus. de N. 31 a, Quæ ipſa ex ſe generata, ſtirpibus infixa continentur. de Somn. 128 b, Orbis extimus, in quo infixi ſunt illi, qui voluuntur ſtellarum curſus ſempiterni. ꝓ Cluent. 21 a, Hoc quod in communibus hominum ſenſibus atq; in ipſa natura poſitum atq; infixum eſt.

†Syntaxis. *Infixum mēti, animo. Infixum, hærens. Infixum ſenſibus communibus. Infixus in patriæ charitate animus. In imagines infixa & intenta mens, quid ſit Deus, capit. In orbe ſunt infixi qui voluuntur æterni curſus. Poſitum & infixum.*

INFLAMMANDVS, a, um. Att. 119 a, Patriam non ſeruandā ad reditum noſtrum, ſed diripiendam inflammandamq; relinquimus. Ep. 19 b, Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei.

INFLAMMATIO, onis. *ardor.* * de Orat. 126 a, Poëtam bonū neminem ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris.

INFLAMMATVS, a, um. de Orat. 103 b, Eorū mentes qui audiunt, inflammare, aut inflammatas reſtinguere. de Orat. 101 a, Magno amore inflammatū eſſe in patriam. pro Do. 225 b, In quos propter eorū crudelitatem mentes noſtræ inflammatæ fuerunt. Tuſcul. 231 b, Inflammatus & furens libidinibus. I. V. 268 b, Inflammatus ſcelere & furore. * de Fin. 61 a, Nullas conſequuntur voluptates, quarū potiendi ſpe inflammati multos labores magnoſq; ſuſceperant. de Leg. 188 b, Quas *ſtrages* ſine ratione ac ſine vlla ſpe bona furor edere potuit impuræ beluæ multorū inflāmatus furoribus. & 189 a, Si nos multitudinis vis furentis, inflammata inuidia pepuliſſet. Ep. 8 a, Ad quam *gloriam* à pueritia inflammatus fuiſti. de Nat. 10 a, Qui *poëtæ* & ira inflammatos, & libidine furentes induxerunt Deos.

INFLAMMO, as. *incēdo, inflammationē infero.* At. 119 a, Cùm eadem lucerna epiſtolā ſcripſiſſem, qua inflammarā tuā. I. V. 225 a, Qui tēplum earū inflammauit deārū, quarū ope alijs incēdijs ſubuenitur. in Ver. 225 a, Ceres dicitur inflāmaſſe tædas ijs ignibus, qui ex Aetnæ vertice erumpunt.

¶ *Hortor, incito, excito, confirmo.* de Ar. 253 a, Excitare & inflammare animos. pro Pomp. 4 b, Genus belli eſt huiuſmodi, quod maximè noſtros animos excitare atque inflammare debet. de Orat. 102 a, Inflammare populum in improbos. de Orat. 90 a, Animorum motus inflammare vel extinguere. pro Mar. 136 a, Qui non fortuna inflammaret odium ſuum, ſed bonitate leniret. * de Finib. 59 b, Quas *cupiditates* nulla præda vnquam improbè parta minuit, ſed auget potius atq; inflammat. Tuſc. 216 b, Iidem *motus animos* inflammant appetitione nimia.

INFLAMMOR, ris. in Verr. 268 b, Inflammari & exardeſcere in dicendo. Tuſc. 157 b, Cùm corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eoq; magis incendi, quòd, &c.

†Syntaxis. *Inflammare aliquem, animos. Inflammatio & quaſi furoris afflatus. Amore inflammatus ad, in. Scelere, libidinibus, furore inflammatus. Inflammare fanum, tædas. Animorū inflammare motus, ac reſtinguere. Inflammari & exardeſcere in dicendo.*

INFLATIO, onis. *tumor.* de Diu. 93 b, A fabis abſtinendum eſſe, quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis contrariam.

INFLATVS, a, um. *tumidus* in Vat. 29 b, Serpens inflato collo, tumidis ceruicibus. de Diu. 115 a, Inflatas rumpi veſiculas. de Clar. 181 a, Si tibiæ inflatæ non referant ſonum.

¶ *Superbus, elatus.* contra Rull. 182 b, Quibus illi rebus elati & inflati non continebuntur. Acad. 28 b, Eſt'ne quiſquam tanto inflatus errore, vt ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit? Offic. 18 b, Cùm homines opinionibus inflati turpiter irridentur. pro Mur. 132 b, Cùm hoſtium claſſis ſpe atq; animis inflata Italiam peteret. & 136 a, Inflatus cum ſpe militum, tum pro-

tum promiſſis collegæ mei. I.A.261 a, Inflatus lætitia atq; inſolentia. de Diu.140 a, Inflatæ mentes, &c. de Orat.146 b, Verba inflata atq; anhelata grauiús. ad Her. 27 a, Oratio, quę turget & inflata eſt. in Vat.31 a, Vt aliquando iſta, quæ ſunt inflata, rumpantur.

INFLATVS, us. *ſpiratio.* Ac. 6 b, Qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe aiunt. de Clar.181 b, Aures tanquam tibiæ ſunt: eæ ſi inflatum non recipiunt, &c.

¶ *Afflatus.* de Diu 82 b, Eſt vis & natura quędam, quæ, &c. Aliquo inſtinctu inflatuq; diuino futura prænunciat.

† Syntaxis. *Inflatus, & elatus. Opinione, errore, ſpe, animis, lætitia inflatus. Inflata mens. Inſtinctus, afflatusq́; diuinus.*

INFLECTENDVS, a, um. pro Mur.138 b, Vt leuiter inflectendus potiùs quàm corrigendus eſſe videaris.

INFLECTO, ctis. *flecto.* Ep.8 a, Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiuſquam iniuriâ. de Clar. 168 a, Demetrius Phalereus primus inflexit orationē, & eam mollē teneramq́; reddidit. de Nat.35 b, Stellæ nunquam curſus ſui veſtigium inflectunt. Poſtquam.199 b, Qui ſuo ſqualore oculos veſtros inflecteret.

INFLECTOR, ris. in Verr.241 b, Vbi primùm ex alto ſinus ad vrbem ab litore inflectitur. pro Cecin. 299 a, Ius ciuile neq; inflecti gratia, neq; perfringi potentia, neq; adulterari pecunia poteſt.

INFLEXIO, onis. *flexio.* de Orat.163 b, * Omnes autem hos motus ſubſequi debet geſtus non hic verba exprimens ſcenicus, ſed vniuerſam rem & ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione, declarans laterum inflexione hac forti ac virili, non ab ſcena & hiſtrionibus, ſed ab armis, aut etiam à palæſtra de Vni.200 b, Omnis enim orbis eorum quaſi helicis inflexione: quam *(alij legunt, inflexio vertebat: quia)* bifariã contrariè ſimul procedētia efficiebãt.

INFLEXVS, a, um. *flexus.* Orat.202 b, Inflexa voce miſerabiliter dicere. de D.86 b, Bacillum incuruum, & leuiter à ſummo inflexum. de Orat.126 b, Vox ad miſerabilem ſonum inflexa.

† Syntaxis. *Inflectere amicum, non caſtigare. Animum inflectere, & animi magnitudinem. Inflexa, mollis, ac tenera oratio. Inflectere veſtigium ſui curſus. Inflectere gratiá ius. Ad miſerabilem ſonum inflectere vocem.*

* INFLICTVS, a, um. I. A.170 b, Tum illud, multis antè rebus tentatis, neceſſariò tibi vulnus inflictum, quod paucis ante te.

INFLIGO gis. *infero.* in Vat.33 a, Si ad cætera vulnera, quib. putaſti remp. deleri, hanc quoq; mortiferam plagam inflixiſſes auguratus tui. pro Pl.274 a, Quam enim illi iudices grauiorem poterunt reip. infligere ſecurim? I. P. 93 a, Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi ſempiternam turpitudinem inflixerunt.

INFLIGOR, ris. de Orat 132 b, Et ex eo verbo, vt à Catulo in Philippũ in eum ipſum qui laceſſiuit, aliquid infligitur.

† Syntaxis. *Infligere vulnus, haſtam, turpitudinem.*

INFLO, as. *inflationem habeo.* Aca.21 b, Simul inflauit tibicen, à perito carmē agnoſcitur. de Orat.164 a, Seruus cũ eburneola fiſtula, qui inflaret eum ſonũ, quo, &c. de Leg.157 a, Fannius inflauit vehementiùs. I.P.98 b, Quo in oppido cùm tibi ſpe falſa animos rumor inflaſſet.

INFLOR, ris de Diu.133 a, Faba venter inflatur.

† Syntaxis. *Tibi ſpe ſunt inflati animi. Inflare fiſtula ſonum. Venter faba inflatus.*

INFLVENS, tis. de Prou.75 b, C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias repreſſit. * de Vniuerſ.203 a, Influente atq, effluente animo.

INFLVO, is. *illabor, redundo.* Tuſc.168 b, Apud Hipanim fluuium qui ab Europæ parte in Pontum influit. de D 96 b, Atq; amnes mare influxit. de Nat. 54 a, Alter ventriculus cordis, in quem ſanguis per venam illam cauam influit. Offic. 39 a, Vt in vniuerſorum animos tanquam influere poſſimus. de Am. 113 b, Quibus blanditijs C. Papyrius nuper influebat in aures concionis, cùm, &c. de Leg.177 b, Nihil tam facilè in animos teneros atq; molles influere, quàm varios canendi ſonos. de Orat.128 a, Ex illa lenitate ad hanc vim influat aliquid oportet, & ex hac vi aliquid influendum eſt illi lenitati.

† Syntaxis. *Influunt in vrbem hoſtes. Influere in aures concionis.*

INFORMANDVS, a, um. Orat.199 b, Referamus nos igitur ad eum qnem nos volumus inchoandum, & eadem eloquentia informãdum, quam in nullo cognouit Antonius.

INFORMATIO, onis. *notio conformatio.* de Nat.deor.21 b, Habeo in animo inſitam informationem qnandã dei. de Or.141 b, Quam facultatē dabit, &c. Vnius verbi imagine totius ſentētię informatio.* Partit.239 a, Secũdus ſtatus definitione atq; deſcriptione aut informatione verbi, &c. tractãdus eſt. de N.10 b, Quã *anticipationem* appellat προλῆψιν Epicurus: id eſt, anteceptã animo rei quandã informationem: ſine qua nec intelligi, nec quæri, nec diſputari poſſit.



de Nat. 11 a, Quæ nobis natura informationem Deorum ipſorum dedit.

INFORMATVS, a, um. *inſtitutus.* Off.3 b, Nemini parére anim' bene informatus à natura vult, niſi, &c. de Fi.133 a, Quibus quaſi informatũ eſt, quod hominis natura poſtulet. de N. 16 a, Ita eſt informatũ anticipatumq́; mentibus noſtris. de N.28 b, In animis noſtris informatas deorũ eſſe notiones.

¶ *Indicatus.* Att.1 a, Petitorum hęc eſt informata adhuc cogitatio. p Quin. 6 a, Ab illo qui antea dixit, informata iam cauſa eſt. Att.173 a, Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata.

INFORMIS, me. ad Heren.40 b, Cùm res muta aut informis, fit eloquens & formata.

INFORMO, mas. *cõformo, formo, adumbro, inſtituo.* Or.197 b, Atq; ego in ſummo oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Or 200 a, Is orator quē informare volumus. p Syl.177 a, Cornelius etiã nũc de indicãdo dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. de N.9 b, Deos ne coniectura quidem informare poſſumus.

INFORMOR, ris. *fingor.* Ac.13 b, Siue illa inania viſa cogitatiõe informãtur, ſiue in quiete, ſiue per vinũ, ſiue per inſaniam.

¶ *Imbuor.* p Arch.286 a, Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet.

¶ *Deſcribor.* de Finib. 116 a, Informari virtus non poteſt, ſi quicquam relinquatur. de Orat. 108 a, Non arbitrabar à me informari oportere, qualis eſſet orator, &c.

† Syntaxis. *Inchoare & informare oratorem. Informatum & anticipatum mentibus. In animo informata notio. Informare iudiciũ, cauſam, deos. Cogitatione informata viſa.*

INFRA *ſub.* Ep.142 b, Supra me Atticus, infra Verius. & 143 a, Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. de Nat. 53 a, Stomachi partes quæ ſunt infrà quàm id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem ſuprà, contrahuntur. de Nat.36 b, Infra Saturnum Iouis ſtella fertur. de Somn. 128 b, Infrà autem iam nihil eſt niſi mortale. Att. 122 a, Earum literarum exemplum infrà ſcripſi. & Ep.87 a, Earum literarum exēplum infrè ſcriptum eſt. I. V.211 b, Ipſe ad mare infra oppidum expectabat. Orat.197 a, Nec his ſolùm locus eſt, ſed horum vel ſecundis, vel etiam infrà ſecundos. de Cl. 168 a, Homerus non infra ſuperiorem Lycurgũ fuit. Tuſc. 193 b, Humanas res deſpicere, atq; infra ſepoſitas arbitrari. de Fin.95 b, Vt omnia quę homini accidant, infra ſe eſſe iudicet. & 95 & 96 a, Infra ſe omnia humana ducēs. Poſtq. 200, Is infra omnes mortuos amandandus eſſet. pro Qu. 9 a, Infr mortuos mandari.

† Syntaxis. *Infrà id eſt quàm illud. Infrà ſcribam. Infra te ille eſt: id eſt, indignior. Infra mortuos amandari. Igitur vim habet duplicem, diſcriminis in loco, & dignitate.*

INFRACTIO, onis. *abiectio.* * Tuſc.193 a, In eundem cadere timorē & infractionem quandam animi & demiſſionem.

INFRACTVS, cta, ctum. *fractus, demiſſus.* p Dom.226 a, Itaq; infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Acad.21 a, Tu autē te negas infracto remo cõmoueri. Poſtq. 202 a, Non modò non infracto animo erat, ſed etiã confirmato & renouato. Orat.213 b, Infracta & amputata loqui.

INFREQVENS, tis. *parũ frequens, rarus.* Qu.fr.313 b, Cùm Appius ſenatũ infrequentē coëgiſſet, &c. & 328 b, Sum & Romæ & in prædijs infrequens. ad Her. 32 b, Rei militaris tē infrequentem tradidiſti. * *Alij legunt militari: alij te tribuni infrequentem rei militaris tradiderunt.*

INFREQVENTIA, tię. *paucitas, ſolitudo.* Qu.fr.322 a, In re hæſit Summa infrequentia. *Viaetur potius diuiſim legendum.*

INFRINGO, gis. *frango. concido, delumbo.* Att.100, Eſſe quiddam ſuſpicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat. pro Mil. 102 b, Infringere gloriam alicuius. Orat. 219 b, Infringere & concidere numeros. pro Corn. 57 b, Ipſum florem dignitatis infringere.

INFRINGOR, ris. de Orat. 160 a, Quæ membra ſi in extremo breuiora ſunt, infringitur ille quaſi verborum ambitus. Orat.197 b, Spem infringi, & elangueſcere induſtriã. de Orat.87 a, Cùm Druſi tribunatus infringi iam & debilitari videretur.

† Syntaxis. *Infringere hominē, gloriam, orationis numeros, florem dignitatis, ſpem. Infringi, & elangueſcere. Infringi ac debilitari.*

INFVCATVS, cata, catum. *fucatus, coloratus.* de Or.152 a, Sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noſcuntur.

INFVGIO, gis. *confugio.* pro Seſtio 6 b, Ne in tribunatus portum infugeret.

INFVLA, ę. *mitra, diadema.* I.V.226 a, Sacerdotes cũ infulis & verbenis. contr. Rul. 62 a, His inſignibus atq; infulis imperij venditis, &c. de Orat.150 a, Pamphilus in infulis tantam rem tanquam pueriles delicias aliquas depingit.

INFVNDO, dis. *fundo, inſtillo.* de Orat.141 a, Vt illi non infundere in aures tuas orationē, ſed in animo videantur inſcribere. de L. 190 b, Vitioſi principes non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem. I.A.233 a, At hic

nuper ſororis filio infudit venenum, non dedit.

INFVNDOR, ris. de Cl. 170 a, Cùm homines humiliores in alienum eiuſdem nominis infunderentur (*al. infinderentur*) genus. Tuſc. 161 a, Quo tanquam in aliquod vas ea quæ meminimus infundantur.

INFVSCO, as. *inficio*. de Cl. 188 b, Ii quos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat. Tuſc. 196 a, Situ nidoris barba pedore horrida Atq; intonſa, infuſcat pectus illuuie ſcabrum. *Poetæ*.

INFVSCATVS, a, um. pro Plan. 263 b, Vicinitas non infuſcata maleuolentia, non aſſueta mendacijs.

INFVSVS, ſa. Qu. ?at. 312 b, Sed mea factum eſt infuſa verecundia, vt te proficiſcens non tollerem: *aliter inuiſa*. Ep. 34 b, Tunc cùm in vrbem noſtram eſt infuſa peregrinitas. de Orat. 136 b, Quod ſemel eſſet infuſum, nunquam effluere poſſe.

† Syntaxis. *Infundere orationem in aures, vitia in ciuitatem, alicui venenum. In genus alienum infundi. Infuſa in vrbem barbaries, peregrinitas.*

INGEMISCO, ſcis: ingemui. *gemo*. in Anto. 251 a, Quid ingemiſcis hoſtem Dolabellam iudicatum? Att. 116 a, & 99 a, In quo tu quoq; ingemiſcis. pro Seſt. 28 b, Quotieſcunq; me viderit, ingemiſcet. Tuſc. 243 a, & 169 b, & Ep. 110 b, Pueri Spartiatę non ingemiſcunt verberum dolore laniati. I. A. 172 b, Vna illa in re ciuitas ſeruitutis oblita ingemuit. de Som. 127 b, Hic cũ ingemuiſſent cęteri vehemẽtius, leniter arridens Scipio, Quæſo, inquit, &c.* Tuſc. 187 a, Pugiles in iactandis cæſtibus ingemiſcunt.

INGENERATVS, a, um. pro Seſt. 7 a, Vt ingenerata ei familiæ frugalitas videretur. de Diu. 128 a, Quòd ſi hæc aſtro ingenerata & tradita eſſent, nulla res ea mutare poſſet. de Leg. 160 b, Animus eſt ingeneratus à Deo.

INGENERO, as. *ingigno*. Offic 3 b, Natura ingenerat præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati ſunt.

INGENEROR, ris. cont. Rul. 85 a, Non ingenerantur hominibus mores, tam à ſtirpe generis ſeminis, quàm ex ijs rebus quæ ab natura loci & vitæ conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & viuimus. 3 Academ. In tanta animalium varietate homini vt ſoli ingeneraretur cupiditas cognitionis & ſcientiæ.

† Syntaxis. *Ingeneratus animus à Deo. Homini ingenerata cupiditas.*

INGENIOSE. *ſolerter, acutè.* Ac. 21 b, Tractatur iſta ingenioſè. de In. 43 b, Ingenioſè & diligenter lectas res collocare.

INGENIOSVS, a, um: ſior. *habens ingenij multum, acutus, ſolers, eximio, acerrimo ingenio.)(. Hebes, tardus.* de Fin. 133, Eas virtutes qui habent, ingenioſi vocantur: *id eſt, docilitatem & memoriam.* pro Pl. 271 b, Quæ ſcripſit grauis ille & ingenioſus poëta. Tuſc. 165 a, Ariſtoteles ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe, vt ego me tardiorem eſſe nõ moleſtè feram Att. 235 a, Quid tu Bruto, & ingenioſo, & erudito putas? pro Q. R. 50 a, Quo quiſq; ingenioſior & ſolertior, hoc docet iracundiùs & laborioſiùs. Tuſc. 215 b, Ingenioſus acutus.)(. *bebes.* * ad Heren. 8 a, Quòd alius alio reticentior ſit in dolore, quòd ingenioſior ad comminiſcendum.

† Syntaxis. *Ingenioſi melancholici, Ingenioſus & ſolers.*

INGENITVS, a, um. *ingeneratus, innatus, inſitus.* de Leg. 165 a, Ingenita naturæ virtus.

INGENIVM, nij. *induſtria, ſolertia.* de Clar. 169 b, Vt hominis decus eſt ingenium, ſic ingenij lumen eſt eloquentia. pro Cæl. 47 a, Atque in eo ingenium eius elucere videbatis: quod ſæpe, etiamſi induſtria non alitur, valet tamen ipſum ſuis viribus de Finib. 133 a, Docilitas & memoria, quæ ferè appellantur vno ingenij nomine. pro Arch. 189 a, Animorum incredibiles motus, celeritasq; ingeniorũ. de Orat. 49 a, Nam & animi & ingenij celeres quidã motus eſſe debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandũ ornandũq; ſint vberes, & ad memoriam firmi atq; diuturni. I. A. 204 a, Cæſar omnem vim ingenii, quæ ſumma fuit in illo, in populari leuitate conſumſit. de Clar. 174 b, Scauro & Rutilio non omnino ingenium, ſed oratorium ingenium defuit. Ep. 208 a, Vna, quòd verſatur in hoc ſtudio noſtro, & cum ingenio, vt noſti, nec ſine induſtria. de Diu. 120 a, Omnis coniectura ingenijs hominũ in cõtrarias partes ſæpe deducitur. pro Font. 202 a, Habere multũ ingenij ad fingendum. pro Pom. 4 a, Perfectũ ingenio, elaboratum induſtria. pro Cęl. 37 b, Adoleſcens illuſtri ingenio, induſtria, gratia. de Or. 136 b, Craſſi reſponſum excellentis cuiuſdẽ eſt ingenij & ſingularis. Off. 14 b, Qui excellenti ingenio doctrinæ ſeſe dediderunt. Or. 198 a, Vir acerrimo ingenio. Ep 67 a, Suauitas ingenij tui.* de Or. 122 a, Nõ poſſum equidẽ nõ ingenio primas cõcedere: ſed tamẽ ipſum ingeniũ diligentia etiã ex tarditate incitat. ibid. Inter ingeniũ & diligentiã perpaulũ loci reliquũ eſt arti. de Clar. 174 a, Sed & breue tẽpus ingenij augendi & declarandi fuit. de Clar. 176 a, Non ſolùm acuere, ſed etiam alere ingenium poteſt *C. Gracchus.* de Finib. 50 a, Si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. pro C. Cornel. 2, O' ingenia metuenda. Frag. ep. Græcis exercitationibus ali meliùs ingenia poſſe. Hortenſ. Alterius ingenium ſic dulce, vt acetum Aegytium: alterius ſic acre, vt mel Hymettium dicimus. de Conſolat. Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & inſtitutis excultã couſtitutamq; habemus. Acad. Contra eos potiſſimùm Academicorum exerſit ingenium. de Orat. 119 a, Tardi ingenij eſt, riuulos conſectari, fontes rerum non videre. cont Rull. 88 b, Quem veſtrum tam tardo ingenio fore putauit? pro Cornel. 64 a, Aſſiduus vſus vni rei deditus & ingenium & artem ſæpe vincit. Acad. 1 a, Magnum ingenium L. Luculli, &c. quibus temporibus florere in foro maximè potuit, caruit omnino rebus vrbanis. ibid. Vt diligentiam admirarentur omnes, ingenium agnoſcerent. ibid. Incredibilis quędam ingenij magnitudo non deſiderauit indocilem vſus diſciplinam. Acad. 19 b, Tot ingenijs tantiſq; ſtudijs quærentibus. de Orat. 151 b, Non quò acui ingenia adoleſcentium nollẽ, ſed contrà ingenia obtundi nolui. de Fin. 73 a, Nec figura corporis, nec ratio excellens ingenij humani ſignificat ad hanc vnã rem natum hominem. de Fin. 75 b, Præſtantiſſimis ingenijs homines. Tuſc. 241 b, Primũ ingenio eximio ſit neceſſe eſt. & 244 b, Contra quorũ diſciplinã ingenium eius exarſerat. de Diu. 97 a, Et ſunt partes agrorũ aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres: aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa. de Leg. 168 a, Ingenium in ſe ſuũ, ſicut ſimulacrum aliquod, dedicatũ putabit. Ep. 53 b, Non ita abundo ingenio. ibid. Fauet ingenijs. Ep 82 b, Ad eam ſpem, &c. accedunt tua præcipua, Propter eximium ingenium ſummãq; virtutẽ, cui me herculè hic multũ tribuit. ibid. Tibi hanc ipſam opinionẽ ingenij apud ipſum plurimũ profuturã. Ep. 84 a, Mirificè ingenijs excellentibus, quale eſt tuũ, delectatur. ibid. Homo in cõmuni Repub. cuiuis ſummorũ tuę ætatis, vel ingenio, vel gratia, vel fama populi Rom. par. Q. frat. 300 a, Cùm Græcorum querelas nimium valere ſentirem propter hominum ingenia ad fallendum parata.

¶ *Natura mores.* Off. 23 a, Suum igitur quiſq; noſcat ingenium. & ibid. Ea quę noſtri ingenij nõ ſunt. de Clar. 190 b, Ardor animi, qui etiã ex infantium ingenijs elicere voces & querelas ſolet. de In. 58 a, Sin inuerecundũ animi ingenium poſſidet, tamen accuſes: non enim veretur. * de Fin. 107 a, Ea in maximis ingenijs maximè elucere. *al. illucere.* Att. 90 a, Eſt magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingeniũ, quo ego regendo habeo negotij ſatis.

† Syntaxis. *Animi & ingenij motus, Habere ingenium, ingenij multum, Illuſtre ingenium & induſtria. Ingenij ratio excellens. Ingenium acre, acutum, præſtans, ſuaue, obtuſum. Id verſatur in Medicina, & cum ingenio, nec ſine induſtria. Opinio ingenij.*

INGENS, tis. *immanis, inſanus, immenſus.* I. V. 171 b, Ingens immanisq; præda. de Or. 149 b, Ex ingenti immenſoq; cãpo in exiguum gyrum compelli. I. V. 67 a, Ingẽtes diuitiæ. de Pro. 70 a, Achæi ingentẽ pecuniam pendunt L. Piſoni quotannis. * de Amic. 114 b, Magnas verò gratias agere Thais mihi? Satis erat reſpõdere Magnas: Ingentes inquit.

INGENVE. *candidè, liberè, ſincerè, verè.* Ep. 59 b, Me abs te cupiſſe laudari, apertè & ingenuè cõfitebar. Att. 213 a, & Orat. 204 a, Iſti autem ingenuè mihiq; gratum.

INGENVITAS, tis. *liberalitas, honeſtas, probitas.* de Orat. 131 a, Præſtare ingenuitatem & ruborem ſuum, verborum turpitudine vitanda. Acad. 45, Præ ſe ferre probitatem quãdam & ingenuitatem. I. V. 99 a, Ornamenta non ſolùm fortunæ, ſed etiam ingenuitatis.

INGENVVS, a, um. *liberalis, liber, honeſtus.* I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatũ, nihil prudens, nihil pudicum. Offic. 30 b, Nec verò quicquã ingenuum poteſt habere officina. de Amic. 108 b, Apertè vel odiſſe magis ingenuum eſt, quàm fronte occultare ſententiam. ad Her. 26 b, Violare ingenuam. I. C. 122 a, Omnis ingenuorũ adeſt multitudo. pro Flac. 162 a, Quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege nõ veniunt? de Cl. 188 b, Si ſis ingenuus ciuis Romanus. I. A. 180 a, Ingenui pueri cũ meritorijs verſabantur. de Orat. 96 a, & de Fin. 102 a, Homo ingenuus, liberaliterq; educatus. de Or. 109 b, Tu pudore à dicendo & timiditate ingenua quadam refugiſti. de Clar. 186 b, Ingenuo liberoq; faſtidio. I. A. 228 a, Qui ad ſeruitutem propulſandã ingenuo dolore excitetur. de Fin. 136 b, Qui ingenuis ſtudijs artibusq; delectantur. de Orat. 144 b, Omnẽ doctrinam harũ ingenuarũ & humanarũ, artium vno quodã ſocietatis vinculo contineri. & 154 b, Hæ artes quibus liberales doctrinę atq; ingenuæ continerentur. de Or. 91 a, & Ep. 48 a, Omnibus ingenuis artibus inſtructum accedere ad dicendum. de Fin. 78 b, & 79 a, Ingenuæ diſciplinæ. Epiſt. 77 b, Vita ingenua. & 20 a, Animus ingenuus.

† Syntaxis.

† Syntaxis. *Ingenuitatem & ruborem ſuum præſtare. Probitas, & ingenuitas, Ingenuum liberumq́; faſtidium, dolor, ſtudium, ars. Artes quibus liberales & ingenuæ doctrinæ continentur. Ingenuæ diſciplinæ, vita, animus. Ingenuus, ſimpliciter. A dicendo timiditas ingenua deterret.*

Ingero, ris. *infero, intrudo.* At. 173 b, Sed ingero præterita.

Ingigno, gnis *ingenero.* de Fin. 74 a, Natura cupiditatē ingenuit homini veri inueniendi. de Na. 50 b, Tantam ingenuit in animantibus conſeruandi ſui natura cupiditatem.

Inglorius, a, um. *inhonoratus.* de Legib. 162 a, Beati, qui honorati ſunt, vidētur: miſeri autem, qui inglorij. Tuſ. 208 a, Vita inhonorata & ingloria. Tuſcul. 202 b, Inglorius atque ignobilis ſenex.

Ingratè. *animo ingrato, illiberaliter.)(. gratè.* pro Deiotar. 149 a, Quamuis ingratè & impiè neceſſitudinis nomē repudiauerit. Epiſt. 183 b, Sed immoderatè quidam & ingratè noſtra facilitate abutuntur.

Ingratificus, pro Seſt. 25 a, O ingratifici Argiui, manes Graij, immemores beneficij. *Accij.*

† Syntaxis. *In vitio ingrati, nihil non mali ineſt. Non modò ingratus, ſed & impius. Ingratus crudeliter. Ingrati animi crimē horrere.*

Ingratis. *inuitè, cum mala gratia.)(. cum bona gratia.* pro Qu. 8 a, Extorquendum eſt inuitò atq; ingratis, quod non debet. * I. V. 204 a Reticebunt quæ poterunt libenter: dicent quæ neceſſe erit ingratis.

Ingratus, a, um: tius. *immemor beneficij, vel gratiarū.* Att. 121 b, Nihil cognoui ingratius, in quo vitio nihil mali non ineſt. Poſtqu. 203 a, Non ſolùm ingratus, quod ipſum graue eſt, ſed etiam impius appellatur. pro Pl. 276 b Nulla amicitia poteſt eſſe inter ingratos. Att. 136 a, Ego ingrati animi crimen horreo. Att. 124 b, Dimiſi à me vt hominem ingratum non inuitus. I. A. 161 b, Ne in te ingratus viderer. ad Her. 36 b, Ingratus in amicos. * ad Oct. 330 a, Cur aut vt ingratus crudeliter, aut immemor beneficij ſceleratè circumſcribis Senatum? pro Plan. 276 b, Quę amicitia poteſt eſſe inter ingratos?

¶ *Moleſtus.* Epiſt. 62 b, Quæ ego ſi non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo: ſin ingrata eſſe ſentiam, non committam vt tibi inſanire videar.

Ingravascens, tis. de Diu. 111 b, & I. A. 221 a, Medicus morbum ingrauaſcentem ratione prouidet. Epiſt. 18 b, Aetas noſtra iam ingrauaſcens.

Ingravesco, ſcis. *gliſco, creſco, grauior fio.)(. leuor.* Att. 156 b, Iſte ardet furore, nec remittit aliquid, ſed in dies ingraueſcit. Att. 288 b, Ingraueſcit in dies inteſtinum malum. I. C. 103 b, Sic hic morbus vehementius viuis ingraueſcet. de Sen. 84 a, Et corpora quidem defatigatione & exertatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. pro Dom. 215 a, Cùm ingraueſceret annona, vt iam fames timeretur. Epiſt. 49 a, Nam ſi à prima ætate me omnis doctrina liberalis delectauit, tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit. * Incer. Eorum morbus eodem tempore ingraueſceret, eodem leuaretur.

† Syntaxis. *Prouidere ingraueſcentem morbum. Ille non remittit, ſed ingraueſcit. Ingraueſcere defatigatione. Ingraueſcunt ſtudia, ætates.*

Ingrediendus, a, um. *incedendum.* de Sen. 78 a, Via qua nobis quoq; ingrediendum eſt. pro Arch. 185 b, Hunc video mihi principem, & ad ſuſpiciendum & ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum extitiſſe.

Ingrediens, tis. *gradiens.* de Orat. 108 a, Neq; is conſiſtēs in loco, ſed inambulans, & aſcenſu ingrediens arduo. Orat. 302 b, Sequitur magnum opus & arduum: ſed ingredientibus conſiderandum fuit, quid ageremus.

Ingredior, ris. *introeo, intro, adeo, me infero, ineo, pedem pono, pedem infero, accedo, inuehor.* I. A. 173, Tu ingredi illam domum auſus es? de Fi. 125 a, Quacunq; ingredimur, in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus. I. C. 112 a, Cùm iam pontem ingredi inciperent. pro Mur. 124 b, Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediuntur. Off. 53 b, Quod omnibus eſt ſciendum, qui vitam honeſtam ingredi cogitāt. Aca. 18 b, Vt quam vitam ingrediar, definias. de Or. 165 a, Quod iter incipiā ingredi? de Sen. 83 b, Ingredi iter pedib. de Clar. 196 a In vitā paulo ſerius tanquā in viam ingreſſus ſum. pro Pl. 260 b, & Epiſt. 78 b, Qua volui ianua ingreſſus ſum in cauſam. pro Cec. 289 a, Ingredi intra finem eius loci, quem, &c. I. A. 220 b, Magna ſpe ingredior, in reliquā orationem. Epiſt. 198 b, & I. A. 220 a, Quo die primùm in ſpem libertatis ingreſſus ſum I. C. 197 a, In exiliū eijciebam, quem iam ingreſſum in bellum eſſe videbam? de Orator, 128 b, Nam neq; aſſiliendum ſtatim eſt ad illud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingreſſus ſis, celeriter diſcedendum eſt. de Orat. 92 b, Nos qui antequam ad dicēdum ingreſſi ſumus, obruimur ambitione. Epiſto. 19 a, Qui ingredior ad explicandam rationem ſentētię meę. de Orat. 97 a, Ii qui ingrediuntur ad ſtudium: *id eſt, qui diſcere incipiunt* de Orator. 136 a, Et erat ipſe iam ingreſſus: *id eſt, ad dicendum.* de Eat. 140 b, Timidè ingredior ad hoc genus diſputandi pro Cecinn. 300 a, Cùm iſtam diſputationem mecum ingreſſus eſſet, dicebat, &c. Att. 242 b, Quam orationem cum ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit. Offic. 24 a, Quam quiſque viam viuendi ſit ingreſſurus. * de Orat. 144 b, Quocunq; ingreditur *oratio*, eodem eſt inſtructu ornatuq́; comitata. de Orat. 156 a, Quò cum ingreſſus eſſes.

¶ *Aggredior, incipio.* pro R. P. 123 a, Difficile eſt, quod cū ſpe magna ſis ingreſſus, id non exequi vſq; ad extremum. Aca. 5 b, Quod facere nūc ingredimur. & 39 b, Ingreſſus ſum facere: *id eſt, cœpi.* de Diu. 108 b, De diuinatione ingreſſi ſumus dicere, &c. Top. 211 a, Maiores nos res ſcribere ingreſſos, &c. è curſu ipſo reuocauit voluntas tua. Att. 242 b, Ingreſſus eram dicere quid opportuiſſet.

¶ *Vado, eo, gradior.* Tuſcul. 164 a, Qui in compedibus corporis fuerūt, etiam cùm ſoluti ſunt, tardius ingrediuntur. pro Rab. 94 b, M. Aemilius vix ingredi poteſt. Ep. 153 b, Cùm primùm poſſe ingredi cœpi. Ep. 194 a, Ingredi pleno gradu. Att. 38 a, Si dormis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere: ſi ingrederis, curre: ſi curris, aduola. Orat. 294 a, Vt ingredi liberè, non vt licenter errare videatur. pro Cæl. 46 a, Via lubrica, qua inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſis.

Ingressio. onis. *aggreſſio, introitus.* I. A. 196 a, Sic ab ingreſſione fori populum propulſari videres. Orat. 216 b, Interdum curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreſſio * Orat. 179 b, Ac video hanc primam ingreſſionem meam non ex oratoris diſputationibus ductam, ſed è media philoſophia repetitam, & eam quidem cùm antiquam tum ſubobſcuram, aut reprehenſionis aliquid, aut certè admirationis habituram.

Ingressus, ſus. *inceſſus.* de N. 20 a, Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini, Ingreſſus, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio. I. P. 97 a, Veſtigijs odorari ingreſſus cuiuſpiam. de Or. 89 a, Orationis veſtigia ingreſſumq́, non vidi.

† Syntaxis. *Ingredi domum, pericula. vitam honeſtam, viam, iter, in viam, in cauſam. in ſpem, in orationem, in bellum, ad dicendum, ad diſputationem. Ingredi iter pedibus. Quocunq;, & quacunque ingrederis, pietas, &c. Pleno gradu ingredi, liberè.*

Ingurgito, as. *infero, immitto* I. A. 173 a, Cùm in eius copias ſe ingurgitaſſet, exultabat gaudio. de Fin. 66 b, Crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent: *id eſt, repleant, ciboq́; obruant.* in P. 88 b, Nunquam te in tot ſtagitia ingurgitaſſes.

* Inhabilis, le. Oecon. 1, Omnibus his rebus fecit inhabilem mulierem.

Inhabitabilis. le, *vaſtus, deſertus.* de Nat. 7 a, Inhabitabilis atq; inculta terræ pars.

Inhaerens, tis. de Natur. 56 a, Belluæ ad ſaxa natiuis teſtis inhærentes. * Tuſcul. 214 a, Opinatio inhærens & penitùs inſita. ibid. Opinio inhęrens & penitùs inſita.

Inhaereo, es. *hæreo, inſideo.* de Or. 123 b, Quæ ſunt foris, neq; inhærent in rei natura, & de Vn. 291 a, Sidera quæ ſuis ſedib. inhęrent. de Diu. 103 a, Animi qui corporibus non inhærent. Tuſc. 155 a, Inhæret in mentibus quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorum. de Diu. 128 a, Quorum linguę ſic inhærerent, vt loqui non poſſent, hæ, &c. * de Fi. 63 a, Quemadmodum hæ *virtutes* ſemper voluptatibus inhærēt. Tuſcul. 179 a, Eaq; *tunica tincta ſanguine Centauri.* & 214 a, Permanat in venas, & inhęret in viſcerib. illud malū.

Inhaeresco, ſcis. *adhæreſco.* de N. 55 a, Beſtiolæ in ſordibus aurium tanquā in viſco inhæreſcunt. & Tuſc. 190 b, Poëtę leguntur, ediſcuntur, & inhæreſcunt penitùs in mentibus.

† Syntaxis. *Belluæ ad ſaxa natiuis teſtis inhærent: id eſt foris, neq; inhærent in rei natura, animaduertas accidentium deſcriptionē. Inhærere viſceribus: &, In viſceribus. Inhæreſcunt poëtę in mentibus.*

Inhalo, as. *exhalo.* I. P. 82 a, Cùm ore fœtido deterrimam nobis popinam inhalaſſes.

Inhians, tis. *incumbens.* I. C. 115 a, Romulus paruus atq; lactens vberibus lupinis inhians.

Inhibeo, bes. *cohibeo, cęptum impedio.* in Verrem 269 a, Si te illius acerba imploratio & vox miſerabilis nō inhibebat, ne ciuiū quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu & gemitu maximo commouebare. Att. 211 a, Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. eſt enim verbum totum nauticum: quanquā id quidem ſciebam, ſed arbitrabar ſuſtinere remos, cùm inhiberi *(al. inhibere)* eſſent remiges iuſſi. id non eſſe eiuſmodi. didici heri, cùm ad villam noſtram nauis appelleretur. non enim ſuſtinent ſe, ſed alio modo remigant: id ab ἐπέχειν remotiſſimum eſt. quare facies, vt ita ſit in libro, quemadmodum fuit. de Or. 97 b, Vt concitato nauigio cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum, intermiſſo impetu pulſuque remorum. pro Qu. 4 b,



BIBLIOTEC

Quod ſi facere nolit, atq; inhibuerit eiuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere, ſeſe nihil precari, &c.

**INHIBITIO**, onis. Att. 210 b, Inhibitio remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

¶ *Adhibeo.* I. A. 255 a, Inhibere ſupplicium alicui.

**INHONESTE`**. *turpiter, ſpurcè.* Att. lib. 2, 23 a, Accuſauit Naſicã inhoneſtè, ac modeſtè tamen dixit.

† Syntaxis. *Hoc grauiſſimum eſt, Inhoneſtè accuſare, modeſtè tamen.*

**INHONESTVS**, a, um: ſſimus. *turpis.* pro S. R. 20 b, & pro Dom. 234 b, Profectò Attilium illum hominem turpiſſimum atque inhoneſtiſſimum iudicares. Ep. 115 b, Et herculè confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt Sal. in Cic. 271 a, Quæ honeſtè nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima.

**INHONORATVS**, a, um. *inglorius.* Tuſc. 201 b, Multi inhonorati proferuntur. & 208 a, Vita inhonorata & ingloria.

**INHORRESCO**, ſcis. *exhorreſco.* de Orat. 157 a, & de Diuin. 85 b, Inhorreſcit mare, tenebræ conduplicantur. Pacuuij. de Rep. lib. 4. teſte Nonio, Horum in ſeueritatem dicitur inhorruiſſe primùm ciuitas.

**INHOSPITALITAS**, tis. )( *hoſpitalitas.* Tuſc. 214 b, Inhoſpitalitas, eſt opinio vehemens fugiendum eſſe hoſpitem, eaq; inhærens & penitus inſita.

**INHVMANE`**, nius. *inhumaniter.* Offic 57 b, Si quid ab homine detraxeris vtilitatis tuæ cauſa, inhumanè feceris, contraque naturam. de Amic. 104 b, Alios dicere aiunt etiam multo inhumanius.

**INHVMANITAS**, tis *immanitas, crudelitas.* pro Deiot. 150 a, Quę eſt iſta tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? de Ora. 93 a, Quod ego non ſuperbia neque inhumanitate faciebam. in Ant. 162 a, Sit hoc inhumanitatis tuæ. in Ver. 259 a, Manſuetudinem in crudelitatem inhumanitatemq; conuerti.* pro Mur. 142 b, Non amat *populus* profuſas epulas: ſordes & inhumanitatem multò minus.

**INHVMANITER**. *inhumanè.* Qu. fr. 321 b, Non poſſum ſcribere, me miratum eſſe, illum tam inhumaniter feciſſe.

**INHVMANVS**, a, um. *crudelis, humanitatis expers, vitæ communis ignarus, nunquam particeps humanitatis, immemor humanitatis, multum ab humanitate diſcrepans, inurbanus, inops humanitatis & inurbanus, ab omni humanitate derelictus, difficilis, agreſtis, inſuauium morum, non homo, & communi naturæ ſenſu carens* de Senectut. 78 b, Moderati, nec difficiles, nec inhumani ſenes tolerabilem agunt ſenectutem. de Fin 49 b, Vt Terentianus Chremes non inhumanus. de Fin. 103 b, Illa vox inhumana & ſcelerata. in Vatin. 260 a, Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? Att. 202 a, In iſto tuo animo nihil agreſte, nihil inhumanum eſt. Or. 213 b, Qui aures tam inhumanas tamq; agreſtes habent. I. C. 106 a, Inhumana audacia. Off. 29 a, At hoc idem ſi in conuiuio faciat, inhumanus videatur. de Or. 142 a, Inops humanitatis & inurbanus. & 113 a, & ad Heren. 26 b, O' derelictos ab humanitate homines.

† Syntaxis. *Inhumanè facere, contraq; naturam. Impudens, crudelis, immoderata inhumanitas. Facere ſuperbia & inhumanitate. Crudelitas & inhumanitas. Durus, ferreus, inhumanus. Agreſtis & inhumanus. Homo ab humanitate derelictus.*

**INHVMATVS**, a, um. *inſepultus.* Tuſc. 171 a, Diogenes proijci ſe iuſſit inhumatum. de D. 138 a, Is cum eſſet proiectus inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. in Ant. 264 b, Iiq; nec inhumati, nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati.

**INIBI**. *ibidem.* contra Rull. 64 b, Luxuries Annibalem Capuæ corripuit, ſuperbia nata inibi eſſe ex Campanorũ faſtidio videtur. & I. A. 259 a.

**INIECTVRVS**, a, um. pro Cecinn. 285 a, Sperarunt ſe iniecturos vobis cauſam deliberandi, & iudicandi iuſtam moram & religionem.

**INIECTVS**, a, um. de Diu. 92 b, Se interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum, & ſuprà ſtercus iniectum. I. V. 249 b, Niſi verò exiſtimatis hominem pecunioſiſſimum ſine aliqua cauſa queſtus iniectum, *id eſt, adductum*, ad tam incredibile crimen. pro Mur. 135 b, Atque ex omnibus illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ, nõ tacente me, maxima. Q. fra. 306 b, Eo metu iniecto. pro Cl, 39 b, Suſpicionem eſſe iniectam alicui. contra Rull. 82 a, Tenuiſſima ſuſpicione hoſtium iniecta. de Prou. 78 a, Timor iniectus Cæſari de eius actis pro Cec. 301 a, Cui periculum mortis ſit iniectum.* pro Clu. 33 a, Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus & dubitatio. Ep. 102 b, Nunc verò in hybernis iniectus mihi videris.

**INIENS**, ineuntis. *primus, incipiens.* Att. 2 b, Ianuario ineunte cura vt Romæ ſis. Att. 55 b, Ineunte æſtate. pro Pom. 11 a, Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit. de Fin. 113 a, Sed vt magnum certamen iniens. de Or. 93 a, Qui ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio vtriuſq; veſtrûm. pro Pom. 4 a, Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptę. de Off. 42 a, & Of. 25 a, Ineuntis ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regẽda prudentia eſt. de Clar. 178 a, In his exercitationibus ineunte ætate fuimus. Ep. 143 b, Ab ineunte pueritia. Off. 23 b, Ineunte adoleſcentia, cui ineſt, &c. in Vat. 55 b, Ab ineunte adoleſcentia.

**INIICIO**, cis. *obijcio, immitto, infero.* Epiſtol. 194 a, Cùm mihi in ſermone inieciſſet, ſe velle Aſiam viſere. pro Quint. 12 b, Quod Hortenſium, quia nuper iniecit, & quia Næuius ſemper id clamitat, dicturum arbitror. pro Muræn. 133 b, Quam te ſecurim putas inieciſſe petitioni tuæ? pro Quint. Roſc. 53 a, Ipſa mihi veritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere & commorari coëgit. de Finib. 106 a, Iniicere vincula alicui. de Na. 76 b, Inijcere laneum pallium alicui. de Nat. deor. 84 a,

*Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes.*

Attic. 25 a, Iniicere ſpem alicui de aliqua re. pro Mil. 118 a, Clodius cui deorum ira mentem iniecit, vt Milonem laceſſeret, eadem hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam, vt, &c. pro Dom. 216 a, Is meum nomen operariis ediderat, imperitis iniecerat. pro Mur. 136 a, & I. V. 172 a, Inijcere timorem & deſperationem alicui. de Fin. 132 a, Iniicere terrorem mortis alicui. Ep. 172 a, Att. 101 a, Inijcee cupiditatem alicui & cogitationem pro Cec. 303 b, Cùm Cotta decemuiris religionem inieciſſet.

**INIICIOR**, ris. I. C. 112 a, Ne temerè à me tantus tumultus ciuitati iniiceretur.

† Syntaxis. *Cauſam alicui inijcere ſcribendi, plagam, ſuſpicionem, timorem, periculum, manum, ſpem, tumultum ciuitati, & religionem. Iniecit ille in literis: id eſt, addidit.*

**INIMICE`**, ſſimè. *infeſtè, inimico animo.* pro Quint. 12 a, Inimiciſſimè atq; infeſtiſſimè contendere cum aliquo. de Nat. 3, Inimicè inſectari aliquem. in Ant. 176 a, Vide quàm tecum agam non inimicè.

**INIMICITIA**, tiæ. *ſimultas, alienatio, diſiunctio.* in Vat. 57 a, Videto, ne nimium familiariter inimicitias exercere videare. & 65 b, Tuſc. 213 b, Inimicitia ira vlciſcendi tempus obſeruãs. & Epiſtol. 29 a, Gerere graues inimicitias cũ aliquo. item, Suſcipere graues inimicitias. pro R. P. 127 b, Nec me pœnitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere. ad Att. 228 b, Libentiùs deponimus inimicitias reipub. nomine ſuſceptas, quàm contumaciæ. pro Cluent. 58 a, Deponere inimicitias veteres. pro Flacc. 146 b, Deponere inimicitias iuſtiſſimas cum aliquo de Pro. 73 b, Inimicitias in viris fortibus non ſolùm extinxit reipub. dignitas, ſed etiam ad amicitiam cõſuetudinemq; traduxit. pro Fla. 146 b, Denunciare nouas inimicitias alicui nulla accepta iniuria. pro Cl. 57 b, Nouis inter propinquos ſuſceptis inimicitiis. pro Fon. 280 b, Inſitas inimicitias iſtæ gentes habent, & gerunt cum populi Rom. nomine. pro Cæl. 44 a, Nec enim vnquam muliebres inimicitias mihi gerendas putaui. pro Deiot. 149 a, Tamen inimitias hominum more gerere poteratis. pro Seſt. 19 b, Qui cum inimicitias ſibi mecum ex reipub. diſſenſione ſuſceptas eſſe dixiſſet, eas ſe dixit & temporibus & reipub. permiſſurum. Ep. 62 a, Vt tuas inimicitias reipub. donares, te viciſti. pro Sext. Roſ. 21 a, Erant ei veteres inimicitiæ cum duobus Roſcijs. pro Cæl. 44 a, Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Epiſto. 115 b, Cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter & candidè poſuiſſe inimicitias videaris. pro Clu. 53 b, Inimicitias inter aliquos eſſe. de Opt. 245 a, Inimicitiis incenſa contẽtio. ad Her. 29 b, Eum quare putes inimicitias cum fide habere poſſe?* pro M. Scau. Eas ſibi inimicitias non ſuſceptas, ſed relatas. pro A. Gabin. Amicitiæ ex inimicitijs reuocatæ in gratiam. I. V. 273 a, Tantúmne igitur laborẽ, tantas immicitias tot hominum ſuſcepturus es? ibid. Hominum potentiſſimorum ſuſcepit inimicitias. ibid. Poſteaq; Pompeius humili atq; obſcuro loco natus nónne plurimis inimicitijs, maximisq; ſuis periculis ac doloribus. ampliſſimos honores eſt adeptus? ibid. Modò L. Fimbriam, &c. vidimus non mediocribus inimicitijs ac laboribus cõtendere. ibid. Inimicitię ſunt, ſubeantur: labores ſuſcipiantur. Etenim tacitæ magis & occultæ inimictiæ timendæ ſunt, quàm indictæ & apertæ. I. V. 273 b, Quorum ego inimicitias populi Rom. ſalutis cauſa ſuſcepero, ibid. Quid habent eorum inimicitiæ periculi?

**INIMICOR**, ris. Qu. de Pet. 212 a, Sin autem neges abalienãt ſe & inimicantur.

† Syntaxis. *Inimiciſſimè contendere. Inimicitias exercere, gerere, ſuſcipere, habere, deponere, extinguere, denunciare. Inimicitias ſuas alicui donare. Inimicitia eſt illi cum, &c. Intercedunt inimicitiæ illi cum, &c. Ponere inimicitias parum ſimpliciter & candidè. Abalienant ſe, & inimicantur facilè mali.*

INI-

INIMICVS,a,um: ſſimus. *hoſtis,infeſtus,infenſus,aduerſus,alienatus,non æquus,iniquus,obtrectator,inuidus*. de Orat.104 b, M.Cato Galbæ grauis & acer inimicus. Epi.17 b,Grauiter inimicus.Tuſc.216 a,Motus animi auerſi à ratione, inimiciſſimi mentis vitæq; tranquillæ.I.V.134 b,& pro Cec.291 a,Is aratoribus infeſtus atq; inimicus eſt.in Ver. 61 a, Homines qui illi inimici infenſiq; ſunt.Tuſc.222 a,Infenſus & inimicus alicui.in Verr. 130 a,Nemo illi inimicior, quàm Claudius.de Ora.115 a,Vbi iudex amicus aduerſario & inimicus tibi eſt?in Verr.110 b,Ille aſpicere te non poſſet, inimicus, hoſtis eſſet. Att. 177 a, Qui mihi tam crudeliter inimici ſunt.Epiſt.12 a,Habere aliquem inimicum. de Fat. 143 a, Quæ eſt tota Diodori vobis inimica ſententia. I. A. 244 a,Cui ſemper fui amicus,antequam ille reip.tam apertè eſt factus inimicus.de Pro. 73 a,Quis plenior inimicorũ fuit C.Mario? de Fin.131 a,Aliquem ſibi eſſe inimicum atque hoſtem.de In.61 a,Inimicis & hoſtibus ea diſplicere. de Amic. 107 a,Nulla vox inimicior amicitiæ poteſt reperiri,quàm eius,qui,&c. Ora. 216 a, Nihil inimicius, quàm oratio,verſibus.I.A.229 a,Gallia,quam ſibi armis animiſque infeſtam inimicamq; cognouit.pro Qu.2 a,Mihi ſummam per iniuriam omnia inimica atq; infeſta ſunt. I.V.78 b, Clamore alicuius infeſto atque inimico excitari. & 139 a,Infenſo animo atq; inimico.pro Font.279 a, Inimico animo dicere aliquid. de Am.103 b,Hoſtis & inimicus,idẽ, * pro C.Cor.2,Inimici tribuniciæ poteſtatis.pro M. Scau. P. Craſſum, ne in manus incideret inimicorum, ſeipſum interemiſſe. ibid. Cùm ex multis vnus ei reſtaret paternus inimicus. I. V. 273 b, Quorum animos iam antè habueris inimicos & inuidos.ibid.Quem *reum* inimicum Siculi dederunt.

† Syntaxis.*Inimicus grauis,acer,grauiter.Inimicus & infenſus.Inimicus & hoſtis.*

INIQVE':ſſimè. *aduerb. iniuſte.* Att. 275 a, At hoc ipſum,inquies,iniquè facis Bruti.pro Dom.230 b, Qui expulſi ſunt iniquè. pro. Pl. 270 b, Se iniquè à tuis iactatum grauiter querebatur. pro Deiot.149 b, Etſi iniquè Caſtorem Domitio comparo.pro Cl.29 a,Iam hoc quoq; propè iniquiſſimè comparatum eſt.

INIQVITAS,tis.*iniuria*. I. C.109 b,Aequitas certat cum iniquitate. pro Qu.2 a,Id accidit prætoris iniquitate & iniuria,I.C.119 b,Habere videtur iſta res iniquitatem,ſi imperare velis:difficultatem,ſi rogare.pro S.R.18 b,Defendere autem ipſi propter iniquitatem temporum non audent.* I.V.195 a, Quò non noſtrorum hominum libido iniquitaſq; peruaſerit.pro Planc. 267 b, Neque ego minus legis iniquitatem queror. Ep. 3 b, Nos in Senatu, quemadmodum ſpero,dignitatem noſtram, vt poteſt in tanta hominum perfidia & iniquitate,retinebimus.Att.6 b,Scito nihil tam exercitum eſſe nunc Romæ,quàm candidatos omnibus iniquitatibus.

INIQVVS,a,um.*habens iniquitatem,iniuſtus,non habens æquitatem,iniurius,inimicus.)(.æquus*.pro Plan.167 a,Homo natura aſper,atq; omnibus iniquus.Epiſt.151 a,Seruilius Ioui ipſi iniquus.Off. 96 a,Multi iniqui atq; infideles regno, pauci ſunt boni. pro Quin.1 b,Nam quid hoc iniquius aut indignius dici poteſt? de Ar. 244 b,Cui præripere deſtinatam laudem,valde eſſet iniquum. Att.85 b,Credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum ſcripſiſſe. in Verr. 265 a,Iniquo infeſtoq; animo intueri aliquem.Tuſc.176 a, iniquo animo ferre aliquid. Epiſt. 182 a,Scio me à te contra iniquos meos ſolere defendi. pro Pl. 267 a, Iniqui mei & defenſorum meorum.pro R.P.126 b,& pro Fon.280 b, In quo æqui ſperaſſe eum dicũt, peccaſſe iniqui.Epiſt.5 b, Cæteri ſunt partim obſcuriùs iniqui, partim non diſſimulanter irati.

† Syntaxis. *Iniquitas & iniuria.Id habet iniquitatem.Homo natura aſper,& omnibus iniquus.Iniqui mei.Obſcurè iniquus.*

INITIA,orum.*ſacra Ceceris*.. de Leg. 177 a, Athenæ nihil attulére melius illis myſterijs, quibus ex agreſti vita exculti ad humanitatem ſumus,initiaq;,vt appellantur,ita reuera principia vitæ cognouimus. in Hortenſio, teſte Auguſt. lib.4 contra Iulianum, Humanæ vitæ erroribus & ærumnis fit,vt interdum veteres illi ſiue vates ſiue in ſacris initiiſq; tradẽdis diuinæ mentis interpetes, qui nos ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vita ſuperiore, pœnarum luendarum cauſa natos eſſe dixerunt,aliquid dixiſſe videantur.

INITIANDVS,a,um. At.60 a,Scire velim,num cenſum impediant tribuni diebus initiandis.**al.vitiandis,al.inijciendis.*

*INITIO`.*primò,principium,principio*. de Orat. 113 a, Græci ipſi ſic initiò ſcriptitarunt. pro S. Roſc. 38 a, Iſte qui initiò proditor fuit,deinde perfuga.Ep. 7 a, Quemadmodũ Senatus initiò cenſuit. ibid. Redeo ad illud, quod initiò ſcripſi.Ep.159 a,De qua initiò ſcripſi.

*INITIO,as. *conſecro, inaugero, ſacris imbuo.* de Leg.173 b, Néue quem initianto, niſi,vt aſſolet, Cereri Græco ſacro. Attic. 16 b, M. Luculli vxorem Memmius ſuis ſacris initiauit.

INITIOR,aris. *deuoueor,conſecror, ſacris imbuor,inauguror*.Tuſ. 154 a, Reminiſcere, quoniam initiatus es, quæ tradantur myſterijs. de Nat.24 b,Omitto Eleuſinam ſanctam,vbi initiantur gentes orarum vltimæ. de L.177 a, Diligentiſſimè ſanciẽdum eſt,vt mulierum famam multorum oculis lux clara cuſtodiat,initienturque eo ritu Cereri,quo Romæ initiãtur. & ibid. Sacra quib.ipſi initiati ſumus.in Catil.100 a,Quæ quidẽ ſica,quibus abs te initiata ſacris, ac deuota ſit,neſcio, ꝙ eã neceſſe putas cõſulis in corpore defigere.

† Syntaxis *Illa initiatur Cereris ritu.Initiari ſacris.Dies initiandi. Sica initiata & deuota.*

INITIVM, tij. *principium, fundamentum,elementum*.Tuſcul. 168 a,Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noſter affert,ſed exitum mors. de Orat.95 a, Adoleſcentulus in initio dicendi ſic exanimatus ſum,vt,&c.278 b,Cui cõſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Attic. 278 b, Hoſtes qui erant ab initio belli. de Clar. 116 b,Ab iſto initio tractus eſt ſermo. contra Rull.69 b, Ducere initium rerum ſuarum alicunde. Attic. 143 a, Belli initium ducetur à fame Attic. 170 a, Vt malè poſuimus initia,ſic cętera ſequentur.de Clar.176,L.Beſtia bonis initiis orſus tribunatus, triſtes exitus habuit conſulatus. contra Rul.81 b,Facere initium ab aliquo.in Anton. 264 b,Panſa initium cum hoſtibus confligendi fecit. Epiſt. 184 a, Cædis initium à me ſe facturum putauit. in Anton. 198 b,Is cædis initium à me feciſſet. Attic. 107 b,& 146 b, Facere initium armorum. Attic. 51 b,Tu velim, vt ſe initia dederint,ad me perſcribas. de Diuin. 110 b, Quæ ſint initia rerum ex quibus naſcuntur omnia. Tuſcul. 242 a, Indagatio initiorum & tanquam ſeminum,vnde ſint omnia orta generata, concreta. de Legib. 169 a, Tibi aliud dicendi initium ſumendum eſt. * de Orat.113 a,Ab initio rerum Romonarum vſq; ad P. Mutium Pontificem Max.res omnes ſingulorum annorum mandat literis PontifexMax.efferebatq; in album,& proponebat tabulam domi. Acad. 44 a, Illa initia,& vt è Græco vertam,elementa dicuntur: è quibus aër & ignis mouendi vim habent & efficiendi. Ep. 52 a,Qui eorum malorum initia multò antè videris. & b,Oſtendiſti, ſapientem & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitum ſuſcipere,extrema non libenter perſequi.

† Syntaxis.*Initio.In initio dicendi. Ab initio.Ducere initium,ponere, ſumere, facere. Sic ſe dant initia.Bonis initijs ordiri.*

INITVS,a,um.de Mat.74 a, Inita & ſubducta ratione nefaria ſcelera meditari. pro Dom. 240 b, Poſt ſacerdotium initum.in Catil.115 b,Conſilia quæ clàm eſſent inita cõtra ſalutem vrbis.pro Syl.167 b,Initum eſt conſilium à Catilina inflammandæ ciuitatis.

INIVCVNDITAS,tis.*aſperitas*. de Nat.54 a,Ne quid iniucũditatis habeat oratio.

INIVCVNDIV`S,*aduerb.)(.iucundius*. Attic. 19 b,Deinde te in his rebus, quæ mihi aſperiùs à nobis,atque à noſtris,& iniucundiùs actæ videbautur.

INIVCVNDVS,a,um. *inſuauis, acerbus*. Qu. frat. 327 b,Rumor dictatoris iniucundus bonis. de Finib. 49 b, Minimè nobis iniucundus labor. Epiſt. lib. 11, Inanem autem ſermonem literarum tibi iniucundum eſſe audiebam.

† Syntaxis. *Res aſperius & iniucundiùs actæ.*

INIVNGO, gis. *importo, affero*. D. Brut.Epiſt. 174 a,Tamen ſi quo caſu Hiſaram ſe traiecerint, ne quid detrimenti reipub. iniungãt,ſumma à nobis dabitur opera.*hoc verbo,quod ſciam,Cicero nuſquam vſus eſt.*

INIVRATVS,a,um.*qui non iurauit,ſine iureiurando.)(.iuratus.* pro Syl,173 b,Hæc iniuratus ſum dicturus,quæ iuratus in concione dixi.pro Roſc. 45 b,Quod in codicem iniuratus referre noluit.Offic.73 b,Iuraui lingua, mẽtem iniuratam teneo * pro Q. Roſc. 52 b,Vtrum potiùs Chæreæ iniurato in ſua lite,an Manilio & Luſcio iuratis in alieno iudicio credas.ibid. Dixit iniuratus Luſcio & Manilio. I. V. 72 a, Vt malim iurato ſuam quàm iniurato aliorum tabellas committere.

INIVRIA,rię.*iniquitas*. ad Her.32 a,Iniuria eſt,quę aut pulſatione corpus,aut conuitio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuſpiam violat.Off.9 a,Iniuria duobus modis fit, vi aut fraude. At. 162 a, Pompeius qui tibi vt beneficium daret, prius iniuriam fecit. I. A.222 b,Honorem mortuo, cui iniuriam viuo fecimus,faciamus.pro Fl.160,Quid tibi tandem Decianæ iniuriæ factum eſt.de Amic. 110 b,Facere iniuriam,& pati iniuriam.Of.5 b,Inferre iniuriam alicui, & propulſare iniuriam ab aliquo. I. V. 193 b, & 151 a, & Epiſt. 66 a, Facere magnam iniuriam alicui. I. V. 63 a, Facere iniurias omnibus. Tuſc. 239 a,& Ep. 7 a, & 53 a, Accipere,quam facere,præſtat iniuriam. pro Quint. 4 b, Accipere inſignem iniuriam. Topic. 228 a, & in Verr. 64 a, & Att, 166 a,& de Cl.175 a, Accipere iniuriam ab aliquo.in

Vat.104 a, Imponere iniuriam alicui. pro Qu. 18 a, Imponere iniuriam alicui ſine ignominia. in Vat. 199 a, Quid eſt enim in calamitate reſidui, quod non ad miſeros aratores iſto prætore per ſummam iniuriam ignominiamq; peruenerit. de Aruſ.252 b, Iniuriam ſtupri in aliquem infero. pro S.R.42 a, Vides ipſum ab ſeſe tam atrocem iniuriam propulſare. Epiſt.56 b, Nulla me ipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. Epiſt.15 a, Grauiſſimas iniurias voluntaria obliuione contriueram. Epiſt.5 b, Cæteris iniurijs, quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè, vt ſpero, reſiſtemus. pro Qu.2 a, Id accidit prætoris iniquitate & iniuria. I. A. 161 a, Non venirem contra iniuriam? quam iſte interceſſoris iniquiſſimi beneficio obtinuit: non iure prætorio? Parad. 119 a, Quocunque aſpexiſti, vt furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ. in An. 241 a, Gallia æquo animo belli patitur iniuriam. pro Cecin. 291 b, Vt meum ius teneam, & tuas iniurias perſequar: *id eſt, à te factas*. pro Qu.R. 50 a, Iudicium damni iniuriâ conſtitutum. & 54 a, Litem damni iniuria cum aliquo conteſtatam eſſe.* cont. C. Ant. Me non aliorum quidem iniurias mediocriter poſſe ferre. pro S, Roſc. 18 b, Omnes iniuriam nouo ſcelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipſi propter iniquitatem temporum non audēt. I.V. 63 a, Siculi vltorem ſuarum iniuriarum inuenerunt. Tu dum tuas iniurias per te perſequi conaris, id agis, vt cæterorum quoque iniuriæ ſint impunitæ atque inultæ. ibid. At eam tibi C. Verres fecit iniuriam, quæ cęterorum quoque animos poſſet alieno incommodo commouere. ibid. Qualis iniuria dicatur. I. V. 63 b, Ab hac præfectus Antonij quidam ſymphoniacos ſeruos abducebat per iniuriam. ibid. Fortunas omnes libertatemque ſuam iſtius iniuria perdidit. I. V. 64 a, De iniuria, quæ tibi facta ſit, neminem noſtrorum grauiorem vindicem eſſe oportet quàm teipſum, cui facta dicitur. ibid. Quid ſi ne iniurię quidem, quę tibi ab illo facta ſit, cauſa remanet? ibid. Si plurimas à tuo prætore iniurias accepiſſes: tamen eas ferendo maiorem laudem, quàm vlciſcendo merere. Cùm verò nullum illius in vita rectius factum ſit, quàm id quod tu iniuriam appellas. ibid. Si ſummam iniuriam ab illo accepiſti. ibid. Cùm incertum ſit de iniuria. I. V. 65 a, Nulla priuatim accepta iniuria. ibid. Ab hoſpitibus clientibuſque ſuis ab exters nationibus iniurias propulſare. ibid. M. Catonem, &c. cum multis graues inimicitias geſſiſſe accepimus propter Hiſpanorum iniurias. Nuper Cn. Domitium ſcimus D. Silano diem dixiſſe propter vnius hominis iniurias. pro Cecin. 291 b, Quid ad ius ciuile ad actoris notionem & ad animaduerſionnem ages? Iniuriarum? ibid. Actio iniuriarum non ius poſſeſſionis aſſequitur. ibid. Quid tu tam inſigni accepta iniuria poſtulabis? pro Ligar. 143 a, Qui obliuiſci nihil ſoles, niſi iniurias. Off 66 b, Si is, qui non defendit iniuriam, neque propulſat à ſuis, cum poteſt, iniuſte facit: qualis habendus eſt is, qui non modò non repellit, ſed etiam adiuuat iniuriam? Parad. 121 a, Iactam & immiſſam à te nefariam in me iniuriam ſemper duxi: tamen perueniſſe ad me nunquam putaui. ibid. Tunc ego me accepiſſe confiterer iniuriam. Sed ſi hæc nec feciſti, nec facere potuiſti: reditū mihi glorioſum tua dedit iniuria, non exitum calamitoſum. Epiſt. 123 a, Quod per iniuriam ſibi putat ereptum, cuius ego auor fuerim. Ep. 198 b, Qui ſumma cum tua iniuria, contumeliaque Reipub. prouinciam abſens obtinebat. Epiſt. 241 a, Sociorum auxilia propter acerbitatem atq; iniurias imperij noſtri aut ita imbecilla ſunt, &c. aut ita alienata à nobis. de Fin. 105 a, Cum amicis aut benè meritis conſociare aut coniungere iniuriam.

¶ *Non iniuriâ: pro, non ſine cauſa, non immeritò: hoc eſt, iure meritò.* Qu. fr. 327 b, Hoc horret Milo, nec iniuria. pro Seſt. 27 b, Hoc ęquè turpe eſt atque illud: nec iniuria. de N. 64 a, Nec mehercule iniuria. de Nat. 78 a, Non iniuria tibi illud accidit. I. C. 100 b, Ego tibi iniuria ſuſpectus ſum. * pro M. Tull. Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. Quid ſi ſe telo defenderit? haud iniuria. Hortenſ. Qui cùm publicas iniurias lentè tuliſſet, ſuam nō tulit. Incert. Nihil eſſe quod non aliquando ad interitum redigatur, vel iniuria hominum.

† Syntaxis. *Iniuriam facere, fieri, pati, inferre, propulſare, accipere imponere, conterere. Contra iniuriam venire. In aliquem iácere & immittere iniuriam. Tuas perſequar iniurias: id eſt, à te factas. Iniuria, & per iniuram ſuſpectus.*

INIVRIOSE', ſius. *per iniuriam, contumelioſè, iniuſtè.* Qu. fr. 294 a, Quæ in magiſtratu iniurioſè decreuerant, eodem ipſis priuatis erat iure parendum. Brut Atr. 280 b, Temerè atq; iniurioſè aliquid de aliquo ſuſpicari. pro Pom. 5 b, Mercatores iniurioſius tractati.

† Syntaxis, *Temerè & iniurioſè ſuſpicari.*

INIVRIOSVS, a, um. *iniurius.* contra Rul. 63 b, Ab inuito emere, iniurioſum eſt. pro Cor. 59 b, In ſocios verò iniurioſum & contumelioſum eſt, ijs præmijs excluſos eſſe, quæ, &c. ad Her. 33 a, Auaratia eſt iniurioſa appetitio alienorum. de L. 164 a, Iniurioſa & facinoroſa vita. Off. 9 b, Iniurioſus in proximos. ad Her. 9 b, Ratio deſcriptionis refelletur, ſi iniurioſa fuerit.

† Syntaxis. *Id agere, iniurioſum & contumelioſum eſt. Iniurioſa & facinoroſa vita.*

INIVRIVS, a, um: *iniurioſus, iniquus.* Offi. 70 a, Extorquebitne eam ſapiens, ſi potuerit? negat, quia ſit iniurium.

INIVSSVS, ſus. *ſine iuſſu, autoritate, conceſſu.* Tuſcul. 164 a, Vetat enim nos Deus iniuſſu ſuo hinc demigrare. pro Cornel. 61 a, Populus Romanus non poteſt iniuſſu ſuo religione obligari. pro Quin. 15 a, Mittis iniuſſu prætoris. Att. 210 b, Placétne tibi primùm edere iniuſſu meo? * de Inuen. 53 b, Si hanc eandem exceptionem iniuſſu populi ad legem aſcribi iubeatis. pro Rab. 92 b, Ne de capite ciuium Rom. iniuſſu veſtro iudicaretur.

INIVSTE'. *iniurioſè, contrà fas.* pro Plac. 154 b, Facis iniuſtè Læli. de Fin. 59 b, Nec homini infanti iniuſtè facta conducunt. pro Mur. 145 a, Is iniuſtè neminem læſit. Off. 5 b, Iniuſtè impetum in quempiam facere.

INIVSTITIA, tiæ. *iniquitas.* Offic. 5 b, Iniuſtitię duo ſunt genera: vnum, eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab ijs quibus infertur, ſi poſſunt, non propulſant iniuriam. ibid. 9 a, Totius iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quàm eorum qui cùm maximè fallunt, id agunt vt viri boni eſſe videantur. Qui alijs nocent, vt in alios liberales ſinr, in eadem ſunt iniuſtitia, vt ſi in rem ſuam aliena conuertant. & de Natu. 74 a. * Iniuſtitiæ autem, intemperantiæ, timiditatis, quæ ſemina eſſent? ſi his vitiis ratio non ſubeſſet. Tuſculan. 217 b, Moderatam iniuſticiam approbo.

INIVSTVS, a, um. *iniquus, iniurius, iniurioſus, immeritus, indebitus.* de Legib. 71 a, Qui pernicioſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerunt. Tuſcul. 239 b, Vir maleficus naturâ & iniuſtus. pro Flac. 164 b, Nemo erit tam iniuſtus, qui, &c. Officior. 68 b, Id quàm iniuſtum in patriam eſſet, non videbat. de Orat. 127 b, & Attic. 196 b, Aliquam iracundiam non iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defendere. Orat. 200 a, Imponere iniuſtum onus alicui.

† Syntaxis. *Naturâ maleficus & iniuſtus. Iniuſtum id in patriam.*

INNANS, tis. de Nat. 46 a, Quot genera quamq; diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantiū & innantium (*al. innatantium*) belluarum?

INNASCOR, ris. *ingignor.* Offi. 13 a, In hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia & nimia cupiditas principat[9] innaſcitur. de Nat. deor. 32 b, Quibus Dijs innaſcitur ratio recta conſtansq;. Att. 18 a, Cū hæc domi innaſcantur.

INNATANS, tis. de Nat. deor. 46 a, Quot genera quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluentium, & innatantium (*al. innantium*) belluarum.

INNATO, as. de Natur. 50 b, Cùm piſciculi parui in cōcham hiantem innatauerunt.

INNATVS, a, um. *inſitus, ingenitus, ingeneratus.)(aſſumptus, aduentitius.* de Fin. 107 a, Inſita, vel potius innata cupiditas. de Inu. 70 a, & 82 b, Non opinio, ſed quædam innata vis. de Nat. 10 b, Inſita, vel potius innata cognitio. in Verr. 264 a, Hoc non receptum eſt, ſed innatum. in Ver. 225 a, Id animis eorum inſitum atque innatum videtur. de Fin. 85 b, Innata eſt homini probitas gratuita, non voluptatibus mutuata. * Top. 226 b, Vt anteponantur, &c. innata atq; inſita aſſumptis & aduentitijs. de Vni. 203 a, Conuerſio & innata atq; inſita.

† Syntaxis. *Inſitum, vel potius innatum. Innatum atq; inſitum.*

INNIXVS, xa, xum. *nixus.* de Aruſp. 258 a, Etenim vix hæc, ſi vndique fulciamus iam labefactata, vix inquam innixa in omnium noſtrûm humeris cohærebunt. Acad. 22 b, Intēdit Apollo arcum luna innixus.

INNOCENS, tis. *integer, qui nemini iniuriam facit, qui nihil nocet.* pro. R. 27 b, Innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt: nocens niſi accuſatus fuerit, condēnari non poteſt. in Catil. 170 a, Aliquis indemnatus, innocens in exilium eiectus. & Tuſcul. 170 a, Innocens damnatus ſum. de Cla. 180 b, Vir bonus & innocens. in Ver. 201 b, Vir integer, innocens, religioſus. I.V. 67 b, Innocens prætor. Par. 233 b, pro Mur. 138 a, Vita innocentium. Tuſc. 236 a, Innocens dicitur, non qui leuiter nocet, ſed qui nihil nocet. Epi. 104 a, Epiſtolam tuam conſcidi innocentem: nihil enim habebat, &c.

INNOCENTIA, *integritas vitæ ac morum.* Tuſc. 193 b, Innocētia eſt affectatio talis animi, quæ noceat nemini. Orat. 218 a, Nam vbi libido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt. in Ant. 118 b, Homo ſumma integritate & innocentia. de Or. 102 a, Ingenij præſidio Innocentiam iudiciorū pœna liberare * I.V. 59 a, Quā multa eſſe oporteat in eo, &c.

primùm,

primùm integritatem atq; innocentiam ſingularem. I.V. 114 a, Quis erit vnquã poſthac reus tam perditus, qui non ad Q. Mutij innocentiam referatur? Tuſcul. 193 b, Omnis abſtinentia, omnis innocẽtia, quæ apud Græcos vſitatum nomen nullum habet: ſed habere poteſt ἀϐλάϐειαν.

† Syntaxis. *Vir bonus & innocens. Integer, innocens, religioſus. Integritas & innocentia.*

INNOVO, as. *renouo, nouum facio.* I. P. 99 a, Quò te modo ad tuam intemperantiam ſcelerate innouaſti.

INNVMERABILIS, le. *infinitus, innumerus.* Acad. 146 a, & de N. 7 a, Democritus ait, innumerabiles eſſe mundos. de Fin. 70 b, Reperiam multos, vel potiùs innumerabiles, quibus, &c. de Nat. 12 b, Infinita vis innumerabilium atomorum. pro Qu. 6 a, Innumerabilis pecunia. Poſtq. 206 b, Innumerabilis multitudo. de Ora. 121, Argumenta ſi ex rebus numeres, modica ſunt: ſi ex reis, innumerabilia. pro Mar. 132 a, Gentes multitudine innumerabiles. & 135 b, Pugnæ innumerabiles. & 136 b, Tu innumerabilia in me vnum merita. de Fin. 88 b, Memoria rerum innumerabilium, & ea quidem infinita.

INNVMERABILITAS, tis. *infinitas, vt ita dicam.* de Natur. 16 a, Pleraque dicit eadem, &c. Innumerabilitatemq́ue mundorum. & 23 a, Innumerabilitas, inquit, ſuppeditat atomorum.

INNVMERI. *innumerabiles.* de Orat. 117 a, E`ludo Iſocratis tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.

INNVO, is. *nutu aliquid ſignifico, nutu capitis loquor.* pro Muræ. 136 a, Atq; ille vt ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit, ſed indicauit atq; innuit. ad Her. 32 b, Quid ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, immò innuiſſet modò. Ep. 231 b, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo.

INNVPTVS, a, um. de Or. 163 b, Qua tempeſtate Paris Helenam inuptis iunxit nuptijs. *Poëtæ.*

INO. Tuſcul. 154 a, Ino Cadmi filia, quæ Leucothea nominata Græcis, Matuta habetur à noſtris.

INOBSCVRO, as. *infuſco*, I. A. 222 b, Nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio.

INOFFICIOSVS, a, um. *illiberalis, inhumanus.* Atticor. 215, Aliter enim fuiſſemus & in hos inofficioſi, & in noſmetipſos.

INOPIA, piæ. *egeſtas, indigentia.* )( *copia.* de Inuen. 58 b, Si propter inopiam in egeſtate eſtis, pecuniam non habetis. de Senect. 78 b, Nec in ſumma inopia leuis eſſe ſenectus poteſt, nec ſapienti quidem, nec inſipienti in ſumma copia non grauis. de Amic. 102 a, Qui amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt. de Clar. 182 b, Cauenda eſt oratori inopia atque ieiunitas, & ſiccitas. Attic. 53 b, Homines mea opera inopiam frumenti eſſe clamârunt. Attic. 92 b, Magna igitur vt vides ſolicitudine afficior, magna conſilij inopia. pro S. R. 26 a, Summam laudem inopia criminum alicui vitio dare. pro Dom. 229 a, Sedulius propter inopiam tecti in foro pernoctans. * pro Quint. 1 b, Quòd ſi tu iudex nullo præſidio fuiſſe videbere contra vim & gratiam ſolitudini atque inopiæ. I. V. 185 a, Crimen tantæ audaciæ tantæq́ue impudentiæ propter inopiam teſtium prætermittam. I. C. 102 b, Habes vbi oſtentes illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium: quibus te breui tempore confectum eſſe ſenties. I. C. 109 b, Neque verò cæteras copias, ornamenta, veſtra præſidia, cum illius latronis inopia atque egeſtate debeo conferre. pro Dom. 214 a, Populum Rom. in Capitolium propter metum atque inopiam rei frumentariæ conueniſſe. & 215 a, Cùm ingraueſceret annona, vt iam planè inopia ac fames, non caritas, timeretur. & b, Vtrunque fuiſſe perſpicuum eſt, difficultatem annonæ ſummamq́ue inopiam rei frumentariæ. pro Dom. 216 b, Vt quemadmodum diſceſſu meo frugum inopia, fames, vaſtitas, &c. fuiſſet: ſic reditu meo vbertas agrorum, frugum copia, &c. mecum ſimul reducta videãtur. pro Dom. 251 a, Mouet me etiam in hac caritate annone, ſterilitate agrorum, inopia frugum, religio Telluris. Off. 62 a, Si vir bonus ab Alexandria profectus Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit in Rhodiorum inopia & fame, ſummaque annonæ caritate. de Amic. 101 a, Num propter imbecillitatem atque inopiam deſideranda ſit amicitia. Epiſt. 147 a, *Planci.* Sunt extenuatiſſimæ *copiolæ*, & inopia omnium rerum peſſimè acceptæ. Att. 184 a, Vt aliquid conficiatur ad inopiam propulſandam. Q. fr. 294 b, Nullius inopiã ac ſolicitudinem non modò vllo populari acceſſu ac tribunali, ſed ne domo quidem tua & cubicula eſſe excluſam.

† Syntaxis. *Inopia & indigentia. Inopia & fames, & ſummæ annonæ caritas. Inopia & egeſtas. Tecti inopia in foro pernoctare. Criminum inopia, conſilij.*

INOPINATVS, a, um. *necopinatus, improuiſus.* pro Dom. 216 a, I. V. 113 a, Noua tibi hæc ſunt & inopinata. & 122 b, Cùm hoc illi improuiſum inopinatumq́ue accidiſſet. & Tuſc. 207 a, Nihil inopinati accidit. Tuſc. 217 a, Cui nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum. & 200, Omnia repentina inopinata grauiora. Poſtq. 214 b, Neq; allata eſt à me res inopinata & recens. & Epiſt. 185 b, Res tantæ tamq́ue inopinatæ. Par. 122 b, Hoc eſt dictum inopinatum atq; mirabile. de Nat. 50 b, Vt in araneolis aliæ quaſi rete texunt, aliæ autem ex inopinato obſeruant, & ſi quid incidit, arripiunt.

† Syntaxis. *Nouum & inopinatum. Improuiſum & inopinatum. Repentinum & inopinatum. Inopinatum ac recens. Inopinatum & mirabile. Ex inopinato obſeruare: id eſt, inſidiari.*

INOPPORTVNVS, a, um. *importunus, alienus, incommodus.* de Orat. 144 b, Etenim eſt in eo loco ſedes huic noſtro non inopportuna ſermoni.

INOPS, pis. *pauper, nudus, impotens.* de Cla. 186 b, Non erat abundans, nõ inops tamen. I. V. 184 b, Aerarium inops & exhauſtum. pro Dom. 224 b, Tam inops eram ab amicis, tam nuda reſpub. à magiſtratibus. Attic. 1 a, Qui ſic inopes & ab amicis, & æſtimatione ſunt, vt, &c. de Clar. 187 b, C. Lentulus non tardus ſententiis, nõ inops verbis. de Fin. 101 a, Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. de Clar. 189 a, Diſciplina Hermagoræ inops ad ornandum, ſed ad inueniendum expedita * de Finibus 51 a, Latinam linguam non modò nõ inopem, ſed locupletiorem etiam eſſe quàm Græcam. * de Orat. 112 a, Heſterno ſermone vnius cuiuſdam operis, vt ait Cæcilius, remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras, inopem quendam humanitatis atq; inurbanum.

† Syntaxis. *Inops ærarium & exhauſtum. Ab amicis inops, & ab æſtimatione. Verbis inops. Ad ornandum inops doctrina. Humanitatis inops, & inurbanus.*

INORATVS, a, um. *re non expoſita.* pro S. R. 22 a, Legati Ameriam re inorata reuerterunt.

INORDINATVS, a, um. *confuſus, perturbatus.* de Vn. 196 b, Idq́; ex inordinato in ordinem adduxit.

INORNATE`. *incultè.* ad Her. 34 a, Non inornatè dicere.

INORNATVS, a, um *inconditus, incomptus, agreſtis, horridus, ſine nitore ac palæſtra.* de Leg. 157 a, Or. 204 a, Inornata mulier, incompta oratio. & 199 b, Tenuis & inornatus. ad Heren. 41 b, Nuda atq; inornata inuentio.

† Syntaxis. *Perciulum propoſitum in præſentia, & ante oculos.*

INPRIMIS, *cum primis.* L. PRIMIS. *non in poſtremis.* Topic. 224 a, In eorum aliquem id, quod arguas, dolo malo factum includere, genus argumenti in primis firmum videtur. in Verrem 89 a, Philodamus magnificè & ornatè, vt erat in primis inter ſuos copioſus, conuiuium comparat. Off. 75 b, T. Manlius magnus vir in primis, & qui perindulgens in Patrem, idem acerbus & ſeuerus in filium. in Ver. 113 b, Homo in primis domi ſuę nobilis. de Clar. 195 b, Quorum orationes ſunt in primis in Aſiatico genere laudabiles. Offic. 43 a, M. Brutus iuris ciuilis in primis peritus fuit. pro Font. 282 b, M. Font. vſu bellorum in primis eorum qui nunc ſunt exercitus. Offi. 75 a, Polybius bonus auctor in primis, ſcribit, ex decem nobiliſſimis qui tum erant miſſi, nouem reuertiſſe à ſenatu re non impetrata. de Diu. 128 c, Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. de Senectut. 90 b, Multa in noſtro collegia præclara cognoui, ſed hoc de quo agimus in primis, quòd, vt quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet. de Fat. 143 a, Cur idem reliqui facere non poſſint? medicus in primis. Attic, 252 a, Multa me mouent in diſceſſu, in primis quòd, diſiungor à te. Epiſtol. 48 a, Seruius quidem tuus. in omnibus ingenuis artibus, in primisq́ue in hac, in qua ego me ſcripſi acquieſcere, ita verſatur, vt excellat. Epi. 8 b, Quem in primis amamus, charumq́; habemus. & 22 a, In primisq́; ego, qui cum Pompeio complures dies nullis in alijs niſi de repub. ſermonibus verſatus ſum. Epiſt. 226 a, Et, vt audio, in primis volunt ei ſoluere. I. Verr. 162 a, Itaque homini in primis improbiſſimo eſpõdent Agyrinenſes, ſe decimas ei, quemadmodum deberẽt daturos lucrum non addituros.

† Syntaxis. *In primis qui nunc ſunt vſu bellorum exercitus. Te in primis amo. In ingenuis artibus in primis verſatus, id eſt, exercitatiſſimus atque doctiſſimus. In primis domi ſuæ nobilis, & inter ſuos copioſius: hoc eſt, Vir genere & opibus inter ſuos præcipuus, & longè maximus ciuium ſuorum.*

INQVAM, *dico. vt dico. vt dixi, vt inſtitui dicere.* I. A. 181 b, Hunc vnum diem, hũc vnum, inqnam, hodiernum diem defende, ſi potes. de Am. 96 a, Quaſi enim ipſos introduxit loquentes, ne, Inquit & Inquam, ſæpius interponeretur. Att.

20 b, Per mihi, per inquam, mihi gratum feceris. ſi in hoc tam diligens fueris, quam ſoles in his rebus quas me valde velle arbitraris. Attic. 101 a, Idem non aſſequi dedecus eſt noſtrum, noſtrum, inquam, te coniungens. de Am. 111 a, Quæ ſi quos inter ſocietas eſt, &c. hæc eſt, inquam, ſocietas, in qua omnia inſunt, quæ putant homines expetenda, honeſtas, gloria, tranquillitas animi, atque iucunditas. I. V. 269 a, Crux, crux, inquam, infelici & ærumnoſo, qui nunquam iſtam poteſtatem viderat, comparabitur. de Fin. 79 b, Delector enim, quãquam te non poſſum, vt ais, corrumpere, delector, inquam, familia veſtra & nomine. de Fin. 92 b, Quónam modo, inquam, ſi vna virtus, &c. id ergo, inquam, ſi, ſolum eſt bonum, quid habebis præterea quod ſequare. ibid. Quid tu inquit huc? à villa enim credo: heri inquam ludis commiſſis ex vrbe profectus veni ad veſperam. pro Fl. 164 a, Reſp. quam vos vniuerſam veſtris humeris, veſtris, inquam, humeris ſuſtinetis. de Aruſ. 258 a, Atque ego hanc orationem P. C. tam triſtẽ non ſuſcepiſſem, non inquam, niſi, hanc perſonam, & has partes honoribus populi Romani, veſtris plurimis ornamentis mihi tributis, deberem & poſſem ſuſtinere. Attic. 100 a, Sed tamen hoc iucundiſſimum, quòd te intellexi ad eum veniſſe, vt eius animum erga me perſpiceres, hoc mihi, inquam, accidit iucundiſſimum. Attic. 12 a, Idem ille ego, &c. idem, inquam, ego, recreaui afflictos animos bonorum, vnumquemque confirmans & excitans. ibid. Sed tamen quid huic ſimile eſt inquam? quaſi in operto dicas fuiſſe. Quid inquis homini Arpinati cum aquis calidis? Narra inquam patrono tuo, qui Arpunateis aquas concupiuit. Quouſque inquit hunc regem feremus? Regem appellas inquam cum Rex tui mentionem nullam fecerit? Domum inquit emiſti? Puas inquam dicere, iudices emiſti? Att. 11 a, Multo hæc, inquam, noſtra res maior. I. A. 157 b, Quas tu mihi interceſſiones inquies? Attic. 68 b, En, inquit mihi, hæc ego patior quotidie. Quint. fra. 301 a, Is mihi inquit, te, &c. Top. 224 b, Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquiebat Gallus. de Orat. 133 a, Tu verò in quiſti, moleſtus non eris. pro S. R. 25 b, & Epiſtol. 254 a, Vbi igitur, inquies, philoſophia tua? & quidem in culina mea moleſta eſt. ad Heren. 12 a, Quid amor? inquiet quiſpiam. I. V. 117 b, Ergo inquiet aliquis, &c. *Tuſ. 251 a, Mihi quidẽ in vita ſeruanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conuiuijs obtinetur: Aut bibat, inquit, aut abeat.

INQVILINVS, ni. *qui in alienis priuatus habitat, præſertim conductis.* Atticor. 225 b, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non ſolùm inquilini, ſed mures etiam migrauerunt. Epiſtol. 254 a, Vbi igitur, inquies, philoſophia tua, illa quidem inquilina? *al. tu quidem in culina.* I. A. 108 a, At verò te inquilino (non enim domino) perſonabant omnia vocibus ebriorum.

INQVINATE. *barbare, prauè, incompté.* de Cl. 177 a, Admodum inquinatè loqui. & 188 b, Confluxerunt in hanc vrbem multi inquinatè loquentes.

INQVINATVS, a, um: tior, tiſſimus. *turpis, fœdus.* pro S. R. 29 b, Omnibus flagitijs vita inquinata. pro Cælio 54 a, Ore, lingua, manu, vita omni inquinatum. pro Flac. 175 b, Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. de Finib. 120 a, Homines ſceleribus & parricidijs inquinati. pro Cælio 40 a, Quis in voluptatibus inquinarior? Offic. 37 a, Quæ ſordidiſſima quidem eſt ratio & inquinatiſſima. I. Verr. 161 b, Tantum apud te quæſtus Apronij tantum eius ſermo inquinatiſſimus, & blanditiæ flagitioſæ valuerunt. vt nunquam animum tuum cura fortunarum tuarum, cogitatioque tangeret. de Ariſp. 156 a, An ille fœdior atque inqninatior in Cn. Pompeio accuſando fuit? Qu. de Pet. 213 b, Comitia largitione inquinata. Tuſcul. 247 a, Aqua turbida & cadaueribus inquinata. de Opt. 243, Si in verbis nihil inquinatum eſt de Orat 212 a, Verſus inquinatus. de Aruſp. 249 a, Ludi deformati, inquinati. peruerſi, conturbati. *Offic. 64 a, Nullum factum eorum poteſt vtile eſſe, cum ſit tot vitijs inquinatum.

INQVINO, as, *contamino, fœdo.* pro Planc. 268 b, Quos tu ſi ſodales vocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. pro Deiot 150 a, Vt domeſtica tua inhumanitate noſtræ ciuitatis humanitatem inquinares. I. P. 95 a, Sed idem caſus illum ignarum quid profiteretur, iſtius impuriſſimæ pecudis ſordibus inquinauit. & Tuſcul. 229 a, Parricidio ſe inquinare. I. A. 168 b, Quos iſte agros ereptos reipub. turpiſſimis poſſeſſoribus inquinauit, Tuſcul. 163 b, Nam qui ſe humanis vitijs contaminâſſent & ſe totos libidinibus dediſſent, quibus cæcati velut domeſticis vitijs atque flagitijs ſe inquinaſſent, vel in repub. violãda inexpiabiles fraudes cõcepiſſent, ijs demum quoddam iter eſſe ſecluſum à concilio deorum. de Fin. 129 b, Inquinare ſplendorem honeſtatis.

† Syntaxis. *Inquinatus voluptatibus, & in voluptatibus. Sordidum & inquinatum. Inquinata amicitia, aqua, ludi, verſus, comitia. Inquinare ſplendorem honeſtatis.*

INQVIRENDI, do, dum. de Orat. 153 a, in Verr. 67 b. Cùm ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem. I. Verr. 96 a, In inquirendo alicuius multa furta cognoſcere. I. V. 233 b, Quod ad iquirendum in te venerit.

INQVIRENS, tis. de Cl. 191 a, Is nimium inquirens in ſe atque ipſe ſeſe obſeruans, metuensq́; ne vitioſum colligeret. etiam verum ſanguinem deprauabat. * pro M. Scau. Subijt populi iudiciũ, inquirente tribuno plebis. Orat. 115 b, Hic corrector, (vt à me animaduerſum eſt ſtudioſè inquirenti in eum) immittit imprudens ipſe ſenarium. In Ant. 232, Occulta enim erant vtia non inquirenti.

INQVIRO, ris. *perquiro, exquiro* de Leg. 156 b, Nimis diligenter inquirere in ea quę memoriæ ſunt prodita. Tuſ. 190 b, Vera illa honeſtas quam vnam maximè natura inquirit. Offi. 2 b, Tum autem inquirunt, aut conſultant, conducat id necne, &c. Orat 215 b. & qro Mur. 134 b, Studioſè inquirere in aliquem. & Atticor. 96 a, Inquirere in competitorem.

INQVIROR, ris. de Ar. 257. a, Atq; in eo quid agat, quemadmodum viuat inquiritur. de Orat. 153, Coniecutio autem tractatur, cum, quid quamque rem ſequatur, inquiritur, vt illud, ſitné aliquando mentiri, viri boni.

† Syntaxis. *Tu verè inquiſti.*

INQVISITIO, onis. *diſquiſitio.* Off. 3, b, Inquiſitio & inueſtigatio veri hominis propria eſt. pro Fl. 148 b, Lege hac noua certus eſt inquiſitioni comitum numerus conſtitutus. pro Fl. 134 b. Nec placet mihi inquiſitio cãdidati, prænuntia repulſæ. I. V. 111 a, Reus abſens contra inquiſitionem accuſatoris defenſus.

INQVISITOR. *conquiſitor* in Ver. 97 b, Ille Achaicus inquiſitor nę Brunduſium quidem venit. Academ. Non vocabulorum opificem. ſed rerum inquiſitorem decet eſſe ſapientem.

INSANABILIS, le. *deſperatus.* Tuſc. 228 b, Inſanabilis morbus. pro Seſt. 12 b, Plaga inſanabilis illa mortifera. Orat. 205, Vitabit inſanabiles contumelias.

† Syntaxis. *Inſanabilis morbus, plaga, contumelia.*

INSANIA, niæ. *furor, inſanitas, dementia.* Tuſc. 191 b, Nomen inſanię ſignificat mentis ægrotationem & morbum, id eſt, Inſanitatem & ægritudinem animi, quam appellarunt inſaniam. & 192, Ita fit vt ſapientia ſanitas ſit animi, inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania, eademq́; demẽtia. & 192 a, Græci autem *μανίαν* vnde appellent, non facilè dixerim: eam tamẽ ipſam diſtinguimus nos melius, quàm illi, Hanc enim inſaniam, quę iũcta ſtultitiæ patet latius, à furore diſtinguimus. de Clar. 191 a, Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniam quandam orationis odit, ſanitatem autem & integritatem quaſi religionem & verecundiam oratoris probat. pro Syl. 180 b, Quis inſaniam libidinum quis peruerſam atq; impiam religionem recordatur, qui illum aut nefariè, aut ſtulte cogitâſſe miretur? * in Piſ. 98 b, Mihi non venerat in mentem furorem & inſaniam optare vobis, in quam incidiſtis. Tuſ. 191 a, Quorum ita perturbantur animi, vt non multum abſint ab inſania. & b, Tibi omníſne animi commotio videtur inſania? & 192 a, His rebus mentem vacuam appellârunt inſaniam. & b, Inſaniam cẽſuerunt: id eſt, inconſtantiam ſanitate vacantẽ. poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum atq; vſitatum. ibi. Vt furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania. Ep. 45 b, Incideram in hominũ pugnandi cupidorum inſanias. In Verr. 200 a. Venio nũc ad iſtius quemadmodum ipſe appellat ſtudium, vt amici eius morbũ & inſaniam, Siculi latrocinium, ego quo nomine appellem neſcio.

† Syntaxis. *Inſanitas mentis. Inſania & dementia. Inſulſitas & inſolentia tanquam inſania.*

INSANIO, nis. *deſipio, mentem amitto, alienus ſum á ſanitate, vaticinor, ſanus non ſum.* pro S. R. 23 b, Homo longè audaciſſimus, & quod inter omnes conſtat, niſi inter eos qui ipſi quoq; inſaniunt, inſaniſſimus. Tuſc. 172 a, Qui in morbo ſunt, ſani non ſunt, & omnium inſipientium animi in morbo ſunt: omnes inſipientes igitur inſaniunt. Att. 108 a, Niſi ego inſanio, ſtultè incautè omnia agi iudico. Ora. 219 a, & pro M. Scaur. In alienos inſanus inſaniſti. I. V. 208 b, Inſanire ac furere videris. Tuſ. 129 a, Omnes inſipientes igitur inſaniunt. Epiſt. 139 a, Ain' tandem? inſanire tibi videris, quòd imittere verborum meorum, vt ſcribis. fulmimina: tum inſanires, ſi conſequi non poſſes. pro Seſt. 7 b, Eos autem, qui dicerẽt dignitati eſſe ſeruiendum, reipub. conſulendum, officij rationem in omni vita, nõ commodi ducendam eſſe, ſubeunda pro patria pericula, vulnera exci-

excipienda, mortem oppetendam: vaticinari atque inſanire dicebat.

INSANITAS, tis. * *inſania, dementia, furor.* Tuſcul. 191 b, Nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationē & morbum: id eſt, inſanitatem & ægritudinem animi, quam appellârunt inſaniam. & 192 a, Ita fit vt ſapientia ſanitas ſit animi: inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania, eademq; dementia.

Syntaxis. *Inſanire, ac furere.*

INSANVS, a, um: iſſimus. *non ſanus, amens furens, fanaticus, veſanus, aliennus à ſanitate, à conſtantia, à mente atque à ſe diſcedens, qui ſuæ mentis compos non eſt, cui ſanitas non eſt, cui mens à ſua ſede & loco dimota eſt, qui non eſt in poteſtate mentis, qui de poteſtate exiuit, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente.* Academ. 14 a, Quod idem contingit inſanis, vt & incipientes furere ſentiant & dicant aliquid quod non ſit, id videri ſibi, & cum relaxentur ſentiant, atque illa dicant Alcmæonis. Orator. 219 a, & pro M. Scaur. In alienos inſanus inſaniſti. pro S. R. 23 a, Homo inſaniſſimus. pro Milone 110 a, At quo die? quo, vt ante dixi inſaniſſima concio ab ipſius mercenario trib. pleb. eſt concitata. ibid. 111. Quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones, facile mille hominum verſabantur. de Diuinat. 131 b, Hoc eſt ſcriptoris non furentis, non inſani, ſed diligentiam adhibentis. pro Seſtio 6 a, Homo fraternis flagitijs, ſororis ſtupris inſanus. de Orator. 137 a, Si quis mihi malè dicit, petulans & planè inſanus videtur. I. V. 208 b, Similis iſtius cupiditas: hoc etiam acrior atque inſanior, quód. Tuſcul. 192 a, Qui contrà affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt & b, Itaq; non eſt ſcriptum, ſi inſanus, ſed, ſi furioſus eſſe incipit. Tuſcul. 225 b, Sic inſanus ſuis etiam videtur.

¶ *Grandis.* pro Mil. 118 a, Aræ quas ille cæſis lucis ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat.

† Syntaxis. *In optimos inſanus. Inſana concio. Inſanus ſtupris. Petulans & inſanus.*

INSATIABILIS, le. de Natura deorum 45 b, Quorum omnium multitudo inſatiabili varietate diſtinguitur. & Tuſcul. 242 a, Inſatiabili gaudio completur. Tuſculan. 157 b, Inſatiabilis cupiditas veri viſendi. de Nat. 57 b, Nulla eſt enim inſatiabilior ſpecies, nulla pulchrior, & ad rationem ſolertiamque præſtantior. in Anton. 232 a, Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis, vt ſuam inſatiabilem crudelitatem exercuerit non ſolum in viuo, ſed etiam in mortuo, de Finib. 109 b, Inſatiabilis voluptas. & 58 a, Cupiditates enim ſunt inſatiabiles. * Hortenſ. Cœli ſignorum admiràbilem ordinem inſatiabilemque pulchritudinem magis ſpectant.

INSATVRABILIS, le. *inſatiabilis.* pro Seſtio 246, Inſatiabile abdomen.

INSATVRABILITER. *ſine ſatietate.* de Nat. 38 b, Saturnus annis præteritis inſaturabiliter expletur.

INSCIENS. *imprudens.* )( *ſciens.* Atticor. 101 a, Chryſippus diſceſſit à puero inſciente me. & pro Cor. 57 a, Vtrum inſciens fecit, aut ſciens? & Epiſtol. 106 a, Illo abſente & inſciente migrare. de Inuent. 52 b, & Epiſt. 15 a, & 44 b, Inſciente collega.

INSCIENTER. *imprudenter.* Topic. 223 b, Inſcienter facere aliquid. & Academ. 5 b, Eos qui perſuadere vellent, eſſe aliquid quod comprehendi & percipi poſſet, inſcienter facere dicebant.

INSCIENTIA, tiæ. *ipſum non ſcire, inſcitia.* )( *ſcientia.* de Natur. 78 a, At deo ne excuſatio quidem eſt inſcientiæ. pro Syll. 174 b, Vos mihi in tantis tenebris erroris & inſcientiæ clariſſimum lumen prætuliſtis. de Orat. 182 a, Is non ſolùm inſcientiam meam, ſed ne rerum quidem mearum magnitudinem perſpicit. Academ. 36 b, Qui primum iurare ex animi ſui ſententia quemque voluerunt, deinde ita teneri, ſi ſciens falleret, quòd inſcientia multa verſaretur in vita. * Academ. 46 b, Inſcientiā nominabat, eam, ex qua exiſteret etiam opinio. ibid. Inter ſcientiam & inſcientiam comprehenſionem collocabat.

† Syntaxis. *Inſciens fecit. Erroris & inſcientiæ tenebræ. Inſcientia multa verſatur in vita.*

INSCITE`, tius. *imperitè.* )( *ſcitè.* de Diuin. 114, Democritus non inſcitè nugatur vt phyſicus. de Finib. 95 a, Inſcitè facere aliquid. de Nat. 33 a, Quid autem eſt inſcitius, quàm id non optimum dici? & de Diuin. 135 a, Quid inſcitius autem eſt, quam menteis mortalium falſis & mendacibus viſis concitare.

INCSITIA, tiæ. *imprudentia, inſcientia, ſtultitia.* de Inuen. 51 a, Imprudentia in purgationem confertur: cuius partes ſunt inſcitia, caſus, neceſſitas. Offic. 25 a, Ineuntis ętatis inſcitia ſenum regenda prudentia eſt. de D. 104 b, Falſa ſunt non rerum vitio, ſed interpretum inſcitia. de Fat. 147 b, O` miſerabilem inſcitiam differendi. de Prou. 91 a, Inſcitia negotij gerendi. Offic. 29 a, Inhumanus videatur temporis inſcitia. de Orat. 93 a, Quod ego non ſuperbia neq; inhumanitate faciebā, ſed iſtius diſputationis inſolentia, atque harum rerum inſcitia. de Cl. 70 b, Sed in noſtris inſcitia eſt, quod ij ipſi, qui in Græcis antiquitate delectantur, eaque ſubtilitate, quam Atticam vocant hanc in Catone non nouerunt. * de Inuen. 42 a, Ita propter errorem atq; inſcitiam cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendam viribus corporis abutebatur. de Ora. 156 a, Neque inſcitiam illius, cui res non ſuppetat, verba non deſint, eſſe laudandam. de Finib. 72 a, Nihil verò putare eſſe, &c. ſummæ mihi videtur inſcitiæ. Epiſtol. 127 b, Ego verò neglecta barbarorum inſcitia te perſequar. De Finib. Vitam omnem videmus perturbari errore & inſcitia: ſapientiamque eſſe ſolam, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore vindicet.

† Syntaxis. *Error & inſcitia.*

INSCIVS, a, um. *inſciens, rudis, imperitus.* pro Planc. 267 a, Tu me ignaro, nec opinante, inſcio notes & tuos? &c. de Cl. 192 a, Socrates ſe omnium rerum inſcium fingebat & rudem. I. A. 222 b, Quoniam nos ad mortem inſcij miſiſtis. de Finib. 137 a, Nec verò ſum inſcius, eſſe vtilitatem in hiſtoria. de Legib. 171 b, Præcepta quæ inſcij imperitique pro ſalutaribus mortifera conſcripſerunt. de Opt. 244 a, Aliquem inſcium faciendi, cum aliqua ſolertia iudicandi adhiberi ad probandum aliquid. * Acad. 7 a, Qui diſtingues artificem ab inſcio?

† Syntaxis. *Ignarus, nec opinans, & inſcius. Inſcius & rudis. Inſcius & imperitus. Faciendi inſcius.*

INSCRIBO, bis. *incido, imprimo.* Atticor. 53 a, Ea inſcribam breui quæ te arbitror velle cognoſcere: *id eſt, in epiſtolam ſcribam.* Epiſtol. 255 a, Oratorem meum, ſic enim inſcripſi, Sabino tuo commendaui, &c. Tuſcul. 242 b, Epicurus qui tantummodo induit perſonam philoſophi, ſibi ipſe hoc nomen inſcripſit. de Orat. 154 a, Eosque libellos rhethoricos inſcribunt. pro Dom. 257 b, Qui veſtris monumentis nomen ſuum inſcripſit. de Orat. 141 a, Vt tibi non infundere in aures tuas oratioem, ſed in animo inſcribere videantur. Epiſtol. 184 b, In ſtatua quam poſuit in roſtris, inſcripſit, PARENT. P. OPT. MER. Tuſcu. 248 a, Quid aliud in bouis ſepulcro inſcriberes? de Diuin. 126 b, Quis robur illud cecídit, dolauit, inſcripſit? * pro Arch. 190 b, Ipſi illi philoſophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt Tuſ. 155 a, Quid noſtri Philoſophi? nónne in his ipſis libris, quos ſcribunt de contemnenda gloria, nomina ſua inſcribunt?

INSCRIBOR, ris. Offic. 51 b, Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcribitur. de Clar. 183 a, Oratio Cottæ pro lege Varia, quæ inſcribitur. Offic. 39 a, Sed de amicitia alio libro dictum eſt, qui inſcribitur Lęlius. Academ. 4 a, Antiochus contra ſuum doctorem librum edit, qui Soſus inſcribitur. in Verr. 143 a, Statuas equeſtres poni inſcribiq; iuſſiſti. Tuſcul. 160 a, In eo libro qui inſcribitur Memnon. I. P. 99 b, Vt eſſet quod in baſi tropheorum incídi inſcribiq; poſſet. I. A. 177 a, Atq; etiam inſcribi iuſſit in faſtis, Cæſari Dictatori perpetuo.

INSCRIPTIO, onis. *titulos.* Atticor. 259 a, Quod de inſcriptione quæris, non dubito, quin καθῆκον officium ſit: ſed inſcriptio plenior de officijs. Quin. fratr. 301 b, Cumque ego egiſſem de iſtis operibus & inſcriptionibus, perbenignè mihi reſpondit. pro Dom. 223 b, Quid operum publicorum exactio, quid inſcriptio nominis tibi? in Ant. 247 b, & 229 b, Decernere alicui ſtatuam in roſtris cum inſcriptine præclara. * Top. 221 a, Qua inſcriptione commotus. Atticor. 89 b, Odi falſas inſcriptiones ſtatuarum alienarum.

INSCRISTVS, a, um. *inſignitus.* pro Dom, 233 a, Sepulcrum inimico nomine incriptum. Atticor. 93 b. Puer legit epiſtolam inſcriptam patri ſuo. Atticor. 122 a, Tu faſciculum, qui eſt M. Curio inſcriptus, velim cures ad eum perferendum. de Orat. 114 a, Deceptus indicibus librorum, qui ſunt ferè inſcripti de rebus notis, &c. de Diuin. 108 b, In eo libro qui eſt inſcriptus Hortenſius. pro Dom, 226 b, Dixit nihil de meo capite potuiſſe ferri, nihil eſſe inſcriptum, ( alij nihil eſſe iure ſcriptum, aut Pantagathus nihil eſſe iure ſcitum ) aut poſſe valere: omnia contra leges moresque maiorum, temerè, turbulentè, per vim, per furorē eſſe geſta. pro Dom. 141 a, Vt ſi quæ eſſent inciſæ aut inſcriptæ literæ, tollerētur. in Ant. 207 b, Equeſtris ſtatua inaurata, in qua inſcriptum eſt, Quinq; & triginta tribus patrono populi Romani. I. C. 103 b, Sit inſcriptum in frontem vniuſcuiuſque, quid de republ. ſentiat. Tuſcul. 241 a, Verſus in monumento inſcripti. de Orator. 131 a, In omnibus parietibus inſcriptas fuiſſe literas, tria I I I, duo m m.

† Syntaxis. *Suum nomen in libris inſcribere. In animo inſcribere. Statuas inſcribere, libros.*

INSCVLPO, pis. *imprimo, inſcribo.* de Nat. 11 a, Natura inſculpſit in mentibus noſtris, vt deos beatos haberemus.

INSCVLPTVS, a, um. de N. 29 a, Omnibus innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos. de D. 126 a, In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas. Acad. 1. b, Vt literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat.

† Syntaxis. *In animo inſculpere. Innatum, & in animo inſculptum.*

INSECO, as. *incido, ſeco.* ad Her. 36 b, Aliquem ore attingere, & dentibus inſecare.

INSECTANDVS, a, um. Attic. 228 a, Semper iſta ſtatui, non eſſe inſectandos inimicorum amicos, præſertim humiliores.

*INSECTANS, tis. de Diuin. 138 a, Auis inſectans alias aues & agitans.

INSECTOR, aris. *conſector, inſequor, peto, agito, exagito.* de Di. 138 a, Aquila inſectatur & agitat alias aues. ℘ Mur. 128 b, Seruius agitat rem militarem, inſectatur totam hanc legionem de Legib. 136. At verò ſcelerum in homines, atque impietatum nulla expiatio eſt: vt eos agitent, inſectenturque furiæ, non ardentibus tædis ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu. Atticor. 12 a, Inſectari & exagitare aliquem. de Nat. 3 a, Inimicè inſectari aliquem. de Fin. 81 b, Inſectari aliquem maledictis. pro Plan. 269 a, Etiam atq; etiam inſto, vrgeo, inſector. pro Fon. 276 a, Inſector vltrò, atq; inſto accuſatori: iudices inſector, inquam, ac flagito teſtes. de Amic. 107 a, Acerbius in aliquem inuehi, & eum inſectari vehementius. Attic. 10 b, Quomodo ſum & inſectatus leuitatē ſenum, libidinem iuuentutis. At. 55 b, Aut nos temeritatem bonorum ſequamur, aut audaciam improborum inſectemur. Attic. 274 a, Miſerorum fortunam inſectari. & 77 b, Ibi forum agit, cum ego ſum in prouincia: quam eius iniuriam non inſector. & 228 a, Inſectari dolores alicui. *Att. 228 b, Non te inſectatum eſſe, cùm potueris, amicos paternos. Att. 288 a, Deſinat igitur gloriando etiam inſectari dolores noſtros.

† Syntaxis. *Inſectari & agitare & contrà. Inſectari & exagitare. Inſtare, vrgere, inſectari, Inuehi in aliquem, & inſectari eundem.*

INSEDATVS, a, um. *commotus.* Part. 236 b, Graue, inſedatū, turbulentum.

INSEPVLTVS, a. um. *inhumatus.* I. C. 120 b, Cerno animo miſeros atque inſepultos aceruos ciuium. & in Ant. 153 b, Cum ijdem buſtum in foro facerent qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. & de In. 61 b, In hoſtili terra turpiter iacuit inſepultus, à feris diu vexatus, communi quoq; honore in morte caruit. Ant. 264 a, Veſtra virtus nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit.

† Syntaxis. *Virtus inſepulta, reticentia poſterorum.*

INSEQVENS, tis. *conſequens.* )( *antecedens.* Orat. 211 a, Concurſus extremorum verborum cum inſequentibus primis. Oct. 329 b, Quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior populo Rom. illuxit? Or. 215 b, Poſtremū ad verbum primam rurſus ſyllabam adiunxit inſequentis.

INSEQVOR, ris. *ſequor. & ſubſequor, excipio.* Attic. 116 b, Ecce Caſſij literæ, Vibullium è Piceno currere ad Cn. confeſtim inſequi Cæſarem. de Cl. 168 a, Hunc proximo ſeculo Themiſtocles eſt, inſecutus. in An. 262 a, Graue bellum Octauij inſecutum eſt. I. V. 158 b, Pergam atq; inſequar longius. de Diu. 121 b, At mors inſecuta Gracchum eſt, cauſa credo, &c. de Orat. 109 b, Nec verò te rhetoricis quibuſdam libris inſequor, vt erudiam. Epiſtol. 139, Deinde Carbones inſequuntur. Orat. 212 b, Quinetiam poſtremam literam detrahebant, niſi vocalis inſequebatur.* con. conc. Q. Metel. Sic inſequar fugientem. pro Syll. 182 b, Vitæ eius turpitudinem in ſummis eius periculis non inſequebantur. de Fin. 59 b, Plerunque improborum facta primò ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atque fama, tum accuſator, tum iudex.

¶ *Perſequor.* pro Rab. 94 b, Inſequi aliquem. in A. 164 b, Stricto gladio. pro Seſt. 8 b, irridendo. At. 230 b, contumelia. Epiſt. 114 a, clamore.

† Syntaxis. *Inſequi aliquem ſtricto gladio, irridendo, contumelia, clamore.*

INSERENDVS, a, um. *afferendus.* pro Cæl. 35 b, Amputanda plura ſunt illi quàm inſerenda.

INSERENS, tis. *imponens, inijciens.* in Var. 208 b, Homini iam collum in laqueum inſerenti ſubueniſti.

INSERO, ris: inſeui, inſitum: & inſerui, inſertum. *impono.* de Ora. 123 b, Qui omnes tenuiſſimas particulas, atq; omnia minima manſa, vt aiunt, nutrices infantibus pueris in os inſerant. ad Her. 20 b, Vt eas res inſerere atq; interſecare videamur in animis auditorum. de Inuent. 82 a, b, Naturæ ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit.

¶ *Iungo.* de Vniuerſ. 202 b, Cum animis corpora cum (*al. omittunt.*) neceſſitate inſeuiſſet.

INSEROR, ris. de Or. 94 a, Hæc quidem inſeri & donari ab arte non poſſunt.

INSERTVS, a, um. Epiſt. 89 a, Nihil eſt à me inſertum temporis cauſa.

INSERVIO, vis. *ſeruo, operam do vel nauo.* Offic. 10 b, A quo enim plurimum ſperant, ei potiſſimùm inſeruiunt. pro Mur. 135 b, Huic tu inſeruias, huic te oſtentes oportet. Attic. 138 a, Optimatibus tuis nihil inſeruio. de Orat. 86 a, Nec dici poteſt plures cæteris artibus inſeruire, aut, &c. Orat. 293 a, Tum etiam nonnullorū voluptati vocibus magis quàm rebus inſeruiunt. de Fin. 89 a. Inſeruire ſuis commodis. Epiſt. 169 b, Inſeruire communi commodo. Epiſt. 45 a, Inſeruire honori alicuius.* pro Marc. 135 b, Huic æternitati vel vitæ tu inſeruias, huic te oſtentes oportet.

INSIDENS, tis. *inhærens.* Tuſcul. 227 b, His malis inſidentibus, beati eſſe non poſſumus.

INSIDEO, des. *hæreo, inhæreo.* de Nat. 51 b, Cùm in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe. de Ora. 119, Nihil vnquam audiui, quod non in memoria mea penitùs inſederit. *Themiſtoclis dictum.* pro Corn, 55 b, Oratio quæ non prætereuecta eſt aures veſtras, ſed in animis omnium penitùs inſedit. Tuſc. 177 a, Facilè in animo forti contra mortem habita inſedit oratio. pro Pom. 5 a, Macula, quæ penitùs iam inſedit, itaq; inueterauit in populi Rom. nomine. pro Ar. 191 a, Nunc inſidet quædā in optimo quoq; virtus, quæ, &c. Anteq. 138 b, 194 a, Cùm iam in domeſticis pax non inſideat, ſed publicè prouidenti eripiatur. pro Mil. 114 b, Si tibi ita penitùs iam inſedit iſta ſuſpicio, nullo vt euelli modo poſſit. Epiſ. 69 b, Hæc cogitatio penitùs inſederat. de N. 39 b, Dij penates dicti, eo quòd penitùs inſideant. Attic. 6 a, & 16 b, Magnū quiddam quod in animo eius inſederit. Orat. 19 b, Sed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulcritudinis eximiæ. & 198 a, Inſidebat videlicet in eius mente ſpecies eloquentiæ. Att. 14 a, Inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones. I. V. 168 b, In quibus, ſi ex ipſorum domeſtico incommodo nullus inſedit dolor, tamen, &c. pro Deiot. 145 a, In exulcerato animo facilè fictum crimen inſidet. de Leg. 165 b, Voluptas, quæ penitùs in omni ſenſu implicata inſidet. Tuſc. 214 a, Cum hic feruor mentis inueterauerit, & tanquam in venis medulliſq; inſederit. de Vniu. 203 a, Cùm illa quæ ex elementis turbulenta, & rationis expertia inſederint, ratione depulerit. de Orat. 16 b, His tribus figuris inſidere quidam ſanguine diffuſus debet color.

† Syntaxis. *Inſidet ſemen in vtero, res in memoria, macula in nomine, in animo dictum, domeſticis pax, alicui ſuſpicio. Inſidet ſuſpicio, opinio penitùs. Ex hac re nullus inſidet dolor. Voluptas in ſenſu implicata inſidet.*

INSIDIAE, arum. *fraus.* I. V. 116 b, Cùm omnes inſidias à prætore fortunis meis fieri viderent. pro Deiot. 147 b, Quid? ille ſigna ænea in inſidijs poſuerat? & ibid. & pro Mil. 106 a, Facere inſidias alicui. Offic. 8 a, Paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. in Catil. 104 b, Cum illum ex occultis inſidijs in apertum latrocinium coniecimus. Officior. 22 a, Qui nihil ex occulto, nihil ex inſidijs agendum putant. Officior. 38 a, Alexander Pheræus ex inſidijs interijt. & Atticor. 207 a, Marcellus inſidijs interfectus eſt. contra Rull. 75 b, Iſti penitùs abſtruſas inſidias ſe poſuiſſe arbitrantur cōtra Cn. Pompeij dignitatē. pro Plan. 274 a, Nullas inſidias mihi ab illis fuiſſe dixiſti. pro Planc. 280 b, Iſq; inſidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. Offi. 72 a, Ex inſidijs capi. Orat. 200 a, Non ex inſidijs, ſed apertè ac palàm facere aliquid. pro Dom. 225 a, Per inſidias interficere aliquem. pro Cæl. 52 a, Fortes viri ab imperatrice in inſidijs locati. pro Qu. Roſ. 52 b, Tendere inſidias alicui. de Leg. 165 b, Animis omnes tenduntur inſidiæ. pro Mil. 106 b, Clodius ante ſuum fundum Miloni inſidias collocauit. I. C. 105 b, Qui ſibi has vrbanas inſidias cædis atque incendiorum depopoſcit. pro S. R. 22 b, Parare inſidias vitæ alicuius. & 35 a, Ponere inſidias, pro Clu. 57 b, Inſtruere inſidias in aliquo loco. pro Clu. 27 a, Cōparare inſidias alicui per aliquem. de Orat. 102 b, Tum adiungeremus. De inſidijs faciendis atq; vitandis. Or. 213 a, Nimis inſidiarū ad capiendas aures adhiberi videtur. Or. 217 a, Cōpoſitę orationis inſidijs fidē auditoris attētare. pro Cecin. 301 a, In ijs ipſis intercludere inſidijs, quas mihi conaris opponere. Ep. 163 a, Tutus ab inſidijs inimicorū.* Inc. Nullę ſunt occultiores inſidiæ, quàm quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. ℘ Q. Roſc. 135 b, Aliud fraudis & inſidia-

inſidiarum in eodem veſtigio diuerticulum reperit. pro Clu. 26 b, Cùm omnis ab his fraus, omnes inſidiæ circumſcriptionesq́; adoleſcentium naſcerentur. con. Rull. 65 a, Cùm verò ſcelera conſiliorum veſtrorum, fraudemq́ue legis & inſidias, quæ ipſi populo Rom. à popularibus tribunis plebis fiant, oſtendero. I. C. 106 b, Intus inſidiæ ſunt: intus incluſum periculum eſt. pro Mil. 103 a, Si vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet. Ep. 68 a, Multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis, Ep. 198 b, Me tentaret inſidijs. & 242 a, Vt nullas inſidias neque vitæ ſuæ neque regno diceret ſe aut intelligere fieri, aut etiam ſuſpicari. & b, Dixit ad ſe indicia manifeſtarum inſidiarum eſſe delata. ibid. Patefactis iam inſidijs. ibid. A quibus perſpexiſſet ſibi inſidias paratas. Epiſt. 243 a, Vt conſilio veſtro caſu incredibili ac pene diuino regem, &c. meus aduentus præſentibus inſidijs liberaret. Orat. 217 a, Cùm is eſt auditor, qui non vereatur ne compoſitæ orationis inſidijs ſua fides attentetur.

† Syntaxis. *Inſidias fieri, facere. Conijcere in inſidias. Ponere in inſidijs. Ex inſidijs agere, interire. Inſidijs interfici. Inſidias ponere abſtruſas contra aliquem: &, alicui. Inſidiæ ſunt bonis viris à prauis. Ex inſidijs capi, facere. Necare per inſidias. Locare in inſidijs. Inſidias tendere, collocare, parare, ponere, inſtruere, comparare, adhibere. Inſidijs intercludere.*

INSIDIANDI, do, dum. pro Deiot. 147 a, Nullus erit alius inſidiandi locus. de Orat. 96 a, Quod neq; precib. vnquã, nec inſidiando, nec ſpeculando aſſequi potui. I. C. 102 b, Vigilare ad inſidiandum ſomno maritorum.

INSIDIATOR, oris. in Cat. 110 a, Nullus eſt portæ cuſtos, nullus inſidiator viæ. pro Mil. 105 a, Inſidiator erat in foro collocatus. & ad Her. 29 a, * Bonorum inſidiatores latrocinio vitam innocentiſſimi cuiuſq; petijſtis. pro Mil. 103 b, Inſidiatorem iure interfici poſſe. Att. 80 a, Inſidiatoribus eius ἀπρόσιτον me, non modò ἀδωροδόκητον præbui.

INSIDIOR, aris. *inſidias facio, pono, tendo, periculum intendo, inſidias adhibeo, paro, comparo, molior, oppono, inſtruo, obſeruo, arma vel vim, vel ſeruos intento.* pro Mil. 108 b, Hæc ſica intentata eſt nobis, hæc inſidiata Pompeio eſt. in Cat. 99 b, Mihi, Catilina, inſidiatus es. Orat. 217 b, Non enim id agit, vt inſidietur & obſeruet, (*al. vt inſidiatorem obſeruet*) ſed faueat, &c.

INSIDIOSE`, *ex inſidijs.* Qu. fr. 304 b, Is me ſceleratiſſimè inſidioſiſſimeq; tractauit. pro Mil. 114 a, Inſidioſè fingere aliquid. pro R. 128 a. Inſidioſè redire in gratiam cum aliquo.

INSIDIOSVS, a, um. *fraudulentus, doloſus.* Att. 134 a, Huius inſidioſa clementia delectantur, illius iracundiam reformidant. Epiſt. 41 b, Perfidioſus, inſidioſus, fallax. pro Dom. 219 a, Apertis inimicis obſiſtere, inſidioſis amicis nõ credere. I. C. 110 b, In tanto ac tam inſidioſo bello. cont. Rull. 67 b, Inſidioſæ nonnullorum ſimulationes.

† Syntaxis. *Inſidiatur Cæſari ſica. Inſidiari & obſeruare. Sceleratiſſimè inſidioſiſſimeq́ue tractare aliquem. Perfidioſus, inſidioſus, fallax.*

INSIGNE, gnis. *ſignum, indicium, nota, monumentum, ornamentum.* Attic. 3 a, Minerua ſingulare eſt inſigne eius gymnaſij. in Verr. 107 a, Erat ornamentum pueritiæ, indicium & inſigne fortunæ. Qu. fr. 292 a, Maiora præferant faſces illi & ſecures dignitatis inſignia quàm potentiæ. pro Seſt. 6 b, Qui ad extinguenda omnia iura ſe illis faſcibus ceterisq́; inſignibus ſummi imperij atq; honoris ornatos eſſe arbitrantur. Epiſt. 152 a, Inſignibus gloriæ delectari. & 151 b, Hęc omnia collecta inaniſſimis ſplendoris inſignibus cõtemne. pro Syl. 171 b, & 172 a, Sibi habeant honores, imperia, triumphos, & alia præclara laudis inſignia, cõtra Rull. 72 b, Inſignia videris poteſtatis, id eſt, ſtipatores, ſcribam, miniſtros. Orat. 209 a, Quæ in amplo ornatu ſcenæ aut fori appellantur inſignia: non quòd ſola ornent, ſed quòd excellant. pro Syl. 84 a, Omnia generis, nominis, honoris inſignia atque ornamenta ceciderunt. pro Seſt. 16 a, Rex ſedens cum purpura, & ſceptro, & inſignibus illis regijs, &c. pro Seſt. 16 a, Hunc Cn. Pompeius erexit, atq; inſigne regium, quod ille de ſuo capite abiecerat, repoſuit. I. P. 83 a, Mœrorem relinquis, mœroris aufers inſignia: *id eſt, veſtitum atrum,* Ep. 45 a Multi inſignia virtutis etiam ſine virtute aſſecuti ſunt. I. P. 93 a, Virtutis inſignia contemnere. de Diuin. 86 b, Lituus, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus. contra Rul. 72 a, His inſignibus atq; infulis imperij venditis. I. P. 95 a, Toga, pacis eſt inſigne & ocij. I. A. 206 a, Si omnia grauiſſimi belli inſignia ſuſcepta à ſenatu viderent. & 185 b, Si Cæſar ab eo inſigne regni accipere voluiſſet. pro R. P. 126 b, Rabirium ſæpe palliatum fuiſſe, & aliqua habuiſſe non Romani hominis inſignia. de Orat. 122 a, & de Claris or. 190 a, Orationem variare atq; diſtinguere quaſi quibuſdam verborum ſententiarumque inſignibus. I. C. 116 b, Quibus pro tantis rebus nullum inſigne honoris, nullũ monumentũ laudis poſtulo. de Inuen. 72 a, Statuere æterna inſignia poſteris, & ſtatuere æterna monumenta. de Orat. 155 a, Quod erat inſigne, eũ qui id faceret, facere copiã, &c. *id eſt, quod erat ſignum.* Acad. 10 b, Vt enim cõfidant, notũ his eſſe debebit inſigne veri: *id eſt, ſignũ vel nota.* * de Orat. 151 b, Vt ſint quaſi in ornatu diſpoſita quædam inſignia & lumina. con. Rull. 64 a, Maiores noſtri Capua magiſtratus, &c. Omnia denique inſignia Reipub. ſuſtulerunt. de Diuin. 96 a, Eorum inſignia Deorum, ſtellę aureę, quas dixi, Delphis poſitę paulò ante Leuctricam pugnam deciderunt. de Leg. 179 a, Tincta abſint, niſi à bellicis inſignibus.

† Syntaxis. *Indicium & inſigne. Stipatores, ſcribæ, miniſtri poteſtatis inſignia. Inſigne ac ornamentũ. Inſigne regium: diadema. Toga pacis inſigne & ocij. inſignia & lumina orationis. Honoris inſignia, & laudis petere monumenta.*

INSIGNIS, gne. *manifeſtus, clarus, apertus, nobilis, nobilitatus, conſpiciendus, notatus.* de N. 41 a, Dij, quorum inſignem vim & illuſtrem faciem videmus, ſolem dico & lunam. de Nat. 4 b, Habere viſum quendam inſignem & illuſtrem. de Am. 115 b, Virtutem alicuius poſteris fore claram & inſignem. Qu. de Pet. 207 a, Qui nequaquam ſunt tam genere inſignes, quam vitijs nobiles. de Aruſp. 252 a, Maximè inſigne atq; atq; illuſtre periurium. pro Do. 222 a, Acerbitas Syllani temporis quid habet, quod maximè ſit inſigne ad memoriam crudelitatis? opinor, & cæ. de Orat. 101 a, Res inſignis ad maximam laudẽ. de Or. 133 a, Hoc inſigni aliqua & nota te notari volo. de Orat. 130 b, Nã nec inſignis improbitas, nec rurſus miſeria inſignis agitata ridetur. Ac. 47 b, Inſignis temeritas. de Or. 117 a, Illa quæ inſignia ac planè vitioſa ſunt, conſectari imitando. I. V. 215 a, Os hominis inſignemq́; impudentiam cognoſcite. pro Cec. 292 a, In re tam inſigni tamq́; atroci. pro Rab. 95 b, Homo inſignis omnibus notis turpitudinis. Attic. 7 a, Literę inſignes amoris notis. Qu. fr. 297 b, Caueamus, ne quod in nobis inſigne vitium fuiſſe dicatur. Att. 229 a, Ne in ipſum quidem Clodium meum inſigne odium fuit vnquam. Or. 218 b, Numerus apertus & nimis inſignis. ad Her. 23 a, Ita fit in imaginibus, vt quæ nobis diligenter notæ ſint, eæ parũ videantur inſignes alijs. de Fin. 96 a, Cui contingit vt iure laudetur, habet inſigne quiddam ad decus & ad gloriam. de Fin. 92 b, Vt hoc quoq; pluribus nominibus inſigne faciamus. At. 25 b, Neq; tamen habere inſignem illã & propriam percipiendi notam. de Prou. 76 a, In Capitolium cum inſigni laurea inuehi. Epiſt. 98 b, Cum aliquo inſigni indicio meæ erga te beneuolentiæ.

† Syntaxis. *Inſignis Dei vis. Viſus alicuius inſignis & illuſtris. Vir genere inſignis. Inſigne ac illuſtre periurium. Res ad laudẽ inſignis. Imitari inſignia & vitioſa. Rex inſignis & atrox. Notis turpitudinis inſignis. Epiſtola inſignis amoris notis. Habere quiddam inſigne ad gloriam. Pluribus nominibus inſigne facere. Indiciũ beneuolentiæ inſigne.*

INSIGNITE`. *inſigniter. apertè.* pro Quin. 13 b, Nec tamẽ quiſquam inuentus tam inſignitè improbus, qui &c.

INSIGNITER. *inſignite.* I. A. 185 a, Quis vnquam fuit tam inſigniter impudens. & Par. 236 b, Amicos præcipuè atq; inſigniter diligere & de Ora. 140 b, Inſigniter atq; aſperè vituperari. & ad Heren. 21 b, * Locos appellamus eos, qui breuiter, perfectè, inſigniter, aut natura aut manu ſunt abſoluti.

INSIGNITVS, a, um. de Nr. 141 b, Vtendum eſt imaginibus agentibus, acribus, inſignitis. de Diu. 94 a, In quibus tanquã inſignitæ notæ veritatis appareant. Top. 222 b, Quædam confirmatio inſignita atq; impreſſa in intelligentia. ad Her. 23 a, Quo magis inſignita ſit forma.

† Syntaxis. *Inſignitè improbus. Inſigniter diligere. Inſigniter & aſperè vituperare. Imago agens, acris, inſignita. Inſignita & impreſſa conformatio in intelligentia.*

INSIMVLATVS, a, um. *accuſatus.* pro Clu. 56 b, At is & ex ferrula inſimulatus, & à puero conſcio indicatus eſt.

INSIMVLO, as. *accuſo, criminor, arguo.* in Ver. 102 b, Fannius Verrẽ inſimulabat auaritiæ & audaciæ. Acad. 9 b, Querũtur etiam, quòd eos inſimulemus, omnia incerta dicere. Tuſcul. 165 b, Nemo id quidem dicit, & ſi Democritum inſimulat Epicurus, Democritici negant. Tuſcul. 204 a, b, Peccatiq́, ſe inſimulant, quòd dolere intermiſerint. in Ant. 179 a, & Off. 71 b, Probri inſimulaſti pudiciſſimam fœminam. Att. 169 b, De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitij inſimularem. I. V. 257 b, & 267 a, Inſimulare aliquem falsò, & pro Cecin. 285 b, Etiam verè. * pro Cluent. 56 b, Is ex ferrula inſimulatus eſt.

INSIMVLOR, ris. I. V. 238 b, Cùm magnæ pecuniæ villicus impulſu tuo inſimularetur. de Cl. 172 a, Cùm in ſylua facta cædes eſſet, inſimulareturq; familia. ad Her. 7 a, Aut alios quoq; id quod ipſe inſimuletur, facere potuiſſe. I. V. 207 a, &

a,& Epiſtol. 101 b, Cum Verres cupiditatis inſimularetur.
† Syntaxis. *Inſimulare aliquem audaciæ, magnæ pecuniæ, cupiditatis, & ſimpliciter.*

INSINVATIO, onis. *circuitio. Græcè.* ἐπωδός. de Inu. 46 b, Exordium in duas partes diuiditur, in principium & inſinuationem, & ibid. Inſinuatio eſt oratio, quadam diſſimulatione & circuitione obſcurè ſubiens auditoris animum. de Inu. 46 b, ad Her. 1 b, Principium, quod Græcè προοίμιον appellatur: inſinuatio, quæ ἐπωδός nominantur. & 2 b, Inſinuatio eiuſmodi debet eſſe, vt occultè per diſſimulationem aut beneuolum, aut docilem, aut attentum faciamus auditorem. * ad Heren. 2 a, Inſinuatione vtemur, de qua poſterius dicemus. ibid. Deinceps de inſinuatione aperiẽdum eſt. & b, Inter inſinuationem & principium hoc intereſt. de Inuen. 46 b, Confugere neceſſe erit ad inſinuationem. & 47 a, Nunc inſinuationes quemadmodum tractari conueniat, deinceps dicendum videtur. Inſinuatione igitur vtendum eſt. & b, Quæ de principio & inſinuatione dicenda videbantur, hæc ferè ſunt. Nunc quiddam breue cõmuniter de vtroq; præcipiendum videtur.

INSINVO, as. *influo.* de Or. 92 a, Ita nati ſumus, vt & blandiri & ſuppliciter inſinuare ijs, &c. poſſimus. de Or. 122 a, Vt ſe penitùs inſinuet in cauſam, diligentia eſt. & ad Her. 2 b, Ergo his rebus nos inſinuabimus ad cauſam. Tuſc. 235 a, Zeno inſinuauit ſe in antiquam philoſophiam. pro Cl. 34 b, Penitùs immergere ſe in conſuetudinem alicuius. cõtra Rull. 68 a, Cùm familiariter me in eorum ſermonem inſinuarem ac darem, celabar, &c. Att. 286 b, Futura quoq; niſi antè ſit occurſum, explores, ne ſe inſinuẽt. de Am. 114 b, Callidus ille & occultus ne ſe inſinuet, ſtudioſè cauẽdum eſt. * I. V. 183 b, Quibus rebus ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli. pro Cæcin. 287 a, Ac ſe eiùs in familiaritatem inſinuaſſet hac ratione.
† Syntaxis. *Blandiri & ſuppliciter inſinuare. Inſinuare ſe penitùs in cauſam, & ad cauſam, in philoſophiam, in amicitiam, in ſermonem, & dare. Caue, ne ille ſe inſinuet.*

INSIPIENS, tis. *ſtultus, excors, vecors.* de Fin. 75 a, Turpe eſt ſapientem ex inſipientium ſermone pendére. de Amic. 106 a, Nihil inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt. de Senect. 93 b, Nec animum tum eſſe inſipientem, cum ex inſipienti corpore euaſiſſet.

INSIPIENTER, *ſtultè.* de Sen. 91 b, Inſipienter ſperare aliquid.

INSIPIENTIA, tiæ. *ſtultitia, dementia.* Tuſc. 193 a, Ita fit, vt ſapientia ſanitas ſit animi: inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania, eademq́; dementia. Tuſc. 205 a, Nec inſipientia vllum maius malum eſt. * de Fin. 111 a, Omnem inſipientiam & iniuſtitiam, alia vitia, ſimilia eſſe.

INSISTENDVM. *quieſcendum.* Or. 218 b, Vt aut citiùs inſiſtendum ſit, aut longius procedendum.

INSISTENS, tis. de Diu. 135 a, Naturã eã dico, qua nunquam animus inſiſtens agitatione ac motu vacuus eſſe poteſt.
¶ *Adnixus.* de Leg. 159 b, Crebrò inſiſtens, interdum acquieſcens.

INSISTO, ſtis. *conſiſto.* I. A. 241 a, Exercitus ſi pacis nomẽ audierit, vt non referat pedem, inſiſtet certè. Orat. 217 a, Vt tãquam in vrbe incluſa currat oratio, quòd inſiſtat in ſingulis perfectis abſolutisq́; ſententijs. de Or. 160 b, Oratio ne inſiſtat interius, ne excurrat longius. I. V. 189 b, Inſiſtere ſingulis gradibus. de Fin. 116 b, A' communibus initijs progredientem videre, vbi primùm inſiſteret, & vndę cauſæ controuerſia naſceretur. Ac. 23 b, Si negas te vſque ad obſcura progredi: illuſtribus igitur rebus inſiſtis. Or. 213 b, Quid eſt, cur claudicare aut inſiſtere orationem velint? Ora. 215 a, Circuitus incitatior numero ipſo fertur, donec perueniat ad finem, & inſiſtat.
¶ *Sum.* in Vat. 226 a, Inſiſtebat in manu Cereris dextra ſimulacrum Victoriæ. de Som. 129 b, Cingulus auſtralis, in quo qui inſiſtunt, aduerſa nobis vrgent veſtigia. de N. 6, In qua non video, vbi beata vita poſſit inſiſtere *i. in qua celebritate.* Top. 229 a, Status, in quo primùm inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio.
¶ *Vrgeo.* Acad. 20 a, Confidere ſuis teſtibus, & importunè inſiſtere. de Or. 158 a, Atq; imperij inſiſtunt iugo. de Orat. 159 a, Quónam igitur modo tantum munus (*al. numeris,* inſiſtemus, vt, &c. ꝑ Seſt. 27 a, Qui in tanta gloria inſiſtunt, vt eis omnia humana leuiora videri debeant.
¶ *Sto, maneo, conſiſto, quieſco.* Or. 218 b, Si membratim volumus dicere, inſiſtimus. de Orat. 143 a, Veſtigium illud in quo ille poſtremùm inſtitiſſet. pro Cæl. 47 a, Via lubrica, qua inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſis. de Nat. 12 b, Animus nullam oram vltimi videt, in qua poſſit inſiſtere. & 36 a, Stellę ad quoddam tempus inſiſtunt. & 46, Stellæ ſæpe inſiſtunt. Tuſcul. 157 b, Animus ignibus inſiſtit, &c. Tuſ. 217 b, Amnimus perturbatus & incitatus nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco vult inſiſtere omnino. de Fin. 142 b, Quę cùm dixiſſet, paulumq́; inſtitiſſet, Quid eſt, inquit, &c. * de Orat. 145 b, Quibus veſtigijs primùm inſtiti, in ijs ferè ſoleo perorare.
† Syntaxis. *Inſiſtere ſingulis gradibus, veſtigijs. Importunè inſiſtere. Stellæ inſiſtunt. Paulùm quæſo inſiſte. (ad loquentem.)*

INSITIO, onis. de Sen. 88 b, Nec cõſitiones modò delectãt, ſed etiam inſitiones, quibus nihil inuenit agricultura ſolertius.

INSITIVVS, a, um. *non natiuum, inſitum.* pro Seſt. 24 a, Cũq́; inſitiuum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ, cenſu prohibuiſſet. *aliter, inſititius.*

INSITVS, a, um. *innatus, ingenitus, ingeneratus, inhærens, inuſtus.* )( *Aſſumptus, aduẽtitius.* in V. 188 a, Ita ſerpit illud inſitum in natura malum conſuetudine peccandi. & 225 a, Id animis eorum inſitum atq; innatum videtur. de Fin. 55 a, Naturalis atq; inſita in animis noſtris natio. de N. 10 b, & de Fin. 107 a, Inſita vel potius innata cognitio. Tuſ. 160 b, Inſitæ & quaſi conſignatæ in animis notiones. Or. 209 b, Ea oratio in eã formam, quę eſt inſita in mentibus noſtris, includi poteſt. pro S. R. 27 a, Amorẽ illũ penitùs inſitũ eijcere ex animo. pro. Font. 280 b, Inſitas inimicitias hæ gentes gerũt cũ populi Rõ. nomine. Tuſ. 214 a, Opinio inhærẽs & penitùs inſita. de Ar. 256 b, Ineſt hoc tempore odium inſitum penitùs, & inuſtum animis hominum. de Leg. 159 b, Lex eſt ratio inſita in natura. pro Qu. 297 b, Quod eſt penitùs inſitum moribus, id ſubitò euellere. de Sen. 82 b, Quod homini naturaliter inſitum eſt, eo vti decet. in Piſ. 82 b, Huic populo eſt libertas inſita. Sal. in Cic. 270 b, Paulò antè inſitus huic vrbi ciuis. * de Nat. 31 a, Obeamq́ue cauſam calorem inſitum in terris contineat arctius *vis caloris.*
¶ *Inſertus.* de Claris Orat. 185 a, O' generoſam ſtirpem, & tanquam in vnam arborem plura genera, ſic in iſtam domum multorum inſitam & illiminatam ſapientiam. pro Seſt. 19 a, Alter in Lælios inſitus ſubitò. Orat. 250 b, Inſerere nouas opiniones, euellere inſitas.
† Syntaxis. *Inſitum in natura malum. Inſitum & innatum. Naturale & inſitum. Inſitæ & conſignatæ in animo notiones. Affixum & inſitum. Inhærens, & penitùs inſitum. Inſitum & inuſtum animo.*

INSOLENS, tis. *imperitus.* de Orat. 102 b, Ea requiruntur à me, quorum ſum ignarus atque inſolens. Att. 36 a, Inſolens infamiæ, inſuetus contumeliæ.
¶ *Inſolitus.* Orat 199 a, Is nullum verbum inſolens, neq; odioſum ponere audebat. Or. 199 b, Nihil inſolens atque ineptum.
¶ *Superbus, elatus.* pro Mar. 132 a, Victoria quæ naturâ inſolens & ſuperba eſt. in Sal. 275 a, Verùm, vt opinor, honores tui te inſolentem faciunt. Epiſt. 26 b, Inſolens homo. Tuſculan. 236 b, Inſolens alacritas. pro Seſt. 25 a, Non ſum tam inſolens, in dicendo, vt, &c. pro Dom. 231 b, Non ſum tam inſolens, qui Iouem eſſe me dicam. * Ep. 138 b, O'ψιμαθεῖς homines ſcis quàm inſolentes ſint.
¶ *Cupidus.* pro S. R. 22 a, Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus, erat, vt fit, inſolens in aliena. de Orat. 140 a, Non extuliſſe ſe in poteſtate, non fuiſſe inſolentem in pecunia.
¶ *Moleſtus.* de Orat. 141 b, Ne in re nota & peruulgata multus & inſolens ſim.
† Syntaxis. *Huius rei ignarus ac inſolens, Verbum inſolens: id eſt, non vſitatum. Inſolens in pecunia.*

INSOLENTER, tius. *immoderatè, arroganter, ſuperbè.* Epiſt. 48 a, Nihil faciam inſolenter. & Tuſc. 217 a, Efferre ſe inſolenter, & Attic. 12 a, Gloriari inſolenter. in Cat. 108 b, Inſolentius ſe iactare. in Ant. 222 a, Is autorem ſenatus extinctum lætè atque inſolenter tulit. Orat. 214 a, & in Anton. 172 b, Gorgias his feſtiuitatibus inſolentius abutitur.
¶ *Raró.* de Inu. 15 b, Deinde natura eius venire vulgò ſoleat, an inſolenter & raró.

INSOLENTIA, tiæ. *intolerantia.* I. V. 221 a, An verò ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur inſolentia, ſuperbia, contumacia. de In. 51 b, Ex inſolentia arrogantia naſcitur. de Or. 128 a, Non ſunt tanti vlla eius merita, quanta inſolentia hominis, quantumq́; faſtidium. Br. 90 b, Is cœperat eſſe tãta inſolentia, vt neminem liberum duceret, Epiſt. 143 b, M. Antonius cuius tanta eſt uon inſolentia ſolùm (nam id quidem vulgare vitium eſt) ſed immanitas non modò vt vocem, ſed ne vultum quidem liberum poſſit ferre cuiuſquam. contra Rul. 64 a, In ea vrbe veſtri iſti ſatellites modeſtè inſolentiam ſuam continebunt? pro Dom. 241 b, Quanquam & inſolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia. * in Piſ. 84 b, Non egeſtas animi, nòn infirmitas ingenij ſuſtinet, non inſolentia rerum ſecundarum tantam perſonam,

pro

pro Marc.133 b,Vidi ego eum inſolentiam certorum hominum extimeſcentem.I.A.223 a,Maiorum continentiam diligebat,huius ſeculi inſolentiam vituperabat.

¶ *Conſuetudo, vſus.* de Inu,42 a,Primò propter inſolentiam reclamãtes:id eſt,quia non erant,&c.aſſueti. de Cl. 191 a, Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniam quandam orationis odit.de Orat.147a,Tanta eſt inſolentia ac turba verborum.de Or.93a,Quod ego Non ſuperbia faciebam, ſed iſtius diſputationis inſolentia,atq; harum rerum inſcitia.pro Deiot.144 b, Moueor etiam loci inſolentia. pro S. R.33 a, An is,qui propter fori iudiciorumq́; inſolentiam, non modò ſubſellia, verum etiam vrbem ipſam reformidat.* de Orat.146 b,Neq; ſolùm ruſticam aſperitatem,ſed etiam peregrinam inſolentiam fugere diſcamus. Ep. 138 b, In Epicuri nos aduerſerij noſtri caſtra coniecimus. Nec tamen ad hanc inſolentiam, ſed ad illam tuam lautitiam, veterem dico.

† Syntaxis. *Lætè & inſolenter ferre. Inſolenter ſcribit : id eſt,rarò, Loci inſolentia.*

Inſolitvs a,um.*inſolens,inſuetus.* de Or. 142 a, Quæ cauſa me ad hanc inſolitam mihi loquacitatem impulit. & Tuſ. 160 q,pro Pomp.4 b.Hæc inſolita mihi ratio dicendi. pro Pomp.12 b,Mithridates inſolita inflammatus gloria. pro Corn.62 b,Quaſi verò priſcum aliquod aut inſolitũ verbum interpretaretur. de Clar.191 a,Aeſtus quidam nõ inſolitæ adoleſcentibus gloriæ. pro Seſt. 7. a, Inſolitam lucem aſpicere.

Inſomnivm, nij. *ſomnium.* Attic. 116 a, Hæc metuo ne inſomnia ſint.de Senect. 86 a,Caret ergo vinolentia, cruditate,inſomnijs.

Inſpectans,tis. de Orat.130 a,Qui agunt in ſcena geſtum inſpectante Roſcio. in Verr. 73 b, & Epiſt. 15 a, Me inſpectante hoc feciſti.

Inſpectio,onis. I. A. 175 b, Nos enim nunciationem ſolùm habemus,conſules etiam inſpectationem.*Alij ſpectionem legunt.*

Inſpecto, as. *ſpecto, video.* Att. 275 b, Vtinam inſpectare poſſes timorem de illo meum.

Inſpectvrvs,a,um.Att.213 b,& Ep. 129 b, Hortos quoniã hodie eras inſpecturus quid viſum tibi ſit,cras ſcilicet.

Inſperans,tis.pro Mar.134 a, Quibus tu ſalutem inſperãtibus reddidiſti.de Or. 93a,*Inſperanti mihi,& Cottæ,ſed valde optanti vtriq; noſtrûm,cecidit,vt.

Inſperatvs,a,um. *improuiſus.* Tuſ. 196 b, Inſperatum nec opinatum malum,I.C.108 b,Inſperatæ repentinęq; pecuniæ. I. A. 229 a,Inſperatum & repentinum præſidium. & 192 a,Inſperatum conſilium. de In. 48 b,Inſperatum gaudium.ad Her 3 a,Inſperatũ incommodum, ſubita lætitia.

† Syntaxis. *Inſperatum bonum.malum.*

Inſpergo,gis.*perſpergo,reſpergo.* de Diu.116 a, Cor eſt in extis,iam abſcedet, ſimulac molam & vinum inſperſeris. & ad Her.39 b,Inſpergere aliquem lingua.

Inſpiciendvs,a,um.de Or. 106 b,Num igitur ſi fundus inſpiciendus, aut ſi,&cæ. Orar. 200 a, Genus ἐπιδεικτικὸν, quod quaſi ad inſpiciendum delectationis cauſa comparatum eſt.pro Cec. 286 b,Tanquam ſi arma militis inſpiciunda ſint.

Inſpicio,cis. *aſpicio,conſidero.* pro Cor.61 b, Reliqueras enim ciuitatem tuam,neq; noſtras leges inſpicere potuiſti. At.204a,Si hortos inſpexeris,dederis mihi quod ad te ſcribam.Qu fr.315 a,Maximæ mihi curæ erit, vt Ciceronem tuum videam,ſcilicet quotidie, ſed inſpiciam quid diſcat quàm ſæpiſſimè. in Ant.169 a,Víſne igitur te inſpiciamus à puero? ſic opinor.I.V.214 b,Cupere ſe dicit inſpicere.de Leg.191 b,Ne quis inſpiciat tabellã.pro Flacc.153 b,Nam vt ſignum publicum inſpexit, dixit, &c. pro Deiot. 147 a, Negauiſti tum te inſpicere velle.

Inſpicior,ris. de Ein. 103 a,In beſtijs vis naturæ inſpici poteſt.

Inſtabilis,le. ad Her. 13 a,Inſtabilis fortuna Pacuuij. & 34 a,Inſtabilis in iſtum plurimum fortuna valuit.

Inſtans,tis.*præſens tempus, punctum temporis, veſtigium temporis.* de Fat.145 b, Præterita ea dicimus, quorum ſuperiori tempore vera fuerunr inſtantia: ſic futura, quorum cõſequenti tempore vera erunt inſtantia.Tuſculan. 165 b,Totumq́; leue eſt,fit enim ad punctum temporis:id eſt,quod dicunt In inſtanti.

¶ *Præſens.* ad Her.7 b,Inſtans tempus.)(.*Præteritum & conſequens.*

¶ *Imminens,impendens.* Tuſc.211 a,Quę enim venientia metuuntur,eadem efficiunt ægritudinem inſtantia. & 223 b, Inſtantia & ſequentia.ad Her. 16 b,Inſtans periculũ.)(.*Cõſequens* de Orat. 118 a, Genus cauſæ ex controuerſia facti, vel ex futuri,vel ex inſtãtis. I.A.235 b,Sic quicquam aliud vobis niſi de inſtanti bello cogitatum putabunt.

Inſtar, *quaſi ſimile.* in Verr. 244 b, Nauis maxima triremis inſtar. & 254 a, Nauis quæ vrbis inſtar habere inter alias uideretur.Atti.156 a,Epiſtola quæ voluminis inſtar erat. Tuſculan.156 b,Terra ad vniuerſi cœli complexum quaſi puncti inſtar obtinet. Epiſtol.245 a,Fugerana,quæ fuit nõ vici inſtar,ſed vrbis.

¶ *Ferè.* Att,255 a,Mearum Epiſtolarum nulla eſt συναγωγὴ, ſed habet Tyro inſtar ſeptuaginta.

¶ *Pro.* de Cl. 181 b,Plato mihi vnus inſtar eſt omnium.

¶ *Imago,exemplum.* At.155 a,Hæc eſt ἄλωσις,in qua nunc ſumus mortis inſtar & de Fin.138 a,Hoc inſtar mortis puto. Off. 47 b, Patrocinio vero ſe vſos, aut clientes appellari, mortis inſtar putant. Epiſt. 129 a, Equidem hos Tuſculanẽſes dies inſtar eſſe vitæ puto.pro Rab.95 b,Latére mortis erat inſtar turpiſſimæ. & ibid. Eſſe inſtar furoris & ſceleris. I. P. 90 b,Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit,quo in patriam redij.Quint. frat.319 b,Nemo iſtorum eſt, qui non abs te munus fundi ſuburbani inſtar expectet.Offic. 54 a,Omnia ex altera parte collocata, vix minimi momẽti inſtar habent.Or.201 a,Hæc magna ſunt, & tanquam animi inſtar in corpore.

† Syntaxis.*Nauis inſtar vrbis.Scripſi literas inſtar viginti.Tu mihi es inſtar omnium.Latére,eſt mortis inſtar. Id mihi felicitatis eſt inſtar.*

Inſtavratio,onis.*renouatio.* de Aruſp 249 a,Mentes Deorum immortalium.Iudorum inſtauratione placantur.

Inſtavrativvs, a,um. de Di. 92 a,Itaq; ludis intermiſſis inſtauratiui conſtituti ſunt.

Inſtavratvs, a,um. *refectus, reſtitutus, renouatus.* de Aruſp. 248 b,Quorum de ſententia illa eadem renouata atq; inſtaurata celebrantur. de Prouin.73 a, Ne inſtauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus.de Diuin.92 a, Ludos illos iterum inſtauratos memoriæ proditum eſt. pro S.R.49 a, Cauete,ne noua & multò crudelior per vos proſcriptio inſtaurata eſſe videatur.

Inſtavro, as. *renouo.* in Verr. 68 a, Cùm in Cn. Dolabellam ſcelus ſuum illud priſtinum renouauit & inſtraurauit quęſtorum.pro Dom.214 a,Inſtaurare cædem.Atti.7 b,Cùm id ſacrificium virgines inſtauraſſent.

Inſtavror,ris.Qu.fr.311 a,Latinæ inſtaurantur.

Inſtigans,tis.I.P.85 a,Cùm mea domus ardebat ignibus iniectis,inſtigante te.

Inſtigatio,onis.*permotio,impulſio.* ad Her.15 a, Amplificatio inſtigationis auditorum cauſa ſumitur.

Inſtigo, gas. *ſollicito.* ad Heren.21 a,Si eos vehementer inſtigare velimus.

Inſtillo,as.Tuſcul.180 a,Ex quo liquatæ ſolis ardore excidunt guttæ, quę ſaxa aſſiduè inſtillant Caucaſi.*Poëtæ.* de Senect. 84 a,Nam hæc quoq; niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute.Attic.139 b, Literæ tuæ mihi quiddam,quo ſtarem,inſtillarunt.

Inſtinctvs,a,um.*inſtigatus.* I.V.274 b,Iſte nefario quodã furore & audacia inſtinctus. pro Dom. 242 a, Iſte metus furore inſtinctus.* de ſuis conſil. Cùm adoleſcentes tibiarum cantu inſtincti fores frangerent.

Inſtinctvs,ctus. *inſtigatio,inflatus. afflatus.* Tuſculan. 161 a, Poëtę carmina non ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu fundunt.de Diuin.87 b,Oracula,quæ inſtinctu diuino afflatuq́; funduntur.& 82 b,Aliquo inſtinctu inflatuq; diuino futura prænunciare. & 94 a, Cùm à corpore animus abſtractus,diuino inſtinctu concitatur.

† Syntaxis. *Metus furore inſtinctus. Timore inſtinctus. Diuinus inſtinctus,& afflatus.Inſtinctus & inflatus,id eſt, afflatus.*

Inſtitiones, *ab inſiſtendo Cicero vocat,quas ſtationes ſtellarum Aſtrologi nominant.* Tuſc. 161 a, Quis errantium ſtellarum motus, curſus, progreſſiones inſtitiones notauit? *corruptè legitur in omnibus exemplaribus,inſtitutiones.*

Inſtitvendvs,a,um.de Fin.145 a,Tecum mihi inſtituenda oratio eſt.de Orat.90 a,De legibus inſtituendis.

Inſtitvens,,tis.de Or.142 b,* Inſtituenti mihi Q. frater eum ſermonem referre & mandare huic tertio libro, &c. acerba ſanè recordatio veterem animi curam modeſtiãq́; renouauit.

Inſtitvo,is. *conſtituo,decerno.* At. 96 b, Cũ inſtituiſſem ad te ſcribere,calamumq́ue ſumpſiſſem. in Verr. 204 a, Piratæ aliquos ſibi inſtituunt amicos. pro Mur. 129 a,Tu actionem inſtituis,ille aciem inſtruit. pro Cl. 21 a, Præſtò eſt mulier audax,inſtituit accuſatores, inſtituit teſtes. pro Mur. 238 a, Iniquam legem & miſeram conditionem inſtituit periculis hominum, ſi exiſtimat, &c. de Fin. 64 a, Quem morẽ Arceſilas reuocauit,inſtituitq;, vt hi qui, &c. Epiſtol.222 a,Inſtituere ea quæ ſequãtur alij. pro Fon.278 a,Fonteius portorium vini inſtituit. pro Dom.238 b,Inſtituere pœnam in alium.

¶ *Incipio.* Fpiſt. 104 b, Itaq; vt primùm Velia nauigare cœpi,inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere.Epi. 153 b,Flagitare ſenatus inſtituit Cornutũ, vt referret,&c. Epiſt. 2 b,

Quod

Quod inſtituit referre de religione,& ſæpe iam retulit, ab eo deduci,non poteſt.Epiſtol.264 a,Si diligentiam quam inſtituiſti,adhibueris,citò firmus eris.Attic.144 b,Hoc,neſcio quid nullo argumēto propoſito ſcribere inſtitui. Qu. fr.325 a,Libri,quos ſcribere inſtitui,&c.Qu.de Pet. 213 b, Perge tenere iſtam viam,quam inſtituiſti.de Or.119 b,Perge vt inſtituiſti.de In. 52 a,b,Inſtituere ſermonem vel orationem cum aliquo.Orat.290 b,Iſocrates primus inſtituit dilatare verba.pro Flac.153 a,Cùm prætor ſumptus inſtituit eos qui antea non erant.Anteq.194a,Quam nunc colere gētem inſtituam?&c.& 139 b,Cùm à quibus debeam retineri,reijcere inſtituant.* de Fin. 114 a, Phidias poteſt à principio inſtituere ſignum,idq; perficere.

¶ *Ordino,compono,diſpono, conflo.* pro Sext. Roſc. 45 b,Codicem inſtituere,conſcribere,ordinem conſeruare. Epiſt, 67 a,Suſcipere,inſtituere , perficere aliquam rem. pro Dom. 214a,Inſtituere,comparare & perficere aliquam rem I.A. 189 a,Antonius earum rerum omnium domeſticum mercatum inſtituit. pro Qu. 2 b , Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituerat ſine impendio. de Or 92 a, Inſtituere ciuitates,ſcribere leges.de Orat. 100 b, Inſtituere aliquam artem.in Vat.213 a,Inſtituere textrinam alicubi.& 212 Inſtituere officinam Syracuſis. de Or. 8 a, Inſtituere & conſeruare ciuitates. Epi. 239 a, Inſtituere certos tabellarios.* Hortenſ. Philoſophia inſtituit colere victum lautum & elegantem. Acad. 47 a, Cum Zenone Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit,non pertinacia aut ſtudio vincendi, ſed earum rerum obſcuritate. Tuſcul.201 b,Nullum vt certamen inſtituam:verum dicentibus facilè cedam.

¶ *Facio,cieo.* Epiſt. 226 a,Inſtituere aliquem ſecundum hæredem filio.de Or.104 b,Inſtituere tutorem aliquem filiorum orbitati.

¶ *Erudio.* de Orat. 146 a, Inſtituere & erudire aliquem.in Ver.184 a,Inſtituere & erudire filios ad maiorum inſtituta.pro Cæl.45 b,Dicet aliquis , Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes ? ob hanc cauſam tibi hūc puerum patens commendauit & tradidit? de Senect 82 b, Senectus adoleſcenrulos docet,inſtituit, ad omne officij munus inſtruit. Quint. frat. 297 a , Ea quæ ſuprà ſcripta ſunt,non vt te inſtituerem, ſcripſi. pro Quint. 15 b, Alicui quid faciat definire, aliquem inſtituere, & ei pręcepta dare. * Oecon. 2,Mercari villicum an ipſe inſtituere conſueuiſti ?

INSTITVOR, ris. *homonymiam in actiuo habes.* pro Dō. 220 b,Non vt ille filius inſtituatur, ſed vt è patricijs exeat . pro Syl.177 a,Cùm omnia ordinarentur , inſtituerentur,pararentur.I.V 65 b,Hoc inſtitui, atq; adeò inſtitutum referri atq; renouari,moleſte ferunt.Att.260 a, Hæc næc inſtitui, nec effici poſſunt ſine tua ope. de Leg.157 b, Hiſtoria nec inſtitui poteſt, niſi præparato ocio , nec exiguo tempore abſolui.de In. 78 b , Multa incommoda conſequi,ſi inſtituatur,vt à ſcripto recedatur. de Orat.123 b,Si quem planè rudem inſtitui ad dicendum velim. * pro C . Cornel.1, Qui aliquod inſtitui exemplum diſturbandorum iudiciorum pernicioſiſſimum voluerunt.

INSTITVTIO,onis.*inſtitutum,diſciplina,educatio.*Off.2 b,Officiorum præcepta ad inſtitutionem vitæ communis ſpectare videntur. de Nat. 3 b , Multi Græcis inſtitutionibus eruditi.de Orat.146 a,Cùm ad cuiuſq; naturam inſtitutiò doctoris accommodaretur.de Orat.308 b,L.Craſſum nō plus attigiſſe doctrinę,quàm quantum puerili illa inſtitutione potuiſſet. & 146 a , Iiſdem præceptis atq; in vna inſtitutione formari. Qu.fr. 293 b , Hæc inſtitutio atq; diſciplina poteſt ſuſtinere in rebus ſtatuendis decernendiſque eam ſeueritatem. Off 2 b,Omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de reliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci. in Verr. 273 a,Horum nos hominum ſectam atq; inſtitutionem perſequimur.* Att.13 b,Conſeruans rationem inſtitutionemq; noſtram.

INSTITVTVM,ti *inſtituta ratio,mos,conſuetudo.* I. V. 65 b, Att. 67 a , Non oblitus conſuetudinis atq; inſtituti mei , rarius ad te ſcribo.de Clar.186 b,Is bene iuris publici leges & inſtituta cognouerat. I. P. 86 a, Qui ciuitatis veſtræ non leges,non inſtituta,non mores,non iura noritis.de Clar.157 a,Quod ſi omnia à philoſophis eſſent petenda,Peripateticorum inſtitutis commodius fingeretur oratio.& 175 a, Ex quorum inſtitutis in parentis eum loco colere debebam.in Vat. 210 a,Tenere idem inſtitutum in omnibus .I. V 55 b,Adductus ſum Veteri conſuetudine inſtitutoque maiorum. Orat. 212 a, Quid verò elegantius ? quod non fit natura,ſed quodā inſtituto:inclytus dicim⁹,&c.ꝓMur. 141 a,Nulla eſt pœna, quæ poſſit obſeruantiā tenuiorū ab hoc vetere inſtituto officiorum excludere. pro Cæl. 48 a, Si qua mulier ſit eiuſmodi , qualem paulo antè deſcripſi, vita inſtitutoq; meretricio.de Fin.112 a,Duarum vitarum nobis inſtituta capienda.de Orat. 88 b, C.Carbo hæſitans in maiorum inſtitutis. Att. 141 a, Cn. Magium Pompeij præfectum deprehendi,ſed & meo inſtituto vſus ſum. Of. 1 a,Te abundare oportet præceptis inſtitutiſque philoſophiæ.de Cl.173 b,Is tamen inſtituto Lælij Panætium audiuerat.Epiſt.73 a,Non putaui eſſe alienum inſtitutis meis,hæc ad te ſcribere. Epiſt. 25 , Genus inſtitutorum & rationum mearum diſſimilitudinem habet cum illius adminiſtratione. Epiſt. 258 b, Inſtituti mei tenendi cauſa de Finib.64 a,Noc inſtitutum poſtea translatum ad philoſophos noſtros eſt.* Hortenſ. Eius omne inſtitutum voluntatemq; omnem ſucceeſſio proſpera conſecuta eſt.de Cla. 184 a , Similiter ſuſpicor Curionis patrio fuiſſe inſtituto, puro ſermone aſſuefactam domum. pro Quint. 11 b, Fatetur libellos Alphenum deieiſſe,vadimonium promiſiſſe,iudicium quin acciperet , &c. non recuſaſſe:ita tamen more & inſtituto per eum magiſtratum. Acad. 42 a , Qui Platonis inſtituto in Academia cœtus erant & ſermones habere ſoliti.Tuſcul.209 a,Cùm à primo vrbis ortu regijs inſtitutis , partim etiam legibus , auſpicia ,cerimoniæ,comitia,prouocationes,patrum cōſilium,equitū peditumq; deſcriptio,tota res militaris,diuinitùs eſſent conſtituta.Ep. 194 b,*Treboni*j. Concinnaui tibi munuſculum ex inſtituto meo.de Conſol.Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & inſtitutis occultam conſtitutamq; habemus.de Fin. 127 b,Attamen is quidem in patriis inſtitutis manet.

INSTITVTVS,a,um.de Clar. 191 a , Erat enim cùm inſtitutus optimè,tum etiam perfectè planeq; eruditus.Orat.212 b,Ad hanc legem non docti,ſed facti,non inſtituti,ſed imbuti ſumus. de Clar.183 a,Inſtitutus ad ſcenam.I.V.85 b, In pueritia bonis artibus & diſciplinis inſtitutus non eras. de Nat.3 b,Diodorus & Philo, à quibus inſtituti fuimus. de Clar.180 a,Inſtitutus literis Græcis.de Orat.123 b,Doctrina liberaliter inſtitutus.de Clar,186 b,M.Glabrio inſtitutus patris diligentia.de Fin.110 a, Vita inſtituta præceptis philoſophorum.I.A. 228 b,Non ita à maioribus noſtris inſtituti atque imbuti ſumus, vt, & cet.de Orat.99.b, Qui eſſet ſecundum poſthumū hæres inſtitutus. pro Dō. 213 a,Multa diuinitùs à maioribus noſtris inuenta atque inſtituta.At.86 a,Hic magiſtratus multis annis poſt decēuiros inſtitutus eſt.Quint.frat. 295 , Si omnium nomine, quicunque Romæ ludos facerent, quod erat iam inſtitutum,erogaretur.Epi.67 a,Non eram neſcius,quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum , & iam inſtitutarum. Epiſt 39 b,Pro noſtra non inſtituta , ſed iam inueterata amicitia.Epiſt.73 a,Cùm rem aliter inſtitutam offendiſſem, ac mihi placuiſſes, ſi affuiſſem. Epiſt.44 b, Expedire exitum inſtitutæ orationis. de Orat. 136 a, Cùm ſermo mihi cum eo eſſet inſtitutus.Tuſcul.176 b,& 177 a,Eſt igitur ad hunc modum ſermo inſtitutus. de Diu. 109 b, Si inſtituta perfecero.de Fin. 115 a,Rem inſtitutam abſoluere. Epi.69 b,Quæ habes inſtituta,perpolies. de Nat.22 a, Malè inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. * Orat.212 b, Hæc dixi longiùs , quàm inſtituta ratio poſtulabat. pro Dom. 242 a,Nec inſtitutas ceremonias perſequi potuit.

¶ *Ratio,grauitas.* I.A. 214 b,Confuſius heſterno die eſt acta res C.Panſa,quàm poſtulabat inſtitutum conſulatus tui.

¶ *Conſilium.* de In.82 b,Quod ad hoc noſtrum inſtitutum non pertinet.Off.33 a,De quibus dicere aggrediar,ſi pauca prius de inſtituto ac de iudicio meo dixero.

¶ *Arrgumentum.* Topic.223 a,Sed ad huius libri inſtitutum illa nihil pertinet.

† Syntaxis.*Inſtituere. ſcribere epiſtolam. Inſtituere diligentiam, ſermonem, quæſtum, ciuitatem, ſibi cum aliquo certamen, hæredem, filios ( abſolutè ) & ad pietatem. Inſtituere aliquem , & ei præcepta dare. Non inſtitutus, ſed imbutus. Inſtitutus & imbutus. Inſtitutio & præcepta. Inſtitutio & diſciplina. Ratio & inſtitutio adminſtrandi. Secta & inſtitutio. Conſuetudo & inſtitutum alicuius. Iuris leges & inſtituta. In omnibus idem tenere inſtitutum. Vita inſtitutumque meretricium . Vtare tuo inſtituto. Inſtitutum ac iudicium alicuius. Ad inſtitutum libri hoc nihil attinet.*

INSTO,as.*vrgeo.* pro. Qu.5 b , Tibi inſtat Hortenſius, vt eas in conſilium. de Or.93 a,Tibi cupienti atque inſtanti ſæpiſſimè negaui.I.V.178 b,Inſtat Scandalius, poſcere recuperatores At.8 a,Inſtat & vrget Cato.pro Fon.283 a,Galli inſtant atq; vrgent ſummo cum ſtudio.At. 215 b, Vrge, inſta,perfice.de Diu.139 a,Inſtat enim,& vrget,& quocūque te verteris,perſequitur. *ſuperſtitio.* in Vat.147 a,Ego inſtare vt mihi reſponderet . 46 a , Quod profectò tùm ſua ſponte, tum te inſtante faciet. pro Fon. 276 a, Inſector vltrò,atq; inſto accuſatori,iudices,inſector,inquam,& flagito teſtes.pro Planc. 269 a,Etiam atq; etiam inſto , vrgeo, inſector. pro Quint. 14 a,Cupidè inſtare alicui, de Inuen. 66 b,Nunc quod inſtat agere eportet.Qu.fr.322 b,Inſtare de aliqua re.* Acad.Inſtat acriter,vt.

¶ *Impen-*

¶ *Impendeo, immineo.* in Cat. 106 b, Quibus ego confido impendére fatum aliquod, &c. aut inſtare iam planè, aut certè iam appropinquare. in P. 93 b, Inſtant magnificẽtiſſimi ludi. At 225 b, Ita mihi videtur bellũ illud inſtare. & 211 b, Mihi inſtat iter longũ. de Diu. 93 a, Quanquã iter inſtaret, &c. At. 16 b, Inſtat nũc ille annus egregius. de Or. 152 a, Inſtat enim ô pater, &c. de Inu. 74 a, Cùm ſacrificij dies inſtaret. Ep. 176 b, & 191 b, Tibi ab ijs inaſtt periculum.

¶ *Inſiſto.* ad Heren. 13 a, Fortunam ſaxo inſtare prædicant volubili.

† Syntaxis. *Inſtare, vrgere. Inſtare de aliqua re. Vrgere, inſtare, perficere Inſtat, aut certè appropinquat. Inſiſtit globo fortuna.*

INSTRVCTIO onis. *apparatio, diſpoſitio.* pro Cec. 293 a, Sæpe clamore ipſo militum, aut inſtructione aſpectuq; ſignorum magnas copias pulſas eſſe. ad Heren. 19 b, Hæc autem diſpoſitio locorum, tanquam inſtructio militum, facilè in dicendo, ſicut in pugnando, párere poterit victoriam. * de Nat. 42 b, Quæ inſtructio exercitus, &c. tantam naturæ ſolertiam ſignificat.

INSTRVCTOR, oris. *ſtructor, qui conuiuij & mẽſæ inſtruendæ curam habet.* Poſtq. 207 a, Hi ſunt Conditores inſtructoréſque conuiuij.

INSTRVCTVS, a, um: ctior, ſſimus. *paratus, comparatus, inſtitutus, munitus, ornatus.* Orat. 198 b, Alij ad permouendos animos inſtructi & parati. de Fin 76 b, Inſtructus ad mortẽ contemnendam. de Or. 145 b, Inſtructiſſimus ad dicendũ. Orat. 208 a, Sic igitur inſtructus orator veniet ad cauſam. de Leg. 163 b, Hæ rationes, quæ ſatis ſcitè nobis inſtructæ & compoſitæ videntur. Orat. 202 a, Oratio inſtructa ſententijs & verbis popularibus. pro Cæl 45 b, Hunc diuinis quibuſdam bonis inſtructum atq; ornatum puto. I. P. 80 a, Prouincia Senatus autoritate, exercitu & pecunia inſtructa & ornata. Br. Att. 288 a, Artes, quibus ſcio Ciceronem inſtructiſſimum eſſe. de Fin. 53 a, Inſtructior doctrinis, de Orat. 107 b, Cætera verò ab optimo viro, & iſtis rebus inſtructiſſimo familiari noſtro Longo mutuabor. de Inuen. 54 a, Omnibus rebus domus inſtructior & apparatior eſt. ad Heren. 29 a, Paratior & inſtructior veniret. Offic. 63 b, Caninios emit hortos inſtructos. Epiſt. 192 a, & in Verr. 263 a, Naues inſtructæ & paratæ. pro Cl. 55 b, Nauis inſtructa & ornata. Tuſc. 220 a, Satis eſt *fortitudo* inſtructa, armata, parata. de Orat. 122 a, Eam materiam orationis, quæ cuiuſq; eſſet generis, ſtudioſi qui eſſent dicendi, omnibus locis deſcriptam, inſtructam ornatamq; comprehenderent, rebus dico & ſententijs. de Cl. 179 a, Qui à philoſophia, à iure ciuili, ab hiſtoria eſſet inſtructior. & 186 a, Mediocriter à doctrina inſtructus, anguſtius etiam à natura. in Verr. 67 b, Paratus atq; inſtructus in iudicium venit. de Orat. 106 b, Cùm ergo non ijdem in iure ciuili ſatis inſtructi eſſe poſſimus, ad hoc duntaxat, ne in noſtra patria peregrini eſſe videamur. & 103 a. Oratorem eſſe inſtructũ voce & lepôre quodã volo. de Or. 91, Oratorẽ omnibus ingenuis artibus inſtructum accedere ad dicendum. de Clar. 187 b, Inſtructus omni copia. de Leg. 163 a, Muneribus deorum nos eſſe inſtructos & ornatos. pro Pomp. 7 b, Mithridatis copiæ omnibus rebus otnatæ atque inſtructæ. I. A. 226 a, Græcia M. Bruti imperio, autoritate, copijs non ſolùm inſtructa, ſed etiam ornata dextram tendit Italiæ. Acad. 28 b, Qui claros viros à ſe inſtructos, dicant rempub. ſæpe rexiſſe. pro Dom. 237 a, Tribunus conſularibus copijs inſtructus I. V. 29 b, Accuſatores ab aliquo eſſe inſtructos & ſubornatos. de Nat. deor. 45 b, Domicilium ornatum ſignis & picturis, inſtructumq; rebus omnibus neceſſarijs. Offic. 31 b, Nos ipſi à doctoribus atque doctrina inſtructi ad rempub. & ornati acceſſimus. Orat. 198 a, Philoſophia non ſatis inſtructa ad forenſes cauſas. pro Cæc. 292 a, Homines inſtructi, & certis locis cum ferro collocati. * I. V. 125 b, Quòd domum exornatam atq; inſtructam ferè iam iſte reddiderat nudam & inanem.

INSTRVCTVS, ctus. *apparatus.* de Or. 144 b, Eodem inſtructu ornatuq; comitata.

† Syntaxis. *Inſtructus & paratus ad. Rationes inſtructæ & cõpoſitæ. Inſtructus & ornatus. Inſtructa & ornata prouincia exercitu & pecunia rebus omnibus inſtructa domus, & apparata, Hortus inſtructus. Nauis inſtructa & parata. Inſtructa & ornata nauis. Inſtructus, armatus, paratus per ſeſe. Homo ab hiſtoria inſtructus. Anguſtiùs à natura inſtructus.*

INSTRVENDVS, a, um. de Clar. 184 a, Curio cùm tardus in cogitando, tum in inſtruendo diſſipatus fuit.

INSTRVMENTVM, ti. *ſupellex, apparatus, ſubſidium ad aliquid agendum.* de Orat. 98 b, In oratoris verò inſtrumento, tam lautam ſupellectilem nunquam videram. de Leg. 179 a, Iam æs atq; ferrum duelli inſtrumenta ſunt, non fani. de Leg. 168 a, Homo multa inſtrumenta habet ad adipiſcẽdam ſapientiam. de Cl. 189 b, Quicquid habuit, habuit ex diſciplina: inſtrumenta naturæ deerant. Att. 275 b, Antonius ab alio relictum regni inſtrumentum occaſionẽ regnandi habuit. & 282 b, Inſtrumentum regni delatum ad Antonium & Lepidum. Att. 107 a, Soluendi ſunt nummi Cæſari, & inſtrumentum triumphi eò conferendum. I. C. 106 a, Cùm induſtriæ ſubſidia atq; inſtrumenta virtutis in libidine audaciaq; conſumerentur. item: Opera, ad quorum intelligentiam à natura minus habent inſtrumenti. de Fin. 125 b, Nemo ſine eo inſtrumento ad vllam rem illuſtriorem poteſt accedere. *id eſt ſine bonis artibus vel ſcriptis Peripateticorum.* de Fin. 88 a, Quid tanto opus eſt inſtrumẽto in optimis artibus comparandis? pro Mil. 107 b, Exhibe quæſo librarium illud legum veſtrarum, quod te aiunt è domo illius eripuiſſe, vt præclarum inde munus & inſtrumentum Tribunatus ad aliquem deferre poſſis. pro Rab. 123 a, Vt in augenda re non auaritiæ prædam, ſed inſtrumentum bonitati quæreret. de Clar. orat. 196 b, Eloquentiam locupletaſti grauiorum artium inſtrumento. I. V. 159 b, Apronius in eorum arationes venit, omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, &c. in Verr. 158 b, Arationes magna impenſa magnoq; inſtrumento tueri. pro Dom. 225 a, In fundum vicini conſulis non inſtrumenta aut ornamenta aulæ, ſed etiam arbores transferebantur. * Oecon. Inſtrumentum & ſupellectilem diſtribuere cœpimus, ac primum ea ſecreuimus. ibid. Seponebantur inſtrumenta, quibus ad lanificia vtuntur. de Orat. 98 b, Hoc inſtrumentum cauſarum & generum vniuerſorum in forum deferre debemus. Acad. 1 b, Tantus imperator in omni genere belli fuit, prælijs, &c. totiuſque belli inſtrumentis & apparatu. I V. 223 a, Hoſtium ſpolia, monumenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum poſthac his præclaris nominibus amiſſis in inſtrumento ac ſupellectili C. Verris nominabuntur. (*al. numerabuntur.*

† Syntaxis. *In oratoris inſtrumento ſupellex iſta ſit. Arationem tueri magna impenſa, & magno inſtrumento, continetur ergo ſupellex in inſtrumento.*

INSTRVO, is. *paro, apparo, molior, adorno, comparo, ſuborno, armo, inſtituo.* I. V. 202 a, Non enim te inſtruere domum tuam voluerunt in prouincia. I. V. 214 a, Inſtruere & parare conuiuium. I. A. 208 a, Poſſeſſores nullam impenſam fecerant, nondum inſtruxerant. *id eſt, ipſos agros: hinc inſtrumentum.* pro Mur. 135 a, Petitionem conſulatus diligenter adornare & inſtruere. de Sen. 82 b, Senectus adoleſcentulos docet, inſtituit, ad omne officij munus inſtruit. de Orat. 149 a, Hic quem inſtruimus, orator. pro Cl. 57 b, Inſtruere inſidias in aliquo loco. in Ant. 193 b, Inſtruere aciem. contra Rull. 84 a, & 18 b, Vrbs, quæ facere atque inſtruere bellum poſſit. pro Mur. 129 a, Ille aciem inſtruit. pro R. P. 219 a, & de Pro. 71 a, Inſtruere exercitũ. I. C. 109 b, Inſtruite nunc contra has tam præclaras Catilinæ copias veſtra præſidia, veſtroſq; exercitus. pro Cec. 291 a, Domum ornatam & ſtructam ferè iam, iſte reddidit nudam & inanẽ. I. V. 213 b, Neque ſe ſatis, cùm poteſtatem haberet, inſtruxiſſe & ornaſſe. I. V. 269 a, Ad iudicium non ſatis inſtruxerat. * de Orat. 112 a, Hic orator niſi domeſticis ſe inſtruxerit copijs.

INSTRVOR, ris. pro Cl. 21 a, Hoc ipſum iudicium, hoc periculum, illa accuſatio, omnis teſtium copia à matre eſt adornata, à matre hoc tempore inſtrnitur &c. pro Cæl. 53 a, Artes, quibus inſtruimur ad hunc vſum forenſem, & ad capeſſendam rempub. Att. 71 a, Inſtruar conſilijs idoneis ad hoc negocium. Antequam. 196 a, Quod iam non ad vnius perniciem, ſed ad vniuerſorum inſtruitur calamitatẽ.

† Syntaxis. *Inſtruere domum. Orationem inſtruere & ornare. Inſtruere oratorem, inſidias, exercitum, aciem, bellum. Ornare exercitum Vrbs faciens & inſtruens bellum. Inſtruere ſe ad labores. Inſtructi in inſidijs. Accuſator inſtructus & ſubornatus.*

INSVAVIS, ue. *iniucundus.* de Orat. 111 a, Qui vitam inſuauẽ ſine his ſtudijs putatis. & Attic. 157 a, & Orat. 212 a, de Amic. 112 a, ad Heren. 20 a, Quid inſuauius, quàm clamor in exordio cauſæ?

INSVBER bris. in L. Piſ. Inſuber quidam fuit, id eſt, mercator & præco. pro Corn. 61 a, Fœdera Germanorum, Inſubrium, Heluetiorum, lapidum, &c. item Aſconius 76.

INSVETVS, a, um, *inſolens, imperitus.* Att 36 a, Inſuetus contumeliæ. ad Her. 25 a, Videte ne inſueti rerum maiorum videamini.

† Syntaxis. *Inſuetus belli.*

INSVLA, læ. *terra vndique aquis cincta: item domus vndiq; vias habens.* Ep 253 a, Si inſulam Britanniam cœpero cogitare, I. V. 233 b, Quòd prædones procul ab inſula Sicilia prohibuiſſet. pro Mil. 115 b, Vt Inſula in lacu Pretio venderet. de Som. 129 a, Omnis terra parua quædam inſula eſt circumfuſa illo mari, quod Oceanum appellatis. de Leg. 169 b, & 170 a, Sed ventum in inſulam eſt: hac verò nihil

eſt amænius: hoc enim quaſi roſtro finditur Fibrenus: & diuiſus æqualiter in duas partes,latera hæc alluit,rapideq; dilapſus,citò in vnum confluit. l.A.226 a,At hunc his ipſis ludorum diebus videbam in inſula clariſs. adoleſcentis Luculli. Offic. 65 a, Claudius proſcripſit, inſulam vendidit, emit P. Calphurnius. pro Cæl 40 b,Nunc demum intelligo Clodij inſulam eſſe venalem.*id eſt,domum.* de Fin. 137 b, Veteres philoſophi in Beatorũ inſulis fingunt qualis ſit vita ſapientium Hortenſ. In beatorum inſulis, vt fabulæ ferunt, immortale æuum degere. de Leg. 169 a, In inſula, quæ eſt in Fibreno, ſermoni reliquo demus operam ſedentes.

INSVLSE,*ineptè,frigidè*. Att. 239 b, Sanè inſulsè,vt ſolet:niſi fortè quæ non ames, omnia videntur inſulsè fieri.& 65 b, Et eſt latum herculè inſulsè.& 75 a,Multa ſtultè,inſulsè arroganter dici & taceri. de Orat.129 a, Non inſulsè interpretari aliquid.* Frag. ep.Ita locutus inſulsè eſt, vt

INSVLSITAS,tis.*vanitas,ſtultitia*.Att.73 b,Vix harum rerum inſulſitatem fero. pro R. P. 128 a, Iam noſtis inſulſitatem Græcorum. * de Orat. 128 b, Vt nihil aliud ipſorum,niſi ipſa inſulſitas, rideatur. de Clar.191 a, Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniam quandam orationis odit. Att.214 a, Cuius villæ inſulſitatem benè noram.

INSVLSVS,a,um. *frigidus, abſurdus, ineptus*. de Orat.128 b, Quidam ſic inſulſi extiterunt, vt nihil aliud eorum niſi ipſa inſulſitas rideatur. pro Cæl.52 b,Adoleſcens non inſulſus.Tuſc.151 a, Inſulſus homo. Ep.156 a, Quæ nec illiterata,nec inſulſa eſſe videantur. Att.215 b, O gulam inſulſam.

† Syntaxis. *Stultè, inſulsè, arroganter. Rerum inſulſitas. Dicta inſulſa & illiterata. Inſulſa gula.*

INSVLTO, as. *irruo,illudo*. I. V. 262 a, Epicurus inſultans in omnes. & ad Her. 36 a, Inſultare in miſerias alicuius. I. V. 262 b, Num tibi inſultare in calamitate videor? pro Fl. 154 b, Nunc verò non inſultabo vehementiùs, nec volitabo in hoc inſolentiùs, neque in iſtum nugatorem inuehar. pro Milon.118 b,Clodius,qui tot annos in hanc remp. inſultauit.

† Syntaxis. *Inſultare in omnes,in miſerias alicuius.*

INSVM, ines. *ſum, inſideo*. de Orat.156 a,In oratore perfecto ineſt omnis philoſophorũ ſcientia. & 100 a, Non ob eam cauſam ineſt in facultate dicendi iuris ciuilis ſcientia. Or. 200 b, Ineſt enim natura philoſophia in huius viri mente quædam. Epiſt.71 b, Manere in vita,in qua nihil inſit niſi miſeria. de Ar.257 a, Nullũ dedecus reperiri poteſt, quod in hoc non inſit. de Nat. 24 b, Superſtitio, in qua ineſt timor inanis deorũ. de N.24 b, Democritus tum cẽſet imagines diuinitate præditas ineſſe vniuerſitati rerum: tum principia menteſque, quæ ſunt in eodem vniuerſo, deos eſſe dicit.Top.227 b,Oracula ex ipſo appellata ſunt,quòd ineſt hic deorum oratio.* Hortenſ. In quibus *rebus* peccata non maxima inſunt. de Nat.2 b, In ſpecie fictæ ſimulationis, ſicut reliquæ virtutes, ita pietas ineſſe non poteſt. de Nat 4 b, Vt in ijs veris nulla inſit certa iudicandi & aſſentiendi nota.

INSVMO, mis. *impendo*. Att.77 a, Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus teruncius inſumatur in quenquam. de Inu. 76 b, Inſumere ſumtum aut laborem in aliquam rem.

INSVMTVS,a,um. Att.179 b,Plus inſumtum in monumentum eſt,quàm,&c.I. V.181 a,Qui tantum præſens lucrum nulla opera inſumta contemſerit.

† Syntaxis. *Inſumere argentum in amicos, ſumtum & laborem in ſtudia.*

INSVO,is.*includo*.Q.fr.300 a, Quoniam Smyrnæ duos Myſios inſuiſti in culeum. Pro S.R.23 b,Inſui in culeum.

INSVPER. præterea. Ep.253 a,Cautiùs inſuper Epicureus, &c.ad Her.31 b,Non modò id non fecit, ſed etiam inſuper ipſe grandi ſponſione vinctus eſt.

INSVSVRRO,as, *ſto, in aurem loquor*. Acad.37 a, Fauonius ipſe inſuſurrat. Tuſc. 248 a, Inſuſurrare alteri. I.V.257 b, Inſuſurrare ad aurem alicuius familiariter. Att.19 a,Inſuſurrare alicui cantilenam ſuam.

INSVSVRRATVR. Qu. fr. 292 a,Nec in aures tuas fictè aut ſimulatè quæſtus cauſa inſuſurretur.

† Syntaxis.*Inſuſurrare alicui,& ad aurem,& aliquid alicui, & in aures.*

INTABESCO, ſcis. *extabeſco*. de Nat.177 a, Diuturno morbo intabeſcere.

INTACTVS,a,um. Ep.112 b, Intactus à ſibilo peruenerat Hortenſius ad ſenectutem.

INTEGELLVS,a,um.*integer*. Ep.131 a,Suauiſſimum *συνθιώτην* noſtrum præſtabo integellum.

INTEGER, a, um: grior,rimus. *incorruptus, inuiolatus, caſtus, ſolidus, totus, plenus, incolumis.*) (*Contaminatus, vitioſus*. de Or. 104 b, Cùm eſſet ille vir exemplum, vt ſcitis, innocentiæ, cumq; illo nemo eſſet neq; integrior, neq; ſanctior. pro Planc.156 a, Vita integerrima. I. V. 201 b, Vir integer, innocens, religioſus. de Inu. 66 a, Homo integer & caſtiſſimus. de Orat.125 a, Iuſtus, integer, religioſus, perferens iniuriam. Acad.6 a, Integri & incorrupti ſenſus. de Fin.71 b,Omne animal integrum ſe ac ſaluum vult. Tuſc. 156 b, Multo etiam integriora ac puriora ſunt,vt à te longiſſimè ſe efferant. pro Syl. 182 a, Deos teſtor, integro me animo ac libero P.Syllæ cauſam defendere.pro Dom.225 a,Cùm Gabinio integerrimas pacatiſſimaſq;,gentes ad diripiendum tradidiſſes.de Diu.86 b,Qui lituus in curia Saliorum ſitus,cùm ea deflagraſſet,inuentus eſt integer. pro Planc. 277 b, Quos ego florentes atq; integros vici. pro Fl.59 a, Ex vera atq; integra Græcia. I. C. 112 a, Literæ integris ſignis datæ.de Pro.62 b,Annus integer eſt nobis expectandus pro S. R. 43 a,Integram prædam ſine ſanguine habere.ad Qu.fr.310 a, Quintum vidi planè integrum. de Fin. 78 a,Integra valetudo. pro Q.8 b,Dum exiſtimatio eſt integra facilè conſolatur honeſtas egeſtatem. I. V. 69 a,Coniuges integras ab iſtius petulantia conſeruare non licitum eſt.* I.V.238 a, Vt damnati in integrum reſtituantur. Att. 286 b,De Cæſare quod fieri potuit ac debuit, tranſactum eſt:neq; iam reuocari in integrum poteſt.

¶ *Abſolutus,liber*. de N 61 a, Rudem me diſcipulum atque integrum accipe. Att.117 a, Quòd me admones,vt me integrum,quoad poſſim, ſeruem,gratum eſt. Eſt 203 b,Reſeruare omnem cauſam integram alicui.Ep.11 b,Vt integrum mihi de cauſa Campana ad ſuum reditum reſeruarem. & 116 a,De Dolabella, integrum tibi vt reſerues, ſuadeo.Br. Att.289 b, Omnino tẽpora integram tibi cauſam reſeruant. Ep.14 b, Quod ne integra re mihi ad conſulendum,&c.implicatus tenebar. Offic. 50 b,Is rem integram ad reditum ſuum iuſſit eſſe. I C.112 a, Vt ad conſilium publicum rem integram referrem. Att.83 b, Præſertim cùm integram rem cauſamq; reliquerim.

¶ *Quod licet*.pro Mar.137 b,Cùm id iam integrum nõ eſſet. *id eſt,cùm non poſſem negare*. I.A. 158 a, Loquor de legibus promulgatis, de quibus eſt integrum nobis. Ep. 15 b, Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent. I.P.92 a,Non eſt integrum mihi conſilio iam vti tuo. Part 242 a, Quilibet ſi integrum mihi daretur,eam ſententiam diceret. Att.55 a,Mihi integrum eſt facere,vel non facere. Epiſt.18 b, Att. 282 a, Quòd etiam idcirco trahebam, vt quàm diutiſſimè integrum eſſet. & 248 b, Quouſque inquies, quoad erit integrum. I V.128 b, Cùm tibi in integro tota res eſſet. pro Rab. 95 b, Ego ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem hoc crimen. Tuſcul.240 b, Atque ei ne integrum quidem erat, vt, &c. Pro Mar.125 b, Non iam mihi licet,neque eſt integrum,vt non reos defendam. Att. 146 a, Tum poterimus deliberare, non ſcilicet in integra re, ſed certè minus infracta. pro Flac.166 a, Conſtituent quid agant,quibus integrum eſt.& ibid. Ii quibus integrum eſt,qui nondum ad honores acceſſerũt.Att.135 b,De triumpho erit,inquis,integrũ. Att 67 a, Sed hæc mallem integra re tecum egiſſe, profectò aliquid egiſſem. pro Mur. 134 b, Ea dicam vobis audientibus amiſſo iam tempore, quæ ipſi ſoli re integra ſæpe dixi. Att. 200 b, Niſi hac æſtate abſolutum erit,quã rem vides integram reſtare,ſcelere me liberatum non putabo. Att.221 b, Itaque ei de integrò gratulare. & 213 a,Epiſtola mihi de integrò ſcribenda eſt.

† Syntaxis.*Integer & ſanctus. Innocens, integer, religioſus. Integer & caſtus. Iuſtus, integer, iniuriarum perferens. Integrum ac ſaluum te cura. Integro ac libero animo dicere. Florentes & integri hoſtes, valetudo, exiſtimatio, coniuges. Diſcipulus rudis & integer. Id erit integrum tibi, & de Cæſare. Tibi eſt integrum facere. In integro res eſt. Licet, & eſt integrum. De integrò fecit, id eſt, denuò. In integrum reſtituere.*

INTEGRE,rimè.In Sal.272 b,Vita integerrimè acta.de Fin. 55 a,Incorruptè atq; integrè iudicare. pro Pom 4 a, In amicorum periculis caſtè integreq; verſari. de Opp.244 a, Atticè dicere: id eſt,quaſi ſiccè & integrè.

INTEGRITAS,tis.*innocentia*.de Fin.134 b,Summũ bonũ cumulatur ex integritate corporis,& ex animi ratione perfecta.& 72 a,Integritas corporis,valetudo,&c. Tuſcul.247 b Adde Integritatẽ valetudinis.de Fin.143 b, Dicis bona formã,integritatẽ vnguiculorũ omniũ.de Clar. Vitæ grauitas & integritas Q.fr.293 a,Tua integritas & cõtinẽtia. in Ver. 59 a, Concedam Integritatem atque innocentiam ſingularem. de Orat.111 b,Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad ſalutem vocatur. Att.101 a,& 80 a, Cato integritatis & fidei mihi teſtimonium dedit. Quin. frat. 292 a, Tertius hic annus habeat integritatem eandem quam ſuperior, cautiorem etiam ac diligentiorem. Attic.91 b, Ain' tandem Attice laudator integritatis & elegantiæ noſtræ? de Clar.176 b,Incorrupta Latini ſermonis integritas. * in Clod. Integritas tua te purgauit.

*I.A.

*I. A. 188 b, Homo ſumma integritate atque innocentia. ibid. Cuius ſpectata multis magniſque rebus ſingularis integritas minus admirabilem fecit huius honeſtiſſimi facti gloriam.

INTEGROR, aris. *recreor, reficior.* de Inu. 47 b, Animus defeſſus audiendo, aut admiratione integratur, aut riſu renouatur.

† Syntaxis. *Incorruptè & integrè iudicare. Caſtè integreq́; verſari. Integritas corporis, valetudinis. Integritas & continentia. Integritas incorrupta Latini ſermonis. Animus integratur & renouatur admiratione ac riſu.*

INTEGVMENTVM, ti. *inuolucrum.* I. P. 82 a, Vereor ne qui ſit, qui iſtius inſignem nequitiam frontis, inuolutam integumentis, nondum cernat. Poſtquam. 207 b, Frontis integumento ad occultanda tanta vitia, diutius vti non licebit. de Orat. 141 a, Aliquando euolutus es illis integumentis diſſimulationis tuæ. * de Orat. 98 a, Sic modò in oratione Craſſi diuitias ac ornamenta eius ingenij per quædam inuolucra atque integumenta perſpexi. pro Cæl. 47 b, Vt ea *mulier* non modò ſolitudinem ac tenebras, atq; hæc flagitiorum integumenta non quærat.

† Syntaxis. *Inuolucrum & integumentum. Per integumenta aliquid perſpicere.*

INTELLECTIO, onis. *ſynecdoche.* ad Heren. 34 b, Intellectio eſt, cùm res tota parua de parte cognoſcitur, aut de toto pars.

*INTELLIGENDI. Orat. 168 b, Ille non intelligendi ſolùm, ſed etiam dicendi grauiſſimus autor Plato.

INTELLIGENS, tis. *ingenioſus, callidus.)* ( *Idiota.* I. V. 200 b, de Vn. 196 b, Nihil eſſe eorum, quæ natura cernerentur: non intelligens intelligente in toto genere præſtantius eſt. de Cl. 181 a, Non ſemper vulgi iudicium cum intelligentum iudicio congruit. de Opt. 244 a, Qui teretes aures habent, intelligensq; iudicium. de Fin. 94 a, Doctus & intelligens vir. de Cl. 182 a, Intelligens dicendi exiſtimator. de Cl. 195 a, Exiſtimator doctus & intelligens. I. V. 300 b, Quæ non modò iſtum hominem ingenioſum & intelligentem, verùm etiam quemuis noſtrûm, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. I. V. 234 b, Prætor intelligens negare. de Fin. 78 a, Erat & cupidus voluptatum, & cuiuſuis generis eius intelligens & copioſus. *I. V. 207 a, Vt putetur in hiſce rebus intelligens eſſe. in Piſon. 94 b, Oratio adoleſcenti non acriter intelligenti præceps. de Vni. 196 b, Hunc mundum animal eſſe, idq́; intelligens, & diuina prouidentia conſtitutum.

INTELLIGENTER. *cum docilitate, quod inepti dicunt, intelligibiliter.* Par. 232 a & b, Intelligenter audiri.

† Syntaxis. *Iudicium intelligens. Doctus & intelligens. Ingenioſus & intelligens. Copioſus, & intelligens voluptatum.*

INTELLIGENTIA, tiæ. *prudentia, cognitio, ſcientia, notio.* de Inu. 82 a, Intelligentia eſt, per quam animus perſpicit quę ſunt. de Leg. 191 a, Natura homini rerum plurimarū obſcuras & neceſſarias intelligentias enodauit, tanquam fundamēta ſcientiæ. de Leg. 168 a, Principio homines rerum omnium quaſi adumbratas quaſdam intelligentias animo ac mente concipiunt. de Vn. 196 b, Deus intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. de Leg. 161 b, Natura nullo docente profecta ab ijs, quorū ex prima & inchoata intelligentia genera cognouit, confirmat ipſa per ſe rationem & perficit. de Leg. 165 a, Nam & communis intelligentia nobis notas res efficit, easque in animis noſtris inchoauit, vt honeſta in virtute ponantur, in vitijs turpia. de N. 34 a, Cum in æthere aſtra gignantur, cōſentaneum eſt, in his ſenſum ineſſe & intelligentiam. Ac. 30 a, Quòd quędam animalis intelligentia per omnia permeet. de Fin. 94 b, Simul autem incipit (*al. cepit*) intelligentiam, vel notionem potiùs, quam appellant ἔννοιαν illi, viditq́;, &c. Tuſc. 159 b, Difficile eſt animi, quid, aut qualis ſit, intelligentia. Part. 232 b, & Offic. 39 b, Prudentia & intelligentia idem. de N. 72 a, Neptunum eſſe animum cum intelligentia per mare pergentem. de N. 11 b, In eas imagines mentem intentam infixamq́; noſtram intelligentiam capere, quid ſit deus. Orat. 297 b, Plato ait, ideas ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri. Offic. 65 b, Philoſophi tollunt aſtutias, quatenus ratione & intelligentia tenere res poſſunt. de N. 7 b, Mens ſimplex fugere intelligentiæ noſtræ vim ac notionem videtur. de Diuin. 95 a, Pars animi, quæ rationis atq; intelligentiæ ſit particeps. de Vn. 193 b, Quod intelligētia & ratione comprehenditur. de Or. 86 a, Quod longiſſimè ſit ab imperitorū intelligentia ſenſuq́; diſiunctum. & 161 a, Idq́; faciunt etiā in alijs operibus, ad quorum intelligentiam à natura minus habent inſtrumenti. Orat. 207 b, Definire rem ad commune iudicium, popularemq́; intelligentiā accommodatius. I. A. 223 a, Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiā habuerunt. de N. 11 b, Tamē fretus intelligētia veſtra breuiùs diſſero, quàm cauſa deſiderat. de Inu. 53 b, Noui intelligentiam veſtram iudices, nō poteſt ita videri. de Op. 244 a, Qui intelligentiam ponunt in audiendi faſtidio. pro S. R. 26 a Quid cenſes, hunc quo ſtudio & qua intelligentia eſſe in rebus ruſticis? I. V. 210 a, Vt intelligatis in homine intelligentiam eſſe, non auariciam. Off. 55 b, Honeſtum, quod in noſtram intelligentiam cadit. & 66 a, In malitia ſimulatio intelligentiæ. de Inu. 59 a, Aut falſum quiddam hoc pacto ſapientia eſt, pecuniæ acquirendæ intelligentia. de Cl. 173 b, Mutius iuris ciuilis intelligentia pręſtitit. & 185 b, Is omnes intelligētia ante ibat. Ac. 6 b, Quid de guſtatu & odoratu loquar? in quibus intelligentia etſi vitioſa, eſt quędam tamen. Tuſc. 241 b, Proponenda quædam quaſi mouentia ſunt, quæ nos magis ad cognitionem intellgentiamq́; conuertant. * Hortenſ. Nobis acuentibus intelligentiam, quæ eſt mentis acies. Top. 222 b, Conformatio inſignita & impreſſa intelligentia. de Vniu. 199 b, Sempiternæ res & ſub intelligentiam cadentes. de Vniu. 203 b, Has ipſas eſſe omnium cauſas, quæ, &c. careant omni intelligentia atque ratione. & 204 a, Qui intelligentiæ ſapientiæque ſe amatorem profitetur. ibid. Quæ cauſa cum intelligentia ſunt efficientes pulcherrimarum rerum atq; optimarū.

† Syntaxis. *Intelligentia obſcura, adumbrata, in animo incluſa, concepta, prima, inchoata. Animus rationis & intelligentiæ compos. Commune iudicium, & popularis intelligentia. Intelligentiam habere. Fretus intelligentia tua: id eſt, perſpicacia, iudicio. In intelligentiam cadere. Iuris intelligentia præſtans. In guſtu intelligentia. Cognitio & intelligentia.*

INTELLIGO, gis *cognoſco, ſentio, teneo, capio, percipio, interpretor, mente complector, cogitatione comprehendo, complector, perſpicio, comprehendo, animaduerto, intelligentiam habeo, accipio, diſco, animo percipio, intelligentia & ratione comprehendo, ratione & intelligentia teneo, animo & cogitatione comprehendo, conſtrictum conſcientia teneo, perſequor, ſententiam alicuius interpretor.* Tuſc. 198 a, Att. 33 a, Accepi aliquot epiſtolas tuas, ex quibus intellexi, &c. & 86 a, De me ſcribis, te ex Philotimi literis cognouiſſe. & 97 b, Intellexi ex tuis literis, te ex Turannio audiſſe, à me prouinciam fratri traditam. de Orat. 114 a, Sed ne latiùs hoc patere videatur, hæc duntaxat in Gręcis intelligo: quæ ipſi, qui ſcripſerunt, voluerunt à vulgo intelligi. de Nat. 23 a, Puderet me dicere non intelligere, ſi vos ipſi intelligeretis, qui iſta defenditis. 10 a, Itaque corpus quid ſit, intelligo: quaſi corpus quid ſit, nullo prorſus modo intelligo. In Verr. 222 a, Tametſi non tam multum in iſtis rebus intelligo. in Verr. 266 a, Quod iſte neque attendere vnquam, neque intelligere potuit. de Natur. 60 b, Ea quæ minus intellexi, & ea quæ parum accepi. Offic. 29 b, Intelligo, animaduerto ſentio. Par. 124 a, Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbum, in quo homine ponimus? de Leg. 183 a, Noſtræ legis interpretes, quo capite iubemur ſumtus remouere, &c. hoc intelligunt, in primis ſepulcrorum magnificētiam eſſe minuendam. pro Sex. Roſc. 33 a. Quàm ſis audax, hinc omnes intelligere poſſunt, quòd, &c. pro Cec. 292 a, Verum ita eſt, vt dicis, te deiectum debeo intelligere, etiamſi tactus non ſis. Offic. 43 a, Quam qui audiūt, intelligere & ſapere plus quàm cæteros arbitrantur. Att. 278 b, De fundo Fruſinati redimēdo iampridem intellexiſti voluntatem meam. Att. 135 a, Vtrum hoc tu parum meminiſti an ego non ſatis intellexi. & 128 b, Explicari mihi tuum conſilium planè volo, vt penitùs intelligam. de Inu. 38 b, Ambiguum ſi conceſſeris, ex ea parte quam intellexeris, &c. de Nat. 9 b, Illud non queo intelligere. Top. 222 a, Cernere & intelligere aliquid animo. * Poſtquam 198 b, Amicitiæ, conſuetudines, &c. quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi quàm fruendo.

INTELLIGOR, ris. de Am. 200 b, Id ſi minus intelligitur, quāta vis amicitiæ ſit, ex diſcordijs percipi poteſt. de Orat. 111 a, Malo nō intelligi orationē meam, quàm reprehēdi. de Nat. 60 b, Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipſa per ſeſe cognoſci atq; intelligi poteſt. de Fat. 149 a, Ex quo facilè intellectum ęſt, verbis eos, non re diſſidere. I. V. 178 a; Vnde ergo hoc intelligi poteſt? ex hoc maximè, quòd, &c. Offic. 209 a, Hoc quale eſſe debeat, ex ipſis, quæ ſuprà dicta ſunt, intelligi poteſt. & 198 a, Cuius ex epiſtolis intelligi licet, quàm frequens, &c & ibid. Quod pòſt magis intelligetur. & 216 b, Sed tamen nec nimis eſſe diuerſa, nec vllo modo coniuncta intelligi licet. de Leg. 184 b, Cùm dico legem, nihil aliud intelligi volo, quàm imperium, ſine quo, &c. * de Vni. 196 b, Omnes qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur animantes.

INTEMELII, *populi.* Epiſt. 124 a, *Cælij.*

INTEMPERANS, tis: tior, ſſimus. *immoderatus, intemperatus, qui ſe in omni libidine effundit, libidinoſus, impurus, cupiaus.* Att. 213 a, Intemperans ſum in rei cupiditate, quam noſti de Sen. 83 a, Libidinoſa & intemperans adoleſcentia. Poſt-

quam.207 a,Vir libidinoſus,impurus,intemperans. Epiſt. 135 b,Homo intemperatiſſimus. in Vat.29 a,Sed fui paulò in te intemperantior fortaſſe, quàm debui. I. V. 148 a, Intemperans vir,& impudica mulier.

INTEMPERANTER, tius. *intemperatè, inſolenter.* I.A. 155 a, Nimis iracundè & valde intemperanter. Tuſcul.149 a, Intemperanter abuti aliqua re. Orat.214 b,& I. A. 203 b,Intemperantiùs vti aliqua re.

† Syntaxis. *Intemperans & libidinoſus. Libidinoſus,impurus,intemperans.*

INTEMPERANTIA, tiæ. *intemperies, incontinentia, inſolentia.* Tuſc.213 b,Intemperãtia eſt,à tota mente & recta ratione defectio. Ac.46 a, Et omnium perturbationum arbitratur eſſe matrem, immoderatam quandam intemperantiam. cont.Rul.89 a, Hæc ego vos concupiſſe pro veſtra intemperantia non miror. Offic.25 a, Si autē libidinum intemperantia acceſſerit,duplex malum eſt. Poſtq.206 a,Qui ne ſanctiſſima quidem parte corporis potuiſſet hominū impuram intemperantiam propulſare. pro Dom. 217 a, Is tanta fuit intemperantia,vt, &c.de Ar.253 b, Explere intẽperantiam alicuius.pro Cæl.42 b, Is multa de incontinentia intemperantiaq; diſſeruit. de N. 74 a, Iniuſtitiæ,intemperantiæ,timiditatis quæ femina eſſent. * Tuſc.217 b,Moderatam intemperantiam approbo. * de Finib. 59 a, Nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe.Tuſcul.213 b, Sic huic temperantiæ inimica intemperantia omnem animi ſtatum inflammat,conturbat,incitat. Itaque & ægritudines, & metus, & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea.

† Syntaxis *Libidinum intemperantia.*

INTEMPERATE. *intemperanter.* de Vn.202 a,Immoderatè & intemperatè viuere.

INTEMPERATVS, a, um: ſſimus. I.P.84 a, Intemperatiſſimę perpotationes. & 95 a, Intemperatiſſima pecus. de Amic. 110 b,Intemperata quædam beneuolentia.

INTEMPERIES, ei,um. *modeſtia, procacitas.* Att.58 b, Ne qui videor nō ſtultè illius amici intẽperiem tuliſſe, rurſus ſtultè illius iniuriam faciam illuſtrem.

INTEMPESTIVE. Offic. 18 a, Ne iraſcamur intempeſtiuè accedentibus,aut impudẽter rogantibus. & Ep.175 a, Qui ad nos intempeſtiuè adſunt.

INTEMPESTIVVS, a,um *peruerſus,præpoſterus.* Att 61 b,Nunquam mihi tua epiſtola aut intempeſtiua aut loquax viſa eſt.pro Mur.127 b, Intempeſtiuum conuiuium.de Am. 100 a, Amicitia nunquam intempeſtiua , nunquam moleſta eſt.

INTEMPESTVS, a, um *concubius.* I.A. 154 a, Cùm intempeſta nox eſſet,manſi in villa.I V. 222 a,& 254 b,Repente nocte intempeſta ſeruorum armatorum fit concurſus.I.P.99 b,Is nocte intempeſta abijt.

† Syntaxis. *Intempeſtiuè ad aliquem adeſſe.*

INTENDENS,tis. *extendens, fundens.* de Nat.12 b, Immenſa regionum magnitudo, in quam ſe inijciens & intendens animus latè longeq; peregrinatur.

INTENDO, dis: intendi, intenſum & intentum. *porrigo, extendo, intento.* Att 261 a, Et ſimul dextram intendit ad ſtatuam. in Arat. *Hic (Perſeius dextram ad ſedes intendit Caſſiopeiæ.* Ac.9 a, Mens naturalem vim habet,quam intendit ad ea quibus mouetur. & ibid. Intendere ſenſus ad res percipiendas. I. A.235 b, Si fieri poſſet, vel plures te animos habere vellē, quos omnes ad Murinam intenderes. de Orat. 102 a, Sed vt commonſtrarem tantùm viam, &c. vt fieri ſolet, digitū ad fontes intenderem. & 96 a, Studium nihil prodeſt perueniendi aliquò, niſi illud, quod eo, quò intendas , ferat deducatq; , cognôris. Ac. 20 b, Intendere longiùs aciem. Tuſcul. 217 a, Intendere aciem in omnes partes. * Tuſc.187 a,Latera,fauces linguam intendere.

❡ *Exerceo, ago, vtor.* Tuſc. 187 a, Qui volūt exclamare maius, non ſatis habent, latera, fauces , linguam intendere, toto corpore contentioni vocis aſſeruiunt. Tuſcul.187 a,Nunquam ingemiſcit vir fortis, niſi fortè vt ſe intendat ad firmitatem. Acad 22 b, Intendere arcum. item: Intendit crinitus Apollo arcum auratum Luna innixus. Orat.202 a,Intendere & remittere ſonum vocis. Hortenſ. Quæro non quibus rebus intendam animum , ſed quibus relaxem ac remittam.

❡ *Conor, nitor, cogito.* I C.102 b,Si iſte quò intendit,in Manliana caſtra peruenerit.pro Mur.128 b.Vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. I. A.226 a,Si C.Antonius, quod animo intēderat,perficere potuiſſet. *id eſt, conceperat.* de Orat.124 a, Hoc tibi antè explicandum eſt, quàm illuc proficiſcare, quò te dicis intendere. I.A 213 b, Agitur vita & fortuna optimi cuiuſq; , quò cupiditatem infinitam cū immani crudelitate iampridē intendit Antonius. ꝓ Fl. In quo quid reprehendis?quòd falſum intenderit,qui doces? pro Q.16 b,Is ſibi eum. nuper edidit ſocium, quem(quomodo nunc intendit) ne in viuorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe.

❡ *Adhibeo, excito.* Ac.12 b,Defigere & intendere animum in aliquam rem. de Inuen.75 a, Intendere conſiderationem in aliquam rem. Ac.12 b. Parum defigunt animos & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt. I.V.68 a,Intendere animum aliquò.

❡ *Infero, paro, molior.* de Ar.242 b, Simul ac periculum iudicij intendi,omnem illius impetum compreſſi. pro Qu. 8 a, Minas iactare, pericula intendere. de Orat. 88 b,& ꝓ Cec. 288 b,Intendere litem alicui. *id eſt, inferre.* pro Mil.108 b. Alicui diem dicere,mulctam irrogare,actionem perduellionis intendere. Ep.114 a,Intendere ſe aduerſarium in tribunatum alicuius. ad Heren. 15 a, Intendere controuerſiam propter nominum mutationem. *id eſt, conteſtari litem.* & 32 b, Hiuſmodi intendere orationem , quæ redarguatur.

INTENDOR, ris. Tuſcul. 177 a,In profundenda voce omne corpus intenditur. pro Sex. R. 19, Peto à te, vt periculum, quod in omnes intenditur,propulſes.

† Syntaxis. *Intendere animum ad patriam, digitum ad fontem, aciem longius, linguam, corpus, arcum, vocem. Quò cupiditatem intendis? Animo intendere. Defigere & intendere animos in aliquam rem. Intendere alicui periculum.*

INTENSIVS, *aduerb. vehementiùs, acriùs, maiore cupiditate.* ad Heren.41 b, Alia meliora ſunt, quæ multò intenſiùs petimus in vita.

INTENSVS, a, um. *inflatus, tumidus.* Orat. 208 a,Principia verecunda,non claris intenſa verbis.

INTENTANS, tis. de Inuent. 78 a, Tum ipſum aduerſarium quaſi intentantis, loco producendo , hoc interrogando, virùm, &c.

* INTENTATVS, a, um. pro Mil. 108 b, Hæc *ſica* intentata nobis eſt.

INTENTIO, onis. *contentio, diligentia.* de Inu 67 b,Cùm animus hac intentione omnes totius negotij artes conſiderabit. Tuſcul. 206 b, Mentem à cogitationum intentione cantu & fidibus ad tranquillitatem traducere. * Tuſcul. 187 a,Animus intentione ſua depellit preſſum omnē ponderum: remiſſione autem ſic vrgetur.

❡ *Criminis obiectio.* ad Heren 6 a,& de Inuent.44 a,Intentio, Occidiſti Aiacem. Inficiatio. Non occidi. * ad Heren.6 a, Ex intentione & inficiatione iudicatio conſtituitur. de Inuent.45 a, Si conſtitutio & ipſa & pars eius quælibet, intentionis depulſio eſt.

❡ *Mens, conſilium, animus.* de Inuen.78 a, Poſtea facti aut intentionis aduerſariorum , cum ipſo ſcri pto contentio.

INTENTO, as. Tuſc 243 b,Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem & patientiam ſe debilitaturum minatur. pro S. R. 35 a, Explicet ſuum volumen illud, quod aiunt, Sex. Roſcio intentaſſe,& meditatum eſſe, ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum.'pro Mil 108 b, Clodius non ſeruos,non arma non vim intentauit?

INTENTVS, tus. *protectio, porrectio.* pro Seſt.25 a,Voces quidē & palmarum intentus, & maledictorum clamores omnes profuderunt.

INTENTVS, a, um. *attentus.* de Nat. deor.7 b, Animum eſſe per naturam rerum omnem intentum & commeantem. & 11 b, In eas imaginēs mentem intentam infixamq; noſtram intelligentiam capere,quæ ſit beata natura. I.A.235 a Intendere animum ad aliquam rem, referre animum ad aliquam rem , animum alicuius intentum eſſe ad aliquid faciendum. I.A. 235 a, Quamuis intentus animus tuus ſit ad fortiſſimum virum liberandum. contr. Rull. 81 a, Intentis oculis omnes reipub. partes intueri. pro Flac.151, Aliquid quàm maximè intentis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplari. de Orat.153 a, Voces, vt chordæ, ſunt intentæ, quæ, &c. de Sen. 84 a, Appius intentum animum tanquam arcum habeat.

❡ *Acer.* de Or. 128 a, Oratio lenis & ſummiſſa.) (*Intenta & vehemens.* de Orat. 107 b, Sermo paulò intentior.

❡ *Illatus.* de Pro. 73 b, Tela vndiq; in patriam intenta. I.P. 80 b, Ego tela extremo menſe Conſulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum manibus extorſi. pro Seſt. 12 a, Intenta ſigna legionum exiſtimantur ceruicibus bonisq; veſtris. pro Mil 114 b, Iſta omnia in hunc vnum inſtituta, parata, intenta ſunt.* pro Seſt 6 a, Fuerat ille annus tanquam in Reip. magno metu & multorum timore intentus arcus in me vnum.

❡ *Extenſus.* I.V.241 b, & 252 a, In ipſo aditu atq; ore portus tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat.

† Syntaxis. *Intentare alicui arma, ſeruos, vim. Intentus animus per naturam rerum. Mens intenta & infixa. Ad aliquam rem intendere animum. Intenta ſigna, tela in patriam. Tabernacula intenta velis carbaſeis.*

INTER. in. in Verr.269 a, Nulla vox alia inter dolorem crepitumq; plagarum audiebatur.

❡ Ratione

¶ *Ratione numeri.* de Orat. 88 b, Non ſum neſcius iſta inter Græcos dici & diſceptari ſolere. de Orat. 99 b, Qua de re inter Marcellos & Claudianos centumuiri iudicârunt. de Or. 118 a, Nihil eſt enim, quod inter homines ambigatur, in quo non quæratur, &c. de Or. 122 a, Inter ingenium & diligentiam perpaulum loci reliquũ eſt arti. de Clar. orat. 196 b, Galba fuit inter tot æquales vnus excellens. & Or. 167 b, Vnus excellit inter omnes. de Cl. 185 b, Hortenſius ſuos inter ęquales lõgè præſtitit. pro Planc. 256 b, P. Craſſus inter equites Romanos ſummo ſplẽdore fuit. Or. 205 b, Furere apud ſanos, & quaſi inter ſobrios bacchari. de Som. 129 a, Homines qui terram incolunt interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſſit. de Am. 101 b, Ea charitas, quæ eſt inter natos & parentes. Att. 124 b, Huius enim operis maximi inter homines illum eſſe effectorẽ volo. de Amic. 102 b, Quę ſæpe inter me Scipionem de amicitia diſſerebantur. pro Q. 8 a, Qui inter tot annos non applicârit quidẽ Quintiũ. pro Pom. 17 a, Qui inter tot annos vnus inuentus eſt, quem ſocij in vrbes ſuas cum exercitu veniſſe gaudeant. I V. 135 a, Vt dies quadragintaquinq; inter binos ludos tollerentur. in Ant. 172 a, Si inter cœnã in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidiſſet. Q. fr. 324 a, Hęc inter cœnã Tironi dictaui, ne mirère alia manu eſſe. de Leg. 167 b, Vſucapionẽ XII. tabulę inter quinq; pedes eſſe voluerunt. Att. 135 b, Inter me & Brunduſium Cæſar eſt. item: Hoc inter me & illos intereſt, quòd, &c. ꝓ Seſt. 20 a, Iudicium inter ſicarios committitur. I. V. 89 a, Philodamus in primis inter ſuos copioſus.

¶ *Viciſſim* de Or. 104 a, Atq; hæc inter ſe iungi copulariq́; poſſint. de Orat. 129 a, Capita inter ſe contraria. & de Opt. 244 a. L. CONTRARIVS. Att 86 b, Cicerones pueri amant inter ſe, diſcunt. de N 25 b, Dij inter ſe diligunt. Qu. fr. 323 a, Pueri valent, & nos, & inter ſe amant. Att. 68 a, Quæ fueramus ego & tu inter nos de ſopore locuti. I. C. 113 b, Illi furtim inter ſe aſpiciebant. de Or. 117 a, Aliqui voluntate ſimiles inter ſeſe. Ep. 233 a, Nihil poteſt eſſe coniunctius, quàm nos inter nos riſum tenere. 29 b, de Orat. 91 b, Virtutes ipſas eſſe inter ſe æquales & pares. de Cl. 177 b, In reliquis diſſimiles inter ſe fuerunt. de Ar. 258 b, Noſtræ ſunt inter nos iræ diſcordiæq́; placandæ. Attic. 135 b, Duæ artes inter ſe pares. I. V. 60 a, Vobis inter vos voluntas fuit coniuncta. de Cl. 172 a, Sed etiam ipſorum inter ipſos cõceſſu ita tributum eſt. Att. 27 a, Vna ſpes ſalutis eſt, iſtorũ inter iſtos diſſenſio. de Amic. 105 b, Bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe. de Nat. 15 b, Hoc mirabilius, quòd vos inter vos riſum tenere poſſitis. Attic. 158 a, De ea re nos inter nos locuti ſumus. de Diuinat. 92 b, Nos inter nos eſſe complexos. de Orat. 136 a, Sed quid vos inter vos? Epiſt. 130 a, Puto fore, vt mirère, id nos locutos eſſe inter nos, quod nunquam locuti ſumus. de Am. 111 b, Neq; ſolùm colent ſe inter ſe, ſed, &c. Offic. 11 a, Ac latiſſimè quidem patens hominibus inter homines, omnibus inter omnes ſocietas hæc eſt. & 5 b, Hominũ inter homines ſocietas. & ibid. Ipſi inter ſe alij alijs proſunt. I. A. 230 b, Quorum ſummum quondam inter ipſos odiũ meminiſtis. ꝓ Cor. 67 a, Noſtras inimicitias ipſi inter nos geramus. Att 229 b, Vt noſmet ipſi inter nos coniunctiores ſimus. pro Q. 5 a, Vt aut vterq; inter ſe, aut neuter ſatiſdaret. Att. 131 b, Qui inter ſe ne noti ſunt. de Fin. 127 a, In eo nonnunquam variari inter eos & dubitari videtur. Ep. 13 a, Atq; vtinã hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. pro Cecin. 294 b, Sermo familiaris nõ cohærebit, ſed verba inter nos aucupabimur. Orat. 100 a, Sermo quem illi quondam inter ſe de his rebus habuiſſent. de Vn. 201 b, Hæc inter ſe penè contingunt. & ibid. Quos fratres inter ſe & agnatos appellare videmus. pro Mil. 104 a, Vim inter ciues ſuſceptam eſſe. I. Ant. 195 b, Non patiar, vt opera mea manus inter vos conſeratis, & cædes ciuium inter ſe fiat. Epiſt. 130 a, Sermo inter nos habitus. Ep. 200 a, Non enim inter nos facere debemus. de Orat. 102 a, Multum inter ſe diſtant iſtæ facultates, longeq́; ſunt diuerſæ atque ſeiunctæ. de Fat 143 a, Si in ſphæra maximi orbes ſunt, medij inter ſe diuiduntur.

† Syntaxis. *Cædes ciuium inter ſe facta. Illi inter ſe riſum tenent. Noſtræ inter nos iræ placandæ. Vobis inter vos voluntas coniuncta. Iſtorum inter iſtos diſſenſio. Amate inter vos. Colũt illi ſe inter ſe.*

INTERAMNA, næ. *oppidum.* Att 21 a, & pro Dom. 229 a.

INTERAMNIS. pro M 110 b, Caius Caſſius Interamnis.

* INTERARECSO, is. Tuſc. 236 a, Nihil enim interareſcere, (*alij inueteraſcere legunt*) nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit.

INTERCALANDI, do. de Leg. 75 b, Quod tempus, &c. diligenter habenda ratio intercalandi eſt. Epiſt. 116 a, Curio belliſſimè, quia de intercalando non obtinuerat, tranſfugit ad populum.

INTERCALARIS, re. *Februarius, quod in eo dies vnus interponitur.* Epiſt. 90 b, 91 a, Ad VI. Cal. intercalares priores. pro Q. 14 b, Dic Næui diem, ante V. Cal. intercalares. & ibid. Pridie Cal. intercalares.

INTERCALARIVS, ria, rium. *intercalaris, id eſt, interpoſitus, interiectus.* I. V. 134 b, Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium XLV. dies longum, vt reliqui menſes in ſuã rationem reuerterentur.

INTERCALATVR. Att. 83 b, Cùm ſcies Romæ intercalatum ſit, nec ne, velim ad me ſcribas.

INTERCALOR, ris. *interponor, adiungor, prorogor.* Epiſtol. 96 b, Quotidie vota facimus, ne intercaletur. Att. 75 b, Te rogo vt pugnes, ne intercaletur. Att. 72 a, Præmuni quæſo vt ſimus annui, ne intercaletur quid.

INTERCAPEDO, nis. *intermiſſio, interuallum.* Epiſt. 164 a, Itaque iam me non pœnitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe. de Fin 61 b, Quas ob cauſas in eorum vita nulla eſt intercapedo moleſtiæ. Epiſt. 140 b, Quid enim, non honeſtum verbum eſt diuiſio? at ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo.

* INTERCEDITVR, *imperſonale.* pro C. Corn. 1, Legere codicem cùm intercedatur. de Prouin. 72 b, Nunquam ſuccedetur illis, niſi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouincijs non licebit.

INTERCEDO, dis. *interſum, interuenio.* de Or. 116 b, Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meę, cùm iſte, &c. pro Clu. 32 b, Vnus & alter dies interceſſerat, cùm res parum certa videbatur. de Fin. 86 a, Ne id quidẽ fieri poteſt, niſi cùm multa annorũ interceſſrint millia. I. V. 226 b, Vna nox interceſſerat, cũ, &c. I. C. 98 a, Nox nulla interceſſit, mox interfectus eſt. pro Q. 8 b, Is qui cum tibi affinitas, ſocietas, omnes deuiq; cauſę & neceſſitudines veteres intercedebant. & 9 b, Affinis meus, qui cũ mihi neceſſitudo vetus, controuerſia de re pecuniaria recens intercedit. Ep. 89 a, Veteres mihi neceſſitudines cũ his omnibus intercedunt. pro Cæl 44 a, Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Epiſt. 227 a, Multaq́; & magna inter nos officia & paria & mutua intercedũt. Ep. 203 b, Cũ quibus ſi mihi nulla cauſa intercederet, tamẽ te rogarem. de Amic. 110 a, Si morũ aut ſtudiorũ cõmutatio facta erit, aut in reip partibus diſſenſio interceſſerit. ad Her. 5 b, Ratio, quæ niſi intercederet, nec cauſa quidẽ eſſet, &c. Ep. 3 b, De his rebus pridie quàm hęc ſcripſi, ſenatus autoritas interceſſerat. Ep. 242 a, Cùm veſtra autoritas interceſſiſſet, vt ego regem tuerer. de Cl. 160 a, Itaq; eum, etſi nemo intercedebat, qui ſe illi anteferret, neq; ſecundum tamẽ, neq; tertium dixerim. de Fin. 104 a, b, Ea natura eſt hominis, vt cũ genere humano quaſi ciuile ius intercedat. Ep. 14 b, De Vatinio autem primùm reditus interceſſerat in gratiam. Epiſt. 213 b, Inter nos vetus vſus intercedit. * Epiſt. 175 b, Magna vetuſtas, magna conſuetudo intercedit.

¶ *Rogando impetro.* Att. 85 a, Adſcribit etiam interceſſiſſe ſe pro eis magnam pecuniam. I. A. 169 a, Tantùm enim pro te interceſſiſſe dicebat. Epiſt. 16 a, Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæſare interceſſit, quod ille, &c.

¶ *Obſt, aduerſor, reluctor, reſiſto.* de Orat. 129 b, Tribuni ex templo pulſi cum intercedere rogationi vellent. Quin. fr. 311 b, Monſtra de aliquo promulgare, quibus intercedat nemo. de Leg. 187 b, Quod legationis genus ego conſul ſuſtuliſſem approbante ſenatu, niſi mihi Leuinus Trib. pleb. interceſſiſſet. pro Qu. 12 a, Quid, ſi M. Brutus interceſſurum ſe dixit, &c. videtúrne interceſſiſſe appellatio tribunorum? Epiſt. 3 b, De his rebus pridie quàm hæc ſcripſi, ſenatus autoritas grauiſſima interceſſerat: cui cùm Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. Ep. 7 a, Eaq́ue quæ de reductione regis ſcripta eſt autoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, vt ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, vt, &c. Attic. 10 b, Qui veritus eſt, ne Fuſius ei legi intercedet, quæ ex S. C. ferebatur. Epiſt. 151 a, Meæq́ue ſententiæ quæ ſecunda pronunciata erat, cùm frequens aſſentiretur ſenatus, rogatu Seruilij P. Titius interceſſit. *ter.* 23 a, Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.

INTERCEPTIO, onis. pro Cl. 53 a, Quæ deinde interceptio populi? cur non de integro autem datum?

INTERCEPTVS, ta. ad Qu. fr. & Att. lib. 1, Literæ interceptæ. contra Rull. 66 b, Honos ad alienæ petitionis occaſionem interceptus.

INTERCESSIO, onis. *quam vulgus, oppoſitionem vocat, præſertim in cauſis forenſibus.* cont. Rul. 72 a, Cùm interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit, non rem impeditura. in Anton. 157 b, * Quas tu mihi interceſſiones, inquis, quas religiones nominas? eas ſcilicet, quibus Reipubl. ſalus continetur. Epiſt. 121 b, *Cælij.* Quibus hac re ad interceſſionem euocandam interpellantibus venuſtiſſimè Curio reſpondit.

INTERCESSOR, oris. *obſtans & reſiſtens*. pro Syl. 179 b, Cæcilius agrariæ legi interceſſorem fore perpeſſus eſt. Qu. frat. 305 b, Clodius poterit conciones concitare, deinde etiam interceſſor parabitur. de Leg. 186 a, Interceſſor rei malæ ſalutaris ciuis eſto. pro S.R. 36 a, Poſtremo iſto hortatore, interceſſore ad Syriam non adierunt. pro Cornel. 2, Nullo interceſſore comparato. contr. Rull. 72 a, Cùm interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit. I. A. 161 a, Non venirem contra iniuriam, quam iſte interceſſoris iniquiſſimi beneficio obtinuit. Ep. 151 a, Quanta contentione Titium interceſſorem abiecerim.

INTERCIDO, dis. *cado*. pro Deiot. 148 b, Pereant amici, dum vnà inimici intercidant. *dictum Domitij ex verſu quodã Græco*. Epiſt. 64 b, Si qua interciderunt, non tam re quàm ſuſpicione violenta, ea. &c.

INTERCIDO, dis. *interſcindo*. Para. 125 a, Mercedum pactiones in patrocinijs interciſæ pecuniarum in concionibus candidatorũ.* Ep. 188 b, *Caſſij*. Non dubito quin Dolobella tabellarios meos deprehenderit, literasq; interceperit.

INTERCIPIO, pis. *in itinere capio, aufero*. pro Cl. 53 a, Venenum cùm in mulſo daretur, quendam eius familiarem intercepiſſe, bibiſſe, mortuum eſſe.

INTERCIPIOR, ris. Ep. 157 a, Ne literæ à latronibus interciperentur. Att. 7 b, Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. At. 159 b, De his reb. quas intercipi periculoſum eſſet.

† Syntaxis. *Literæ intereunt aperiuntur, intercipiuntur.*

INTERCISE. Part. 232 a, Interciſè atq; permiſtè dicere.

INTERCISVS, a, um. * Parad. 125 a, Qui tuas mercedũ pactiones in patrocinijs interciſas, &c. recordetur. Att. 62 b, Qui *lacus* interciſo monte in Nar defluit.

INTERCLVDENDVS, a, um. Att. 107 b, Ille à commeatu & reliquis copijs intercludendus. Par. 117 b, Qui Carthaginenſium aduentum corporibus ſuis intercludendum putauerũt. Poſtquam. 201 a, Inimici mei corporibus ciuium trucidatis, flumine ſanguinis meum reditum intercludendum putauerunt.

INTERCLVDO, dis. *prohibeo, nego*. pro Cec. 391 a, In ijs ipſis intercludere inſidijs, quas mihi conaris opponere. de Fin. 89 a, & Ep. 244 a, Intercludere aditum ad aliquem locum. pro S.R. 36 b, Intercludere omnes aditus alicui ad aliquẽ. in Verr. 162 b, Intercludere perfugium fortunæ alicui. Att. 115 a, Intercludere fugam alicui. * ad Her. 5 a, Vt ille, qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ intercluſiſſent.

¶ *Claudo*. pro Rab. 91 a, Intercludere omnes ſeditionum vias, munire præſidia reipub.

INTERCLVDOR, ris. *vetor, prohibeor*. Att. 123 a, Intercludor dolore.

INTERCLVSIO, onis. *impedimentum*. de Orat. 195 b, Clauſulas & interpuncta verborum, animę interclusio & anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

INTERCLVSVS, a, um. *conſeptus* pro Cæl 46 a, Via deſerta & inculta, atq; intercluſa iam frondibus & virgultis.

¶ *Prohibitus*. Cæl. Ep. 112 a, Ipſum apud Bellouacos circũſederi, intercluſum ab reliquo exercitu. pro Syl. 167 b, Aditum ad aliquem locum alicui eſſe intercluſum. cont Rull. 81 a, Cùm à ciuibus intercluſũ ſit præſidiũ.* pro Marc. 131 a, Mihi meę priſtinę vitę conſuetudinẽ intercluſam aperuiſti.

¶ *Clauſus*. Anteq. 194 a, Aliquem locum præſidijs intercluſum teneo. pro Cluent. 56 b, Hoc modo innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat.

¶ *Obſeſſus*. Att. 138 a, Planè capti intercluſiq; ſumus. Att. 127 a, Iter meum intercluſum putabam.

¶ *Reiectus*. de Pro. 70 a, Byzantij Mithridatis impetum ægrè repulſum, & ceruicibus intercluſum ſuis ſuſtinuerunt.

† Syntaxis. *In ipſis inſidijs aliquem intercludere. Viam, aditum, perfugium, fugam intercludere. Intercluſus locus frondibus.*

INTERCOLVMNIVM, nij. *columnarum interuallum*. Q. fr. 319 a, Omnia conueſtiuit hedera, qua baſim villæ, qua intercolumnia ambulationis. in Verr. 86 a, Signa omnibus intercolumnijs diſpoſita. ad Her. 21 b, * Locos appellamus eos, qui breuiter, perfectè, inſigniter aut natura aut manu ſunt abſoluti, vt eos facilè naturali memoria comprehendere & amplecti poſſimus: vt ædes, intercolumnium.

INTERCVRRO, ris. *intercedo, interuenio*. I. A. 217 b, Pugnatur acerrimè, qui intercurrerent, miſimus tres principes ciuitatis. ad Her. 3 a, Alterum genus eſt narrationis, quod intercurrit nonnunquam.

INTERCVS, tis. *morbus eſt, ſi aqua iungatur: quem hydropem vocant Græci*. Offic. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

INTERDICO, cis. *prohibeo, veto, decretum interpono*. I V. 114 b, Si prætor improbus, cui interdicere nemo poſſit, det quẽ velit iudicem. pro Cec. 289 a, Prætor interdixit, vt eſt conſuetudo, de vi hominibus armatis, ſine vlla exceptione, tantum vt vnde deieciſſet, reſtitueret. pro Cec. 291 b, Prætor qui de foſſis, de cloacis, deq; minimis aquarum controuerſijs interdicit.

INTERDICOR, ris. pro Dom. 222 b, Vt M. Tullio aqua & ignis interdiceretur. & 229 b, Vt mihi aqua & ignis interdiceretur. Epiſt. 167 b, Futurum puto vt aqua & igni nobis interdicatur. I A. 157 a, Leges, quæ iubent, ei qui de maieſtate damnatus ſit, aqua & igni interdici. de Sen. 81 b, Noſtro more malè rem gerentibus patribus bonis interdici ſolet. de Aruſp. 246 a, Vt huic furiæ vox interdiceretur ad Heren. 24 b, Quibus aqua & igni interdictum eſt. I A. 207 a, Sic cõtendit, tanquam ſi illi aqua & igni interdictum ſit. pro Dom. 222 b, Hanc legem Claudius ſcripſit, vt interdictum ſit, cui non ſit interdictum. pro Dom. 229 a, Quod de omnibus interdictum eſt, ſcriptum eſt in legibus de Orat. 103 a, Neq; enim interdictum eſt à rerum natura, aut à lege aliqua, aut more, vt ſingulis hominibus ne amplius quàm ſingulas artes noſſe liceat. de Fin. 50 a, Nec mihi ne faciam, interdictum puto. pro Corn. 60 a, Non modò nullo propoſito præmio, ſed etiam interdicto pro Cæl. 47 b, Si quis eſt, qui etiam meretricijs amoribus interdictum iuuentuti putet.

INTERDICTIO, onis. pro Dom. 229 a, Tecti & aquæ & ignis interdictione id faciebant.

INTERDICTVM, cti. *propriè prætoris dictum eſt ac formula, qua quid aut fieri iubet, aut vetat, præſertim cùm de poſſeſſione contenditur: deinde etiam omnis vetandi formula*. contr. Rull. 89 a, Ergo hac lege prætorum interdicta tollentur. Att. 117 a, Cæſaris interdicta reſpuentur. Orat. 206 a, Cauſa pro Cecinna de verbis interdicti fuit. pro Cec. 291 b, Tum per hoc interdictum eum reſtitui oporteret. & 286 b, Poſſeſſionem per interdictũ repetere. de Orat. 88 b, Multi q; præeſſem, qui tecum interdicto contenderent, aut ex iure manu cõſertum vocarent, &c. Epiſt. 253 a, In hoc interdicto non ſolet addi. In hoc anno. I. P. 83 a, Tamen id ijs non licere per interdicta crudelitatis tuæ, poteſtatis erat non ferendæ pro Dom. 227 a, Non vidiſtis illam eſſe nullam, atque eſſe potiùs Flammã temporis, interdictum ſceleris, vocem furoris. I. P 90 a, Gabinius numen interdictumq; deorum regi vendidit. * pro Cecin. 292 b, Periculoſum eſt diſſolui hoc interdictum.

† Syntaxis. *Interdicere de vi, ne, vt. Aqua & igne interdicere alicui. Meretricijs amoribus interdictum eſt pio. Interdicto contendere. Per interdictum reſtituere aliquem.*

* INTERDICTVS, a, um. pro Cornel. 60 a, Qui ſe opponat periculis non modò nullo propoſito præmio, ſed etiam interdicto.

INTERDIV. ad Heren. 7 a, Tempus ita quæritur, qua parte anni, qua hora, noctu, an interdiu factum eſſe dicatur.

INTERDVCTVS, ctus. *diſtinctio, vel nota*. Orat. 219 b, Oratio non ſpiritu pronunciantis, nec interductu librarij, ſed numero coacta debet inſiſtere.

INTERDVM *eſt, cùm, nonnunquam*. de Cl. 186 a, Acumen M. Piſonis ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. Orat. 216 b, Interdum curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreſſio. de Fin. 73 a, Interdum vel potius nimium ſæpe de Orat. 162 a, Geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliàs.

INTEREA. *interim, tantiſper, hoc interim ſpacio*. pro Qu. 4 b, Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, &c. & 3 a, Nec interea verbum interpoſuit Næuius. & pro R. P. 123 a, in A. 200 a, Teretur interea tempus. de Orat. 100 b, Interea dum hæc quæ diſperſa ſunt, coguntur. Ep. 69 b, Tu interea ceſſabis.

INTEREMTVS, a, um. pro S. R. 24 a, Qu. Scæuola à ciuibus ſuis interemtus.

INTEREO, is. *morior*. de N. 66 b, Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant: non intereant aut humore aut ſpiritu amiſſo. Att. 35 b, Vt poſſe videremur ſine dolore interire. de N. 67 a, Ignem interiturum eſſe niſi alatur. Qu. fr. 295 a, Cùm id quod dabatur non eſſet interiturum. pro Ar. 187 a, Tabulæ publicæ omnes tabulario incenſo interierunt. Attic. 7 b, Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. de Fin. 99 b, Vt interit magnitudine maris Aegei ſtilla muriæ. Acad. 44 b, Nihil valentius, à quo intereat *mundus*. & ibid. a, Eoq; etiam interire non in nihilum, ſed in ſuas partes. pro Mur. 230 a, Maiores ſacra interire noluerunt. pro Dom. 220 b, Quid ſacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te eſt. * I. V. 176 a, Res frumentaria, commeatus, copiæ, ſalus vrbis atq; exercituum noſtrorum in poſteritatem iſtius auaritia interierit.

INTEREST, rat. *refert, ad rem eſt*. I. A. 246 a, Id potiſſimum faciam, quod maximè intereſſe reip. iudicabo. pro Mur. 125 a, Oſtendam alio loco, quantum ſalutis communis interſit, duos conſules eſſe, &c. Epiſt. 55 a, Multum intereſt rei fa-

rei familiaris tuæ, te quamprimùm venire. de Fin. 79 b, Intereſt omnium rectè facere. Qu. fr. 309 b, Hoc vehementer intereſt reip. de L. 177 b, Ciuitatum hoc multarum in Græcia interfuit, antiquum vocum ſeruare modum. I.A. 157 a, Quis enim eſt hodie, cuius interſit hanc legem manere? pro Mil. 112 a, Semper Milo quantum intereſſet P. Clodij, ſe perire cogitabat. Attic. 231 b, Cupio excurrere in Græciam, Magni intereſt Ciceronis, vel mea potius, vel mehercule vtriuſque, me interuenire diſcenti. & 205 a, Magni intereſt mea, vnà nos eſſe. Ep. 33 b, Vtriuſnoſtûm magni intereſt, vt te conueniam. de Cl. 188 a, Athenienſium plus interfuit firma tecta in domibus habere, quàm, &c. & ibid. Plus intereſt reip. caſtellum capi, quã, &c. Att. 158 a, Nihil illius intereſt, quòd in ſenatum nõ venis. & 48 b, Non quo mea intereſſet loci natura. Att. 183 b, Illud mea magni intereſt te vt videam. pro Syl. 182 a, Veſtra enim, qui vixiſtis, &c. hoc maximè intereſt. Att. 38 a, Per magni noſtra intereſt, te eſſe Romæ. & 122 a, Scio quanti reip. interſit omnes copias in vnum locum conuenire. & 126 a, Magni intereſt reip. omnes copias, &c. 143 b, Permagni eius intereſt, rem ad interregnum venire. pro Clu. 49 a, Nec ſua putat intereſſe ſ., &c. Epiſt. 85 a, Non tãtum intereſt, quo animo ſcribatur, quàm quo accipiatur. Ep. 30 a, Quod mea & reip. intereſt. Ep. 19 a, & de In. 49 a, Si quid eſt, quod eos ſcire aut noſtra, aut ipſorũ interſit. Ep. 202 a, Quod mea intelliges multum, tua nullã in partem intereſſe. pro Pl. 262 b, Hic è præfectura Atinati non tam honorata, quantum intereſſe vis ad rationem petendi. de N. 3 b, Magnum intereſt ad decus & ad laudem ciuitatis ita fieri. Ep. 275 a, Magni ad honorem noſtrum intereſt, quamprimum te ad vrbem venire. & 67 b, Equidẽ ad noſtram laudem non multum video intereſſe, ſed ad properationem meam intereſt, non te expectare, &c. Ep. 29 b, Magni enim videbatur intereſſe ad eam neceſſitudinem, quam nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem quoq; accedere. Tuſc. 153 a, Non ſentientis autem nihil eſt vllam in partem, quod interſit. Att. 172 b, Neq; ad id quod quæris multum intereſt. de Aruſp. 249 b, Ad facinoris diſquiſitionem intereſt, adeſſe quàm plurimos. Att. 276 a, Magnopere intereſt, opprimi Dolabellam. de Diu. 128 a, In moti cœli multum intereſt, qui ventus, qui imber, &c. Ep. 187 a, Multum intereſt te viuere. de Som. 120 a, Quid autem intereſt, ab his qui poſtea naſcentur ſermonem fore de te, cùm ab ijs nullus fuerit, qui antè nati ſunt? cont. Rul. 70 a, Leges ſunt veteres, neque eæ conſulares, ſi quid intereſſe hoc arbitramini, ſed tribunitiæ, &c. de N. 78 a, Ad proſperam aduerſámue fortunam qualis ſis, aut quemadmodũ vixeris, nihil intereſt. de Fin. 83 b, Nihil intereſt ad beatè viuendum, quali vtaris cibo. contra Rull. 80 b, Nihil intereſt reip. colonia deducatur, nec ne. Att. 208 a, Quòd ſi latiùs volent proferre diem, poterunt, vel biduum, vel triduum, vel vt videbitur: nihil enim intereſt. de Nat. 75 b, Nihil intereſt, vtrum nemo valeat, an nemo poſſit valere. Ep. 43 a, De ambitu, an de maieſtate, nihil ad rem intereſt. Or. 201 b, 202 a, In philoſophia plurimum intereſt, quẽadmodum dicas, &c. Epiſt. 208 a, In omnibus rebus permultum intereſt, quibus illæ modis fiant. Attic. 66 b, Mihi nihil videbatur eſſe, in quo tantulum intereſſet, vtrum per procuratores ageres, an per teipſum. Epiſt. 175 a, Permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit. Att. 83 b, Hoc quid interſit, ſi tuos digitos bene noui, certè habes ſubductum. item, Nihil intereſt, vtrum ita ſcribas, ſi vter, &c. an ſi, &c. & quid intereſt, vtrum hoc feceris, an frumentum furatus ſis. Epiſt 8 a, Multum intereſt, vtrum laus minuatur, an ſalus deſeratur. Or. 218 a, Nihil intereſt, dactylus ſit extremus, an creticus. Par. 119 a, Nauem auri euertat gubernator an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inſcitia parum intereſt. Poſtq. 207 a, Cum hoc homine, aut cum ſtipite Aethiope in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. de Diu. 120 b, Quaſi verò quicquam interſit, mures ſcuta, an cribra corroſerint. de L. 167 a, Hęc ne minimum quidem vtrum adſint vel abſint, intereſt. Att. 119 a, Quaſi interſit, audiam, an videam. * pro L. Var. Ea cædes ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit.

¶ *Differt, diſtat, differentia vel diſcrimen eſt.* de Or. 131 b, Tantum intereſt, quòd grauitas in honeſtis rebus, iocus in turpiculis ponitur. de Fin. 100 b, Inter eas res nihil omnino intereſt. Epiſt. 77 b, & 81 a, Inter cauſas multum intereſt, inter victorias nihil interfuturum puto. de Orat. 116 a, Non eſt credibile, quid intereſſe mihi viſum ſit inter eum, qui, &c. & qui, &c. in V. 60 a, Vide quantum interfuturum ſit inter meam atque tuam accuſationem. Att. 14 b, Neque inter me atque te quicquem intereſt, præter, &c. Tuſc. 234 b, Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter verborum nouitatem intereſſe. I.P. 82 b, Inter vos & Catilinam nihil intereſt. de Orat. 161 a, Plurimum intereſt inter doctum & rudem. & de Nat. 5 a, Plurimum intereſt inter hoc & illud. & 64 b, Att. 128 a, Hoc inter me & illos intereſt, quod ego, &c. illi, &c. Poſtquam. 200 b, Hic tantum interfuit inter me & inimicos meos. Offic. 3 a, Inter hominem & belluam hoc maximè intereſt, quod hæc, &c. homo autem, &c. de Fat. 144 a, Sed intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas, & inter cauſas cohibentes inter ſe efficientiam naturalem. de Fin. 55 a, Intereſt enim inter argumentum concluſiionemque rationis, & inter mediocrem animaduerſionem atque admonitionem. pro Seſt. 22 a, Atque inter hanc vitam & illam nihil tam intereſt, quàm vis & ius. Acad. 21 a, Nullum eſt viſum verum à ſenſu profectum, cui nõ oppoſitum ſit viſum aliud, quod ab eo nihil interſit. & 8 a, Qui illa viſa, è quibus omnia decreta ſunt nata, negant quicquam à falſis intereſſe. Acad. 10 b, Viſa inter quæ nihil intereſt & 11 a, Neque in his quicquam intereſt. de Fin. 95 b, Nihil eſſe qnod interſit aut differat aliud ab alio, præter honeſta & turpia. Attic. 15 b, His denique in malis quid interſit inter me & iſtos, quos, &c. pro Planc. 261 b, Et quò plus intererat, eò plus aberat à me. in C. 99 b, Dummodò inter me atque te murus interſit. Poſtquam. 208 a, Nec vnam quidem horam intereſſe paſſus es inter meam peſtem & tuam prædam. * Tuſc. 217 b, Quamobrem nihil intereſt vtrum moderatas perturbtiones approbent, an moderatam iniuſtitiam. Epiſt. 43 b, De ambitu verò quid intereſt inquies, an de maieſtate? Ad rem nihil.

† Syntaxis. *Tuarum rerum intereſt multum. Omnium intereſt. Plus, multum, magni intereſt. Ad honorem noſtrum intereſt. Ad hoc multum intereſt. In hac re multum intereſt. Ad rem nihil intereſt. Inter eos multum intereſt. Inter hominem & belluam hoc intereſt.*

INTERFECTOR, oris. *percuſſor, Thrax.* Poſtquam. 204 b, Si hoſtes atque interfectores reipublicæ vixiſſent. I.A. 159 b, Vt non modò impunè, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria interfici poſſit. * pro Mil. 115 a, Quorum interfectores implêrunt orbem terrarum nominis ſui gloria. & 117 a, Huius interfector non eſſet in confitendo ab his impetraturus, ne pœnam timeret.

* INTERFECTVS, a, um. *occiſus.* pro Pom. 5 b, Vos legatum populi Rom. omni ſupplicio interfectum, inultum relinquetis?

INTERFICIENDVS, a, um. Att. 207 a, pro Clu. 22, Deinde ipſum Aurium tollendum interficiendumq́; curauit.

INTERFICIO, cis. *neco, eneco, occído, ferro vitam eripio, morte mulcto, interimo, mortem affero.* pro Dom. 225 a, Quòd cum toties per inſidias interficere voluiſtis.

* INTERFICIOR, eris. Oecon. 3, Nullo modo faciliùs arbitror poſſe neq; herbas areſcere & interfici.

INTERIECTIO, onis. *interpoſitio.* ad Her. 2 b, Et tamen occultè dicemus de aduerſarijs aut de aliqua re eorum, interiectione verborum.

INTERIECTVS, a, um. *medius, interpoſitus.* Par. 117 a, Quid inter horum ætates interiectus Cato? I.A. 243 a, Inter has perſonas me interiectum moleſtè ferunt. de Cl. 185 a, L. Siſenna interiectus inter duas ætates Hortenſij & Sulpitij. de Nat. 39 a, Aer interiectus inter mare & cœlum. de Som. 129 b, Et in ipſis quaſi maculis vbi habitatur, vaſtas ſolitudines interiectas vides. cont. Rull. 83 b, Videte, quantũ interuallũ ſit interiectum inter maiorũ noſtrorũ cõſilia, & inter iſtorum hominum dementiam. ad Her. 6 b, Narratio accuſatoris ſuſpiciones interiectas & diſperſas habere debet. de Orat. 243 a, Alij eis *oratoribus grandibus & tenuibus* interiecti, & tanquam medij. Orat. 199 a, Quod eorum vicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquam probauerunt. pro Seſt. 14 b, Videtis me ad priſtinam meam dignitatem breui temporis dolore interiecto eſſe reuocatum. de Pro. 72 b, Annus eſt integr nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas prorogatur. de Finib. 88 b, In voluptate maxima, nullo interuallo interiecto, dies noctesq́ue verſari. Off. 10 a, Multi ſunt interiecti inter philoſophos, & eos qui rempublicam adminiſtrant. * Orat. 198 b, Eſt autem quidam interiectus intermedius vtriuſq; particeps. de Nat. 55 a, Naſus quaſi murus oculis interiectus eſt. de Diuin. 109 a, Interiectus eſt etiam nuper is liber. Acad. 45 b, Iis ipſis bonis & cæteris alia interiecta & media numerabat Zeno. de Fin. 67 b, Tu autem inter hęc tantam multitudinem hominum interiectam non vides nec lætantium nec dolentium?

† Syntaxis. *Inter illorum ætates interiectus Cato inter illas perſonas iſte eſt interiectus.*

INTERIECTVS, ctus. *interiectio.* de Nat. 46 b, Luna interpoſitu interiectuq́; terræ deficit.

†, Syntaxis. *Interiectus & interpoſitus Lunæ. Interiectus, intermedius.*

INTERIICIO, cis. de Vn. 108 a, Idq; *tertium materiæ genus* interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum eſt in corpore.

*INTERIICIOR, ceris. L. INTERIECTVS, a, um.

INTERIM. *interea, tantiſper, hoc interim ſpacio.* de Orat. 141 a, Hoc interim ſpacio conclaue illud concidit. Att. 109 b, Interim velim mihi ignoſcas, quòd ad te ſcribo tam multa toties. Tuſc. 255 b, Interim, interea tantiſper pro Lig. 137 b, Interim Varus Vticam venit, &c. pro Clu. 21 b, Interim venit index, &c. Ep. 151 a, Interim ad me venit Munatius noſter. pro Cl 25 a, Tum interim illa, &c.

INTERIMENDVS, a, um. pro Mur. 130 a, Horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt.

INTERIMO, imis. *interitum affero, interficio.* de Nat. 12 a, Si quæ interimant innumerabilia ſunt, etiam ea quæ conſeruent infinita eſſe debere, & 70 b, Mercurius qui Argum dicitur interemiſſe. de Fi. 78 b, Lucretia ſe ipſam interemit. pro Mil. 119 b, Me quidem exanimant & interimunt hæ voces Milonis.

INTERIOR, us. de Nat. 7 a, Nihil eſt interius mente. Ac. 6 b, Tactus quem philoſophi interiorem vocant. Off. 11 b, Interius eſt enim, eiuſdem eſſe ciuitatis. de Orat. 128 a, Interior eſt ille proprius timor. *id eſt, magis attingit hominem.* Off. 65 b, Societas quæ latiſſimè patet, interior, propior. de So. 131 a, Quod animal eſt, id motu cietur interiore. pro Pom. 16 a, Regna interiorum nationum. I. A. 196 b, & pro Seſt. 7 b, In interiore ædium parte totius reip. nũdinæ. Qu. fr. 321 a, Quod interiore epiſtola ſcribis, &c. de Diu. 134 a, Sed hæc quoq; in promptu, nunc interiora videamus. pro Dom. 241 a, Illa interiora iam veſtra ſunt. in Sal. 175 a, Salluſtius Africam interiorem obtinens. Qu. fr. 300 b, Interior vicinus. de Nat. 67 b, Interiores & reconditæ literæ. Ep. 111 a, Opus eſt hîc limatulo & polito tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus ſæpe verecundiorem me in loquendo facis. * de Vni. 199 b, Omne quod erat concretum atq; corporeum, ſubſternebat animo, interiusq; faciebat.

† Syntaxis. *Nihil interius mente. Interior tactus. In interiori epiſtola Literæ interiores: id eſt, grauiores præſtantiores.*

INTERITVS, tus *occaſus, obitus.* in Catil. 115 a, Aruſpices legũ interitũ & vrbis occaſum appropinquare dixerunt. Tuſc. 163 a, Eſt enim interitus, quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremtio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. de D. 116 a, Natura omnium interitus atque obitus conficit. de Fin. 70 b, Qualis eſt iſta philoſophia, quæ non interitum afferat prauitatis? pro Syl. 173 a, Cùm ad occaſum interitumq; reipub. Catilina dux eſſet conſtitutus. de Nat. 15 a, Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & diſſipatio conſequatur. in Cat. 99 a, Quid de noſtro interitu & vrbis exitio cogitent. de Nat. 66 b, Ad quem dolor venit, ad eundem interitum venire. Epiſt. 153 b, Acerbiſſimo interitu conſulum nudata Reſp. Tuſc. 167 b, Toto animante deleto & facto interitu vniuerſo. de Diu. 95 a, Cùm interitum exercitus nunciauiſſet. * Hortenſ. Vt eaſdem tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli, qui in obſcuratione Solis factus eſt. Incert. Nihil eſt, quod non aliquando ad interitum redigatur. de Cl 175 b, Damnum illius immaturo interitu res Romanæ, Latineq; literę fecerunt. pro Marc. 133 a, Ad interitium ruerem voluntarium. Tuſc. 213 a, Luctus *eſt* ægritudo ex eius, qui charus fuerit interitu acerbo. Epiſt. 78 a, Idem eſt ei ſenſus & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & ſuarum. Att. 125 a, Nec tam proſcriptio pertimeſcenda, quam vniuerſus interitus. I. A. 165 b, Cn. Domitium non patris interitus, &c. ad recuperandam dignitatem, ſed mea autoritas excitauit.

Syntaxis. *Interitus & occaſus vrbis. Interitus eſt diſceſſus, ſecretio ac diremptio. Interitus & obitus. Interitus & diſſipatio. Interitus immaturus acerbus. Facto interitu vniuerſo interitus exercitus.*

*INTERIVS. de Orat. 160 b, Oratio ne inſiſtat interiùs, ne excurrat longius.

INTERLITVS, ta. *linteis vel lituris inductus.* pro Clu. 36 b, Codex C. Verris, qui tum interlitus proferebatur. I. V. 129 b, Tabulæ ſunt in medio, quæ ſe corruptas atque interlitas eſſe clamant.

INTERLVCEO, ces *eluceo, emineo.* ad Her. 22 a, Vt loci diſtinctè interlucere poſſint.

INTERMEDIVS, a, um. *medius* Orat. 198 b, Eſt autem quidam interiectus intermedius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine vtens ſuperiorum, vicinus amborum, in neutro excelleus, vtriuſq; particeps, vel vtriuſq; potius expers.

INTERMINATVS, ta, tum. *Infinitus.* de N. 12 a, Immenſa & interminata in omnes partes regionum magnitudo.

INTERMISSIO, onis. *intercapedo.* de Nat. 24 a, Deum ſine vlla intermiſſione pulſari agitariq; incurſione atomorũ. Ep. 101 b, Neq; alia fuit vlla cauſa intermiſſionis literarũ, niſi quòd vbi eſſes planè neſciebam. Off. 5 a, Ab actione ſæpe fit intermiſſio. de Am. 97 a, Vt nulla intermiſſio fiat officij. de Diu. 137 b, Nunc propter intermiſſionem forenſis operæ lucubrationes detraxi. * Hort. Qui dies & noctes ſine vlla minimi temporis intermiſſione velit ita moueri ſuos ſenſus. Ep. 266 b, Etſi iuſta & idonea vſus es excuſatione intermiſſionis literarum tuarum.

INTERMISSVS, a, um. *interiectus.* pro Mur. 132 b, Dies intermiſſus, aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia.

¶ *Ceſſans, quieſcens.* de Diu. 92 a, Itq; ludis intermiſſis, inſtauratiui ſunt conſtituti. de Or. 156 b, Verba ab vſu quotidiani ſermonis iamdiu intermiſſa. Off. 37 b, Acriores morſus ſunt intermiſſæ libertatis, quàm retentæ. de Orat. 97 b, Cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen nauis motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuq; remorũ. de Nat. 12 a, Nullo puncto tẽporis intermiſſo verſari circum axem cœli, &c. contr. Rull. 64 b, Vectigal, quod miſſis alijs remanet, intermiſſis non conquieſcat. * pro C. Cor. 1, Quæ intermiſſa complures annos. Tuſc. 148 a, Quæ ſtudia retenta animo, remiſſa temporibus longo interuallo intermiſſa reuocaui.

INTERMITTO, tis. *interdum conquieſco, intermiſſionem vel intercapedinem facio.)(. Retineo.* Or. 200. a, In maximis occupationibus nonnunquam intermittis ſtudia doctrinæ. Ep. 72 b, Intermittere conſuetudinem priſtinam. de Ar. 252 a, Intermittere iuriſdictionem. At. 132 a, Ne quem diem intermitterem, has dedi literas. de D. 96 a, Gallos gallinaceos ſic aſſiduè canere cœpiſſe, vt nil intermitterent. Ep. 158 b, Neq; ille intermittit affirmare ſe venturum. Ep. 101 a, Mirabar, Quid tu mihi literas mittere intermiſeras. Att. 112 a, Vt ab vrbe diſceſſi, nullum intermiſſi diem, quin, &c. * Tuſc. 162 b, Hic autem vbi habitemus, non intermittit ſuo tempore *Cœlum niteſcere: arbores frondeſcere: vites lætificæ pampinis pubeſcere: Rami baccarum vbertate incurueſcere: Segetes largiri fruges: florere omnia: Fontes ſcatere: herbis prata conueſtirier.*

INTERMITTOR. Att. 128 b, Vt ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas. Att. 72 a, Nec tui mentionem intermitti ſinimus.

INTERMORIOR, ris. *pereo, morior.* Epiſt. 91 a, Si nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas. Bithynici.

INTERMORTVVS, a, um. *demortuus, extinctus.* in P. 82 b, Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitaſtis. pro Mur. 127 b, Memoriam propè intermortuam generis ſui virtute reuocare. pro Mil. 103 b, Declarant huius ambuſti Tribuni plebis illæ intermortuæ conciones.

INTERMVNDIA, orum. *intermundos Epicuri ſpacia.* de Fin. 80 a, Indiuidua & intermũdia, quæ nec ſunt, nec eſſe poſſunt, intelligimus. de Nat. 5 b, Tanquam modò ex Epicuri intermundijs deſcendiſſet.

INTERNECINVS, na, num. *inexpiabilis, crudelis, vbi neceſſe ſit, omnes necari.* in Ant. 259 b, Quæ ſunt vrbanarum maledicta litium, non inuſtæ belli internecini notæ, &c.

INTERNECIO, onis. *extinctio, interitus.* pro Dom. 227 a, Viciſſem cum magna internecione improborum. pro Syl. 173 a, Internecione ciues liberaui. I. C. 116 b, Quæ diſſenſiones non reconciliatione concordiæ, ſed internecione ciuium dijudicatæ ſunt. Att. 35 a, Neq; reſiſti ſine internecione poſſe arbitramur. de N. 78 a, Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur. I. V. 175 a, Aratorum internecio facta nulla eſt. pro Pomp. 9 b, Teſtis eſt Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum internecione patefactum eſt.

INTERNECTVS, cta, ctum. *interfectus.* I. A 259 b, Internecti nota teſtamenta, credo, ſubijciunt. * *alij legunt, non iniuſtæ belli internecini notæ teſtamenta, &c. Alij non iuſtæ belli notæ internecina teſtamenta.*

INTERNOSCO, ſcis. *ſecerno, diſcerno.* de Orat. 141 a, Quos cùm humare vellent, non potuerunt obtritos internoſcere. ad Her. 13 a, Qui dignum atq; indignum internoſcere nequeunt. * Ac. 13 a, Vt internoſcat *mens* viſa vera illa ſint, an'ne falſa. pro S. Roſ. 27 b, At fures internoſcere non poſſunt *anſeres & canes.*

INTERNOSCOR, ris. de Diuin. 135 a, Quæ *ſomnia* ſi alia vera, alia falſa, qua nota internoſcantur, ſcire velim. de Am. 113 b, Secerni blandus amicus à vero & internoſci poteſt, adhibita diligentia. * Acad. 7 a, Quæ aut nulla ſunt, aut internoſci à falſis non poſſunt.

*INTERNVNCIA, æ. de Diuin. 123 b, Hæ ſunt aues internnnciæ Iouis.

INTERNVNCIVS, cij. *interpres.* Epiſt. 153 b, Aſſiduis internũcijs cũ Lepido egi, vt, &c. Oct. 331 b, Quæ quidẽ me in-

ternun-

ternuncio ad illos celeriter deferuntur. I.V. 238 b, Damnatorum vitam à prætore vel ipſo carnifice internuncio redimi. I.A. 248 b, Cuius *Iouis* interpretes, internuncijque conſtituti ſumus.

INTERPELLANS, tis. Epiſt. 129 a, & 157 b, Vi nulla interpellante. Att. 229 b, Interpellantibus his inimicitijs animus tuus mihi magis patuit quàm domus.

INTERPELLATIO, onis *interuentus*. Part. 232 b, Si interuentus alicuius aut interpellatio dederit occaſionem nobis aliquam. de Pro. 72 b, Interpellationem mei familiaris, qua paulò antè interrupta eſt oratio mea, non pertimeſcam. * de Orat. 162 a, Ad conciliandos animos vel maximè, ſępè autem etiam cōmouendos adhibenda eſt, &c. interpellatio. Qu. fr. 313 a, De interpellatione tantùm ſumam temporis ad ſcribendum.

INTERBELLATOR, oris. *interuentor, perturbator*. Attic. 244 b, Sed interpellatores illic minus moleſti. Off 63 b, Dictitat ſe hortulos emere velle, vbi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſit. 92 a, In literis ſine interpellatore verſor. ad Her 9 a, Dialectici alieni ſermonis moleſti interpellatores ſunt.

INTERPELLATVS, a, um. *intermiſſus*. Attic. 18 a, Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat.

INTERPELLO, as *interrumpo, impedimento ſum*. Attic. 26 a, Hic ſum, vbi me interpellat nemo. Tuſc. 151 b, Sed nihil interpellabo, continentem orationem audire malo. de Nat. 72 b, Tum Balbus interpellare, Te, inquit, Cotta nolo. I.V. 233 a, In quo vt aliquid eſſet moræ, multi interpellant. Ep. 172 a, Interpellēt me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent, quo minus reſpub. à me commodè adminiſtrari poſſit. I V. 90 b, Quod in priore actione interpellauit Hortenſius Ep. 180 b, Cæſar nunquam interpellauit, quin quibus vellem, &c vterer. Qu fr. 312 b, Tu metuis, ne me interpelles? primùm ſi in iſto eſſem, tu ſcis, quid ſit interpellare. & ibid. Tu verò vt me & appelles, & interpelles, & obloquare & colloquare velim. de Or. 133 a, Odioſè interpellare aliquem.

INTERPELLOR, ris. de Pro 77 b, Interpellari ab aliquo.

INTERPOLANDO, in Ver 108 a, Tollendo quod eſſet, ſemper aliquid demendo mutando, curando ne litera appareat, interpolando.

INTERPOLO, as *renouo* Qu. fr. 313 b, Appius vult, inquam, renouare honores eoſdem, quo minus togam prætextā quotannis interpolet.

INNERPONENDVS, a, um. I. A. 204 b, 205 a, Quæ cùm viderem, nullam moram interponendam inſequendi M. Antonium putaui. Acad. 39 a, Quod cùm audiſſemus, nullam moram interponendam putauimus, quin videremus hominem, &c. I.V. 132 b, Qui ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit.

INTERPONENS, tis. Att. 121 a, Hæc ſcripſi ſedato animo, nullum meum iudicium interponens ſed exquirens tuum.

INTERPONO, nis. *interijcio, in medio colloco*. Or. 211 a, Vt etiam modò, niſi aurem interpoſuiſſem concurriſſent I V. 177 a, Cùm hoc palàm Decumani loquerentur, tuumq; nomen in re tam turpi nefariaq; interponerent. Orat. 302 b, Interponere conciones. I. A. 26 a, Hæc interpoſui P.C vt me purgarem. Qu. fr. 325 a, & in V 99 a & Att. 268 a, De Aſcanione tu verò quod voles facies, me nihil interpono. pro Mil 106 a, Clodius vocabat tribus, ſe interponebat, &c. & I. A. 162 a, Quid enim interponerem audaciæ tuæ? quam nullæ leges poſſunt coercere. I. V. 58 a, Cur te interponis inuitiſſimis his quibus, &c Ep 160 b, 161 a, Sapientiùs facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones. pro S. R. 37 b, In rem aliquem fidem ſuam interponere. I. V. 157 b, Acerbiorem legem & duriora edicta interpoſuit. Or. 219 a, Inter quæ *verba* varijs clauſulis interponit ſe raro numeroſa comprehenſio. de Diu 139 a, Proprium eſt Academię iudicium ſuum nullum interponere. de In 72 a, Non oportuit ante ſupplicium quàm iudicium interponere. I. V 64 b, Pro aliquo inimicitias ſuſpicere, ad periculum accedere, operā ſtudium, laborem interponere.

INTERPONOR, ris. ad Her. 8 a, Maiores voluerūt, certis in rebus interponi quæſtiones. I V. 72 a, Niſi iſta tua potentia in hac cauſa interponeretur. pro S. R. 51 a, Cur in re tam veteri, noua hæc reſtipulatio interponitur? ad Her 10 a, Deinde interponitur ab accuſatore ſuſpicio ex coniecturis. de Am. 96 a, Quaſi enim ipſos introduxi loquētes, ne, Inquit, & Inquam ſæpiùs interponeretur. de Or. 132 b, Sępe etiam verſus interponitur, vel vt eſt, vel paululùm immutatus ad Her 19 b, Mediocres argumentataones interponi & in medio collocari oportet. de Inu. 48 a, In quo *genere narrationum* digreſſio aliqua extra cauſam, aut criminationis, aut ſimilitudinis, aut delectationis, aut amplificationis cauſa interponuntur.

INTERPOSITIO, nis *interiectio*. Ep. 265 b, Vna omnino interpoſitio difficilior eſt, quā ne ipſe quidem facilè legere ſoleo, de quadrimo Catone. * de Inu. 43 b, Cauſam dicit eſſe rem, quæ habeat in ſe cōtrouerſiam in dicēdo poſitā cum perſonarum certarū interpoſitione. ibid. Quæſtionē eam appellat, quæ habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam ſine perſonarum certarum interpoſitione.

INTERPOSITVS, tus. *interiectus*. de N. 46 b, Luna interpoſitu interiectuq; terræ deficit.

INTERPOSITVS, a, um. *intermiſſus, interiectus*. pro Mur. 132 a, Dies intermiſſus aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia. de Cl. 172 a, Paucis interpoſitis diebus iterum Lælius dixit, &c. de Cl 185 b, Multis inter noſtrum tuumque initium dicendi interpoſitis oratoribus. I. A. 162 a, Literas ad ſe ab amico miſſas offenſione aliqua interpoſita in medium protulit pro Cl. 18 b, Vehementes habeat & repentinos impetus, ſpatio interpoſito & cauſa cognita cōſeneſcat. Qu. de Pat. 213 b, In hoc maximè vitioſa eſt ciuitas, quod largitione interpoſita virtutis obliuiſci ſolet. I.V. 122 a, Iſtæ pœnis compromiſſiq; interpoſitis H-S. CCC. extorſit. Att. 112 a, Poſtulata hæc ab eo interpoſita ſunt, quo minus, quod opus eſſet ad bellum, à nobis pararetur. I.A. 201 b, Qui iſtum, nondum interpoſita autoritate veſtra, ſuo cōſilio & iudicio vt hoſtem arcuit. Ep. 7 a, Offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam autoritatem religionemq; video. pro Syl. 185 a, Vos reiectione interpoſita repentini iudices conſediſtis. I. P. 90 a, Lentulus prouinciam, quam ſorte habebat, interpoſita religione depoſuit. Att. 63 a, Si ea decreta Coss quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt, non ſeruantur, magnam perturbationem fore & 64 b, Obnunciationibus per Scæuolam interpoſitis. de Cl. 172 a, Luſitani contra interpoſitam fidem interfecti. * in Piſ. 80 a, Ego in C. Rabirio XL. annis ante me conſulem interpoſitam ſenatus autoritatem ſuſtinui. & pro Corn. 1, Interpoſita fide per tres legatos. de Leg. 172 b, Inter ipſos ciues Dijs immortalibus interpoſitis tum iudicibus, tum teſtibus.

† Syntaxis *Interponere morā, iudicium, nomen alicuius. Me nihil interpono de Cæſare. Audaciæ alicuius aliquid interponere: id eſt, opponere. In pacificationē ſe interponere. In aliquā rem ſuam fidem interponere. Interponere pro aliquo laborem, operam ſtudium Interpoſitus Deus in iureiurando. Contra interpoſitam fidem capi.*

INTERPRES, tis. *explanator, internuncius, coniector*. de Diu. 104 b, Ea quibus bene percepta ſunt hi non ſæpe falluntur: malè percepta maleq; interpretata falſa ſunt, non rerum vitio, ſed interpretum inſcitia. de Diu 119 b, Quid autem volunt ea ſignificantes, quę ſine interpretibus non poſſumus intelligere? de Diu 104 a, Quia erant multa obſcura multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretū. Off. 2 a, Sequimur igitur in hac quæſtione potiſſimum Stoicos, non vt interpretes: ſed vt ſolemus, è fontibus eorum, iudicio arbitrioq; noſtro quantum quoq; modo videbitur, hauriemus, de Opt. 244 a, Nec conuerti vt interpres, ſed vt orator ſententijs ijſdem, & earum formis tanquam figuris verbis ad noſtram conſuetudinem aptis. de Diuin. 88 b, Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, reſpōderunt. de Nat. 9 b, Chryſippus Stoicorum vaferrimus interpres. I. A. 248 b, Augures qui Iouis optimi, maximi interpretes internūcijque ſunt. pro Clu. 48 b, Legum interpretes iudices. de Diu. 113 b, Tum auis illa videri poſſit interpres & ſatelles Iouis. de Diu. 135 b, Si Pœni in ſenatu noſtro ſine interprete loquerentur. de D. 132 a, Vt interpres egeat interprete. de L. 162 a, Mentis interpres eſt oratio. de Inu. 79 b, Interpres voluntatis alicuius. Top. 221 a, Interpres iuris. I.V. 166 a, Varius eſt in Sicilia interpres: quo iſte interprete non ad Græcam linguam, ſed ad furta & flagitia vti ſolebat. pro Cec. 295 a, Teſtamento ſi recitatus hæres eſſet pupillus, iſque iam annos viginti haberet, vobis interpretibus amitteret hæreditatem. de Fin. 145 b, Ita quemadmodum in ſenatu ſemper eſt aliquis, qui interpretem poſtulet: ſic iſti nobis cum interprete audiendi ſunt. Epiſt. 104 b, Nullam artem literis ſine interprete & doctore, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Attic. 278 b, Cæſarem quidam fallacibus interpretibus ac nuncijs impulerunt in ſpem conſulatus I.V. 211 a, Per amicos & interprete agere aliquid. I. V. 71 a, & 130 b, Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicij ſolent eſſe. Epiſt 153 b, & 150 b, Quo ego interprete, nouiſſimè ad Lepidum ſum vſus. * Hor. Vt veteres illi ſiue vates, ſiue in ſacris initijsque tradendis diuinæ mentis interpretes aliquid vidiſſe videantur. Orat. 211 b, Conſiliûm ſocij, auguriûm atque extûm interpretes. *poete.* Topic. 221 a, Ne ipſi iuris interpreti fieri videretur iniuria. de Fin. 93 a, Nec tamen exprimi verbum è verbo neceſſe erit, vt interpretes indiſerti ſolent. Tuſc. 199 a.

199 a, Fungar iam interpretis munere. de Nat. 9 b, Chryſippus, qui Stoicorum ſomniorum vaferrimus habetur interpres. de Nat. 28 a, Interpres eſſe comitiorum poteſtis. ibid. Quorum *Deorum* interpretes ſunt. de N. 54 b, Senſus interpretes ac nuncij rerum in capite tanquam in arce mirificè ad vſus neceſſarios & facti & collocati ſunt. de Nat. 60 b, Si quid prædictionis cauſa ex portentis & monſtris Sibyllæ interpretes aruſpicesue monuerunt. de Diuin. 87 b, Quorum omniū interpretes, vt Grammatici poëtarum, proximè ad eorum, quos interpretantur, diuinationem videtur accedere. de Diuin. 121 a, Quod coniector quidam & interpres portentorum non inſcitè dicitur ei reſpondiſſe, qui cum ad eum retuliſſet quaſi oſtentum, quòd anguis domi vectem circumiectus eſſet: tum eſſet, inquit, oſtentum, ſi anguem vectis circumplicaſſet. Hoc ille reſponſo ſatis apertè declarauit. de Diuin. 127 b, Vt ne cœli quidem naturam interpretes iſtos cœli noſſe appareat.

† Syntaxis. *Interpretes poëtarum Grammatici, portentorum. Vafer interpres. Interpres & internuntius. Iudex legum interpres. Coniector & interpres. Auis interpres Iouis. Aſtrologus interpres cæli. Senſus rerum interpretes & nuncij. Per interpretem agere. Sequeſter & interpres corrumpendi.*

INTERPRETANDVS, da, dum: di, do. de Fin. 93 a, & Ac. 43 b, & ad Her. 9 a, De ratione interpretandi. de Leg. 171 b, In ipſo nomine legis interpretando ineſt vis & ſententia iuſti, & iuris colendi. de N. 71 b, Veſtri hæc confirmant interpretando quorſum quicq; pertineat. de Diuin. 80 b, In monſtris interpretandis procurandiſque. de Orat. 97 b, Omnes bonarum artium ſcriptores ac doctores & legendi, & peruolutandi, & exercitationis cauſa laudandi, interpretandi, &c. I. A. 223 a, In legibus interpretandis, & æquitate explicandis.

INTERPRETANS, tis. de D. 82 b, Exta pecudum, aut monſtra, aut fulgura interpretantium.

INTERPRETATIO, onis. *notatio etymologia.* Off 7 b, Exiſtunt ſæpe iniuriæ calumnia quadam & nimis callida, ſed malicioſa iuris interpretatione. & 47 a, Iuris ciuilis ſummo ſemper in honore fuit cognitio & interpretatio. pro Corn. 62 b, In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat. Comiter eſſe communiter: quaſi verò priſcum aliquod aut inſolitum verbū interpretaretur. Partit. 241 b, Verbi interpretatione ſe defendere. de Orat. 87 a, Neque ea interpretatione mea, aut ornatius explicari, aut planiùs exprimi poſſunt & 101 b, Senectuti verò ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quàm iuris interpretatio. de Orat. 132 b, Interpretatio nominis habet acumen. de Op. 144 b, Cauſa habens interpretationem legum ſatis acutam. de Orat. 96 b, Exiſtere Controuerſias ex ſcripti interpretatione pro Cor. 57 b, An cuius linguam populi non noſſet, interpretationem fœderis non tenebat? de Diu 88 b, Somnia Antiphontis interpretatione explicata & 89 b, Eius igitur ſomnij, quæ ſit à coniectoribus interpretatio facta, videamus. * ad Heren 33 a, Cùm grauitas prioris dicti renouatur interpretatione verborum de Orat. 119 a, Genus hoc cauſarum, quod in ſcripti interpretatione verſatur. con. Rull. 67 a, Mihi ad huiuſce verbi vim & interpretationem vehementer opus eſt veſtra ſapientia.

¶ *Eſt quoq; exornatio rhetorica.* ad Her. 33 a, Interpretatio eſt, quæ non iterans idem redintegrat verbum, ſed id commutat, quod poſitum eſt, alio verbo quod idem valeat, hoc modò: Rempub. radicitus euertiſti, ciuitatem funditùs deieciſti.

† Syntaxis. *Verbi vis & interpretatio. Somniorum interpretatio. (Porrò in ſententia eſt interpretatio Rhetorica, quod in vocabulis ac verbis ipſa ſynonymia.)*

INTERPRETATVRVS, a, um. Att. 262 b, Sic velim exiſtimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo ſummo beneficio me affectum putem.

INTERPRETATVS, a, um. *expoſitus, declaratus.* de Aruſp. 252 a, Verba quæ ex Hetruſcis libris in te conuerſa & interpretata dicuntur.

INTERPRETOR, aris. *interpretationē facio, expono, interpretatione explico, explano, explico, rem obſcuram explano.* Off. 33 b, Nec quicquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, quàm ſtudium ſapientiæ. de Clar 178 a, Interpretando explanare rem obſcurā. de Fin. 68 b, Animaduerte igitur, rectène hanc ſententiam interpreter. de Fin. 130 b, Secundū naturam viuere, quod ita interpretamur viuere ex hominis natura vndiq; perfecta, & nihil requirente. de Fin. 85 b, Epiſtolam eius, quàm modò totidem ferè verbis interpretatus ſum. de Am. 99 a, Iam virtutem ex conſuetudine vitæ ſermoniſq; noſtri interpretemur, nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia. de L. 158 b, Qui ius interpretari populo & reſpondere ſoliti ſunt. Att. 14 b, Veremur, ne interpretemur illud oppidum ab Italia non ſatis abeſſe. de N. 84 b, Hoc nonnulli ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille malè audiat. pro Pl. 270 a, Si verò hoc quod accidit, interpretari velis. pro Mur. 139 b, Quod atrociter in ſenatum dixiſti, aut non dixiſſes, aut mitiorem in partem interpretare. pro Cec. 302 a, Tu hoc idem (quod ego dico) interpretabere. de Diu. 90 a, Quid ego quæ ſomnia Magi Cyro interpretati ſunt ex Dionyſij Perſici libris. de Diu 91 b, Ex quo illud ſomnium ita interpretatum eſſe, vt, &c. cum, &c. I. A. 160 a, Hoc vos per deos immortales, quale ſit, non interpretamini? de In. 77 b, & ad Her 9 a, Interpretari voluntatem alicuius ex aliquo facto vel euentu. de N. 75 b, Bene dicta malè interpretari. & ibid. Peruersè philoſophorum diſputationem interpretari. de In. 78 a, Iudice legi parere, non interpretari, legem oportet. Tuſc. 198 b, Rectène interpretor ſententiam tuam. *id eſt, rectène intelligo, &c.* Att 250 a, Tuam epiſtolam interpretari ipſe vix poteram. & 147 a, Rogaui, vt interpretaretur, quid eſſet quod ille ſcriberet, conſilio meo ſe vti velle. I. A. 195 b, Sed verecundus augur ſine collegis de auſpicijs non interpretaretur. pro R. P. 127 a, Conſiliū ex neceſſitate, voluntatem ex vi interpretari. de N. 24 b, Euemerus, quem noſter & interpretatus & ſecutus eſt præter cæteros Ennius. Off 45 b, Panætius, quem multum in his libris ſecutus ſum, non interpretatur. ad Her. 9 a, In fraudem legis facere, vel fraudem legi fieri, eſt legem interpretari contra eius ſententiam. de Fa. 144 a, Verborum vim interpretari. & 146 a, Licet etiam immutare, vt fati nomen non adiungas, & eandem tamen ſententiam teneas hoc modo, &c. pro Cor. 62 b, Quaſi verò priſcum aliquod aut inſolitum verbum interpretaretur. de Diu 99 a, Hetruria ſcientiſſimè interpretatur, quid quibuſq; oſtendatur portentis. de Diu. 87 a, Quorum omnium interpretes, vt Grammatici poëtarum, proximè ad eorum quos interpretantur, diuinationē videntur accedere. Att. 95 b, De Triario bene interpretaris voluntatem meam. de Ar. 252 a, Hoc quod fit, non facilè interpretor. pro Do 239 a, Quæ ſi tu interpretaris de noſtris ædibus ſcripta eſſe, nō repugno. de Cl. 165 a, Sin tanquam illi ipſi acerbitatis aliquid acciderit, angimur ſummam eius felicitatem, non ſatis grato animo interpretamur. Att. 274 b, Itaq; id ſenatuſcōſultum pleriq; interpretantur etiam ad ad duos captiuos pertinere. * Ep. 230 a, Id Senatuſconſultum tu interpretabere pro tua ſapientia.

† Syntaxis. *Interpretans, interpretaturus (actionis vi.) Interpretandus, & interpretatus (paſſionis.) Mitiorem in partem interpretari. De auſpicijs interpretari. De Caſ. bene. interpretaris voluntatem meam.*

INTERPVNCTIO, nis. *interpunctum, interductus.* pro Mur. 129 b, Res enim ſunt paruæ, propè in ſingulis literis atque interpunctionibus verborum occupatæ.

INTERPVNCTVM, ti. *interpunctio, diſtinctio.* de Orat. 159 b, Clauſulas & interpuncta verborum, animæ interclusio & anguſtiæ ſpiritus attulerunt.

INTERPVNCTVS, a, um. *diſtinctus.* de Orat. 138 b, Narratio diſtincta perſonis, interpuncta ſermonibus. Orat. 201 b, Diſtincta alios & interpuncta interualla delectant. * de Orat. 159 a, Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, neque librariorum notis, ſed verborum & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt.

INTERQVIESCO, ſcis. *requieſco.* de Cl. 172 b, Cùm paululum interquieuiſſem.

INTERREGNVM, gni. *tempus, quo regnum rege vacat, dum creatur nouus.* Qu fr. 327 b, Ad interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis. Att. 143 b, Nam per magni eius intereſt, rem ad interregnum non venire. Qu. fr. 323 a, Res ſpectat ad interregnum. Att. 107 b, & 143 b, Aut ſi per Trib. pleb. non patiatur, tamē quieſcat rem adduci ad interregnum. Ep. 100 b, Quis enim tot interregnis iureconſultū deſiderat? * Att 65 b, Res fluit ad interregnū.

INTERREX, gis. *is qui demortui regis locum tenet, donec alter creatur. Creabatur etiam, cùm nullus eſſet in vrbe patricius magiſtratus.* Att. 151 a, Si Sylla potuit efficere ab interrege vt dictator diceretur, & magiſter equitum, cur hic non poſſit? contr. Rull. 88 a, L. Flaccus interrex legem de Sylla tulit, vt omnia, quæcunq; ille feciſſet, rata eſſent. pro Dom. 221 a, Cum interrex nullus ſit, quòd & ipſum patricium eſſe, & à patricio prodi neceſſe eſt. Ep. 100 b, Ego omnibus vnde petitur, hoc conſilij dederim, vt à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent.

INTERROGANDO. de Fin. 64 a, Socrates percuntando atque interrogando elicere ſolebat eorum opiniones, quibus cum diſſerebat.

INTERROGANS, tis. pro Dom. 221 a, Te interrogante augures reſpoderunt.

INTER-

INTERROGATIO,nis.de Fat.146 a, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atq; iners nominatum eſt. *ad Her.29 a, Interrogatio non omnis grauis eſt neq; concinna, ſed hæc, quæ cùm enumerata ſunt ea, quæ obſunt cauſæ aduerſariorum, confirmat ſuperiorem orationem, hoc pacto. Acad. 12 b, Fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti atque decepti quidam, cùm eas diſſoluere non poſſent, deſciſcunt à veritate. ibid. Vt occurrere poſſimus interrogationibus eorum, captionesq; diſcutere. Acad. 13 a, Captioſiſſimo genere interrogationis vtuntur, quod genus minimè in philoſophia probari ſolet: cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur, Soritas hoc vocant. de Fin. 108 a, Quanta ab illis varietas argumentorum ratione concludentium? eorumq; cum captioſis interrogationibus diſſimilitudo.

INTERROGATIVNCVLA,læ.*rogatiuncula.* Parad. 116 a, Cato minutis interrogatiunculis quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. de Fin. 107 b, Pungunt quaſi aculeis, interrogatiunculis anguſtis: quibus etiamſi qui aſſentiuntur.

INTERROGATVS,a,um. Orat.209 a, Vt interrogando vrgeat, & rurſus quaſi ad interrogata ſibi ipſe reſpondeat. de Or. 129 a, Hic meus frater à Philippo interrogatus quid latraret, furem ſe videre reſpondit.

INTERROGO,as.*quæro, percunctor.* Tuſc. 160 a, Socrates puſionem quendam interrogat quædam geometrica de dimenſione quadrati. Part. 229 b, Sic ego te viciſſim eiſdem de rebus interrogabo. I. V. 31 b, Quid enim te de Hiſpanienſibus flagitijs tuis ſordidiſſimisq; furtis interrogem? I.C.99 b, Interrogas me, num in exilium? non iubeo. Acad. 20 a, Si quis deus te interroget, &c. vtinam quidem roget. Acad. 10 a, Qui ita interrogant, ab his irridentur. de Leg. 185 a, Cùm magiſtratus interrogaſſit. *id eſt, interrogauerit.* * Qu. fr. 308 a, Ille furens & exanguis interrogabat ſuos in clamore ipſo, quis eſſet qui plebem fame necaret? reſpondebant operæ, pompeius.

INTERROGOR,ris. Aca. 10 a, Interrogari ab aliquo. de Or. 118 b, Interrogari de aliquo.

INTERRVMPO,is.*interpello, dirimo, deleo.* de Nat. 49 a, Contingere idem terræ neceſſe, vt omnibus eius partibus in mediũ vrgentibus nihil interrumpat, quo labefactari poſſit tanta contentio grauitatis & ponderum. * Ep. 157 b, *Planci.* Pontesq; quos feceram interumpi.

INTERVPTE *.intercisè, vel inciſim. )(. continenter, perpetuò.* de Or. 139 a, Interruptè narrare aliquid.

INTERRVPTVS,a,um.*intermiſſus, inſiſtens, claudicans, infractus, amputandus.)( vnus, par, idem, perpetuus, continens, continuatus.* de Pr. 72 a, Interpellatio familiaris mei, quâ paulò antè interrupta eſt oratio mea. Epiſt. 64 a, Sed multa varietate temporum interruptum officium cumulatè reddidi. Ep. 251 b, Amicitia lõgis interuallis temporis interrupta. de L. 157 b, Nec tam facilè interrupta cõtexo, quàm abſoluo inſtituta. Ep. 14 a, Non offendẽs eundem bonorũ ſenſum Lentule, quẽ reliquiſti: qui cõfirmatus conſulato noſtro, nonnũquam poſtea interruptus & afflictus ante te Cos. recreatus abs te totus eſt. pro Cel. 50 a, Interruptis ac morientibus vocibus ſignificare aliquid de Somn. 129 b, Hos qui terram incolunt, interruptos ita eſſe. vt, &c.

† Syntaxis. *Interrupta oratio, officium, amicitia, bonorum ſenſus, voces. Interruptum & afflictum. Interrupta & moriens vox.*

INTERSCINDOR, ris. de Leg. 171 a, Et à tergo pontem interſcindi iuſſit.

INTERSCRIBO,bis. Att. 95, Nam quas multo antè tuas acceperam literas, in quibus ἐπέχε interſcripſeras. *(al ἐπέχειν te ſcripſeras)* quid eſſet mihi faciendum de relinquendo, eę me pungebant.

INTERSECO, as. ad Her. 20 b, Vt eas res inſerere atque interſecare videamur in animis auditorum.

INTERSEPTVS,a,um *incluſus, obſtructus* pro Cor. 63 b, Ne interſeptum ſit his iter ad hoc ampliſſimum præmium ciuitatis. Tuſc. 158 a, Foramina terrenis concretisq; corporibus interſepta.

INTERSPIRATIO,onis.*reſpiratio.* de Or. 159 a, Interſpirationis clauſula. & ibid. b, Aequalibus interſpirationibus vtebantur.

INTERSVM,es *adſum.)(. deſum.* de Sen. 78 a, Sæpe interfui querelis meorum æqualium. Att. 237 a, Tu plura audis, & interes cõſilijs. de Diu. 140 b, Nõ placet Stoicis, ſingulis iecorum fiſſis, aut auium cantibus intereſſe deum. Ep. 8 b, & Att. 139 a, Melioris ciuis & viri putabam, quouis ſupplicio affici, quàm illi crudelitati non ſolum præeſſe, verum etiam intereſſe. de Inu. 61 a, Ipſe interfuit, & præſens vidit. pro S. R. 24 b, Roſcius ne in conuiuio quidem vllo ferè interfuit. pro S.R. 36 b, Quibus in rebus intereſſe non poſſumus. pro Cl. 52 a, Hic teſtamento faciendo interfuit. I.V. 75 a, Intereſſe in conſilijs aliquorum. de In. 54 a, Intereſſe in aliquo negocio. Epiſt. 219 a, Qua in re ego interfui. de Inu. 64 a, Ratiocinatio dicitur tum interfuiſſe, cum, &c. ad Her. 3 b, Quibus in rebus alicuius firma autoritas videbitur interfuiſſe.

¶ *Intercedo.* I. C. 111 a, Tybris inter eos & pons intereſt. in An. 246 b, Si maria, montes, regionum magnitudines intereſſent, odiſſes eum. de Sen. 90 a, Cuius inter primum & ſextum conſolatum ſex & quadraginta anni interfuerunt.

† Syntaxis. *Intereſſe querelis, conſilijs, in conuiuio, conuiuio, faciendo teſtamento. In hac re principis autoritas interfuit. Inter nos & illos pons intereſt.*

INTERTRIMENTVM, ti.*detrimentum.* I. V. 103 a, Cum eo ſine vllo intertrimento conuenerat.

INTERVALLVM,li.*ſpacium, diuiſio, diſcrimen.* de Or. 141 b, Vtendum eſt locis multis, illuſtribus, explicatis, modicis interuallis. Ep. 6 a, Vt quoniam interuallo locorum & temporum diſiuncti ſumus, per literas tecum quam ſæpiſſimè colloquar. de Fin. 84 b, Dolor ſi longus, leuis: dat enim interualla, & relaxat. Acad. 39 a, Satis eum longo interuallo ad ſuam villã reduximus. I. V. 236 b, At cum in Italia bellũ tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia nõ fuit. quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo, pars eius belli in Italiam peruaſit. de Nat. 36 b, Neq; Mercurius à Sole lõgius quàm vnius ſigni interuallo diſcedit. & ibid. Lucifer nunquam à Sole duorum ſignorum interuallo longius diſcedit. de Or. 100 b, Omnia ferè, quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerũt: vt, &c. In Geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. de D. 127 b, Deinde alio interuallo diſtet *Luna* a Sole. Reliqua verò tria interualla infinita & immenſa, à Sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad Saturni ſtellam. de Vn. 202 a, Fore vt certis temporũ interuallis animal oriretur. de N. 7 a, Opinio eſt, natiuos eſſe deos longis interuallis orientes occidentesque. de Somn. 129 a, Illi octo curſus ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos. de Som. 128 a, Sonus interuallis coniunctus imparibus, ſed tamẽ pro rata portione diſtinctis. de Or. 160 a, Diſtinctio & æqualium & ſæpe variorum interuallorum percuſſio numerum conficit. & ibid. Numerum in cadentibus guttis, quod interuallis diſtinguuntur, notare poſſumus. & ibid. Quod metiri poſſumus interuallis æqualibus. Orat. 201 b, Diſtincta alios & interpuncta interualla, moræ, reſpirationesq; delectant. Or. 214 b, Numerus interuallis, compoſitio vocibus apparet. & ibid. Interuallorum longorum & breuium varietas. & 216 a, Pedes non ſyllabis, ſed interuallis metiendi, & ibid. Trochæus, qui temporibus & interuallis eſt par iambo. cont. Rull. 83 b, Vide quãtum interuallum ſit interiectũ inter maiorum noſtrorum conſilia, & iſtorum dementiam. Pro Rab. 93 a, Quantum interuallum inter te atq; illum interiectum putas? * de Cl. 186 a, Sic interuallis, acclamationibus, voce ſuaui & canora, admirando irridebat. ad Herẽ. 20 a, Interuallis longioribus vti Tuſc. 156 b, Harmoniam ex interuallis ſonorum noſſe poſſumus, quorum varia compoſitio etiã harmonias efficit plures. de Vn. 199 a, Deinde inſtituit dupla & tripla interualla explere, partes rurſus ex toto interſecans, quas interuallis ita locabat, vt in ſingulis eſſent bina media. ibi. Seſquialteris interuallis, & ſeſquitertijs, & ſeſquioctauis ſumptis, ex his colligationibus in primis interuallis ſeſquioctauo interuallo ſeſquitertia omnia explebat. ibid. Eius particulæ interuallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem. Acad. 44 a, Quę autem moueantur, omnia interuallis moueri: quæ interualla item infinitè diuidi poſſint.

¶ *Tempus vt tanto interuallo, longo interuallo. quod Virgil. dixit, Longo poſt tempore. Cic. Multis poſt annis, dein: longo interuallo poſt, ſemel vſurpauit, quod nimis ſæpe vſurpant noui.* pro Mur. 127 b, Ego verò tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis refregi. con. Rull. 65 b, Perficiam vt huius ordinis autoritas, quæ apud maiores noſtros fuit, eadem nunc longo interuallo reip. reſtituta videatur. Qu. fr. 323 b, Dierum iam amplius L. interuallo nihil à te, nihil à Cæſare, nihil ex iſtis locis, non modò literarum, ſed ne rumoris quidẽ affluxit. de Clar. 166 a, Quoniam longo interuallo modò primum te paulò hilariorem video. pro Cl. 55 a, Satis lõgo interuallo pòſt iterum aduocantur. pro Mutæ. 128 b, Vt cùm longo interuallo veneris, contendas, &c. I. A. 194 a, Hodierno die longo interuallo ad ſpem libertatis exarſimus. Attic. 282 a, Venio nunc longo ſanè interuallo ad quandam epiſtolam. Attic. 177 a, Longo enim interuallo video mutata eſſe omnia. cont. Rull. 66 a, Me perlongo interuallo propè momoriæ temporumq; noſtrorum primum hominem nouum conſulem feciſtis. pro S. R. 20 a, Longo interuallo iudiciũ inter ſicarios hoc primum cõmittitur. I.V. 65 b, Conſuetudo longo interuallo repetita atq; relata. & 79 a, Lõgo interuallo veterẽ cõſuetudinem

retuli,

retuli. Att. 3 a, Et nos longo interuallo viſeris. Epiſt. 104 a, Tu ſi interuallum longius fuerit mearum literarū, ne mireris. In Ver 265 b, Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter non Dionyſius ille, &c. ſed quoddam nouum mōſtrum. pro Clu. 32 a, Si cum animis veſtris longo interuallo recordari illius vitam volueritis. de Cl. 32 a, Cùm res priuatæ longo interuallo iudicijs repetentur. pro Flac. 161 a, Longo interuallo Romam venis. pro Ar. 186 b, Interim ſatis longo interuallo venit Heracleam. pro Fl. 165 a, Interim neq; ita longo interuallo ille venit, de Prou. 75 a, An laurea illa amittet longo interuallo viriditatem? Ep. 251 b, Amicitia longis interuallis temporis interrupta. Off. 7 a, Illa quæ quaſi longo interuallo interiecto videmus. Ac. 148 a, Studia, quæ longo interuallo intermiſſa reuocaui. Epiſt. 251 a, Primùm vt te tanto interuallo viderem. Att 66 a, Et ille Latinus ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus. Orat. 219 a, Interuallo dicere. *id eſt, ex interuallo, vel cum diſtinctione.* ad Heren. 2 a, b, Crebris interuallis & diuiſionibus oportebit vti.

† Syntaxis. *Interuallum (ratione ſpacij, in tempore, in loco.) Dare interuallum. Longo interuallo redire. D .orum dierum interuallo diutius. Longo interuallo ſtudia intermiſſa. Cum animo ſuo interuallo recordari longo. Longo interuallo interiecto. Ex interuallo dicere, ſequi. Interuallo inſequi, dicere.*

INTERVENIO, nis. *de improuiſo venio, interſum.* de Nat. 5 b, Vt hic qui interuenit, ne ignoret quæ res agatur. de Orat. 110 a, *bis*, Vereor tamē, ne moleſti vobis interuenerimus. Att. 242 b, & ad Her. 4 a, Quam orationem cum ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit. Att. 231 a, Magni intereſt Ciceronis, me interuenire diſcenti. Att 29 b, Statius interuenit nonnullorum querelis, quę apud me de illo ipſo habebātur. ad Her. 4 a, Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur. I. A. 169 a, Sed citò Curio interuenit, qui te à meretricio quæſtu abduxit. I. A. 179 a, Quid eundem in ſeptemuiratu nónne deſtituiſti? interuenit enim. de Pro. 70 b, Niſi C. Virgilius interueniſſet. pro Clu. 27 a, Cùm multi boni viri ex occulto interueniſſent. Tuſc. 199 a, Dolore non interueniente, aut ſi interueniret, &c.

¶ *Contingit.* Epiſt. 98 a, Caſus viro mirificus quidam interuenit, quaſi teſtis opinionis meæ. de Fin. 61 b, & Tuſcul. 233 b, Epicurus exiguam dicit fortunam interuenire ſapienti.

INTERVENITVR. Top. 227 a, Vt ſi interuentum eſt, cùm ageretur aliquid.

† Syntaxis. *Oranti interuenire, id eſt, intereſſe. Caſus interuenit illi.*

INTERVENTOR, oris. de Fat. 140 a, Quodam liberiore quàm ſolebam, & magis vacuo ab interuentoribus die.

INTERVENTVS, tus. *inopinatus aduentus.* in C. 112 a, Tum interuentu Pontini pugna ſedatur. de Nat. 23 a, Suppeditatio bonorum nullo malorum interuētu. Att. 55 a, Quod vereor, ne tardius interuentu Varronis noſtri facias. Part. 232 b, Si interuentus alicuius, aut interpellatio, &c. dederit occaſionem nobis aliquam. Att. 258 a, Caleni interuētum & Caluenæ cauebis.

INTERVERSVS, a, um. I. V. 215 b, Qui ſi intellexerint interuerſo regali hoc dono, grauiter vos tuliſſe, &c. item, Is intellexit poſſe ſe interuerſa ędilitate Piſone conſule prætorem renunciari.

INTERVERTO, tis. *præripio, intercipio.* I. A. 175 b, Ille induxit, vt peteret promiſſum, & receptum interuertit, ad ſeque tranſtulit.

INTERVISO, ſis. *inuiſo.* Epiſt. 95 b, Quodq; minus nos interuiſis, hoc fero animo æquiore. Qu. fr. 319 a, Vrbanam expolitionem vrget ille quidem, ſed etiam ipſe crebrò interuiſo.

INTESTATÒ. *aduer. inteſtatus, nullo facto teſtamento.* de Or. 100 a, Paterfamiliâs inteſtatò mortuus eſt, & de Inu. 81 a, & ad Her. 4 b, & I. V. 99 b, & de Orat. 99 b.

INTESTATVS, a, um. *inteſtatò.* pro Clu. 53 a, Haud hęres eſt Cluentius, inteſtatum dico eſſe mortuum. I. V act. 4, Atq; ita propinqua, vt ea etiamſi inteſtata eſſet mortua, Epicratem Bidinorum legibus hæredem eſſe oporteret.

INTESTINVM, ni. *ilia, viſcera,* de Nat. 54 a, Reliquiæ cibi depelluntur tum aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxātibus. Epiſt. 107 a, Cùm grauiter ex inteſtinis laborarem. * de Nat. 53 b, Ex inteſtinis & aluo ſecretus à reliquo cibo ſuccus is, quo alimur, permanat ad iecur per quaſdam à medio inteſtino vſque ad portas iecoris ductas ac directas vias.

INTESTINVS, a, um. *intimus, domeſticus.* Att. 228 b, Ingrauеſcit enim indies inteſtinum malum. I. V. 84 a, Occultū inteſtinum ac domeſticum malum. I. C. 110 b, Bellum inteſtinum ac domeſticum. con. Rull. Incluſum malum inteſtinum ac domeſticum eſt. Epiſt. 179 a, Inteſtinum vrbis malum. ibid. 49 b, Quid eſt, quòd tantoperè te commoueat tuus dolor inteſtinus? * Acad. 13 a, Neque vt quicquam intereſſet inter inteſtinum & oblatum *tremorem & pallorem.*

† Syntaxis. *Occultum, inteſtinum ac domeſticum malum. Incluſum & inteſtinum. Inteſtinus timor. Dolor inteſtinus, bellum.*

INTEXO, xis. *contexo, interpono, implico.* Partit. 230 b, Cùm parua magnis, ſimplicia coniunctis, obſcura dilucidis inteximus. Attic. 207 a, Scis me antea orationes, aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, vt Varronem nūquam poſſem intexere. de Orat. 114 b, Aliquid in cauſa prudenter intexere. Att. 211 a, Te ἀσμενέστατα intexui.

INTEXTVS, a, um. *contextus.* ad Her. 38 b, Veſtis coloribus varijs intexta. de Nat. 54 a, Vtręq; autem *venæ & arteriæ* crebræ multæq; toto corpore intextæ.

† Syntaxis. *Intexere amicum in lucubrationem. Venæ corpore intextæ.*

INTIMÈ. *enixè, ex animo.* Qu. fr. 300 a, Aliquem alicui ab aliquo intimè commendari.

INTIMVS, a, um. *reconditus.* I. V. 223 a, In eo ſacrario intimo fuit ſignum Cereris. de Inu. 65 a, Animi quidam intimus ſenſus. pro Syl. 179 b, Intima cogitatio. Attic. 82 a, Sed angor intimis ſenſibus. Tuſc. 186 a, Intimus ſermo. in Verr. 69 b, Ad intima iſtorum conſilia peruenimus. de Nat 39 b, Itaq; in ea dea, quæ eſt rerum cuſtos intimarum, omnis precatio & ſacrificatio extrema eſt. de Orat. 93 a, Penitùs in eam ipſam diſputationem penè intimam perueniſtis. Or. 114 b, Quæ diſputatio non eſt huius inſtituti ſermonis, ſed artis intimæ. Acad. 40 a, Multa admiſcui ex intima philoſophia. de Leg. 159 a, Sed penitùs ex intima philoſophia haurienda iuris diſciplina eſt. Ep. 217 a, Itaq; abdidit ſe in intimam Macedoniam. pro Cæl. 50 b, Nam ſi eſſent in veſtibulo, non laterent, ſin ſe in intimum conijcere vellent, non ſatis commodè, &c.

*Domeſticus.)(.alienus,* In An. 196 b. Antonius intimus erat Clodio. in Cat. 106 a, Intimus alicuius. Att. 63 b, Itaq; in intimis eſt meis, cùm antea notus non fuiſſet. Epiſt. 31 a, L. Valerius eſt ex meis domeſticis atque intimis familiaribus. Qu. fr. 305 a, Intimus, proximus, familiariſſimus quiſq; ſibi pertimuit, aut mihi inuidit, pro S. R. 37 b, Tecti ad alienos eſſe poſſumus, intimi multo apertiora videant neceſſe eſt.

† Syntaxis. *Intimus animi ſenſus, ſacrarium, cogitatio, ſermo, conſilium. Intima penitùs diſputatio. In intimam Rhetiam ſe abdere. Conijcere ſe in intimum. Clodius Antonio intimus. In intimis alicuius eſſe. Intimus eſt Cæſ. Brutus. Intimus, proximus, familiariſſimus.*

INTOLERABILIS. *intolerandus, non ferendus.* I. A. 185 a, Intolerabile eſt ſeruire impuro. & Qu. fr. 305 b, & Ep. 185 a, de Nat. 51 b, Intolerabilis fœditas odoris. Tuſc. 217 a, Cui nihil intolerabile ad demittēdum animum videri poteſt. Att. 178 b, & de Orat. 159 a, Mihi omnia ſunt intolerabilia ad dolorem. de Am. 100 b, Admodum intolerabilis iniuria. Epiſt. 35 a, Intolerabilia tributa exegi. Tuſc. 228 b, & de Orat. 218 b, Intolerabilis dolor. & 199 a, Intolerabile vitium. item, Intolerabile verbum. Att. 260 a. Intolerabilis Antonius.

INTOLERANDVS, a, um. I. V. 218 a, Res indigna & intoleranda videbatur omnibus. & 259 b, & pro S. R. 24 a, con. Rull. 63 b, Nunc proſpicite omnium rerum infinitam atq; intolerandam licentiam. pro Font. 283 a, Hæc immanis atque intoleranda barbaria. In Vat. 33 a, Intolerandus tyrannus.

INTOLERANTER, tius, ſsimè. *inſolenter.* I. V. 35 a, Tu de tuis diuitijs intolerantiſſimè gloriaris. de Orat. 128 a, Intolerantiùs ſe iactare. Tuſcul. 179 b, Intolaranter dolere.

† Syntaxis. *Ad animum demittendum nihil eſt intolerabile. Intolerabilis iniuria, homo. Indignum & intolerandum. Infinitum & intolerandum. Immanis & intolerandus tyrannus. Intoleranter gloriari, dolore.*

INTOLERANTIA, tiæ. *inſolentia.* contra Rull. 72 b, Perſpicite hanc poteſtatem, non priuatorum inſaniam, ſed intolerantiam regis eſſe dicetis. pro Clu 48 b, Quis eum cum illa ſuperbia atq; intolerantia ferre potuiſſet?

INTONO, as. *ſono, tono.* pro Mure. 143 b, Iam enim heſterna concione intonuit vox pernitioſa deſignati Tribuni. de Diu. 102 a.

*Partibus intonuit cæli pater ipſe ſiniſtris.*

INTONSVS, a, um. *)(.tonſus.* Tuſc. q. 204 a, Scindens dolore idem intonſam comam. & 196 a, Accij.

INTORQVENS, tis. *diſtorquens.* de Orat. 133 b, Teſtius in dicendo mentum intorquens.

INTORQVEO, es. *immitto, iacio, iaculo.* de Aruſ. 245 a, Si quod in me telum intorſerit, ſtatim, &c. At. 140, Sed vereor, ne Pompeio quid oneris imponam, μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat.

**Intorqveor**,ris.*iacior.* Tuſc. 226 a, Alternis enim verſibus intorquentur inter fratres grauiſſimæ contumeliæ.

**Intra**.*inter,in interiore parte.* Att. 127 b, Qui regionibus excluſi intra præſidia atq; intra arma aliena veniſſent. pro Seſt.16 a, Antiochus intra montem Taurum regnare iuſſus eſt. I.V. 194 b, Locus intra Oceanum iam nullus eſt, quo,&c. pro Pom.10 b, Nulla intra Oceani oſtium nauis eſt. de Orat. 122 a, Noſſe regiones, intra quas venêre & peruestiges, quod quęris.pro Cec.289 a,Ingrediens intra finem eius loci,quē, &c. Att.43 b,Quod facilè fuiſſet,niſi intra parietes meos de mea pernicie cōſilia inirētur.Bru. 289 a, Cùm tantum inſideat intra muros mali ad Her. 24 b,Ipſe intra carcerem ſtet.I.V.73 a,Omnia commemorabuntur, quæ intra decem annos, poſteaquam iudicia ad ſenatum translata ſunt,in rebus iudicandis nefariè & flagitiosè facta ſunt. Ep.49 a, Sed quoniam Cæſar fortaſſe arbitraretur,me hanc rem non putare,ſi perpetuò tacerē, modicè hoc faciam,aut etiam intra modum, vt,&c. Epiſt. 143 à, Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnà non modò non contra legem ſi vlla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem,& quidem aliquanto.

† Syntaxis. *Intra, ratione loci : vt intra muros. ratione modi:vt, modicè,vel intra modum loqui,& intra legem, temporis : vt, intra decem annos, quæ facta ſunt.*

**Intractatvs**,a,um,*indomitus.* de Amic.109 a, Qui non eo quo conſueuit, libentiùs vtatur, quàm intractato & nouo *de equis loquitur.*

**Intrandvm**. de Fin.135 a, Intrandum eſt igitur in rerum naturam, &c.

***Intrans**,tis. pro Q. Gall. Videbar mihi videre alios intrantes, alios exeuntes.

**Intricor**, aris.)(.*extrico.* de Fat. * Chryſippus intricatur hoc modo.

**Intro**,as.*introeo,ineo,ingredior, accedo.* Ac.30 b, Nulla acies humani ingenij tanta eſt, vt penetrare in cœlum, terram intrare poſſit. Tuſc. 161 b, Niſi animus antequam corpus intraſſet,in rerum cognitione viguiſſet. de Nat.28 a,Cùm Gracchus pomerium intraſſet.pro R.P.126 a,Rabirius regnum intrauit.I.A.175 a, Tu illam domum ingredi auſus es?tu illud limen intrare?pro Cec. 289 a, Qui illum olearum ordinem intraſſet pro Dom.214 a,Intrare in Capitolium non debuiſti. Qu.fr.202 b, Qui in tuam familiaritatem penitus intrârit. de Or.118 b, Tum definitio in mentem iudicis intrare non poteſt. de Orat.102 a, Si hæc quæ patefacit oratione ſua Craſſus, intrare volueritis.

† Syntaxis.*Intrare terram, regnum, limen ordinem olearum, in Capitolium, in familiaritatem. In mentem definitio intrat. Intrare ea quæ dicta ſunt.*

**Introdvco**,cis.*induco facio,adduco,fingo,inuenio.* Tuſc.230 a, Socrates philoſophiam deuocauit è cœlo & in vrbibus collocauit,& in domos etiam introduxit.in Sal.272 a,Iuſtius huic quàm mihi ſuccenſere debetis, qui initium introduxit.de Fa.145 a, Epicurus introduxit declinationem atomorum. & 144 a, Qui introducunt fatum de Nat.6 a, Plato, qui natum mundum introduxit. Off.54 b, Panætius non videtur huiuſmodi deliberationem introducere debuiſſe:in qua,&c. Offic.76 a, Epicurei prudentiam introducūt, ſcientiam ſuppeditantem voluptates.de Amic. 96 a, Quaſi enim ipſos introduxi loquentes. Att. 261 a, Poſſumus etiam vt ſponſores appellentur, procuratorem introducere.Acad.33 a,de Fin. 115 b, Introducebat enim Carneades,ſummum bonum eſſe, &c.Epiſt.264 a.Introducere aliquam conſuetudinem. I.A.234 b, L.Cæſar comitia & ambitionem introduxit in ſenatum.

**Introdvctio**,nis.Att.11 b,Iam verò ô dij boni rem perditam etiam noctes certarum mulierum, atq; adoleſcentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

**Introdvctvs**,a, um. Part.233 b, Introducta rei ſimilitudo.I.V. 191 a, Ex huiuſmodi principio conſuetudo æſtimationis introducta eſt. Anteq. 196 a, Quæ omnia ſunt pernicioſa, quod in remp. ſunt introducta. Qu. fr. 322 b, Gabinius à conſule retentus eſt, introducti publicani.de o.87 b, Qui in ſenatum introducti negauerunt. pro Clu. 25 b, Qui ſimulatq; introductus eſt, prima potione mulierem ſuſtulit.pro Cæl. 44 b, Iam ipſe tecum nulla introducta perſona loquar.

† Syntaxis. *Introducere fatum, ſapientiam in animum. Introducere loquentes in colloquio,ſcripto. In Senatum ambitionem.*

**Introeo**, is. *intro,in aliquem locum adeo.* Att.105 b, Scribis Pompeium in vrbem introiſſe. de Orat. 100 a, Mancinus in ſenatum introire non dubitauit.Attic 158 a,In domum alicuius introire. I. P. 91 b, Quaſi verò ad rem pertineat, qua tu porta introieris,modò ne triumphali. Epiſt.259 b, Simul nobiſcum in oppidum introiuit Terentia.de Amic. 98 b, Quem fuit æquius, vt prius introieram in vitam,ſic prius exire de vita.in Ant.173 b, An tu illa veſtibula cùm aſpexiſti, domum tuam te introire putas?

† Syntaxis. *In vrbem,& domum introire,in vitam.*

***Introefro**, fers. *importo.* I.V.259 b, Vt cibum tibi inferre liceat.

**Introferor**, ris. *importor.* in Verr.242 b, Noctu introferri ſolitus eſt ad mulierem. & 259 b, pro Fl. In oppidum introferetur.

**Introitvs**,tus. *aditus.* pro Cel. 288 b, At iſte ad omnes introitus, qua adire poterat in eum fundum, armatos homines opponit. de Nat.55 a, Aures duros & quaſi corneolos introitus habent. in Verr.230 a, Signum quod eſt ad introitum Ponti.* I.V.252 a, Quod eſt littus in inſula Syracuſis poſt Arethuſæ fontem, propter ipſum introitum atque oſtium portus, amœno ſanè & ab arbitris remoto loco.

¶ *Ingreſſio.* Attic. 16 b, Primus introitus fuit in cauſam fabulæ Clodianæ pro Cec. 292 b, Non ſolùm introitu, ſed omnino aditu prohiberi.pro Dom.228 a, Aduētus meus & introitus in vrbem qui fuit?in Ant. 231 a,Qui introitus in Smyrnam? pro Cæl. 38 a, Ac mihi quidem videtur hic introitus defenſionis adoleſcētiæ M. Cælij maximè conuenire.

† Syntaxis. *Introitus aurium,orationis, vrbis. Aduentus & introitus.igitur & ratione loci,& actionis incipientis.*

**Intromissvs**, a, um. pro Syl. 177 a, Vt intromiſſus me in meo lecto trucidaret.

**Intromitto**,tis. Epiſt. 15 a, Si quando illa dicet, Phædriā intromittamus comeſſatum:tu,&c.

**Introspicio**,cis.*inſpicio.* de Aruſp.251 a, Ne quis introſpicere poſſit tuam domum. pro Syl.181 b, Perſpicite etiam, introſpicite omnium mentes. de Fin. 89 a, Tute introſpice in mentem tuam.pro Fon.283 a, Age verò nunc inferte oculos in curiam, introſpicite penitùs in omnes reip. partes. de Diu. 130 a, Cauſas omnium introſpicere.

**Introvoco**,as.*accerſo,aduoco.* pro C. Cor. 1, Nec criminoſius tribus ad legem accipiendam, quàm ad collegam reddendum priuatum, introuocare.

**Introvocor**,ris *accerſor,aduocor.* I.V. 89 b, Cur filiam tuam non introuocari iubes?

**Intrvdo**,dis.pro Cec.287 b, Atq; etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat.

**Intvendvs**,a,um.in Ant.238 b, Non tam veteranos intuendos vobis arbitror,quàm quid tyrones milites ſentiant.

**Intvens**,tis.Tuſc.339 b, Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus, videri neceſſe eſt miſerum. de Clar. 196 a, Sed in te intuens Brute doleo, cuius, &c. de Or. 85 b, Ac mihi quidem in ſummos homines intuenti, quærendum viſum eſt, quid ſit,&c. Tuſc.240 a, Delecti pueri ad nutum illius intuentes diligenter miniſtrabant. de Or. 96 b, Cōmonere aliquem, quo quidq; referat, & quò intuens ab eo quodcunq; ſibi propoſuerit, minus aberret. * de Vni. 201 a, Quot igitur & quales animalium formas mens in ſpeciem rerum intuens poterat cernere.

**Intveor**, ris.*video,tueor.contueor, contemplor, aſpicio* de Diu. 85 b, An Achiuorum exercitus & tot nauium rectores nō ita profecti ſunt ab Ilio, vt profectione læti piſcium laſciuiam intuerentur(vt ait Pacuuius) nec tuendi ſatietas capere poſſet. Anteq. 196 b, Non ſolùm cunctam intueri, ſed etiam tueri poteſtis ciuitatem. pro Pom.11 b, Pompeium omnes ſicut aliquem de cœlo lapſum intuentur. Ac.16 b, Me omnes intueri.de ſom.129 a, Intueri ſolem nequimus aduerſum.Tuſc.183 b, Qui cùm acriter oculis deficientē ſolem intuerentur, vt aſpectum omnino amitterent, ſic mentis acies ſeipſam intuens nonnunquam hebeſcit, ob eamq; cauſam contemplandi diligentiam amittimus. Ep. 73 a, Intueri aliquid oculis, aut animo complecti. contra Rul.81 a, Intentis oculis omnes reip. partes intueri. Orat. 199 a, Oratores voluntatem eorum qui audiunt, intueri debent.de Or. 154 a, Dummodò illa ad hanc ciuilem ſcientiam, quò pertinent, & quam intuentur, transferamus. de Fin. 60 b, Intueri aliquid acri & attento animo. I.V. 265 a, Frequentia quæ nunc animo te iniquiſſimo infeſtiſſimoq́, intuetur.de Pr.73 a, Intueri aliquem coràm. de Or. 100 a, Intueri huc atque illuc.I.C.113 a, Ille terram intuebatur. Attic.281 a, Intuere me ipſum, qui, &c. pro Planc. 280 b, Hos ego tum animo intuebar. pro Dom.222 b, Intuemini pauliſper animis iuuentutem. pro Pl.259 a, Intueri & contemplari aliquem.de Amic.100 a. Amicum qui intuetur,tanquam aliquod exemplar intuetur ſui. Or.197 b, Aliquid intueri,in eoq́, defixum eſſe. Tuſc. 299 b, Qui rerum naturam ſtudioſè intuerentur. pro Mil.109 b, Ora omnium atq; oculos intuemur. Epiſt. 14 a, Qui ſplendorem & ſpeciem huius vitæ intuentur. Tuſc.181 a, Intueri in aliquam rem. * pro Marc.135 b, Quam *vitam* ipſa æternitas ſemper intuebitur.

† Syntaxis. *Intueri aliquid in aliquem, ad nutum. Intueri oculis, & intentis oculis. Intueri voluntatem. Acri animo intueri, infeſto, iniquo, coràm. Intueri & contemplari. intueri aliquid, & in eo defixum eſſe.*

INTVS.)(*.foris.* de Fin. 58 a, pro Mur. 143 a, Intus, intus eſt equus Troianus I.C. 106 b, Intus incluſum periculum eſt. de Vn. 201 a, Deus omnia animalia intus in mundo incluſit. de Sen 79 b, Nec verò ille in luce modò & oculis ciuium, ſed intus domiq; præſtantior. pro Deiot. 149 b, Vbi id quod intus eſt atq; noſtrum impunè euolare poteſt. de Or. 134 b, Naſica ſenſit illum intus eſſe. de Fin 93 b, Quæ ſunt intus in domo. pro Syl. 170 a, Ille relictus intus, expectatus foris. contr. Rul. 8 a, Atq; hoc carmen ille non vobis, ſed ſibi intus canit.

† Syntaxis. *Intus & domi pius.)(.in luce & oculis omnium. Sibi intus canere. id eſt, in animo. Intus in mundo.*

INVADO, dis. inuaſi. *impetum facio, inuolo, irruo, irrumpo, peto, vim facio.* Tuſc. 175 b, Si quis vniuerſam philoſophiam velit vituperare, ſecundo id populo facere poſſit: vel ſi ea quę nos maximè ſequimur, conetur inuadere, magna habere poſſit auxilia reliquorum philoſophorum diſciplinis. I.A. 153 b, Fugitiuus ille, qui in C. Marij nomen inuaſerat, in Sal. 273 b, Qui iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem meam inuaſiſti. I.A. 231 a, In Galliam Antonius inuaſit, in Aſiam Dolabella, alienam vterq; prouinciam. Qu. fr. 322 b, Imperator noctu vrbem hoſtium inuaſit. I.V. 86 b, Inuadere in vrbes hoſtium cum exercitu. vi pro S.R. 19 b, Inuadere in pecunias alterius nullo iure. & 20 b, In fortunas alterius inuadere. pro S.R. 22 a, Iſte in prædam huius inuadit. I.A. 168 a, In multas præterea pecunias alieniſſimorum hominum inuaſit. pro Cec. 289 b, In aliquē aduenientem cum ferro inuadere. I.A. 176 a, Cùm mulier fleret vberius, is caput aperuit, in collum inuaſit. de Diu. 122 b, Auis fame enecta in offam pultis inuadit. Tuſc. 219 b, An L. Brutus, &c. effrenatius in Aruntem inuaſerit. de Nat. 35 b, Ignis quocunq; inuaſit, cuncta diſturbat & diſſipat. Offic. 49 a, Modò enim hoc malum in hanc Rempub. inuaſit. Tuſc. 175 b, Si quis ea, quæ nos maximè ſequimur, conetur inuadere Offic. 58 b, Panætius negat, vllam peſtem maiorem in vitam hominum inuaſiſſe, quàm eorum opinionem, qui iſta dixerunt. Ep. 260 b, Mirus furor inuaſit improbos. Epiſt. 11 a, Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere. pro Seſt. Neq; quenquam offendet oratio mea, niſi qui ſe ita obtulerit, vt in eum non inuaſiſſe, ſed incurriſſe videamur.

INVADOR, ris. Off. 16 a, In quo me ab inuidis inuadi ſolere audio.

† Syntaxis. *Inuadere in aliquem, in alicuius nomen, vrbem, in collum. Quo inuadit ignis? Furor improbos inuadit. Inuadere in alicuius pecunias. Inuadere in arcem cauſæ.*

INVALESCO, ſcis. *nouas vires ſumo, confirmatior fio.* pro Mu. Qui rex ſibi aliquot annis ſumtis ad confirmandas rationes & copias belli, tantùm ipſe opibus conatuque inualuit, &c.

INVALETVDO, nis. *valetudo infirma.* Att. 100 a, Inualetudo tua valde me conturbat. & 104 a, Inualetudine tua moueor.

INVECTIO, onis.)(*.exportatio.* Off. 35 a, Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio certè nulla eſſet. de Inu. 82 b, Clementia per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis *(al. inferioris)* concitati, comitate retinentur.

INVECTVS, a, um. *aduectus.* de Fin. 141 a, Rex Perſes eodem flumine inuectus. de Som. 127 a, Cùm eris curru in Capitolium inuectus, offendes rempub. &c. pro Mur. 131, Cùm bellum inuectum totam in Aſiiam eſſet. de Inu. 42 a, Incommoda inuecta per aliquem. * Tuſc. 233 a, Ira cœlitum inuectum malum. de N. 21 b, Cùm volucres angues ex vaſtitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt atque conſumunt *ibes.*

¶ *Inuadens.* Att. 34 a, Diphilus in Pompeium petulanter inuectus eſt. Epiſt. 183 b, Piſo, qui in eum primus inuectus eſt. in Ant. 242 a, In totam deniq; M. Antonij domum ſum ſemper inuectus. * Frag. ep. In eam palàm vehementer eſt inuectus.

INVEEHENS, tis. *importans* de Nat. 17 a, Triton natantibus inuehens belluis adiunctis humano corpori.

¶ *Inſultans.* I.A. 147 b, De quo Cæſar in ſenatu apertè in te inuehens queſtus eſt.

INVEHO, his, *importo.* Off. 49 a, Paulus tantum pecuniæ in ærarium inuexit, vt, &c. I.V. 230 a, Cùm multa ex illo mari bella emerſerint, & multa in Pontum inuecta ſint. Tuſ. 196 a, Mala, quæ tibi caſus inuexerat. hunc aptè & quietè ferat. Tuſcul. 179 a, Nec mihi Euryſteus tantum inuexit mali.

INVEHOR, ris. *importor, inferor.* pro Mur, 114 b, In portum



ex alto inuehi.)(*.portu ſoluere.* de Pro. 76 a, Si in capitoliū inuehi victor geſtiret.

¶ *Inſurgo, inſulto, inuado.* de N. 58 b, Carneades libenter in Stoicos inuehebatur. pro Seſ. 5 b, Aſperè in aliquem inuehi. de Or. 137 a, Acerbè & contumeliosè inuehi in aliquem & prauiter. 143 a, pro Fl. 154 a, Nunc verò non inſultabo vehementius, nec volitabo in hoc inſolentius, neq; in iſtum nugatorem inuehar, neq; in iſto teſtimonio commouebor. de N. 79 a, Vehementius inuehi in aliquē. de Orat. 87 a, Cùm vehementiùs inueheretur in cauſam principum conſul Philippus. de Amic. 107 a, Acerbius in aliquem inuehi, inſectariq; vehementius. Epiſt. 96 a, Me, in quem inueheretur, delegerat. Tuſc. 204 a, Aeſchines in Demoſthenem inuehitur, quòd, &c. de Orat. 136 b, Inuehi & maledicere.

† Syntaxis. *Inuehens in Catonem Cæſar. Inuectus in domum Antonij. Inuehi in aliquem libenter, acerbè, aſperè, contumeliosè, vehementius. Inuehi & maledicere.*

INVENIO, nis. *reperio, deprehendo, perueſtigo, nanciſcor, conuenio.* Att. 76 b, Euerſam in perpetuum prouinciam nos inueniſſe ſcito. Epiſt. 65 b, Scis meam fortunam neſcio quomodo facilè obtrectatores inuenire. ad Her. 35 b, Dum eā vitaſtis uituperationem, quæ, &c. eam inueniſtis, vt timidi putaremini. de Fin. 53 b, Torquatus qui hoc primus cognomen inuenerit. pro S.R. 25 a, Ille quomodo crimen commenditium cōfirmaret, non inueniebat: ego res tam leues qua ratione infirmem, reperire non poſſum. * con. C. Ant. Cùm ex eodem ſtupro tibi & vxorem & filiam inueniſti.

INVENIOR, ris. de Orat. 123 a, Quomodo verum inueniatur, aut quomodo iudicetur. de Ora. 85 b, Cùm boni perdiu nulli, vix autem ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles oratores inuenirentur. de Cl. 167 b, Nihil acutè inueniri potuit.

INVENTIO, onis. Tuſc. 161 a, Illa vis quæ inueſtigat occulta, quæ inuentio atq; excogitatio dicitur. Ac. 8 a, Quæſtio eſt appetitio cognitionis, quęſtionisq; finis inuentio. ad Heren. 1 a, & de Inu. 44 a, Inuentio eſt excogitatio rerum verarum, aut veriſimilium, quæ cauſam probabilem reddant. ad Her. 1 a, Oportet in oratore eſſe inuentionē, &c. & b, Inuentio in ſex partes orationis conſumitur, exordium, narrationem, diuiſionem, confirmationem, confutationem, concluſionem. ibid. Vt de orationis partibus loqueremur, & eas inuentionis rationem accommodaremus. ad Her. 6 a, Cùm de oratoris officijs tractabamus, quorum inuentio & prima & difficillima eſt: ea quoque nobis erit hoc in libro propemodum abſoluta: & paruā partem eius in tertium volumen transferemus. & b, Quæ ratio poſſet inuentionem ad vnamquamq; conſtitutionē aut partem conſtitutionis accommodare. ad Her. 16 a, Ad omnem iudicialem cauſam quemadmodum conueniret inuentionem rerum accommodari. & 19 a, Nunc abſoluta nobis difficillima parte rhetoricæ, hoc eſt, inuentione perpolita, atq; ad omne cauſæ genus accommodata. ad Heren. 26 a, Cùm artis inuentionem Græcorum probaſſemus. de Inu. 44 a, Elocutio eſt idoneorum verborum & ſententiarum ad inuentionem accommodatio. Memoria firma animi rerum ac verborum ad inuētionem idoneorum *(alij omittunt hoc)* perceptio. ibid. Inuentio, quæ princeps eſt omnium partium, potiſſimum in omni cauſarum genere qualis debeat eſſe conſideretur. de Inuen. 51 b, Eius facti qui ſunt principes & inuentores, qui deniq; autoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli. de Inuen 57 a, Reprehenſio fonte inuentionis eodem vtetur, quo vtitur confirmatio. ibid. Nihil conſiderandum eſt in his omnibus inuentionibus, &c. Qare inuentionem & argumentationem, & expolitionem ex illis, quæ antè præcepta ſunt, hanc quoque in partem orationis transferri oportebit. de Inuen. 63 a, Primus liber, &c. genera controuerſiarum & inuentiones & conſtitutiones continebat. de Inuen. 67 a, Facilius ad inuentionem animus incedet. & 84 b, De inuentione prima ac maxima parte Rhetoricæ, ſatis dictum videtur. Top. 221 b, Vt igitur earum rerum, quæ abſconditæ ſunt, demonſtrato & notato loco, facilis inuentio eſt. Tuſc. 161 b, Quid eſt memoria rerum & verborum? Quid porrò inuentio? Profecto id, quo nec in Deo quicquam maius intelligi poteſt,

INVENTOR, oris. *autor.* de N. 58 b, Ariſtæus oliuæ inuentor dicitur. de Inu. 51 b, Deinde eius facti qui ſunt principes & inuentores, qui deniq; autoritatis eius & inuentionis comprobatores atq; æmuli. * de Inuen. 62 b, Veteres ſcriptores artis vſq; ab Principe illo atq; inuentore Tyſia repetitos vnum in locum conduxit Ariſtoteles. & 63 a, Ac tantum inuentoribus ipſis ſuauitate & breuitate dicendi præſtitit. de Orat. 89 a, Sed ego neq; illis aſſentiebar, neq; harum diſputationum inuētori & principi longè omniū

in di-

in dicendo grauiſſimo & eloquentiſſimo Platoni. de Cl. 188 a, Cuius te penè principem copiæ atque inuentorem benè de nomine ac dignitate populi Rom. meritum eſſe exiſtimare debemus. Orat. 202 b, Non enim inuentor, aut compoſitor, aut autor hæc complexus eſt omnia. de Fin. 55 b, Quæ ab illo inuentore & quaſi architecto beatæ vitæ dicta ſunt.

† Syntaxis. *Princeps & inuentor: & contrà inuentor & quaſi architectus veritatis. Inuentor, compoſitor, actor.*

**INVENTRIX**, cis. * de Orat. 86 a, Vt omittam illas omniũ doctrinarum inuentrices Athenas. Tuſc. 229 a, Tu *philoſophia* inuentrix legum, tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti. de Nat. 70 a, *Iupiter.* genuiſſe Mineruam dicitur, quã principem & inuentricẽ belli ferunt. & 71 b, Minerua, &c. quam Arcades Coriam. (*al Coryphaſiam*) nominant, & quadrigarum inuentricem ferunt.

**INVENTVM**, ti. de Orat. 92 a, Qui philoſophorum inuenta didiciſſet. de Sen. 93 b, Cùm tanta celeritas animorum ſit, &c. Tot artes, tot ſcientiæ, tot inuenta. pro Cl. 35 a, Alterius bene inuentis obtemperare. * de Conſ. Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & inſtitutis excultam conſtitutamq; habemus. pro Mur. 138 b, Cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur.

¶ *Eſt inſuper argumentatio, argumentum, ratio.* * de Inu. 51 b, Argumentatio eſt inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter oſtendens, aut neceſſariè demonſtrans. & 56 b, Quod & inuentum aliquam in rem probabile aut neceſſarium argumẽtatio vocatur, & eius inuenti artificioſa expolitio. Part. 230 a, Argumentum eſt probabile inuentum ad faciendam fidem.

**INVENTVS**, a, um. I. C. 114 b, Hæc in rempublicam coniuratio manifeſtè inuenta atq; deprehenſa eſt. pro Dom. 213 a, Multa diuinitùs à maioribus noſtris inuenta atque inſtituta ſunt. I. A. 176 b, Tu ergo vnus ſceleratè inuentus es, qui, &c. de Orat. 124 b, Nequaquam ſatis eſt reperire quid dicas, niſi id inuentum tractare poſſis. * Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt Solis & Lunæ.

† Syntaxis. *Vituperationem inuenire. Inuentio & excogitatio. Potius contradicendum ex rei natura. Artes, inuenta. Tu vnus ſceleratè inuentus, qui. (ego potius appellãdi caſu ponerem, ô ſcelerate.) Inuenta & deprehenſa coniuratio.*

**INVENVSTVS**, a, um. de Clar. or C. Cenſorius Græcis literis ſatis doctus, quod propoſuerat explicans expeditè, nõ inuenuſtus actor, ſed iners & inimicus fori.

**INVERECVNDVS**, a, um. *non verecundus, impudens.* de Inu. 58, Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet. & 14 a, Poëtæ.

**INVERSIO**, ſionis. *ironia* ad Her. 2 b, * Exordiemur ab apologo, &c. irriſione. de Or. 133 a, In verbis etiam illa ſunt, quæ aut ex immutata oratione ducuntur, &c. aut ex inuerſione verborum.

**INVERTO**, tis. *immuto, verto, peruerto.* Para. 232 a, Inuertere ordinem.) (*. Directè dicere.* Off. 59 b, Idemq́, rurſus videbatur, cùm in locum annulum inuerteret. Qu. fr. 322 b, Niſi noſter Pompeius dijs hominibusq́; inuitis negotium inuertit. de Ar. 225 a, Videant ij, &c. quàm ſe citò inuerterit.

**INVERTOR**, ris. de Orat. 132 a, Inuertuntur autem verba, vt pro deformi pulcrum.

**INVESTIGANDVM**. de Nat. 58 a, Canum incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium.

**INVESTIGATIO**, onis. *inquiſitio, indagatio, conquiſitio.* Off. 3 b, Hominis eſt propria inquiſitio & inueſtigatio veri. & 4 b, Quæ omnes artes in veri inueſtigatione verſantur & Acad. 45 a, * Cùm totum ſe ad inueſtigationem naturæ contuliſſet, in ea ipſa plurimum diſcedit à ſuis.

* **INVESTIGATVS**, a, um. pro Ligar. 137 a, Diligentia inimici inueſtigatum eſt & quod latebat.

**INVESTIGATOR**, oris. *venator.* de Cl. 170 a, Varro diligentiſſimus inueſtigator antiquitatis. de Vni. 195 a, Diligens inueſtigator earum rerum, quæ à natura inuolutæ videntur. * pro Syll. 183 b, Ego ille coniurationis inueſtigator atq; vltor certè non defenderem Syllam, ſi coniuraſſe arbitrarer.

**INVESTIGO**, as. *indago, exquiro, ſcrutor, perſcrutor, perquiro, perſequor, ueſtigijs odoror.* At. 134 b, Illud Moleſtũ, me adhuc inueſtigare non poſſe, vbi Lentulus ſit. & 140 b, De Lentulo inueſtigabo diligentiùs. Att. 190 a, Velim des operam, vt inueſtiges ex conſponſorum tabulis ſit'ne ita. Orat. 198 b, Inueſtigemus igitur, quem nunquam vidit Antonius. pro Syll. 167 b, Tu inueſtigaſti, tu patefeciſti coniurationem. Qu. de Pet. 209 b, Perquirere & inueſtigare aliquid. I. V. 210 b, Inueſtigare & perſcrutari omnia. & 74 b, Inueſtigare & conſequi aliquam rem. Qu. fr. 302 b, & pro Cl. 22 a, Inueſtigare aliquem.

† Syntaxis. *De Cæſare inueſtiges & ex. Inueſtigari & perſcrutari. Perquirere & inueſtigare. Inueſtigare & conſequi.*



**INVETERASCO**, ſcis. Inueteraui. *inuetero, conſeneſco.* I. C. 116 b, Res noſtræ monumentis literarum inueteraſcẽt & corroborabuntur. Tuſc. 139 a, Nihil enim inueteraſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit. pro Syl. 171 b, Nos quorum iam nomen & honos inueterauit, & huic vrbi & hominum famę ac ſermonibus. pro Syl. 178 b, Cùm iam illa diſſenſio inueteraſceret, & multos annos eſſet exagitata. Tuſc. 214 a, Cùm hic feruor animi inueterauerit. Off. 45 a, Quanquam intelligo in noſtra ciuitate inueteraſſe iam bonis temporibus, vt ſplendor ædilitatum ab optimis viris poſtuletur. I. V. 66 b, Inueterauit iam opinio pernicioſa reipub. pro Pom. 5 a, Macula, quæ penitùs inſedit & inueterauit in populi Romani nomine. Ep. 234 b, Nam ſi inueterauerit, actũ eſt.

† Syntaxis. *Laudes monumentis literarum inueteraſcere & corroborari. Macula inueteranit, & inſedit in nomine.*

**INVETERATIO**, onis. *vetuſtas.* Tuſc. 227 a, Inueteratio autem vt in corporibus ægriùs depellitur, ſic in animis quoque perturbatio.

**INVETERATVS**, a, um. *vetus, quod vetuſtate conſenuit.*) (*. Recens.* de Sen. 92 a, Nam omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata, facilè diuellitur. Tuſc. 217 b, Aliter ferat inueterata, aliter recentia. I. A. 200 b, Malum inueteratum fit plerunq; robuſtius. pro Dom. 225 b, Omnis diu collacta vis improborum, quæ inueterata compreſſo odio atque tacito iam erumpebat in actum. Ep. 39 b, Noſtra non inſtituta, ſed iam inueterata amicitia. pro Cor. 63 b, Qui inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplinaq́; delêrit.

* **INVETERO**, as. *inueteraſco.* de Nat. 26 b, Nec vnà cum ſeculis hæc opinio inueterare potuiſſet. vide. INVETERASCO.

**INVICEM**. *viciſſim.* Att. 1. lib. 5, Propter vicinitatem totos dies ſimul eramus inuicẽ. *alij legunt, eramus iuncti: ſed malè.*

† Syntaxis. *Eſſe ſimul inuicem.*

**INVICTVS**, a, um: ſsimus. *qui vinci non poteſt.* pro Marc. 133 a, Rectè igitur vnus inuictus es, à quo etiam ipſius victoriæ conditio viſque deuicta eſt. Part. 121 a, Mea conſilia, quib. reſp. inuicta ſtat. de Fin. 106 a, Rectè inuictus, cuius etiamſi corpus conſtringatur, animo tamen vincula inijci nulla poſſunt. de Or. 166 b, Animus acer & præſens, & acutus idem atq; verſutus inuictos viros efficit. Off. 4 a, Animi excelſi atq; inuicti magnitudo ac robur. Off. 14 a, Qui inuictum ſe à labore præſtiterit, vinci à voluptate. Poſtqu. 210 b, Fortis & inuicta defenſio ſalutis meæ. contra Rull. 76 a, Inuictus Pompeij exercitus. pro Pom. 14 a, Populus Romanus, cuius nomen inuictum vſque ad noſtram memoriam permanſerat. I. V. 219 a, Nomen inuictiſſimi imperatoris incidatur.

† Syntaxis. *Inuicta ſtat Reſpub. conſilijs. Fortis & inuicta defenſio ſalutis, Cæſar armis inuictus. Inuictum nomen.*

**INVIDENDVM**. pro Mur. 145 a, Quare, quid inuidendum Murenæ ſit in hoc præclaro conſulatu, non video: quæ verò miſeranda ſunt, vos videre & perſpicere poteſtis.

**INVIDENTIA**, tiæ. )(*. Miſericordia.* Tuſc. 194 b, Quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis, ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. & ibid. Ab inuidendo autem inuidentia rectè dici poteſt. & 212 b, Inuidentia eſt ægritudo, ſuſcepta propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant inuidenti. Tuſc. 212 b, Inuidentia in eo qui inuidet, tantùm eſt: inuidia autem & in eo qui inuidet, & in eo cui inuidetur. * Tuſc. 212 b, Aegritudini *ſubijcitur* inuidentia (*vtendum eſt enim docendi cauſa verbo minus vſitato*) &c. Hæc autem diffiniunt hoc modo.

**INVIDEO**, des. *alienis bonis mœreo.*) (*. Miſeror.* pro Cor. 57 b, Eſt huius ſeculi labes quædam & macula virtuti inuidere. I. A 224 b, Neminem alterius, qui ſuæ confidit virtuti, inuidere. cont. Rull. 87 a, Illi qui honori inuiderunt meo. Tuſc. 194 b, Florem quiſnam liberum inuidit meum, malè Latinè videtur: ſed pręclarè Actius vt enim videre, ſic inuidere florem rectiùs quàm flori dicitur. Tuſc. 190 b, Vt nobis optimam naturam inuidiſſe videantur, qui, &c. Orat. 129 b, Interdum in hoc tibi Craſſe paulum inuideo. pro Flac. 161 a, Purpuram affers Tyriam, in qua tibi inuideo, quòd, &c. * Att. 20 b, Huic autem Græco *libro* Græcum inuidere.

¶ *Odio proſequor.* pro Plan. 260 a, Populus ſemper aut inuidet, aut fauet.

**INVIDETVR**. Tuſc. 194 b, Non dixit inuidiam, quæ tum eſt, cum inuidetur. & 212 b, Inuidia non in eo qui inuidet ſolùm dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur. Off 42 a, Non modò non inuidetur illi ætati, verumetiam fauetur. Epiſt. 7 b, Video non vt antehac putabam, nouitati eſſe inuiſum meæ. Epiſt. 7 b, Simul quod video nouitati eſſe inuiſum meæ. de Orat. 128 a, Inuident autem homines maximè

paribus aut inferioribus, ſed etiam ſuperioribus inuidetur ſæpe vehementer. de Orat 127 b, Aliorum laudi atq; gloriæ maximè inuideri ſolet. & ibid. Inuidetur enim cōmodis aliorum. de Orat. 128 a, Inuidetur præſtanti florentiq; fortunæ.

† Syntaxis. *Inuidentia in eo qui inuidet, ſolùm eſt. Inuidere alicui virtutem, & in honore. Alicuius virtuti inuideri. Tunc eſt inuidia, cùm inuidetur.*

INVIDIA, diæ *maleuolentia, offenſio* Tuſc. 212 b, Aegritudini *ſubijcitur* inuidentia, vtendum eſt enim, dicēdi cauſa, verbo minus vſitato: quoniam inuidia non in eo: qui inuidet, ſolùm dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur. & 194 b, Vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum ductum eſt à nimis intuendo fortunam alterius. de Orat. 128 a, Sed haud ſciam, an acerrimus longè ſit omnium motus inuidiæ. & ibid Tum excitatur, ſi non acerbum odium, attamen aut inuidiæ, aut odij non diſſimilis offenſio. pro Clu. 31 b, Inuidiam atque offenſionem ſe timere dixit. pro Corn. 58 a, Mors cùm extinxit inuidiam, res geſtæ ſempiterna nominis gloria nituntur. I.A. 261 b, Vti excellentium ciuium virtutem imitatione, non inuidia dignam putarent Epiſt 2 a, Senatus religionis calumniam non religione, ſed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. & ibid. & 3 a, Vt rebus in ſummam inuidiam adductis ita verſamur. pro S R. 130 a, Nam in eum cui miſericordia opitulari debeat, inuidia quæſita eſt. Att. 28 a, Non enim poterimus vlla eſſe in inuidia ſpoliati omnibus, & illa ſenatoria potentia. contra Rull. 80 a, Sullanus ager maximam habet inuidiam. pro Mur. 145 a, Conſulatus hoc tempore nullam inuidiam habere poteſt. cōtra Rull. 88 b, Marianus tribunus pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit. de Nat. 25 a, Inuidiæ deteſtandæ gratia dixiſſe *In Piſon. 80 a, Ego Senatus autoritatem ſuſtinui contra inuidiam atque defendi ad Heren. 2 a, & de Inuen. 47 a, Si eos *aduerſarios* in odium, in inuidiam, in contemptionem adducemus. ibid. In inuidiam trahemus. de Inu. 66 b, Aut falsò veniſſe in eam exiſtimationem dicetur, aut ex aliquorum inuidia, aut obtrectatione, aut falſa opinione. de Orat. 127 b, Quoniam hęc ferè maximè ſunt in iudicum animis, & oratione molienda, amor, odium, iracundia, inuidia. & 128 a, Nec minus vitium opus ſit in ea *inuidia* comprimenda, quam in excitanda. de Clar. 178 b, Aequalitas veſtra & pares honorum gradus, & artium ſtudiorumque quaſi finitima vicinitas, tantum abeſt ab obtrectatione & inuidia, quæ ſolet lacerare pleroſque. I.V. 66 a, Quod vnum ad inuidiam veſtri ordinis infamiamque iudiciorum ſedandam maximè pertinebat. ibid. Qui concionibus & legibus hanc inuidiam Senatus inflammare conentur. ibid. Non vt augerem inuidiam ordinis & b, Inuidia & infamia non recenti, ſed vetere ac diuturna, flagraret. pro Marc. 135 b, Et ſinè amore, & ſine cupiditate & rurſus ſine odio & ſine inuidia iudicabunt. I.A. 260 b, Crimen inuidia quæretur? & 261 a, Quod vt inuidia mea fieret, & cum vitæ etiam periculo. ibid. Vt idem dies non modò me iniquiſſima inuidia liberarit, ſed etiam celeberrima populi Rom. gratulatione auxerit. Epiſt. 65 b, *Vatinij* Is pro honore meo puſillorum ac maleuolorū obtrectationes & inuidias non proſternat atque obterat. Att. 28 a, Video iam quò inuidia tranſeat, & vbi ſit habitatura. pro Clu. 18 a, Quarum *partium* altera mihi niti & magnopeè confidere videbatur, inuidia iam inueterata iudicij Iuniani. ibid. Diſtributio inuidiæ & criminum. ibi. Quomodo mihi in vtraque re, inuidia & criminibus, ſit elaborandum. ibid. De inuidia ſic inter vos diſceptare debetis. ibid. In inuidia *agitur* cauſa communis. & b, Nemo eſt qui inuidiæ ſine veſtro, ac ſine talium virorum ſubſidio poſſit reſiſtere. ibid. In hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet. Dominetur in cōcionibus iaceat in iudicijs: valeat in opinionibus ac ſermonibus imperitorum: ab ingenijs prudētium repudietur: vehementes habeat repentinos impetus: ſpatio interpoſito & cauſa cognita conſeneſcat. ibid. Vt in iudicijs & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur pro Clu. 19 a, Nihil eſſe homini tam timendum quàm inuidiam: nihil innocenti ſuſcepta inuidia tam optandum quàm æquum iudicium ibid. Quæ mihi, &c. de communibus inuidiæ periculis dicenda eſſe videantur. ibid. Ante hoc tempus error in hac cauſa, atque inuidia verſata eſt. & b, Quoniam caput illius atrocitatis atque inuidiæ fuit. ibid. Quid inuidia conflârit.

¶ *Vituperium, odium.* Orat. 213 a, Sed habet nonnullam inuidiam cùm in oratione iudiciali numerus ineſſe dicitur. de Orat 135 a, Scaurus nonnullam habet inuidiam, ex eo quòd aliorum bona ſine teſtameno poſſidet. pro Planc. 275 a. Nam iſtius verbi quouſq; hæc poterat eſſe inuidia, datus eſt tibi ille, &c. I.V. 206 a, Cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus inuidiæ habiturum. in Sall. 273 b, Parare inuidiam alicui ex ſua re familiari. Epiſt. 168 a, Magnam enim inuidiam his faciemus. de Orat. 100 a, * Cum propter inuidiam Numantini fœderis pater patratus ex Senatusconſulto Numantinis dediſſet *Mancinum.* de Fn. 82 b, Odium & inuidiam facilè vitabis.

† Syntaxis. *Inuidia & offenſio. In ſummam inuidiam res adductæ. Ille in inuidiam eſt ſpoliatus omnibus fortunis. Habere multum inuidiæ, nonnullam inuidiam. Facere alicui & parare inuidiam.*

INVIDIOLA, læ, ad Attic. Quum neſcio quid inuidiolæ inter eos exortum fuiſſet.

INVIDIOSE. *odioſè.* pro Mil. 130 b, Conciones illæ, quibus inuidioſè potentiam meam criminabare. Qu fr. 302 a, & ad Heren. 30 b, & 34 a,

INVIDIOSVS, a, um: ſior. *habens inuidiam, odioſus, inuiſus, inuidiam acquirens.* de Orat. 137 a, Quæ ſunt in his inuidioſa, etiam inuidioſiora faciunt. & de Orat. 213 b, Inuidioſus numerus. contra Rull. 79 b, Qui poſſeſſiones inuidioſas tenebant. Attic. 120 b, An accipere inuidioſum ad bonos? de In. 79 a, Hoc tibi inuidioſum futurum eſt. pro Cęl. 41 b, Neque id ego dico, vt inuidioſum ſit in eos, qui, &c. pro Cor. 66 b, Pecunia L. Cornelij, quæ neque inuidioſa eſt, & quantacunque, &c. pro Clu. 51 b, Aliquis inuidioſus, ac multis offenſus. * I.V. 117 a, Damnationem multò inuidioſiorem fore.

INVIDVS, a, um. *obtrectator, niger, maleuolus, liuidus, iniquus, inimicus, alienis bonis mærens.* pro Flac. 146 a, Si forte aliquādo aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hoſtis, aut laudis inuidus extitiſſet. Tuſc. 214 b, Ergo inuidi, maleuoli, liuidi, &c. quia procliues ad eas perturbationes ſunt. Or. 210 a, Non inuidi ſolùm ſed fautores etiam laudum mearum Epiſt. 96 a, Perſuaſerat nonnullis inuidis meis in me emiſſarium ſemper fore. & 4 a, A tuis inuidis & obtrectatoribus nonen inductum falſæ religionis. pro Mur. 128 a, Quibus Lucullus tantum laudis impertit, quantum neq; ambitioſus imperator, neque inuidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit.

† Syntaxis. *Inuidioſa poſſeſſio. Id erit inuidioſum tibi, & in aliquem. Inuidioſus & offenſus multis. Inuidus, maleuolus, liuidus. Inuidus & obtrectator.*

*INVIGILO, as. I.A 262 a, Me ex Calend. Ianuar. ad hanc horam inuigilaſſe Reipub. *Alij vigilaſſe legunt.*

INVIOLATE. *incorruptè, integré.* de Senect. 94 a, Memoriam noſtri piè inuiolateq; ſeruabitis.

INVIOLATVS, a, um. *intiger, incorruptus.* pro Rab. 62 b, Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum defendo, ſeruari oportere. & pro Seſt. 27 a, & pro Cæl. 39 b, pro Syll. 176 b, Et tamen inuiolata veſtra amicitia integro officio faciebat.

INVISO, ſis. *viſo.* Att. 60 b, Noſtram ambulationem cum poteris, inuiſas velim. & 20 b, Vt iam inuiſes nos rogo. & 196 a. Quod puerum inuiſis, gratum. Att 58 b, Domum noſtram quoad poteris inuiſas. item. Cui noſtrûm licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere? pro Dom. 234 a, Quid tibi neceſſe fuit, homo fanatice, ſacrificium, quod alienę domi fieret, inuiſere? de Fin. 125 a, An eum locum libenter inuiſis? de Nat. 47 b,

*Et natos geminos inuiſes ſub caput arcti.*

INVISVS, a, um: ſior. *odioſus, quem animo æquo videre non poſſumus, qui in odio eſt apud aliquem.* Epiſt. 163 a, Lepidus adeò eſt inuiſus mihi, vt, &c. Off 39 b, Quo quis callidior & verſutior eſt, hoc inuiſior & ſuſpectior detracta opinione probitatis. de N. 59 b, & Qu. fr. 312 b, Eum aut inuiſum Deo, aut neglectum à Deo iudicemus. pro Dom. 226 a, Sic Cato inuiſus quaſi per beneficium Cyprum relegatur. pro Qu R. 48 a, Perſona illa lutulenla, impura, inuiſa. * Frag. epiſt. Res mihi inuiſę viſę ſunt Brute. Incer. Gladiatores inuiſos habemus, ſi omni modo vitam impetrare cupiunt: fauemus ſi

¶ *Non viſus.* de Aruſp. reſp. 257 b, Maribus non inuiſa ſolum ſed etiam inaudita ſacra.

† Syntaxis. *Homo inuiſus, & inuiſus cunctis.*

INVITAMENTVM, ti. *inuitatio, incitamentum.* pro Syll. 181 a, Qui cum multa haberet inuitamenta vrbis & fori. de Fin. 128 a, Fons reperiendus eſt, in quo ſint Prima inuitamenta naturæ * Hortenſ. Voluptates nulla ad res neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus. de Fin. 137 b, In ipſis rebus, quæ diſcuntur & cognoſcuntur, inuitamenta ineſſe, quibus ad diſcendum cognoſcendumq; moueamur. Ep. 149 b, Is autem qui verè appellari poteſt honos, non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium.

INVITATIO, onis. in Ver. 128 b, Ad inuitationes aduentusque

tuſque noſtrorum hominum. Attic. 148 a, In Epicurum verò inuitatio quàm ſuauis? quàm liberalis? quam fraterna? in Ant. 222 a, Aderat & hoſpitum inuitatio liberalis, pro dignitate ſummi viri. * Tuſcul. 208 b, Quòd non à natura exoriatur ægritudo, ſed, &c. quadam inuitatione ad dolendum. I.V. 89 b, Fit ſermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur.

* INVITATVRVS, a, um. de Fat. Pluresq; etiam inuitaturus videretur.

INVITATVS, a, um. Att. 125 a, Hæc à te inuitatus breuiter expoſui. Acad. 41 b, Iucunditate quadam ad legendum inuitati. Att. 34 b, Coſconio mortuo ſum in eius locum inuitatus: id erat vocari in locum mortui. * I.A. 241 b, Multis rebus à nobis eſt inuitatus ad pacem Antonius.

INVITATVS, tus. *inuitatio.* Epiſt. 98 b, Mitto ad te Trebatiũ, atque ita mitto, vt initiò mea ſponte, pòſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim.

INVITÈ, tius, ſsimè. *repugnanter, inuitò, inuitus.* Att. 120 a, Inuitè cepi Capuam. de Orat. 142 a, Inuitiùs facere aliquid. Epiſt. 40 b, Qui à me inuitiſſimè diſceſſit.

INVITÒ, aduerb. *inuitè.* * pro Quint. 8 a, Extorquendum eſt inuitò atque ingratis quod non debet. *Poteſt etiam eſſe nomen.*

INVITO, as. *voco, allicio.* I.V. 205 a, Quis ſenatorem Romanum tecto ac domo non inuitet? I. A. 244 a, Tota familia occurret, hoſpitio inuitabit. Epiſt. 100 a, Is me crebrò ad cœnam inuitat. pro Mur. 141 b, Ad prandium inuitare. At. 204 a, Inuito eum per literas, vt apud me diuerſetur. I.C. 102 a, Quanquam quid ego te inuitem? à quo, &c. de Sen. 89 a, Ad agrum fruendum non modò non retardat, verũ etiam inuitat atq; allectat ſenectus. pro Lig. 139 a, Inuitare aliquem præmijs ad agendum aliquid. de Am. 114 b, Qui aſſentationem allectant & inuitant. de Fin. 128 a, Vt ipſum per ſe inuitaret & alliceret appetitum animi. * de Fat. Cùm Scipio vnum & alterum ex ijs, qui eum ſalutatum venerant, inuitaſſet. * de Amic. 114 b, Qui ipſi illam *vanitatem* allectant & inuitant.

INVITOR, aris. Att. 33 b, À Cæſare valde liberaliter inuitor in legationem illam. Attic 283 b, Præclara illa quidem ingenia, quæ gloria inuitantur.

† Syntaxis. *Tecto & domo, hoſpitio, ad cœnam inuitare. Per literas inuitare, vt. Inuitare & allectare: & contrà. Inuitare & allicere appetitum animi. Inuitare in ſtudia. Gloria inuitari.*

INVITVS, a, um: ſsimus. *non libenter, rogatus recuſans, tergiuerſans, Contra voluntatem, repugnans, repugnanter, coactus, dolens, neceſſariò, moleſtò.)(. Libens, voluntarius.* I.V. 151 b, Statuas inuiti per vim atq, imperium dederunt. Para. 122 b, Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus. de Orat. 110 a, Hoc nos ab iſtis adoleſcentibus facere inuiti & recuſantes heri coacti ſumus. de Orat. 125 a, Si quid perſequare acrius, vt inuitus & coactus facere videare. pro Mur. 134 a, Cogendi iudices inuiti, retinendi contra voluntatem. ꝑ Qu. R. 51 a, Aliquẽ inuitum, & huc atq; illuc tergiuerſantem facere aliquid. de N. 77 a, Inuita in hoc loco verſatur oratio. Att. 110 b, Delectus inuitorum atque à pugnando abhorrentium. ad Her. 13 a, Cur talem inuitam inuitum cogis linquere? Epiſt. 226 b, Ego eum à me inuitiſſimus dimiſi. * pro P. Opp. Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere quî potuit?

† Syntaxis. *Inuitus per vim & imperium fecit. Inuitus, dolẽs, coactus, Inuitus, recuſans, coactus. Cogere inuitum, retinere contra voluntaeem. Inuitus, & huc illuc tergiuerſans. Inuita oratio. Delectus inuitorum.*

INVLTVS, a, um. *impunitus.* pro Clu. 54 a, Cur hunc eſſe inultum tam diu ſinis? pro Seſt. 14 a, Ne inultus eſſet. in Ver. 63 a, Vt cæterorum quoque iniuriæ ſint impunitæ atque inultæ. pro Pom. 5 b, Inultum aliquid pati, & inultum aliquid relinquere & 6 a, & Anteq. 195 b, Relinquere aliquid inultum.

* INVNCO, as. ad Heren. 39 b, Quem ore attingere, dentibus inuncare, (*al inſecare*) lingua aſpergere poſſit.

INVNDO, as. *obruor, alluo, redundo, ſuperfluo.* de Nat. 22 a, Terram inundat aqua.

INVOCATVS, a, um. *non vocatus.* de N. 22 b, Quid, quòd etiam ad dormientem veniunt imagines inuocatæ? Epiſt. lib. 8, At ego ſimulatq; audiui, inuocatus ad ſubſellia rei accurro. *Cœlij.*

INVOCO, as. *imploro.* de N. 39 b, Itaq; vt apud Græcos Dianam, eamq; luciferam: ſic apud noſtros Iunonem Lucinã in pariendo inuocant. Antequam 194 a, Sociorum inuocem ſubſidium, cum à ciuibus intercluſum ſit prȩſidium? de Orat. 126 b, Inuocare aliquem aduocatum ad defendendum aliquem. de Nat. 61 b, Aſpice hoc ſublime candens, quem inuocant omnes Iouem.

INVOLATVS, tus. *volatus* Epiſt. 83 b, Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu ſiniſtro oſcinis, &c. tibi auguror, &c.

INVOLO, as. *inuado.* de Orat. 154 b, Poſſeſſio quaſi caduca atq; vacua, in quam homines abundantes ocio nobis occupatis inuolauerunt.

INVOLVCRVM, cri. *velut vagina vel theca quædam, integumentum.* I.A. 214 b, Candelabrum inuolutum quàm occultiſſimè delatum inuolucris reiectis oſtenderunt. de Nat. 33 a, vt clypei inuolucrum, vagina autem gladij, ſic præter mundum cætera omnia aliorum cauſa eſſe generata. de Orat. 98 a, Per quædam inuolucra & integumenta perſpicere aliquid. Qu. fr. 292 a, Multis ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuscuiuſq; natura.

INVOLVO, vis. *circumplico.* Epiſt. 139 a, Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut lego, aut ſcribo.

INVOLVTVS, a, um. *implicatus, tectus.* I.A. 212 b, Ego pacis nomine bellum inuolutum reformido. & de Fin. 55 a, occulta atq; inuoluta aperire. Ac. 8 a, Cùm ea quæ quaſi inuoluta fuerint, aperta ſunt. Orat. 206 a, Res inuolutas & latentes definiendo explicare. Part. 221 b, Tum definitio adhibetur, quæ quaſi inuolutum euoluit id de quo quæritur. I.V. 214 b, Imperat vt candelabrum in prætoriũ inuolutum quàm occultiſſimè deferatur. & 267 b, Capitibus inuolutis ad necem produci. de L. 195 a, Res à natura inuolutæ. I.P. 82 a, Neſcio quo è gurguſtio prodire capite inuoluto. de D. 87 b, Cauſa latet obſcuritate inuoluta naturȩ. I.P. 82 a, Vereor ne qui ſit, qui iſtius inſignem nequitiam frontis inuolutam integumentis non cernat. * Frag. ep. Quod videbat nomine pacis bellum inuolutum fore. I.A. 175 a, Domum venit capite inuoluto.

† Syntaxis. *Salutatione defluxa literis ille ſe inuoluit Pacis nomine bellum inuolutum. Occultum & inuolutum aperire. Inuolutum & latens explicare. Inuoluta euoluit definitio. Inuoluto capite. Obſcuritate inuolutum. Nequitia frontis inuoluta integumentis.*

INVRBANÈ *inſulsè inconcinnè.* de Nat. 69 b, Non inurbanè Stratonicus, vt multa.

INVRBANVS, a, um. *inſulſus, infacetus.* de Or. 142 b, Non eſſem tam inurbanus, ac penè inhumanus, vt, &c. & 112 a, Inops quidam humanitatis atq; inurbanus. de Orat. 185 a, Expedita autem erat, & perfacilè currens oratio, & erat eius tanquam habitus non inurbanus.

† Syntaxis. *Inhumanus & inurbanus. Inurbanus orationis habitus.*

INVRO, ris. *καυτηριάζω, infligo, imprimo.)(. Exuro.* de Clar. 189 a, Qui volunt illa calamiſtris inurere. I.S. 274 b, Inurere æternas maculas alicui. I.V. 99 a, Cur hunc dolorem cineri eius atq; oſſibus inuſſiſti? I.A. 238 a, Inurere dolorem alicui. & pro Mil. 121 a, & Tuſc. 194 b, Inurere quàm maximum dolorem alicui. pro Mur. 125 b, Vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem adeptus eſt, amplitudo, ſummam mihi ſuperbiæ crudelitatisque famam inuſſiſſet.

INVROR, ris. pro Cl. 44 a, Is cenſoriæ ſeueritatis nota non inuretur? pro Syl. 184 a, Ne qua generi ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur.

INVSITATE. de Clar. orat. Inuſitate loqui. ad Qu. fr. lib. 1, Abſurdæ & inuſitatè ſcriptæ epiſtolæ.

INVSITATVS, a, um. *inauditus, inſolens, præter conſuetudinem, nouus.* de Orat. 11[illegible] b, Alter lepôrem quendam inuſitatum noſtris oratoribus eſt conſecutus. Orat. 197 b, Inuſitatas vias indagare, tritas relinquere. Off. 59 b, Is hominis mortui vidit corpus magnitudine inuſitata. Att. 51 b, Res inuſitata & noua de Orat. 156 b, Inuſitatum verbum, aut nouatum, aut translatum. Inuſitata ſunt priſca ferè ac vetuſta, & ab vſu quotidiani ſermonis iam diu intermiſſa.

* INVSTVRVS, a, um. pro Mil. 107 b, Quas ille leges (ſi leges nominandæ ſunt, &c. non faces vrbis & peſtes Reipub.) fuerit impoſiturus nobis omnibus atque inuſturus.

INVSTVS, a, um. *impreſſus.* de Orat. 125 a, Niſi omnes motus in ipſo oratore impreſſi atque inuſti eſſe videbuntur. pro Dom. 231 b, Tantum homines impios ex vetere illa coniuratione inuſtum nefarijs mentibus bonorum odium retinebat. de Aruſp. 256 b, Ineſt hoc tempore odium inſitum penitùs & inuſtum animis hominum. pro Pla. 265 a, Hæc ſunt expreſſa ſigna probitatis, non fucata forenſi ſpecie, ſed domeſticis inuſta notis veritatis. pro Seſt 6 b, Si non dum vulnera inuſta reipublicæ recordamini. Epiſt. 13 b, Monumẽtum verò ſenatus hoſtili nomine & cruentis inuſtum literis eſſe paſſi ſunt. in Cat. 100 a, Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt.

¶ *Illatus.* I.C. 108 b, Tantus illorum temporum dolor inuſtus eſt ciuitati. I.A. 159 a, Hæc inuſta eſt à te mortuo Cȩſari nota ad ignominiam ſempiternam. I.A. 182 b, Plurima mala, quæ ab illo reipublicæ inuſta ſunt. * de Prouin.

72 a, Hanc inſignem ignominiam, quoniam vni præter ſe inuſta eſt, putet eſſe leuiorem.

† Syntaxis. *In oratione motus impreſſi & inuſti. Inuſtum retinere odium nefaria mente, & idem inſitum & inuſtum. Signa probitatis inuſta notis veritatis. Vulnus inurere. Monumentum ſenatus hoſtili nomine, & literis cruentis inuſtum. Inuſta vitæ alicuius turpitudo. Inurere alicui damnum, ignominiam, notam ad ignominiam.*

INVTILIS, le. *ad nullam rem vtilis, ad nullam partem vtilis, qui nulli vſui eſt.* de D. 110 b, Qui mores aut vtiles aut inutiles ſint. Off. 43 a, Norbanus ſeditioſus, & inutilis ciuis. Off. 59 a, Homo iners & inutilis. de Inu. 42 a, Is inutilis ſiue *(al ſibi,)* pernicioſus patriæ ciuis alitur.

INVTILITAS, tis. *damnum.* de Inu. 82 a, Ex his illud conficitur, vt appetendarum rerum partes ſint honeſtas & vtilitas vitandarum turpitudo & inutilitas.

INVTILITER. *fruſtra.* ad Brut. 91 b, Inutiliter ſuadere aliquid alicui ad Her. 24 b, Inutiliter aliquid proferre.

INVVLNERATVS, a, um. *Integer.* pro Seſt. 27 a, Inuulnerati inuiolatiq; vixerunt.

IOCANDI, do, dum. Off. 21 a, Duplex omnino eſt iocandi genus: vnum liberale, &c. alterum elegans, vrbanum, &c. de Nat. 35 a, Hic quàm volet Epicurus iocetur homo non aptiſſimus ad iocandum. de Orat. 87 a, Multa in homine iucunditas. & magnus in iocando lepos de D. 116 b, Deos iocandi cauſa induxit Epicurus.

IOCATIO, nis. *iocus, vrbanitas, canillatio.* Att. 27 b, Nunc ſi quid in ea Epiſtola fuit hiſtoriã dignum, ſcribe, ne ignoremus. ſin nihil præter iocationem, redde idipſum. Epi. 136 b, Nunc venio ad iocationes tuas. * ad Heren. 20 b, Sermo diuiditur in partes quatuor, dignitatem, demonſtrationem, narrationem, iocationem. ibid. Iocatio eſt oratio, quæ ex aliqua re riſum prudentem & liberalem poteſt comparare.

IOCOR, ris. *canillor.* Epiſt. 17 b, Sed iam cupio tecum coràm iocari. & 19 a, Iocérne tecum per literas? Epiſt. 101 a, Sed de re ſeueriſſima tecum iocor. Att. 22 a, Familiariter cauillari & iocari cum aliquo. de Cl. 192 b, Bella ironia, ſi iocaremur. Att. 254 b, Iocari me putas? moriar, ſi, &c. Epiſt. 133 b, Quanquã mihi Dolabella (hæc enim iocatus ſum) libentius, &c.

† Syntaxis. *Iocari cum aliquo. Iocandi cauſa dicere. Ad iocandum aptus. In iocando ſuauis. Cauillari familiariter, & iocari cum aliquo, Multa iocari.*

IOCOSE. *facetè, vrbanè.* Qu. fr. 313 b, Eumq́, luſi iocosè ſatis. de Orat. lib. 2, Iocosè dicere.

IOCOSVS, a, um. *facetus vrbanus.* )( *Serius.* de Off. 27 a, Si de ſerijs rebus loquatur, ſeueritatem adhibeat: ſi de iocoſis, leporem.

IOCVLARIS, re. *ridiculus, ludicrus.* de L. 166 a, Ioculare illud quidem, & à multis ſæpe deriſum. de Fat. 143 a, O licentiam iocularem.

IOCVLATOR, oris. * Att 64 a, Huic ioculatorem *(alij legunt, ioculatoriæ diſputationi)* ſenem illum, vt noras, intereſſe ſanè nolui.

IOCVLATORIVS, a, um, *iocoſus, feſtiuus.* Att. 64 a, Ioculatoria diſputatio.

IOCVS, ci: & IOCA, orum, *ludus, riſus, facetiæ, lepor, ſal, hilaritas, feſtiuitas, cauillatio, iucunditas.* de Orat. 131 a, Vitandum eſt oratori vtrunque, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus. de Fin. 82 b, Qui cum ioca & ſeria, vt dicitur. Off. 21 a, Ludo enim & ioco vti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris. Off. 21 a, Nec enim ad ludum & iocum facti ſumus. cont. Rul. 85 b, Illam copiam cum hac per riſum ac per iocum contemnent. in Ant. 168 b, Tum verò ioci cauſa magiſtrum adhibet. de Nat. 27 a, Irridere aliquem per iocum. in Verr. 107 b, Per ludum & iocum euertere aliquem. Epiſt. 48 b, Dicere aliquid per iocum. Qu. fr. 300 b, Literæ per iocum miſſæ. Epiſt. 101 a, Remoto ioco. * de Fin. 78 b, Non hilaritate, nec laſciuia, nec riſu aut ioco, comite leuitatis, ſed ſæpe etiam triſtes firmitate & conſtantia ſunt beati. de Orat. 128 b, Suauis eſt & vehementer ſæpe vtilis iocus & facetiæ: quæ, etiamſi alia omnia tradi arte poſſunt, naturæ tamẽ propria certè, neq; vllam artem deſiderant: in quibus tu longè alijs mea ſententia, Cæſar, excellis. de Orat. 129 a, Defenſio tota redundauit hilaritate quadam & ioco. & 130 a, Ne quid iocus de grauitate decerperet. & b, Odioſas res ſæpè, quas argumentis dilui non facile eſt, ioco riſuq; diſſoluit. de Orat. 131 b, Grauitas honeſtis in rebus ſeuerè, iocus in turpiculis & quaſi deformibus ponitur. & 132 a, Ex ambiguo dicta vel argutiſſima putantur, ſed non ſemper in ioco, ſæpe ciam in grauitate verſantur. ibid. Nullum genus eſt ioci, quo non ex eodem ſeuera & grauia ſumantur. de Orat. 133 a, Materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis: grauium autem & iocorum vnam eſſe rationem. Epiſt. 110 b, Sed me hercule, extra iocum, valde mihi tuæ literæ facetæ elegantesq; viſæ ſunt. Att. 159 a, Reſcripſi ei ſtomachoſius, cum ioco tamen familiari. & 229 b, Ioca tua plena facetiarum de hæreſi Veſtoriana, & de Pherionum more Puteolano, riſiſſe me ſatis.



† Syntaxis. *Iocosè ludere aduerſarium. Res iocularis & deriſa. Iocus & facetiæ. Iocus ſcurrilis, mimicus. Factus ad ludum & iocum. Per riſum ac per iocum contemni, euerti, aliquid dicere, mittere epiſtolam. Ioca facetiarum plena. (in ioco igitur facetia.)*

* IONES, num. *Græciæ populi.* pro Flac. 159 b, Athenienſes, quæ gens Ionum habebatur, &c.

IONIA, æ. *regio.* Att. 294 b, de D. 80.

IONIVS, a, um. de Orat. 149 a, Superum mare Ionium. )( *Inferum, Thuſcum.*

IOTA, tæ. de Orat. 147 a, * Quare Cotta noſter (cuius tu illa lata Sulpitij, nonnunquam imitaris, vt iotam *(alij iota, alij i totam.)* literam tollas, & vt e pleniſſimum dicas) non mihi oratores antiquos, ſed meſſores videris imitari.

IPSE, a, um. de Am. 111 a, Par eſt autem, primùm ipſum eſſe virum bonum, deinde alterum ſui ſimilem quærere. de Or. 106 b, Veteres leges aut ipſas ſua vetuſtate conſenuiſſe, aut nouis legib. eſſe ſublatas. de Or. 170 b, Nam ipſum quidem illud etiam ſine cognitione iuris quàm ſit bellũ cauere malum, ſcire poſſumus. de D. 101 b, Sed ipſum eſt deos non putare, quæ ab his ſignificantur contemnere. de Or. 110 b, Hoc ipſum nihil agere & planè ceſſare me delectat. de D. 125 b, Hoc eſt ipſum eſſe contra ſe diſertum. de Som. 130 b, Quod autem motum affert alicui, quod ipſum agitatur aliunde, quãdo finem habet motus, viuendi finem habeat neceſſe eſt. Att. 133 a, Nec me conſules mouent, qui ipſi pluma aut folio faciliùs mouentur. Tuſ. 234 a, Nihil grauius, niſi idem hoc ipſum honeſtè, ſapienter, iuſtè ad voluptatem referret. de Ar. 249 b, Id monſtrum ſibi ipſum eſt. de Orat. 115 b, Tum alij quærebant ab Annibale, quidnam ille ipſe de illo philoſopho iudicaret. pro Pomp. 9 b, Africa, quæ eorum ipſorum ſanguine redundauit. pro Pom. 12 a, Idem ipſe Mithridates, &c. de Diuin. 121 a, Chryſippus ipſe ille diuinationis autor. pro Mur. 139 b, Etenim iſti ipſi mihi videntur veſtri præceptores, &c pro Mar. 132 a, Illa ipſa rerum humanarum domina fortuna. de Orat. 94 b, Qu. Varius illa ipſa facultate, quamcunque habet, magnam eſt gratiam conſecutus. Orat. 197 b, Illud ipſum quod eſt optimum. de Orator. 112 b, Ille ipſe Ariſtoteles, &c. Poſtq. 264 b, Illo ipſo tempore, illo ipſo anno. Attic. 23 a, Ego ille ipſe vindex æris alieni. I. C. 106 b, Ipſi iſti, qui, &c. de Orat. 154 b, Ipſe ille Gorgias in illo ipſo libro. de Finib. 82 a, Nunquam dictum ab ipſo illo quid ſciam pro S. R. 39 b, Iſta ipſa lex, &c. de Clar. 166 b, Iſtum ipſum dico librum. Attic. 102 a, Cur reſpublica Coſ. iſto ipſo defenſa non eſt? de Orat. 90 a, Si quis iſtas ipſas artes illuſtrare velit. Epiſt. 106 a, Ea enim ipſa hora acceperam literas tuas, & 254 a, Eo ipſo tempore, cum, &c. Attic. 1 a, Eo ipſo die, quo, &c. & 8 b, Erat in eo ipſo loco, ipſo die nundinarum πανήγυρις. Tuſcul. 156 a, Ego enim ipſe cum eodem ipſo non inuitus errauerim. de Nat. 75 b, Atque ij tamen ipſi dij, &c. de Finib. 64 b, Velut in hoc ipſo, de quo nunc diſputamus. Tuſcul. 239 b, Et tamen ab his ipſis, cum iam eſſent adultæ, ferrum remouit. de Finib. 73 b, Itaque hic ipſe reiectus eſt, & 44 b, His enim ipſis verbis vtitur. de Inuen. 66 a, Hoc ipſum genus, & eo ipſo in genere. Epiſtol. 177 b, Non quod veterem comederit, ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit. de Orat 91 a, Sic in orationibus hiſce ipſis. de finib. 59 b, Hoc ipſo quod adeſt. Attic. 53 a, Natali ſuo ipſo die. de Nat. 66 b, quem ipſum non omnes interpretantur vno modo. de Orat. 129 a, In quo ipſo ſeruabant ſuam. de Clar. 167 a, Qui ipſe tum fuit. Attic. 193 a, Quod ipſum erat fortis ægroti accipere medicinam. Tuſculan. 152 a, Quod ipſum quale ſit, &cæt. pro Pom. 7 a, Quorum ipſorum per ſe res vobis curæ eſſe debent. Offic. 35 a, Hoc autem de quo nunc agimus, idipſum eſt quod vtile appellatur. de Orator. 94 a, Cùm id ipſum dicere nunquam ſit non ineptum, niſi cum eſt neceſſarium. Attic. 53 a, Quibus id ipſum ſe inimicos eſſe, non liceret negare. Tuſcul. 154 b, Nam iſtud ipſum, non eſſe cum fueris miſerrimum puto. Anteq. 194 a, Qui noſtrum ipſum periculoſiſſimum caſum recognoſcat. *Ipſi pro integris & totis.* pro Syl 179 b, Nihil audacter ipſi per ſeſe ſine P. Sylla facere potuerunt. de Ar. 252 a, Hoc quid ſit per ſe ipſum non facilè interpretor, ſed ex eo quod ſequitur. pro Corn. 55 a, Dicere de ipſo modeſtè. *id eſt, de ſeipſo.* de Nat. 3 a, Ipſe dixit: ipſe autem erat Pythagoras. de Clar. 170 a, Cato mortuus eſt annis lxxxiij. ipſis ante me conſulem. Attic. 49 b, Triginta dies erant ipſi, cum dabam has literas. & 73 b, Cùm ibi decem ipſos fuiſſem dies. & Epiſt. 22 a, Cùm Athenis decem ipſos dies fuiſſem. pro Cecin.

290 a, Nam cùm dixiſſet minus LIII, populus cum riſu acclamauit ipſa eſſe.

† Syntaxis. *Ipſum quidem illud. Ipſum eſt Deum non putare, ſua dicta contemnere. Hoc eſt, ipſum eſſe impium. Quod graue eſt, ipſum delabitur, &c. Conſules, qui ipſi ſunt optimi. Idem hoc ipſum dico. Ab eo quæras, quid ille ipſe, &c. Cæſ. ille ipſe Populorum debellator. Illo ipſo tempore, illo ipſo anno. Ego ille ipſe amicus. Ipſe ille Cæſ. in illo ipſo prælio. Hoc quid ſit, per ſe ipſum non video, ſed ex ſequentibus. Triginta dies erant ipſi, cum diſcedebam.*

IRA, iræ. *iracundia, indignatio, ſtomachus, dolor.* Tuſc. 13 a, Ira eſt libido puniendi eius qui videatur læſiſſe iniuriâ. & 218 a, Eſt enim ira, vt modò definiui, vlciſcendi libido. Tuſcul 220 a, Iram Ennius inſani principium dixit. Offic. 27 b, Ira procul abſit, cum qua nihil rectè fieri nihil conſideratè poteſt. de Diuinat. 93 b, Pars animi in qua irarum exiſtit ardor. Offic. 18 a, Prohibenda maximè eſt ira in puniendo. Tuſcul. 226 b, Facere aliquid per iram. Offic. 5 b, Qui aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus eſt. Tuſcul. 221 a, Et quidem illam ipſam iram centurio habeat, aut ſignifer. pro Cæl. 45 a, Nunc enim mihi animus ardet, nūc meum cor cumulatur ira. * Tuſc. 225 a, Ira cœlitum inuectum malum. pro Marc. 133 b, Eos Martis vis perculit, non ira victoriæ. Tuſcul. 214 b, Iracundia ab ira differt. & 218 a, Niſi ira excanduit fortitudo. ibid. Vt auditoris iram oratoris incendat actio. Tuſcul. 219 a, *Vſque adeò ſtudio atque odio illius efferor ira.* Lucilij. & b, Quid huc adhibetis iram? Tuſcul. 220 a, An eſt quicquam inſaniæ ſimilius quàm ira? ibid. Aiacem ira ad furorem mortemq; perduxit. Off. 27 b, Ne ira exiſtat.

¶ *Odium* de Nat. 11 a, Neq; ira neq; gratia teneri.

IRACVNDE, dius. *per iram, cum iracundia, rabioſè.* I. A. 217 a, Vehementer me agere fateor iracundè nego. Tuſculan. 219 b, Nihílne in ipſa quidem pugna iracundè rabioſéque fecerunt? )( *Leniter, quiete.* I. A. 217 a, Iracundè agere cum aliquo. pro Qu. R. 50 a, Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius. in Ant. 155 a, & Tuſcul. 201 b, Nimis iracundè hoc quidem & valdè intemperanter.

† Syntaxis. *Ira vlciſcendi libido. (en definiti genus.) Cum ira nihil ſit conſiderati. In animo irarum ardor. In puniendo prohibenda ira. Per iram facere. Habere iram. Ira cumulari. Neque ira, neque gratia teneri. Iracundè rabioſéque facere. Iracundè & intemperanter.*

IRACVNDIA, diæ. *ira, acerbitas quædam naturæ & rabies.* Acad. 34 b, Peripatetici iracundiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant. Tuſcul. 218 a, Iracundiam cotem fortitudinis eſſe dicunt. & ibid. Imperia ſeueriora nulla eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundiæ. de Orat. 103 b, Quis hæſitauit ob eam cauſam, quòd neſciret quid eſſet iracundia? feruórne mentis, an cupiditas puniendi doloris? pro Marc. 132 a, Iracundia eſt inimica conſilio. Quint frat. 197 a, In tuis ſummis laudibus vnam excipiunt iracundiam: quod vitium cùm in hac priuata vita leuis eſſe animi atq; infirmi videtur, tum verò nihil eſt tam deforme, quàm ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. & 297 a. Antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit, ne occuparetur. de Cl. 186 a, Sed efferueſcens in dicendo ſtomacho ſæpe iracundiaque vehementius. Quin. frat. 298 a, Si implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas: ſi exorabiles, ſumma leuitas. I. V. 118 a, Homo exarſit iracundia & ſtomacho. de Orat. 137 a, Efferri iracundia. de Ar. 244 a, Dolore efferri, & iracundia longius digredi qnàm conuenit. de Finib. 54 b, Nec cū iracundia & pertinacia diſputari poteſt. pro Dom. 230 b, Illi tamen populi incitati vim iracundiamque ſubierunt. pro Flac. 162 a, Eum ardentem iracundia videre potuiſti. ad Att. 274 a, Exercere iracundiam in ſuperatos. pro Mur. 132 a, Cohibere iracundiam. * ad Heren. 10 b, Qui ſe propter vinum, aut amorem, aut iracundiam fugiſſe rationē dicet. I. A. 217 b, Propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidem quotidie aliquid iracundiæ remittebat. de Finib. 54 a, Maledicta, contumeliæ, tum iracundiæ, cōtentiones concertationesq; in diſputando pertinaces, indignæ mihi philoſophia videri ſolent. Tuſc. 214 b, Ex quo in alijs anxietas, vnde anxij, in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Tuſcul. 218 a, Múltis verbis iracundiam laudant. ibid. Oratorem deniq; non modò accuſantem, ſed ne defendentem quidem probant ſine aculeis iracundiæ. Quæ etiamſi non adſit, tamen verbis atq; motu ſimulandam arbitrantur. Tuſcul 219 b, At ſine hac gladiatoria iracundia videmus progrediētem apud Homerum Aiacem. ibid. Non illum iracundia tum inflammatum fuiſſe. ibid. Vide ne ſit iracundia tota leuitatis. Tuſc. 220 a, Non deſiderat fortitudo aduocatam iracundiam, & b, Remoue perturbationes maximeque iracundiam. ibid. Quid iſta bellatrix iracundia cum domum redijt, qualis eſt cū vxore, cum liberis, cum familia? an tum quoq; eſt vtilis? ibid. Quòd nullum *vitium* erat iracundia fœdius.



† Syntaxis. *Iracundiæ acerbitas. In eius laudibus iracundiam excipiant. Efferueſcere ſtomacho & iracundia. Exardere iracundia & ſtomacho. Cum iracundia diſputare. Subire vim & iracundiam. In ſuperatum exercere iracundiam.*

IRACVNDVS, a, um. θυμοειδὴς, *qui facilè & citò iraſcitur, concitus ad rixam, feruens.* de Senect. 90 b, At ſunt moroſi, anxij, iracundi & difficiles ſenes. Tuſc. 226 b, Quomodo ſi naturalis eſſet ira, alius alio magis iracundus eſſet? I. A. 199 a, Impotens, iracundus, contumelioſus. in Anton. 157 a, Sed eum iracundum audio factum. pro Planc. 272 b, Niſi eum nimis in ſe iracundum putabis fuiſſe. * Tuſcul. 220 b, Iracundos ſolos morboſos nominârunt.

* IRASCENS, tis. de Clar. 196 a, Sæpe vidi iraſcentem & ſtomachantem Philippum.

* IRASCENS, tis. de Clar. 196 a, Sæpe videbam cùm irridētem, tum etiam iraſcentem & ſtumachantem Philippum.

IRASCOR, ris. *incendor, ira incendor, alicui iratus fio, ſuccenſeo, animo incitor, exardeſco, ſtomacho & iracundia exardeſco, vel efferueſco.* Tuſc. 218 a, Peripatetici virum videri negant, qui iraſci neſciat: eamq; quam lenitatem nos dicimus, vitio lentitudinis nomine appellant. in Ant. 217 a, Omnino iraſci amicis non temerè ſoleo. Epiſt. 2 b, Marcellinum tibi iratum eſſe ſcis. Tuſc. 220 a, Ne Scipio quidem iratus videtur fuiſſe cum Tyb. Graccho, tum eum, &c. *aliter, iratus videtur fuiſſe Tyberio Graccho.* Att. 246 a, & pro Flac. 148 a, Arabioni de Sicio nihil iraſcor. pro Quin. Roſc. 52 b, Dij hominibus iraſci & ſuccenſere ſolent.

† Syntaxis. *Impotens, iracundus, contumelioſus. Iraſcens & ſtomachans. Iraſci alicui. De Cæſ. iraſcor illi. Iraſci & ſuccenſere.*

IRATVS, a, um: tior, ſſimus. *incenſus, ira incenſus, iracundia incitatus, inflammatus, in aliquem infeſtus, infenſus, offenſus, qui animo alieno & auerſo eſt ab aliquo.* )( *Propitius.* pro Cæl 46 a, Huic ego deos propitios, plerique autem iratos putant. Attic. 234 b, Nolo te illum iratum habere. pro Flac. 149 a, Quàm promptus homo P. Septimius? quàm iratus de iudicio & de villico? Att. 251 a, Ne in me ſtomachum erumpant, cum ſint tibi bene irati. Tuſcul. 226 a, Iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate. id eſt, de conſilio, de ratione, de mente. Tuſc. 194 a, Irati proprium eſt, cupere, à quo læſus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere. Tuſcul. 226 b, Ex quo illud laudatur Architæ, qui cùm villico factus eſſet iratior, Quo te modo (inquit) accepiſſem, niſi iratus eſſem? de Orat. 103 b, Facerè iudicem iratum aduerſario. Att. 5 b, Si is qui rei dominus futurus eſt, alienus atq; iratus tibi eſt. item: Iratus & offenſus alicui. I. A. 217 b, Cęſar ipſe qui illis fuerat iratiſſimus, tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem & fidem quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

† Syntaxis. *Iratus de Cæſare. Bene alicui irati, ſtomachum in aliquem erumpunt. Iratus exit de poteſtate. Facere iratum iudicem aduerſarijs. Alienus & iratus. Iratus & offenſus alicui.*

IRONIA, niæ. *inuerſio, diſſimulatio, diſſimulantia.* de Orat. 134 a, Socrates opinor in hac ironia diſſimulantiaque longè lepóre & humanitate omnibus præſtitit. de Clar. 193 a, Nec in hoc ironiam duxeris eſſe, quod dixi, &c. Quin frat. 324 b, Sine vlla mehercule ironia loquor. Acad. 19 a, Ironiam alterius perpetuam præſertim nulla ratio fuit perſequi. de Orat. 134 a, Africanus Aemilianus εἴρων. Attic. 258 b, Socrates de ſe ipſe detrahens, plus tribuebat his quos volebat refellere: ita cum aliud diceret atque ſentiret, libenter vti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant, quam ait etiam in Africano fuiſſe Fannius. * de Clar. 192 a, Ego ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuiſſe, qua ille in Platonis, & Xenophontis, & Aeſchinis libris vtitur, facetam & elegantem puto. ibid. Sed in hiſtoria, &c. vide quæſo ne tam reprehendenda ſit ironia, quàm in teſtimonio. & b, Bella ironia, ſi iocaremur.

† Syntaxis. *Ironia & diſſimulantia. Faceta & elegans ironia.*

IRPINVS, na, num. contra Rull. 88 a, Fundus Irpinus.

IRRAVCEO, es, vel IRRAVCESCO. *raucus fio.* de Orat. 108 a, Aeſopum ſi paulum irraucuerit, explodi video. *Priſcianus legit Irrauſerit.*

* IRRELIGIO, onis. *ſuperſtitio.* ad Her. 12 a, b, Quid amor, quid ambitio, quid irreligio? *Alij religio legunt.*

IRREPO, pis. *arrepo, influo, illabor.* Epiſt. 117 a, Credulitas in optimi cuiuſque mentem facillimè irrepit. de Orat. 162 a, Diſſimulatio quæ maximè quaſi irrepit in mentes hominum. Orat. 105 b, Eloquentia modò perfringit, modò irrepit in ſenſus. pro Arch. 187 b, Cæteri in eorum municipiorum tabulas irrepſerunt. de Ar. 156 b, Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat. pro Cor. 55 b, Is furatus eſſe ciuitatem, genus ſuum ementitus, irrepſiſſe in cenſum dicitur. Offic. 67 a, Si in in locupletum teſtamenta nomen eius poſſit irrepere.

† Syntaxis. *In mentem irrepere, in ſenſus, in opinionem gratiæ, in cenſum. Nomen illius in teſtamentum irrepſit.*

IRRETIO, tis. *illaqueo, impedio, implico* Tuſc. 240 b, His enim ſe adoleſcens improuida ætate irretierat erratis, vt, &c. & I. C. 100 a, Adoleſcentulus, quem corruptelarum illecebris irretiſſes. in Vat. 31 a, Cùm homines negotia gerentes iudicijs iniquiſſimis irretires. Tuſcul. 179 a, Hæc me irretiuit veſte furiali inſcium.

IRRETITVS, a, um. *implicatus*. de Fin. 136 b, 137 a, Si Vlyſſes cantiunculis irretitus teneretur. in Vat. 29 a. Vt loquacitatem iſtam tuam pauciſſimis interrogationibus irretitam retardarem. de Ar. 245 a, Aliquis illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, impetitus expectatione ſupplicij de Orat. 88 b Stoici diſputationum ſuarum laqueis te irretitum tenerent. Poſtq. 100 a, Qui prouinciarum fœdere irretiti totum illum annum querelas ſenatus protulerunt.

† Syntaxis. *Irretire ſe erratis. Adoleſcentulos illecebris corruptelarum irritire, cantiunculis. Odio bonorũ irretitus. Laqueis diſputationum irretire.*

IRRIDENS, tis. *deludens* de Nat. 27 b, P. Claudius per iocum deos irridens. * de Clar. 196 a, Sæpè videbam cùm irridentem, tum etiam iraſcentem & ſtomachantem Philippum.

IRRIDEO, es. *derideo*. Attic 188 a, Cæſar mihi irridere viſus eſt. contra Rull. 85 b, Irridere & contemnere aliquem. Poſtq. 206 b, Irridere ſqualorem & luctum alicuius. de Natur. 58 b, Nihil tam irridet Epicurus quàm prædictionem rerum futurarum. * de Finib. 122 b, Facetè M Piſo & alia multa, & hoc loco Stoicos irridebat. de Clar. 186 a, Sic interuallis, exclamationibus, voce ſuaui & canora, admirando irridebat.

IRRIDEOR, ris. Acad 31 a, Vos ab illo irridemini, & ipſi illum viciſſim eluditis. & 10 a, Qui ita interrogant, ab his irridentur. de Finib. 105 b, Quæ irrideri ab imperitis ſolent.

† Syntaxis. *Irridere & contemnere aliquem, aliquid.*

IRRIGATIO, onis. Offic. 35 b, Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes. & de Sen. 88 a, * Quid ego irrigationes? quid agri foſſiones, repaſtinationesque proferam, quibus fit multò terra fœcundior.

IRRIGATVRVS, a, um. Qu. fr. 318 a, Iugera L. prati irrigaturum te facilè arbitror.

IRRIGO, as. *rigo*. de Nat. 24 b, Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit & 52 a, Aegyptum Nilus irrigat.

IRRISIO, nis. *ludibrium*. Acad. 31 a, Liber igitur à tali irriſione Socrates de Orat. 89 a, Oratio aut nulla fit aut omniũ irriſione ludatur. Offic 28 a, Et cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

IRRISOR, oris. Parad. 118 a, Veniant igitur iſti irriſores huius orationis ac ſententiæ, & iam vel ipſi iudicent, vtrum ſe horum alicuius, &c. ſimiles eſſe malint.

IRRITABILIS, le. *qui facilè irritatur & accenditur iracundus.)(. Placabilis.* Attic. 14 b, Animi bonorum ſæpe irritabiles ſunt.

IRRITATVS, a, um. *laceßitus*. Brut. Attic. 287 a, Pueri & cupiditatem & licentiam potiùs eſſe irritatam quàm repreſſam à Cicerone. & 285 a, Neque magis irritatus eſſet Antonius regno Cæſaris, quàm ob eius mortem deterritus.

IRRITO, as. pro Mil. 118 a, Vi irritare, & ferro laceſſere aliquem.

* IRRITOR, aris. I. A. 210 a, Irritari Antonium non oportuit.

† Syntaxis. *Vi irritare, & ferro laceſſere.*

IRRITVS, a, um. *vanus, inanis.)(. Ratus.* I. V. 221 b, Metellus omnes Verris iniurias reſcindit, & irritas facit. & I. A. 181 a, & 198 b, Quæ ſi leges irritas feceritis, rata eſſe non poſſunt de Leg 173 b, Quæ augur iniuſta & vitioſa, &c. dixerit, irrita infectaque ſunto. I. A. 181 a, Antonius teſtamentum irritum fecit. de Pro. 78 b, Cuius tribunatus ſi ratus eſt, nihil eſt quod irritum ex actis Cæſaris poſſit eſſe. I. V. 122 a, Quod iudicium de compromiſſis factum erat, id irritum iuſſit eſſe. I. V. 136 b, Quæ in magiſtratu geſſiſti ſuſtulit atque irrita iuſſit eſſe. Poſtq. 207 a, Simulata irritaq; triſtitia.

† Syntaxis. *Iniurias facere irritas. Irritum & infectum. Tollere, & irritum facere. Irrita triſtitia.*

IRROGATIO onis. *conſtitutio*. pro Rab. 92 a, * Quod eſt in eadem mulctæ irrogatione præſcriptum.

IRROGATVS, a, um. pro Dom. 235 b, Priuilegijs tyrannicis irrogatis.

IRROGO, as. *legem in aliquem fero, conſtituo.* pro Mil. 108 b, Irrogare mulctam alicui.

IRROGOR, ris. pro Dom. 222 a, Leges priuatis hominibus irrogari eſt priuilegium. pro Dom. 224 b, Ne mihi præſenti mulcta irrogaretur.



† Syntaxis. *Irrogare leges, priuilegia, mulctam.*

IRRVMPO, pis. *irruo, inuado*. I. A. 231 a, Alter in Aſiam irrupit curſim. Ep. 241 b, de D. 90 b, Syracuſani improuisò in caſtra Pœnorum irruperũt. Acad 34 b, Atrocitas iſta, quomodo in veterem Academiam irruperit, neſcio. de Orat. 152 b, Ab ijs qui in noſtrũ patrimonium irruperunt, quod opus eſt nobis, mutuamur. contra Rull. 75 b, Irrumpant in ærarium. Acad. 31 b, & 34 b, Imagines extrinſecus in animos noſtros per corpus irrumpunt. * pro Lig. 139 a, Et in noſtrum fletum irrumpes?

IRRVO, is. *impetum in aliquem perfero, inuado, in aliquem me mitto, influo, redundo.* de Orat. 88 b, Quòd in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes pro Dom. 234 b, In quem quiſq; per homines concitatos irruerit, in quem impetum pertulerit. & 237 a, Omni impetu in aliquem irruere. de Finib. 77 b, Et equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irruebat. de Orat. 158 a, Vt *tranſlatio* deducta eſſe in alienum locum, non irruiſſe (*al. irrupiſſe*) videatur. 213 a, Irruere in aliquem. L. INVADO.

IRRVPTIO, nis. *incurſio*. pro Pom. 6 b, Hoſtium copiæ non longè abſint, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur. in Anton. 231 b, Ponite ante oculos Irruptionem armatorum in Trebonij domum. Att. 125.

Is, ea, id. *iſte, hic, talis*. I. A. 191 a, Vt pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur. pro Syl. 182 b, Vitæ eius turpitudinem in ſummis eius periculis inſequebantur. de Cl. 191 a, Via laudis quam maiores eius ei tritam reliquiſſent. de Diuin. 138 a, Is cùm eſſet proiectus, inhumatus, amica corpus eius texit ſuo pallio. pro Syl. 184 b, Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei ſe honore anteferret. Attic. 11 a, Venit mihi obuiam puer tuus, is mihi literas abs te reddidit. *ideſt, qui*. Epiſt. 222 b, Qu. Pompeius multis & veteribus cauſis neceſſitudinis mihi coniunctus eſt: is cùm antea, &c. I. A. 175 a, Nihil turpius, quàm quòd qui magiſter equitum tibi fuiſſe videreref, is per municipia coloniasque Galliæ cum caligis & lacerna cucurriſti. Epiſt. 68 b, Neque enim tu is es qui, qui ſis, neſcias. I. C. 102 a, Neque enim Catilina is es, vt te aut pudor à turpitudine, &c. Epiſtol 64 b, Is enim tu vir es, & eum me eſſe cupio, vt, &c. Epiſt. 9 a, Ego is ſum, cui vel maximè concedant omnes, vt, &c. de Orat. 111 a, Nam quod addidiſti, nos eos eſſe, qui &cæ. Att. 93 b, Sed illum eum futurum eſſe puto, qui eſſe debet. Attic. 106 b, Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis. Offic. 54 b, Quòd ſi is eſſet Panætius, qui, &c. & ibid. Sed cum ſit is, qui, &cę. de Diuin. 119 a, Omnem autem orationem fuiſſe eam, qua aruſpicinæ diſciplina contineretur. pro Flac. 153 a. Eſt enim credo is vir iſte, vt ciuitatis nomen ſua autoritate ſuſtineat pro Syl. 167 b, Non enim vna eſt ratio defenſionis ea, quæ eſt poſita in oratione. I. A. 189 b, Antonius cum vna legione, & ea quidem vacillante, L. fratrem expectat. de Diuin. 100 a, Plurimis noſtris exemplis vſus es, & ijs quidem illuſtribus. Qu. frat. 318 a, Erant loco poſita ambulationis vno látere, eo quod eſt proximum Balnearis. Orat. 202 a, Excurſio moderata, eaque rata. de Opt. 244 a, Multa dixit de eo, quòd ciuis improbus laudatus eſſet. Attic. 38 b, Maximeque in eo eſt reprehenſus, quòd dixerat, &c. Att. 11 b, Per vnum ſeruum, & eum ex ludo gladiatorio. de Orat. 148 a, Quorum princeps Socrates fuit, is qui, &c. Qu. fr. 298 a, Ea noſtra ratio eſt, vt, &c. Qu. fr. 300 b, Atque is dolor eſt, quòd, &c. pro Cec. 287 b, Is enim ille fuit Ebutius. I. V. 107 b, Non enim prætereundum eſt, ne id quidem. de N. 31 a, Et id maximè hyberno tempore. Attic. 38 b, Negauit, &c. neque id ſanè diu: nam, &c. Attic 8 b, Et id multis verbis Attic. 26 a, Et id ipſum ſine ſtomacho. Att. 11 a, Idq; iudicium vocibus. Att. 8 b, Atq; id ereptum ex ſummis occupationibus. Att. 144 a, Qui circum eum illum. de Orat. 127 a, Si is qui exiſtimor, &c *ideſt, ſi ego, &c.*

† Syntaxis. *Is tu vir es, qui, vt. Multa dixi de eo quòd malus eſſet ciuis, &c In eo reprehenſus eſt, quòd. Multi circum eum illum ſunt. Si is qui dicor. id eſt, ſi ego.*

ISARA. *fluuius*. Epiſt 152 Planci vide HISARA.

ISAVRICVS, a. Att 82 a, Iſauricum forum.

ISAVRVM, *locus*. I A. 125.

ISIACVS, a. de Diu. 108 a, Iſiaci coniectores. Ennij.

ISIS, *dea*. de Nat. 69.

ISOCRATEVS, a. Orat. 217 a, Mos Iſocrateus.

ISOCRATES, tis. de Orat. 199 b, Ille pater eloquentiæ Iſocrates. de Orat. 117 a, Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorũ omnium, cuius è ludo tanquã ex equo Troiano innumeri principes exierunt. de Orat. 214 b, Iſocrates verbis ſolutis numeros primus adiunxit.

ΙΣΟΝΟΜΙΑ. L. AEQVABILIS, & AEQVABILITAS, & AEQVILIBRITAS.

ISSVS. *oppidum*. Attic. 79 Epiſt.

Iste,a,ud.pro S.R.26 a,Non iſto artificio accuſatorio callidior es quàm hic in ſuo. pro Dom. 227 a, Lex quam iſtiſtulerat. Att.101 b, Iam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineo. de Amic. 99 b, Eos qui iſta ſubtilius quærunt,in numero ſapientum non habent. de Sen. 94 b, Et ita ex vita iſta diſcedo, tanquam ex hoſpitio. de Am. 97, Nec ab iſto officio,quod ſemper vſurpaui,abduci debui. Parad.116 b, Mihi iſta παράδοξα,quæ appellantur, videntur eſſe veriſſima. de Leg.283 b,Iſte igitur ſumptus minuit. Epiſt.84 a, Armorum iſta & victoriæ ſunt facta, non Cæſaris. Acad. 24 a, A' me iſtam exceptionem non impetrabunt. & ibid. Omnes iſtos aculeos. & 4 a. In iſta vna diſputatione. Aca. 50 a, Cum Stoicus ſyllabatim iſta dixerit. Acad.27 b,Iiſdē enim his ſapiens,de quo loquor, oculis, quibus iſte veſter cœlum,terram,mare intuebitur. Acad 30 a,34 a, Quāti libertas iſta æſtimāda eſt.de Orat.93 b, Iam verò iſta conditione,dum,&c de Orat.93, Ego verò, inquit,iſtis obſequi ſtudio. de Sen.81 b, Age,vt iſta diuina ſtudia omittamus. de Orat.122 b,Atq; ego ex iſtis ſæpe audiui. de Clar.189 a, Nec iſtos excellentes viros reſp perdidiſſet. Tuſcul.142 b, Tranſeat idem iſte ſapiens ad remp. tuendā. de Or. 120 a, Meæ totius orationis & iſtius ipſius in dicendo facultatis, quam,&c pro Dom.215 b,Hunc iſtum ocij & pacis hoſtē. pro Qu.3 b,Tum iſte vir optimus,&c.Epiſt.29 a,Iſte Ariobarzanem non regem, ſed regis filium appellat. de Or.98 a,Hæc quæ iſti forſitan puerorum elementa videantur. *id eſt, Craſſo.* de Nat. 25 a, Non erit iſta modò amicitia, ſed mercatura. & b,Pecudum greges diliguntur iſto modo.de Amic 110 a, Iſto enim modo pædagogi maximè erunt diligendi. de Leg. 157 a, Et ſæpe de iſto collocuti ſumus.de Inuen.77 b, Si hoc modo ſcripſiſſet, iſto verbo vſus non eſſet,non iſto loco verbum iſtud collocaſſet. de Orat.109 b,Non poſſunt iſthæc ſic abire. Att.130 b,Si ille circum iſthæc loca commorabitur. Acad.27 b,Iam Iſthuc te quoq; impediat. Epiſt 205 b,Attamen iſthæc ipſa,quæ te emiſſe ſcribis, erunt mihi grata.

† Syntaxis. *Et iſtius ipſius facultatis. Hic iſte pacis hoſtis.*

*Isther,ri *fluuius,qui & Danubius.* Orat.211 a, *Nauij.* Vos qui accolitis Iſtrum fluuium atq; Algidam.

Isthmus, mi. *anguſtum ſpacium inter continentem & peninſulam:quale eſt Peloponneſi,vbi Corinthus fuit.*de Fat.141 b, * Vt Nemea quàm Iſthmo victoriam petat.

Istic.de Fin.143 b,Iſtic ſum, inquit. & Epiſt.17 b, Vt tibi malis,vbi,&c.quàm iſtic,&c.

Istinc. Attic. 115 a, De malis noſtris tu prius audis, quàm nos:iſtinc enim emanant. Epiſt. 17 b, Qui iſtinc veniunt,&c.

Istiusmodi. I.V. 72 b, Malicioſè neceſſe eſt iſtiuſmodi rationi aliquo cōſilio obſiſtere de Or.93 b Adduxiſſe huc Græcum aliquem, qui nos iſtiuſmodi diſputationibus delectaret. L.Iste.

Istuc *pro iſtud.* pro Qu. 10 b, Quo die vadimonium iſtuc factum eſſe dicis? & de D. 115 b, Qui idem iſtuc quidem dicunt,quod eſt dictum à te.

Ita.*ſic.* Att. 106 b, Quod putaſti fore, &c.factum eſt ita. I. A.227 b, Eſt iudices ita, vt dicitur. Attic.100 b, Velim des operam vt inueſtiges, ſit ne ita. Brut 91 b, Id ſi ita eſt,iſtic tibi cenſeo commorandum. pro Rab. 91 a, Quæ cùm ita ſint,primùm, &c. Attic.227 b, Quod cùm ita ſit,maximè vellem,primùm,&c.pro Syl.167 b,Ita inquit:tu enim, &c. Attic. 72 a,Hoc tibi ita mando,vt dubitem,an etiam te rogem, vt pugnes, ne intercaletur. de Orat. 94 b, Ita quicquid eſt,in quo,&c.I.A.265 b,Ita de vnoquoque,vt quenque meritum arbitrantur, exiſtimant. Attic. 142 a, Ego te (ita incolumi Cæſare moriar) tanti facio, vt paucos æquè ac te charos habeam. Epiſt. 136 a, Hæc ad illum perferuntur:ita enim ipſe mandauit: ſic ſit, vt putet, &c. & 8 b, Atq; ita, vt nullam, &c. de D. 125 b, Itáne? & in Verr.84 a, Itáne verò hoc Brutus egit, vt Lanuuij eſſet?de D.85 a, & I.A.99 b,Caſu inquis,itáne verò? de D.122 b,Itáne cenſes?antè coronam extitiſſe quàm,&c. Ita tamen ſi enimverò ſi.L.Enimvero.Ita tamen ſi,enimuerò niſi.I.C.129 b, Nam ita mihi ſalua republica vobiſcum perfrui liceat, vt ego,&c.

¶ *Tam.* pro Sex R. 28 b, Non ita multis antè annis aiunt: quendam,&c.I. V.118 b,& de Clar. 176 b Tadius non ita multum tecum fuit. de Orat.107 b, & 140 a,& I.A.154 a, Non ita multum ſpacij eſt. & de Clar.187 a, Non ita multi ſunt. de Nat. 18 b, Quibus homines non ita valde mouentur. de Clar. 168 a, Themiſtocles non ſanè vetus. Epiſt. 10 b, Non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognōram. Epiſtol 53 a, Cùm ita latè pateat eius poteſtas. & 19 b, Ita ſunt omnia debilitata iam propè & extincta Ep.49 a,Ita mihi pulcer hic dies viſus eſt,vt viderer videre &c.

¶ *Valde.*I.V.226 a,Simulacra prēclara, ſed non ita antiqua. *id eſt,non multum antiqua.*de Clar. 168 a, Ille non ita pridem abijt. Orator.199 a, Non ita lato interiecto mari. Orat.202 a,Rarus inceſſus, nec ita longus. de Orat.115 b, Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt.de Clar.186 a,C. Fimbria nō ita ſe diu iactare potuit. pro Qu. 3 a, Nec ita multo pòſt in Galliam proficiſcitur. & ibidem:Cùm non ita commodè poſſet.pro Flac.156 a, Interim nec ita longo interuallo ille venit. de Finib. 73 b, Acceſſione vtuntur non ita probabili.Ep 160 a,Non ita neceſſe videbatur.Tuſc.32 b,Hęc enucleare non ita neceſſe eſt. Acad. 2 a, Hoc tibi non ita decorum eſt.

Italia, liæ. *regio eſt, quam natura mari ſupero & infero & alpibus muniuit,& non ſine diuino numine.* pro Arch. 186 a, Erat Italia tunc plena Græcarū artium ſtudiaq; hæc & in Latio & hic Romæ colebantur. de Orat 122 b, Referta quondā Italia Pythagoreorum fuit. contra Rull.79 b,Etenim quātulum intereſt, vtrum in Maſſici radices, an in Italiam, alioue deducamini?

Italicus,a.Tuſc.247 b,Italicæ mēſæ. in Verr.243 b,Italicum bellum.ad Her.116 b,de Offic.93,Italici philoſophi.

Italus,a,um.de Ar.248 a,Itali ac Latini.

Itaque,*iccirco,quamobrem.* de Amic.96 a,Itaq; ex me quærunt,&c.

¶ *Et ita.*de Clar.165 b, Homines mihi ita chari,itaq; iucundi,vt,&c.*id eſt,& ita.*pro Cluent.28 a,Itaq; feci.& I.V.55 a, & de Finib.92 a.

Item.*ſimiliter,etiam,quoq;.* de Diu. 111 b, Solis defectiones, itemq; Lunæ prædicūtur,&c. de L.180 b,Placuit Scæuolæ & Coruncano, itemque cæteris, qui, &c. I.A. 191 a,D. Brutus,L.Plancus,itemque cæteri,qui,&c. & in Verr.246 b,Quibus item vt cæteris imperabat,&c. de Amic.96 a,b, Itaque ex me quærunt, credo & ex hoc item Scæuola. Attic. 21 a, Græcè i em ſcriptum L. Conſſinio ad te dedi. de Orat.131 a, In re eſt item ridiculum. Qu.fr.324 a, Aiunt nonnulli, Salluſtius item me,&c I.C.112 a, Gabinium ſtatim ad me vocaui, deinde item acceſſitur Statilius. Ep.80 a,Hoc item tempore breuior eſſe debeo. Ep.70 b,Te non veniſſe miratus ſum,quod item nunc miror. Epiſtol.21 b, Meaq; item in te ſingularis beneuolentia. & 132 a,M.Planius,qui eſt item Calenus.166 b. *bis*, M Lepidus Imp.item pontifex max. in Verr. 245 b, Cur Taurominitanis, item fœderatis nauem imperaſti? de Diu. 102 b, Romulus augur cum fratre item augure. *ad Heren 6 b,Vt oſtenderemus,quæ ratio poſſet,&c.& item quales.

¶ *Viciſſim.* Att. 166 a, Tu meas epiſtolas concerptio, ego item tuas.

¶ *Ita,ſic.*de Orat.94 b,Nihil eſt quod cogat homines,ſicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti. Ter. 74 b, Si ex capite ſis meo natus, item vt aiunt Mineruam eſſe ex Ioue. Attic.39 b, Quare vt Numeſtio mandaui, tecum vt ageret, item atque eo ſi poteſt acrius,te rogo, &c. Orat.216 b,Non item in oratione,vt in verſu extat numerus. I.V.204 a, Feciſti item vti prædones ſolent.I.V 195 b, Item vt vos Romæ cognouiſtis. Par.241 a,& pro Mur. 140 a, Et item commune periculum. Att.36 b,Spectaculum tibi vni iucundum,cæteris non item.Epiſt. 255 b, Alijs fortaſſe non item.de Nat.38 a, Quod in libero ſeruant,in libera non item. Ac 7 a, Alterum videmus, &c. alterum non item. Acad. 11 b, Vt enim de ſenſibus,item faciunt de reliquis.

† Syntaxis.*Sol,itemq; Luna Itemq; cæteri. Deinde item ille.Vt illis item alius Te amo item vt filium.id eſt,æquè ac.*

Iter, itineris. Att.12 b.Cēſeo via Appia iter facias,celeriter Brunduſium venias. & ibid. Confeſtimq; cū Qu. fratre & liberis noſtris iter in Apuliam facere cœpi. Att. 211 b,Cū illi iter inſtaret & ſubitum & longum. Att.284 b, Tabellarius quē ad Brutum miſeram, ex itinere rediret.de Inu.52 a,Venire ex itinere pro M.106 a,Iter neceſſarium eo die illi erat Lanuuium. Ep.144 a,Meumq; iter eò contuli. & Att. 40 b,Att.69 a, Deinde cogitabam ſine vlla mora iſta itinera facere.Att.75 b,Nunc iter cōficiebam æſtuoſa & puluerulenta via. & 225 b, Trebonius itineribus deuijs profectus eſt in prouinciam. Att 259 b, Veni ad pontem Tyretium, in quo flexus eſt ad iter Arpinas. de Or.135 b, Perge cōficere iter reliquum. Quint.frat.324 b, Patiamur illū ire noſtris itineribus. Att.126 a,& Ep.24 b,Cohortes,quæ ex Piceno ad me iter habebant. Qu fr.310 a, Luceius in Sardiniam iter habet.Ep.150 a,*Planci.* Cùm iter ad Mutinam dirigerem,in itinere de prælio facto audiui. Tuſc.169 a,Prò dij immortales,quàm optabiliter(*al.hoc omittunt*)iter illud ineundum eſſe debet. de Orat. 83 b, Ingredi iter pedibus, ingredi iter equo. in Anton.243 b, Iter longum ingreſſus ſum. de Diuin.86 b, Itaq; perſæpe reuertit ex itinere,cùm iam progreſſus eſſet multorū dierum viam. in Vat.31 a,b, Cùm iter illud Hiſpanienſe pedibus ferè confici ſoleat, aut ſi quis nauigare velit,&c.pro Plan.279 a, Iter à Vibone Brundu-

Brunduſium terra petere contendi. pro Pompeio 9 b, Teſtis eſt Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum internecione patefactū eſt. Ep. 245 a, Cùm abeſſem ab Amano iter vnius diei. * Ep. 174 a, Biduo me Antonius anteceſſit, itinere multò maiore fugiens, quàm ego ſequens. pro L. Varen. Cùm iter per agros & loca ſola faceret cum Populeno. ibid. Vtrum velitis, caſu illo itinere Varenum eſſe vſum, an huius perſuaſu & inductu? Oecon. 1, Tum etiam itinera diſtribuit viro, natura. 3 Acad. Qui in itinere deerrauiſſent. * pro Sex. Roſc. 22 a, b, Cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius ne iter quidem ad ſepulchrum patrium reliquiſſet. & 34 b, Quæ res eum nocte vna tantum itineris contendere coëgit? Quæ neceſſitas eum tanta premebat? vt ſi ſua ſponte iter Ameriam faceret, id temporis Roma proficiſceretur. Poſtq. 199 b, Coniugis miſeræ ſqualor & luctus, atq; optimæ filiæ mœror aſſiduus, filijq; parui deſiderium mei lachrymæq; pueriles aut itineribus neceſſarijs, aut magna parte tectis ac tenebris cōtinebantur. de Nat. 6 a, Longū eſt iter ad omnia. Ep. 193 b, Caſſium cū ſuis omnibus copijs nunciatū eſſe, quatridui iter à Laodicea abfuiſſe. Att. 40 a, Vt ad me Vibonem ſtatim venias, quò ego multis de cauſis conuerti iter meū. Sed eò ſi veneris, de toto itinere ac fuga mea cōſilium capere potero. ibid. Itineris noſtri cauſa fuit, quòd nō habebam locū. ibid. Ex eo loco ſi iter haberē. ibid. Iter eſſe moleſtū ſcio. Att. 40 b, Statim iter Brunduſium verſus cōtuli ante diem rogationis. ibid. Ad iter id, quod conſtitui, nil mihi optatius cadere poſſe. ibid. Siue per Epirū iter eſſet faciundum. Att. 41 a, Nobis iter eſt in Aſiam, maximè Cyzicum. ibid. Sed itineirs cauſa, vt diuertam, primum eſt deuium: deinde ab Antonio & cæteris quatridui: deinde ſine te. Att. 42 a, Neq; de illius itinere quicquā certi habebamus. Att. 133 b, Omnia mihi prouiſa ſunt, præter ocultū & tutum iter ad mare ſuperum. Att. 134 b, Arpinum volebamus, vt inde iter quàm maximè ἀνυπαντητον eſſet ad mare ſuperum. Att. 162 b, Dubitauit noſtrum nemo, quin Cæſar itinera repreſſiſſet: volare dicitur. Q. fr. 238 b, Si Cæſare imperatore iter ex Gallia tutum non fuit.

¶ *Ius ingrediendi.* pro Cec. 299 a, Iura itinerum. ibid. Aquæductus, hauſtus, iter, actus à patre, ſed rata autoritas harū rerum omnium à iure ciuili ſumitur. *hic iter, ius eſt, quo quis ire poteſt, non iumentum aut vehiculum agere.*

† Syntaxis. *Iter facere. Illis inſtat iter longum. Redire ex itinere, venire. Iter eſſe alicui. Iter conferre ad. Conficere iter æſtuoſa via. Itinera deuia. Ire maiorum itineribus. Iter habere. Iter ad ſepulcrum relinquere. Iter dirigere ad. In itinere audire. Inire iter. Cōficere pedibus iter. Iter contendere terra à Vibone Romam.*

ITERANDVS, a, um. *repetendus.* ad Her. 33 a, Iterando redintegrare aliquid. Acad. 22 a, Iterandum eadem & iſta mihi. Tuſc. 184 a, Iterandum eadem mihi iſta. *aliter, Iteranda, ſed mendosè.* ſic ad Att. 229 b, * Iterandum eadem iſta mihi. *Alij legunt, Itera dum.*

ITERATIO, nis, *geminatio, repetitio, redintegratio.* * ad Her. 33 a, Conduplicatio eſt cū ratione amplificationis aut commiſerationis, eiuſdem vnius, aut plurium verborum iteratio. de Orat. 162 a, Et iteratio *permultum mouet.* Or. 204 b, Itemq; ſi quæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac ſummiſſione orationis alienæ.

ITERATVS, a, um. de Orat. 120 b, Ager non ſemel aratus, ſed nouatus & iteratus. Par. 231 b, Verba ſæpius iterata. & 234 a, Verba iterata, duplicata.

ITERO, as. *gemino, duplico, repeto.* Orat. 209 b, Vt quod dixit, iteret. * Acad. 22 a. *Ennij.* Age adſta, mane, audi: itera dum eadem & iſta mihi.

ITEROR, ris. de Orat. 209 a, Cùm aut duplicantur iteranturq; verba aut breuiter commutata ponuntur.

ITERVM. *rurſum.* pro Flac. 156 b, Iterum iſte Romam ſe retulit. pro Dom. 240 b, Bis à me ſeruatus eſt, ſeparatim ſemel, iterum cum vniuerſis. de Inuent. 56 a, Primò quidem decipi incommodū eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe. Ep. 221 a. Id vt re experiatur, iterum & ſæpiùs te rogo. pro Seſt. 11 a, L. Saturninus iterum tribunus. de Ar. 249 a, P. Africanus iterū conſul ille maior, &c. & de Diu. 96 a, C. Flaminius conſul iterum. de Diu. 133 b, Nonnunquam etiam iterum ac tertium. pro Fon. 279 a, Semel atq; iterū ac ſæpius. de Orat. 118 b, Iterum autem peccant, cum ſe iungūt, &c. pro Pomp. 9 b, Teſtis eſt iterum ac ſæpius Italia. pro S. R. 28 a, Iterum ac tertiò nominaui, &c. de Clar. 171 a, Et Liuianæ fabulæ non ſatis dignæ vt iterum legantur. * pro C. Cor. 1, Cùm bis iuraſſet, ſemel priuatim à patre, iterum publicè à lege coactus.

† Syntaxis. *Iterum aliquem, ac ſæpius rogare. Ille iterum Conſul. Iterum ac tertiùm conſul.*

ITHACA, cæ. *parua inſula, Vlyßis patria.* de Orat. 101 a, & de Leg. 166 b.



ITHYREVS, a, um. in Ant. 181 b, Ithyrei barbari cum ſagittis. & 164 a.

ITIDEM. *ὁμῶ, ſimiliter, pariter, item.* de Diu. 83 a, de L. 261 a, Et ea quę mouent ſenſus, itidē mouent ſenſus omnium. Part. 236 b, Temperantia in rebus incommodis eſt itidem duplex. *bis.* & de N. 71 b, Vinctus itidem à filio Saturnus. de Leg. 170 b, Quia nunc itidem ab eodem ſunt nobis agendi capienda primordia.

ITIO, onis. *eundo, itus.* )( *Reditio.* Att. 180 a, De obuiam itione faciam vt ſuades. de Diuin. 95 a. Sed Rhodiorum claſſi propinquum reditum ac domum itionem dari. * Att. 221 b, Quæris quid cogitem de obuiam itione. Quid cenſes, niſi Alſium?

ITO, as. *frequenter eo.* Epiſt. 141 b, Te ad cœnas itare deſijſſe, moleſtè fero.

ITVR. Att. 155 a, Dicam ſenatui non placere in Hiſpanias iri. pro Cluent. 28 b, in conſilium iri oportebat. & ibid. Itū eſt in conſilium. Ep. 162 b, Poſteaquam itum eſt ad arma. I. A. 207 a, & 158 a, Eſt enim ita decretum, vt ad ſaga iretur. ibitur. I. V. 101 b, Dicebat iſte, niſi cum muliere decideretur, in poſſeſſinem ſe iri paſſurum. I. V. 82 b, Si poſt cal. Ia. in conſilium iretur.

ITVRVS, a, um. Ep. 3 a, Perſpiciebant enim in Hortenſij ſententiam multis partibus plures ituros. in Vat. 86 a, Quamdiu alium prætorem cum ijs iudicibus, quos, &c. de te in conſilium iturum putaſti?

ITVS, tus. *itio, inceſſus.* Att. 240 b, Quis porrò noſter itus, reditus, vultus, inceſſus inter iſtos?

IVBA, bæ. *crines è collo equorum & aliarum beſtiarum pendentes.* de Nat. 48 a, Hic equus ille iubam quatiens, &c. de Diu. 95 b, Equus cuius in iuba examen apum conſederat. de Diu. 122 b, Dionyſij equus habuit apes in iuba.

IVBATVS, a, um. *iuba ornatus.* ad Heren. 39 b, Tanquam iubatus draco.

IVBENDVS, a, um. *imperandus.* de Orat. 90 a, Num apud populum de legibus iubendis atq; vetandis, &c.

IVBEO, bes. *hortor.* )( *Veto.* Epiſt. 215 a, Literæ, non quæ te aliquid iuberent, ſed commendatitiæ. Ep. 232. Sperare nos amici iubent, ſuadent, hortantur. Att. 208 b, Etſi tuæ literæ rectè ſperare iubent, tamen, &c.

¶ *Rogo.* p. Deiot. 151 a, Iubeo te bene ſperare, & bono animo eſſe. Ep. 96 a, Valde iubeo gaudere te. I. V. 69 b, Iubeo te ſine cura eſſe. Att. 188 a, Ita porrò te ſine cura eſſe iuſſit.

¶ *Dico.* Att. 96 a, Illum ſalutaui, poſtea iuſſi valere.

¶ *Curo.* Att. 62 a, Dionyſium iube ſaluere.

¶ *Impero.* Att. 275 a, Quod nec ſenatus cenſuit, nec populus iuſſit, id arroganter non præiudico. pro Cec. 203 b, Si populus iuſſerit me tuū ſeruum eſſe, putáſne id iuſſum ratū atq; firmū futurum? cont. Rull. 77 b, Quia vos fœdus non iuſſeritis, veretur Hyempſal, vt ſatis firmū ſit. pro Fl. 149 a, Quę ſciſceret plebs, aut quæ populus iuberet. pro Corn. 62 b, Populus Romanus legem iuſſit de ciuitate tribuenda. I. V. 141 b, Senatus decreuit, populusq; iuſſit.

† Syntaxis. *Amici iubēt, ſuadēt, hortātur.* ordo nō imitandus. *Iuſsit ille Cæſ. valere. Saluere Cæſ. Iube obſecro. Valde iubeo gaudere te. Quod iubet populus, id iuſſum, ratum, ac firmum eſt.*

IVCVNDÈ. *ſuauiter, dulciter.* pro Deiot. 147 a, Cùm in conuiuio comiter & iucūdè fuiſſes. de Am. 95 b, Is multa narrare de C. Lælio memoriter & iucundè ſolebat. pro Cæl. 40 a, & 42 b, Tuſc. 247 b, Iucundè edere vel bibere. de Fin. 57 b, Iucundè viuere.

IVCVNDITAS, tis. *feſtiuitas, lepor, hilaritas, fructus.* de Orat. 87 a, Eaq; eſſet in homine iucunditas, & tantus in iocando lepos. Att. 161 b. Etſi nihil vnquam tam fuit ſcribendum, quàm nihil mihi vnquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidiſſe. Offic. 25 a, Relaxare animum, & dare ſe iucunditati. contra Rull. 81 b, Vrbani quibus iſta agri ſpes & iucunditas oſtenditur. pro Dom. 228 a, Itaque ille dies tantæ mihi iucunditati fuit, vt, &c. Antequam. 193 b, Idcirco vitam eripere cupiunt, vti cum ſpiritu ſenſum quoque adimant iucunditatis. & 193 a, de Finib. 56 b, Voluptas, quæ cum iucunditate quadā percipitur ſenſibus. pro Mar. 134 a, Ex quo quidem maximus eſt fructes iucunditaſque ſapienti. & pro Mur. 133 b, Fructus iucunditatis. Quint. frat. 312 b, Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola, hoc aſperſit moleſtiæ. Offic. 2 b, Hoc conducit ad vitæ commoditatem iucunditatemque. * de Finib. 61 b, Si corporis grauioribus morbis vitæ iucunditas impeditur. de Orat. 157 a, Tertius ille modus transferendi verbi latè patet, quem neceſſitas genuit inopia coacta & anguſtijs, pòſt autem delectatio iucunditaſque celebrauit. de Petit. 207 a, b, Amicorum ſtudia beneficijs, & officijs, & vetuſtate, & facilitate, ac iucunditate naturæ parta eſſe oportet. de Amic. 111 b, Hæc eſt ſocietas, in qua omnia inſunt, quæ putant homines expetenda: honeſtas, gloria, tranquillitas animi atque iucunditas.

Vt cùm

Vt cùm hæc adſint, beata vita ſit,& ſine his eſſe nõ poſſit.

† Syntaxis. *Comiter & iucundè eſſe in conuiuio. Narrare memoriter & iucundè. Iucundè bibere. Relaxare animũ, & ſe dare iucũditati. Vrbani agri iucunditas. Voluptas cũ ſenſuum iucunditate. Delectatio, & iucunditas. Tranquillitas, & iucunditas. Fructus & iucunditas. Vitæ commoditas, & iucunditas.*

IVCVNDVS,a,um: dior, ſſimus. *amœnus, dulcis, ſuauis. Differt à grato iucundus: quòd iucunda, ſunt item grata: ſed non continuò grata, ſunt etiã iucunda. nam grata eſt ægroto medicina, verùm iniucũda & inſuauis: at ſitienti, potus & gratus eſt & iucundus. L. Gratus.)(. Odioſus.* I.C. 118 a, Eſt mihi & iucunda in malis,& grata in dolore veſtra erga me voluntas. Quin.fr.320 a, Et mihi pergratũ, perq; iucundũ erit. Att.14 b, Fuit enim mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucunda,& timoris cõſolatio grata. Att.52 a, Iſta veritas etiãſi iucunda nõ eſt, mihi tamẽ grata eſt. Ep.51 a, Cuius officia iucundiora ſcilicet mihi ſæpe fuerunt, nunquã gratiora. 72 a, Amor tuus mihi gratus & optatus: dicerem iucundus, niſi id verbũ in omne tẽpus perdidiſſem. I.C. 120 b, Comes alicui clarus atq; iucundus. Antequã 192 a, Iucũdiſſimus fructus libertatis. I.C.121 a, Patriæ ſolum cũ eſt omnibus charum, tum verò dulce atq; iucundũ. de Or. 137 a, Inuehi in homines charos, iudicibusq; iucundos. & 140 a, Fides iucunda eſt auditu in laudationibus.& 103 a, Sententiæ ad probandũ accommodatæ, & verba ad audiendum iucunda. & 148 a, Scientiæ ſuauitas, quia nihil eſt hominibus iucundius. Tuſcul.247 a, Nihil viſum eſt illo pane iucundius. pro Sex. Roſc.26 b, Is nihil aut patri gratius, aut ſibi iucundius, aut reuera honeſtius facere poſſet. contra Rull. 4 a, Agri iucundi & fertiles. Sal. in Cic.270 b, Filia tibi iucundior atq; obſequentior quàm parenti par eſt. Epiſt. 57 b, Ille mihi iucundiſſimus eſt. pro Pomp.4 a, Conſpectus veſter multo iucundiſſimus. de Fin.67 a, & 54 a, Iuuare enim in animo & in corpore dicitur, ex eoque iucundum. I. V. 152 b, Odor ſuauis & iucundus.

† Syntaxis. *Amor gratus, optatus, & iucundus. Comes charus & & iucundus. Charus, dulcis, & iucundus. Fides auditu iucunda, & ad audiendum iucunda verba. Panis, ager, conſpectus, odor iucundus.*

IVDAEVS,a,um. pro Flac.160 a, Cùm aurum Iudęorum nomine ex Italia Hieroſolymam exportari ſoleret. de Pro.71 a, Iudæi & Syri nationes natæ ſeruituti.

IVDEX,cis. *arbiter, diſceptator, animaduerſor, exiſtimator, æſtimator.* Att.277 a, Flauius noſter de controuerſia, quam habet cum Dyrrachinis, hæreditaria ſumpſit te iudicem. de Orat. 127 a, Equites Rom. apud quos tum iudices cauſa agebatur pro Sex. Roſc.26 a, Fannius huic quæſtioni iudex præfuit. pro Cluent.33 a, C. Viſelius iudex quæſtionis. pro S.R. 32 b, L. Caſſius ille, quem populus Rom. veriſſimum & ſapientiſſimum iudicem putabat, identidem in cauſis quærere ſolebat, Cui bono fuiſſet.& ibid. Hũc quæſitorem ac iudicem fugiebat, atq; horrebant. & ibid. Vel illo ipſo acerrimo iudice, vel apud Caſſianos iudices cauſam dicere. pro Cecin. 294 a, De vi teipſum habebo iudicem Ebuti. pro Cluent.39 a, Sed iſtine iudex in C. Fabritium? & 42 b, Neminem voluerunt noſtri maiores, ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet.& ibid. Prætores vrbani, qui iurati debent optimum quemq; in lectos iudices referre. ℘ Muræn.130 b, Vtrum iudicem an arbitrum dici oporteat. I.V.114 b, Prætor det quem velit iudicem. & 153 b, De cõuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit. & 248 b, Iudex bonus eſſe nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non mouetur. pro R.P. 124 a, Accuſaui de pecunijs repetundis, iudex ſedi, prætor quæſiui. pro Syl.185 a, Vos reiectione interpoſita repentini in nos iudices conſediſtis. pro Dom. 220 a, Qui de quaq; re conſtituti iudices ſunt. pro R.P.128 b, Iudex de reo. pro Plan.260 a, Populus ſemper dignitatis iniquus iudex eſt. Offic.60 b, Nec ſi iudex quidem erit de ipſo amico. I. A. 156 b, In iudice ſpectari & fortuna debet, & dignitas. & ibid. Lex promulgata de tertia decuria iudicũ: *id eſt centurionũ*. pro Sylla 185 a, Sic nos ſi acres ac diligentes iudices eſſe volumus, animaduerſoreſq; vitiorũ, magna intelligemus ſæpe ex paruis. Epiſt.61 b, Vt tu quoq; ęquum te iudicem dolori meo præbeas. Offic.23 b, Acrem ſe & vitiorum & bonorũ ſuorum iudicem præbeat. pro Sylla 176 b, Te exiſtimo ibi ſtatuiſſe quid faceres, & ſatis idoneum officij iudicem poſuiſſe. de Finib.91 a, Aequus æſtimator & iudex rerum. Orat. 207 b, Iudicem me eſſe, non doctorem volo. in Verr. 71 b, Iudex integer, ſeuerus, triſtis, ſumma religione. Tuſcul. 150 a, Num te illa terrent, Inexorabiles iudices Minos & Rhadamanthus? * pro Cluent. 33 a, In conſilium erant ituri iudices triginta & duo: ſententijs decem & ſex abſolutio confici poterat: H-S. quadraginta millia nummûm in ſingulos iudices diſtributa eum numerum ſententiarum conficere debebant. in Clod. Non te iudices vrbi, ſed carceri reſeruârunt: neq; te retinere in ciuitate, ſed exilio priuare voluerunt. Incer. Quod iudicis lenti & conſiderati eſt proprium. de Or. 138 b, Nam & attentum commonẽt Græci vt principio faciamus iudicẽ,& docilẽ. ibid. Quod & attenti tum maximè ſunt, cũ omnia expectãt *iudices*, & dociles magis initijs eſſe poſſunt. ibi. Maxima copia principiorũ ad iudicem aut alliciendũ aut incitandum ex ijs locis trahitur. ibid. Impelli primò iudicẽ leuiter *oportet*, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. Orat.209 a, Nec verò miſeratione ſolum mens iudicum permouenda eſt,&c. ſed etiam eſt faciendum vt iraſcatur iudex, mitigetur, inuideat, faueat, contemnat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, ſatietate afficiatur, ſperet, metuat, lætetur, doleat. Partit.230 b, Statuit de præteritis, vt iudex. pro Quint. 5 b, In altera *re* ſpes eſſet, ad talem tamen virum iudicem veniendi: vnde eo plus opis auferret. ibid. Te iudicem, C. Aquili, ſumpſit. pro Quin. Roſc. 49 a, Nunc per iudicem condemnabis? & b, Debere tibi ex ſocietate nihil, clamitaſti iudici. pro Q. Roſc. 52 a, Quis eſt ex his grauiſſimus *teſtis*? Sine controuerſia qui omnium iudicio comprobatus eſt iudex. Quem igitur ex his tribus à me teſtem ſpectabis? & Iudicem? Cluuius eſt. Quid is dicit? ibid. Quem tu ſi ex te *ſpectas*, iudicem ſumpſiſti. ibid. Nega iudici tuo credi oportere. & b, Eúmne teſtem improbabit, quem iudicem probarit? Eius teſtis ad iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidem & religionem iudicis teſtes comparabat? Quem ego ſi ferrem iudicem, refugere non deberet. pro Q. Roſc.53 a, Qui qua de re iudex fuiſſet, teſtis eſſet. I.V.71 b, Cùm iudex in Iuniano conſilio fuiſſet. ibid. Hunc iudicem ex Calend. Ianuar. nõ habebimus. Q. Manlium & Q. Cornificium, duos ſeueriſſimos atq; integerrimos iudices, quòd tribuni plebis tum erunt, iudices non habebimus. P. Sulpitius iudex triſtis & integer magiſtratum ineat neceſſe eſt Non. Decembribus. I.V.180 a, Ecmptos habere iudices, alium HS CCCC millibus, alium HS D, quẽ minimo, CCC. & b, Non quæro iudices Caſſianos. ibid. Albam habebo iudicem. pro Clu 33 a, Qui cũ eſſet eo tempore tribunus plebis, conuiuium C Iunio iudici quæſtionis maximũ fecit. ibid. Sic eiuſmodi iudices infeſti tum reo venerãt. ibid. Quidnam ſentẽtiæ ferrent leues ac nummarij iudices. pro Cluen.37 a, Nuper apud C. Orchinium collegam meum locus ab iudicibus Fauſto Syllæ de pecunijs reſiduis non eſt cõſtitutus: nõ quò illi aut ex legẽ eſſe Syllam,&c. putarent. ibid. Quã quidem rationem vos iudices diligenter pro veſtra ſapientia & humanitate cogitare & penitus perſpicere debetis. & b, Quòd ex lege ſubſortitus iudicem nõ eſſet. pro Cluent.38 a, Vt id eſſe ſecutos iudices dicas. ibid. Quod iudicibus probarint, ſe,&c. pro Planc. 265 b, Vt poſteà princeps inter ſuos fuerit plurimarũ rerũ ſanctiſſimus & iuſtiſſimus iudex. pro Plan.267 a, Dubitatis igitur, iudices, quin vos M. Laterenſis ſuo iudicio nõ ad ſententiam legis, ſed ad ſuã ſpem aliquã de ciuitate delegerit? ibid. Vt antè confeſſum eorũ iudicũ videam, quàm potuerim qui eſſent futuri ſuſpicari. Apud eoſque me, ne quinq; quidẽ rectis,&c. cogas cauſam de fortunis omnibus dicere? & b, Vt nos inuito te, tamen ad iudices, nõ ad carnifices, veniremus. ibid. An verò nuper clariſſimi ciues nomẽ editi iudicis nõ tulerunt? cùm ex CXXV iudicibus, principibus, equeſtris ordinis, quinq; & LXX reus reijceret, L. referret. ibid. Nos neq; ex delectis iudicibus, ſed ex omni populo, neq; editos ad reijciendũ, ſed ab accuſatore cõſtitutos iudices ita feremus, vt neminẽ reijciamus? ibid. Sed hunc iudicibus editis, qui teſtes ijdẽ eſſe poſſent, abſolutũ putarem. ibid. Ignotis te iudicibus vti malle quã notis indicauiſti. ibid. Quid diceret apud Volitinenſes aut tribules ſuos iudices? Imò verò tu quid diceres? Quẽ iudicẽ ex illis aut tacitũ teſtem haberes, aut verò etiã excitares? ℘ Planc. 268 a, Non fuiſſe fugiendũ tribulem huic iudicẽ. & b, Tribulibus iudicibus nõ modò ſeueritatẽ illorum, ſi iſta vera ſunt, ſed ne vultus quidẽ ferre poſſemus. ibid. Cumq; hos iudices habere nolueris, quorũ in huius delicto cùm ſciẽtia certiſſima, tum dolor grauiſſimus eſſe debuerit: quid apud hos dices, q abs te taciti requirũt, cur hoc ſibi oneris impoſueris? cur ſe potiſſimũ delegeris? cur deniq; ſe diuinare malueris, quàm eos q ſciret, iudicare? ℘ Marc.135 b, Serui igitur ijs etiã iudicibus, qui multis poſt ſeculis de te iudicabũt. de Fin.91 a, Quia te habeo æquiſſimũ eorũ ſtudiorũ æſtimatorẽ & iudicẽ. de Clar.182 b, Videt oſcitantẽ iudicẽ, loquẽtem cũ altero, nonnunquã etiam circulantẽ, mittentem ad horas, quæſitorem vt dimittat rogantem. ibid. Idem ſi præteriens aſpexerit erectos intuentes iudices, vt aut doceri de re, idq; etiam vultu probare videantur, aut vt auem cantu aliquo, ſic illos viderit oratione quaſi ſuſpenſos teneri, aut miſericordia, odio, motu animi aliquo perturbatos eſſe vehementius.

† Syntaxis.

† Syntaxis. *De controuerſia ſumere iudicem. Iudex præfuit ille quæſtioni. Quæſitor & iudex. Habere iudicem aliquem de vi, furto,&c. Iudicem dare. De amico iudex. Sanctiſſ. & iuſtiſſ. iudex. Aeſtimator & iudex rerum, iudex verus, integer, triſtis, ſeuerus, religione ſumma, inexorabilis. Ille ſedet iudex.*

IVDICANDVM. pro Planc. 260 a, Populus non delectu aliquo aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetu nõnunquam & quadam temeritate.

IVDICATIO, onis. *diſceptatio, propria iudicij quæſtio.* de Inu. 46 a, Iudicatio eſt, quæ ex infirmatione & confirmatione rationis naſcitur controuerſia. Par. 239 a, Ex rationis autem, & ex firmamenti conflictione & quaſi cõcurſu, quæſtio exoritur quædam, quam diſceptationem voco: in qua quid deueniat in iudicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet. de Inuent. 64 a, Quæſtio in coniecturali eadem, quæ iudicatio.* ad Heren. 5 b, Ex ratione defenſionis & ex firmamento accuſationis, iudicij quæſtio naſcatur oportet: quam nos iudicationem, Græci κρινόμενον appellant. Ea conſtituitur ex coniunctione firmamenti, & rationis defenſione iudicationem inueniri cõuenit. ibid. In omnibus conſtitutionibus & partibus conſtitutionum hac via iudicationes reperientur. ad Heren. 6 a, Ex intentione & inficiatione iudicatio conſtituitur *in coniecturali conſtitutione* hoc modo. ibid. Ratio omnis vtriuſque orationis ad hanc iudicationem ferenda eſt. ibid. Iudicationes plures erunt in vna cauſa, ſed omnes ſimili ratione reperirentur.

* ¶ *Iudicium.* Epiſt. 39 b, Longo ſubſellij iudicatio & mora ſi quem tibi item, vnum alterúmve diem abſtulerit (quid enim poteſt amplius?) &c.

IVDICATVM, ti. *res iudicata.* de Inuent. 70 b, Iudicatum eſt, de quo iam antè ſententia alicuius aut aliquorum conſtituta eſt. & 52 b, Iudicatum eſt res aſſenſione aut autoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. ad Her. 9 b, Iudicatum eſt id, de quo ſententia lata eſt, aut decretũ interpoſitum. pro Flac. 156 b, Prætor decreuit, vt ſi iudicatum negaret, in duplum iret. & ibid. Itaq; recuperatores contra iſtũ iudicarunt: cũ iudicatum non faceret addictus Hermippo, & ab eo ductus eſt. pro Qu. 5 a, Iſte poſtulat vt procurator iudicatum ſolui ſatiſdaret. pro Qu. 7 b, Si veretur vt res iudicio facto parata ſit, iudicatũ ſolui ſatis accipiat. pro Flac. 156 b, Prætor actionem ſe daturum negauit, re iudicata ſtari oſtendit placere.

IVDICATVS, ta, tum. in Anton. 253 a, Iudices, quorum res iudicatas irritas fecimus. contr. Rull. 68 a, Rerũ iudicatarũ infirmationes. pro Dom. 228 b, Rem iudicatam referre. ꝓ Cluent. 42 b, Id maiores noſtri nunquam iudicium nominauerunt, neq; perinde vt rem iudicatam obſeruauerunt animaduerſionem atq; autoritatem cenſoriam. pro Rabir. Poſth. 123 b, Cauſa iudicata atq; damnata. in Verr. 132 b, Res ab iſto iudicatæ, cognitæq;. * de Senect. 93 a, Socrates ſapientiſſimus oraculo Apollinis iudicatus. de Aruſp. 251 a, Meam domum Pontificum iudicio liberatam, ſecundum fratrem ſuum iudicatam eſſe dicebat.

IVDICATVS, tus. *iudicatio, iudicium.* Attic. 191 b, Approbo maximè quod de iudicatu meo reſponſum ſit. in Ant. 156 b, Iſti ordini iudicatus etiam antè lege Iulia patebat.

† Syntaxis. *Cauſa & res iudicata. Iudicata & damnata cauſa.*

IVDICIALIS, le. *iudicij cauſa forenſis.* de In. 43 b, Iudiciale genus eſt, quod poſitũ in iudicio habet in ſe accuſationẽ & defenſionem, aut petitionem & recuſationem. Orat. 213 a, Oratio iudicialis & forenſis. de Cl. 191 b, Forenſe, concertatorium, iudiciale genus dicendi. Att 21 b, Ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere. pro Arch. 192, Quæ firmè à me & iudiciali conſuetudine. ad Heren. 11 a, Hæc cauſa iudicialis fieri non poteſt. I. V. 224 b, Perſequi aliquem legibus ac iudiciali iure. de Orat. 114 a, Oratio ſine iudiciali aſperitate. Att. 205 b, Iudiciali aſperitate vt careã videbis. * de Clar. 187 a, Illius iudicialis anni ſeueritatem quaſi Solem non tulit.

IVDICIARIVS, a, um. *iudicialis.* I. V. 77 a, Vt finis aliquando iudiciariæ controuerſiæ conſtitueretur. pro Cluent. 32 b, Quæſtus iudiciarius. de Inuent. 59 a, & I. P. 99 b, Iudiciaria lex Cæpionis.

† Syntaxis. *Iudicialis cauſa, oratio, conſuetudo, aſperitas. Legibus, & iudiciali iure perſequi aliquem.*

IVDICIVM, cij. *iudicium deliberatio legitima, cognitio, notio.* pro Cecin. 286 a, Omina indicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. pro Q. R. 46 b, Aliud eſt iudiciũ, aliud arbitriũ. Iudicium eſt pecuniæ certæ arbitrium incertę. pro Cec. 285 b, In hac cauſa non de improbitate Ebutij, ſed de iure ciuili iudicium fieri videtur. pro S. R. 36 b, Itaq; mandati iudicium conſtitutum eſt. pro Q. R. 50 a, Iudicium damni iniuria conſtitutum. pro Qu. 2 a, Prætor iudicium prius de probro, quàm de re fieri maluit. de Opt. 344 b, Iudiciũ fieri de factis famaq; Demoſthenis. & ibid. Hunc igitur in iudicium adduxit Aeſchines. & ibid. Si prius expoſuero, quæ cauſa in iudicium deducta ſit. pro Qu. 7 a, Romæ iudicia fiunt, & in prouincia ius dicitur. pro Qu. 11 b, Accipere iudicium in ea ipſa verba, quæ aduerſarius ediderit. & ibid. Accipere iudicium pro aliquo. I. V. 122 a, Quod iudiciũ ſecundũ Heracliũ de cõpromiſſis factũ erat. et 231 a, Poſtquã iudicia ſeuera Romę fieri deſierunt. & 114 b, Qui iudicant, aut qui iudicia dant. & 63 b, Iudicium dat ſtatim. & 104 a, Dare iudiciũ in aliquẽ. & 181 b, Ex formula, &c. pro Fl. 162 b, In Lurconis libertũ iudiciũ ex edicto dedit. in Ver. 65 b, & de Clar. orat. 174 b, Vocare aliquẽ in iudiciũ. de Claris orat. 176 b, Vocare aliquẽ in iudiciũ capitis. pro Arch. 192 a, Qui iudiciũ exercet. *id eſt, prętor.* & 186 a, Prętor iudicium exercens. pro R. S. 20 a, Vt acria & ſeuera iudicia fiant. de Pro. 79 a, Cenſoriũ iudiciũ ac notionẽ & illũ morẽ ſeueriſſimũ magiſtratuũ de ciuitate eſſe ſublatũ. in P. 100 b, Tũ tu ipſe de te ſententiã tuliſti, tum iudiciũ pronunciaſti. pro Cl. 40 b. Iudiciũ à ſubſellijs in roſtra deferre. *id eſt, à iudicibus ad populũ.* de In. 69 b, Iudiciũ purum poſtulat, & iudiciũ cũ exceptione. Cæl. Ep. 123 b, Legis Scantiniæ indicium apud Druſum fit. pro Fl. 164 a, Multa & grauia iudicia de coniuratorum ſcelere feciſtis. ad Her. 9 b, Quod genus M. Druſus prætor vrbanus, quod cũ hærede mandati ageretur, iudiciũ reddidit, Sextus Iulius nõ reddidit. * de Cl. 174 a, Iudicia populi, quibus aderat Carbo, iam magis patronum deſiderabant pro M. Tull. Hoc iudicium ſic expectatur, vt non vnæ rei ſtatui, ſed omnibus conſtitui putetur. pro C. Cornel. 1, Exemplum diſturbandorum iudiciorum pernicioſiſſimum. ibid. Defenſores iudiciorum. ibid. Id iudicium de Syllæ bonis fieri. ibid. Iudicium æquiore tempore fieri oportere. ibid. Multarum rerum iudicia ſublata ſunt. ibid. Ne quẽ in iudicium oratio mea reuocare videatur. ibid. Quæ lex populi iudicia firmauit. con. C. Anton. Qui in ſua ciuitate cum peregrino negauit ſe iudicio æquo certare poſſe. ibid. Si aut illud iudicium, aut illa abſolutio nominanda eſt. ibid. Præclara dicentur iudicia tuliſſe, ſi, qui inficiantem Luſcium condemnarunt, Catilinam abſoluerint confitentem. ibid. Leges, quæſtiones iudicia violauit. ibid. Illo iudicio te non abſolutum, verùm ad aliquod ſeuerius iudicium ac maius ſupplicium reſeruatum. in Clod. Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit. ibid. In vnius hominis perditi iudicio plures ſimiles reperti ſunt M. Scau. Subijt populi iudicium, inquirente tribuno plebis. de Inuent. 69 b. Non oportet in recuperatorio iudicio eius maleficij præiudicium fieri. ibid. An occaſione agendi ſic ſit iudicium aut actio conſtituta. Orat. 210 b, Quæ quidem *literæ* me anteà in iudicia atque in curiam deducebant. pro Quin. Roſc. 47 a, Perinde ac ſi in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honorata, omnia officia domeſtica, concluſa & compræhenſa ſint, perinde dicemus. & b, Si qua ſunt priuata iudicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicam capitis, tria hæc ſunt, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. pro Quin. Roſc. 49 a, Iudicio graui experiri nolebas? ibid. Cuius de ea re proprium non erat iudicium. ibid. Quod temerè commiſiſti, in iudicium vt denũciaret. pro Q. Roſc. 51 b, Neq; iudicio abſolueretur à Fannio. ibi. Quin ab iudicio abeas turpiſſimè victus. ibid. Venerat, vt opinor, hæc res in iudicium. pro Q. Roſc. 52 a, Qui omniũ iudicio cõprobatus eſt, iudex. & 53 b, Cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet iudicio, ferres tuum? I. V. 153 a, Edicis, te in decumanum, ſi plura ſuſtulerit quàm debitum ſit, in octuplum iudicium daturũ eſſe. I. V. 180 b, Nihil putas valere in iudicijs coniecturam, nihil ſuſpicionem, nihil anteactæ vitæ exiſtimationem, nihil bonorum virorum teſtimonia, nihil ciuitatum autoritates ac teſtimonia. ibid. Veterem iudiciorum ſeueritatem non requiro: veſtram in hoc fidem, dignitatem, religionem in iudicando non imploro. pro Cluent. 37 a, Accuſabat tribunus plebis, idem in concionibus, idem ad ſubſellia, ad iudicium non modò de concione, ſed etiam cum ipſa concione veniebat. ibid. Gradus illi Aurelij tum noui quaſi pro theatro illo iudicio ædificati videbantur. & b, Iudiciorum remedia. ibid. Non fuit illud iudicium iudicij ſimile: in quo non modus eſt habitus, non mos conſuetudoque ſeruata, non cauſa defenſa. Vis illa fuit & ruina quædam atque tempeſtas, & quiduis potius quàm iudicium aut diſceptatio aut quæſtio. ibid. Vt intelligas hoc iudicium cum illo non eſſe coniunctum. ibid. Quòd homo nequam, &c. in iudicium ſit adductus. pro Cluent. Hoc Bulbi iudicium non plus obeſſe huic cauſæ debet, quam illa, quæ commemorata ſunt ab accuſatore, duo iudicia. ibid. Quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum cauſa Cluentij veſtroque iudicio coniuncta eſſe poſſit. ibid. Quæ ſeſtertia ille cum accepiſſet nomine iudicij Safiniani: ſicut in Oppianici iudicio poſteà, retinuit atque ſuppreſſit. ibid. Quæ illo iudicio

dicio in Sthalenum dicta ſunt. pro Planc. 267 a, Acerbum omnino genus iudicij, ſed tamen, &c. vix recuſandum. ibi. Dubitatis igitur, iudices, quin vos M. Laterenſis ſuo iudicio non ad ſententiam legis, ſed ad ſuam ſpem aliquam de ciuitate delegerit? pro Marc. 134 b, Omnia ſunt excitanda tibi, conſtituenda iudicia. Att. 66 b, Non te puto de iudicijs, quæ lege Plotia fiant, quærere. de Orat. 99 b, M. Bucculeius homo neque meo iudicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens. Att. 64 a, Senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret.

¶ *Controuerſia, cauſa, lis.* pro Q. R. 52 b, Iniurato in ſua lite, aut iurato in alieno iudicio credere. ad Heren. 40 b, In iudicio ſuperari turpiſſimum eſt, ſuperare pulcerrimum. pro Cec. 296 b, Iuris iudicium cũ erit & æquitatis, caue in iſta tam frigida calumnia deliteſcas. pro Cl. 18 b, Illa definitio iudiciorum æquorum, quæ à maioribus noſtris tradita eſt, vt ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. Qu. fr. 317 a, Scauri iudicium ſtatim exercebitur. Offic. 64 a, Atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus, &c. & ſine lege, iudicijs, in quibus ex fide bona agitur. pro Cæl. 37 b, Omnibus negocijs intermiſſis vnum hoc iudicium exercetur. Sal. in Cic. 27 a, Cùm legis Planciæ iudicia domi faciebatis. pro Clu. 36 b, Quid? Illa tandem quæſtio, aut diſceptatio, aut iudicium fuit? pro Planc. 266 b, Senatus de reiectione, de ambitu fieri voluit iudiciorum alternorum. pro S. R. 20 a, Iudicium inter ſicarios hoc primum committitur. * Partit. 230 b, Quas res ſibi proponet in iſtis tribus generibus orator? In iudicio aut ſæuitiam aut clementiam iudicis. & 231 a, Quid? in iudicijs quæ eſt collocatio? Non eadem accuſatoris & rei.

¶ *Sententia, opinio, mens, exiſtimatio.* pro Dom. 227 b, Senatus, cuius eſt grauiſſimum iudicium de iure legum. de Orator. 95 a, Subire iudicium graue. Orat. 200 a, Iudicia ſunt varia, vt Græcis. de Claris 181 b, Qui vulgi opinione diſerti ſunt habiti, hi intelligentium quoque iudicio fuerunt probatiſſimi. de Claris 167 b, & 181 a, & 183 a, Gloria, quam nemo quidem meo iudicio eſt poſtea conſecutus. Tuſcul. 148 a, Meum iudicium ſemper fuit, omnia noſtros inueniſſe per ſe ſapientius quàm Græcos. Orat. 210 a, De cuius meritis tanta ſenatus iudicia fecit, comprobante populo Rom. quanta de nullo. I. A. 159 b, Et populi quidem Romani iudicia & teſtimonia multa habetis. Br. Att. 275 a, Quod ſcribis, &c. quid ego ſentiam, mei iudicij eſſe ſtatuo nihil, niſi hoc, ſenatus aut populi Romani iudicium eſſe de his ciuibus, qui, &c. Brut. 287 a, Si flexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tanta firmitate & magnitudine direxit in exturbando Antonio. de Nat. 10 a, Expoſui non philoſophorum iudicia, ſed delirantium ſomnia. Ep. 248 a, Ad meum ſenſum & ad illud ſincerum ac ſubtile iudicium nihil poteſt eſſe laudabilius, quàm, &c. de Pet. 205 a, Quaſi in ſingulis cauſis iudicium de omni ingenio futurum ſit. Orat. 199 a, Athenienſium ſemper fuit prudens ſincerumque iudicium. de Opt. 244 a, Qui teretes aures habent, intelligensque iudicium. Orat. 210 b, Aures, quarum iudicium eſt ſuperbiſſimum. Qu. frat. 298 a, Vir iudicio eruditiſſimus. Orat. 203 a, Si quid vnum inter eos ſimile (id autem eſt iudicium electioque verborum.) ibid. Magni igitur iudicij & ſummæ facultatis eſſe debebit moderator ille, &c. pro Pomp. 12 a, De quo vos homine, id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia feciſtis? Epiſt. 7 a, Facere iudicium facti alicuius. de Iuuent. 62 b, Probari iudicio alicuius, qui veriſſimum pulcritudinis iudicium habeat. de Orator. 160 a, Quod eſt acrius iudicium & certius. de Inuent. 66 b, Facere iudicium de aliquo ex anteacta vita. Epiſt. 182 a, Grauiſſimum verò iudicium de mea fide, & de conſtantia feciſti, cum, &c. pro Mur. 138 b, Ego tuum conſilium propter ſingulare aanimi mei de tua virtute iudicium vituperare non audeo. de Orator. 148 a, Animi quodam iudicio abhorrere à re re ciuili. de Natur 60 a, Cùm ſuo cuique iudicio ſit vtendum. Att. 121 a, Hæc ſcripſi ſedato animo, nullum meum iudicium interponens, ſed exquirens tuum. & ibid. Cuius cùm cognouiſſem mores, tuo tamen potius ſtabam iudicio, quàm meo. Offic. 74 a, Non enim ſuo iudicio ſtetit Regulus, ſed iudicium ſenatus eſſe voluit. Attic. 193 a, Ego meo iudicio multo ſtare malo quàm omnium reliquorum. Offic. 1 b, Nos autem quantum in vtroque profecerimus, aliorum ſit iudicium: vtrunque certè ſecuti ſumus. pro Qu. 5 b, Secus de ſe iudicare, quod iudicium eſt grauiſſimum. de Clar. 165 a, In quo iuratus iudicium meæ dignitatis fecerat. Attic. 228 b, Si bonitas tua reſponderit iudicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo. & 238 a, Brutus, quod iudicium habet de rep. ita cõſecutus eſt, &c. pro Plan. 279 a, Tum hercule me confitear non iudicium aliquod habuiſſe de reip. vtilitate. *id eſt, nihil reſpexiſſe rempub.* de Diuin. 88 a, Nec reliquorum ſeculorum iudicium, quod de ipſis futurum eſt, pertimeſcere. Qu. frat. 298 b, Tibi vtendum eſt exiſtimationibus ac iudicijs poſterorum. * Acad. Eum rectè primum eſſe iudicio ſuo, qui omnium cæterorum iudicio ſit ſecundus. Frag. ep. Vereor ne ferociorem eum faciant tua tam præclara de eo iudicia. Partit. 230 b, Sed adhibebimus iudicium, vt leuia ſemper reijciamus. Epiſt. 111 a, Opus eſt hîc limatulo & politulo tuo iudicio. Attic. 90 a, Hominis non nequam, ſed etiam tuo iudicio probati. Q. frat. 298 a, Quoniam eiuſmodi theatrum eſt totius Aſiæ celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, iudicio eruditiſſimum. de Orator. 99 b, M. Bucculeius homo neque meo iudicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens.

Syntaxis. *Iudicium conſtituere, facere, fieri, accipere, dare, in aliquem, exercere, pronunciare, committi inter amicos. Iudicia ſubire. Meo quidem iudicio. Id ſemper fuit Cæſ. iudicium. Ad illius iudicium ſincerũ & ſubtile res bene ſe habet. Vir iudicio eruditiſſ. Aurium iudicium ſuperbiſſ. acre, certum. Suum iudicium interponere.*

IVDICO, *as, iudicium facio, cognoſco, diſcepto, ſententiam dico vel fero, litem do, decerno, ſtatuo, conſtituo, iudicium meum interpono, iudicium iudico, pronuncio, dijudico, iudicio decerno, meum iudicium eſt, exiſtimo.* pro Flac. 156 b, Itaque recuperatores contra iſtam rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. Attic. 253 a, Conſulibus lege permiſſum erat, vt de Cæſaris actis cognoſcerent, ſtatuerent, iudicarent. de Cla. 172 a, Iudicare, cognoſcere, ſtatuere de aliqua re. de Orat. 119 a, Atque ego, &c. ſic ſtatuo & iudico, neminem, &c. in Anton. 237 b, Contra ac Deiotarus ſenſit, victoria belli iudicauit. Epiſt. 32 b, Quod egomet multis iam argumentis antea iudicâram. in Cat. 120 b, Ego enim de meo ſenſu iudico. Epiſt. 172 a, Tu enim à certo ſenſu & vero iudicas de nobis. de Finib. 63 b, Iudicare de aliqua re. de Legib. 185 a, Cùm magiſtratus iudicaſſit. *id eſt, iudicauerit.* L. DIALECTICA. pro Marc. 135 b, Serui igitur etiam ijs iudicibus, qui multis pòſt ſeculis de te iudicabunt, & quidem haud ſcio, an incorruptius quàm nos: nam & ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio, ſine inuidia iudicabunt. Qu. de Pet. 208 b, In ijs omnibus generibus quantum quiſque poſſit, iudicato atque perpendito. pro Cecin. 297 a, Iudicare aliquid ex æquo & bono. de Orator 99 b, Iudicare de aliqua re inter aliquos. pro Milon. 102 a, Iudicare de aliquo. Offic. 67 a, Iudicare contra aliquem. de Diu. 104 a, Iudicauit iudicium inclytum inter deas treis aliquis poët. Qu. frat. 314 b, Veſtra culpa hæc acciderunt equites Romani: diſſolutè enim iudicatis. pro Sext. Roſc. 41 b, Laudabunt omnes, ſi rectè & ordine iudicatis. pro Fl. 148 a, Nefas eſt publicanum iudicare contra publicanum. de Orat. 94 b, In artibus, in quibus non vtilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio, diligenter ac propè faſtidioſè iudicamus. de Diuinat. 127 a, Oculorum fallaciſſimo ſenſu iudicant ea, quæ ratione atque animo videre debeant. * pro C. Corn. 1, Cùm primum Senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent. de Clar. 194 a, Sine qua *Dialectica* etiam tu Brute iudicaſti te illam iuſtam eloquentiam, quam Dialecticam dilatatam eſſe putant, conſequi non poſſe. pro Marc. 136 a, Neq; omnes, quibus iratus eſſet, eoſdem etiam exilio aut morte dignos iudicaret. de Fin. 68 a, Quæ *Dialectica* vna continet omnem & perſpiciendi quid in quaque re ſit ſcientiam, & iudicandi quale quicque ſit. de Orat. 124 b, Plura enim multò homines iudicant odio aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætiria, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. pro Dom. 228 b, Si Decemuiri ſacramentum in libertatem iniuſtum iudicaſſent. Epiſt. 171 a, Quæ *legiones* ſuum conſulem hoſtem iudicauerunt.

IVDICOR, ris. de Orator. 95 a, Quo etiam grauius iudicium in dicendo ſubimus: quoties enim dicimus, toties de nobis iudicatur. Offic. 50 a, Non enim numero hæc iudicantur, ſed pondere. I. A. 106 a, Iudicetur non verbo, ſed re, non modò non conſul, ſed etiam hoſtis Antonius.

† Syntaxis. *Prima actione iudicare. Statuere ac iudicare de. Iudicare, cognoſcere, ſtatuere de. De ſuo ſenſu iudicare: &, à certo & vero ſenſu de alijs. Iudica & perpende. Ex æquo & bono iudicare. Iudicium inclytum iudicare. Diſſolutè iudicare, rectè, & ordine, odio, amore, veritate, præſcripto, diligenter, & propè faſtidioſè. Toties de illo iudicatur. Numero, non pondere iudicare, verbo, & re.*

IVGATVS, a, um. *iunctus.* Tuſc. 294 a, Omnes virrutes inter ſe nexæ & iugatæ ſunt.

* IVGER, is. *iugerum.* I. V. 172 a, In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici ſeritur. *Alij Iugero legunt.* ibid. Vt plus quàm decem medimna ex iugere ararent: medimnum ex iugere decumano dari poterit. ibid. in Leontino iugerum ſubſcriptio & profeſſio non eſt plus XXX.

IVGERVM, ri. *iuger, terræ menſura, quantum vno boum iugo die exarari poteſt: iugum.* in Ant. 179 b, Medico tria millia iugerum dediſti. Att. 31 a, Qui ager, vt dena iugera ſint, nō amplius hominum quinq; millia ſuſtinere poteſt. I. V. 155 b, Edixerat, vt aratores iugera ſationum ſuarum profiterentur. Attic. 215 a, Is C C. iugera de M. Pilio emit. in Ant. 168 b, & 187 b, Duo millia iugerûm agri Leontini Sext. Clodio aſſignaſti. Att. 197 b, Is parteis fecit in ripa neſcio quotenorum iugerûm. Qu. frat. 318 b, Iugera L. prati facilè irrigabis. * I. V. 172 a, Iugera profeſſi ſunt aratores omnes. ib. In iugero (*alij Iugere legunt*) Leontini agri medimnum ferè tritici ſeritur. ibid. Quot iugera ſunt ſata. ibid. Quòd ſi fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna ex iugero exararent: (*alij ararent:*) medimnum ex iugero decumano dari poterit. ibid. Si oſtendo minus tribus medimnis in iugerum neminem dediſſe decumæ. I. V. 172 b, Vt iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret. ibid. Vt ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera ſingula, quàm terna medimna exigeret. ibid. Profeſſio eſt agri Leontini ad iugera X X X.

IVGIS, ge. *perennis.* de Di. 103 a, Qui cùm vidiſſet aquā hauſtam de iugi puteo, dixit, &c. & de N. 31 a, Ex puteis iugibus aquam calidam trahi. de Diuinat. 114 b, Aqua iugis. & 124 b, Iuge auſpicium eſt.

IVGLANS, dis. *nux arbor, & fructus ipſe.* Tuſcul. 259 b. Iuglandium putamina.

IVGVLATVS, a, um. I. A. 255 b, Vt facilius reuiuiſcat Pompeianorum cauſa totiens iugulata. Attic. 10 b, Cùm illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret.

IVGVLO, as. *iugulum ferio, neco.* I. V. 121 b, & pro Clu. 31 b, Poſtquam tam multis cum factis decretisq; iugulaſſet. I. A. 184 a, & pro Qu. 7 b, Qui multos ciues Brunduſij iugulare iuſſit. & 18 a, Iugulare propinquum ſuum.

IVGVLOR, ris. Tuſcul. 250 b, Nec grunnitum audiunt, cum iugulatur ſus.

IVGVLVM, li. *pars colli anterior.* Attic. 11 a, Vt apertè iugula ſua pro meo capite. P. Clodio oſtentarint. I. C. 111 a, Mucrones gladiatorum à iugulis noſtris reiecimus. pro Seſt. 22 a, Vt aliquo præſidio caput, ceruices, iugulum, latera tutetur. de Fat, 142 a, Socrates iugula concaua non habebat: nam obſtructæ illæ partes & obduratæ erant. I. A. 162 b, Cæſar Antonij crudelitatem non ſolùm à iugulis noſtris, ſed etiam à membris viſceribusque auertit. * pro Planc. 278 b, Quæ *tela* in aliorum iugulum conſulum recidiſſent. in Piſ. 80 b, Tela intenta iugulis ciuitatis. pro Mil. 107 a, Dare iugulum P. Clodio non ſemel ab illo, neq; tum primùm petitum.

† Syntaxis. *Dare iugulum hoſti, oſtentare. & Iugula hîc de vno dicuntur.*

IVGVM, gi. *inſtrumentum, quo boues iugantur.* de Na. 36 b, Nos onera quibuſdam beſtijs, nos iuga imponimus. & 58 a, Boum ceruices natæ ad iugum. de Inuen. 48 a, Angnes ingentes alites iuncti iugo. I. V. 147 a, Multis iugis arare. & 143 a, Qui in ſingulis iugis arant. * Tuſcul. 173 a, Iuuenes ad iugum acceſſerunt.

¶ *Dominium, dominatio.* Off. 94 a, Conſules legionibus noſtris ſub iugum miſſis pacem cum Samnitib. fecerant. Anteq. 192 b, Omnibus graue eſt ſeruitutis iugum. & ibi. Qui à veſtro corpore iugum acerbiſſimū repulit ſeruitutis. I. A. 154 a, Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant. * I. A. 231 b, Quaſi verò nō vnum idemq; bellū ſit contra hoc iugū impiorum nefariū.

¶ *Montis vertex.* de Or. 149 a, Hæc autē vt ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium iugo ſunt doctrinarum facta diuortia.

¶ *Signum libra in cælo.* de Di. 128 b, L. Tarutius Romā, cùm eſſet in iugo Luna, natam eſſe dicebat.

† Syntaxis. *Arare multis iugis. In ſingulis iugis ara. Iugum ſeruile à ceruicibus ciuium deijcere.*

IVGVRTINVS, a. de N. 74 b, Iugurtina coniuratio.

IVLIANVS, a, um. Octa. 331 a, Iuliani gladiatores reliquiæ Cæſaris ludi.

IVMENTVM, ti. *vt equus, mulus, boues.* pro Cec. 195 a, Si via ſit immunita, lex iubet quà velis agere iumentum. Attic. 129 a, Quæ arma ſuperabunt, ea Brunduſium iumentis deportate. * Incer. Vngulas iumentorum indurari. Tuſc. 173 a, Cùm, &c. morarentur iumenta. Epiſt. 173 b, *Bruti.* Eram ſine equitibus, ſine iumentis.

IVNCTIO, oni. *coniunctio.* Tuſcul. q. 163 a, Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio ac direptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. * de Orat. 160 b, Verborum iunctio naſcatur à proceris numeris ac liberis, maximè heroo & pæane priore aut cretico, ſed variè diſtincteque conſidat.

IVNCTVS, a, um: ctior. *coniunctus, continens, compoſitus, quod iunctione aliqua tenetur.* de Diu. 127 a, Chaldæi notant ea ſidera natalitia, quæcunque Lunæ iuncta videntur. de Fat. 147 b, Cauſa propior, & cum exitu iunctior. Att. 73 a, Propter vicinitatem totos dies ſimul eramus iuncti. Orat 215 a, & Part. 234 b, Verba translata, facta, iuncta. de Inuent. 82 a, Iunctum ex multis partibus. Attic. 62 a, Ex me & ex te iunctus M. Pomponius. de Orat. 130 b, & 147 b, Improbitas ſcelere iuncta. de Clar. 179 a, Laudatio defenſione iuncta. Attic. 89 a, Rheda equis iuncta. Attic. 145 b, Nunc video infinitum bellum iunctum miſerrima fuga. de D. 139 a, Religio, quæ eſt iuncta cum cognitione naturæ. de Nat. 49 a, Aër mari continuatus & iunctus eſt. de In. 66 a, Indignatio iuncta conqueſtioni. de Orat. 156 a, Sapientia iuncta eloquentiæ. * Attic. 18 b, Vt ſemel illarum Nonarum Decembrium iunctam inuidiæ ac multorū inimicitijs eximiam quandam atq; immortalē gloriam cōſecutus ſum.

IVNGO, gis. *coniungo, copulo.* Tuſ. 149 b, Prudentiam cum eloquentia iungere. de Or. 158 b, Si verba extrema cum cōſequentibus primis iungetis. pro S. R. 41 a, Iungere ſe ad aliquem. de Fin. 134 a, Sic ad illa, quæ ſemper habuit, iunget ea quæ poſtea acceſſerint. pro Deiot. 148 b, Deiotarus cū hominibus noſtris conſuetudines amicitiasq; iungebat. & ibid. Cum aliquo rem rationemq; iungere. Orat. 203 a, Facere & iungere verba. de Cl. 196 b, Iiſdem artibus decus omne virtutis cum ſumma eliquentiæ laude iunxiſti.

IVNGOR, ris. de Diu. 137 b, Quidam cum in ſomnis complexu venereo iungeretur, calculos eiecit. de Amic. 99 b, Vt omnis charitas inter duos iungatur. de Orat. 104 a, An hæc *virtus & voluptas* inter ſe iungi copulariq; poſſint. de D. 137 b, * Theſaurus verò, & hæreditas, & honos, & victoria, & multa generis eiuſdem, quæ cum ſomnijs naturali cognatione iunguntur.

† Syntaxis. *Cauſa cum exitu iunctior. Totos dies illi ſunt iuncti. Improbitas ſcelere iuncta. Iunctum fuga bellum. Iunctum cum. Continuatum ac iunctum. Iungere inter homines charitatem.*

IVNIANVS, a, um. I. V. 71 b, Iunianum conſilium. & 108 a, Subſortitio Iuniana. pro Cluent. 18 a, Iudicium Iunianum.

IVNIOR, oris. *adoleſcentior, ætate poſterior, ætate inferior, minor natu, aliquot annis minor.* de Vniu. 203 a, Dij (ut ita dicam) iuniores. Epiſt. 129 b. Os adoleſcentioris Academiæ.

IVNIVS, ij, *menſis.* * Att. 91 a, Ibi cùm Iunium menſem conſumpſiſſem.

* IVNIVS, a, um. pro Sex. Roſc. 39 b, Quam ad diem proſcriptiones venditionesque fiant, nimirum ad Calendas Iunias. I. A. 179 a, Calendæ Iuniæ. Attic. 28 a, Lex Iunia & Licinia.

IVNO, onis. de Natur. 39 a, Aër interiectus inter mare & cœlum Iunonis nomine conſecratur, quæ eſt ſoror & cōiunx Iouis. & ibid. Iunonem à iuuando credo nominatam. I. V. 216 a, Iuno Sami colebatur. Antequam. 196 b, Tuq; particeps connubij, ſocia regni regina Iuno. pro Muræn. 145 b, & de Nat. 17 b, Nolite hunc à ſacris patrijs Iunonis Soſpitæ, cui omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum conſulem potiſſimùm auellere.

IVNONIVS, a, um. Oct. 330 b, Cùm te Iunonium puerum eſſe dixi.

IVPITER, Iouis. *Saturni filius.* de Nat. 38 b, Iupiter, id eſt, iuuans pater, quem conuerſis caſibus appellamus à iuuando Iouem. & 67 b, Ioues plures in priſcis Græcorum literis inuenimus. & 10 a, Aethera eſſe eum, quem homines Iouem appellarent, diſputat Chryſippus. pro S. R. 40 a, Iupiter optimus maximus, cuius nutu & arbitrio cœlū, terra, mariaque reguntur. Antequam. 196 a, Iupiter optime, maxime, cuius nutu ac ditione ſola terrarum gubernantur. & ibid. Tu Iupiter Stator, &c. L. STATOR. de Fini. 164 a, Cùm Iouem optimum, maximum, ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem dicimus. de Natur. 39 a, Iupiter maximus: id eſt, magnas opes habens. & ibid. Iupirer optimus: id eſt, beneficentiſſimus. & 38 b, pro Mil. 118 a, Iupiter Latialis. de Na. 17 b, Iupiter Ammon. de D. 84 a,

*Principio æthereo flammatus Iuppiter igni.*

pro Do. 231 b, Sed vide, ne tu debeas Iouem dicere, quòd tu iure eandem ſororem, & vxorem appellare poſſis. pro Font. 280 a, Ille Iupiter, cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt. de Natu deor. 36 b, Iouis ſtella, quæ φαέθων dicitur, ſignorum orbem annis X I I conficit. & 49 b, Stella Iouis illuſtrat & temperat. de Som. Scip 128 b, Ille hominum generi proſper & ſalutaris fulgor, qui dicitur Iouis. de Natur. 38 b, Iupiter à poëtis dicitur diuûm atque hominum pater: à maioribus autem noſtris Optimus maximus. de Nat. deor. Iupitnr barbatus, galeata Minerua 3. de Nat. deor. Iupiter tertius Cretenſis fuit Saturni filius. de Vniuerſ. Iupiter ex Ope & Saturno generatus. Diuin. lib. 2. Iupiter puer lactens, cum Iunone in gremio Fortunæ ſedens, mammam appetens, caſtiſſimè apud Romanos à matribus cultus. 9. Fam. Iupiter Minianus. in Catil. Iupiter Stator, à Romulo conſtitutus.

in Catil. Iupiter Stator, cuſtos vrbis Romæ antiquiſſimus. Tuſc.q.lib.2, Iupiter Saturnus, κρονίδης. 2. de Leg. Iouis optimi maximi augures publicis ſignis & auſpicijs poſtea vidento. 2. de Leg. Iouis Statoris & inuicti cognomina. 2. ad Qu. frat. Iouis hoſpitalis fidem imploret. 2. ad Qu. frat. Iouis oratio, quæ eſt in extremo illo libro. 2. de Nat. deor. Iouis partum à fabula diſiungit Diogenes Babylonius. Diuin. libro 2, Iouis ſignum eodem tempore in Capitolio collocatum eſt, quò coniuratio indicabatur, biennio pòſt quàm erat locatum. 6. in Verr. Iouis imperatoris tria ſigna olim in orbe terrarum pulcerrima. de Nat. deor. 17 b, Iouis Capitolini nobis alia ſpecies, alia Afris Ammonis Iouis. 3. de Nat. deor. Ioui Olympio aureum amiculum detraxit Dionyſius tyrannus. 2. de Nat. d. Iouem cur effœminarunt, & Iunoni tribuerunt. 1. de Nat. Iouem perpetuæ & æternæ legis vim eſſe, dicit Chryſippus. 7. Fam. Iouem lapidem iurare. Brut. Iouem ſi Græcè loquatur, Platonis more loquuturum. de Nat. deor. 1, Iouem, Iunonem, reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores fictoresque voluerunt. de Natur. d. 2, A' filio Ioue vinctus Saturnus. 5. Philip. Ioue tonante cum populo agi nefas, de Nat. 70 a, Principiò Ioues tres numerant ij, qui Theologi nominantur, ex quibus primum & ſecundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere: ex quo etiam Proſerpinam natam ferunt & Liberum.

† Syntaxis. *Iupiter opt. maximus, ſtator, ſalutaris, hoſpitalis, Capitolinus, Latialis, Ammon, flammatus, barbatus, Saturnius, inuictus, lapis: vnde Iouem lapidem iurare: tonans.*

IVRATVS, a, um. *iureiurando deuinctus.*) (*Iniuratus.* Attic. 213 b, De epiſtola Cæſaris (iurato mihi crede) non poſſum. pro Qu. R. 52 b, Iniurato in propria lite, vel iurato in alieno iudicio credere. pro Fl. 149 b, Sed erant ea teſtimonia non concitatæ concionis, ſed iurati ſenatus. de Finib. 76 b, Addebat etiam ſe in legem Voconiam iuratum cōtra eam facere non audere. pro Syl. 171 b, & I. V. 72 a, Hæc iniuratus ſum dicturus, quæ inratus in concione dixi. de In. 78 a, Iuratus iudex. de In. 78 b, & 79 a, Ex lege, in qua iuratus es, iudica. Offi. 83 b, Quod enim ita iuratum eſt, vt mens conciperet fieri oportere, id obſeruādum eſt. de In. 78 a, Iudici demonſtrandum eſt, quid iuratus ſit (*aduerte, iuratum dici de re, paſſiua ratione*) * in Piſ. 99 b, Quibus cum iuratus affirmaſſet, ſe quæ deberentur, poſtero die perſoluturum.

IVRE`. *rectè, non iniuria, meritò.* Tuſcul. 166 a, Verè & iurè poſſum. Off 12 b, Ne, vt quidam, iure optimo irrideamur. Antequam. 192 b, Iurè & meritò poſſum. & pro Dom. 213 a, Iurè ac meritò poſſumus. pro Mar. 131 b, Quod ei meritò & optimo iure contigit. pro Mil. 109 b, Iurè, nō iniuria. de N. d. 77 b, Propter virtutem iurè laudamur. Att. 249 b, De Memmio Attica iurè queritur. in Catil. 113 b, Meritò ac iurè laudari. * pro M. Tull. Vt eum iure potuerit occidere.

* IVRECONSVLTVS, i. *iuriſconſultus.* pro Mur. 130 a, Ea iureconſultorū ingenijs pleraq; corrupta ac deprauata ſunt. de Leg. 179 b, Sed iureconſulti ſiue erroris obijciendi cauſa, quò plura & difficiliora ſcire videantur: ſiue ignoratione docendi, ſæpe quod poſitum eſt in vna cognitione, id in infinita diſpartiuntur.

IVRGIVM, gij. *contentio, rixa.* de Am. 110 b, Ex inimicitijs, iurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur. de Sent. 78 b, Vt Themiſtoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio reſpondiſſe, &c. Tuſc. 226 a, Ira, cuius impulſu exiſtit etiam inter fratres tale iurgium. de Cl. 187 a, Pontidius cum iudice ipſo iurgio ſæpe contendebat. pro Cæl. 43 b, Omnia ſunt alia non crimina, ſed maledicta iurgij petulantis. Tuſcul. 220 a, Quid Achille Homerico fœdiùs? quid Agamemnone in iurgio? Epi. 150 a, Oratio aſſidua, Et perpetua de me iurgia cum obtrectatoribus propter me notiſſima mihi ſunt de Diuin. 101 a, Litibus & iurgijs ſe abſtinere.

IVRGO, as. *iurgio contendo, rixor.* de Rep. lib. 4, Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur. & ibid. Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare. Ex Non. 1383.45.

† Syntaxis. *Iurgia, maledicta, contumeliæ. Iurgio cum aliquo contendere. Iurgij maledicta petulantis.*

IVRIDICIALIS, le. *vt iuridicialis conſtitutio.* de Inu. 69 b, & 45 a, & 44 b, Topic. 229 a, Tertia, quamuis moleſtum hoc nomen ſit, iuridicialis vocetur. * ad Heren. 4 a, Iuridicialis conſtitutio.

IVRISCONSVLTVS, ti. *iureconſultus, interpres iuris, interpres legum, iuriſperitus, prudens in iure ciuili, qui conſulitur & reſpondet de iure, qui ius interpretari populo & reſpondere ſoliti ſunt.* de Orat. 102 b, Iuriſconſultus eſt, qui legum & conſuetudinis eius qua priuati vtuntur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus eſt. de Orat. 101 b, Eſt enim ſine dubio domus iuriſcōſulti totius oraculum ciuitatis. de Orat. 105 b, Ita tibi iuriſconſultus ipſe per ſe nihil videtur, niſi Leguleius quidam acutus & cautus, præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. de Fin. 51 b, P. Scæuola, M. Manilius, M. Brutus iuriſconſulti. Topic. 226 a, & b, Iuriſconſultorum prudentia. Epiſt. 31 a, L. Valerium iuriſconſultum valde tibi commendo, ſed ita etiam ſi nō eſt iuriſconſultus. melius enim ei cauere volo, quàm ipſe alijs ſolet. * de Orat. 95 b, In oratore, &c. memoria iuriſconſultorum, &c. eſt requirendus. & 100 b, Veteres illi, qui huic ſcientiæ præfuerunt, obtinendæ atque augendæ potentiæ ſuæ cauſa peruulgari artem ſuam noluerunt. de Orat. 105 a, Si ita diceres, qui iuriſconſultus eſſet, eſſe eum oratorem: itemq; qui eſſet orator, iuris eundem eſſe conſultum, &c. & b, Nunc verò iuriſconſultum ſine hac eloquentia fateris eſſe poſſe, fuiſſeque plurimos. ibid. Cùm hic iuriſconſultus ſuperior fuerit diſceſſurus, qui eſſet non ſuo artificio, ſed alieno, hoc eſt, non iuris ſcientia, ſed eloquentia ſuſtentatus. pro Mur. 129 b, Ab ipſis cautis iuriſconſultis eorum ſapientiam compilari. ibid. Tranſit idem iuriſconſultus tibicinis Latini modo. Epiſt. 100 a, Te Cæſari noſtro valde Iureconſultum videri. & b, Quis enim tot interregnis iureconſultum deſiderat? Epiſt. 101 a, Mira perſona induci poteſt Britannici Iureconſulti.

IVRISDICTIO, onis. *munus, facultas, autoritas, adminiſtratio, actio iuris dicendi.* I. V. 132 a, Is venalem in Sicilia iuriſdictionem habuit. Epiſt. 55 b, Cùm ab eo digreſſus eſſem, eo conſilio vt ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque iuriſdictionem abſoluerem. de Ar. 157 a, Qui in concione auſus eſt dicere, iuſtitium indici oportere, iuriſdictionem intermitti, iudicia tolli. de Pro. 70 a, Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate contra leges. pro Fla. 165 a, Aſiaticæ iuriſdictioni vrbana iuriſdictio reſpondet. & 147 a, Præturæ iuriſdictio non attingitur. contra Rull. 86 a, Sub veſtrum ius, iuriſdictionem, poteſtatē orbem terrarum ſubigeretis. Attic. 75 b, Aeſtiuos menſes rei militari dare, hybernos iuriſdictioni. * I. V. 228 b, Forum & iuriſdictionem cum ferro & armis conferatis. I. V. 116 a, Quis veſtrûm non ex vrbana iuriſdictione cognouit? Epiſt. 25 a, Iuriſdictionem confeceram. Attic. 90 b, Iam cætera iuriſdictio nec impedita nec demens, cum admirabili facilitate. Q. fr. 293 b, Mihi videtur varietas negotiorum, &c. tota iuriſdictione maximè ſuſtineri. In qua ſcientiæ, præſertim prouincialis, ratio ipſa expedita eſt.

† Syntaxis. *Venalis iuriſdictio Iuriſdictionem abſoluere. Subigere gentem ſub ius, iuriſdictionem, poteſtatem.*

IVRISPERITVS, ti: ſſimus. *iuriſconſultus.* de Orat. 99 b, Qu. Scæuola iuriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium iuriſperitiſſimus.

IVRO, as. *adiuro, iureiurando deuincio. iuſiurandum do.* Acad. 17 a, Iurarem per Iouem deosque penates, me, &c. & Tuſcul. 178 b, Magna me herculè laus, & eo ipſo, per quem iuraui, Hercule digna. Offic. 73 b, Non enim falſum iurare peierare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut verbis concipitur, more noſtro, id non facere, periurium eſt. & ibid. Iuraui lingua, mentem iniuratam gero. de Fin. 36 b, Iurare ex ſui animi ſententia. pro Cla. 45 b, Iurare in certa verba, & peierare conceptis verbis. Attic. 189 b, & 1 a, Quod ſi erit duriùs, veniam ipſe, & perpetuum morbum iurabo. Epiſt 101 b, Iurare Iouem lapidem. & 60 a. Magna voce iuraui veriſſimum pulcerrimumque iuſiurandum, quod populus idem magna voce me verè iuraſſe iurauit. pro Seſt. 11 a, & 17 a, Is in legem per vim latam iurare noluit. pro Cl. 36 b, Mulctam petiuit, quòd in legem non iuraſſet. pro Fl. 163 a, Ergo is, qui ſi aram tenens iuraret, crederet nemo, per epiſtolam, quod volet iniuratus probabit? pro Qu. Roſ. 45 b, Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitat. * pro C. Cornel. 1. Cùm bis iuraſſet ſemel priuatim à patre, iterum publicè à lege coactus.

† Syntaxis. *Iuratus iudex. Quod iuratum eſt, id obſeruandum. Quid es iuratus? Iurare per Iouem. Iurare lingua tantùm, ex animi ſententia, in certa verba. Veniam & perpetuum iurabo morbum. Lapidem iurare Iouem. In legem latam per vim, in litem iurare.*

IVS, iuris. *ars æqui, boni, fas, lex, iuſtum, praui rectique partes.* de Inu. 70 a, Naturæ ius eſt, quod nobis non opinio, ſed quædam innata vis affert, vt religionem, pietatem, gratiā, vindicationem, obſeruantiam, veritatem. & ibi. Iuris initium à natura ductum eſt. & 82 a, Naturæ ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit. de L. 161 b, Non opinione, ſed natura ius eſſe conſtitutum. & 163 a, Ius in natura poſitū eſſe. de Or 153 a, Naturáne ſit ius inter homines, an opinionibus. Offic. 65 b, Maiores aliud ius gentium, aliud ius ciuile eſſe voluerunt. quod enim ciuile, non idem continuò gentium: quod autem gentium, idem ciuile eſſe debet. de Ar. 251 a, Hoc ſi minus iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamē naturæ, & communi iure gentium ſancitū eſt, vt nihil, &c. pro R. P. 129 b, Hyeme omnia bella

iure gentium conquieſcunt. Par. 121 a, Ius & æquitas, quæ
vincula ſunt ciuitatis. pro Dom. 239 a, Nec de pontificio,
ſed de publico iure diſputo. pro Cec. 299 a, Ciuili ac publi-
ca lege ius teneri. de Sen. 84 b, Ius pontificum & ciuile tra-
cto. Offic. 7 b, Quæ quidem *promiſſa* pleraq; iure prætorio
liberantur, nonnulla legibus. de Finib. 104 b, Et quomodo
hominum inter homines iuris eſſe vincula putant, ſic ho-
mini nihil iuris eſſe cum beſtijs. pro Cec. 291 a, Impunè fe-
ci: nam quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio nõ ha-
bes. & ibid. Experiundi iuris gratia ad conſtitutum venire.
& ibid. Statuere iura. pro Cor. 58 b, Conſtituere ius, quo
omnes vtantur. pro Dom. 234 b, Ius igitur ſtatuetis eſſe?
omnia illi ſubiecta eſſe? pro Cecin. 292 a, b, Huiuſce rei vos
ſtatuetis nullam eſſe actionem? nullam experiundi ius cõ-
ſtitutum? I. V. 57 b, Ciuili actione & priuato iure repetere
aliquid. Epiſt. 184 b, Recuperare ius ſuum. pro Cec. 397,
Et æquo & bono, non ex callido verſutoq; iure rem iudi
cari oportere. & ibid. Si contrà verbis & literis, & (vt dici
ſolet) ſummo iure contenditur, ſolent eiuſmodi iniquita-
ti, & boni & æqui nomen dignitatemq; opponere Offic. 7
b, Ex quo illud, ſummum ius ſumma iniuria, factũ eſt iam
tritum ſermone prouerbium. Epiſt. 115 b, Si ad illam ſum-
mam ſeueritatem legitimum ius exegeris. I. V. 236 a, Non
agam ſummo iure tecum. pro Cec. 287 a, Summo iure a-
gere, & certum ius obtinere. de Leg. 185 b, Dictator mili-
tiæ ſummum ius habeto. I. A. 226 b, Omne ius imperij &
exercitus amittitis, qui, &c. de Pro. 70 b, Vt tibi de pecunijs
dicere liceret ius in liberos populos. pro Milo. 116 b, Pri-
uata autem & veſtra, hoc dominante, nullum ius perpetuæ
poſſeſſionis habere potuiſſent. de Leg. 176 a, Cum popu-
lo agendi ius dare, aut nõ dare, augurum eſt. de Ar. 246 b,
Dare ius alicui faciendi aliquid. item: Hic locus ſolus hoc
præcipuè ius habet, vt ſacer non eſſe iudicatus ſit. contra
Rul. 88 b, Ea omnia eo iure ſint, vt quę optimo iure priua-
ta ſunt. I. V. 195 b, Cur quæ optimo iure eſſe debet, huic
præcipua lex iniuriæ definitur? pro Cec. 303 b, Si quid ius
non eſſet rogari eius ea lege nihilum rogatum. pro Dom.
234 b, Quidnam exceperas? vt ſi quod ius non eſſet roga-
re, ne eſſet rogatum. & 238 a, An conſecratio nullum ha-
bet ius? dedicatio eſt religioſa? Epiſt. 117 a, Quod maior
pars iudicârit, id ius ratumq; eſto. I V. 247 b, Quæ colonia
eſt in Italia tam firmo iure? de Nat. 28 a, An vos Thuſci au-
ſpiciorum populi Romani ius tenetis? de Or. 107 a, Noſtri
clariſſimorum hominum autoritate leges & iura tecta eſ-
ſe voluerũt. Att 92 a, Nunc iſta ſyngrapha habet iuris idem
quod cæteræ, nihil præcipui. & 83 a, Ita tamen vt non alio
iure eſſet, quàm cæteræ eſſent, ſed eodem. & ibid. Ex ſyn-
grapha ius dici lex Gabinia vetat. de Orat. 88 a, & 99 b, C.
Carbo ignarus legum, hæſitans in maiorum inſtitutis, ru-
dis in iure ciuili. & ib. Ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtir-
pis ac gentilitatis iure dicendũ. & 101 b, Cui Romæ exula-
re ius eſſet, ſi, &c. de Or. 101 b, Vt quidam in reſpondendo
iure autoritate plus quàm ipſo ingenio valerent. de L. 158
a, Si te ad ius reſpondendũ dediſſes. de Or. 121 b, In Iuriſ-
conſultorũ libris nominatim ferè referri, quid alicui de iu-
re viro aut mulieri reſponderint. Att. 133 a, Præter Appium
nemo eſt ferè, qui non ius habeat tranſeundi. de Or. 104 a,
Virtus ius ſuum atq; omnium rerum impunitam libertatẽ
tenere debet. Att. 119 b, Ciuis, qui in ſua ciuitate nõ futu-
rus ſit ſui iuris. ad Her. 17 a, Statuere ius ęquabile in omni-
bus. de Ora. 128 a, Aequabilitatẽ communis iuris præſtãria
dignitatis tranſire. Att. 143 b, Non modò Coſſ. à Pr. ſed ne
Prætores quidẽ creari ius eſt, quòd maius imperium à mi-
nore creari nõ ſit ius. & 151 a, Quorũ neutrum ius eſt. Tuſc.
173 a, Sacerdotem curru ad fanum vehi ius eſt. Qu. fr. 293
b, Sit ſumma in iure dicendo ſeueritas. & ibid. Ab aliquo
ius dici æqualiter. de Pro. 70 b, Dicere ius de pecunijs cre-
ditis. Att. 75 b, Quippe ius Laodicææ me dicere, cùm Ro-
mæ A. Plocius dicat. de Pro. 71 a, Statuit ius publicano nõ
dicere. pro Quin. 7 a, In prouincia ius dicitur, Romæ iudi-
cia fiunt, iudicia exercentur. pro Quin. 6 b, Experiri ſum-
mo iure. Attic. 260 b, Summo iure contendere. )(. Ex æquo
& bono agere, vel æquitate. I. V. 116 a, Aequo iure diſce-
ptare cum aliquo. Att 251 a, Noſtræ grauitatis eſt, ius no-
ſtrum ſine ſumma illius ignominia perſequi. Off. 60 b, In
vita ſibi quenque petere quod pertineat ad vſum, non ini-
quum eſt: alteri ſurripere, ius non eſt. in Ant. 174 a, Ius po-
ſtulabas: *id eſt, æqua petebas.* in Anton. 237 a, Ius poteſta-
temq, imperandi habeo. contra Rull. 88 b, Ea omnia eo iu-
re ſint, vt quæ optimo iure priuata ſint. in Ant. 203 a, Et vt
ſit pro prætor eo iure, quo qui optimo. Parad. 121 b, Non
vbi quiſque eſt, eius loci ius tenet. de Nat. 24 a, Nihil iuris
mihi cum illo eſt. in Ver. 89 a, Philodamus ius ſuum obti-
nere non potuit. & 99 a, De ſuis bonis ita dat, vt ab iure nõ
abeat. Topic. 222 a, Omnibus ius eſt, parietem directum
ad parietem communem adiungere. & ibid. Mulier nupta



cum eo cui connubij ius non eſt. & ibid. b, Hoc mihi ius
videbatur. & 221 b, Si compaſcuus ager eſt, ius eſt com-
paſcere. Offic. 8 b, Negat ius eſſe, qui miles non ſit, pugna-
re cum hoſte. in Ant. 219 b, Huic portas huius vrbis patere
ius non eſt. Offic. 2 a, Qui haberent ius ſuum diſputandi de
officio. Epiſt. 53 a, Habere ius adeundi ad aliquem. in Ver.
155 b, Iam verò illud contra Iura Siculorum, quæ habent
à Senatu populoq; Romano, ne cogantur, &c. pro S. R. 24
b, Filiũ pro patre mori iura omnia diuina & humana co-
gunt. Offic. 6 a, Qui omnia iura diuina atq; humana per-
uertit. Attic. 11 b, Ius & fas omne delere. pro Qu. 8 a, Quis
nobis iſta iura tam æqua deſcribit? & 11 b, C. Aquilius
hoc ius in ciuitate conſtituit, cuius, &c. de Orat. 105 b, Pro
æquitate contra ius dicere. de Orat. 100 a, Capitis noſtri
ſæpe poteſt accidere, vt cauſæ verſentur in iure. pro Cor.
63 a, Gaditani hoc ius eſſe volunt, vt ſibi, &c. I. V. 146 b,
Vocare aliquem in ius. pro Quin. 14 b, Vt ſtatim de iure a-
liquis cucurrerit. pro Cec. 295 a, Quandoquidem te in iure
conſpicio. pro Plan. 265 b, Vetere quodam in ſcenicos iu-
re, maximeque oppidano. pro S R. 42 b, Aliquid more, le-
ge, iure gentium eſſe factum. de Am. 102 a, Pro hoc enim,
qui minor eſt natu, meo iure reſpondeo. Attic. 229, & 40 a,
Poſtremò meo iure à te peto. I. V. 235 b, Pro meo iure. pro
Cec. 301 a, Pro ſuo iure contendet, &c. pro Fl. 164 a, & de
Fin. 142 b, Pro meo iure dico. Top. 221 b, Ius ciuile eſt æ-
quitas conſtituta ijs, qui eiuſdem ſunt ciuitatis, ad res ſuas
obtinendas. de Orat. 121 b, & 100 b, Craſſus heri nobis
pollicitus eſt, ſe ius ciuile, quod nunc diffuſum & diſſipa-
tum eſt, in certa genera coacturum, & ad artem facilè re-
dacturum, & 100 b, Tum perfectam artem iuris ciuilis ha-
bebimus, magis magnam atq; vberem, quàm difficilem &
obſcuram. Offic 47 a, Iuris ciuilis cognitio atque interpre-
tatio ſummo ſemper in honore fuit. pro Cecin. 298 a, b,
Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit
non modò iudiciorum, ſed etiam vtilitatis vitæque com-
munis. *& ibidem de Interpretibus iuris, iureque ciuili multa.*
Offic. 11 a, Quæ deſcripta ſunt legibus & iure ciuili, hæc ita
teneantur, vt ſit conſtitutum. Orat. 210 a, Eloquentia pri-
mas tenuit ſemper vrbanis pacatisque rebus, ſecundas iu-
ris ciuilis ſcientia, cùm in altera gratiæ, gloriæ, præſidij
plurimum eſſet, in altera perſecutionũ cautionumq; prę-
ceptio. de Orat. 101 a, Fontes omnium diſputationum, qui
ciuili & legibus continentur. & 107 b, Hiſtoriam dico, &
prudentiam iuris publici. & 98 b, Atqui non defuit illis
eloquentia, ſed iuris ciuilis prudentia. pro Corn. 59 d, Le-
ges de iure ciuili. * I. V. 205 b, Ius ciuitatis illo ſupplicio
eſſe mactatum. de legibus 176 b, Quid religioſiùs, quàm
cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non da-
re? quid? leges non iure rogatas tollere? Quint. frat. 293
b, Parui refert, abs te ipſo ius dici æquabiliter & diligen-
ter, niſi. pro Cecinn. 285 a, Qua de re iure decertari opor-
teret. ibidem: Iure iudicioque ſupero aliquem. ibidem:
Vis contra ius moremque facta eſt. pro Cecinn. 285 b, De
iure ciuili iudicium fit. ibidem: Sed cum de eo iure mihi
dicendum ſit, quod pertineat ad omnes, quod conſtitu-
tum ſit à maioribus, conſeruatum vſque ad hoc tempus:
quo ſublato non ſolùm pars aliqua iuris diminuta, ſed
etiam vis ea, quæ iuri maximè eſt aduerſaria, iudicio con-
firmata eſſe videatur. pro Cecinn 286 b, Iuris obſcura du-
biaque ratio. pro C. Cornel. 1, Communi & quotidiano
iure priuo aliquem. ibidem: Nimis in gratificando iure li-
ber. ad Heren. 9 a, Contrariam ſententiam, &c. aut cum
iure communi, aut cum alijs legibus communibus, aut
cum rebus iudicatis diſſentire. & b, Si ex quibus parti-
bus ius conſtet cognouerimus. Conſtat igitur ius ex his
partibus, natura, lege, conſuetudine, iudicato, æquo &
bono, pacto. Natura ius eſt, quod cognationis aut pieta-
tis cauſa obſeruatur: quo iure parentes à liberis, & à pa-
rentibus liberi coluntur. Lege ius eſt id, quod populi iuſ-
ſu ſancitum eſt: quod genus, vt in ius eas cum voceris.
Conſuetudine ius eſt id, quod ſine lege æquè ac ſi legiti-
mum ſit, vſitatum eſt. ad Heren. 10, Ex æquo & bono ius
conſtat, quod ad veritatem & vtilitatem communem vi-
detur pertinere, &c. Ex eo nouum ius conſtitui conuenit
ex tempore & hominis dignitate. Ex pacto ius eſt. ibid.
Sunt item pacta, quæ ſine legibus obſeruantur ex conuen-
tu, quæ iuri præſtare dicuntur. His igitur partibus iniu-
riam demonſtraui, ius confirmari conuenit. ad Heren. 17
a, Si quod ius in parentes, Deos, patriam, natura compa-
rauit, id religioſè colendum demonſtrabimus. ibid. Si di-
cemus, in omnibus æquabile ius ſtatui conuenire. de Inu.
69 a, Ita ius ciuile habemus conſtitutum. ibid. In iure ple-
runq; verſantur *actiones.* Ibi enim & exceptiones poſtulan-
tur, & quodammodo agendi poteſtas datur, & omnis cõ-
ceptio priuatorũ iudiciorum conſtituitur. de Inu. 70 a, Ius
ex quibus rebus conſtet eſt cõſiderandum. Initium ergo,
eius

eius ab natura ductum videtur. & b, Ac naturæ quidem iura minus ipſa quæruntur ad hanc controuerſiam, quòd neque in hoc ciuili iure verſantur, & à vulgari intelligentia remotiora ſunt: ad ſimilitudinem verò aliquam aut ad rem amplificandam ſæpe ſunt inferenda. Conſuetudinis autem ius eſſe putatur id, quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobauit. In ea autem iura ſunt quædam ipſa iam certa propter vetuſtatem. Quo in genere & alia ſunt multa, & eorum multò maxima pars, quæ prætores edicere conſueuerunt. Quædam autem genera iuris iam certa conſuetudine facta ſunt. ibid. Iura legitima ex legibus cognoſci oportebit de Inuen. 71 a, Locos communes & ex iuris vtilitate & natura multos & graues ſumere licebit & oportebit. de Orat. 88 b, Qui aut interdicto tecum contenderet, aut te ex iure manu conſertum vocarent, quòd in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes. de Orat. 98 b, Etiámne illa negligere poſſumus, quæ tu oratori cognoſcenda eſſe dixiſti, &c. de noſtro ipſo iure ciuili. ibid. Vt ad ipſum tuum ius ciuile veniam. ibid. Iuris ciuilis prudentia. de Orat. 99 a, Neque illum in iure ciuili ſatis illi arti facere poſſe. ibid. Ius ciuile didiciſſet. ibid. Iuris ciuilis omnium peritiſſimus. ibid. Idem hoc ſemper ius ciuile contempſit. ibid. Hærere in iure ac prætorum tribunalibus. ibid. In quibus iudicijs de æquitate ac iure certetur. ibid. Iactare ſe in cauſis centumuiralibus, in quibus vſucapiorum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium iura verſentur. ibid. In quibus cauſis de iure certatur ciuili. ibid. Nempe in ea cauſa quæſitum eſt de iure ciuili. de Or. 99 b, Nónne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum? ibid. Nónne in ea cauſa ius applicationis, obſcurum ſanè & ignotum, patefactum in iudicio atq; illuſtratum eſt à patrono? ibid. Nónne omnis noſtra in iure verſata defenſio eſt? ibid. A' iuris ſtudio non abhorrens. ibid. Cùm Q. Scæuola homo omniū & diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimus, &c. iuriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium iuris peritiſſimus, ex ſcripto teſtamentorum iura defenderet. ibid. In medio iure ciuili verſari. de Orat. 100 a, Capitis noſtri ſæpe poteſt accidere vt cauſæ verſentur in iure. ibid. Cùm hæc *cauſa* non in crimine aliquo, quod ille poſſit inficiari, ſed in ciuili iure cōſiſteret. ibid. Quid de libertate? nónne ex iure ciuili poteſt eſſe contentio. ibid. Hæc & horum ſimilia iura ſuæ ciuitatis ignorans. ibid. Si eſſet iſta cognitio iuris magna, ac difficilis. & b, Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ atq; vſitatæ in rebus cauſisq́; ciuium æqualitatis conſeruatio. ibi. Vt primùm omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca ſunt, deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat: tum propriam cuiuſq; vim definitione declaret: perfectam artem iuris ciuilis habebitis, magis magnam atq; vberem, quàm difficilem & obſcuram. ibid. Vel paſſim licet carpentem, & colligentem vndiq;, repleri iſta iuris ciuilis ſcientia. de Orat. 101 a, Quo facilius percipi, cognoſciq́; ius ciuile poſſit. ibid. Plurima eſt in omni iure ciuili, &c. antiquitstis effigies. ibid. Hoſce habet *Philoſophia* fontes, omnium diſputationum ſuarum, qui iure ciuili, & legibus continentur ibid. Tanta ſapientia fuiſſe in iure cōſtituendo putanda eſt *Patria*. ibid. Percipietis etiam illam ex cognitione iuris læticiam & voluptatem. de Orat. 101 b, Incredibile eſt, quàm ſit omne ius ciuile, præter hoc noſtrum, inconditum, ac penè ridiculum. ibid. Iuris interpretatio. ibid. Senem poſſe ſuo iure dicere idem. ibid. Publica iura, quæ ſunt propria ciuitatis, atque imperij, &c. oratori nota eſſe debere. Nam vt in rerum priuatarum cauſis, atq; iudicijs depromenda ſæpe oratio eſt ex iure ciuili. ibid. Publici iuris authoritas. de Orat. 103 a, Proprium eſſe iuris ciuilis. de Orat. 104 a, Suum ius, atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debet *virtus*. de Orat. 105 a, Quod ius ciuile, Craſſe, tam vehementer amplexus es. & b, Sæpe vtitur orator, ſubſidio iuris in cauſis. ibid. Quæ maxima eſſent in iure ciuili ibid. Quod maximas centumuirales cauſas in iure poſitas protuliſti. ibid. Iuris imperitus. ibid. Quibus quidem in cauſis, &c. fuit inter peritiſſimos homines ſumma de iure diſſenſio. de Or. 106 a, Quæ cauſæ ſunt eiuſmodi, vt de earum iure dubium eſſe non poſſit. ibid. In hoc genere iuris iudicia nulla ſunt. ibid. In eo iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſſe difficile oratori eius partis, quancunque defendet, authorem aliquem inuenire. ibid. Iuris ciuilis exercitatio. ibid. Paterni iuris defenſor. ibid. Quod de iure ciuili depromptum videretur. ibid. Vt omne omnium teſtamentorum ius in eo iudicio poſitum videretur. & b, Quòd viros bonos iure ciuili fieri putas. ibid. Neq; me vnquam ius ciuile didiciſſe, neque tamen in ijs cauſis, quas in iure poſſem defendere, vnquam iſtam ſcientiam deſideraſſe. ibid. Cur ergo non ijdem in iure ciuili, &c. ſatis inſtructi eſſe poſſemus ad hoc duntaxat. de Orat. 107 a, Si ab adoleſcentia iuri ciuili minus ſtuduerimus. ibid. Quanto minus eſt ad iuris ciuilis perdiſcendi occupationem deſcendendum? quod & ſummatim percipi ſine doctrina poteſt. ibid. Iuris vtilitas ad quenq; cauſam, quamuis repentè, vel à peritis, vel de libris depromi poteſt. ibid. Oratorem ipſum erudire in iure ciuili. de Clar. 174 b, Idem magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ieiunæ: multa præclara de iure. Orat. 207 b, Ius ciuile teneat, quo egent cauſæ forenſes quotidie. ibi. Cùm ſis legum & iuris ciuilis ignarus. Top. 222 b, Si quis ius ciuile dicat id eſſe, quod in legibus, ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorum autoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate, conſiſtat. Top. 223 a, In iure ceſſio. Partit. 241 b, Sed quoniam iure ſe feciſſe dicunt; iuris eſt omnis ratio nobis explicanda: quod diuiditur in duas partes primas, naturam atq; legē: & vtriuſq; generis vis in diuinum & humanum ius eſt diſtributa. Quorum æquitatis eſt vnum, alterum religionis. ibid. Quæ ſine literis aut gentium iure aut maiorum more retinentur. ibid. Vt noſtros mores legesq́ue tueamur, quodammodo naturali iure præſcriptum eſt. I. V. 114 b, Eiuſdemmodi totum ius prętorium, eiuſdemmodi omnis res iudicaria fuit in Sicilia per triennium Verre prætore. ibid. Prius iura Siculorum, deinde iſtius inſtituta cognoſcite. I. V. 115 a, Siculi hoc iure ſunt. pro Cæcin. 286 b, Potuiſti ad tuum ius faciliore & commodiore iudicio peruenire. ibid. Quemadmodum ius meum perſequar. ibid. Si alia ratione ius noſtrum recuperare poſſemus. ibid. Siue vos, &c. iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicandum. ibid. De communi iure dubitetis. ibid. Quàm me ratio iuris & ius, de quo (*al vis. de qua*) iudicium eſt, & natura cauſæ coegerit. pro Cæcin. 287 a, Ne ſummo iure egiſſe, quā ne certum ius non obtinuiſſe videatur. pro Mur. 129 b, Si quid apud maiores noſtros fuit in iſto iure admirationis. ibid. Eum *fundum* ego ex iure meum eſſe aio. Quid tum inde? Inde ego te ex iure manu conſertum voco. ibid. Vnde tu me, inquit, ex iure manu conſertum vocaſti, inde ibi ego te reuoco. pro Mur. 130 a, Quando te in iure conſpicio. ibid. In omni deniq; iure ciuili æquitatem reliquerunt, verba ipſa renuerunt. & b, Controuerſum ius noſſe & tractare videare. ibid. Eos ad iuris ſtudium deuenire. pro Mur. 131 a, Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro, inquit, Rem repetunt. pro Dom. 219 b, Alio modo ſit conſtituturus aut de religione pontificum aut de Repub. quàm eum aut ceremoniarum ius aut ciuitatis ſalus coegerit. ibid. Quæ cognitio veſtra cum ſit in ius religionis & in ius Reipub. diſtributa, &c. de iure Reipub. dicam. ibid. Nego potuiſſe iure publico, legibus ijs, quibus hæc ciuitas vtitur, quenquam ciuem vlla eiuſmodi calamitate affici ſine iudicio. Hoc iuris in hac ciuitate, etiam tum cum reges eſſent, dico fuiſſe: hoc nobis eſſe à maioribus traditum: hoc eſſe deniq; proprium liberæ ciuitatis. pro Dom. 220 a, Te omnino nihil geſſiſſe iure. ibid. Verſor in medio iure publico. ibid. Quod eſt, Pontifices, ius adoptionis? & b, Nego iſtam adoptionem pontificio iure eſſe factam. ibi. Qui quod natura iam aſſequi nō poteſt, legitimo & pontificio iure quærat. pro Dom. 221 a, Dixi apud pontifices iſtam adoptionem contra omne pontificium ius factam. pro Dom. 240 b, Sed vt reuertar ad ius publicum vindicandum, quod ipſi pontifices ſemper non ſolum ad ſuas ceremonias, ſed etiam ad populi iuſſa accommodauerūt. pro Planc. 265 a, Quod dicitur Atinæ factum à iuuene, vetere quodam in ſcenicos iure, maximeq́ue oppidano. pro Cornel. 59 b, Grauiter id iure ferremus. ibid. Vtrum hæc fœderati iura conſtituant. I. A. 219 b, Cui portas huius vrbis patêre ius non fuit. de Fin. 104 a, Quoniam ea natura eſſet hominis, vt cum genere humano qnaſi ciuile ius intercederet: qui id conſeruaret, eum iuſtum, qui migraret, iniuſtum fore. & b, In vrbe mundóue communi non aduerſatur ius. de Nat 68 a, Docebo meliora me didiciſſe de colendis Dijs immortalibus, iure pontificio. de Leg. 181 a, Tota huius iuris compoſitio pontificalis magnam religionem ceremoniamq́; declarat. ibid. Quæ in porta confracta, iura ſint. Offic. 7 a, In Repub. maximè conſeruanda ſunt iura belli. & 8 a, Ac belli quidem æquitas ſanctiſſimè fæciali populi Rom. iure perſcripta eſt. Ex quo intelligi poteſt, &c. Offic. 56 a, Id noſtro iure liceat defendere. & b, Neq; verò hoc ſolum natura, id eſt, iure gentium, &c. eodem modo conſtitutum eſt. Offic. 65 a, Huiuſmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi non poſſunt. ibid. Ius Craſſus vrgebat & b, Qui id, quod emerat, quo iure eſſet, teneret, ibid. Hoc quanquam video propter deprauationem conſuetudinis neq; more turpe haberi, neque aut lege ſanciri, aut iure ciuili. ibid. Sed nos veri iuris germa-

næq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus: vmbra & imaginibus vtimur. Offic.68 b, Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia violandum eſt. Offic.73 b, Eſt autem ius etiam bellicum, fidesque iuriſiurandi ſæpe hoſti ſeruanda. ibid. Cum iuſto & legitimo hoſte res gerebatur, aduerſus quem & totum ius fæciale, & multa ſunt iura communia. de Sen. 84 b, Si ius ſuum retinet *ſenectus.* ibid. Ius augurium, pontificium, ciuile tracto. Epiſt.101 b, Nam, vt audio, iſtic

*Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro*
*Rem repetunt, regnumq́; petunt, vadunt ſolida vi.*

Ep.104 b, Vide quãti apud me ſis: etſi iure id quidem. ibid. Num ius ciuile veſtrũ ex libris cognoſci poteſt? Att.241 b, Debuerat autem, Non ex iure manu conſertum, ſed quæ ſequuntur.

❡ *Aqua, ſiue liquor, in quo aliquid eſculenti coctum ſit.* Ep.138 a, Te iſtic Atriano iure delectato, ego me hîc Hirciano. & 139 a, In ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. & 258 a, Ius enim tibi dandum non fuit, cùm κακοστόμαχος eſſes. Tuſc.247 a, Negauit ſe Iure illo nigro, quod cœnę caput erat, delectatũ. Tũ is qui illa coxerat, &c.

† Syntaxis. *Ius & æquitas vincula ciuitatis. Ius conſtituere, ſtatuere, recuperare, ad ſummam veritatem exigere. Summo iure cum aliquo agere. Certum obtinere ius. Dictator militiæ ſummum ius habens. Dare ius alicui. Id ius ratumq́; eſt. Ius reſpondere, de iure. Id non ius eſt. Ius dicere, æqualiterq́;. Ius poſtulare. Imperandi ius & poteſtas. Nihil mihi tecum eſt iuris. Obtinere ſuum ius. Abire de ſuo iure. Omnibus ius eſt bene facere. Habere ius compaſcendi compaſcuũ agrũ. Meo iure, & pro meo iure peto. Iura humana, ciuilia.*

IVSIVRANDVM, di: & iuriſiurandi. *ſacramentum, fides vel religio iuſiurandi, religio, fides.* Epiſt.60 b, Magna voce iuraui veriſſimũ pulcerrimumq́; iuſiurandum. de Inu.52 a, Si auarus eſt, negligit iuſiurandum. Offic.73 a, Iuſiurandum eſt affirmatio religioſa: quod autem affirmatè quaſi deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. & 72 a, Conſeruare iuſiurandum. Attic.88 b, Suauem habui recordationem clariſſimi iuriſiurandi. pro Cæl.48 b, Luceius ſocius veſtræ religionis iuriſq́; iurandi. pro Font.280 a, Religio, iuſiurandi ac metus deorum immortalium in teſtimonio dicẽdo. pro Cæl. 49 a, Ex qua domo recitatur vobis iureiurando deuincta autoritas. *id eſt, teſtimonium iurati hominis.* pro Qu.R.51 b, Non enim ex pactione verborum, quibus iuſiurandum comprehenditur, ſed ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus iraſci & ſuccenſere ſolent. & ibid. a, Abrogare fidem iuſiurãdi cuipiam. Offic 71 b, Cuius princeps iuriſiurandi fuit, quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem. de Ar.251 b, Fidem iuſiurandumq́; negligere. ad Her. 28 a, Non iuſiurandum reliquiſti? *aliter contempſiſti.* Offic.73 a, Qui iuſiurandum violat, is fidem violat. & ibid. O' fides alma, apta pennis, & iuſiurandum Iouis. Off.74 b, Nullum vinculum ad aſtringendã fidem iureiurando maiores arctiùs eſſe voluerunt. & ibid. Iurauitq́; ſe illum interfecturum, niſi iuſiurandum ſibi dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. pro S.R. 35 a, Vt libentibus animis ad illius teſtimonium veſtrũ iuſiurandum accommodetis. I.C.112 a, Introducti Galli, iuſiurandum ſibi & literas à Lentulo ad ſuam gentem datas eſſe dixerunt. pro Fl.149 a. Pſephiſmata iureiurando cõſtricta de L.172 b, Plurima firmantur iureiurando inter ipſos homines, dijs immortalibus interpoſitis tum iudicibus, tum teſtibus, *I.V.180 a, Emo iuſiurandum. ibid. Venale habeo iuſiurandum. de Nat.4 b, Quid de iureiurando exiſtimandum ſit. Offic.72 a, Quandiu iureiurando hoſtium teneretur, non eſſe Senatorem.

† Syntaxis. *Iuſiurandum iurare pulcerrimum, clariſſimum, veriſſimum. Iuſiurandum relinquere.*

IVSSVM, ſi. *mandatum.)(. Vetitum.* pro S.R.29 a, Cùm præſertim deorum immortalium iuſſis atq; oraculis id feciſſe dicantur. de Legib.192 a, Senatori tria iuſſa ſunt, vt adſit, vt loco dicat, vt modo. pro Cecinn.303 b, Putáſne, ſi populus iuſſerit, id iuſſum ratum atq; firmum futurum? pro Dom.227 b, Si id triginta curiæ iuſſiſſent, num id iuſſum eſſet ratum? de Legib.171 b, Hæc & alia iuſſa ac vetita populorum vim habent, &c. & 171 b, Qui pernicioſa & iniuſta iuſſa populis deſcripſerunt. pro Domo 240 b. Populi iuſſa. pro Cornelio 62 b, Gaditanos nullũ populi iuſſum habere & 63 b, Cùm Gaditanus ſcita ac iuſſa noſtra comprobat.* pro Dom.240 b, Quod ius pontifices, &c ad populi iuſſa accommodauerunt. de Leg.159 b, Tum hæc tractanda, quæ compoſita ſunt & deſcripta iura & iuſſa populorum.

IVSSVRVS, a, um. I. A. 175 b, Cæſar oſtendit ſe, priuſquam proficiſceretur, Dolabellam conſulem eſſe iuſſurum.

IVSSVS, ſus. *imperium.* pro Pomp.9 a, L. Lucullus veſtro iuſſu coactus abijt. *ad Heren.5 b, Si accuſator is, qui P. Sulpitium ſe fatetur occidiſſe, & id iuſſu conſulum defendat.



pro Dom.240 b, Atque eius iuſſu faceret. de Offic.63 a, Si domini iuſſu ita præco prædicet.

IVSTA, orum. *exequiæ, inferiæ.* pro Fl.164 a, Iuſta Catilinæ facta ſunt. & de Legib.181 b, pro S. R. 22 a, Hic miſer luctu perditus, qui nondum etiam paterno funeri iuſta ſoluerat. de Leg.183 b, Sed videamus Platonem, qui iuſta funerum reijcit ad interpretes religionum.

† Syntaxis. *Facere iuſta alicui, Funeri ſoluere iuſta.*

IVSTE', ſſimè. *iurè, rectè, legitimé,* Attic.275 a, At, inquies, iniquè facis: immò iuſtiſſimé. Offic.3 b, Iuſtè & legitimè imperare. in Sal.272 b, Id vos, ſi fortè offendemini, iuſtiùs huic, quàm mihi ſuccenſere debetis.

IVSTITIA, tiæ. *æquitas, ius, fas, iuſtum.* de Inu.82 a, Iuſtitia eſt habitus animi, communi vtilitate conſeruata, ſuam cuiq; tribuens dignitatem. de Natur.67 a, Iuſtitia, quæ ſuum cuique diſtribuit. de Finib. 141 a, Iuſtitia in ſuo cuique tribuendo cernitur. de Clar.172 a, Antiqui faciles in ſuum cuique tribuendo. de Finib. 140 b, Iuſtitia aſt affectio animi, ſuum cuiq; tribuens, & ſocietatem coniunctionis humanę munificè & æquè tuens. Offic 32 a, Ea virtus, quæ conſtat ex hominibus tuendis: id eſt, ex ſocietate generis humani. ad Heren.16 b, Iuſtitia eſt æquitas, ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiuſque. Offic.40 b, Iuſtitia, ex qua vna virtute boni viri appellantur, mirifica quædam res multitudini videtur. & 5 a, Iuſtitia, in qua virtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni viri nominantur. & ibi. b, Fundamentum Iuſtitiæ eſt fides. & 7 a, Fundamenta iuſtitiæ, primùm vt ne cui noceatur, deinde communi vtilitati ſeruiatur. & 20 a, Iuſtitiæ partes ſunt, non violare homines: verecundiæ, non offendere. & 48 a, Fundamentum enim perpetuę commendationis & famæ eſt iuſtitia, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. & 57 b, Hæc virtus omnium eſt domina & regina virtutum. de Natu.1 b, An Vna excellentiſſima virtus iuſtitia tollatur. de Orat.140 b. In laude iuſtitiæ ſunt fides & æqualitas. Off.41 a, Iuſtitia ad rem gerendam neceſſaria eſt: cuius tanta vis eſt, vt nec illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſtitiæ viuere. & ibid. Iuſtitiæ vis etiam latronum opes firmat atque auget. & ibidem: Fruendæ iuſtitiæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti, vt ait Herodotus. Part. 237 a, Iuſtitiam acerbitas imitatur. & 236 b, In commune autem quæ poſita pars eſt, iuſtitia dicitur, eaque erga deos religio, erga parentes pietas, vulgò autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi, lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur. *ad Heren.16 b, Rectum diuiditur in prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, modeſtiam & 17 b, Iuſtitiæ partibus vtemur. pro Planc. 266 a, Vir omnibus ingenio, iuſtitia, integritate præſtans. de Finib. 140 b, Seruari iuſtitia niſi à forti viro, niſi à ſapiente, non poteſt. ibid. Iuſtitia vt ipſa ſe fundet vſu in cæteras virtutes: ſic illas expetet.

IVSTITIVM, tij. *iuriſdictionis intermiſſio.* de Art.257 a, & pro Planc.266 a, Iuſtitium edici, iuriſdictionem intermitti, &c. *bis.* At.67 b, Memmius fauere iuſtitio & omnium rerum licentię. I. A.200 b, Iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere.

IVSTVS, a, um, ior, iſsimus. *non iniuſtus, æquus, verus, meritus, debitus, legitimus.)(. Iniquus.* Orator.210 a, Quibus ſi nihil aliud reſponderem, iuſta eſſet excuſatio. I. C. 101 b, Vita multis ſupplicijs iuſtis debitiſq́; erepta. Offic.34 b, Honeſta & iuſta conſilia.)(. *Fraus & malitia.* I.A. 174 a, Aequa & iuſta dicis. pro Seſt. 27 a, Ariſtides, qui vnus omnium iuſtiſſimus fuiſſe traditur. pro Cecin. 300 a, & Off. 41 b, Iuſtus & bonus vir. Off.7 a, Iuſtus homo, iſq́; quem bonum virum dicimus. de Am. 110 a, Aliquis in amicitia parũ iuſtus. pro Planc.272 b, Liberalem in publicanos, iuſtum in ſocios fuiſſe. Off 9 a, Vti ſeruis vt mercenarijs ad operam exigendam & iuſta præbenda. Tuſcul. 207 a, Si ſe officio fungi putet iuſto & debito. de Orat.125 a, Oratione exprimere mores alicuius iuſtos, integros, religioſos, perferentes iniuriam. de Fin.49 b, Vt propemodum iuſtioribus vtamur illis, qui &c. quàm ijs, &c. Off 73 b, Cum iuſto & legitimo hoſte res gerebatur. de Pro.78 b, Caſum illũ meum funus reipub fuiſſe, ſed funus iuſtum & inductum. I. P. 91 b, Iuſta gloria eſt fructus veræ virtutis. de Leg.171 b, Iuſtũ & ius colere: de Clar. 194 a, Illa iuſta eloquentia, quam dialecticam dilatatam eſſe putant de Legib.174 a, Præter Ideæ matris famulos, eoſque iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. de Aruſ. 248 a, Omnia ſolennia ac iuſta ludorum omnibus rebus ſumma cum ceremonia ſunt ſeruata. Att. 69 a, Deinde ſine vlla mora cogitabam iuſta itinera facere. Epiſt.23 b, Iuſta victoria. Tuſc.166 a, Iuſta vxor.

† Syntaxis. *Iuſtum debitumq́;. Aequum & iuſtum facere, dicere. Homo iuſtus. Iuſtum & ius colere. Solennia & iuſta ludorum ſeruare (Iuſta & ſollennia, ſubſtantiua abſolutè.)*

IVTVRNA, næ. dea. pro Cl.38 b, Stalenus ſtatuas poſuit ad Iuturnæ. *id eſt, in Iuturnæ æde.*

IVVANS, tis. de Nat. 59 a, Quorum neminem, niſi iuuante Deo, talem fuiſſe credendum eſt. Epiſt. 105 a, Meq; dijs iuuantibus ante brumam expectabis.

IVVAT. I. V. 202 b, Iuuat me, hæc præclara nomina ſic concidiſſe. Qu. fr. 314 a, Te eſſe animo hilari, &c. valde me iuuat. Epiſt. 77 b, Iuuitq; me hoc tibi profuiſſe.

IVVENILIS, le. de Clar. 194 b, Iuuenilis quædam dicendi licentia. & Orat. 206 b, Iuuenilis redundantia. & in Hor. Iuuenilis libido.

IVVENILITER. *more iuuenũ.* de Sen. 79 a, Fabius Maximus Annibalem iuueniliter exultantẽ patientia ſua molliebat.

IVVENIS, nis. *adoleſcens.* de Sen. 83 b, Infirmitas puerorum eſt, ferocitas iuuenum. Att. 159 a, Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum. de Or. 141 a, Iuuenes ſtare ad ianuã duos quoſdam, qui eum magnopere euocarent. Iuuenis & adoleſcens idem. * Tuſcul. 173 a, Tunc iuuenes ij, quos modò nominaui, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum acceſſerunt. Off. 12 b,

*Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres.*

Offic 24 b, Officia non eadẽ diſparibus ætatibus tribuuntur, aliaq; ſunt iuuenũ, alia ſeniorum. Off. 42 a, Hi ſimul ac iuuenes eſſe cœperunt, magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs debent cõtendere. de Sen. 82 b, Mihi verò Cn. & P. Sciones, &c. comitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur. Att. 9 a, Concurſabant barbatuli iuuenes.

IVVENTAS, tatis. *Hebe dea.* Or. 171 a, Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senonenſi prælio vouerat. de Nat. 23 b, At poëtę quidem nectar, ambroſiam, epulas comparant: & aut Iuuentatem, aut Ganymedem pocula miniſtrantẽ. Tuſc. 161 b, Nec Iuuentate pocula miniſtrante, lætari deos arbitror.

IVVENTVS, tis. *ætas florens.* pro Dom. 238 a, Imperia aſcribebantur nouæ iuuentuti. I. V. 274 a, Mercurius iuuentutis cuſtos & præſes. de Sen. 80 a, Res, quæ iuuentute gerũtur & viribus. de Cl. 176 a, Legendus eſt hic orator, ſi quiſquam alius, iuuentuti. pro Dom. 222 b, Intuemini pauliſper animis iuuentutem. * de Leg. agrar. Imberba iuuentute. Tuſcul. 182 a, Cretum quidem leges, itemque Lycurgi, laboribus erudiunt iuuentutem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. Off. 25 a, Vt & amicos & iuuentutem, & maximè Rempub. conſilio & prudentia quamplurimũ adiuuent. de Sen. 82 a, Qui à iuuentute coluntur & diliguntur. & b, Quid eſt iucundius ſenectute ſtipata ſtudijs iuuentutis?

IVVO, as. *adiuuo.* pro Mar. 131 b, Et certè in armis locorum opportunitas multum iuuat. de Nat. 2 b, Sin autem dij neque poſſunt nos iuuare, nec volunt, quid, &c. Attic. 264 b, Multum potes nos apud Plancum iuuare. & ibid. Adiuuabis igitur. Off. 2 b, & 3 a, Res, quibus & ſe poſſint iuuare, & ſuos. Tuſc. 155 a, Iuuare, tueri, conſeruare homines. Epiſt. 176 a, Si omni ſtudio Lamiam in petitione iuueris. de Fin. 63 b, Eruditio ad beatam vitam iuuat. Ep. 213 b, Iuuare atque ornare aliquem quibuſcunq; rebus poſſis. pro Corn. 59 a, Qui *populi* noſtros duces auxilio laboris, commeatus, periculo ſuo iuuerint. I. V. 246 a, Te igitur autore ne foro quidem & commeatu Mamertini populum Romanum iuuàre debuerunt. * pro Marc. 131 b, In armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes commeatus, multum iuuant.

¶ *Delecto.* de Finib. 67 a, Iuuare in corpore & in animo dicitur, ex eoq; iucundum.

IVVOR, res. I. V. 101 a, Lex Cornelia proſcriptũ iuuari vetat.

¶ *Delector.* Orat. 212 a, Conſule aures, probabunt. quære, cur? ita dicent ſe iuuari,

† Syntaxis. *Iuuare, & ornare aliquem, Id iuuat ad, &c. Periculo ſuo, auxilio iuuare amicum. Iuuantur aures: id eſt, delectantur.*

IVXTA. *non ſecus, ſimiliter.* Poſtq. 208 b, Qui me omnibus officijs iuxtà ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentauit.

¶ *Propè, propter.* Corn. Nepos in vita Attici 272 b, Sepultus eſt iuxta viam Appiam ad v. lapidem.

## K

K *Vix litera Latinorum dicenda: tamen ſcribunt aliqui.* Attic. 4 b, ad VIII. Kalend. Decembris. & Epiſt. 12 b, Ex Kalend. Ianuar. *aliter, Calendis. nam κάππα nobis litera eſt ſuperuacanea, inquit Fabi⁹ Quint.* * *Scribebant etiam veteres Kalumnia, &c. Vnde K litera calumniatorum fronti inurebatur. Hanc intelligit Cicero pro Sex. Roſc. 27 b, his verbis: Sed ſi ego hos benè noui, literam illam, cui vos vſque eò inimici eſtis, vt etiam alias omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent.*

## L

L *Litera ſemiuocalis, in numeris valet quinquaginta, Quando eſt prænomen, ſignificat Lucius.* de Or. 131 a, Omnibus in parietibus inſcriptas fuiſſe literas, tria L L L. duo M M. hoc eſt, lacerat lacertũ Largij mordax Memmius.



LABANS, tis. pro Mil. 114 b, Rempub. ægram & labàntem ſanare & confirmare.

LABECVLA, læ. in Vatin. 37 a, Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aſpergis.

LABEFACIO, cis. *labefacto.* pro Seſt. 24 a, Quem nulla vnquam vis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit.

LABEFACTATVS. Epi. 69 b, Quæ cogitatio vi tamen tempeſtatum & concurſu calamitatum, erat aliquantum labefactata atque conuulſa. pro Pompeio 7 b, Ruere illa non poſſunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant.

LABEFACTO, as *perfringo, diſſoluo* pro Cec. 298 b, Is non homines lædit, ſed leges ac iura labefactat. I. C. 123 b, Perfringere ac labefactare conſpirationem bonorum. contra Rul. 88 a, Labefactare & reſcindere ab alijs cõſtituta. pro R. P. 119 b, Labefectare dignitatẽ alicuius. Ep. 59 b, Labefactare aliquam ſocietatem. Brut. 276 b, Hoc adoleſcentis præſidium equidem adhuc ſatis firmum confido, ſed ita multi labefactant, vt ne moueatur, interdũ extimeſcam. Acad. 45 a, Ariſtoteles ideas labefactauit. Epiſt. 198 b, Nec verò poſtea deſtiti labefactare eum, qui, &c. pro Cl. 58 b, Quorum fidem precio labefactare conata ſit. * de Inuent. 42 b, Tũ ingenio freta malitia peruertere vrbes, & vitas hominũ labefactare aſſueuit. de Fin. 105 a, Eædẽ enim vtilitates poterunt eas amicitiã & iuſtitiã labefactare atq; peruertere. de Diuin. 81 b, In quo libro diſputatio Cottæ quanquã labefactauit ſententiã meam, nõ funditùs tamen ſuſtulit.

LABEFACTOR, ris. de Fin. 58 a, Ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. pro Quin. R. 46 a, Cæteri cùm ad iudicem cauſam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt. pro Mil. 108 a, Itaq; Milonis conſulatus, qui viuo Clodio labefactari nõ poterat, mortuo deniq; tentari cœptus eſt. pro Dom. 218 a, Iiſdem machinis ſperant me poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt.

LABEFACTVS, a, um. *labefactatus.* de Aruſp. 258 a, Hæc iam labefacta, &c.

† Syntaxis. *Perfringere ac labefactare iura, leges, coniurationem, ſocietatem. Inimicum percellere, & machinis labefactare.*

LABELLVM, li *paruum labium.* de Do. 97 a, Platoni paruulo dormienti apes in labellis conſederunt.

¶ *Vas.* de Leg. 183 b, Super terrę tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam, aut menſam, aut labellum.

LABENS, tis. Brut. 189 a, Ferre præſidium labenti atque inclinatæ reip. I. A. 170 a, Cùm labentem & propè cadentem remp. fulcire cuperetis. * pro Rab. 129 b, Equitem Rom. non libidine, non turpibus impenſis cupiditatum atque iacturis, ſed experientia patrimonij amplificandi labentem excepit, corruere non ſiuit, fulſit & ſuſtinuit re, fortuna, fide: hodieq; ſuſtinet.

LABERIVS, rij. *poeta mimicus ſanè mordax.* Epiſt. 101 a.

LABES, bis. *ignominia, macula, ruina.* in Vatini. 33 a, Ne qua ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur. de Leg. 174 b, Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec vllis manibus elui poteſt. Par. 120 a, In quamcunq; domum ſtuprum intulerit, eandem labem eſſe libidinis. pro Seſtio 7 a, Habeo quem opponam labi illi atque cœno. pro Cæl. 46 b, Ne probrum caſtis, labes integris, infamia bonis inferatur. de Am. 104 a, Videtis in tabella, quanta iam facta ſit labes primo Gabinia lege. pro Dom. 233 b, Hanc labem turpitudinis & incõſtantiæ poterit populi Romani dignitas ſuſtinere? pro Flac. 151 a, Vtrum hîc tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam, vt ruinam fore putatis? * I. V. 67 a, Adduxi hominem & prædonem iuris vrbani, labem atq; perniciem prouinciæ. pro Rab 96 a, Adiungemus ad hanc labẽ ignominiamq; mortis etiã C. Marij nomen. pro D. 213 a, Si illa labes ac flamma Reipub. ſuum illũ peſtiferum & funeſtum tribunatũ, quem æquitate humana tueri nõ poteſt, diuina religione defenderit. pro D. 224 a, Tu ad illam labem atq; eluuiẽ ciuitatis ſine ſumma vi peruenire potuiſti. pro Seſt. 8 a, b, Qua tũ ſuperbia cœnũ illud ac labes ampliſſimi ordinis preces & clariſſimorũ ciuiũ lachrymas repudiauit?

¶ *Eſt item terræ hiatus, eluuies.* de Diuin. 96 b, Multis locis labes facta eſt, terræq; deſederunt. & 100 a, Delata etiam ad ſenatum labes agri Friuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet.

† Syntaxis. *Aſpergere labẽ alicui. Cœnũ ac labes. Turpitudinis labes. Labes & eluuies. Labes & pernicies, Labes & ruina innocẽtiæ.*

LABICANVM, *locus.* de Offic. 125.

LABICANVS, na. pro Pl. 263 b, Labicana vicinitas.

LABICI, *populi.* contra Rul. 85 b.

LABO, as. *vacillo nuto.* Attic. 132 a, Scito labare meum conſilium illud, quod iam ſatis fixũ videbatur. I. A. 207 a, Cùm ei labare M. Antonius videretur. de Finib. 105 b, Quid non ſic ex alio nectitur, vt non ſi vllam literam moueris, labent omnia. * de Fin. 118 a, Si vna litera commota ſit, fore tota vt labet diſciplina.

LABOR, eris: lapſus ſum. *prolabor, dilabor, inclino.* de Fat. 141 b, Naufragum illum in riuo eſſe lapſum. de Diu. 153 a, Contrahi autem animum Zeno, & quaſi labi putat atq; concidere, & ipſum eſſe dormire. Acad. 44 a, Continẽter labuntur & fluunt omnia. de Vn. 201 a, Sidera quæ vaga & mutabili ratione labuntur. in Ar.

*Nam non longinquum ſpacium labere diurnum.*

Par. 119 b, Lapſa eſt libido in muliere ignota. Attic. 57 b, Neq; mihi licet labi ad eos, qui mihi non deſinunt inuidere. Acad. 35 a, Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem. de Leg 177 b, Quarum mores lapſi ad molliciem pariter ſunt immutati cum cantibus. de Amic. 104 b, Serpit enim deinde res, quæ procliuis ad perniciem, cum ſemel cœpit, labitur. Tuſc. 218 a, Incitataq; ſemel in procliue labuntur *vitia.* de Leg. 166 b, Quin labebar longiùs, niſi me retinuiſſem. de Diuin. 125 a, Sed labor longiùs, ad propoſitum reuertar. de Ar. 258 a, Vt aliquis lapſus de cœlo cœtus hominum adeat. Or. 215 b, Breuitate & celeritate ſyllabarum verba celeriùs labuntur. & ibid. a, Circuitus incitatior numero ipſo fertur, & labitur, quoad perueniat ad finem. Orat. 197 b, Cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutiùs eſſe vno & eodem ſtatu.

¶ *Erro, fallor, decipior.* de Clar. 181 a, Labi & cadere in aliqua re. Offic. 4 b, Labi autem, errare, neſcire, & decipi, & malum & turpe ducimus. Qu. fra. 328 b, Tenes verò, lapſus eſt per errorem. contra Rull. 67 b, Aliqua in re non conſilio, ſed caſu lapſum eſſe. I. A. 212 b, Si conſilio lapſi erimus. Offic. 34 b, In quo verbo lapſa conſuetudo deflexit de via. de Nat. 7 b, & pro Rab. 65 b, Empedocles in deorum opinione turpiſſimè labitur. de Orat. 98 b, Aliquem in minimis tenuiſſimisq; rebus labi. Attic. 198 b, Qua in re ne labar, quæſo prouidete. de Clar. 187 b, Non puto exiſtimare te ambitione me labi, quippe de mortuis. Epiſtol. 21 a, Nunquam labère, ſi te audies. I. A. 247 b, Talis igitur & vir & ciuis opinione labi poteſt. & 225 a, Non te inopia verbi lapſum putarem, niſi, &c.

† Syntaxis. *Labi & concidere. Labi & fluere. Ad opinionem labi. Labi & cadere in aliqua re. Conſilio labi. Labi, errare, neſcire, decipi. Ambitione labi.*

LABOR, oris. *afflictio, labor corporis, contentio animi, opus, vigilia, ſudor, aſſiduitas.* Tuſc. 182 a, Intereſt aliquid inter laborem & dolorem: ſunt finitima omnino, ſed tamen differt aliquid. Labor eſt functio quædam vel animi vel corporis, grauioris operis & muneris: dolor autem motus aſper in corpore à ſenſibus alienus. pro Cæl. 45 b, Si quis omnem vitæ ſuæ curſum in labore corporis atq; in animi contentione conficeret. pro Muræn. 133 a, Nunquam iſte militi plus laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit. de Orat. 97 a, Eſt enim magni laboris, quem plerìq; fugimus. de Opt. 244 a, Suſcepi laborem vtilem ſtudioſis, mihi ipſi non neceſſarium. pro Arch. 101 a, Quid eſt, quòd tantis nos in laboribus exerceamus? & ibid. Nec tantis ſe in laboribus frangeret. Antequam. 194 b, Quoniam pro cunctis laborem ferre conſueui. de Sen. 94 a, Ocioſam ætatem & quietam ſine vllo labore & contentione traducere. de Vniu. 201 b, Hæc ſi verbis explicare conemur, earum rerum fruſtra ſuſcipiatur labor. Orat. 210 b, Nam eſſet cùm infinitus, tum puerilis labor. & 207 b, Quem laborem nobis leuauit Attici noſtri labor. pro Font. 276 h, Multo ſudore ac labore facere aliquid. de Orat. 110 a, Leuandi laboris cauſa poſſim volitare. Antequam. 193 a, Suſtinere magnum laborem. de In. 76 b, Inſumere magnum laborem ac ſumptum in aliquam rem. I. V. 199 a, Impendere laborem ac ſumptũ in aliquam rem. I. V. 199 a, Impendere laborem ac ſumptũ ad incertum caſum. de Or. 105 a, Conſumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. Attic. 15 a, Laborem propter ambitionem ſuſtinebam. Epiſtol 9 a, Perſunctus ſum maximis laboribus. Aca. 27 a, b, Labor exantlatus ab Hercule. de Clar. 187 a, Excipere magnos labores. * pro Dom. 241 a, In vrbe, quam ſuis laboribus ac periculis cõſeruaſſet. *Alÿ conſecraſſet legunt.* pro M. Scau. Poſſe virtutem ſine præſidio Fortunæ, quò contendiſſet, labore & conſtantia peruenire. Oecon. 1, Labores pacis ac belli, id eſt, ruſticationis & militarium ſtipendiorum, diſtribuit viro natura. pro Pomp. 90 a, 'Non illæ ſunt ſolæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgò exiſtimantur: labor in negotiis. pro Marc. 136 b, Cùm id ſolicitudine, cura, labore tamdiu præſertim. Tuſcul. 148 a, Cùm defenſionum laboribus ſenatoriiſque muneribus aut omnino aut magna ex parte eſſem aliquã do liberatus. Tuſcul. 182 a, Cretum leges, item Lycurgi, laboribus erudiunt iuuentutem. & b, Conſuetudo laborum perpeſſionem dolorum efficiet faciliorem. ibid. Corpora iuuenum firmari labore voluerunt. ibid. Quibus *virginibus* magis palæſtra, Eurotas, Sol, puluis, labor, militia, in ſtudio eſt. ibid. Ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori. Tuſcul. 183 a, Quid exercitatio legionum? Quid ille curſus, cõcurſus, clamor, quanti laboris eſt? & b, Quantum factis ſuppetit laboris. de Fin. 53 b, Vt omittam pericula, labores, dolorem etiam. de Sen. 94 a, An cenſes me tantos labores diurnos nocturnoſque domi militiæq; ſuſcepturum fuiſſe. Epiſt. 245 b, Magno labore meo, &c. ſeptimo & quinquageſimo die rem confeci. Attic. 52 b, Cognoram te, &c plurimum operæ, ſtudij, diligentiæ, laboris ad conficiendum reditum meum contuliſſe.

† Syntaxis, *Suſcipere labores. Exercere ſe labore. In labore ſe frangere. Ferre laborem. Sine labore & contentione viuere. Multo ſudore & labore facere. Suſtinere magnum laborem, inſumere, impendere, conſumere, exantla, excipere. Laboribus perfungi.*

LABORANDVM. pro Mur 135 a, Quibus incommodo valetudinis laborandum eſt. Orat. 204 b, Homo de re magis quàm de verbis laborans. * Top 223 b, Cùm intelligitur quid ſignificetur, minus laborandum eſt de nomine.

LABORANS, tis. *afflictus, calamitoſus.* pro Planc. 277 a. Ego miſeris & laborãtibus nihil negare poſſum. * Acad. Chryſippus æſtuans laboransq; quonam pacto explicet. Offic. 47 a, Diſertus homo & facilè laborans.

LABORATVS, ta, tum. Att 205 a, Habeo munus à te laboratum decem legatorum. *aliter, elaboratum: & rectius.* pro Cæl. 48 b, Hæc mihi fructum aliquem afferre potuiſſent, cum à me ipſo laborata proferri viderentur. * Incer. Quod ſit manibus humanis laboratum.

LABORIOSIVS. pro Qu. R. 50 a, Quo quiſq; eſt ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.

LABORIOSVS, a, um: ſius *durus, induſtrius.* Tuſc. 182 b, Induſtrios homines, Græci ſtudioſos, vel potiùs amantes doloris appellãt: nos commodius laborioſos. in Ant. 232 a, Qui magnos dolores perferunt, hos non miſeros, ſed laborioſos ſolemus dicere. pro Milon. 102 a, Quid enim nobis duobus laborioſius, quid magis ſolicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt? pro Cæl. 37 b, Vos laborioſos exiſtimet, quib. ocioſis ne in communi quidem ocio liceat eſſe. * de Fin. 84 a, Quos ille cruciatus perferebat? nec tamen miſer eſſe, tantummodò laborioſus videbatur.

¶ *Moleſtus, difficilis.* de Leg. 187 b, Nihil laborioſius moleſtiusq; prouincia. Att 90 b, Hæc mihi nondum laborioſa ex illa vetere militia. * Oecon. 1, In re familiari laborioſior eſt negligentia, quàm diligentia.

† Syntaxis. *Induſtrium dicimus laborioſum. Laborioſum & moleſtum. Nihil Cæſ. laborioſius.*

LABORO, as. *elaboro, cõtendo, laborem ſuſcipio, opus facio, multum operæ pono vel confero in aliquam rem, in aliqua re multum operæ ſtudiiq; pono, in aliquò labore me exerceo, & magnis me laboribus frango, impenſam laboris ago in aliquem, operam do.* Tuſc. 182 b, Aliud eſt dolere, aliud laborare: cùm varices ſecabantur C. Mario, dolebat: cùm æſtu magno ducebat agmen, laborabat. Eſt inter hæc quædam tamen ſimilitudo. Conſuetudo enim laborum, perpeſſionem dolorum efficiet faciliorem. *& ibi. de hac re pulcra.* de Sen. 81 b, Sed iidem laborent in eis, quæ ſciunt nihil ad ſe pertinere. I. A. 197 b, Sed ne familiares, ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent. de N. 72 a, In enodandis nominibus, quod mirandum ſit, laboratis. de Clar. 167 a, In quo non modò defici, ſed etiam laborare turpe eſt. Attic 66 b, Ad quid laboramus res Romanas? & 206 b, Quo etiam magis laboro idem quod tu. Quin. frat. 311 a, Quod ego non nimium laboro, etiamſi minus aſſequar quod volo. pro Syll. 176 b, Vos enim tum nihil laborabatis, nihil ſuſpicabamini. de Prou. 74 b, Nec decreui ſolùm, ſed etiam vt vos decerneretis, laboraui. Par. 118 b, Quid enim ego laboraui? aut quid egi? aut in quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ? niſi vt, &c. I. V. 174 b, Illi intelligebant ſeſe Verri ferere, impẽndere, laborare. * I. V. 177 b, Sponſio illa ne fieret laboraſti. pro Dom. 219 a, Cn. Pompeium ſtudio & autoritate æquè & vnumquenq; veſtrum op bus, contentione, precibus, periculis denique, præcipuè pro mea ſalute laboraſſe.

¶ *Curo, ſum ſolicitus.* de Diuin. 90 b, Quid iſtic fiat, non laboro. Epiſt. 36 a, Hoc aſſequere, vt in quam partem accipias, minus laborem. & 145 b, Intellexi enim te laborare, vt ad me tuæ expectatiſſimæ literæ perferantur. Cæl Epiſt. 119 b, Hoc vehementius laboro nunc, quod puto, &c. Epiſt. 75 b, Sic me & liberalitatis fructu priuas, & (quod minimè tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ. Ep. 110 a, Nam de iudiciis, quod quæris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei, ſit vel Selius tam eloquens, vt poſſit probare ſe liberum, non laboro. & 54 b, At erat tuæ virtutis in minimis tuas res ponere, de republica vehementius laborare. Quint. frat. 320 b, De filij tui eruditione quod labores nihil eſt. pro Quint. 12 b, Qui nunc vt tu vincas, tantopere laborant. pro Cecin 285 b, De quibus antea laborabam, nunc ſum animo æquiſſimo. I. V. 215 a, De ceteris non laboro. de In. 72 a, Non laborare de aliquo. Epiſt. 44 b, La-

44 b, Laboro, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt. Attic.142 a, Non mediocriter laboro, vt poſſis, &c. I.V.213 b, Non laborabat, quin malè audiret. & 170 a, Non laborabat, ſi eſſet moriturus. & 176 a, Si ſocijs proſpicere non laboratis. & 174 b, Si quemadmodum ſocij à magiſtratibus tractentur, non laboratis. pro Flac.148 a, Græci nunquam laborant, quemadmodum probent quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicendo. de Orat. 127 b, Laborare pro bonis viris. pro Dom.151 a, Laborare amici cauſa. Epiſt.47 a, Miror te non tuis bonis delectari potiùs, quam alienis malis laborare. de Fin.91 a, Laboro autem non ſine cauſa. Epiſt.3 a, Si eſſet in ijs fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus. Att.210 a, De fama nihil ſanè laboro. & 114 b, Nec de me laboro, de pueris quid agam non habeo. pro Quint 7 b, Non id ago, neque in eo nunc laboro. Attic. 210 b, Sed hæc hactenus, vt videar περὶ μικρῶν σπουδάζειν.

¶ *Afficior. vexor: relatum ad morbos.* pro S.R. 44 a, Ex quibus rebus reſpub. maximè laborat, ijs maximè mederi conuenit. Attic. 100 a, Significant enim tuæ literæ te prorſus laborare pro S. R.43 b, Quod ſi omnes facerēt, & reſpublica ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarent. Attic. 71 b, Vtpote cum ſine febri laboraſſem. de Finib.61 a, Nec verò quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. Epiſtol.107 a, Cùm iam decimum diem grauiter ex inteſtinis laborarem. Epiſtol.141 a, Ceparius dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborates. Tuſcul.188 a, Ex renibus laborare. & ibi. Cùm audiuiſſet eum grauiter eſſe ægrum, quòd vehementer eius artus laborarent. Epiſtol. 260 a, Non ignoro, quantum ex deſiderio labores: ſed erunt omnia faciliora, ſi valebis. pro Cluent. 60 a, Ea ſatis diu ex inuidia laborauit. de Inuent.62 a, Aliquanto ex inſcitia leuius laborarent. pro Sex. R. 44 b, Populus Romanus, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborat. Attic.278 b, Nec externis hoſtibus magis quàm domeſticis laborabamus.

LABOROR, aris. Epiſt.45 a, Hæc mihi ampliora multò ſunt, quàm illa ipſa propter quæ hæc laborantur.

*LABRON, is. *oppidum.* Quint.frat.130 a, Vt aut Piſis aut Labrone conſcenderet.

LABRVM, bri *oris humani extrema labra ſunt.* de Nat.6 a, Hunc cenſes primis, vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam? de Orat. 92 a, Quæ iſti Rhetores ne prioribus quidem labris attigerunt. de Orat.155 b, Pericles in cuius labris lepórem habitaſſe ferunt. de Dom.122 a, Apes quas dixiſti in labris Platonis pueri conſediſſe. pro Cæl.43 a, primoribus labris guſtaſſe genus hoc vitæ, & extremis, vt dicunt, digitis attigiſſe. * Hortenſ. Quod in primoribus habent, vt aiunt, labris. I.P.97 a, Cùm à me trementibus omnino labris, ſed tamen cur tibi nomen non deferrem requirebas.

¶ *Vas, ad formam oris humani & labrorum factum.* Epiſt.239 b, Labrum ſi in balneo non eſt, fac vt ſit.

LAC, ctis. *ros vitalis.* de Sen.69 a, Villa abundat lacte, caſeo, melle. de Nat.51 b, In ijs animantibus quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Tuſcul.190 b, Vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. de Do. 100 a, Quondam lactis imber effluxit.

LACAENA, *mulier.* Tuſc.170 b, & 182.

LACEDAEMON, onis. *Sparta vrbs.* de Leg. 177 b, Lacedæmon illa ſeuera neruos iuſſit, quòd plures quàm ſeptem haberet, in Timothei fidibus inde demi. & lib 3, Lacedæmone Ephori non ſine cauſa à Theopompo oppoſiti ſunt regibus.

LACEDAEMONII, orum. *Spartiatæ, Lacones.* Tuſcul.q. libro 1, Lacedæmonij cuiuſdam conſtantia in morte contemnenda. 13. Famil. Lacedæmonij ſua maiorumque ſuorum autoritate ſatis commendati fidei tuæ. de Diuin. lib. 1, Lacedæmonij regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt. Tuſcul. q. lib. 1, Lacedæmonij alacri animo in Thermopylis occiderunt. de Diuin. lib. 1, Lacedæmonij de rebus maioribus ſemper aut Delphis oraculnm, aut de Ammone, aut à Dodono petebant. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Lacedæmonij, Philippo minitanti per literas ſe omnia quę conarentur, prohibiturum, quæſiuerunt, Num ſe eſſet etiam mori prohibiturus? Diu. lib. 1, Lacedæmonij ſenibus (ſic enim conſilium publicum appellant) augurem intereſſe voluerunt. Tuſcul. quæſt lib. 1, Lacedæmoniorum gens fortis fuit, dum Lyçurgi leges vigebant. pro Flac Lacedæmoniorum laus. pro Mur. Lacedæmoniorum mores. Off. 1, Lacedæmoniorum omnis mos inflammatus cupiditate vincendi. pro Flac.159 a, Lacedæmoniorum ſpectata & nobilitata virtus. Diuin. lib. 1, Lacedæmonijs Leuctricæ pugnæ calamitas multis ſignis antè denunciata eſt. Diuin. lib. 1, Lacedæmonijs cuiuſmodi ſignificatio facta ſit, paulò ante Leuctricam calamitatem. Cat. Apud Lacedæmonios quidem ij qui ampliſſimum magiſtratum gerunt, vt



ſunt, ſic etiam appellabantur, ſenes. Diuin. lib. 1, Lacedæmonijs qui præerant, non contenti vigilantibus curis, in Paſithæo fano ſomniandi cauſa excubabant, quòd vera quietis oracula ducebant.

LACERANDVS, a, um. pro Quint.9 a, Ad reliquias vitæ lacerandas & diſtrahendas.

LACERATIO, onis. *laniatus.* I.P.88 b, Magna lætitia afficiebar ex corporis tui laceratione. Tuſcul.204 a, Ex hac opinione ſunt illa varia & deteſtabilia genera lugendi, pedores, muliebres lacerationes genarum.

LACERATVS, a, um. *diſtractus, diſſipatus.* I. A.231 b, Reliquū corpus tractum & laceratum abiecit in mare.

LACERNA, næ. *penula veſtis.* I. A. 175 a, Rhodius cum calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacerna. * ibid. Cum caligis, & lacerna cucurriſti.

LACERO, as. *concerpo, dirumpo, conſcindo, diſcindo, carpo, dilacero, dilanio.* Attic.42 a, Meus me mœror lacerat & conficit. Tuſcul 196 b, Aegritudo lacerat, exeſt animum, planeque conficit. I.A.176 b, Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Off. 12 a, Qui lacerarunt omni ſcelere patriam. Poſtquam.204 b, Lacerare rempublicam. de Legib.178 b, Obtrectatio inuidiæ, quæ ſolet lacerare pleroſque. de Oat.131 a, Lacerat lacertum Largij mordax Memmius. I.A.231 a, Verborum contumelijs aliquem lacerare. pro Dom.225 a, Vxor mea, quam vexauiſtis, raptauiſtis, omni crudelitate lacerauiſtis.

LACEROR, ris. pro Mil. 118 b, Neque vllo in loco potiùs mortem eius lacerari.

† Syntaxis. *Vitæ reliquias lacerare ac diſtrahere. Tractum & laceratum corpus. Mœror, ægritudo lacerat & conficit. Lacerare, & cruentare aliquem oratione.*

LACERTA, tæ. *ſerpentis genus.* Attic.36 a, Tempeſtates non ſunt ad lacertas captandas idoneæ. de Diuin 121 a, Duobus anguibus domi comprehenſis, aruſpices à patre conuocatos. Qui magis anguibus quàm lacertis?

LACERTOSVS, a, um. *robuſtus, neruoſus.* I.A.219 a, Saxa centurio pugnax & lacertoſus.

LACERTVS, ti. *brachium à cubito ad manum: vires, nerui.* Tuſc. 178 b, O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. de Orat.106, & 131 a, Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas oratorijs lacertis viribusque torquere. * Tuſcul.182 b, Nam ſcutum, gladium, galeam, in onere noſtri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. de Sent.82 b, Aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illachrymansque dixiſſe, At hi quidem iam mortui ſunt, &c. Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis. de Or. 131 a, Lacerat lacertum Largij mordax Memmius.

¶ *Vis, nerui, robur, pondus, grauitas.* de Clar. 170 a, Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic vt fieri nihil poſſit valentius.

LACESSENDVS, a, um: do. pro Pomp.8 a, b, Nationes quas nunquam populus Romanus neq; laceſſendas bello, neq; tentandas putauit. Epiſt.120 a, Procax in laceſſendo.

LACESSITVS, a, um. *irritatus.* Attic. 7 a, Quibus epiſtolis ſum abs te laceſſitus ad ſcribennum. de Orat.130 a, Videmur quieturi fuiſſe, niſi eſſemus laceſſiti. & ibid. Omnino probabiliora ſunt quæ laceſſiti dicimus, quàm quæ priores. de Orat.86 b, Arma, quibus vel tectus ipſe eſſe poſſis, vel prouocare improbos, vel te vlciſci laceſſitus.

LACESSO, ſis. *prouoco, irrito, tento.* Epiſt.38 b, Hos ego ſermones laceſſiui nunquam, ſed non valde repreſſi. pro Mil. 118 a, Vi irritare, ferroq; laceſſere aliquem. Epiſt.169 a, & pro Dom.216 b, Nos te Antoni nulla laceſſiuimus iniuria. I. A. 170 b, Tu ne verbo quidem violatus vltrò maledictis me laceſſiſti. I. P. 91 a, Reſponſione me inimica homo promptiſſimus laceſſiuit.

¶ *Inuico amicè.* Epiſt.210 a, Non enim te epiſtolis, ſed voluminibus laceſſerem. Epiſt.196 a, & de Orat 86 b, Sic igitur facies, meq; amabis, & ſcripto aliquo laceſſes: ego enim reſpondere facilius poſſum quàm prouocare.

LACESSOR, ris *prouocor.* de Orat.136 b, Teſtis ſæpe non lædit, niſi laceſſatur.

† Syntaxis. *Laceſſere & irritare bello. In laceſſendo procax. Ad ſcribendū laceſſitus. Sermones laceſſere aliquos. Maledictis laceſſere.*

LACIADES, æ. Offic.46 b, Cimon Athenienſis inſtituit, vt omnia præberentur, quicunq; Laciades in villam ſuam diuertiſſet.

LACINIA, niæ. *pars veſtis extrema & laxior.* de Orat.153 a, Illud alterum genus obtinent, id ipſumq; lacinia. Epi.265 a, In lacinia ſeruans ex menſa ſecunda ſemina.

LACINIVS, a. de Diuin 90, Iuno Lacinia.

LACON, nis. *Lacedæmonius.* Tuſc.238 a,

*Conſilijs noſtris laus eſt attonſa Laconum.*

* Tuſcul 172 b, Laconis illa vox.

LACONICVM, ci. *vaporarium.* Attic.60 b, Noſtram ambulationem & Laconicum cum poteris, inuiſas.

LACONISMVS, mi. *breuiloquentia.* Epiſt.179 a, Breuitatem ſecutus

ſecutus ſum te magiſtro.& ibid.Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum,altera iam pagella procedit.

LACHRYMA, mæ. Part.234 b, Citò areſcit lachryma, præſertim in alienis malis.de In.62 a,Lachryma nihil citius areſcit,vt dicit rhetor Apollonius. I.V.271 a,Paulo antè lachrymas non tenebamus.de Som.127 b,Equidem vim lachrymarum profudi. pro Font. 284a, Lachrymas profundo.I.A.172 b,Me miſerum, conſumptis lachrymis tamen infixus animo hæret dolor.Tuſc.185 b,Si ſe lamentis muliebriter lachrymisq; dedet. Epiſt.70 b, Tradere ſe lachrymis ac triſtitiæ.de Seneƈt.92 a,

*Nemo me lachrymis decoret,nec funera fletu*
*Faxit. cur? volito viuus per ora virûm.*

*I. V. 195 a, Suſtinere populus Rom. nationum luƈtum, lachrymas,querimonias,non poteſt. pro Planc.275 b, Nō modò lachrymulam, ſed multas lachrymas videre potuiſti. ibid. Meorum lachrymis me abſente commotus. ibid. Qui tum lachrymas meas gratas eſſe dicebas, nūc eaſdem vis inuidioſas videri. pro Planc.281 a, Timeo ne nihil tibi præter lachrymas queam reddere, quas in meis acerbitatis plurimas effudiſti.ibid. Non opibus contendo,non autoritate,non gratia : ſed precibus, ſed lachrymis,ſed miſericordia.ibid. Tuæ me etiā lachrymæ impediunt,veſtræq; iudices,non ſolùm meæ,quibus ego magno in metu meo ſubito inducor in ſpem. &c. Quoniam iſtis veſtris lachrymis de illis recordor, quas pro me ſæpè & multum profudiſtis. pro Marc.136 a, Quod ex omnium precibus & lachrymis ſentire potuiſti.

† Syntaxis. *Lachrymas tenere. Lachrymis ſe dare, dêdere,tradere. Profundere, effundere lachrymarum vim.*

LACHRYMANS,tis. pro Seſt.28 a,Video hūc oculis lachrymantibus me intuentem.

LACHRYMO,as. *lachrymor.lachrymas effundo vel profundo,illachrymo.* Attic.246 b,Te vt à me diſteſſeris,lachrymaſſe moleſtè ferebam. Tuſc. 168 b, Ait Callimachus multo ſæpiùs lachrymaſſe Priamum,quàm Troilum.

LACHRYMOR,aris.*aƈt.lachrymo.* I.V.260 a,Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? præter te vnum,qui nō illorum ætate,nobilitate,miſeria commoueretur? ecquis fuit,quin lachrymaretur?

LACHRYMOSVS,a.in Arato.

LACHRYMVLA, læ. pro Pl. 275 b, Non modò lachrymulam,ſed multas lachrymas videre potuiſti. *ibid.Et mihi lachrymulam Criſpiniani iudicij obieƈtas. Sic enim dixiſti: Vidi ego tuam lachrymulam.

LACTENS, tis.*lac ſugens.* de Leg.175 b, Hoſtia laƈtens,&c. I.C.115 a,Romulus,quem inauratū in Capitolio paruum atq; laƈtentem vberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.de Diu.118 a, Romulus laƈtens fulmine iƈtus.& 126 a, Puer laƈtens in gremio matris mammam appetens.

LACTESCO, ſcis. *in lac conuertor, vel laƈte impleor.* de Nat.51 b,& 52 a, In ijs animantibus,quæ laƈte aluntur,omnis ferè cibus matrum laƈteſcere incipit.

LACTEVS circulus. *eandem circus.* dn Somn.128 a,Circulus laƈteus ſplendidiſſimo candore inter flammas elucens. *& ibidem de multa.* in Ar.

*Vidiſti magnum candentem ſerpere circum,*
*Laƈteus hic nimio fulgens candore notatur.*

LACVNA,næ.*foſſa,indigentia,inopia,vacuitas.* I.V.130 a,Dederunt operam,vt illam lacunam rei familiaris explerent. At. 187 b, Vide,ne qua lacuna ſit in auro: *id eſt,fraus.* *ad Heren. 27 a, Si præceps in Neptunias depultus erit lacunas. *Exemplum eſt figuræ dicendi ſufflatæ.*

LACVNAR, aris. *trabs, ſeu triclinij ſuperior pars.* Tuſcul.240 a, Gladium à lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit.

LACVNOSVS,a,um.*quod lacunas habet.* de Vn.198 a,Mundus nihil habet eminens,nihil lacunoſum.

LACVS,cus.I.V.225 a,Circa Ennam lacus luciq; ſunt plurimi.& 274 b,Deæ,quæ illos Ennenſes lacus lucosq; colitis. de D.100 b, Cùm lacus Albanus præter modum creuiſſet. Tuſc.155 a, Inde in vicinia noſtra Auerni lacus. * pro Sex. Roſc.33 a,Multos cæſos non ad Thraſimenum lacum,ſed ad Seruilium vidimus. Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? pro Mil.115 b, Vt inſulā in lacu Precio venderet. ¶ *Item vas,è quo muſtum expreſſum fluit.* de Clar.191 b,Noua iſta quaſi de muſto & lacu feruida oratio fugienda eſt.

LAEDO, dis. *offendo, aliquid mali alicui infero, violo,iniuriam facio.* pro Cec.289 a, Non minus nos ſtultitia illius ſubleuat, quàm lædit improbitas. de Or. 136 b, Sæpe teſtis non lædit niſi laceſſitus. pro Mur.145 a, Is iniuſtè neminem læſit. pro S. R. 37 a, Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præſidium.Epiſt.6 a,Quos tu reipublicæ cauſa lęſeras.Epiſt.59 a,Nec abſentem me ludibrio læſum iri.

LAENA,næ. *veſtis auguralis,amiculum.* de Clar.169 b, Cùm M.Popilius ſacrificium publicum cum lęna faceret.* ibid. Vt erat læna amiƈtus.

LAESIO,onis *oratorum quoddam ornamentum.* de Or.162 a, *Læſio permultum mouet.

LAESVS,a,um.*offenſus.* de Orat.137 a, Si læſus efferare iracundia. *I.V. 148 a, Nullis impulſi inimicitijs,nulla priuatim læſi iniuria,nullo præmio adduƈti.

LAETABILIS,le.*lætandum,lætitia dignum.* Tuſcul.158 b, Quod vt ita ſit, quid habet iſta res aut lætabile,aut glorioſum? & 217 a, Cui nihil nimis lætabile ad efferendum videri poteſt.

LAETANS,tis.*lætus.* pro Clar.23 a,Caſſia lætanti iam animo & ſpe optima confirmata,nubit Oppianico.* Tuſcul. 199 b,Lætantem mentem ita noui fore.

LAETE'.*hilaré.* I.A. 222 a, Is autorem ſenatus lætè atq; inſolenter tulit.

LAETIFICO, as. *lætitiam affero, lætitia afficio.* de Nat. 46 b, Quarum *reuerſionum* interuallo tum quaſi triſtitia quadā contrahit Sol terram, tum viciſſim lætificat, vt cum cœlo hilarata videtur. & 52 b, Indus nō aqua ſolùm agros, lætificat & mitigat,ſed eos etiam conſerit.

LAETIFICVS,a,um. Tuſc.162 b, Vites lætificæ non intermittunt pampinis pubeſcere. *Poëtæ.*

LAETITIA, tiæ. *lætitiæ voluptas,alacritas,gaudium,hilaritas.* de Orat. 101 a, Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem, quod,&c. Att.227 b, Lætitiam apertiſſimè tulimus omnes. de Orat.106 a, Itaq; hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit.& 115 a,Iudex tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus. Br.91 a, Quæ lætitia ſenatus, quæ alacritas erat. pro Pl.281 a, Nolite iudices inimicis meis dare lætitiam. Att.227 a, Dare lætitiam alicui. pro Mil. 116 b, Milo maxima lætitia populum Romanum affecit.de Finib.54 a,Reƈta & honeſta quæ ſint,ea facere ipſa per ſe lætitiam, id eſt voluptatem. Epiſt. 23 a, Comitia iſta præclara, quæ me lætitia extulerunt. & Attic. 224 b, Exultant lætitia in municipijs. Epiſt. 22 b, Repentè verò inceſſi omnibus lætitijs. I. A. 285 b, Lætitiæ riſus (*al. vſus*) ſatis eſt maximæ præclariſſimæq; pugnæ. Att. 230 b, Capere lætitiam oculis. I. C. 102 b, Hîc tu qua lætitia perfruére? quibus gaudijs exultabis? quanta in voluptate bachabere? Poſtquam 198 a.Incredibili, qua nunc veſtro beneficio fruor,lętitiæ voluptate caruiſſem.de D.120 a, Galli viƈtores alacritate & quaſi lętitia ad canendum excitantur. in Ant.164 b,Quid ergo,in tanta lætitia cunƈtæ ciuitatis,me vnum triſten eſſe oportebat. pro Dei.148 b,Aliquis lætitia elatus. * pro Mil.120 b, Quà fines imperij populi Rom.ſunt,non ſolum fama iam de illo *interitu P.Clodij*,ſed etiam lætitia peragrauit.pro Marc.131 a,Cuius ex ſalute nō minor penè ad omnes, quàm ad illum ventura ſit, lætitia peruenerit. de Fin. 66 a, Huic verbo *voluptati* omnes duas res ſubijciunt: lætitiā in animo,&c.ibi. Me apud Trabeam voluptatem animi nimiam, lætitiam dicit eandem, quam ille Cæcilianus, qui omuibus lætitijs lætum eſſe ſe narrat. ibid.Non dicitur lætitia nec gaudium in corpore.de Finib. 67 a,Tanta lætitia auƈtus ſum,vt nunc nō conſtem. *Poetæ.* ibid. Quorum alter lætitia geſtiat, alter dolore crucietur. Tuſcul. 199 b, Mentis lætitiam ſolam eſſe in bonis. & 211 b, Ex bonis libidinem & lætitiam *naſci volunt:* vt ſit lætitia præſentium bonorum: libido futurorum. ibid. Lætitia & libido in bonorum opinione verſantur, cum lætitia vt adepta iam aliquid concupitum, efferatur & geſtiat. Tuſcul. 212 a, Cùm inaniter & effuſè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens vel nimia dici poteſt:quam ita definiunt,ſine ratione animi elationem.ibid. Lætitia opinio recens boni præſentis, in quo efferri reƈtum eſſe videatur. ibid. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat: lætitia profuſam hilaritatem. Tuſcul.216 b, Hilariores illæ *mentis perturbationes* cupiditas auidè ſemper aliquid expeƈtans, & inanis alacritas, id eſt, lætitia geſtiens,non multum differunt ab amentia. Attic.14 b, Vidi enim,vidi penitusq; perſpexi in meis varijs temporibus & ſoliertudines ac lætitias tuas. Q. fr. Ex quibus *rebus* nonnullas ſimultates cum magna mea lætitia ſuſceptas habeo. Acad.46 a, Natura efferri lætitia.

† Syntaxis. *Lætitiam percipere,ferre: id eſt,accipere. Contorquendus iudex ad lætitiam.Efferre aliquem lætitia. Lætitia exultate.Inceſſi omnibus lætitijs. Lætitiam capere. Lætitia elatus.*

LAETOR,aris.*exulto,triumpho,lætitia effero,omnibus lætitijs incedo,lætè fero,lætitiam capio,lætitiam apertè fero.* I.V.260 a,Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. pro S.R. 41 a, Hæc perfeƈta eſſe gaudeo, vehementerq; lætor. pro Pom. 4 a,Illud in primis mihi lætandum eſſe iure video. Ep. 7 b, Minimè miror te tuis præclaris operibus lætari. ad Br. 91 b,De caſſio lætor,& reipub.gratulor. I.A.232 a,Deinde ea libidinum turpitudo, vt in hoc ſit ſemper lætatus. * pro Marc. 136 a, Lætari omnes non vt de vnius ſolùm, ſed vt de communi omnium ſalute ſentio.

† Syntaxis. *Pace,in,de pace lætari. Illud lætandum eſt.*

LAETVS,

**LAETVS**, a,um: tior, ſsimus. *lætanti animo, bono animo, alacri & erecto animo, alacer, hilaris.* pro Font. 280 b, Hi contrà vagantur læti atque erecti paſſim toto foro. pro Mur. 136 a, Catilina interea alacer atque lætus. de Fin. 71 b, Ille Cæcilianus, qui omnibus lætitijs lætũ eſſe ſe narrat. pro Seſt. 3 a, Aliquem alacrem atque lætum volitare. in Verr. 69 b, Lætus atque alacer.)(. *Humilis & demiſſus.* Att. 123 b, Læto vultu gratulari. de Orat. 157 a, Lætæ ſegetes. de Nat. 37 b, Vberrimi & lætiſſimi fructus vitiũ. de Sent. 88 a, Vua quid poteſt eſſe tum fructu lætius? tum aſpectu pulcrius? * de Senect. 88 b, Nec verò ſegetibus ſolum, & pratis, & vineis, & arbuſtis, res ruſticę lætæ ſunt, ſed pomarijs etiam & hortis, tum pecudum paſtu & apum examinibus, tum florum omnium varietate.

† Syntaxis. *Lætus & erectus. Alacer & lætus. Omnibus lætitijs lætus. Lætus vultus, ſegetes, fructus. Vua fructu nil lætius. id eſt, in fructibus, &c. fructibus.*

**LAEVVS**, a, um. *ſiniſter.* de D. 82 b, Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iuſſit. Acad. 22 b, Diana facem iacit à lęua & 36 b, Læua manus. de Vn. 203 b, * Ita totum animal mouebatur illud quidem, ſed immoderatè & fortuitu, vt ſex motibus veheretur. Nam & antè & ponè, ad læuam & ad dextram, &c.

**LAGENA**, næ. *vas vinarium ad ferendum habile.* Ep. 166 a, Mater noſtra, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ.

**LAGVNCVLA**, læ. *lagena parua.* Attic. 89 a, * In his *rebus* inuentæ ſunt quinq; lagunculæ matronarum, in quibus vna ſororis amici tui. *Alij imagunculæ, alij plangunculæ legunt.*

**LAMBO**, bis. I. V. 153 b, * Iſta cohors quorum hominũ eſt? Voluſij auſpicis, & Cornelij Medici, & horum canũ, quos tribunal meum vides lambere.

**LAMENTABILIS**, le. *queribundus.* de Leg. 183 a, Sumptuoſa funera & lamentabilia. & Tuſc. 181 b, Lamentabili voce deplorans.

**LAMENTANDVM**. I. C. 119, Vt nemo ne ad deplorandum quidem reipub. nomen atq; ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinqueretur.

**LAMENTANS**, tis. de Orat. 163 a, Matrem ne vt miſeram lamentantemq; videam?

**LAMENTATIO**, onis. *querimonia, queſtus, leſſus.* Tuſc. 154 b, Lugubris lamentatio fletusq; mœrens ex eo eſt. & 215 a, Lamentatio eſt ægritudo cum eiulatu. I. V. 110 b, Fletus mulierum & lamentationes fieri ſolitas pro his rebus. Or. 209 a, Plangore & lamentatione cõpleui forum. pro Fon. 284 a, Nolite pati, iudices, aras deorum immortaliũ quotidianis virginis lamentationibus de veſtro iudicio commoueri. * de Inuen. 72 a, Is animaduertit ſororem ſuam ſponſi nomen appellantem identidem Curiatis cum gemitu & lamentatione. I. C. 120 b, Lamentationem matrumfamiliâs perhorreſco. Poſtq 208 a, Saltem dum conticeſceret illa lamentatio & gemitus vrbis. de L. 182 a, Minuendi ſunt ſumptus lamentationesq; funeris. ibid. Tollit lamentationem lex.

†Syntaxis. *Lugubris lamentatio. Fletus & lamentatio. Plangor & lamentatio. Gemitus & lamentatio: & contrà.*

**LAMENTOR**, aris. *deploro, lamentationẽm facio.* de Orat. 106 b, Lapides mehercule omnes flere ac lamẽtari coegiſſent. I. A. 239 b, Lamentari vxorem videbam. Tuſcul. 164 a, Nam hæc quidem vita mors eſt: quam lamentari poſſem, ſi liberet. & 249 b, Cuius cæcitatem cum mulierculæ lamentarentur, Quid agitis, inquit, &c.

† Syntaxis. *Lamentari ſimpliciter: &, damnum, &c.*

**LAMENTVM**, ti. *lamentatio.* I. P. 98 b, & de L. 183 a, In ſordibus, lamentis, luctuq; iacuiſti. Tuſc. 185 b, Si ſe lamentis muliebriter lacrymisque dedet. * pro Mil. 118 b, Vt ſine imaginibus, ſine cantu, ſine ludis, ſine exequijs, ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere, &c. amburereretur etiam abiectus. de Legib. 183 b, De lamentis verò expreſſa verbis ſunt.

**LAMINA**, næ. I. V. 269 a, Quid cum ignes ardentesque (*alij candentesq;*) laminæ, cæteriq; cruciatus admouebantur? de Leg. 182 a, Ad eam aram lamina inuenta eſt, & in ea ſcriptum. Domina honoris. *Ego lego, Lamina honoris.*

**LAMPAS**, dis. *lychnus, lucerna.* I. V. 131 b, Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. de N. 67 b, Ille cui monte Oetæo illatæ lampades fuerunt.

**LAMPSACENI**, *populi.* I. V. 88 b, Lampſaceni officioſi, maximè ſedati & quieti.

**LAMPSACVM**. I. V. 88 b, Oppidum eſt in Helleſponto Lampſacum, in primis clarum & nobile.

*__LANA__, æ. Hortenſ. Sufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam. de Orat. 134 b, Quando ad me venis cum tua colu & lana?

**LANEVS**, a, um. de Nat. 76 b, Atque ei laneum pallium iniecit.



**LANGVEFACIO**, cis. *languorem affero.* de Leg. 177 b, Incitat languentes, & languefacit excitatos, *vis ſonorum. Aliter, Languere facit.*

**LANGVENS**, tis. *languidus.* Off. 27 a, Sine contentione vox nec languens nec ſonora. Epiſtol. 161 a, Senatus languens & defeſſus. de Orat. 125 a, Facilius eſt currentem, vt aiunt, incitare, quàm commouere languentem. & 111 b, Languentis populi incitatio & effrenati moderatio. * Tuſcul. 176 a, Vt huius quoq; generis laudem iam languenti Græciæ eripiant.

**LANGVEO**, es. *langueſco, languidus fio.)(. Exulto.* I. P. 97 a, Quanquam languet iuuentus, nec perinde atq; debet, in laudis & gloriæ cupiditate verſatur. de D. 93 a, Cum dormientibus ea pars animi ſopita langueat. de Nat. 3 b, & 14 b, Cùm ocio langueremus, philoſophiam noſtris hominibus explicandam putaui. Acad. 2 a, Hebeſcere & languere in ocio. I. A. 153 a, Cumq; languerẽ de via, & mihimet diſplicerem, miſi, &c. Offic. 53 a, Et ocio fruor, nec ſolicitudinem languere patior.

*__LANGVESCO__, is. *langueo, languidus fio, flacceſco.* Orat. 197 b, Quare non eſt, cur eorum, qui ſe ſtudio eloquentiæ dediderunt, ſpes infringatur, aut langueſcat induſtria. I. A. 215 a, Conſenſus populi Rom. &c. ſi nos langueſcimus, debilitetur neceſſe eſt. & 240 b, Illa ipſa Martia, cœleſtis & diuina legio, hoc nuncio langueſcet & mollietur, atque illud pulcherrimũ nomen Martium amittet. de Fin. 121 a, Corpore alius langueſcit. de Sen. 82 b, Orator metuo ne langueſcat ſenectute. Att. 218 a, Hic iam langueſcit.

† Syntaxis. *Hebeſcere ocio, & languere. De via languere, ſibique diſplicere. Solitudinem langueſcere non patiar: id eſt, non fruſtra ocio fruar.*

*__LANGVIDVLVS__, a, um. pro Q. Gall. Coronæ languidulæ.

**LANGVIDVS**, dior. *languens, tardus, debilitatus.)(. Operoſus, aliquid ſemper moliens.* de Sen. 82 a, Senectus nòn modò languida atq; iners non eſt, ſed etiam eſt operoſa, & ſemper agens aliquid & moliens. I. A. 218 a, Non etiam languidiores facti ſumus. pro Lig. 141 b, Languidiore ſtudio in cauſa fuiſtis. Qu. frat. 303 a, Qui antea aut alieniores fuerant & languidiores, nunc horum odio ſe cum bonis coniungunt. de Or. 104 a, Mollis, languidus, eneruatus, omnia ad voluptatem corporis, doloremq; referens. I. C. 106 b, Vino languidus. de Fin. 73 a, Vt tardam & languidam pecudem. * I. V. 154 a, Vino vigilijsq; languidus.

† Syntaxis. *Non eſt ſenectus languida & iners. Languido ſtudio in cauſa eſſe. Mollis, languidus, eneruatus. Tardus & languidus.*

**LANGVOR**, oris. *ſtupor.* Off. 25 a, Cauendum eſt, ſenectus ne languori deſidiæque ſe dedat. & 52 b, Ocium & ſolitudo languorem afferunt hominibus. de D. 135 a, Animus cùm languore corporis nec membris vti, nec ſenſibus poteſt, incidit in varia viſa & incerta. Att. 224 b, Videt languorem bonorum. in Ant. 202 b, Expectatio legatorum quantum afferat languoris animis, quis non videt? in Sal. 274 b, Exprobrare languorem & ſoporem alicui.

† Syntaxis. *Dare ſe languori & deſidiæ. Fert ocium languorem.*

**LANIANS**, tis. de D. 102 a,

*Quem ſe torquentem lanians, roſtroq; cruentans, &c.*
*Iouis ſatelles anguem.*

**LANIATVS**, tus. *laceratio.* Tuſc. 171 a, Quid mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti?

*__LANIFICIVM__, ij. Oecon. 1, Quibus ad lanificia vtuntur. ibid. Quæ ad lanificia pertinent.

**LANIGER**, a, um. de D. 89, Pecus lanigerum eximia pulcritudine. Accij.

**LANIO**, as. *dilanio.* de D. 121 b,

*Cui ferus immani laniauit viſcera morſu; genitrici draco.*

**LANIOR**, ris. Ep. 95 a, Cùm homo imbecillus à valentiſſima fera laniatur. * Tuſc. 171 b, Magorum mos eſt, nõ humare corpora ſuorum, niſi à feris ſint anteà laniata. ibid. Pro ſua quiſq; facultate parat *canes*, à quibus laniatur.

**LANISTA**, ſtæ. *gladiator magiſter, qui domi gladiatores habet & inſtituit, quos deinde locet & vendat munerarijs.* pro S. R. 21 a, Hic nuper ſe ad laniſtam contulit. I. P. 85 b, Quo in ſpectaculo mira reip. æquitas erat, vter eorum periſſet tanquam laniſta, in eiuſmodi pari lucrum fieri putabat. Attic. 11 a, Reus tanquam clemens laniſta frugaliſſimum quemq; ſecernebat. * pro Sc. Roſc. 38 a, Num aut ille laniſta omnino iam à gladijs receſſiſſe videtur? aut is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedere?

**LANIVS**, nij. *qui pecora laniat, & vendit carnes.* Offic. 30 b, * Minimeque artes eæ probandæ, quæ miniſtræ ſunt voluptatum: cetarij, lanij, coqui, fartores, piſcatores, vt ait Terentius: adde his, ſi placet, vnguentarios, ſaltatores, totumq; ludum talarium.

**LANVVINVS**, a. pro Cor. 60.

**LANVVIVM**, *ciuitas.* Att. 75 a, cont. Rul. 85 b.

**LANX**, cis. *libræ lances, patina, vas cibis ferendis aptũ, atq; eiuſdem*

*quoq; formæ appenduntur lances libræ, in quas pondera imponuntur.* Attic.87 a, Lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris nos ſoles paſcere. Acad.10 b, Etenim neceſſe eſt, vt lancem in libra ponderibus impoſitis deprimi, ſic animum perſpicuis cedere. de Finib.146 a, & Tuſc.238 a, Virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere, terram, mihi crede, ea lanx & maria deprimat.

LAODICEA, ceæ. *vrbs, quæ eſt in Syria ad mare.* Epiſt.190 b, 191 a.

LAODICENSIS, ſe. Epiſt.75 b, Ciuitas Laodicenſis.

LAODICENVS, na. Epiſt.189, Laodiceni amentiores. *Caßij.*

LAPATHVS, thi. *herba nota.* de Finib.70 a, Non igitur lapathi ſuauitatem accipenſeri Gallonij Lælius anteponebat, ſed ſuauitatem ipſam negligebat. * de Fin.69 b, *Lucilij.*

*LAPIDICINA, æ. *locus in quo lapides exciduntur.* de Diuin. 85 a, Fingebat Carneades, in Chiorum lapidicinis ſaxo diffiſſo caput extitiſſe Paniſci. & 118 b, Poteſt tale aliquid etiam ſua ſponte in lapidicinis Chiorum extitiſſe.

LAPIDATIO, onis. *lapidum iactus.* pro Dom.215 b, Inde ſaxis facta lapidatio eſt. & I. V. 222 b, Fit magna lapidatio. * de Orat. 126 b, Vim, fugam, lapidationem, in iudicium vocabas.

† Syntaxis. *Lapidatio fit: &, ſaxis lapidatio.*

LAPIDATOR, oris. pro Do.215 b, Percuſſor, lapidator, &c.

LAPIDEVS, a, um. de Dom.121 a, Imber lapideus aut ſanguineus. de L.179 a, & Epiſt.101 b, Ligneum autem quodcunq; voluerit, vno è ligno cauato, itemq; lapideum.

LAPIDICINA, næ. *locus, vbi lapides exciduntur.* de Dom.85 a, & 118 b, In Chiorum lapidicinis ſaxo diffiſo caput extitiſſe Paniſci. Rectius lapicidina legitur.

LAPIS, dis. *ſaxum, ſilex.* de Orat.126 b, M. Aemilium lapide percuſſum eſſe conſtabat. pro Dom.215 b, A' quibus ille ſe lapidibus appetitum & percuſſum eſſe dixit? de Orat. 106 b, Lapides mehercule omnes flere coegiſſet. I. P. 87 a, Præterq; duos de lapide emptos Trib. pleb. pro Milo. 109 b, Lapides iácere. * pro C. Cornel.1, Eijcerentur lapidibus homines. I. V. 105 b, Omnes illæ columnæ, &c. deiectæ eiſdemque lapidibus repoſitæ ſunt. ibid. Cum ſuo quenq; loco lapidem reponeret. I. V. 106 b, Lapis aliquis cædendus & apportandus fuit machina ſua. ibi. Vnam columnã efficere ab integro nouã nullo lapide rediuiuo? pro Plan. 279 b, Me arcem facere ex cloaca, lapidemq; è ſepulchro venerari pro Deo. de Leg.183 b, Nec è lapide excitari plus nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam.

† Syntaxis. *Lapidibus aliquem appetere, atq; percutere.*

LAPITHAE, arum. *populi.* in Piſon.84 a, Conuiuium Lapitharum.

LAPSIO, onis. *lapſus.* Tuſcul.215 a, * Sed hæc in bonis rebus facilitas nominetur, in malis procliuitas, vt ſignificat lapſionem.

LAPSVS, a, um. *delapſus.* in Attic.226 a, Caſſius lapſis paucis pòſt diebus conſequebatur. * pro Marc.134 a, Non cupiditate aliqua aut prauitate lapſi.

LAPSVS, pſus. *prolapſio, curſus, lapſio* de Diu.101 a, Si lacus emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet. de Nat.46 a, Qui volucrum lapſus atq; cantus? de Do.84 a, Stellæ errantes certo lapſu ſpacioq; feruntur. de Sen.88 a, Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico. de Orat.139 b, Sunt populares multi varijq; lapſus. Acad.47 b, Continere temeritatem a lapſu. * de Conſulat. Caſtos leui quodam & facili lapſu ad Deos peruolare.

† Syntaxis. *Fluminis lapſus & curſus. Lapſus volucrum, ſtellarum, vitis. Erratticus vitis lapſus.*

LAQVEATVS, a, um. *laquearibus ſeu lacunaribus ornatum.* I.V. 103 a, & de Leg.169 a, Templum vndiq; tectum, & pulcerrimè laqueatum. Tuſc.166 b, Tecta cælata & laqueata.

LAQVEVS, quei. *vinculum.* I. V.208 a, Homini iam collum in laqueum inſerenti ſubueniſti. pro Mil.109 b, & de Fin.121 a, Cùm illam belluam iudicij laqueos declinantẽ, iam irretitam tenerem. de Or.88 b, Stoici diſputationum ſuarũ laqueis te irretitum tenerẽt. pro Cl.49 b, Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorum ſibi propoſitos eſſe oportere. de Fato 141 b, Ad Chryſippi laqueos reuertamur. pro Cec.301 a, Aequitatem rei verbi laqueo capi nõ oportet.* Tuſc.243 a, Vt iam à laqueis Stoicorum, quibus vſum me pluribus quàm ſoleo intelligo, recedamus. pro Seſt.22 a, Illum legum laqueis conſtringeret.

† Syntaxis. *Laqueos iudicij declinare. Verbi, diſputationũ laquei.*

LAR, laris. *focus, domus tota, penates, dij patrij, vel domeſtici.* Epiſt. 15 a, Craſſus penè à meis Laribus in prouinciam eſt profectus. I. V.155 a, Relinquere Larem familiarem ſuum. & 177 b, Redire ad ſuum Larem familiarem. pro Quint.16 a, & Att.253 b, Alicui manus allatas eſſe ante ſuos Lares familiares. de Vn.201 b, Dij quos Græci δαίμονας appellant, noſtri opinor Lares: ſi modò hoc rectè conuerſum videri poteſt. de L.173 a, Lucos in agris habẽto, & Lariũ ſedem. de Nat.72 a, Aedes Larium & malæ fortunæ. * de Legib. 181 a, Quod genus ſacrificij Lare veruecibus fiat.

LARGE', ſsimè. *largiter, liberaliter, prolixè, copioſè.* pro Mur.26 a, Quod dandũ eſt amicitię, largè dabitur à me, &c. pro S.R. 22 a, Largè effuſeq; donare & in Verr.194 b. & 213 b, Largè liberaliterq;. de Na.64 b, Munificè & largè dare aliquid. & 50 a, Largè & copiosè parare cõuiuium. I.V.108 a, Largiſſimè mihi copia facta eſt eius rei. Qu. de Pet.211 b, Largè ac honorificè promittere aliquid. de Nat. 50 a, Paſtum animantibus largè & copiosè natura comparauit.

† Syntaxis. *Largè ac liberaliter. Largè & effusè. Munifice & largè. Largè & copiosè. Largè facere copiã. Largè & honorifice promittere.*

LARGIENDVM. Epi.38 b, Cùm naturâ ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior.

LARGIFLVVS. a, um. de Orat.157 a, Largifluus imber. *Pacuuij.*

LARGIOR, iris. *dono, largitionem facio, gratificor.* de Senect.94 b, Si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repueraſcã, valde recuſem. pro Quint.2 a, Cui ſummam copiam facultatemque dicendi natura largita eſt. de Orat.90 b, Duo illa relinquamus, id largiamur inertiæ noſtræ. Epi.67 b, Amorique noſtro pluſculum etiam quàm concedit veritas, largiare. ad Her.25 b, Triptolemus cum omnibus ſemen largiretur. in Ant.168 b, Quam facultatem mihi multitudo iſtius vitiorum largitur. pro Q. R.49 b, Largitus eſt Fannius Roſcio. Off.9 b, Quidam eripiunt alijs, quod alijs largiantur. de Ar.256 b, Vtriſque horum ſecunda fortuna regnum eſt largita, aduerſa mortem.

LARGITAS, tis. *liberalitas.* de Cl.166 a, Vt impendijs etiam augere poſſimus largitatem tui muneris. de Na.57 b, * Terra fœta frugibus & vario leguminum genere, quæ maxima largitate fundit.

LARGITER. *largè,* Antequam.195 b, Itaq; vt ego in concione mea nihil ponam de rebus meis geſtis, tamen in animis & memoria veſtra largiter relinquam.

LARGITIO, onis. *effuſio, corruptela.* Offic.43 b, Largitio quæ exhaurit. contra Rul.68 a, Largitio quæ verbis oſtentari poteſt, reuera fieri nullo pacto poteſt. de Or.118 a, Liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atq; largitione ſeiungere. Off.44 b, Largitio fundum non habet. *prouerbium.* pro Pl.266 b, Quam quiſq; tribum turpi largitione corrumperet. Off.44 a, Philippus largitionem corruptelam dixit eſſe. * pro Mur.125 a, Si largitionem factam eſſe confiteretur. Offic.44 a, Quòd largitione beneuolentiam Macedonum conſectetur. ibid. Sequuntur largitionem rapinæ. Epiſt.2 a, Regiæ largitionis inuidia.

¶ *Adminiſtratio.* pro Mur.134 a, * In qua ſorte gloriam cõciliat magnitudo negotij, gratiam æquitatis largitio.

¶ *Conceſſio.* pro Cor.61 a, Nunquam intermiſſa eſt à maioribus noſtris largitio & communicatio ciuitatis.

LARGITOR, oris. *corruptor.* Offic.13 b, Exiſtunt in republica plerunque largitores & factioſi, vt opes quàm maximas conſequantur. pro Pl.266 b, Cuiuſque tribus largitor eſſet. I. C.120 a, * Idem & ipſum largitorem lectum & prodigum non putat, cùm de pernicie Reipub. & exitio huius vrbis tam acerbè, tamq; crudeliter cogitârit, etiam appellari poſſe popularem.

LARGVS, a, um. *liberalis, vel potius largitor.* Off.44 b, Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales: prodigi, qui &c. liberales autem, &c.

¶ *Multus, amplus.* de Nat.35 b, Cùm ſol terras larga luce compleuerit.

LARINAS, tis. pro Cl.21 b, Larinas mulier.

LARINVM, ni. *oppidum.* pro Cl.22 a.

LARISSAEVS, a. Epiſt.214 b, Hageſſaretus Lariſſæus.

LASCIVIA, viæ. *petulantia.* de Dom.85 b, Achiui ita ab Ilio profecti ſunt, vt profectione læti piſcium laſciuiam intuerentur. de Finib.78 b, * Non hilaritate, nec laſciuia, nec riſu aut ioco, ſed ſæpe etiam triſtes firmitate & conſtantia ſunt beati.

LASSITVDO, nis. *defatigatio.* de Inu.63 b, Poſtquam illos arctius ex laſſitudine dormire ſenſit. Ep.119 a, Quanquam ſumus iam defatigati, ſed nulla laſſitudo impedire officium debet.

LATE', ſsimè. *amplè, laxè.* pro Cor.57 a, Cn. Pompeij latè lõgeque diffuſa laus. pro Seſt.23 a, Numerus huius generis latè varieq; diffuſus eſt. de Nat.12 b, Latè longeq; peregrinari. de Leg.162 b, Res latè longeq; diffuſa. pro Mar.135 b, Vagabitur nomen tuum longè atq; latè. Orat.207 a, Fuſè lateq; dicere. pro Pomp.10 a, Bellum tam latè diuiſum atque diſperſum. contra Rull.80 b, Syllanus ager latiſſimè continuatus. Offic.18 b, & pro Mur.143 a, Hoc latiſſimè patet, ad multosque pertinet. de Orat.105 a, Hæc ars latè patet, & ad multos pertinet. Offic.66 a, Hoc latiſſimè manat. Offic.20 a, Decorum quàm latè fuſum ſit, apparet. pro Cl.54 a, Venenũ latius poteſt additum in aliqua parte

panis,

panis. *aliàs, latentius potuit abditum.* de Inu.58 a, Hoc maiorem qnandam vim habet, & latius patet, quàm hìc exponitur.* de Fin.146 a, Quod maximas partes continet, latiſſimeq; funditur.

† Syntaxis. *Latè longeq; diffuſa laus. Latè varieq;. Latè longeque peregrinari. Fuſè lateq; dicere. Latiſſimè continuatus ager. Res latiſſimè patens, ad multosq; pertinens.*

LATEBRA, bræ. *receſſus.* pro Marc.134 b, Cùm in animis hominnm tantæ latebræ ſint, & tanti receſſus. de Finib.87 b, Latebram haberes. pro Seſt. 4 b, Cùm illa coniuratio ex latebris atq; ex tenebris erupiſſet. Offic.73 b, Videant, ne quæratur latebra periurio. de Diu.117 b, Sed te mirificam in latebram conieciſti. pro Rabir.95 a, Cùm ignauiæ ratio te in fugam atq; latebras impelleret. pro Cęl.50 b, Balneę, in quibus non intelligo, quæ latebra togatis hominibus eſſe poſſit. & 48 b, Non poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. de Diu 131 b, Adhibuit etiam latebram obſcuritatis. pro Pom. 5 a, Mithridates ita regnat, vt ſe Cappadociæ latebris occultare nolit. Epiſt. 44 a, Ne in tabellæ quidem latebra fuiſſe abſconditam maleuolentiam. * de Leg. 191 a, Non latebra danda fuit populo, in qua bonis ignorantibus quid quiſq; ſentiret, tabella vitioſum occultaret ſuffragium.

† Syntaxis. *Animi latebræ & receſſus. Ex latebris & ex tenebris erumpere. Conijcere ſe in latebram. In fugam & latebram impellere. Suſpicionum latebræ, obſcuritatis.*

LATEBROSVS, a. in Vat 31 b, Via latebroſa.

LATENS, tis. *obſcurus, inuolutus.* de Cl.178 a, Rem latentem explicare definiendo.

LATENTER. *clàm.* Topic 226 a, Cùm enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortunæ, euentus obſcura cauſa, quæ latenter efficitur.

LATEO, es. *lateſco, deliteſco, clàm ſum.* I.C.100 b, Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latére valeat in tēpore. *Lambinus legit, me latère, Gothofredus, mihi patère non ſoleat, legendum conijcit.* contra Rull. 89 a, Non paruum ſub hoc verbo furtum latet. pro S. R. 38 a, Ibi ſcelus quoque latére inter tot flagitia putatote. Orat.220 b, Veritas in occulto latet. pro Rab. 93 a, Aliquem incluſum atque abditum latére in occulto. contra Rull 74 a, Occulte latére, abſconditum eſſe, furtim, &c. Qu. fr.291 a, Non latére in tenebris, neq; eſſe abditum, ſed in oculis clariſſimæ prouinciæ eſſe poſitum. pro Cluent. 31 a, Omnia quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Orat.202 b, Cætera in eo latent. pro Pom.10 a, Qui locus tam fuit abditus vt lateret? pro Quint.13 b, Qui fraudationis cauſa latuerit. in Anton.242 b, Quoniam ſub nomine pacis bellū lateret. pro Plan.266 b, Sed eum dolorem hic tulit paulo apertius, cum nimius ille ſenſus in alijs fortaſſe latuit. de Leg 159 b, Tractanda iura populorum, in quibus ne noſtri quidem populi latebunt, quæ vocantur iura ciuilia.* pro Cec.292 a, Vt tantum facinus non in æquitate defenſionis, ſed in vna litera latuiſſe videatur. Acad Latent iſta omnia magnis obſcurata & circumfuſa tenebris. Incer. Inſidiæ, quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. pro Syll.179 b, Lex, &c. populum Romanum latuit.

† Syntaxis. *Latére in, ſub, in occulto. Non latens, aut abſconditum. ſed in oculis ciuitatis, prouinciæ poſitum, Incluſus & abſconditus in occulto latet.*

LATER, ris. *terra cocta, & in lapidem durata.* de Diu.129 a, Num hæc *affectio cœli* in látere aut cæmento, ex quibus vrbs effecta eſt, valere potuit?

LATERIVM. *Ciceronis villa.* Att.59.

LATERNA, næ. *inſtrumentum in quo lumen latet.* Att.57 a, Pauci in veſtibulo pannoſi ſine laterna.

LATERNARIVS, rij. *qui laternã præfert.* I.P.83 b, * Quod mihi certamen eſſet huiuſmodi? cū altero Catilinæ laternario?

LATESCO, ſcis. in Arat.

*Hic equus à capite & longa ceruice lateſcit,*

LATEX, cis. *humor, ſeu liquor omnis, vt aqua, vinum, & alia.* de Diu.121 b,

*Nos circum latices gelidos, &c.——*
* *Vidimus immani ſpecie tortuq; draconem*
*Terribilem.——*

LATIALIS *Iupiter.* pro Mil.118 a.

LATIBVLVM, li. *latebra* pro R.P.129 b, Tum cùm etiam ferę latibulis ſe tegunt. in Vat.29 b, Repentè enim te tanquam ſerpens è latibulis intuliſti. Offic. 3 a, Animantes omnes quærunt paſtum, latibula, &c. pro Fl. 152 b, Defendendi facilis eſt cautio, non ſolùm latibulis occultorum locorū, ſed etiam, &c. Att.189 b, Volo emere aliquod latibulum, perfugium doloris mei.

† Syntaxis. *E latibulis ſe inferre. Occultorum locorum in defenſione latibula.*

LATINAE, arum. *feriæ Ioui Latiali ſacræ.* pro Pl.263 b, Quibus è municipijs vix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur. Quin. frat. 309 b, Dies erant duo, qui poſt Latinas erant religioſi. de Diu.84 a,

*——cum tumulos Albano in monte niuales*
*Luſtraſti, & læto mactaſti lacte Latinas.* & ibid.
*Quod fermè dirum in tempus cecidére Latinæ.*

Att.2 b, Auiam tuam ſcito mortuam eſſe, quòd verita ſit, ne Latinæ *ſc. mulieres,* in officio non manerent, & in montem Albanum hoſtias non adducerent.

LATINE. I.A.212 a, Gladiatorem appellaui, vt appellant ij, qui planè & Latinè loquuntur. de Or.96 b, Purè & Latinè loqui. de Opt. 243 a, Purè & emendatè loqui, quod eſt Latinè. de Orat. 145 a, Oratio Catuli, quæ eſt pura, ſic vt Latinè loqui penè ſolus videatur de Or.97 a, Cum ea quę verterem Græcè, Latinè redderem. in Verr. 200 a, Latinè loqui, non accuſatoriè. de Clar. 174 a, Is perbene Latinè loqui putabatur, literatiuſq; quàm cæteri. & 183 b, Curio Latinè nō peſſimè loquebatur. *& ibi de Latinè loquendo.* de Orat.146 a, Vt Latinè loquamur verba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat. & ibid. b, Noſtri minus ſtudent literis, quàm Latinè tamen. de Clar.177 a, Non tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. I. A. 197 a, Num Latinè ſcit?

† Syntaxis. *Planè & Latinè loqui. Græca Latinè reddere. Perbenè Latinè loqui, literatiuſq; quàm. Non peſſimè Latinè loqui. Scire Latinè.*

LATINIENSIS, e. pro Pom. 14 b, Qu. Cælius Latinienſis. de Reſp.248 a, Ager Latinienſis.

LATINITAS, tis. *ſermonis Latini puritas.* ad Her.27 b, Latinitas eſt, quæ ſermonem purum conſeruat ab omni vitio remotum. Vitia in ſermone, quo minus is Latinus ſit, duo poſſunt eſſe: Solœciſmus & Barbariſmus. Att.103 a, Cæcilius non bonus autor Latinitatis.

¶ *Latij ius.* Att.227 a, Multa illis Cæſar, neq; me inuito, ſed Latinitas erat non ferenda.

LATINVS, na, num. de Clar orat. 176 b, Incorrupta Latini ſermonis integritas. Orat.211 a, Conſuetudo Latini ſermonis. de Fin. 51 a, Sed ita ſentio, & ſæpe diſſerui, Latinā linguam non modò non inopem, vt vulgò putarent, ſed locupletiorem etiam quàm Græcam. de Ar. 248 a, Itali ac Latini. * Tuſc.182 a, Multoq; melius hæc notata ſunt verbis Latinis, quàm Græcis. Lim.

*Conuexſum expreſſumq; Latina voce Menandrum.* pro Cluent.52 b, Latina via.

LATIO, onis. Att. 52 a, Mihi in animo eſt, legum lationem expectare. pro Dom. An ſi in ipſa latione tua capta iam vrbe lapides iacti, ſi manus collata non eſt, &c. * pro Mur. 125 a, Quid eſt quod meā defenſionē latio legis impediat.

LATITANS, tis. pro Cluent.25 a, Extrahitur domo latitans Oppianicus.

LATITO, as. *lateo.* pro Qu.10 a, Si latitare ac diutiùs ludificare videatur. pro Dom 229 b, Iube adeſſe, latitat omnino.

LATITVDO, nis. de N.12 b, In hac immenſitate latitudinū, longitudinū, altitudinū. cont. Rull. 79 b, Qui latitudinem poſſeſſionū tueri non poſſunt.* de Or.117 a, Oris prauitatem & verborū latitudinem imitatur. Acad 29 a, Extremitatē quaſi libramentū *eſſe*, in quo nulla omnino craſſitudo ſit: lineamento ſine vlla latitudine carentem. *Alij legūt, lineam autē longitudinem latitudine carentē: alij, lineam verò ſine vlla latitudine currentem.* de Nat.58 a, Ceruices autem natæ ad iugum: tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.

LATIVM, tij. *regio Italiæ, in qua Saturnus Iouis arma fugiens latuit.* pro Ar.186 a, Studiaque hæc & in Latio, & hic Romæ colebantur. Ep 134 a, Mirificè capior facetijs his maximè noſtratibus, præſertim cum eas videam primùm oblitas Latio, tum cum in vrbem noſtram eſt infuſa peregrinitas, nunc verò etiam bracchatis & tranſalpinis nationibus.

LATMVS, mi. *mons Cariæ.* Tuſc.168 a.

LATONA, æ *de Latona, Diana, & Apolline.* I.V.35 b.

LATOR, oris. de N.78 a, Ferrétne vlla ciuitas latorem iſtiuſmodi legis? I. C 120 a, Lator legis Semproniæ. pro Mur. 124 b, & I.A.253 b, M. Cicero legis ambitus lator. de Leg. 191 a, Itaq; iſti rationi neq; lator quiſquam eſt inuentus, neq; autor vnquam bonus. pro Dom.223 a, * Suffragij latorem in iſta tua proſcriptione quenquam niſi furem, aut ſicarium, reperire potuiſti.

LATRO, as. *latrare, proprium eſt canum, cum impetum faciunt: ſed homines quoque latrare dicuntur, cum irati clamitant.* de Or. 129 a, Hic frater meus à Philippo interrogatur, quid latraret? furem ſe videre reſpondit. pro Sex. Roſc. 27 b, Canes qui & latrare & mordere poſſunt. de Clar. 169 b, Latrant enim iam quidem oratores, non loquuntur. de Orat.155 b, At hunc non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat. pro Sex. Roſc.276 b, Quòd ſi luce quoque canes latrent.

**Latro**,onis *prædo,ſicarius graſſator, excurſor, qui in cæde atque ex cæde viuit, qui maleficio & ſcelere paſcitur, archipirata. Spartacus.* I.A 172 a, Erat ei viuendum latronum ritu, vt tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. I. A. 194 a, Eſt populo Rom. victori omnium gentium omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco. Offic. 41 a, Quinetiã leges latronũ eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. Itaq; propter æquabilem prædę partitionem & Bargulus Illyricus latro (de quo eſt apud Theopompum) magnas opes habuit, & multò maiores Viriatus Luſitanus: cui quidem etiam exercitus noſtri imperatoresque ceſſerunt: quem C. Lælius fregit & comminuit, ferocitatemque eius ita repreſſit, vt facile bellum reliquis traderet. Cùm igitur tanta vis iuſtitiæ ſit, vt ea etiam latronum opes firmet atq; augeat. Ep. 152 b, *Planci.* Se, liberos, vrbem, plures quàm vnum perditum abiectumq; latronem putaret. Ep. 192 b, *Lentuli.* In naues cum omnibus ſuis latronibus atq; omni pecunia conſcendere eſſe paratum. Ep. 109 a, *Lentuli.* Seq; cum Antonijs & reliquis latronibus coniungeret.

† Syntaxis. *Excurſor & latro.*

**Latrocinans**, tis. in Cat. 107 b, Tamen latrocinantem ſe interfici mallet, quàm exulem viuere.

**Latrocinium**, nij. *excurſio* pro Deiot. 147 b, Tueri fines ſuos ab excurſionibus hoſtium & latrocinijs. Qu. fr. 294 b, Multa oppidorum furta & latrocinia eſſe depulſa. Ep. 22 b, Quò propter latrocinia tardiſſimè omnia perferuntur. * I. V. 107 a, Hic iſtius ſcelerata locatione nefarioq; latrocinio bonis patrijs fortunisq; omnibus ſpoliatus venit in iudicium. p Dom. 217 a, Cùm in eius regnum, bona fortunas, latrocinium huius imperij immiſiſſet. I. A. 238 a, An cætera ex eodem latrocinio naufragia colligam? Offic. 41 a, Is ſibi ne in latrocinio quidem relinquit locum. Ep. 158 b, *Planci.* Magna ſubſidia Reſpub. habet expedita, quibus ſubito impetui ac latrocinio parricidarum reſiſtat.

**Latrocinor**, aris. *prædor.* de N. 18 b, Tot millia latrocinãtur morte propoſita. Offic. 41 a, Qui vnà latrocinantur. p Milone 104 b, Impunè latrocinari.

**Latrunculus**, li. de Pro. 72 a, Res in Sardinia cũ Maſtrucatis latrunculis geſta.

† Syntaxis. *Excurſiones & latrocinia. Furtũ ac latrocinium. Duo millia latrocinantur.*

**Latumiae**, arum. *de latumijs Syracuſanis: aliàs, lautumiæ.* I. V. 249 b, Lautumias Syracuſanas omnes audiſtis, pleriq; noſtis. ibid. In has lautumias ſi qui publicè cuſtodiendi ſunt, etiam ex cæteris oppidis Siciliæ deduci imperantur. ibid. Fore vt à multis illis in Lautumijs verus ille dux quæreretur. I. V. 275 a, Carcer ille, quæ Lautumiæ vocantur. ibid. in Lautumias ſtatim cõijciebatur. I. V. 268 b, Clam è Lautumijs profugiſſet. ibid. Qui ſe Syracuſis in Lautumijs fuiſſe quereretur.

**Latus**, a, um. *amplus, laxus.* )( *anguſtus.* in Verr. 228 a, Vna via lata perpetua, multæq; tranſuerſę Syracuſis. I. V. 224 a, Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoque diſiuncta. Tuſc 239 b, Foſſa lata.

¶ *Portatus.* I. A. 180 b, At iſte operta lectica latus eſt per oppidum. Qu. frat. 310 a, Cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus ſum.

¶ *Pronunciatus.* pro Cor. 61 b, Nihil vnquam de iſto fœdere ad populum nihil ad plebem latum eſſe dico, neq; pœnam, neq; legem latam eſſe dico. pro Mil. 105 a, Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæſtio decreta? Att. 106 a, Illud vnà datum eſt, annorum X. imperium, & ita latum placet. pro Mil. 104 a, Num igitur vlla quæſtio de Africani morte lata eſt? certè nulla. pro Seſt. 11 a, Lex per vim lata. * pro C. Cornel. Quæ lex paucis his annis non modò ſcripta, ſed etiam lata eſſet.

**Latus**, eris. *ſitus ac regio ad dextram vel ſiniſtram.* de L. 170 a, Fibrenus diuiſus æqualiter in duas partes, latera hęc alluit. *id eſt, latera inſulæ.* in Arat.

*Huic ſpacio ductum ſimili latus extat vtrumq;.*

de Som. 129 b, Terra anguſtata verticibus, lateribus latior. Qu. frat 318 a, Cubiculum & hybernum erant loco poſita ambulationis vno latere, eo quod eſt proximum balnearijs. in Verr. 257 b, Eum vident ſedere ad latus prætoris. I. V. 189 b, Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur. in Ver. 255 b, À latere, à tergo magnã partẽ vrbis relinquere.

¶ *Dextra, vel ſiniſtra corporis pars* pro Clu. 54 a, Is ex equo cécidit, & latus offendit vehementer.

¶ *Ilium, vel potiùs pectus.* de Orat. 145 a, Craſſus lateris dolore conſumptus & ibid. Latus ei dicenti condoluiſſe. in Cat. 104 b, Non enim iam inter latera noſtra ſica illa verſabitur. de Sen. 82 b, Milo ex lateribus & lacertis ſuis nobilitatus eſt in Vat. 31 b, Vt nemo per tuũ latus (quod ſoles dicere) ſaucietur. de Sen. 80 a, Cùm legem Voconiam magna voce & bonis lateribus ſuaſiſſem. Or. 204 a, de Am. 95 b, Vt quoad poſſem, à ſenis látere nunquã diſcederem. Offic. 59 b, Equus æneus, in cuius lateribus fores eſſent. de Or. 163 b, Inflexio laterum. * pro Marc. 136 a, Omnes tibi non modò excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur. pro Ligar. 138 b, Cuius latus ille mucro petebat? Tuſc. 187 a, Latera, fauces, linguam intendere.

† Syntaxis. *Ad Cæſ. latus conſedere. Per alicuius latus alium ferire. Magna voce, & lateribus bonis orare.*

**Lavatio**, onis. *balneum.* Ep. 128 a, Et antè te certiorem faciam, vt lauatio parata ſit. * Oecon. 1, Vaſa, quæ ad lauationem pertinerent, exponebantur.

**Laudabilis**, le: lior. *laudandus, probatus, prædicabilis, prædicandus, gloriandus, præferendus, qui laudẽ habet* Off. 4 a, Honeſtum quod verè dicimus, etiã ſi à nullo laudetur, laudabile eſſe natura. de Cl. or. 195 b, Quorũ orationes ſunt in primis in Aſiatico genere laudabiles. de Cl. 196 b, Vix ſingulis ętatibus bini oratores laudabiles fuerunt. Or. 203 a, Et ſi eſt eo laudabilior poëta. Parad. 118 a, Voluptas nec meliorẽ efficit, ne laudabiliorem virum. Off. 43 a, Quorũ etſi laudabilior eſt defenſio, tamen etiam accuſatio probata ſæpe eſt. ad Her. 27 b, Laudabile eſt, quod conficit honeſtam & præſentem, & conſequentem commemorationẽ.

**Laudabiliter**. *laudatè, honeſtè.* Tuſc. 230 b.

**Laudandus**, a, um. *laudabilis.* de Or. 85 b, Philoſophia laudandarum omnium artium procreatrix. * Incer. Non res landanda, ſed ſpes eſt.

**Laudatè**. *laudabiliter, cũ laude.* Antequam 193 a, Laudatè & honeſtè viuere.

† Syntaxis. *Bonus & laudabilis. Honeſtè & laudabiliter viuere.*

**Laudatio**, onis. *præconium, commendatio, funebris oratio.* )( *vituperatio.* Ep. 248 a, Quẽ ego currum, aut quã lauream cũ tua laudatione conferrem? & 14 b, Recordator enim, quibus laudationẽ ex vltimis terris miſeris. pro Cęl. 28 a, Itaq; nũc lectiſſimos viros cũ legatione ad hoc iudiciũ, & cum grauiſſima atq; ornatiſſima laudatione miſerũt. pro Flac. 153 b, Idem laudationẽ quam nos ab Atheniẽſibus Flacco datã proferebamus, falſam eſſe dicebat. pro Fon. 276 b, Vt ſua religio, laudatio, autoritas aliquid apud veſtros animos momenti habuiſſe videatur. pro Mil. 108 a, Cadauer P. Clodij ſpoliatũ exequijs, pompa, laudatione, &c. de Cl. 170 a, Laudatio, quæ eſt oratio in demonſtratiuo genere. de Or. 112 b, Ex his fontibus, vndè omnia ornatè dicendi præcepta ſumũtur, licebit etiã laudationẽ ornare. de Or. 140 a, Nec illud tertium laudationũ genus eſt difficile. ibid. Quod nos laudationibus non ita multũ vti ſoleremus. ibid. Qui delectationis aut hominis alicuius ornãdi, quàm vtilitatis huius forenſis cauſa laudationes ſcriptitauerũt. ibid. Noſtræ laudationes, quibus in foro vtimur, aut teſtimonij breuitatem habent nudam atq; inornatam, aut ſcribuntur ad funebrem concionẽ. ibid. Tractanda etiã in laudationibus hæc ſunt naturæ & fortunæ bona. ibid. Virtus, &c. habet plures, quarum alia eſt alia ad laudationem aptior. ibid. Clementia, iuſtitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus, iucunda eſt auditu in laudationibus. de Orat. 140 b, In quibus etiam felicitatem ipſam Deorum immortalium iudicio tribui, laudationis eſt. ibi. Eſt etiam cum cæteris præſtantibus viris comparatio in laudatione præclara. ibid. Si laudationes eſſent in oratoris officio, quod nemo negat oratori virtutum omnium cognitionem, ſine qua laudatio effici non poſſit, eſſe neceſſariam.

† Syntaxis. *Grauis & ornata laudatio. Laudatio data alicui.*

**Laudator**, oris. *teſtis innocentiæ alicuius, ſuaſor.* Attic. 91 b, Ain' tandẽ Attice, laudator integritatis & elegãtiæ noſtrę, &c Poſtquã. 201 a, Qui rerũ mearum geſtarũ autores, teſtes, laudatoresq; fuerunt. I. A. 210 b, Ego ille pacis ſemper laudator, ſemper autor. pro Seſt. 7 b, Eos tamen laudabat maximè, qui dicuntur præter cæteros eſſe autores & laudatores voluptatis. pro Font. 277 a, Quis eſt ex eo numero, qui vobis autor placeat? eo nos iam laudatore & teſte vtemur. pro Cor. 63 a, Excitabo laudatores. de Aruſp. 254 a, Laudare reum. in Verr. 247 a, & 233 a, Decem laudatores dari ſolitos in iudicijs.

**Laudatrix**. Tuſcul. 160 b, * Illa autem, quæ ſe eius imitatricem eſſe vult, temeraria atque inconſiderata, & plerunque peccatorum vitiorumque laudatrix fama popularis, ſimulatione honeſtatis formam eius pulchritudinemque corrumpit.

**Laudatus**, a, um. *ſpectatus, probatus, laudibus abundans.* )( *Nulla illuſtri laude celebratus.* Epiſt. 248 a, Lætus ſum laudari me (inquit Hector, opinor apud Næuium) abs te pater laudato viro. ea eſt enim profectò iucunda laus, quæ ab ijs proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt. & 69 a, Placet mihi Hector ille Næuianus, qui non tantùm laudari ſe lætatur, ſed addit etiam à laudato viro. Brut. 91 b, Res omnium conſenſione laudata. Epiſt. 37 a, Laudatus ſua ſponte, non

te,non alterius teſtimonio. pro Fl.163 b,164 a,Tu illo abſente autore laudato, tantum te crimen probaturum putâſti? Epiſt.75 b,Quam quidem *rationem à me initam* omnes non ſolùm probant, ſed etiam laudant.

† Syntaxis. *Sua ſponte laudatus, non alieno teſtimonio. Omnium conſenſione laudatus.*

LAVDO,as. *commendo,laudem tribuo,contribuo,impertio vel impertior,multum tribuo, laudi do, in laude pono, orno, eximia laude orno nomen orno,verbis ampliſsimis, maximis laudibus orno, laude afficio,laudibus effero, in cælum tollo, in cælum laudibus effero, extollo,fero,nobilito, laudes cuiuſpiam celebro, laudẽ alicuius carmine celebro,gloria & prædicatione effero, in aliquem omnes laudes congero,verbis effero, probo, laudes de aliquo habeo,in gloria & laude pono, famam celebro, nomen illuſtro, virtutem prædico,dignitatem in eadem laude pono, de laude prædico.* Offic. 13 a, Ea neſcio quomodo pleniore ore laudamus. pro Seſt.19 b, Pompeius approbauit ac laudauit ſententiam Cottæ. de Orat. 111 b, Laudare bonos ornatè, vituperare improbos aſperè. de Orat.137 a,Laudare & efferre aliquem. Attic.46 b,Laudare legem,vt promulgata eſt. de Natur.13 a,Laudare præſentem. pro Cecin. 299 b, & de Ar. 254 b,reum. de Sen.83 a ſeipſum. Quint.frat.327 b, Ad IIII. calendas Decembris laudauit pater ſcripto meo. pro Mur. 142 a, Quem cum ſupremo eius die Maximus laudaret, gratias egit dijs immortalibus. de Leg. 184 a, Tu verò illum nec nimis valde vnquam,nec nimis ſæpe laudaueris. & ibid. a, b Laudemus igitur prius legẽ ipſam veris & proprijs generis ſui laudibus. de Aruſp. 256 a, Hæc eius concio, in qua Pompeium ornat,an potiùs deformat? certè laudat. p S.R. 24 a,Hunc pro dignitate laudare nemo ſatis commodè poteſt. Orat.199 a, Nunc tantum quiſq; laudat,quantum ſe poſſe ſperat imitari. *Incer. Eſt cauſa difficilis laudare puerum.

¶ *Abduco, exhibeo.* de Orat.140 a, Tamen autores certiſſimos laudare poſſum,& ſocerum meum Scæuolam, & Q. Metellum, &c. de Claris orat.168 b, Te rerum Romanarum autorem laudare poſſum religioſiſſimum.

LAVDOR,aris. Qu fr 297 a,Non patiar te cum exceptione laudari. de Sen 77 b, Philoſophia nunquã ſatis dignè laudari poſſet. Att.192 b,Laudantur exquiſitiſſimis verbis legiones. Att.34 a,Bibulus in cœlo eſt, nec quare ſcio: ſed ita laudatur, quaſi

*Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.*

de N.77 b, Virtutem nemo vnquam Deo acceptam retulit,nimirum rectè: propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute gloriamur. contra Rull. 67 a, Vt in omnibus meis factis atque conſilijs veſtrum de me factum conſiliumq; laudetur. de Fin. 57 b,Gubernatoris ars vtilitate, non arte laudatur.

† Syntaxis. *Ore pleno laudare. Approbo & laudo. Ornatè laudare. Laudare & efferre. Ornat,aut deformat? certè laudat. Pro dignitate laudare. Cum exceptione laudare. Satis dignè non laudare. Exquiſitiſſimis laudare verbis,Propter virtutem laudamur,& in virtute gloriamur.*

LAVERNIVM, *locus.* Att.106. *Ad Lauernium me conſecutus eſt. de Fat. Cum eſſet apud ſe ad Lauernium Scipio.

LAVO,as. de Orat. 131 b, Illud egregium Sextij & ex tempore: Manus laua,inquit,& cœna.

*LAVOR,aris. Offic.26 a,Noſtro more cum parentibus puberes filij,cum ſoceris generi,non lauantur. Att.167 a,Poſtridie redire iuſſit, lauari ſe velle.

LAVOR,aris. *eluor.* pro S.R.29 a, Si qua ex ſanguine paterno macula concepta eſt,laui non poteſt *aliter,elui.*

LAVREA,reæ. *corona laurea.* Epiſt.248 a,Quem ego currum aut quam laudem cum laudatione tua conferrem? de Pro. 76 a, In Capitolium inuehi cum inſigni illa laurea. & 75 a, An laurea illa magnis periculis parta amittet longo interuallo viriditatem? in Piſ.92 a, Quid confecto formidoloſiſſimo bello coronam illam lauream decerni volebas à ſenatu? Offic.16 a,

*Cedant arma togæ,concedat laurea linguæ.* I.P.95 a,

*Cedant arma togæ,concedat laurea laudi.*

LAVREATVS,a,um. de Diu. 93 a, C. Marius cum faſcibus laureatis. Att 108 a, Lictores laureati. pro Mur.145 a,Qui imaginem parentis ſui laureatam in ſua gratulatione conſpexit.

*LAVRENTVM, i. *Vrbs Latij.* de Orat. 110 b, Conchas eos & vmbilicos ad Caietam & ad Laurentum legere conſueſſe.

LAVREOLA,læ. Att. 79 a, Laureolam in muſtaceo quærere. Ep.23 a, Velles enim,ais,tantummodo vt haberem negocij,quod eſſet ad Laureolam ſatis.

LAVRVS, *arbor: hic autem lauream ſignificat.* Epiſt.26 b,Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos,ſed etiam in voculas maleuolorum.

† Syntaxis. *Corona laurea. Laurea inſignis.*



LAVS,dis. *præconium, commendatio, gloria, ſplendor, decus.* de Orat.94 b, Fingendus eſt nobis detractis omnibus vitijs orator,atq; omni laude cumulatus. de Clar. 169 a, Breuitas in vniuerſa eloquentia laudem non habet. & ibid. Breuitas laus eſt in aliqua parte dicendi. & 174 b, Quorum neuter ſummi oratoris habuit laudem. I. V. 196 a,Neque ego hoc in tua laude pono. de Or.160 a,Rectè hoc in orationis laude ponetur. de Clar. 177 a, Latinè loqui eſt in magna laude ponẽdum. pro Mur.128 b,Quam *dignitatem & honeſtatem* pari atq; in eadẽ laude pono pro Flac.151 b, In re domeſtica continentiæ laus quærenda eſt, in publica dignitatis. pro Arc.190 b,Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſq; maximè gloria ducitur. Offic. 42 b, Ex qua ætate qui exercentur, laude affici ſolent. pro Pl.278 a, Tu id in me reprehendis, quod Qu. Metello laudi datum eſt, hodieque & ſemper erit maximæ gloriæ. Tuſcul. 148 b,Si Fabio laudi datum eſſet, quòd pingeret. Attic.283 a Quanquam ei ego verborum laudem tribui,eamque modicam. de Or.93 a,& pro Qu.48 a,Tribuere magnã laudẽ eloquentiæ cuipiam. Epiſt. 61 b, Ego dolori tuo non ſolùm ignoſco,ſed ſummam etiam laudem tribuo. pro Seſt. 27 a,Neq; eos in laude poſitos videmus,qui,&c. p Arch. 189 b, Populi Romani laus eſt, vrbem illã eſſe ſeruatam, &c. Epiſt.29 b,Qui ſi dignum ſe maioribus ſuis præbuerit, vt ſpero & opto,tua laus ex aliqua parte fuerit. Ep 133 a, Efferre aliquẽ ſummis laudibus ad cœlum. & 25 b,Ornare res alicuius diuinis laudibus. & 248 a, Vixiſſe in laude. de Orat.140 a, Vera laus vni virtuti debetur. de Opt. 243 b, Quod omnes laudes habet, id eſt optimum. de Orat.86 a, Ij quibus ſumma dicendi laus à noſtris hominibus cõceſſa eſt. Offic. 14 b,Quibus autem nulla talis ſit cauſa,his nõ modò non laudi, verumetiam vitio dandum puto. pro Mur. 126 b, Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt, quod omnia laus occupauit. pro Muræn.127 b, Auus tuus nulla illuſtri laude celebratus fuit. Offic.16 a, Vir bellicis laudibus abundans Cn. Pompeius. de Orat. 86 b, Vir omni laude cumulatus. Brut.91 b,Res,quæ ne laude quidem ſatis idonea affici poſſit. I.V.75 a, & 80 a,Eſſe in laude & in gratia cum aliquo. pro Arch. 188 a,Iſta doctrina,quam tu laudibus effers. Attic.39 a,Is laudes noſtras in aſtra ſuſtulit. de Nat.3 b, Hoc magni intereſt ad decus & laudem ciuitatis. I. V. 147 a, Auaritiæve crimina frugulitatis laudibus deprecetur? pro C. Cornel.1, Qu. Metelli adoleſcentia ad ſummam laudem omnibus rebus ornata. * pro Marc.131 b, Quanta in dato beneficio ſit laus. ibid. Quis eſt illo vllo genere laudis præſtantior? ibid. Nullam in his eſſe laudem ampliorem, quàm eam, quam hodierno die conſecutus es. ibid. Bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ ſint imperatorum pro Marc. 132 a,Bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem non ſolùm noſtris,ſed penè omnium gentium literis atque linguis: neque vlla vnquam ætas de tuis laudibus conticeſcet. & b, Te vero quibus laudibus efferemus? ibid. Tantum afferat *diuturnitas* laudibus. pro Marc. 134 a, Tantus eſt ſplendor in laude vera. ibid. non culpa tua eſt, ſi, &c. contraque ſumma laus, quod. & 135 b, Cùm alij laudibus ad cœlum res tuas geſtas efferent. ibid. Vt tuas laudes obſcuratura nulla vnquam ſit obliuio. Acad. 1, a, Ibi permultos annos admirabili quadã laude prouinciæ præfuit. ibid. Ab eo laus imperatoria non admodum expectabatur. Acad.2 a, Priuabo illum potius debito teſtimonio, quàm id cùm mea laude communicem. Acad.2 b, Quorum ad populares illuſtresq; laudes,has etiam minus notas minusq; peruulgatas adiungimus, Tuſc. 238 a,

*Conſilijs noſtris laus eſt attonſa Laconum.*

de Leg.183 a,Apud quas *epulas* de mortui laude cum quid veri erat prædicatum: nam mentiri nefas habebatur. Ep. 245 b,Summam laudem tibi tributam. ibid. Qui me ſummis laudibus in Senatu, in concionibus, ad cœlum extuliſti. ibid. Vt vno verbo tuo cum mea laude coniuncto omnia conſequi me arbitrarer. Epiſt. 246 a, Si quiſquam fuit vnquam remotus & natura & ratione atque doctrina,ab inani laude & ſermonibus vulgi. Epiſt.247 a, Philoſophia agit tecum de mea laude. Attic 72 b, Hoc animaduerſum Græcorum laude & multo ſermone celebratur. Attic. 217 b, Bruti noſtri quotidianis aſſiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi nunciauerunt, commotus. Quint.frat. 298 a, Niſi ſummam laudem ex iſta prouincia aſſequimur. Or.209 b, Sed hæc niſi collocata, & quaſi ſtructa & nexa verbis, ad eam laudem, quam volumus,aſpirare non poſſunt. Tuſcul 172 b,Quorum ſimilitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, ſed vera bonorum laude metiens.

† Syntaxis. *Omni laude cumulatus, laudẽ habens. In alicuius laude ponere aliquid. Laudibus affici. Hoc illi datur laudi. Alicui tri-*

*buere verborum laudem. In laudibus aliquem ponere. Si hoc accidet, tua fuerit laus. Habere laudes de aliquo. Laudibus efferre, ornare. In laude viuere In te omnia laus occupauit. Laude celebrare, abundare. In laude & in gratia eſſe cum aliquo. Tollere laudibus in aſtra.*

LAVTIV`S, aduerb. *eleganter.* de Leg. 169 b, Hanc vides villã lautiùs ædificatam.

LAVTITIA, tiæ. *mundicia, elegantia.* Epiſt. 136 b, Fama ad te de mea noua lautitia veniet. * Epiſt. 138 b, In Epicuri nos aduerſarij noſtri caſtra coniecimus. Nec tamẽ ad hanc inſolentiam, ſed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, cùm in ſumptum habebas.

LAVTVMIAE, arum. Vide LATVMIAE.

LAVTVS, a, um: tior. *elegans, ſplendidus, diues, delicatus, mollis.* Epiſt. 136 b, Cœna magnifica & lauta. & 192 a, Valde iam lautus es. I. P. 94 a, Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, ne magnopere quidem quicquam præter libidines ſumptuoſum. de Orat. 98 a, In oratoris verò inſtrumento tam lautam ſupellectilem non videram. Att. 222 a, Libertis minus lautis ſeruisq; nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. de Offic. 43 b, Sed illa ratio lautior ac ſplendidior, &c. * pro Flac. 161 a, Vnis veſtimentis tamdiu lautus es. Hortenſ. Lautus victus & elegans.

¶ *Amplus.* pro Flac. 163 b, Patrimonium ſatis lautum diſſipare pro R. P. 128 b, Lautum & copioſum patrimonium.

¶ *Comis, benignus, vrbanus.* In Verrem 179 a, Homo lautus & vrbanus.

¶ *Lauatus, lotus, mundatus.* pro Deiot. 147 b, Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere?

† Syntaxis. *Lauta cœna, conuiua, ſupellex, ratio, patrimonium. Lautum ac ſplendidum, lautum & copioſum patrimonium. Lautus & vrbanus homo.*

LAXAMENTVM, ti. *remiſſio, relaxatio.* pro Cluent. 36 a, Non modò cauſæ, ſed ne legi quidem quicquam per Trib. pleb. laxamenti datum eſt. Ep. 195 a, Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnaui tibi munuſculum, &c.

LAXATVS, a, um Tuſcul. 157 b, Cùm laxati curis ſumus. de Somn. 128 a, Animi corpore laxati illum incolunt locum. de Senect. 78 b, Qui ſe à libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſtè ferrent.

LAXE`, xiùs. *amplè.* pro Domo 836 a, Iſte habitare laxè & magnificè voluit.

¶ *Paulatim.* Att. lib. 13. Laxius proferre diem.

LAXITAS, tis *amplitudo.* Offic. 28 a, In domo clari hominis, &c. adhibenda eſt cura laxitatis. pro Dom. 236 b. Vt facilè omnium domos laxitate & dignitate ſuperaret.

LAXO, as. *ſoluo.* Attic. 66 b, Vt forum laxaremus, & vſq; ad atrium libertatis explicaremus.

¶ *Dilato.* Orat. 107 b, Quanto facilius non modò laxare modos, ſed totos mutare poſſumus.

*Demulceo.* de Clar. 195 a, Laxare iudicum animos, & à ſeueritate pauliſper ad hilaritatem riſumq; traducere.

¶ *Recreo, auoco, remoueo, libero.* de Orat. 164 b, Aliquando ab hac contentione diſputationis animos noſtros curamque laxemus. Ep. 70 b, Rogando, vt iſtis te moleſtijs laxes.

LAXOR, ris. *remittor, diſſoluor.* Attic. 89 b, Tantum abeſt, vt ex eo quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim.

LAXVS, a, um: ſſimus.)(. *adductus.* de Am. 104 b, Cõmodiſſimum eſt, quàm laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cum velis, vel remittas.

¶ *Longus.* Attic 87 b, Ego diem ſtatuo ſatis laxam. *id eſt, tempus ſatis longum.*

† Syntaxis. *Habitare laxè & magnificè. Aedium laxitas. Laxare forum, modos orationis, iudicum animos, curam. Se laxare moleſtijs.*

LEBADIA. *vrbs.* de Diu. 96.

LECTISSIME`. Orat, 219 b, Sententijs verbisque lectiſſimè dicere.

LECTICA, cæ *lecticula.* I. V. 241 a, Verres lectica octophoro ferebatur. de Diu. 124 b, Lectica operta iter facere. in Ant. 180 b, At iſte operta lectica latus eſt per oppidum. & 71 b, Inter quos *lictores* aperta lectica mima portabatur. & 176 a, * Caput in aduerſam lecticam inferens beneficia, quæ venderet, à collega petebat. Attic. 89 a, Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Qu. frat. 310 a, Cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus ſum. & 312 b, Marium noſtrum in lecticam mehercule conieciſſem, non illã regis Ptolemæi Anitianam. Memini enim cùm hominem portarem ad Baias Neapoli octophoro Anitiano, machærophoris centum ſequentibus, miros riſus nos edere, cùm ille ignarus ſui comitatus repentè aperuit lecticam.

LECTICARIVS, rij. *qui lecticam fert.* Epiſtol. 56 a, Coactus ſum eádem illa lectica, qua ipſe delatus eram meisque lecticarijs eum in vrbem referre. & pro Sex. Roſc. 41 a, Mitto, &c. lecticarios.



LECTICVLA, læ. de Diu. 92 a, * Quorum de ſententia lecticula in curiam eſſe delatum. *Alij lectículõ legunt.* Ep. 95 a, *Sulpitij.* Vt noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula concurſare poſſis.

LECTIO, nis. *legendi actus.* Att. 7 a, Quotus enim quiſque eſt qui epiſtolã paulo grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuârit. Acad. 2 a, Lucullus delectabatur mirificè lectione librorũ, de quibus audiebat. Tuſ. 176 b, Lectionem ſine vlla delectatione negligo. Ep. 75 a, Rationes cõfectæ, ad quas nihil adhibui præter lectionem. * Tuſc. 176 b, Quicquid literis mandetur, id commendari omnium eruditorum lectione *(al. lectioni)* decere.

¶ *Electio.* I. A. 179 b, Vt hos iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus.

LECTITO, as. de Clar. 175 b, Lectitauiſſe Platonẽ ſtudioſè, audiuiſſe etiam Demoſthenes dicitur.

LECTIVNCVLA, læ. Epiſt. 94 b, * Per eos dies matutina tempora lectiunculis conſumpſeris.

LECTOR, oris. *anagnoſtes, recitator, autor.* Epiſt. 68 a, Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas & fortunæ viciſſitudines. de Orat. 129 a, Brutus duos lectores excitauit, & alteri de colonia Narbonenſi Craſſi orationem legendam dedit, alteri de Lege Seruilia. * ibid. Tres libellos tribus *lectoribus* legendos dedit.

LECTVLVS, li. Quint. fr. 228 a, Qui à ducenda vxore ſic abhorret, vt quicquam libero lectulo neget eſſet iucundius. I. C. 99 a, Qui me in meo lectulo interficerent. item. Pomponius ſurrexit è loctulo. de Finib. 85 a, Philoſophi in ſuis lectulis plerunque moriuntur. * I. V. 165 a, At hoc agebat in cubiculo atque in lectulo ſuo. ibid. Cùm in lectulo decumanæ mulieris veſtigia viderent recentia. pro Mur. 142 a, Ille ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos. de Diu. 92 a, Quorum de ſententia lectulo *(al. lecticula)* in curiam eſſe delatum.

LECTVS, cti. *lectulus, cubile.* de Orat. 109 b, Cùm etiam tum in lecto Craſſus eſſet, & apud eum Sulpitius ſederet. Epiſt. 141 a, Is dixit mihi te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. in Catil. 122 a, Nemo inuentus eſt, qui non cubile & lectulum ſuum ſaluum eſſe velit. de Diu. 135 a, Deos immortales concurſare omnium mortalium non modò lectos, verumetiam grabatos. de Diu. 136 a, Quidam ſomniauit, ouum pendere è faſcia lecti ſui cubicularis. in Ant. 170 b, In medio foro lectos ſternere. pro Cæl. 52 a, Alia ſubſelliorum ratio, alia lectorũ. de Leg. 182 a, Vt vni plures lecti ſternerentur. Att. 76 b, Scito nos præter quatuor lectos & tectum nihil accipere. Tuſc. 240 a, Collocari iuſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo. * I. V. 213 b, Iam verò lectos æratos & candelabra ænea nũ cui præter iſtum Syracuſis per triennium facta eſſe exiſtimatis? Emebat credo. I. V. 145 b, Vnde quinquaginta tricliniorum lectos, &c. non inquam iam genialem vnde hæc habueris. pro Clu. 20 b, Lectum illum genialem, quẽ biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia, iubet. in Catil. 118 a, Cui non lectus ad quietem datus, non deniq; hæc ſedes honoris ſella curulis vnquã vacua mortis periculo atq; inſidijs fuit. I. A. 173 a, Conchiliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos videres.

† Syntaxis. *In lectos eſſe. Genialis lectus: Cubile & lectus. Lectus atq; grabatus. Lectus cubicularis.*

LECTVS, a, um: ctior, ſſimus. de Orat. 156 b, Lectis & illuſtribus verbis vtendum. de Inuent. 53 a, Et tu vxorem lectiſſimam habere vis. & ibid. Vt neque vir melior, neque fœmina lectior in terris ſit. I. V. 59 b, Frater tuus lectiſſimus & ornatiſſimus adoleſcens. pro S. R. 38 b, Pueruli ex tot elegantiſſimis familijs lecti. I. V. 225 a, Lectiſſimi flores. * Lim.

*Tu quoq; qui ſolus lecto ſermone Terenti*
*Conuerſum expreſſumq; Latina voce Menandrum, &c.*

LECYTHVS, thi. ληκυθος. *ampulla, arcula, pyxis pigmentorum quâ vtuntur pictores ad coloranda quæ volunt. tranſlatum verò à propria ſignificatione, orationis ſplendorem, & ornatum & quaſi colorem quendam ſignificat.* Attic. lib. 1. pag. 9 a, Quid multa? totũ hunc locum, quem in Ariſtocratia ego variè meis orationibus, quarũ tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere, de flãma, de ferro (noſti illas ληκύθους) valde grauiter pertexui.

LEGATA, tæ. *dicitur, vt legatus.* Att. 234 b, Huc Cerelia miſſa ab iſtis ad me eſt legata.

LEGATARIVS, a um. Attic. 242 a, Legataria prouincia, *id eſt, quæ alicui legata eſt.*

LEGATIO, onis. *legati munus & legati ipſi. Legatio libera, quæ honoris cauſa, & titulo tenus alicui deferebatur, qui alioqui negocia ſua haberet in prouincia. Legatio votiua, quæ voti prætextu ſuſcipiebatur: erat tamen & ipſa libera.* de Aruſp. 251 b, Ius legationis

cùm

cùm hominum præſidio munitum, tum etiam diuino iure eſt vallatum. in Anton. 199 b, Legatio vltrò miſſa, timoris ſignum eſt. & 221, Renunciare legationem. Ep. 196 a, b, Negociorum ſuorū cauſa legatus eſt in Africam legatione libera. Att. 243 a, Habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, bella eſt autē huius iuris quinquennij licentia. & 53 b, Legatio libera cauſa voti. in Ant. 154 a, Cùm haberem ius legatonis liberum. Qu. frat. 311 a, Illud autē quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua, ſi minus per ſenatum, per populum libera. contr. Rull. 62 a, Hæreditatum obeundarum cauſa, quibus vos legationem dediſtis. pro Flacc. 155 b, Qui hanc ipſam legationem quam habet, non accepit à ſuis ciuibus, ſed vſq; Tymolo petiuit. Orat. 207 b, Oratio Demoſthenis contra Aeſchinem falſæ legationis. & de Opt. 244 b, Aeſchines legationem ementitus eſt. Acad. 2 b, Obire legationem. * I. V. 90 a, Vt grauius apud eos nomen legationis, quàm iniuria legati putaretur. I. V. 92 b, Vt vehementius odio libidinis tuę, quàm metu legationis mouerentur. & 93 b, Cur imminuiſti ius legationis? pro Mur. 128 a, Qua in legatione duxit exercitum, ſigna contulit, manum conſeruit. in Vat. 36 a, Quòd poſteaquā es poſtulatus, ex legatione redieris. ibid. Cùm legationis perfugio vti noluiſſes. ibid. Quoniam legationis tuæ facta eſt mentio. I. A. 221 a, Subitò ereptus totam legationem orbam & debilitatam reliquit. & b, Qui ferro eſſet in legatione interfectus. ibid. Cui legatio ipſa mortis cauſa fuiſſet, eius monumentum extare voluerunt, vt in bellis periculoſis obirent homines legationis munus audacius. ibid. At ea fuit legatio Octauij, in qua periculi ſuſpicio non ſubeſſet. I. A. 222 a, Quis dubitat quin ei vitā abſtulerit ipſa legatio? ibid. Si excuſationem Seruij Sulpitij legationis obeundæ recordari volueritis. & b, Nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio. I. A. 223 b, Repudiatæ reiectæq; legationis ab Antonio manebit teſtificatio ſempiterna. I. A. 224 a, Cùm talis vir ob Rempub. in legatione mortē obierit. Att. 6 a, Quod neque epiſtolæ tuæ, neq; noſtra legatio tam poteſt facilè delere. Att. 241 a, Seruius pacificator cum librariolo ſuo videtur obijſſe legationē. ibid. Scripſi ad Antonium de legatione. ibid. Legationem mihi opus eſſe. Honeſtior eſt votiua ſed licet vti vtraq;. Qu. frat. 397 b, A Calend. Febr. legationes in Id. Febr. reijciebantur.

† Syntaxis. *Legatio votiua, miſſa vltrò. Legari legatione libera. Legationem alicui dare. Legationem ementiri, & obire.*

LEGATVM, ti. Att. 103 a, Hortenſij legata cognoui.

LEGATVS, ti. *orator, qui defert mandata alterius.* de Orat. 122 a, Cùm Athenienſes ad ſenatū de ſuis rebus maximis mitterent. pro Seſt. 26 a, Viæ multitudine legatorū vndiq; miſſorum celebrātur. in Vat. 36 a, Legati nuncij pacis & belli, curatores interpretes bellici conſilij, autores miniſtri muneris prouincialis. & ibid. Vt legati ex eius ordinis autoritate legerentur. de Ar. 251 b, Theodoſius legatus ad ſenatum à ciuitate libera miſſus. in Ant. 199 a, Quamuis ſeuera legatis mādata dederimus. de L. 187 b, Quid turpius, quā legatus ſine mandatis? ſine vllo reipub munere. ꝓ Pomp. 10 b, Cretenſes ad Pompeium legatos deprecatoresque miſerunt. de Clar. 194 a, Molo legatus ad ſenatū de Rhodiorū præmijs venerat. in Ant. 218 b, Legati ſenatus faciē ſecum afferunt, autoritatē reipub. & ibid. Cùm ad Antiochum legatus miſſus eſſet. pro Fl. 159 a, Aſpiciant hūc florem legatorum laudatorumq́. Flacci. Ep. 2 a, Hammonius regis legatus apertè pecunia nos oppugnat. de Leg. 185 b, Rei ſuæ ergò ne quis legatus eſto. Ep. 2 b, Craſſus tres legatos decernit. pro S. R. 22 b. & 36 b, Capito qui in decem legatis erat. Ep. 198 a, Nondum legati redierant, quos ſenatus non ad pacem deprecandā, ſed ad bellū denunciandum miſerat, niſi legatorū nuncio paruiſſet. de Som. 127 a, Cùm obieris legatus Aegyptum & Syriam. pro Mur. 128 a, b, Muræna legatus L. Lucullo imperatori fuit, qua in legatione duxit exercitū, ſigna cōtulit, manum conſeruit. ꝓ Seſt. 10 a, Legare ſibi aliquem legatum. pro Cluent. a, Qui M. Aemilio clariſſimo viro legati & pręfecti & tribuni militares fuerunt. Att. 133 a, Omnes aut cū imperio ſunt, aut legati ſunt eorum. Att. 188 b, C. Caluiſius duos legatos Vticæ reliquerat. I. P. 98 a, Cùm hyberna legato præfectoq́; tradidiſſes, euertiſti miſeras ciuitates. Ep. 243 b, Quinque cohortes ſine legato, ſine tribuno militum, deniq; etiam ſine centurione vllo apud Philomalum conſederunt. Att. 156 a, Qui eſſent ad Coſs. de pace legati. * Frag. ep. Cùm legati reſponſa retulerunt. I. V. 87 a, Quam tu in iiſdem illis locis legatus quæſtorius oppida pacata ſociorum atq; amicorum diripienda ac vexanda curaſti. I. V. 89 a, Nō legatorum aſſeclas recipere ſolere. & 90 a, Quod ſi hoc iure legati populi Rom. in ſocios, nationesq; exteras vterentur. ibid. Vt grauius apud eos nomē legationis, quàm iniuria legati putaretur. ibid. ſi legato nō peperciſſent. I. V. 91 a, Improbiſſimi cuiuſq; legati gratia. I. V. 92 a, Vt ab ſe atq; ab liberis ſuis legati populi Rom. ſcelus atq; libidinem propulſare poſſit? ibid. Voluerintne legatum populi Rom. circumſeſſus, non modò igni, ferro, manu, copijs oppugnatus, ſed aliqua ex partes violatus ſit. I. V. 93 a, Cùm in oppidis & ciuitatibus amicorum non legatum populi Rom. ſed tyrannum libidinoſum, crudelemq́; præbueris. ibid. Vbi defendis ius, nomenq́; legati? & b, Legatus cùm eſſes circumſeſſus, cumq́; populo Rom. communiq; cauſæ legatorū facta eſſet iniuria inſignis, non es perſecutus. ibid. Si te legatū ita Lampſaci tractatum eſſe, Senatum docuiſſes, vt, &c. ipſe circumſeſſus pene incendere. ibid. Nomen legati eiuſmodi eſſe debet, quod non modò inter ſociorū iura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume verſetur. in Vatin. 36 b, Quis legatos vnquā audiuit ſine Senatuſconlto? I. A. 221 a, Quod ſi cuiquam iuſtus honos habitus eſt in morte legato, in nullo iuſtior, quàm in Seruio Sulpitio reperietur. Cæteri qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitæ periculū ſine vllo mortis metu profecti ſunt: Seruius Sulpitius cum aliqua perueniendi ad M. Antonium ſpe profectus eſt, nulla reuertendi. & b, Lartes Tolumnius rex Veientum quatuor legatos populi Rom. Fidenis interemit. I. A. 222 a, Vt legati interitus honoris memoriam conſecutus ſit. & 223 b, Si mors legati ſine cæde atq; ferro nullum honorem deſiderat. Ep. 86 b, Legatis eius diligentiſſimè te commendabo, cum venerunt. Erant enim omnes Mutinæ. Ep. 173 a, *Bruti.* Biduo ab Allobrogibus & totius Galliæ legatos expecto: quos confirmatos domum remittam. Epiſt. 184 b, Legato tuo viaticum eripuerunt. Attic. 205 b, Qui tum non potuerat eſſe legatus. ibid. Non dubito quin fratri fuerit legatus non in decem. ibid. Illum fratri in primis eius legatis fuiſſe. Quint. frat. 314 b, Appius interpretatur non impediri ſe lege Puppia, &c. &, quod Gabinia ſanctū ſit, etiam cogi ex Cal. Febr. vſq; ad Calendas Martias legatis Senatum quotidie dari.

¶ *Ex legato commendatus.* Octau. 331 a, Rempub. teſtamento legatam ſibi obtinuit. Top. 222 a, Quoniam argentum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ea pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. ibid. Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à viro. ibid. Quarum *ædium* vſusfructus legatus eſt. ibid. Vſus enim, non abuſus, legatus eſt. Top. 225 a, Cui ſit omne argentum legatum. ibid. Si pecunia ſignata argentum eſt: legata eſt mulieri. pro Cluent. 24 b, Quæ pecunia mulieri legata erat à filio.

† Syntaxis. *Legatus ac deprecator. Legare ſibi legatum.*

LEGENDVS, a, um. contra Rull. 68 b, Hoc animo ad legendam legem, cognoſcendamq́; veni, vt, &c. de Orat. 129 a, Orationem alicui legendam dare. Orat. 212 b, Verba legenda ſunt potiſſimùm bene ſonantia. * de Orat. 146 a, Sed omnis loquendi elegantia augetur legendis oratoribus & poëtis.

LEGENS, tis. de Sen. 81 a, Nec ſepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. * pro Marc. 135 b, Obſtupeſcent poſteri certè, imperia, prouincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos.

LEGIO, onis. *aciei Romanæ nomen.* Att. 129 b, Ex quibus duabus legionibus non amplius xiij cohortes contrahere potui. Att. 257 b, Legionem ſuis ſignis ducere. pro Flac. 162 a, Cur cùm tribunus militum Flaccus eſſet, in illius legione miles fuiſti? pro Cluent. 49 a, Tribuni militum legionibus quatuor primis. Parad. 124 b, Ergo hoc propoſito nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, vt ex eo tueri ſex legiones, & magna equitum & peditum auxilia poſſis. Cæſar, 160 a, & 161 a, Non. Ian. naues ſoluit impoſitis, vt ſuprà demonſtratum legionibus ſeptem. *At ſuprà demonſtratum erat, XV. millia legionariorum militum nauibus tranſportari poſſe. Quod argumentum eſt, legionem conſtare ſolitam ex II. millibus militum, & CXLII. Sæpe tamen pedites habet 1600. equites 726. Quin & maior quoq; interdum reperitur. Legio Romana conſtabat ex triarijs, principibus, haſtatis & velitibus. Hi ordines, exceptis velitibus, ſinguli diuidebantur in decem centurias. In triarijs erat primū pilum, ſecundū pilum, item cæteri vſq; ad decimum. In principibus primus princeps, ſecundus, & cæteri. In haſtatis, primus haſtatus, ſecundus. & alij eodem modo. quæ nomina etiam cū centurioribus communicabantur.* * pro Pom. 9 b, Per Galliam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum internecione patefactum eſt. Frag. ep. Cùm legionibus victricibus erunt quæ ſpopondimus perſoluēda. I. A. 156 b, Addo etiam iudices manipulares ex legione Alaudarum. & 184 b, Nec verò de legione Martia ſileri poteſt. ibid. Legionū earum optimo iudicio, quæ autoritatē noſtram, libertatēq; populi Rom. virtutem C. Cæſaris ſecutæ ſunt, à ceruicibus noſtris eſt

depulſus Antonius. I A. 236 b, Legiones cõſcripſit nouas, excepit veteres. I. A. 262 b, Dign⁹ imperator legione Martia, digna legio imperatore. Cuius ſi acerrimum impetum cohibere Panſa potuiſſet, vno prælio confecta res eſſet. Sed cùm libertatis auida legio effrenatius in aciem hoſtium irrupiſſet. & 263 a, Duas legiones eduxit incredibili ſtudio atque virtute, quartam illam, quæ relicto Antonio ſe olim cum Martia legione coniunxit: & ſeptimam, quæ conſtituta ex veteranis docuit, &c. ibid. Cum tribus Antonij legionibus equitatuque conflixit. I. A. 263 b, Quæ legionibus bello confecto, tributuros nõ ſpopondimus. ibid. Magna atque incredibilia ſunt in Rempub. huius merita legionis. Hæc ſe prima latrocinio abrupit Antonij: hæc tenuit Albam: hæc ſe ad Cæſarem contulit, hanc imitata quarta legio parem virtutis gloriam conſecuta eſt. Quarta victrix deſiderat neminem: ex Martia nonnulli in ipſa victoria conciderunt. I. A. 264 b, Quo prælio legio Martia admirabili incredibilique virtute libertatem populi Rom. defenderit: quod idem legiones tyronũ fecerint. I. A. 265 a, Cumque legio Martia princeps cum hoſtibus conflixerit, atque ita cum maiore numero hoſtium contenderit: complurimos cæderent: caperent nonnullos: cumque ſine vlla neceſſitate pro patria vitam profuderint: cumque ſimili virtute reliquarum legionum milites pro ſalute & libertate populi Rom. mortem oppetiuerint. Offic. 74 a, Legionibus noſtris ſub iugum miſſis. Epiſtol. 148 b, *Planci*. Legiones habeo quinque ſub ſignis, & ſua fide virtuteque Reipubl. coniunctiſſimas, & noſtra liberalitate nobis obſequentes. Epiſtol. 162 a, *Galbæ*. Antonius legiones eduxit duas, ſecundam & trigeſimam quintam. Legioem Martiam, cui ego præeſſe ſolebam, miſerat Hirtius nobis. Cùm equites Antonij apparuiſſent, contineri neque legio Martia, neque cohortes prætoriæ potuerunt, quas ſequi cœpimus coacti: quando eas retinere non poteramus. Poſteaquam vidit ſe inuito legionem ire Panſa, ſequi ſe duas legiones iuſſit tyronum. ibid. Nondum venerant legiones duæ. & b, Repentè equum immiſi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex caſtris, ſcuto reiecto. ibid. Vbi Martiæ legionis duæ cohortes erant. ibidem. Vbi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugnatæ. ibidem. Nec id tamen ſine aliqua iactura cohortium prætoriarum noſtrarum, & legionis Martiæ fieri potuit. Epiſtol. 163 b, *Pollionis*. Quibus commeatibus inuito illo per illius prouinciam, legiones ducerem? ibidem. Nam de legione trigeſima tradenda quantas habuerim contentiones, quid ego ſcribam? Qua tradita. ibidem. Hac legione noli acrius aut pugnacius quicquam putare eſſe. Epiſtol. 164 a, *Pollionis*. Quia video tali tempore multò magis legionibus opus eſſe Italiæ, quàm prouincijs. & b, Tres legiones firmas habeo, quarum vnam, vigeſimam octauam, cum ad ſe initio belli accerſiſſet Antonius hac pollicitatione, quo die in caſtra veniſſet, denarios quingentos ſingulis militibus daturum: in victoria verò eadem præmia, quæ ſuis legionibus, &c. incitatiſſimam retinui, ægrè me herclè: retinuiſſem ſi vno loco habuiſſem. ibidem. Reliquas quoque legiones non deſtitit literis atque infinitis pollicitationibus incitare. ibidem. Vt legionem trigeſimam mitterem ſibi. Epiſtol. 165 b, *Pollionis*. Penitus in Luſitania legiones in hybernis collocaram. ibidem. Eodem prælio Martiam legionem interijſſe. Hirciano autem prælio & quartam legionem, & omnes peræquè Antonij cæſas. Item Hircij quartam à quinta legione conciſam eſſe. Epiſtol. 166 a, Antonium, &c. habere equitatum ac legiones ſub ſignis armatas tres, & Pupilli Bagieni vnam, inermes benè multos. Ventidium quoque ſe cum legione ſeptima, octaua, nona, coniunxiſſe. ibidem. Brutum decem & ſeptem cohortes, & duas non frequentes tironum legiones, quas conſcripſerat Antonius, habere audio. Epiſtol. 167 a, *Lepidi*. P. Ventidius ſuas legiones tres coniunxit cum eo. Habebat anteà legionem ſecundam, & ex reliquis legionibus magnam multitudinem. Epiſtol. 172 a, *Bruti*. Multæ & bonæ & firmæ ſunt legiones Lepidi & Aſinij. & b, Septenum numerum legionum alo: qua difficultate, tu arbitrare. Epiſtol. 197 b, Profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor, quas ſibi conciliare pecunia cogitabat, easque ad vrbem adducere, & in ceruicibus noſtris collocare. Attic. 257 b, Antonium cum legione Alandarum ad vrbem pergere. ibidem. An iret ad tres legiones Macedonicas, quæ iter ſecundum mare ſuperum faciunt, quas ſperat ſuas eſſe. Hæ congiarium ab Antonio accipere noluerunt, & ei conuicium grande fecerunt, concionantemque reliquerunt.

LEGIONARIVS, a, um. Epiſtol. 165 a, Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quóquam miſi. *Pollionis*.

LEGISLATOR, oris. *lator legis, legis ſcriptor, qui legem viuendi ſingulis, & populis dat, qui leges fert, qui iura ſtatuit, qui iura ciuibus præſcribit.* L. LATOR.

LEGITIMÈ. *iuſtè, verè.* pro Cec. 296 a, Qui legitimè procurator dicitur. Off. 3 b, Iuſtè & legitimè imperare. pro Dom. 228 b, In illa adoptione legitimè factum eſt nihil. * Incer. Iuſtè ac legitimè viuere.

LEGITIMVS, a, um. *iuſtus, verus.)(.extraordinarius, nullum habens ius.* Offic. 73 b, Cum iuſto & legitimo hoſte res gerebatur. I. A. 236 a, Expedito nobis homine opus eſt, qui imperium legitimum habeat. I. A. 157 b, Cedo illa legitima, quæ conſules populum iure rogauerunt. Offic. 13 b, Nec vinci ſe vllo publico ac legitimo iure patiuntur. pro Dom. 200 a, Iure Quiritum legitimo tutelarum & hæreditatum relicto. de Inuent. 78 a, Si legitimum ſcriptum proferetur, id eſt, aut lex ipſa, aut ex lege aliquid. de Inuent. 70 b, Iam iura legitima ex legibus cognoſcere oportebit. pro Cecin. 293 b, De iure & legitimis hominum controuerſijs loquimur. Orat. 207 b, Legitimæ & ciuiles controuerſiæ. pro Ar. 185 b, Legitima quæſtio. de Opt. 244 b, In theatro, qui locus eſt concionis legitimæ. de Cl. 171 b, Illa oratorum propria & quaſi legitima opera. de Fat. 140 b, Prima illa, quæ quotidiana, & quaſi legitima nobis de pace dicta ſunt. pro Milon. 106 b, Iter ſolenne, legitimum, neceſſarium eo die Miloni erat Lanuuium. I. V. 134 b, Dies is erat legitimus comitijs habendis. Epiſt. 98 b, In literis meis ad Cæſarem legitima quædam eſt acceſſio commendationis tuæ. I. V. 247 a, In iudicijs qui decem laudatores dare non poteſt, honeſtius eſt ei nullum dare, quàm illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non explere.

† Syntaxis. *Iuſtus & legitimus hoſtis. Illa dico legitima, quæ, &c. Ius ſcriptum, controuerſia, quæſtio, concio legitima. Proprium & legitimum opus. Iter ſolenne & legitimum. Dies comitijs habendis legitimus. Legitimum explere numerum.*

LEGO, as. *aliquem legatum vel oratorem mitto, aut deligo, vel decerno.* in Verr. 127 b, Centuripini Andronem legârunt ad Apronium. pro Seſt. 10 b, Iſti quos legatos tute tibi legaſti. Attic. 243 a, Dolabella me ſibi legauit. Epiſtol. 84 a, Cæſar Caſſium ſibi legauit. Attic. 63 a, Meſſius defendebatur à nobis, ſed de legatione reuocatus: nam eum Cæſari legârat Appius. * Attic. 205 b, Non ſolitos maiores noſtros legare in decem, qui eſſent imperatorum neceſſarij.

¶ *Teſtamento, vel codicillis aliquid, vel alicui relinquo.* pro Cecin. 287 a, Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Cæſenniæ. legat. Attic. 210 b, 220 a, Cluuium autem à Tito Hordeonio legare, & Terentiæ H-S. L I I I. vtilia, & ſepulcro multisq; rebus nihil à nobis. * Top. 222 a, Non ſi vxori vir legauit omne argentum. ibid. Cui *mulieri* vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit. ibid. Si paterfamiliâs vxori ancillarum vſumfructum legauit à filio, neque à ſecundo hærede legauit. pro Clu. 24 b, Itaque ei *vxori* teſtamento legat grandem pecuniam à filio, ſi qui natus eſſet: ab ſecundo hærede nihil legat.

LEGOR, aris. *mittor.* Attic. 55 a, Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus, vt, &c. & 155 b, Me legatum iri non arbitror. pro Pomp. 14 b, Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. Epiſt. 37 a, b, Nec eram tam deſipiens, vt priuatæ rei cauſa legari putarem, qui, &c.

LEGO, gis. *ἀναγινώσκω, recito, cognoſco, voluo, euoluo, verſo, voluto, peruoluto, volutor, verſor, lectionem ad aliquem librum adhibeo.)(.reijcio.* I. V. 258 b, Quam orationem nemo eſt in Sicilia quin habeat, quin legat. Epiſt. 95 a, Dummodo is tibi quiduis potius quàm orationes meas legerit. de Orat. 89 a, Plato, cuius tum Athenis diligentius legi cum Carneade Gorgiam. & 97 b, Eam rem, quam legas, verbis alijs quàm maximè fieri poſſit, lectis pronunciare. & ibid. Omnium bonarum artium ſcriptores & doctores legendi & peruolutandi. Attic. 186 b, Non aſſequor, vt ſcribam, quod æquo animo legas. de Cl. 181 b, Antimachus poëta conuocatis auditoribus legebat eis magnum illud volumen, &c. Top. 221 a, Eos libros per te ipſe legas. * pro C. Corn. 1, Legere codicem cum intercedatur.

¶ *Seligo, creo.* de Finib. 115 a, Introduci virtus nullo modo poteſt, niſi omnia quæ leget, quæque reijciet, vnam referantur ad ſummam. pro Cæl. 45 a, Hinc licet conditiones quotidie legas. I A. 197 b, Vt hos iudices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur reipub. dedecus. pro Mil. 105 b, Ex quibus cum optimos viros legeret, non potuit legere non ſtudioſos mei. Epiſt. 204 b, & pro Dom. 229 b, Legere aliquem in ſenatum. * pro Cluen. 43 b, Vt ſcribam iurati legerent eum.

¶ *Colligo.* de Orat. 133 b, Tanquam nudus nuces legeret. pro Lig. 182 a, Homini mortuo ne oſſa legito.

LEGOR, æris, Ep.82 a, Liber tuus & Lectus eſt, & legitur à me diligenter. Epiſt.91 b, Cùm qui aruſpicinam facerent, in ſenatu Romæ legerentur.

LEGVLEIVS, leij. *qui album tantùm & formulas quaſdam fori ſecutus, non oraor, ſed formularius, vt Quintilianus dicit: vel, vt Cic. tum leguleius, id eſt, faciliora eligens: tum præco actionum & cantor formularum euadebat.* de Orat. 105 b, Leguleius quidam cautus & acutus, præco actionũ, cantor formularũ.

LEGVMEN, nis. *quod legitur è terra, vt piſa cicera, faba.* de Nat. 57 b, Terra fœta frugibus & vario leguminum genere.

ΛΕΛΗΘΟΤΩΣ. L. OBSCVRE.

ΛΗΜΜΑΤΑ. L. SVMPTIO.

LEMNISCATVS, a, um. *inſignitus, nobilis.* pro S.R.35 a, Palma lemniſcata.

LEMNIVS, a. de Fin. 84 b, Quamobrem turpe putandum eſt non dico dolere, (nam id quidem interdum eſt neceſſe) ſed ſaxum illud Lemnium clamore Philoctetęo funeſtare

*Quod eiulatu, quæſtu, gemitu, fremitibus,*
*Reſonando multum flebiles voces refert.*

LEMNVS, *inſula.* ad Her. 41 a, Breuitas eſt res verbis tantummodò neceſſarijs expedita, hoc modo: Lemnum pręteriens cepit, &c. Att. 80. de N.24. Prætereo ea quæ Lemni nocturno aditu occulta colũtur ſilueſtribus ſæpibus denſa. de Fat. 147. Non dum enim morſu vlcerato Philocteta, quę cauſa in rerum natura continebatur, fore, vt is in Inſula Lemno relinqueretur. ibid. Relinquitur in Inſula Lemno Philoctetes.

LENA, næ. *conciliatrix.* de Nat.16 b, Non vides, quàm blanda conciliatrix, & quaſi ſui ſit lena natura?

LENIENDVS, a, um. de D. 108 b, Liber de ægritudine lenienda.

LENIO, lenis. *placo, mitigo, flecto.* pro Mar. 136 a, Qui non fortuna inflammaret odium ſuum, ſed bonitate leniret. Att. 90 a, Statium autem multa de iſtis rebus aſperius ſolere loqui, ſæpe ſum expertus: ſæpe etiam leniui iratum. hac autem peregrinatione noſtra, ſæpe accenſum ira vidi, ſæpe placatum. I. A. 182 b, Cæſar muneribus multitudinem imperitam lenierat. Att. 190 a, Me ſcriptio & literæ non leniunt, ſed obturbant. de N. 6, Incommoda ſapientes commodorum compenſatione leniunt. * de Fin. 58 b, Quia pacem animis afferat temperantia, & eos quaſi concordia quadam placet ac leniat. I. A. 213 b, Iam verò ipſe ſe placabit & leniet prouinciæ Galliæ.

¶ *Subleuo* Qu. fr. 326 a, Quorum tamen nihil eſt eiuſmodi, vt ego me multa conſolatione leniam.

¶ *Penſo.* Epiſt. 256 a, Omne deſiderium literis mittendis accipiendiſq; leniam. I. A. 159 a, Populus Romanus deſiderũ liberatoris ſui perpetuo plauſu & clamore leniuit.

LENIOR, ris. *penſor.* Epiſt. 61 b, Hominis importuniſſimi cõtumeliæ tuis erga me officijs leniuntur. * Epiſt. 70 a, Earum rerum commemoratione lenimur.

¶ *Minuor.* Qu. fr. 295 b, Perfice, vt lætitia prouinciæ deſiderium noſtrum leniatur.

† Syntaxis. *Me literæ non leniunt, ſed obturbant. Lenire conſolatione aliquem.*

LENIS, ne: ſſimus. *facilis, mitis, indulgens, clemens.* )( *acer, fortis, ſeuerus, aſper* Epiſt. 61, Sin aliquit impertiuit tibi ſui cõſilij, lenis à te & facilis exiſtimari debeo, qui nihil tecum de his ipſis rebus expoſtulem pro S.R. 44 b, Romani quondam in hoſtes leniſſimi & mitiſſimi. ad Brut. 91 b, Lenis in aliquem. Epiſt 71 a, Leniſſimis verbis vtens, te grauiter accuſas. Att. 100 a, Auſter leniſſimus & mitis. de Orat. 113 b, Tractu orationis leni & æquabili. *aliter, leui.* de Nat. 55 b, Vox lenis. )( *Vox aſpera.* de Or. 125 b, Oratio placida, ſummiſſa lenis. * de Orat. 113 b, Leniore quodem ſono eſt vſus, & qui illum impetum oratoris non habebat. I. V. 92 b, Homines & natura, & conſuetudine, & diſciplina, leniſſimi.

† Syntaxis. *Lenis & facilis. Lenis & mitis ciuis, auſter. Lenis & æquabilis orationis tractus.*

LENITAS, tis. *lenitudo, quaſi quædam mollicia.* )( *ſeueritas.* I. C. 105 b, Non eſt iam lenitati locus, ſeueritatem res ipſa flagitat. Par. 236 b, Lenitas eſt iuſtitia in moderatione animaduertendi. Part. 237 a, Lenitatem mollicia animi imitatur. Attic 73 b, Nunc lenitate dulces ſumus. de Orat. 89 b, Mentes ad lenitatem, miſericordiamq; reuocare. pro Syll. 270 a, Qua mollitia ſum animi ac lenitate. Epiſt. 202 b, Dare ſe ad lenitatem. pro R. 92 a, Libertas lenitate legum munita. pro Mur. 134 a, Qua in ſorte ſapiens prætor beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. de Or. 107 b, Neq; minus hæc tamen tua grauiſſimi ſermonis lenitas, quàm illa ſumma vis & contentio probatur. de Orat. 114 a, Genus orationis fuſum atque fractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens. Orat. 201 b, Lenitas & æquabilitas orationis, & purum quoddam & candidum genus dicendi. de Orat. 125 a, * Sed hæc adiuuant in oratore, lenitas vocis, & 145 a, Lenitatem Lælius habuit. pro Marc. 132 b, Hæc tua iuſtitia & lenitas animi floreſcet quotidie magis. Offic. 8 b, Lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. *Alij mitigatam legunt.* Attic. 234 b, Meam lenitatem & clementiam & ſibi eſſe gratam, & mihi voluptati magnæ fore.

† Syntaxis. *Lenitate dulcis homo. Ad lenitatem & miſericordiam reuocare iudices. Animi mollicia & lenitas. Dare ſe ad lenitatem. Oratio profluens æquabili lenitate.*

LENITER, lenius: ſſimè. *molliter, ſuauiter, quodammodo molli brachio.* )( *aſperè.* de Somn. 127 b, Hic leniter arridens Scipio, Quæſo, inquit, ne me ſomno excitetis. pro Cæl. 42 b, Oratio ſenſim ac leniter accendit animos. de Orat. 152 a, Agere verſum leniter & remiſsè. Off. 27 a, Preſsè & leniter loqui. de Clar. 179 a, Multa in illa oratione grauiter, multa leniter multa aſperè, dicta ſunt. )( *Aſpere dicere.* de Orat. 107 a, Tu qui multo dicis remiſſius & lenius quàm ſolebas. Ep. 61 a, Sedens ijs aſſenſi qui mihi leniſſimè ſentire videbantur.

LENITVDO, nis. *lenitas.* I. V. 231 b, Verebar ne illorum nimia lenitudine oppugnarer. Qu. fr. 27 b, Nam illud non ſolùm eſt grauitatis, ſed interdum etiam lenitudinis. *alij legunt, lentitudinis.* * Tuſcul 237 b, Hæc quæ ſunt minima, tamen bona dicantur neceſſe eſt, &c. & ea quæ Euriclea laudat, lenitudo orationis, mollitudo corporis.

† Syntaxis. *Leniter ſentire, arridere. Senſim ac leniter accendere animos. Remiſſè & leniter dicere.*

LENO, onis *miniſter libidinis, miniſter improbiſſimæ cupiditatis.* Poſtq. 206 b, Leno impuriſſimus. pro Q. R. 48 a, * Ballionem illum improbiſſimum & periuriſſimum lenonẽ cùm agit agit Chæream. in Verr. or. 4. 82 b, Sileatur de nocturnis eius bachationibus ac vigilijs: lenonum, perductorum nulla mentio fiat. In Anto. 171 b, Sequebatur rheda cum lenonibus, comites nequiſſimi.

*LENOCINANS, tis. Acad. Nullo prorſus commodo extrinſecus poſito, & quaſi lenocinante mercede.

LENOCINIVM, nij. pro Mur. 142 a, Vtrum Lenocinium, inquit, à Grege delicatæ iuuentutis petebas? an &c. Poſtq. 206 a, Qui egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. de Nat. 55 b, perſpicuum eſt enim, quo corporum lenocinia proceſſerint. pro Seſt. 26 b, Qui ſe vitiorum illecebris & cupiditatum lenocinijs dediderunt.

LENOCINOR, aris. I. V. 62 a, Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet, quàm poteſt.

LENTÈ, tiùs, *remiſſè.* de Orat. 125 b, Lentè ferre aliquid & 137 a, Lentè reſpondere alicui. Par. 117 a, Sed hæc obſcuriora videri poſſunt, cum ſine appoſitione exemplorum lentius diſputantur.

¶ *Diu.* Att. 21 a, Quem librum tibi ego non eſſem auſus mittere, niſi eum lentè & faſtidioſè probauiſſem.

LENTISCVS, ſci. de D. 83 a,

*Iam verò ſemper viridis ſemperq; grauata*
*Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu,*
*Ter fruges fundent tria tempora monſtrat arandi.*

LENTITVDO, nis. *tarditas.* Tuſc. 218 a, Stoici eam quam nos lenitatem dicimus, vitioſo lentitudinis nomine appellant. Qu. frat. 297 b, Nam illud non ſolùm eſt grauitatis ſed interdum etiam lentitudinis. *Alij lentitudinis legunt.*

LENTVLITAS, tis. Ep. 36 a, Vllam Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus exiſtimas, quàm ornamẽta virtutis?

LENTVLVS, a, um. *laxus.* Att. 165 a, An exiſtimas illum in iſto genere lentulum aut reſtrictum.

LENTVS, a, um *tardus, frigidus, remiſſus.* I. C. 109 a, Hos ego non tam milites acres, quàm inficiatores lentos eſſe arbitror. de Clar. 180 b, Lentus in dicendo, ac penè frigidus. * Hortenſ. Qui lentus dicere ſolebat. Incer. quod iudicis lenti & conſiderati eſt proprium.

¶ *Simplex.* de Orat. 134 b, Vir patiens ac lentus.

¶ *Productus.* Attic. 8 b, Teneri Syllani lentum negotium.

LEO, nis. Off. 9 a, Fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur. & de Fin. 133 b, * Sunt beſtiæ quædam, in quibus aliquid ineſt ſimile virtutis, vt in leonibus, vt in canibus, vt in equis: in quibus non corporum ſolum vt in ſuibus, ſed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos videmus. Tuſcul. 219 b, Herculem iratúmne cenſes conflixiſſe cũm Erimantthio apro, aut leone Nemæo? de Nat. 51 b, Iam illa cernimus, vt contra metum & vim ſuis ſe armis quæque defendat. Cornibus tauri, apri dentibus, morſu leones, aliæ fuga ſe, aliæ occultatione tutantur. Attic. 166 b, Tu Antonij leones pertimeſcas caue.

*LEOCORION. de Nat. 69 b, Leonaticum delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur.

LEON, ontis *nomen proprium.* Tuſc. 229 b.

LEONATICVM de Nat 69 b, Leonaticum delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur.

LEONTINI, *populi.* I.V. 141 a.

LEONTINVM, *vrbs.* I.V. 155 b.

LEONTINVS, a, um. I. A. 168 b, Leontinus campus & in Verrem ſæpe.

LEPIDE, *venuſtè, feſtiuè.* Orat. 210 b, Leg. LEXIS. & de Orator. 158 b.

LEPIDVS a, um. *venuſtus, feſtiuus.* in Cat. 109 a, Puer lepidus ac delicatus ad Heren. 31 a. * Quæ ſunt ampla & pulchra, diu placere poſſunt. quæ lepida & concinna, citò ſatietate afficiunt aurium ſenſum faſtidioſiſſimum.

LEPOR & LEPOS, óris. *venuſtas, iucunditas, feſtiuitas, hilaritas, humanitas, vrbanitas.* I. V. 265 a, Homo affluens omni lepóre ac venuſtate. Tuſc. 239 a, Specimen humanitatis, ſalis, ſuauitatis, lepóris de Or. 80 b, Accedat eodem oportet lepos quidã facetiæq; & eruditio libero digna. & Ep. 95 b, Multa erat in homine iucunditas & magnus in iocando lepos. I. V. 87 a, & de Orat. 117 b, Alter lepórem quendam & ſalem eſt conſecutus de Cl. 177 b, Erat cum grauitate iunctus facetiarum & vrbanitatis oratorius, non ſcurilis lepos. Orat. 205 b, Genus dicendi, in quo omnes verborum, omnes ſententiarum illigantur lepóres. pro Flac. 158 a, Sermonis lepor * ad Heren. 31 a, Quod eſt in his lepos & feſtiuitas, non dignitas neque pulchritudo. & 32 a, Habet in ſe quendam lepòrem ſuperioris cuiuſque crebra repetitio verbi de Orat. 98 a, Libandus eſt etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio Epiſt. 134 b, Vt nullum veteris lepôris veſtigium appareat. ibid. Ad hos lepôres cùm amor erga me tantus accedat.

†Syntaxis. *Lepor & venuſtas. Magnus in Iocando lepos. Lepórem & ſalem conſequi. Facetiarum & vrbanitatis lepos. Lepos & feſtiuitas orationis.*

LEPREON, *oppidum.* Attic. 90.

LEPTIS, ptis. I.V. 267.

LEPVS, poris. * de N. 48 b Poſt lepus ſubſequitur. in Arat.

*Hunc propter ſubterq; pedes, quos diximus antè,*
*Oriona iacet leuipes lepus: hic fugit, ictus*
*Horrificos metuens roſtri tremebundus acuti.*
*(Nam canis infeſto ſequitur veſtigia curſu,*
*Præcipitantem agitans) Oriens iam denique paulum,*
*Curriculum nunquam defeſſo corpore ſedans.*

LEPVSCVLVS *animal.* de N. 18 b, Nec vnquam egreſſus ex inſula, in qua lepuſculos vulpeculasq; ſępe vidiſſes. * I. V. 219 b, Si minus eiuſmodi quippiam venari poterant: illa quidem certè pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula.

LERNA, æ. *palus Argiua, in qua hydra excetráue fuit.* Tuſc. 179 b, Hæc dextra lernam tetram mactata excetra placauit.

LESBIACVS a, um. *à Lesbo inſula.* Tuſc. 164 b.

LESBOS, *inſula.* Attic. 143.

LESSVS, ſsi vel LESSVM, ſsi, *quid ſit, hiſce verbis declarat Cicero.* de L. 18 a, Mulieres genas ne radundo, néue leſſum funeris ergo habēto. Hoc veteres interpretes, Sex. Aelius, L. Acilius non ſatis intelligere ſe dixerunt, ſed ſuſpicari, veſtimenti, alquod genus funebris: Lælius leſſum, quaſi lugubrem eiulationem, vt vox ipſa ſignificat: quod eo magis iudico verum eſſe, quia lex Solonis id ipſum vetat. * Tuſcul. 187 a Eiulatus ne mulieri quidem conceſſus eſt. Et hic nimirum eſt fletus, quem XII. tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt.

*LETINVS, a, um I.V. 170 a.

LETVM, ti. *mors.* At. 164 b, Vide, quam turpi leto pereamus. de D 92 a, Eodem ſibi leto, quo iſte interijſſet, eſſe pereundum. de Leg. 174 a, Hos leto dato diuos habento.

LEVAMEN, nis. *leuamentum* Attic. 196 a, Quod ſi eſſet aliquod leuamen, id eſſet in te vno.

LEVAMENTVM, ti *alleuamentum, leuamen.* Att. 201 a, Illam rem fore mihi leuamento. de Fin. 137 b, Leuamentum miſeriarum *videmus.*

LEVANDVS, a, um. *minuendus.* Epiſt 47 b, Hæc tibi ad leuãdas moleſtias magna eſſe debent. I. C. 108 b, Nunquam ego hoc optabo inuidiæ meæ leuandæ cauſa. & 120 b, Ne quis huius ſupplicio leuando ſe iactare poſſit. de Am. 110 b, Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ. de Amic. 109 b, Nonnulli etiam contemnendos ſe arbitrabantur, qui hac opinione non modò verbis, ſed etiam opere leuandi ſunt. de Orat. 110 b, Aues leuandi laboris ſui cauſa paſſim volitare. * Att. 90 b, His ego duobus generibus *ciuitatum* facultatem ad ſe ære alieno liberandas aut leuandas dedi.

LEVASSO de Senect. 77 a,

----*Si quid ego adiuto curámue leuaſſo.* Ennij.

LEVATIO, nis. *eleuatio, leuamen, leuamentum.* Attic. 200 b, Si me leuari vis, hæc eſt ſumma leuatio, vel, ſi verum ſcire vis, vna. Epiſt. 82 a, Quin magnæ tibi leuationi ſit ſolitus eſſe Quotidianus congreſſus & ſermo. Tuſc. 174 b, Quæ leuationem habeant ægritudinum de Nat. 3 b, Reperire leuationem malis. Attic. 196 a, Nec tamen in Bruto leuationem vllam expecto. de Fin. 121 a, Veſtri leuationem vitiorum fieri negant. * Tuſc. 197 b, Leuationem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione à cogitãda moleſtia, reuocatione ad contemplandas voluptates.

† Syntaxis. *Eruditio paupertatis leuationem habet. Id mihi eſt magnæ leuationis.*

*LEVATVS, a, um. Att. 90 b, Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ multæ valde leuatæ ſunt.

LEVCADIA, diæ. *tragœdia.* Tuſc. 225 a.

LEVCAS, dis. *mons, ſeu promontorium.* Tuſc. 218 b, Qui modum igitur vitio quærit, ſimiliter facit, vt ſi poſſe putet eũ, qui ſe è Laucade præcipitauerit, ſuſtinere ſe, cum velit.

LEVCATE, tes, *locus.* Att. 27.

LEVCOPETRA, trę. Att. 255 a, Leucopetra Tarentinorum. in Ant. 154 a, Leucopetra, quod eſt promontorium agri Rhegyni.

LEVCOTHEA, theę. de N. 67 a, Leucothea, quæ fuit Ino, & eius Palæmon filius. Tuſc. 154 a, Leucothea Græcè Latinè Matuta.

LEVCTRA, orum. *vrbs.* Tuſc. 172 b, Priuſq; Bœotia Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria & Offic. 13 a.

LEVCTRICVS, a, um. Tuſc. 172 b, Pugna Leuctrica.

LEVICVLVS, a, um. ὑποκορισικὸν à leui. Tuſc. 248 a, Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes.

LEVIDENSA, ſæ. *veſtis genus, raro contextu, craſſo (vt Cicero ipſe dicit) filo. Sunt qui Leuidenſe epitheton eſſe muneris dicant, vt ſit munuſculum leuidenſe, hoc eſt tenue & leue: ſed prior lectio doctis magis probatur.* Epiſt. 132 a, Sed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui, leuidenſe craſſo filo, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.

*LEVIDENSIS, ſe. vide LEVIDENSA.

LEVIPES, dis. in Arat. Leuipes lepus.

LEVIS, ue. *cuius partes vbique ſunt æquabiles, politus.)(. aſper, ſcaber.* de N. 14 b, Democriti corpuſcula quędam leuia, alia aſpera, rotunda alia, &c. Part. 233 a, Loci plani an mõtuoſi, leues an aſperi. de Vniu. 198 b, Deus mundum leuẽ fecit, & vndiq; æquabilem.

¶ *Non grauis, expeditus.* de Diu. 113 b, Leuis armatura.

¶ *Parui momenti, vanus, tenuis.* pro S R. 37 a, Hoc minimè videtur graue ijs, qui minimè ipſi leues ſunt. pro Quint. R. 45 b, Quod apud omnes leue & infirmum eſt, id apud iudicem graue & ſanctum eſſe ducetur? pro Plan. 272 b, Alia quędam inania & leuia conquiris. Tuſc. 169 a, Quod enim leuius huic leuitati nomen imponemus? contra Rull. 75 a, Autoritas tenuis, perſona leuis. * Tuſc. 156 b, Quod à grauioribus leuiora natura repellantur.

LEVITAS, tis. *politura, vt Plinius ait )(. aſperitas.* de Ora. 152 a, In ipſo tactu eſt modus & mollitudinis & leuitatis. de Vniu. 198 a, Omni autem totam figuram mundi leuitate circundedit. & 203 b, * Cùm ſpeculorum leuitas hinc illincq; altitudinem aſſumpſit.

¶ *Qualitas, contraria grauitati, ſiue propriè, ſiue translatè.* de N. 40 a, Hæc plena ſunt futilitatis ſummęq́, leuitatis. I. A. 211 a, Quid eſt inconſtantia, mobilitate, leuitate turpius? pro Fl. 151 a, Homines leuitate Græci, crudelitate barbari. de D 108 a, Leuitate, vanitate, malitia excluſa diuinationem probo. de Nat. 34 a, Cuius opinionis leuitas confutata eſt. Off. 34 b, Vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderatè ferrè, leuitatis eſt. de Fin. 61 b, Amatorijs leuitatibus dediti. * Tuſc. 169 a, Quod leuius huic leuitati nomen imponemus? Qu. fr. 298 a, Si implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles: ſumma leuitas. Quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda eſt.

† Syntaxis. *Leue cœlum, & æquabile. Id apud me leue & infirmum eſt, vel, inane, ac leue. Futilitatis & leuitatis plena ſunt omnia, præter pietatem. Inconſtantia, mobilitas, leuitas. Amatoria leuitates.*

LEVITER, uiùs, ſsimé. *quodammodo, molli bracchio, tenuiter, leniter, molliter.* Att. 22 b, Off. 17 a, Medici leuiter ægrotantes leuiter curant. Att. 111 a, Cùm leuiter lippirem, has literas dedi. de N. 55 a, Genæ oculis ſubiectę leuiterq; eminentes. pro S. R. 32 a, Non omnia dicam, & leuiter vnumquodq; tangam. de Diu. 87 a, Bacillum incuruum & leuiter à ſummo inflexum. Orat. 198 b, Alij florentes & leuiter ornati de Or. 145 a, & pro Mur. 138 b, Homo leuiter eruditus. de In. 81 a, Quacunq; in re quamuis leuiter probabili. de Inu. 81 b, Leuiter ſaucius. Att. 7 b, Leuiter diſſidere inter ſe. pro Cæl. 49 a, Leuiter ferre aliquid. de Pro. 79 a, Leuiſſimè feram. de Aruſp. 255 a, & Epiſt. 47 b, Id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam. pro Syll. 172 b, Leuiter dicere aliquid. *id eſt, quaſi ſummiſſa voce.* pro Seſt. 28 a,

Patria, quam (vti leuiſſimè dicam) certè texeram in Cat. 114 b, Tamen vt leuiſſimè dicam, dimicandum nobis fuiſſet. pro Murẹn. 145 a, Is nemini, vt leuiſſimè dicam, odio fuit. Epiſt. 41 a, Cùm tu omnibus ornamentis redundares, illi (vt leuiſſimè dicam) multa deeſſent.

† Syntaxis *Leuiter vnumquodque tangam: id eſt, tractabo, indicabo. Leuiter ornatus, eruditus, ſaucius, dicere, ferre. Vt leuiſſimè dicam, ſæpius Cic. vſurpat.*

LEVO, as. *alleuo, releuo, ſubleuo, minuo, lenio, leuationem facio vel affero, laborem detrahi, leuationi ſum* )( *affligo, vrgeo.* Attic. 16 a, Tu qui ſæpiſſimè curam & angorem animi mei ſermone & conſilio leuaſti tuo. Att. 175 a, Nonnihil me leuant literę tuę. & 139 b, Epiſtola tua me ægritudine leuauit. Att. 59 a, Epiſtola tua ſolicitum me de Quinto valde leuauit. de Orat. 133 b, Leuare aliquem ignominia. pro Cor. 63 a, Gaditani populum Romanum in caritate annonæ frumento ſuppeditato leuârunt. pro Mil. 115 a, Leuare annonam. I. V. 170 b, Leuare atque ab ſe amouere aliquam ſuſpicionem. Epiſt. 37 b, & 44 b, Vt leuarem miſerijs perditas ciuitates. Orat. 206 b, Quem laborem nobis leuauit Attici noſtri labor. Attic. 203 a, Vt me leuârat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. pro S. R. 19 b, Leuare calamitatem innocentium. Qu. fr. 328 a, Illum neque vrſi, neq; leuaui. * I. V. 179 a, Leuo me infamia. Frag. ep. Me leuas cura. Epiſt. 259 b, Quę *literæ* me moleſtia valde leuârunt, vtinam omnino liberaſſent.

¶ *Polio, orno.* in Clod. Qui leuare vvltum, mollire vocem potes.

LEVOR, aris. de N. 61 b, Perſpicuitas argumentatione leuatur. Acad. 18 a, Autoritas leuatur inconſtantia. de Inu. 72 b, Criminatio leuabitur. de Sen. 84 a, Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. I. V. 238 a, Hæc facta ſunt, vt homines nobiles ſupplicio aut exilio leuarentur. pro Qu. 9 b, Rei atrocitas neceſſitudinis nomine leuatur. Attic. 76 b, Leuantur tamen miſeræ ciuitates, quòd nullus fit ſumptus in nos, neque in legatos noſtros. Poſtquam. 209 b, Attic. 193 b, Nam mihi, vt omnia contingant quæ volo, leuari non poſſum. & 282 a, Quem cum à me dimittens grauiter ferrem, hoc leuabor vno, quòd, &c. I. A. 223 a, Cuius luctus nullo ſolatio leuari poteſt. * Incer. Eorum morbus eodẽ tempore ingraueſceret, eodem leuarentur.

† Syntaxis. *Leuare moleſtias, dolores, ſuam inuidiam, amicitiam, remiſſione vſus. Opinione leuandus ille. Literæ tuæ me leuãt. Leuare ægritudine aliquem. Leuare annonam. Inconſtantia leuatur autoritas: id eſt, minuitur. Animi ſe exercendo leuantur. Leuari non poſſum: id eſt, conſolationem admittere.*

LEX, gis. *iuris & æqui regula* de Leg. 159 b, Lex eſt ratio inſita in natura, quæ iubet ea quę facienda ſunt, prohibetq; contraria. I. A. 236 b, Lex eſt recta, & à numine deorum tracta ratio, imperans, honeſta, prohibens contraria de L. 164 a, Lex eſt recta ratio imperandi atq; prohibendi. de Leg. 162 a, Lex eſt recta ratio in iubendo & vetando de L. 172 a Lex eſt iuſtorum iniuſtorumq; diſtinctio, ad illam antiquiſſimam & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, & defendunt ac tuentur bonos. pro Mil. 103 a, & Orat. 212 b, Eſt enim hæc iudices non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus legimus: verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. de L. 159 b, Lex eſt naturæ vis, mens & ratio prudentis, iuris atq; iniuriæ regula. de Leg. 159 b, Lex quæ ſcripto ſancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus appellat. de Leg. 107 b, Lex eſt æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regit, imperandi, prohibendiq; ſapientia. de Leg. 171 a, Lex vera atque princeps, apta ad iubendum & ad vetandum ratio eſt ſummi Iouis. de Legib. 171 a, Lex illa, quàm dij humano generi dederunt, eſt ratio mensq; ſapientis ad iubendum, & ad vetandum idonea. & ibidem: Lex popularis. de Finib. 108 a, Deus, cuius ad naturam apta ratio, vera illa & ſumma lex à philoſophis dicitur. de Legib. 171 b, Illa diuina mens, ſumma lex eſt: eadem cum in homine eſt perfecta, eſt in mente ſapientis. de Leg. 184 b, Cùm legem dico, nihil aliud intelligi volo, quàm imperium: ſine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. & ibidem: Omnia iuſſis ſupremæ legis obtemperant. Offic. 41 b, Leges cum omnibus ſemper vna atque eadem voce loquuntur. de Legib. 177 b, Verè dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum de Orat. 106 b, Legibus & prẹmia propoſita ſunt virtutibus & ſupplicia vitijs. de Nat. 9 a, Lex naturalis recta imparans, prohibensque contraria. Offic. 56 a, Hoc exigit naturæ ratio, quæ eſt lex diuina & humana. & 57 a, Vna continemur omnes & eadem lege naturę. & 59 a, Lex naturæ quæ vtilitatem hominum conſeruat & continet. Tuſc. 154 b, Conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt. de Leg. 185 b, Salus populi ſuprema lex eſto. I. A. 237 a, Natura, naturæ ratio, lex naturę, lex naturalis, lex ſcripta. de Inuen. 80 b, Omnis lex aut iubet aliquid, aut permittit, aut vetat, aut de genere omni, aut de parte quadam communiter in plures res, aut in aliquam certam rem ſcripta eſt. & ibidem: Leges duas vel plures quandoque conſeruari non poſſe, quia diſcrepent inter ſe: hinc ἀντινομία. de Legib. 164 a, Stultiſſimum eſt, exiſtimare omnia iuſta eſſe, quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis aut legibus. pro Cluen. 48 a, Indignum eſt in ea ciuitate quæ legibus teneatur, diſcedi à legibus. hoc enim vinculum eſt huius dignitatis, qua fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis. Poſtq. 206 b, Legẽ Trib. pleb. tulit, ne auſpicijs obtemperaretur, ne obnunciare concilio, aut comitijs, ne lege intercedere liceret, vt lex Aelia & Fuſia ne valerent. I. A. 147 a, Ego leges pernicioſas rogaui. I. C. 103 a, Leges quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. de Leg. 171 b, Condere leges, ſancire ſcita. & ibidem: Deſcribere iuſſa populis, componere & ſancire leges. pro Planc. 268 a, Leges quas ſenatus de ambitu ſanciuit pro Dom. 227 a, De me retuliſti, legem promulgaſti, tuliſti. Epiſt. 203 b, Promulgare legem de aliqua re. in Ant 228 a, De quibus confirmandis & faciendis legem comitijs centuriatis ex autoritate noſtra laturus eſt. pro Dom. 222 b, Hanc legem Clodius ſcripſit. & pro Flac. 171 b, pro Planc. 266 b, Sciſcere legem de aliqua re. pro Corn 62 b, & 59 a, Populus Romanus legem iuſſit de ciuitate tribuenda. de Diu. 118 a, Aera legum de cœlo tacta. in Cat. 115 a, Cùm & legum æta fulminis tactu liquefacta ſunt. in Ant. 189 b, Antonius falſas leges in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauit. Att. 227 a, Antonius fixit legem à dictatore comitijs latam. pro Mil. 118 b, Incidebantur iam domi leges, quæ nos noſtris ſeruis addicerent in Ant. 156, Quæ ille in æs incidit, in quo populi iuſſa perpetuasq; leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur. & ibidem b, Ea lege omnes iudiciariæ leges Cæſaris diſſoluuntur. pro Mil 103 a, Silent leges inter arma, nec ſe expectari iubent. de Leg. 174 a, Optimę reipublicę leges dare conſentaneas. & 177 a, Omnibus populis leges damus. & 167 b, Dare legem viuendi, & diſciplinam populis. Off. 74 a Accipere legem, vel rogationem. accepta lex eſt, & rogatione accepta. de Amic. 114 a, Itaque lex populi ſuffragijs populi repudiata eſt. in Anton. 165 b, Hanc legem populus Romanus non accepit. ibid. 206 a, Per vim & contra auſpicia imponere leges reipublicę. & 206 b, Conditiones ferre, leges imponere ſenatui. & 212 a, Antonius leges ciuitati per vim impoſuit Acad. 7 b, Imponere grauem legem alicui. Quint. frat. 304 a, Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. I. A. 195 b, Legem antè factam vidimus, quàm futuram quiſquam eſt ſuſpicatus. I. P. 86 a, Hanc legem non dicam animi hominum, ſed fasti vlli ferre poſſunt? I. P. 85 b, Lex iniuſta per ſeruos, inciſa per vim, impoſita per latrocinium pro Seſt. 15 b, Mitto eam legem, quæ omnes leges, quæ ſunt, de iure & de tempore legum rogandarum, vna rogatione deleuit. pro Seſt. 15 b, Vt rogata lege legem ferret prouinciæ commutandæ. pr Seſt. 11 a, Is in legem per vim latam iurare noluit. pro Seſt. 17 a. Quaſi ille non in alteras quoq; leges quas iniuſtè rogatas putaret, iam antèiurârit & 6 a, Clodius conſtrictus legum ſacrarum cathenis. Offic. 59 a, Perrumpere leges. I. C. 101 a, Deuincere & perfringere leges. contra Rull. 76 b, Nulla res parta bello, nondum legibus datis venire debet. & 78 a, Legum datio. pro Cecin. 299 a, Ciuili ac publica lege ius teneri. de Clar. 189 b, Is bene iuris publici leges & inſtituta cognouerat. de Orator. 88 a, Carbo ignarus legum, rudis in iure ciuili. de Orator. 107 b, Imponere nimis duras leges alicui. contra Rullum 76 a, In poſterum hæc lex imperatoribus veſtris conſtituetur. Attic. 216 a, Nam iſta lex perferretur. Quinti. frat. 327 b, Perferre legem per vim. de Clar. 172 b, M. Cato legem ſuadens, in Galbam multa dixit. Attic. 276 b, Nec quo minus id poſteà liceret, vlla lex ſanxit. de Orator. 99 a, Agere lege in hæreditatem paternam. pro Dom. 218 a, An licuit tibi de pernicie ciuis indemnati ferre non legem, ſed nefarium priuilegium? Offic. 41 a, Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. pro Muræn. 135 a, Legem de ambitu ita tuli, vt eam quam mihimetipſi iam pridem tulerim de ciuium periculis defendendis, non abrogarẽ. 144 a, Alteri noſtri imperij præſidio diſciplinã ſuam, legesque conſeruant. * I. V. 228 b, Leges cum vi conferre. de Leg. 176 b, Leges non iure rogatas tollere, vt Titiam (*ſic enim legendum eſt pro vt etiam*) decreto collegij, vt Liuias

conſilio Philippi conſulis & auguris. pro L. Varen. in legem de ſicarijs commiſit. con. C. Anton. Conans legem impedire. ibid. Sed ego ea lege contentus ſum, qua duos conſules deſignatos vno tempore damnari vidimus. ibid. Leges quæſtiones, iudicia violauit de perſcrip. lib. Ita legibus Syllæ cōtinetur ſtatus ciuitatis, vt his ſolutis ſtare ipſa non poſſit. pro C. Corn. 1, Legem de libertinorum ſuffragijs Cornelius cum Manilio dedit. Quid eſt hoc? dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus eſt? nam tuliſſe ridiculum eſt. Quaſi legem aliquam aut ad ſcribendum difficilem, aut ad excogitandum reconditam: quæ lex paucis his annis non modò ſcripta, ſed etiam lata eſſet. ibid. Cùm is tribunus plebis duas leges tuliſſet in eo magiſtratu, vnā perniciosam, alteram egregiam. ibid. C. Cottam de legibus abrogandis, ipſum ad Senatum retuliſſe. Poſſum dicere & M. Cottæ legem de iudicijs priuatis anno poſtquam lata ſit à fratre eius abrogatam. Legem Liciniam & Muciam de ciuibus regendis video conſtare inter omnes, quam duo Coſs tuliſſent, non modò inutilem, ſed perniciosam Reipub. fuiſſe. ibid. Quatuor omnino genera ſunt, in quibus per Senatum more maiorum ſtatuatur aliquid de legibus. Vnum eſt eiuſmodi, placere legem abrogari. ibid. Quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarentur. Alterum, quæ lex lata eſſe dicatur, ea non videri populum teneri. Tertium eſt de legum derogationibus: quo de genere perſæpe S. C. fiunt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia, cui derogaretur. pro C. Cornel. 1, Eſt vtique ius vetandi, cum ea lex feratur, quandiu non perfertur. ibid. De corrigenda lege retulerunt. ibid. Niſi hæc ipſa lex obſtitiſſet. ibid. Legem hanc Cornelij flagitabat, illam, quæ ex S.C. ferebatur, repudiabat. ibid. Leges ſacratas ipſi ſibi reſtituerent ibid. Caſſia lege ſuffragiorum ius poteſtasq; conualuit altera Caſſia populi iudicia firmauit ibid. Cùm legem non modò accepit, ſed etiam efflagitauit. ibid. Cauſam lege Varia de maieſtate dico. de Conſolat. Quorum ingenijs & inuentis omnē vitam legibus & inſtitutis excultam conſtitutamq; habemus. Incer. Lex Dei præclara & diuina ſemper, quæ recta & honeſta iubet, vetat praua & turpia: cui parentem ſanctiſſimæ & certiſſimæ legi, iuſtè ac legitimè neceſſe eſt viuere. Incer. De accuſatore lege quinta dicta. ad Her. 2 a, A' lege, &c. principium capere oportebit de Orat. 92 a, De ſcribendis legibus, &c. litera in eorum libris nulla inueniretur. pro Cluen. 48 b, Mens & animus & conſilium & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus. Vt corpora noſtra ſine mente: ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus & neruis ac ſanguine & membris vti non non poteſt. Legum miniſtri magiſtratus: legum interpretes iudices: legum denique idcirco omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus. ibid. Opinor hæc omnia lege fieri, totumq; hoc iudicium quaſi mente quadam regi legis & adminiſtrari. ibid. Omnia legum imperio & præſcripto fieri videbitis. ibid. Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri. ibid. Iubet lex ea, qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, iudicem, &c. quærere de veneno. pro Clu. 49 a, Quid eadem lex ſtatim adiungit? ibid. Ipſa lex docet. Vbi enim omnes mortales alligat, ita loquitur. ibid. Si item de coitione voluiſſet, adiunxiſſet Quiue coierit. ibid. Qui tamen defendi cauſam ſuam lege nolit. Itaq; abijcio legem. ibid. Se re ipſa & geſto negotio, non lege, defendi. pro Clu. 49 b, Quæ de lege ab Actio dicta ſunt. ibid. Neq; ego legem recito. ibid. Iiſdem legibus omnes teneri. ibid. Vt commutatis eis opus ſit legibus, non vtijs, quæ ſunt, non pareamus. ibid. Eò ſe putaret durioribus legum conditionibus vti non oportere? ibid. Laquei legū ibid. Vt omittam leges alias omnes, quibus nos tenemur. ibid. Hanc ipſam legem ne quis iudicio circumueniretur, C. Gracchus tulit. Eam legem pro plebe, non in plebem, tulit. ibid. Cùm eius rei quæſtionem hac ipſa lege conſtitueret, qua vos hoc tempore iudicatis. pro Clu. 50 a, Vt equeſter ordo in huiuſce legis periculum includatur. & b, Ea ne lege accuſarentur, qua nunc Habitus accuſatur: quę tunc erat Sempronia, nunc eſt Cornelia. Intelligebant enim ea lege equeſtrem ordinem non teneri, ſed ne noua lege alligarentur laborabant. ibid. Ea lege rationem vitæ ſuæ redderet, qua non teneretur. ibid. Quoniam omnia commoda noſtra, iura, libertatem, ſalutem denique, legibus obtinemus: à legibus non recedamus. pro Clu. 51 a, Populum Ro. aliud nunc agere, &c. ne lege ea, quam nunquam ipſe iuſſerit, per paucos iudices aſtringatur. ibid. Omnes ciues legib. teneri omnibus. ibi. A' Cluentius eques Ro. cauſam dicit ea lege. qua lege Senatores & hi, q. magiſtratum habuerunt, ſoli tenentur. ibid. In arce legis prę ſidia cōſtituo defenſionis meæ. ibid. In lege, quam attingere noluerit, præſidij nihil fuiſſe. ibid. Cùm eam legem, quæ in noſtrum ordinem ſcripta ſit, in populum Ro. trāſferre conentur. Qua in lege eſt. Qui coierit. pro Clu. 51 b,



Si cui fortè hac lege negotium faceſſetur, qui lege non teneatur ibid. Me eius cauſam legis præſidio defenſurum. ibid. Omni me defenſione vſurum eſſe legis. ibid. Quid lex & religio cogat cogitare: animaduertere qua lege reus citetur. ibid. Habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem. pro Clu. 52 a, Iudicem quod ei videatur ſtatuere, & nō deuinctum legibus eſſe oportere. pro Seſt. 15 b, Legum multitudinem cum earum, quæ latæ ſunt, tum verò quæ promulgatæ fuerūt, dicam? Nam latæ quidem ſunt Conſulibus illis tacentibus. ibid. Lege tribunitia Matris Magnæ Peſſinuntius ille ſacerdos expulſus, & ſpoliatus ſacerdotio eſt: fanumq; ſanctiſſimarum atque antiquiſſimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro: appellati reges à populo: reducti exules. pro Cornel. 58 b, Naſcitur iudices cauſa Cornelij ex ea lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius ex Senatus ſententia tulerunt. Qua lege videmus ſatis eſſe ſanctum, vti, &c. ibid. Si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo reſediſſet: vt tum lege eadem is populus teneretur ibid. Tulit apud maiores noſtros legem C. Furius de teſtamento: tulit Q. Voconius de mulierum hęreditatibus: innumerabiles aliæ leges de ciuili iure ſunt latę, quas Latini voluerunt, adſciuerunt: ipſa deniq; Iulia, qua lege ciuitas eſt ſocijs & Latinis data. pro Marc. 134 b, Omnia, quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus vincienda ſunt I. A. 212 a, Exules ſine lege reſtituit *in conſulatu*. ibid. Quarum *tribuum* ſua lege, qua cum C. Cæſare magiſtratum ſortitus eſt, ſuffragium ſuſtulit. I. A. 236 b, Nec enim nunc primum aut Brutus aut Caſſius ſalutem libertatemq; patriæ, legem ſanctiſſimam & morem optimum iudicauit. ibid. Vt prohiberet Syria Dolabellam? Qua lege? quo iure? Eo quod Iupiter ipſe ſanxit. I. A. 237 a, Huic legi paruit Caſſius, cùm eſt in Syriam profectus, alienam prouinciam, ſi homines legibus ſcriptis vterentur: his verò oppreſſis, ſuam lege naturę. de Leg. 159 b, Conſiderandę leges, quibus ciuitates regi debeant. ibid. Doctiſſimis viris proficiſci placuit à lege. ibid. Eam rem *legem* illi Græco putant nomine à ſuo cuique tribuendo appellatam: ego noſtro à legendo. Nam vt illi æquitatis: ſic nos delectus vim in lege ponimus. Et proprium tamen vtrunque legis eſt ibid. A' lege ducendum eſt iuris exordium. ibid. Populariter interdum loqui neceſſe erit, & appellare eam legem, quæ ſcripto ſancit quod vult, aut iubendo aut vetando, vt vulgus appellat. Conſtituendi verò iuris ab illa ſumma lege capiamus exordium: quę ſæculis omnibus antè nata eſt, quàm ſcripta lex vlla. de Leg. 164 a, Omnia iuſta eſſe quę ſcita ſint in populorum inſtitutis aut legibus. Etiámne ſi quæ ſint tyrannorum leges? Si triginta illi Athenis legem imponere voluiſſent, aut ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus: num iccirco hę leges iuſtæ haberentur? de Leg. 164 b, Quod *ius* lex conſtituit vna. ibid. Quod ſi iuſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus inſtitutisque populorum. ibid. Cur cum ius ex iniuria lex facere poſſit: bonū eadem facere poſſit ex malo? Atqui nos legē bonā à mala nulla alia niſi naturæ norma diuidere doſſumus. de Leg. 173 a, Sed iam exprome iſtas leges de religione ibid. Legum leges voce proponam. ibid. Leges à me edentur non perfectæ, ſed ipſæ ſummę rerum ac ſententiæ. de Leg. 184 a, Laudemus prius legem ipſam veris & proprijs generis ſui laudibus. Sanè quidem, ſicut de religionum lege feciſti. ibid. Coniuncta cum legibus. Vt enim magiſtratibus leges: ita populo præſens magiſtratus. Epiſt. 143 a, Ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnà non modò non contra legem, ſi vlla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem, & quidem aliquantò. Attic. 120 a, Ille legibus per vim & contra auſpicia ferendis autor. Qu. fr. 314 b, Non impediri ſe lege Puppia, quo minus habeat Senatum. Heren. 4 b, Cùm res ſine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab alijs legibus ſimilitudinem quandam aucupatur. pro Syll. 179 b, Lex dies fuit propoſita paucos, ferri cœpta, nunquam poſita eſt in Senatu: populum Romanum latuit. ibid. Agrariæ legi, quæ tota à me reprehenſa & abiecta eſt, interceſſorem fore perpeſſus eſt. I. V. 163 b, Quorum renunciatio legibus illorum, literis publicis mandata eſt. I. A. 252 a, In eam vrbem redijt armis, à (*al.* è) qua exceſſerat legibus.

¶ *Inſtitutum, præceptum, regula, mos.* Quint. frat. 291 b, Aliquem negligere eas leges, quibus eſt aſtrictus. pro Marc. 138 a, Iniquam legem & miſeram conditionem inſtitui periculis hominum. pro Luræ 126 b, Illos lex magis quædam accuſatoria, quàm vera maledicendi facultas de vita L. Murænæ aliquid dicere coegit. de Amic. 103 b, Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. de Legib. 156 b, Alias in hiſtoria leges obſeruandas eſſe, alias in poëmate. Orat. 216 b,

216 b, In verſibus certa quædam & definita lex eſt, quam
ſequi oportet. de Orat. 160 b, Hanc ad legem dirigenda &
formanda oratio eſt. Att. 92 a, Pontinus enim ex pacto &
conuentu (nam ea lege exierat) iam à me diſceſſerat.
¶ *Conditio.* Epiſt. 7 b, Homines ea lege natos eſſe, vt omni-
bus talis fortunæ propoſita ſit vita noſtra.
¶ *Hic habes Romanarum legum copiam.* Quint. frat. 296 b, Poſ-
ſunt in pactionibus faciendis non legem ſpectare cenſo-
riam, ſed potius commoditatem conficiendi negotij, &
liberationem moleſtiæ. Quint frat. 309 a, Lex quæ de ijs
ferretur, vt qui non diſceſſiſſent, ea pœna quæ eſt de vi, te-
nerentur. pro Flac. 148 b, Lege hac recenti & noua certus
eſt inqniſitioni comitum numerus conſtitutus. in Verr.
75 a, Lex Acilia de pecunijs repetundis. in Anton. 156 b,
Lex Aurelia, quam M. Aurelius Cotta prætor tulit, vt ſe-
natores, equites, tribuni ærarij ſimul iudicarent. *Lege A-
ſconium Pædianum.* pro Mur. 141 a, Lex Fabia quæ eſt de
numero ſectatorum. & pro Rab. 92 a, De ſeruis alienis
contra legem Fabiam retentis. pro Cluen. 49 b, Gracchus
tulit legem, ne quis iudicio circumueniretur. 50 b, Ante
Gracchum Sempronia dicebatur. contra Rull. 70 b, Lici-
nia & Ebutia lex, ne qui fert de aliqua curatione ac pote-
ſtate, ei aut ſuis propinquis ea poteſtas curatióue man-
detur. & 88 a, L. Flaccus interrex de Sylla legem tulit, vt
omnia quæcunque ille feciſſet, eſſent rata & ibidem. Va-
leria lege & Cornelijs legibus eripitur, cùm datur. de Fi-
nib. 79 a, Lex Voconia: Aderant multi ampliſſimi viri,
quorum nemo cenſuit, plus filiæ dandum, quàm poſſet
ad eam lege Voconia peruenire. de ſenect. 80 a, Lex Por-
tia. pro Rab. 92 a, De ciuibus Romanis contra legem Por-
tiam verberatis aut necatis. & ibidem: C. Gracchus legem
tulit, ne de capite ciuium Romanorum iniuſſu noſtro iu-
dicaretur. in Catil. 120 a, Lex Sempronia. pro Muræn. 124
b, M. Cicero legis ambitus lator. & 140 a, Lex Calphur-
nia, ambitus. pro Muræen. 133 b, Lex L. Othonis, quæ ad
ludos pertinet, eſt omnium gratiſſima. Attic. 66 b, Lex
Plotia de iudicijs. pro Milone 108 b, & de Clar. 193 b,
Lex Varia de iudicijs. Attic. 33 a, Lex Gabinia de ſyngra-
pha & de verſura. de Natur, deor. 75 a, Lex Lectoria. item:
Iudicium publicum rei priuatæ, lege Lectoria. & ibidem:
Iudicium de dolo malo C. Aquilius protulit. de Clar.
176 a, Lex Aquilia de iuſtitia. de Orat. 106 b, Leges Man-
lianæ venalium vendendorum. & 118 b, Lex Apuleia de
maieſtate. & 127 a, de Orat. 135 a, Lex Thoria de ijs, quo-
rum à pecore agri publici depaſcebantur. de Senect. 79 a,
& de Orat. 135 a, Lex Cincia de donis & muneribus. de
Clar. 169 b, Lex Menia, vt conſules etiam ex plebe crea-
ri poſſent. & ibidem: C. Flamminius legem tulit de agro
Gallico & Piceno viritim diuidendo. de Clar. 170 a, Lex
Licinia & Muria, vt in ſuæ cuiuſque ciuitatis ius redige-
rentur ciues. de Clar. 174 a, Legem de pecunijs repetun-
diis, L. Piſo Trib. pleb. tulit. Attic. 221 a, Lex Pompeia. de
Clar. 195 b, Lege Pompeia ternæ horæ ad dicendum
datæ de Clar. 184 a, Lex Sempronia frumentaria. Attic.
276 b, Lex Domitia de ſacerdotijs. C. Marius cùm eſſet
abſens, lege Domitia factus eſt augur. & ibidem. Lex Iu-
lia de ſacerdotijs. pro Sex. Roſc. 27 a, Lex Memmia con-
tra eos qui ſine cauſa & temerè aliquem accuſant. *In Pan-
dectis tamen lib. 48. lib. 1. ad ſenatuſconſultum Turpilianum, le-
ge Rhemmia, non Memmia legitur* pro Sex. Roſc. 39 a, Lex quę
de proſcriptione eſt, ſiue Valeria eſt, ſiue Cornelia. Quint.
frat. 314 b, Lex Puppia, ne diebus comitialibus ſenatus
haberetur. pro Cluent. 28 b, Lex Cornelia, qua reo lice-
hat optare, clàm an palàm de ſe ſententiam ferri vellet.
pro Flac. 150 a, Lex tabulas obſignatas in publico poni
vult. Quint. frat. 314 b, Lex Gabinia, qua ex Calend. Febr.
vſque ad Calend. Martias legatis ſenatus quotidie dari
cogebatur. de L. 156 b, 167 b, & de clar. 176 a, & Orat.
206 a, Lex Manilia, vt ſinguli arbitri fines regerent. de L.
191 a, & de Amic. 104 a, & de Clar. 173 a, Leges tabella-
riæ quatuor. quarum prima, de magiſtratibus mandan-
dis, ea eſt Gabinia, &c. deindę Caſſia, de populi iudicio:
Carbonis eſt tertia, de iubendis legibus ac vetandis: Cæ-
lij quarta, qui etiam perduellionis iudicio tabellam de-
dit. de L. 191 b, Lex Maria pontes fecit anguſtos pro R.P.
124 a, Lex Iulia iubet perſequi ab ijs, ad quos ea pecunia,
quam is ceperit qui damnatus ſit, peruenerit. *Idem eſt in
lege Cornelia & Seruilia.* in Vat. 34 b, Vatinius legem tulit de
alternis conſilijs reijciendis. pro Planc. 266 b, Lex Licinia
quæ eſt de ſodalitijs. & ibidem: Plancius primus ſciuit le-
gem de publicanis. de Aruſp. 255 a, Leges Iuliæ contra
auſpicia latæ. de Aruſp. 251 a, Lex naturæ: Hoc ſi minus
iure ciuili perſcriptum eſt, lege tamen naturæ & commu-
ni iure gentium ſancitum eſt de Leg. 173 a, Sunt certa le-
gum verba, Quinte, neque ita priſca, vt in veteribus his ſa-
cratiſq; legibus. pro Cæl. 52 b, Quintus Catulus legem tu-



lit de vi. de Aruſp. 247 a, Lex de vi, quæ eſt in eos qui vni-
uerſam rempnblicam oppugnant. pro Dom. 239 a, Lex
Papyria vetat ædes iniuſſu plebis conſecrari. pro Dom.
221 b, Lex Cæcilia & Didia. pro Dom. 223 b, Lex Licinia,
ne quis ipſe ſibi curationem ferret. pro Dom. 234 a, & I. A.
195 b, Lex Cæcilia & Didia, ne populo neceſſe ſit in con-
iunctis rebus compluribus, aut quod nolit accipere, aut
quod velit repudiare. pro Arch. 186 b, Data eſt ciuitas Syl-
lani lege & Carbonis, ſi tum cùm lex ferebatur in Italia
domicilium habuiſſent, & ſi LX. diebus apud prætorem
eſſent profeſſi. pro Arch. 187 b, Lex Papia. pro Cornel. 59
a, Lex Iulia, qua ciuitas eſt ſocijs & Latinis data. pro Syll.
179 a, Rogatio Cæcilia, qua res iudicatæ reſcindebantur.
Offic. 64 a, Lex Plectoria, qua vindicabantur hi, qui ado-
leſcentes circumſcribebant. I. A. 203 b, Leges annales &
253 b, Lex Hircia Pompeianos omnes dignitate priua-
bat. in Ant. 156 a, Et quid eſt, quod tam propriè dici poſ-
ſit actum eius, qui togatus in Repub. cum poteſtate im-
perioq; verſatus ſit, quàm lex? Quare acta Gracchi, leges
Semproniæ proferentur: *quære* SYLLAE, CORNELIAE. in
Anton. 171 a, Lex de alea: Licinius lege ea quę eſt de alea,
condemnatus. I. P. 99 b, Lex iudiciaria. & I. A. 169 a, Lex
Roſcia de ſedendo ad ſpectacula. I. P. 90 a, Lex Iulia de re-
petundis. & ibid. Lex Cornelia maieſtatis. de Pro. 78 b,
Lex Helia & Fuſia de auſpicijs, &c. Cùm lex feratur de
cœlo ſeruari, obnunciari, intercedi licere. Attic. 28 a, Lex
Iunia, lex Licinia, lex Cælia, lex Didia. de Prou. 78 b, & 79
a, Leges Iuliæ. & 71 b, Leges ſacratæ, quas tulit plebs Ro-
mana, cùm in montem Sacrum ſeceſſit. & 68 b, Lex Cen-
ſoria, qua publicani tegebantur, vt publico frui poſſent.
pro Cornel. 67 b, Lex Sempronia, de ſucceſſione prouin-
ciarum. pro Cornel. 59 a, C. Furius tulit legem de teſta-
mentis. & ibidem: Qu. Voconius tulit legem de mulie-
rum hæreditatibus. de Legibus 177 b, Plato negat mutari
poſſe muſicas leges, ſine mutatione legum publicarum. 2.
ad Atttic. Lex Aelia. in Rull. Lex Curiata, 3 ad Attic. Lex
de collegis. pro S. R. Amer. Lex de proſcriptione Valeria
aut Cornelia. 12 ad Attic Lex de ſepulcris. de Inuent. Lex
de tempeſtate. pro Cluent. Lex de veneno. Tuſcul. q. lib.
3, Lex frumentaria. 4 in Verr. Lex Hieronica. in Piſon.
Lex iudiciaria. 1. de Leg. Lex non iuſta, quam interrex
tulit, vt Dictator, quem vellet ciuium, indicta cauſa im-
punè poſſet occidere. 3. in Verr. Lex nummaria. pro
Dom. ſua, Lex Papyria vetat ædes iniuſſu plebis conſe-
crari. 2 ad Attic. Lex Roſcia frumentaria. 4 in Verr. Lex
Rupilia. 8 Famil. Lex Scatinia. 13 ad Attic. 7 Famil. Lex
ſumptuaria Cæſaris neglecta, eo abſente. 3 de Leg. Lex
ſuprema Conſulibus ſalus populi eſto. 5 Verr. Lex Teren-
tia. 2 de Inuen. Lex teſtamentaria. C. Curionis. 8 Famil. in
Epiſt. Cælij, Lex Viaria & alimentaria. Tuſcul. quæſt. lib. 1,
Lex naturæ, conſenſio omnium gentium. Brut. Lex repe-
tundarum L. Piſonis. 2 de Inuent. Lex Rhodiorum, de ro-
ſtratis nauibus publcandis. 10 ad Attic. Lex Solonis non
probanda. 2 de Leg. Lex duodecim tabularum inquit:
Hominem mortuum iu vrbe ne ſepelito, néue vrito. 1 de
Orator. Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum
lex XII. Tabul. permiſerat: quod quum impetraſſet, cau-
ſa caderet. 2 de Legib. Leges duodecim tabularum. 1 Fa-
mil. Legis Curiatæ vſus. 2 ad Heren. Leges Communes. 2
de Leg. Leges Seiæ & Apuleiæ & Liuiæ nullæ, quæ vno
verſiculo Senatus puncto temporis ſublatæ ſunt. Tuſcul.
quæſt. lib. 2, Leges Cretum, itemque Lycurgi laboribus
erudiunt iuuentutem venando, currendo, eſuriendo,
ſitiendo, algendo, æſtuando. Tuſcul. quæſt. lib. 2, Leges
Cretenſium, ſiue Iupiter, ſiue Minos ſanxit de Iouis qui-
dem ſententia, vt poëtæ ferunt. de Legib. libro ſecundo,
Leges Lycurgi, Solonis, Charondæ, duodecim Tabua-
rum.
† Syntaxis. *Legem rogare ferre, ſancire, deſcribere conſtituere, in-
ſtituere, iubere, vetare, imponere, ſtatuere, abrogare, condere, com-
ponere. ſciſcere, edicere. Lex, ratio inſita, recta à Deo tracta ratio, eſt
diſtinctio: naturæ vis, eſt æternum quiddam:* hæc ſunt genera
in legis definitione. *Deus eſt ſumma lex. Lex imperium eſt. Le-
gibus teneri vrbē. A lege diſcedere. Incidere leges ære, figere, refige-
re, diſſoluere, accipere, imponere facere, inurere. Perrūpere, perfrin-
gere, deuincere leges, conſtituere, inſtituere, vetare, perferre, ſuadere,
Lege agere, exire. Legis datio. Leges proferre. Lex inquit.*
LEXIS, is. *verbum.* de Orat. 158 b, & Orat. 210 b.
*Quàm lepidè lexeis compoſtæ vt teſſerulæ omnes.*
LIBAMENTVM, ti. *libatio.* de L. 175 b, Vt ſacrificiorum liba-
menta ſeruentur.
* LIBANDVS, a, um. de Orat. 98 a, Libandus eſt etiam ex
omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos.
LIBATIO, onis. *libamentum, quicquid dijs conſecratur & offer-
tur.* de Aruſp. 248 b, * Tui ſacerdotij ſunt, &c. libationes
epulęq; ludorum publicorum.

*Libatvs, a, um. de Diuin. 103 a, A' qua *natura Deorum*, vt doctiſſimis ſapientiſſimisq; placuit, hauſtos animos & libatos (*al delibatos*) habemus. de Diuin. 113 b, Vnde ex *diuinitate* omnes animos hauſtos, acceptos, aut libatos haberemus.

Libella, læ. *as, & numus argenteus aſſe valens*. I. V. 113 b, Quis Volcatio ſi ſua ſponte veniſſet, vnam libellam dediſſet? pro Q. R. 46 b, Niſi planum facit H-S. L I I I. ad libellam ſibi deberi. Att. 100 b, Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio. *intellige hæredem*.

Libellvs, li. *ſupplex libellus*. Att. 262 a, Atticus libellum compoſuit, eum mihi dedit, vt darem Cæſari: Cæſar autem reſcripſit, æqua eum poſtulare. pro Qu. 9 a, De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacitè conceditur 4 b, & 11 a, Libellos Sex. Alphenus procurator. P. Qu. deiecit.* de Fin. 111 b, Quæ philoſophia cõmuni more in foro loquitur: in libello ſuo, &c. alio modo?

¶ *Commentarius, codex, liber paruus*. pro Cluen. 59 a, Non illi in libellis laudationum decreta miſerunt, ſed, &c. in Ant. 156 a, An in chirographis & libellis acta Cæſaris firma erunt? & ibidem: Memoriæ Cauſa referre aliquid in libellum. Att. 85 a, Habeo libellum, in quo eſt, Salaminij pecuniam debent M. Scaptutio. pro Arch. 190 b, Cùm ei libellum malus poëta de populo ſubieciſſet. de Or. 92 b, Scripſi illud in quodam libello, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. * Hortenſ. Malo vel vnum paruum de officio libellum, quàm longam orationem pro ſeditioſo homine Cornelio. * de Orat. 129 a, Tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit. I. V. 145 b, Inueni duos ſolos libellos ab L. Canuleio miſſos ſocijs ex portu Syracuſis: in quibus erat ratio ſcripta menſium complurium rerum exportatarum iſtius nomine ſine portorio. Itq; obſignaui ſtatim. ibid. Quicquid erit in his libellis. De cæteris ex hoc coniecturam facere debebitis. Recita mihi quæſo hunc primum libellũ, Canulei. I. V. 146 a, Cùm hæc paucorum menſium ratio in his libellis ſit. ibid. Ex his paruis libellis apud vnum magiſtrum ſocietatis repertis vos iam coniectura aſſequi poſſe. ibid. Vt hi puſilli & contempti libelli indicant. ibid. His inuentis libellis cæteri remoti & diligentius ſunt recondit. ibid. His ipſis libellis contenti ſumus. Acad. 34 a, Legimus omnes Crantoris veteris Academici de luctu, eſt enim non magnus, verũ aureolus, & vt Tuberoni Panætius præcipit, ad verbum ediſcendus libellus. Tuſc. 199 b, Huic acipẽſerem potius, quam aliquem, Socraticum libellum dabis.

¶ *Litera*. Epiſt. 173 a, Ne de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. * Att. 107 b, Accepi à te ſignatum libellum, quem Anteros attulerat, ex quo ſcire nihil potui de noſtris domeſticis rebus.

† Syntaxis. *Libellum componere. In libellum referre memoriæ cauſa.*

Libens, tis: ſsimus. *lubens*) ( *inuitus*. Attic. 9 a, Res noſtræ, quæ tam libenti ſenatu laudabantur à Craſſo. cõtra Rull. 75 b, Quam dignitatem, etſi libente illo, tamen abſente illo per vos conſecutus ſum. de Ar. 245 b, Non modò patienti, ſed etiam libenti animo religioni parebo. Attic. 25 a, Animo gaudenti ac libenti. I. V. 71 a, Animo libentiſſimo facere aliquid. Epiſt. 227 b, Vt libentiſſimis Græcis nutu, quod velis, conſequare pro Mil. 109 a, Cùm totius Italiæ concurſus facti illius gloriam libens agnouiſſet. At. 15 b, Vt frequentiſſimo & libentiſſimo vterentur & 55 a, Redemptores ſtatim ſunt demoliti, libentiſſimis omnib. & 64 a, Neque patronis ſuis tam libentibus quàm accuſatoribus.* I. V. 173 b, Iam id corollarium porrò vtrum libentes an inuiti dabant? libentes? amabant credo Apronium.

Libenter. *libenti animo, magna voluntate, ſtudioſè, ardẽti ſtudio, ſedulò, æquo animo, non repugnanter, non grauatè, ne recuſans quidem, non modò non repugnans, ſine recuſatione, ſummo ſtudio, voluntate ſumma, egregia animi alacritate*. Epiſt. 6 a, Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt; ſi volo, &c. alterum facio libenter, vt quoniam, &c. I. V. 60 b, Libenter ſtudioſeque audire. de Cl. 172 a, Libenter vti priſcis verbis. Frag. Ep. Cui ego libentiſſimè commodabo.

† Syntaxis. *Libenti ſenatu laudatus. Te libente dicam. Et patienti, & libenti animo. Libentiſſimo te diſceſſi. Libenter ac ſtudioſè te audio.*

Liber, a, um: rior. *non impeditus, expeditus, liberatus, ſolutus, nulla re implicatus, dominationi nullius parens, ingenuus, qui ſui iuris eſt ac mancipij, in ſua poteſtate eſt, ſuo iure libertateq; vtitur, ius ſuum retinet, nemini mancipatus, vacuus, purus, integer. )( ſeruus impeditus, implicatus*. Acad. 26 b, Sic inducto & cõſtituto probabili, & eo quidem expedito, ſoluto, libero, nulla re implicato. & 3 a, Hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus, quòd integra nobis eſt iudicandi poteſtas. Epi. 85 a, b, Solutum eſſe exiſtimatur alteri malè dicere, tamen, &c. impeditum ſeipſum laudare, ne, &c. ſolum verò liberum alterum laudare, de quo, &c. Acad. 31 a, Liber igitur à tali irriſione Socrates. Att. 7 b, Sum enim & ab obſeruando homine peruerſo liber, & ad dignitatem in republ. retinendam contra illius voluntatem ſolutus. de N. 25 b, Epicurus homo ad ſcribendi licentiam liber & 37 a, Sphæræ ſtellarum inerrantium ab ætherea coniunctione ſecretæ ac liberæ contra Rull. 65 b, Conſul ſolutus à cupiditatibus, liber à delictis. pro Cl. 48 a, Dixi Habito ſtatim de eo qui coiſſet, quo quis condemnaretur, eum eſſe liberum. I. V. 204 b, Vacuus, expers, ſolutus ac liber ab omni ſumptu & munere. Offic 14 a, Si ab omni animi perturbatione liber ſis. de Aruſp. 245 b, Veſtræ domus multo maxima ex parte ſunt liberæ religione. pro R. P. 124 b, Qua lege totus ordo ſolutus ac liber eſt. I. V. 240 a, Supplicium à libero ſpiritu & communi luce ſecluſum. & 146 a, Soluto liberoq; animo eſſe. pro Syll. 183 b, Deos teſtor, integro me animo ac libero P. Syllæ cauſam defendere. de Orat. 90 b, Poëta numeris aſtrictior, verborum licentia liberior. & 156 b, Verba inuſitata, quæ ſunt poëtarum licentiæ liberiora, quàm noſtræ. pro Dom. 214 b, At enim liberum ſenatus iudicium propter metum non fuit. I. C. 101 a, Tibi direptio ſociorum impunita fuit ac libera. Orat. 204 a, Cùm hæc duo ei liberiora fuerint. de Diuin. 123 b, Tum igitur eſſet hoſpitium, ſi modò ei eſſet liberum ſe oſtendiſſe de Diuin. 139 b, Iudicium audientium relinquere integrum ac liberum. de Orat 114 b, Illa pars quæſtionum vaga, libera, latè patens. de Nat. 68 b, Qui eſt de libera matre, liber eſt. pro Cecin. 303 b, Non poteſt iure Quiritum liber eſſe, is qui in numero Quiritum non ſit. Parad. 122 a, Niſi ſapientem liberum eſſe neminem. de Finib. 196 a, Liber, nec dominationi cuiuſquam parens. de Clar. 186 b, Ingenuo liberoq; faſtidio. * de Finib. 55 b, Libero tempore, cùm ſoluta nobis eſt eligendi optio. pro C. Cornel. 1, Hominis in gratificando iure liber. Attic. 285 b, *Bruti* Fore cæteros ab eo liberos. Qu. frat. 302 a, Is ſeruus Athenis apud Patronem Epicureum pro libero fuit.

† Syntaxis. *Expeditus, ſolutus, liber, non implicatus. Liber a lectione, ad iter, licentiam, Secretus ac liber animus à corporea coniunctione. A delictis liber Vacuus, expers, ſolutus & liber* (miranda phraſis) *ab, &c. Religione liber. Soluto, liberoq; animo eſſe, viuere, ſcribere, abire. integro, liberoq; animo agere. Libera verba poëtarum licentiæ. impunita & libera ſcelera. Liberum illi eſt abire. De matre libera liber Ingenuum, liberumq; faſtidium.*

Liber, liberi. *Bachus*. de Nat 38 a, Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem maiores noſtri conſecrauerunt. de Nat. 38 a, b, Liber Cereris filius & frater Liberæ. de Orat. 258 a, Liber pro vino, Ceres pro frugibus.

Liber, bri. *cortex, opus, opuſculum, libellus, commentarij, monumenta, volumen, ſcripta, chartæ σύνταγμα*. de Nat. 50 a, Trunci obducuntur libro, aut cortice, quo ſint à frigoribus & à caloribus tutiores. Offic. 76 a, Hi tres libri inter Cratippi commentarios erunt recipiendi. de Senect. 77 a, Confectio huius libri mihi iucunda fuit. & 88 b, Liber quem de rebus ruſticis ſcripſi. Atti. 143 a, & 129 a, Demetrij librum de concordia tibi remiſi. & 125 b, Demetrij liber περὶ ὁμονοίας. Offic. 36 a, Eſt Dicæarchi liber de interitu hominum. Epiſt. 82 a, Liber tuus & lectus eſt, & legitur à me diligenter. Qu. frat. 314 b, Sed vtros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) an vtroſque, neſcio. de Diuin. 81 a, Chryſippus, qui totam de diuinatione duobus libris explicauit ſententiã, vno præterea de oraculis, vno de ſomnijs, quem ſubſequens vnum librum Babylonius Diogenes edidit. Qu. frat. 325 a, Sermo in nouem & dies & libros diſtributus de optimo ciue, ſanè texebatur opus luculenter. Offic. 42 a, Ea quæ eſſent, dictum eſt in ſuperiore libro. ad Heren. 6 b, Quoniam ſatis huius voluminis magnitudo creuit, in altero libro exponemus, &c. Attic. 143 b, Nos autem in libris habemus, non modò, &c. de Fat. 140 a, Quod in alijs libris feci, qui ſunt de Natura deorum, itemq; in ijs quos de Diuinatione edidi. de Clar. 193 a, Voluendi ſunt libri Catonis. Top 221 a, & Tuſc. 153 b, Libros edere. * de Fin. 50 b, Quanquam à te ipſo id quidem facio prouocatus grauiſſimo mihi libro, quem ad me de virtute miſiſti. Incer. In libris de Repub. Platonis me comitem profiteor ad Heren. 6 a, Commodius eſt in altero libro de cæteris rebus deinceps exponere. ibid. Hoc & priore libro egimus. ibid. Ea *inuentio* nobis erit hoc in libro propemodum abſoluta. ibid. In primo libro locuti ſumus de exordio, narratione, diuiſione, nec pluribus verbis quàm neceſſe fuit, &c. Deinde coniunctè de confirmatione & confutatione dicendum fuit. Deinde docuimus, &c. Poſteà admonuimus. ad Heren. 16 a, Ferè locos obſcu-

obſcuriſſimos totius artificij tractauimus in hoc libro: quapropter huic volumini modus hic ſit. Reliquas præceptiones,quoad videbitur, in tertium librum transferemus. ibid. Satis abundanter ſuperioribus libris demonſtratum eſt. Nunc earum rationem rerum, &c. in hunc librum tranſtulimus. ibid. De tribus partibus in hoc libro dicemus, diſpoſitione, pronunciatione & memoria. De elocutione,quia plura dicenda videbantur, in quarto libro conſcribere maluimus: quem vt arbitror,tibi librum celeriter abſolutum mittemus.ad Heren. 23 b, Quoniam in hoc libro, C.Herenni, de elocutione conſcripſimus,& noſtris exemplis vſi ſumus. ad Heren 41 b,In his libris nihil prætermitum eſt rhetoricę pręceptionis.Demonſtratum eſt enim.Dictum eſt,&c.Traditum eſt, &c.Præceptum eſt. de Orat.129 a,Ex libro primo,&c.Deinde ex libro ſecundo.& b,Tum ex libro tertio,in quo finem ſcribendi fecit. tot enim ſunt veri Bruti libri.ibid. Quartum librum compoſuiſſet. de Clar.192 a , Qua *ironia* ille in Platonis & Xenophontis & Aeſchinis libris vtitur. Orat. 208 b , Carent libri ſpiritu illo.& 210 b, Quales *res* hic liber continet.I. V. 62 a, Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit, verbo vno diſceſſeris.I.V.147 a , Literæ liturę,q; omnes aſſimilatæ, expreſſæ,de tabulis in libros transferuntur.I. V.185 b, Quas *literas* ego Syracuſis apud Carpinatium in literarũ allatarum libris,&c.inueni. de Aruſp.250 a , Hæc ſacra maiores noſtros ex veſtris libris expetiſſe:ſi illi ſunt veſtri , quos tu impia mente conquiris, violatis oculis legis, contaminatis manibus attrectas.de Aruſp 256 a, Habent Hetruſci libri certa nomina. Acad.4 a,Iſti libri duo Philonis, de quibus heri dictum à Catulo eſt,tum erant allati Alexandriã, tumq; primum in Antiochi manus venerunt. ibid. Qui ſe ab eo ipſo illos duos libros dicerent deſcripſiſſe.ibid. Nec ſe tenuit , quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet,qui Soſus inſcribitur. Acad. 18 b, Sic appellat eos ſenſus Chius Metrodorus initio libri, qui eſt de natura. Acad. 19 a, Qui tam multis libris hæc perſecutus non eſſet. de Fin. 49 a , Philoſophię vituperationibus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo à nobis philoſophia defenſa & collaudata eſt, &c. Qui liber cum & tibi probatus videretur. de Fin.91 b Quaſi helluo librorum.&127 a,Quia duo genera librorum ſunt, vnum populariter ſcriptum , quod ἐξωτερικὸν appellabant:alterum limatius, quod in commentarijs reliquerunt. Tuſcul. 149 a, Multi iam eſſe Latini libri dicuntur ſcripti inconſideratè ab optimis quidem illis viris , ſed non ſatis eruditis. ibid. Suos libros ipſi legunt cum ſuis,nec quiſquam attingit præter eos. & b , Dierum quinque ſcholas., vt Græci appellant , in totidem libros contuli.Tuſcul.153 b,Euolue diligenter eius eum librum, qui eſt de animo. ibid. Cum poſui librum. Tuſcul. 176 a, Multitudo infinita librorum.ibid.Ex quo libris omnia referſerunt. ibid. Quorum dicuntur eſſe Latini ſanè multi libri:quos non contemno quidem, quippe quos nunquã legerim. Tuſcul. 199 a , In eo libro , qui continet omnem diſciplinam tuam, dicis hęc.de Nat. 3 a , Quæ dicentur in his libris. ibid. Multum fluxiſſe video de libris noſtris, quas complures breui tempore edidimus. & b,Si me non modò ad legendos libros , ſed etiam ad totam philoſophiam pertractandam dediſſem de Nat.4 a , His quatuor Academicis libris ſatis reſponſum videtur. & 5 a , Si liber Antiochi noſtri, qui ab eo nuper ad hunc Balbum miſſus eſt,vera loquitur.ibid. Quo de libro velim ſcire Balbe quid ſentias. de Nat. 8 a , Plato in legum libris quid ſit omnino Deus inquiri oportere non cenſet.& b, Antiſthenes in eo libro , qui Phyſicus inſcribitur, populares Deos multos, naturalem vnum eſſe dicens , tollit vim & naturam Deorum.ibid. Ariſtoteles in tertio de philoſophia libro multa turbat , à magiſtro Platone vno diſſentiens. ibid. in cuius libris , qui ſunt de natura Deorum , nulla ſpecies diuina deſcribitur.de Nat 9 a , Heraclides puerilibus fabulis, refercit libros, &c. Eodemque libro rurſus Terram & Cœlum refert in Deos. ibid. Alijs libris rationem quandam per omnem pertinentem rerum naturam, vt diuinam, (*al. vi diuina*)eſſe affectam putat.de Nat.10 a , Et hæc quidem in primo libro de natura Deorum. In ſecundo autem vult Orphei,Muſæi,Heſiodi,Homerique fabellas accommodare ad ea,quæ ipſe primo libro de Dijs immortalibus dixerit. Quem Diogenes Babylonius conſequens in eo libro , qui inſcribitur de Minerua , partum Iouis, ortumque virginis ad philoſophiam traducens , diſiungit à fabula. de Nat. 14 a , Protagoras cùm in principio ſui libri ſic poſuiſſet, &c. librique eius in concione combuſti.de Diuin. 956 , Quod Etruſcorum declarant & auruſpicini & fulgurales & rituales libri : noſtri autem augurales. de Diuin. 108 b, Quod compluribus iam libris me arbitror conſecutum. ibid. Cohortati ſumus ad philoſophiæ ſtudium eo libro, qui qui eſt inſcriptus Hortenſius. ibid. Quatuor Academicis libris oſtendimus. ibid. Perpurgatus eſt is locus à nobis quinque libris. ibid. Totidem ſubſecuti libri Tuſculanarum diſputationum , res ad beatè viuendum, maximè neceſſarias aperuerunt. Primus enim eſt de contemnenda morte, &c. Quintus cum locum complexus eſt, &c. Docet enim ad beatè viuendum virtutem ſeipſa eſſe contentam. Quibus rebus editis tres libri perfecti ſunt de natura Deorum , in quibus omnis eius loci quæſtio continetur.ibid. De diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere: quibus de Fato ſi adiunxerimus. & 109 a, Atque his libris annumerandi ſunt ſex de Repub. quos tunc ſcripſimus. ibid. Interiectus etiam eſt nuper is, quem ad noſtrum Atticum de ſenectute miſimus. ibid. Cato noſter in horum librorum numero ponendus eſt. ibid. Noſtri quoque Oratorij libri in eundem librorum numerum referendi videntur. Ita tres erunt de Oratore , quartus Brutus , quintus Orator. ibid. Qui in noſtris libris acquieſcunt. & 109 b, In libris enim ſententiam dicebamus, concionabamur. ibid. Quæ ſuperiore libro ſcripta ſunt.de Leg. 160 a , Quam Rempub. optimam eſſe docuit in illis ſex libris Scipio. de Leg. 161 b,Hunc locum ſatis,vt mihi videtur, in his libris, quos legiſtis expreſſit Scipio. de Leg. 190 b , Sed hæc & nunc ſatis , & in alijs libris tractata ſunt diligentius. Offic. 45 b, Sed de hoc genere toto in his libris , quos de Repub. ſcripſi , diligenter eſt diſputatum. Epiſt. 16 b, Scripſi Ariſtotelico more tres libros in diſputatiore ac dialogo de oratore: quos arbitror Lentulo tuo fore non inutileis. Abhorrent enim à communibus præceptis, & omnem rationem oratoriam complectuntur. Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis quos iam pridem ad te miſiſſem:ſi eſſe edendos putaſſem. ibid. Quos tamen ipſos libros,ſi quem cui rectè committam,inuenero,curabo ad te perferendos. Epiſt. 85 a, *Cæcinnæ*. Quòd tibi non tam celeriter liber eſt redditus, & b, Librum tibi legeret, & auferret , aut ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum , hoc eſt, ſi totum alium faceres. Epiſtol. 86 a, Quod ad librum attinet,quem tibi filius dabit, peto à te, ne exeat , aut ita corrigas , ne mihi noceat. Epiſt. 104 b, Eum librum tibi miſi Rhegij ſcriptum. ibid. Num ius ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? Qui quanquam plurimi ſunt: doctorem tamen , lumenque deſiderant. Epiſt. 126 a,Scito me redijſſe cum veteribus amicis, id eſt, cum libris noſtris in gratiam. Etſi non iccirco eorum uſum dimiſeram,quod ijs ſuccenſerem, ſed quòd eorum me ſuppudebat. Videbar enim mihi, &c. præceptis illorum non ſatis paruiſſe. Ignoſcunt mihi, & reuocant in conſuetudinem priſtinam : teque quòd in ea permanſeris , ſapientiorem quàm me dicunt fuiſſe. Quamobrem placatis his vtor. Epiſt.231 b, Cùm multos libros ſurripuiſſet. Attic. 21 a, Aleus liber totum Iſocratis μυροθήκιον,atque omnes eius diſcipulorum arculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit: quem tu Corcyræ ſtrictim attigiſti. Pòſt autem, vt arbitror, à Coſſinio accepiſti. Quem tibi ego non auſus eſſem mittere, niſi eum lentè & faſtidiose probauiſſem.& b,Tu,ſi tibi placuerit liber , curabis vt & Athenis ſit,& in cæteris oppidis Græciæ. Videtur enim poſſe aliquid noſtris rebus lucis afferre. Attic. 24 b, Me κατάκρασις illa mea commouet, quæ eſt in libro tertio,&c.Hæc mihi cum in eo libro, in quo multa ſunt ſcripta ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipſa perſcripſerit. ibi. Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας affer mihi de libris Q. Fratris. ibid. Feciſti mihi pergratum , quòd Serapionis librum ad me miſiſti : ex quo quidem ego milleſimã partem vix intelligo. Pro eo tibi præſentem pecuniam ſolui imperaui , ne tu expenſum muneribus ferres. Att.61 a,Tu Luceio noſtrum librum dabis:Demetrij Magnetis tibi mitto.& b,De libris oratorijs factum eſt à me diligenter. Diu multumque in manibus fuerunt:deſcribas licet.ibid. Vt mihi tui libri pateant, non ſecus ac ſi ipſe adeſſes, cum cæteri , tum Varronis. Eſt enim mihi vtendum quibuſdam rebus ex ijs libris ad eos , quos in manibus habeo,quos , vt ſpero , tibi valde probabo. Attic. 63 b, Quoniam in ſingulis libris vtor procemijs, vt Ariſtoteles in ijs, quos ἐξωτερικοὺς vocat. ibid. Quod in ijs libris, quos laudas,perſonam deſideras Scæuolæ. Attic.64 a , Erat primi libri ſermo non alienus à Scæuolæ ſtudijs : reliqui libri τεχνολογίαν habent. Attic 74 b, Quoniam meos cum Thallumeto noſtro peruolutas libros. Attic. 86 a , Cum ſex libris tanquam prædibus me ipſum obſtrinxerim , quos tibi tam valde probari gaudeo: è quibus vnum ἱστορικὸν riquiris de Cn. Flauio. Attic. 101 b , Ne tu haud multum requires illum virum, qui in ſexto libro informatus eſt. Quid enim tibi faciam,

faciam, qui illos libros deuoraſti? Att. 189 b, Quē librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarij. Attic. 207 b, Totam Academiam, &c. ex duobus libris contuli in quatuor. Grandiores ſunt omnino quàm erant illi: ſed multa detracta. ibid. Libri quidem ita exierunt (niſi fortè me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quicquam. Att. 208 b, Ego intereà admonitu tuo perfeci ſanè argutulos libros ad Varronem. Att. 209 a, Academicam omnem quæſtionem libris quatuor in eis, quæ erant contra ἀκαταληψίαν præclarè collecta ab Antiocho, Varroni dedi. ibid. Vt & Heraclides in multis, & nos ſex de Repub. libris fecimus. Sunt etiam de Oratore noſtri tres, mihi vehementer probati: in eis quoque eæ perſonæ ſunt, vt mihi tacendum fuerit. Craſſus enim loquitur, &c. Attic. 209 b, Ita confici quinque libros περὶ τελῶν. ibid. Sed tu dandóſne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam videbis. Attic. 215 b, Tres eos libros maximè nunc vellem: apti eſſent ad id, quod cogito. ibid. His libris noua prooemia ſunt addita. Attic. 218 a, Libros mihi, de quibus ad te anteà ſcripſi, velim mittas, & maximè φαίδρου περὶ θεῶν. ibid. in libris hæreo. Attic. 219 a, Vt id nomen ex omnibus libris tollatur. Attic. 258 b, Librum illum meum, ô Tite, tibi prodeſſe lætor. ibid. Librum, quem rogas, perpoliam & mittam. ibid. Eius librum accerſiui. Quint. frat. 320 a, Libros meos, quos expecto, inchoaui, ſed conficere non poſſum his diebus. & 322 a, Mirificum ἐμβόλιον cogito in ſecundum librum meorum librorum inducere. Quint. frat. 324 b, De bibliotheca tua Græca ſupplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim iſta confici, præſertim cum ad meum quoque vſum ſpectent. Quint. frat. 325 a, Quod quærit quid de illis libris egerim, quos, cum eſſem in Cumano, ſcribere inſtitui, non ceſſaui neque ceſſo, ſed ſæpe iam ſcribendi totum conſilium rationemque mutaui. Nam iam duobus factis libris, in quibus Nouendialibus ijs ferijs ſermo à me eſt inſtitutus Africani & Lælij, &c. & b, Hi libri cùm in Tuſculano mihi legerentur audiente Salluſtio. ibid. Oratorum ſermonem in illis noſtris libris, quòd eſſet de ratione dicendi, bellè à me remouiſſe, ad eos tamen retuliſſe, quos ipſe vidiſſem. ibid. Puto te æſtimaturum à me libros illos non ſine aliquo meo ſtomacho eſſe relictos. Quint. frat. 326 a, De libris, Tyrannio eſt ceſſator, &c. De Latinis verò quò me vertam neſcio: ita mendosè & ſcribuntur & veneunt. Acad. 40 b, Nos in noſtra vrbe peregrinantes errantéſque tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt. *Apud Auguſtin. lib. 6. de Ciuit. Dei, cap. 2. legitur reduxerunt.*

† Syntaxis. *Liber iam exijt. Libri confectio. in libris habemus. Libros peruolutare, euoluere, voluere edere.*

LIBERA, ræ. *Proſerpina Cereris filia.* de Nat. 38 a, b. & in Ver. 225 a.

LIBERALIA, orum. *Liberi, id eſt, Bachi ſacra, ſacríue dies & feſti, Bacchanalia.* Epiſt. 198 a, Liberalibus literas accepi tuas. Attic. 226 a, Liberalia tu accuſas? * Attic. 86 b, Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare: mādauit enim pater. Ea ſic obſeruabo, quaſi intercalatum non ſit.

LIBERALIS, le. *largus, munificus, beneficus, prolixus.* )( *auarus, ſordidus, auidus.* de Orat. 87 b, Quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificium, quàm, &c. pro Deiot. 147 b, Largus, beneficus, liberalis. pro Quint. Roſc. 48 b, Roſcius ſemper liberaliſſimus munificentiſſimusque fuit. & ibidem a, b, Liberalis auidum fraudaſſe dicitur. pro Flac. 149 a, Largum & liberale viaticum. de Offic. 43 b, Gratificandi liberalis voluntas. Antequam. 192 b, Eſt enim liberale officium ſerere beneficium, vt metere poſſis fructum. * de Leg. 165 b, Nec eſt dubium, quin is, qui liberalis benignúſue dicitur, officium, non fructum, ſequatur. Offic 9 b, Qui gratificantur cuipiam qnod obſit illi, cui prodeſſe velle videantur, non benefici, neque liberales, ſed pernicioſi aſſentatores iudicandi ſunt. Et qui alijs nocent vt in alios liberales ſint. ibid. L. Syllæ & C. Cæſaris pecuniarum translatio à iuſtis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Nihil enim eſt liberale, quod non ſit idem iuſtum. Offic. 44 a, Qui opera, id eſt, virtute & induſtria, denefici & liberales erunt: primùm quò pluribus profuerint, eò plures ad benignè faciendum adiutores habebunt: deinde conſuetudine beneficentiæ paratiores erunt & tanquam exercitatiores ad benè de multis promerendum. Offic. 44 b, Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Liberales, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſa, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur vel in re quærenda vel augenda. Offic. 46 b, Eſt enim non modò liberale, paulum nonnunquam de ſuo iure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum. Epiſt. 99 a, Imperator liberaliſſimus. Attic. 64 a, Domitius liberalis in populo valde fuit. & 102 a, Nequaquam ſatis pro meis officijs, pro ipſius in alios effuſione, illum in me liberalem fuiſſe.

¶ *Ingenuus.* )( *illiberalis.* pro Cæl. 48 b, Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. pro Flac. 154 b, In cauſa liberali. Acad. 1 a, Omnis liberalis & digna homine nobili doctrina. Epiſtol. 49 a, Omnis ars & doctrina liberalis. de Orat. 154 b, Liberales doctrinæ atque ingenuæ. de Inuen. 50 b, Artium liberalium magiſtri. Offic. 30 a, De artificijs & quæſtubus, qui liberales, qui ſordidi.

† Syntaxis. *Regium, liberale, munificum. Largus, beneficus, liberalis. Viaticum liberale, voluntas, mens, cauſa, doctrina. Artes liberales & ingenuæ.*

LIBERALITAS, tis. *benignitas, beneficentia, largitas, bonitas, benéfica voluntas, liberalis voluntas, voluntas benemerendi de aliquo, clementia.* de Orat. 118 a, Raró illud datur, vt poſſis liberalitatem & benignitatem ab ambitu atque largitione ſeiungere. Par. 236 b, Liberalitas in vſu pecuniæ. pro Flac. 162 a, Maximas audio tibi pro tua eximia liberalitate maximiſque beneficijs in tuos veniſſe hæreditates. Attic. 274 b, Ne tua liberalitas diſſolutior videatur. & 275 b, Vnum hoc grato animo liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem deſiderat. pro Qu. Roſc. 49 a, Qui tantas pecunias propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. Epiſt. 6 b, Virum tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctum, &c. Offic. 46 b, Poſſe liberalitate vti, non ſpoliantem ſe patrimonio, nimirum eſt pecuniæ fructus maximus. de Clar. 173 a, Homo non liberalitate, vt alij, ſed triſtitia & ſeueritate popularis. * Partit. 236 b, Magnitudo animi dicitur, cuius eſt liberalitas in vſu pecuniæ & 237 a, Liberalitatem effuſio inuitatur. de Nat. 14 b, Sed oblitus liberalitatis meæ, qua tecum paulò antè vti cæperam, plura complector. de Leg. 165 b, Quid liberalitas? gratuitáne eſt an mercenaria? Si ſine præmio benigna eſt, gratuita, ſi cum mercede, conducta. Offic. 5 b, Beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. Offic. 9 b, De beneficentia ac liberalitate dicatur: qua quidem nihil eſt naturæ hominis accommodatius: ſed habet multas cautiones. ibid. Vt ea liberalitate vtamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. ibid. Ineſt in tali liberalitate cupiditas rapiendi plerunque & auferendi per iniuriam. Offic. 10 a, Talis ſimulatio vanitati eſt coniunctior, quàm aut liberalitati aut honeſtati. & b, Duo genera liberalitatis ſunt, vnum dandi beneficij, alterum reddendi. Offic. 11 a, Vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Ennij finem. & b, Quanquam omnis virtus nos ad ſe allicit, facitque vt eos diligamus, in quibus ipſa ineſſe videatur: tamen iuſtitia & liberalitas id maximè efficit. Offic 39 b, Fama & opinio liberalitatis, beneficentiæ, iuſtitiæ, fidei. Offic. 43 b, De beneficentia ac liberatitate dicendum eſt: cuius eſt ratio duplex. & 44 b, Fructus liberalitatis. Offic. 46 a, In illo altero genere largiendi, quod à liberalitate proficiſcitur. ibid. Temeritate remota, gratiſſima eſt liberalitas, eoque eam ſtudioſius plerique laudant. & b, Vt illiberalitatis auaritiæque abſit ſuſpicio. Epiſt. 14 b, Huc acceſſit commemoranda quædam & diuina Cæſaris in me fratremque meum liberalitas. Epiſt. 65 b, *Vatinij.* Vt tuam conſuetudinem & liberalitatem in me abſente defendendo mihi præſtes. Epiſt. 99 b, Si quamplurimum in te ſtudij, Officij, liberalitatis ſuæ contuliſſet. Epiſt. 148 b, *Planci.* Legiones habeo quinque ſub ſignis, &c. noſtra liberalitate nobis obſequentes. Epiſt. 207 b, Cn. Puppium omnibus tuis officijs atque omni liberalitate tueare. Epiſt. 214 a, Vt eum etiam atq; etiam tuis officijs, liberalitate complectare. Epiſt. 220 b, Mihi non eſt dubium, quin cum anteà noſtra cauſa, nucians etiam tuæ conſtantiæ gratia manſurus ſis in eadem iſta liberalitate. Attic. 84 a, Quod meam βαθύτητα in Appio tibi, liberalitàtem etiam in Bruto probo.

† Syntaxis. *Liberalitas & benignitas. Liberalitas diſſoluta, cautior, moderata, diuina, præſtans. Liberalitatis magnificentia.*

LIBERALITER, lius. *ingenuè.* de Or. 96 a, Homo ingenuus, liberaliterq; educatus.

¶ *Largè.* I. V. 194 b, Qua in re ſenatus optimè ac benigniſſimè cum aratoribus egiſſet, largè liberaliterq; æſtimaſſet, in ea, &c. Qu. fr. 211 a, Viuo liberalius quam ſolebam. I. V. 192 b, Benignè ac liberaliter.

* LIBERANDVS, a, um. Attic. 90 b, His ego duobus generibus

bus *ciuitatum* facultatem ad ſe ære alieno liberandas aut leuandas dedi.

LIBERATIO, onis. *abſolutio.* pro 137 a, Cùm à te non ſolùm liberationem culpæ, ſed etiam errati veniam impetrauiſſent.

¶ *Vacuitas.* de Fin. 56 b, Liberatione & vacuitate omnis moleſtiæ gaudeamus. * Qu. fr. 296 b, Poſſunt in pactionibus faciendis non legem ſpectare cenſoriam, ſed potiùs commoditatem conficiendi negotij liberationem moleſtiæ.

LIBERATOR, oris. *vindex libertatis.* Att. 227 a, Romæ noſtri liberatores tuti eſſe non poſſunt. I.A. 153 b, Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum ſeruile deiecerant. * ad Brut. 284 b, *Bruti.* Vt Octauius orandus ſit pro ſalute cuiuſquam ciuis, non dicam pro liberatoribus orbis terrarum.

LIBERATVS, um. *liber.* pro S.R. 42 b, Culpa liberatus, crimine ſolutus, &c. de Leg. 173 b, Templa liberata & effata habento. Attic. 15 b, Te à quartana liberatum gaudeo. pro Dom. 234 a, Homines ſoluti & cura liberati. de Nat. 27 b, Cùm cauea liberati pulli paſcerentur. pro Mar. 133 a, Si aliqua culpa tenemur erroris humani à ſcelere certè liberati ſumus. Tuſc. 148 a, Cùm defenſionum labor bus ſenatorijsq; muneribus, aut omninò, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. * pro Marc. 136 a, Qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatum. & b, Magnis curis, moleſtijs, doloribus liberatus. I. A. 158 b, Quanto metu veterani, quanta ſolicitudine ciuitas tum a, te liberata eſt? & 159 a, Tum denique liberati per viros fortiſſimos videbamur. I. A. 265 a, Ob eas res Senatum exiſtimare & iudicare, eorum trium imperatorum virtute, imperio, conſilio, grauitate, conſtantia, magnitudine animi, felicitate, populum Rom. fœdiſſima crudeliſſimaque ſeruitute liberatum. Tuſc. 158 b, Liberatos ſe per eum *Deum* dicunt *philoſophi* grauiſſimis dominis, terrore ſempiterno, & diurno & nocturno metu.

LIBERE. *ſoluti.* I.V. 144 a, Non vereor, ne magis accuſatoriè, quàm liberè dicere videar. Or. 204 a, Vt ingredi liberè, non licenter errare videatur. Attic. 65 a, Conſtanter & liberè me geſſi. pro Qu. 6 a, & pro S. R. 22 a, Quem tu reſpirare liberè non ſinis. de D. 129 a, Animus ſomno relaxatus ſolutè mouetur & liberè. Antequam. 195 b, Liberè loqui in iudicio. pro Plan. 265 b, Aſperius, inquit, locutus eſt, imò fortaſſe liberius.

† Syntaxis. *Liberè, & licenter errare. Conſtanter & liberè ſe gerere. Solutè animus, ac liberè mouetur, Non aſpere, ſed liberius.*

LIBERI, orum. *filij.* Att. 118 b, Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. & 258 a, Is ex C. Fabij filia liberos habuit. I.V. 260 a, Idq, poſtremum parentes ſuos liberi orabant. Top. 228 b, I.V. 284 a, Suſcipere liberos. Offic. 26 a, & Epiſt. 140 b, Liberis dare operam re honeſtum eſt, nomine obſcœnum. Tuſc. 203 a, Orbitates quoq; liberorum prædicantur. pro Cl. 24 a, Fratris autem liberos vita priuauit. *hic de vno tantum filio loquitur.* * I.V. 259 b, Prohibentur parentes liberis ſuis cibum veſtitumq; ferre. ibid. Matres ab extremo complexu liberum excluſæ. I.V. 260 a, Illorum liberi cum erunt ſecuri percuſſi necati. pro Sect. 28 a, Diſſipati liberi. de Diuin. 129 b, Quis non videt, & formas & mores, & pleroſque ſtatus ac motus effingere à parentibus liberos? de Petit. 206 b, Vt parentum propè in gremijs prætextatos liberos conſtuprauit? Epiſt. 66 a, *Vatinij.* Liberi occiſi. Att. 284 a, Ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit. & 286 a, *Bruti.* In Græcis ciuitatibus liberi tyrannorum, oppreſſis illis, eodem ſupplicio afficiuntur. Qu. fr. 298 b, Ea gloria tibi eſt communicanda mecum, prodenda liberis noſtris.

† Syntaxis. *Ex muliere liberos habere ſuſcipere. Liberis dare operam.*

LIBERO, as *vindico, libertatem do, in libertatem vindico, reſtituo vel in integrum reſtituo, recupero, expedio ſoluo, abſoluo, laxo, relaxo.* de Orat. 100 a, Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeq; liberaſſet. Antequam. 193 b, Arcem vrbis ab incendio & flamma liberaui. Qu. fr. 219 b, Teq; item ab eo vindico & libero. I. V. 240 a, Cæteri & his incommodis pecunia ſe liberârunt. pro Fl. 164 b, M. Aquilium patres noſtri multis auaritiæ criminibus teſtimonijsque conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat, iudicio liberauerunt. de Or. 159 a, Nam cum finxit *orator verba* modis & forma, & relaxat & liberat immutatione ordinis. Attic. 221 a, Ego librarios tuos culpa libero. de Vn. 198 a, Deus motum cœli ab omni erratione liberauit. Att. 86 b, Ne tu me ſolicitudine magna liberâris. pro Cl. 30 a, Iudices hunc quem iam bis condemnatum acceperant, liberarent? I. V. 123 b, Quid Sopatrum eodem illo crimine liberârant. Epiſt. 3 a, Prorſus cum libero omni ſuſpicione cupiditatis. & 90 a, Liberare aut leuare ſe ære alieno. de Nat. 4 b, Vt omni me inuidia liberem. de Som. 127 b, Niſi Deus iſtis te corporis cuſtodijs liberauerit. Epiſt. 35 a, Vt eos quamprimum, ne in hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem.

† Syntaxis. *Ab eo te vindico & libero, relaxare & liberare orationem. Liberare aliquem culpa. Liberare, aut leuare ſe alieno ære.*

LIBERTA, tæ. I.V. 63 b, Liberta Veneris Erycinæ.

LIBERTAS, tis. *licentia.* )( *ſeruitus.* Ac. 8 b, Vereor, ne largiar ei qui contradicturus eſt, maiorem libertatem ac licentiã. & 30 a, Quanti iſta libertas æſtimãda eſt? I.V. 148 b, Nunquam ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiam libertatemque viuendi. de Orat. 194 a, Virtus tamen ius ſuum & impunitam omnium rerum libertatem tenere debet. pro R.P. 126 a, Perdere libertatem. pro Pl. 266 a, Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano non eſt conceſſa libertas. pro Rab. 97 b, Dare libertatem Romano ſeruo. pro Pl. 262 a, Tabella dat eam libertatẽ populo, vt quod velint faciant pro Sect. 18 b, Eos voluntatem ſemper eandem, libertatem eandem non ſemper habuiſſe. Off. 14 a, Libertatis proprium eſt, ſic viuere vt velis. de Orat. 121 b, Me tamen iſta oſcitans ſapientia in libertatem vindicabit. de Nat 12 b, Solutus, & in libertatem vindicatus. Ar. 144 a, De libertate retinenda, qua nihil eſt dulcius, tibi attentior. pro Fl. 149 b, Græcia hoc vno malo concidit, libertate immoderata, & licentia concionum. pro Dom. 217 b, Quod idem in poſterum de extraordinarijs poteſtatibus libertatem ademiſſes. & 228 b, Nemo ciuis Rom. aut ciuitatem aut libertatem poteſt amittere, niſi ipſe autor ſit factus. Offic. 37 b, Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, quàm retentæ in Ant. 209 a. Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, populi Romani eſt propria libertas. Par. 122 a, Libertas eſt poteſtas viuendi vt velis. de Leg. 191 b, libertatem largior populo, vt & autoritate valeant, & vtantur bonis. & 192 a, Habeat ſanè populus tabellam, quaſi vindicem libertatis. * Frag. ep. Quo beneficio per te me in libertatem vindicaſſem. de Orat. 143 a, Hæc tibi eſt excidenda lingua, qua vel emulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. pro Dom. 228 b, Vt ciuis Rom. libertatem nemo poſſet inuitus amittere Quinetiam ſi Decemuiri ſacramẽtum in libertatem iniuſtum iudicaſſent. pro Sect. 18 b, Cùm Conſules prouinciarum pactione libertatem omnem perdidiſſent. & 28 a, Vindex libertatis. de Leg. 192 a, Vt in eo ſit ipſa libertas. Epi. 168 b, *Bruti.* Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quicquam aliud à libertate communi quæſiſſe, exitus declarat. Epiſt. 180 a, *Marij* Libertatis autores. & 182 a, Libertatem patriæ vitæ amici anteponendam. Epiſt. 188 b, *Caſſij.* Si exercitum ad Rempub. libertatemque defendendam comparaui. Att. 90 b, Omnes ciuitates ſuis legibus & iudicijs vſæ αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt. Att. 285 a, *Bruti.* A quibus ipſe libertatem accepiſſet. & b, Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram & libertatem. ibid. Dignitatem & libertatem qui poſſumus accipere? Att. 286 a, Quæ *ciuitas* ne trad tam quidem atque inculcatam libertatem recipere poſſit. & b, Libertate contentus. Att. 287 a, Libertatis defenſorem eſſe vel ingenio, vel rebus geſtis, vel ſtudio atque efflagitatione omnium. I. A. 165 b, Cn. Domitium non patris interitus? non auunculi mors? non ſpoliatio dignitatis? ad recuperandam libertatem, ſed mea autoritas excitauit.

¶ *Dea ſic dicta.* pro Dom. 235 a, * Iſta tua pulchra Libertas Deos penates & familiares meos Lares expulit.

† Syntaxis *Libertas & licentia: & contrá. Libertatem viuendi ſibi præcidere. Perdere, dare libertatem. In libertatem vindicare aliquem. Solutus, & in libertatem vindicatus. Libertatem retinere, amittere, adimere, accipere, recipere.*

LIBERTINA, næ. pro Sect. 28.

LIBERTINVS, ni. *iuſta ſeruitute manumiſſus.* pro Sect. 23 a, Sunt etiam libertini optimates. de Orator 88 a, Tyberius Gracchus libertinos in vrbanas tribus tranſtulit. I.A. 186 b, Ipſe ex libertini filia ſuſcepit liberos. pro Cor. 50 a, Cn. Publicius libertinus homo. * I A. 161 a, Cùm omnes recordarentur, libertinum generum, & liberos tuos nepotes. Q. Fadi libertini hominis fuiſſe. Att. 23 a, An libertinis, atque etiam ſeruis ſeruiamus.

LIBERTVS, *id eſt, libertinus. Sed libertus ad patronum, libertinus ad ingenuum refertur.* Epiſt. 213 b, Peto à te, Vt Ammonium libertum in patroni eius negocio tueare. Qu. fr. 299 b, Species tam gratioſi liberti aut ſerui dignitatem non habet. * pro Sect 20 a, Se ſeruarum ac libertarum corporibus obtexit. Epiſt. 209 b, Vt quàm commodiſſima conditione libertus Stribonis, qui eius rei cauſa miſſus eſt, negotium conficiat, ad numosq; perueniat. Epiſt. 210. b,

Eius libertum Apollonium & magni faciebam, & probabam, &c. Ab eo *patrono* admodum diligebatur. Epiſt. 213 a, Commendo tibi maiorem in modum libertum eius, quem quidem tibi etiam ſuo nomine commendo. Nam cùm propterea mihi eſt probatus, quòd eſt in patronum ſuum officio & fide ſingulari, tum etiam in me ipſum magna officia contulit, mihique moleſtiſſimis temporibus ita fideliter beneuoleque præſtò fuit, vt ſi à me manumiſſus eſſet. Epiſt. 218 b, Habet is in prouincia tua negotia, quæ procurant liberti: quos tibi non ſecus commendo. Epiſt. 228 b, C. Curtius Mithres eſt ille quidem libertus Poſthumij, ſed me colit & obſeruat æquè atque illum ipſum patronum ſuum. Epiſt. 229 b, Eius libertum. T. Ampium Menandrum, hominem frugi & modeſtum, ac patrono & nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, ſi quibuſcunque rebus ſine tua moleſtia poteris, ei commodaris. Attic. 216 a, Profeſſus eſt Philotimus libertus.

LIBET, bat. *collibet, placet, delectat, non diſplicet, ſum contentus, volo.* de Orator. 110 a, Si tibi id minus libebit, non te vrgebo. pro Qu. 17 b, Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit quod non licet. de Sen. 94 b, 17 b, Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt. Tuſcul. 218 a, Nihil quiſquam niſi quod libet, facere præclarè poteſt. Epiſt. 9 a, Vel etiam, id quod mihi maximè libet, ad noſtra ſtudia me referam. Attic. 26 b, Quarum alteram non libebat mihi ſcribere, quia abſcideram. & 53 b, De republica nō libet plura ſcribere. & ibid. Non libet fugere, aueo pugnare. de Diuin. 114 a, De quo primo hoc libet dicere. de Natur. 19 b, Vt mihi quidem admirari liberet, eſſe, &c. & 4 b, Itaque mihi libet exclamare. de Orat. 140 b, De quo libitum mihi eſt paulo plura dicere, quàm, &c. Attic. 234 b, Cui facilè perſuaſi, mihi id quod rogaret ne licere quidem, non modò libere. I. A 215 b, De proximo bello ciuili nō libet dicere. de Sen. 85 b, Senectus efficit, vt non libeat, quod non oportet. de Leg. 184 a, Quoniam libitum eſt vobis me ad hæc impellere. pro Milo. 10 b, Vos & omnes boni vota faciebatis, vt Miloni vti virtute ſua liberet. de Aruſp. 104 a, De Gracchij tribunatu quid expectem, non libet augurari.

LIBIDINOSE. *interpretanter, luxurioſè.* I.V. 60 b, Libidinoſè, nefariè, crudeliter. Off. 4 a, Caue, ne quid libidinoſè aut facias aut cogites.

LIBIDINOSVS, a, um. *intemperans, mulieroſus.* Poſtq. 207 a, Vir libidinoſus, impurus, intemperans. pro Cœl. 40 a, Cum libidinoſis luxurioſè viuere. pro Syl. 180 b, Audax, petulans, libidinoſus. Attic 92 a, & de Fat. 141 b, Etenim eſt leuis, libidinoſus, ſalax. *aliter, ſagax.* de Sen. 83 a, Libidinoſa & intemperans adoleſcentia. I. P. 94 a, Nihil iſto ſcitore eſſe luxurioſius, libidinoſius. de Fin. 6 a, Libidinoſa voluptas. *I.V. 147 b, Homo flagitioſiſſimus, libidinoſiſſimus, nequiſſimuſque.

LIBIDO, ſiue LVBIDO, nis, *ingenita procreandi cupiditas.* de Nat. 51 b, In mare & in fœmina commiſcendorum corporum miræ ſunt libidines. Off. 11 b, Eſt hoc natura commune animantium omnium, vt habeant libidinem procreandi.

¶ *Furor, impetus non rectus, effrenata cupiditas.* Orat. 218 a, Vbi libido dominatur, innocentiæ leue præſidium eſt. pro Quint. 3 a, Res quæ libidine, non ratione geruntur. de Fin. 97 a, Timere, mœrere, in libidine eſſe, peccatum eſt, etiam ſine effectu. de Ar. 253 b, Clodius Cilicum libidines barbarorumque ſatiauit. de Fin. 77 a, Satis'ne ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat? *I. V. 195 a, Quò non noſtrorum hominum libido iniquitaſq; peruaſerit.

¶ *Luxuries.* de Orat. 101 a, Docemur autoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. I.V. 138 b, Voluntatem patris anteponendam putauit libidini ſuæ. pro Cluent. 20 a, Repete exorta eſt mulieris importunæ nefaria libido. I.C. 100 a, Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis vnquam, quod flagitium à toto corpore abfuit? & 106 a, Catilina alijs fructum libidinem pollicebatur, alijs, &c. & ibidem, Nō mediocres hominum libidines ſunt. pro Milone 115 b, Is cui nihil vnquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. & 116 a, Nunquam ille à liberis, à coniugibus veſtris effrenatas libidines ſuas cohibuiſſet. pro Fon. 181 b, Turpitudo, quæ à libidine aut à petulantia aut ab audacia nata ſit. & 282 a, Quæ ad ſuſpicionem ſtuprorum ac libidinum pertinent. I. P. 98 a, Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudineſque ſubierunt. I. A. 169 a, Puer emptus libidinis cauſa. de Orat. 129 b, Nihil ſupereſt, libidines totum diſſiparunt. de Orat. 122 b, Timidè tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti. *I. V. 92 a, Tantæ'ne tuæ Verres libidines erunt, vt eas capere ac ſuſtinere non prouinciæ populi Rom. non nationes exteræ poſſint. ibid. Niſi libidini tuæ cupiditatiq; paruerit. I.V. 227 a, Conferte huius libidines cum illius continentia. pro M. Cæl. 46 b, Nulla luxuries reperietur, nulli ſumptus, nullum æs alienum, nulla conuiuiorum ac luſtrorum libido. Hortenſ. Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliſcit. de Orat. 143 a, Hæc tibi eſt excidenda lingua, qua vel euulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. in Piſ. 90 a, Cùm partem eius prædæ profundæ libidines deuoraſſent. pro Marc. 134 b, Omnia ſunt excitanda tibi, comprimendæ libidines, propaganda ſoboles. Tuſcul. 211 b, Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis. Ita eſſe quatuor, ex bonis libidinem & lætitiam vt ſit lætitia præſentium bonorum, libido futurorum ibid. Lætitia & libido in bonorum opinione verſantur: cum libido ad id, quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur. ibid. Quæ appetitio aduerſus rationem incitata eſt vehementius, ea libido eſt vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Tuſcul. 212 a, Libido opinio venturi boni: quod ſit ex vſu iam præſens eſſe atque adeſſe. ibid. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, &c. libido effrenatam appetentiam. Tuſc. 213 a, Quæ libidini ſubiecta ſunt, ea ſic definiunt: vt ira ſit libido puniendi eius, &c. & b, Indigentia libido inexplebilis. Deſiderium libido eius, qui nondum adſit, videndi. Tuſcul. 214 a, Ea oriuntur ex libidine & lætitia. Tuſcul. 231 b, Quem libidinibus inflammatum & furentem videmus. ibid. Quos, &c. nullę libidines incitant. Tuſc. 232 a, Neque vnquam finem inueniet libido. de N. 10 a, Qui poëtæ & ira inflammatos & libidine furentes induxerunt Deos, feceruntq; vt eorum bella, &c. effuſas in omni intemperantia libidines videremus.

¶ *Voluntas, arbitrium, deſiderium, ſtudium.* pro Fon. 281 a, Si perlatum erit in Galliam, equites Romanos rem ad illorum libidinē iudicaſſe. de Leg. 191 a, Suffragandi nimia libido in non bonis cauſis eripienda fuit potentibus. de Inu. 79 a, Quæ in mentem aut in libidinem veniunt. de Fin. 52 a, Ad libidinem fingere aliquid. I. V. 72 a, Ad noſtrum arbitrium libidinemq; aduerſariorum minas eludemus. pro S.R. 42 a, Ad libidinem ſuam aliquem vexare. Offic. 51 a, Tanta in eo peccandi libido fuit, vt, &c. de Sen. 85 a, Libido voluptatis ad omne facinus ſuſcipiendum hominem compellit.

† Syntaxis. *Procreandi libido. Libidine, non ratione viuere, loqui, iudicare. In libidine eſſe, peccatum eſt etiam ſine effectu. Libidines habere domitas. Libido profunda in intemperantia. Effuſa libido, nefaria, non mediocris. Facinus, libido. Effrenatas à nece cohibere libidines. Ad libidinem iudicare. Hæc non in mentem, ſed in libidinem veniunt. Ad arbitrium & libidinem. Voluptatis libido.*

LIBO, bas. *ſacrifico, dijs conſecro.* de L. 173 a, Certaſq; fruges certaſq; baccas ſacerdotes publicè libanto: hoc certis ſacrificijs ac diebus.

¶ *Delibo, carpo, decerpo, colligo.* de Inu. 26 b, Ex varijs ingenijs excellentiſſima quæq; libauimus. ad Her. 24 b, Libare ſuo nomini laudem ex aliorum laboribus. Tuſc. 244 b, Libaſq; ex omnibus *diſciplinis* quodcunque te maximè ſpecie veritatis mouet. de Or. 103 b, Aliqua non vt ſua poſſediſſe, ſed vt aliena libaſſe.

† Syntaxis. *Ex floribus libare præcipuos. Libatus à Deo animus, vel à diuinitate. Ex ingenijs primis multa libare. Sibi laudes ex aliorum laboribus libare. Multa aliena libare.*

LIBRA, bræ. *ſtatera, trutina, id eſt, inſtrumentum, quo res ponderantur, & examinantur.* Tuſc. 248 a, & de Fin. 146 a, Quo loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai: qui tum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantùm propendere illam bonorum animi lancem putat, vt terram & maria deprimat. de Orat. 104 b, Facere teſtamentum in procinctu ſine libra atque tabulis de Or. 157 a, Nexum, quod per libram agitur. * de Leg. 180 b, Is per æs & libram hæredem teſtamenti ſoluat.

LIBRAMENTVM, ti. *extremitas.* Acad. 29 a, Extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo ſit.

LIBRARIOLVS, li. *librarius.* Att. 57 b, Velim mihi mittas de librariolis tuis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus. * pro Cornel. 57 b, Quod librarioli ſcire profiteantur. de Leg. 157 a, Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, ſed ex librariolis Latinis. Att. 241 b, Seruius pacificator cū librariolo ſuo videtur obijſſe legationem, & omnes captiunculas pertimeſcere.

LIBRA-

**Librarium**,rij.*catalogus, quem regiſtrum vulgò vocant, commentarium* pro Mil. 107 b, * Exhibe quæſo Sex. Clodi librarium illud legum veſtrarum:quod te aiunt eripuiſſe è domo, & ex medijs armis turbaq; nocturna tāquam Palladium ſuſtuliſſe.

**Librarius**, a, um. I.A.164 a, Niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet.

**Liararius**,rij.*ſcriba, qui ſcribit libros.* cont. Rul.68 b, Lex in publicum proponitur, concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarij, deſcriptam legem ad me afferunt. pro Syl.175 a, Illas tabulas deſcribi ſtatim ab omnibus librarijs imperaui. Att.63 a, Epiſtola librarij manus eſt de Orat.159 a, Librariorum notæ. & Or.219 b, Interductu librarij.Epiſt.265 a,b, Sed peto à te, vt quàm celerrimè mihi librarius mittatur, maximè quidem Græcus. Att. 57 b, De librarijs,ſi me amas,diligenter aduerte.& 96 a,Legi literas non tuas,ſed librarij tui. Att.131 b,Lippitudinis meę ſignum tibi ſit librarij manus.* I.A.162 a,Sunt.*literæ* librarij manu. & 225 a, Quod quid eſt aliud, quàm librarium Bruti laudare,non Brutum?de Leg.193 a, Itaque hæ leges ſunt, quas apparitores noſtri volunt: à librarijs petimus. & b, Leges à librarijs peti. Epiſt.265 b,Tu iſtic,ſi quid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis. Att. 189 b, Quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarij. Att. 210 b,Scripſi ad librarios, vt fieret tuis,ſi tu velles, deſcribendi poteſtas. ibid. Deſcribit à tuis: iſtos ipſos de Finibus habet. Ego autem tibi confirmo, à meis eam non habere,nunquam enim ab oculis meis abfuerunt. Tantum porro aberat vt binos ſcriberent, vix ſingulos confecerūt. Att.216 a,Noſti credo librarium.

† Syntaxis.*Librarius exſcribit leges.Librarij manu literæ ſcriptæ.* erat igitur quoque priuatus miniſter,& ſcriptor librarius.

**Libratus**.ta,*appenſus,ponderatus.* Tuſc.242 a, Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſtineantur.

* **Libya**,æ.*Africa.*de Nat.21 b,Vaſtitas Libyę.& 64 b, *Europam Libyamq; rapax vbi diuidit vnda.*

**Licenter**,tiùs, *nimis liberè,immoderatè.* Or.204 a,b.Vt ingredi liberè, non licenter errare videatur. pro Cæl.49 b, Serui licentiùs, liberiùs, familiariùs cum domina viuentes. de Nat.23 a,At quàm licenter fluentium frequenter tranſitio fit viſionum.

† Syntaxis *Licenter,liberè,familiariter.*

**Licentia** tiæ.*libertas, impunitas, venia, libertas immoderata.* in Verr.148 b, Nunquam ipſimet nobis præcideremus iſtā licentiam libertatemq; viuendi. Acad. 8 b, Ne maiorem largiar ei qui contradicturus eſt, libertatem & licentiam. Off. 21 a, Pueris non omnem licentiam ludendi damus. Att.156 b, Hi niſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putauerunt licentiam cupiditatum ſuarum.de Clar. 194 b, Is redundantes nos & ſuperfluentes iuuenili quadam impunitate & licentia repreſſit.pro Flac.149 b,Græcia hoc vno malo concidit,libertate immoderata, ac licētia concionum. Or. 211 b, Conſuetudo dabat hanc licentiam. Quint.frat.294 b, Vbi tam immoderata libertas, infinita hominum licentia *eſt*.con.Rull.63 b, Proſpicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. Mur.128 b, Ne ab iſto conceſſam videamur habere licentiam fingendi. de Nat. 25 b, Homo ad ſcribendi licentiam liber.Orat.200 a,Numerus liberiore quadam fruitur licentia. de Or.156 b,Verba priſca,quæ ſunt poëtarum licentiæ liberiora.& 90 b,Poëta numeris aſtrictior, verborum licentia liberior. de Fat.143 a, O licentiam iocularē. de Sen 86 a, Tantùm licentiæ dabat gloria. Off. 56 a, Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat in Verr. 197 b, Dare licentiam hominibus pecuniarum eripiendarum pro Cæl. 47 b, Is abhorret non modò ab huius ſeculi licentia, verùm etiam à maiorum conſuetudine atque conceſſis.Off.38 b, Niſi multorum impunita ſcelera tuliſſemus,nunquam ad vnum tanta perueniſſet licentia. pro Dom. 239 b, Tu in ciuis domo ſimulacrum non libertatis publicæ,ſed licentiæ collocaſti. Att.243 a, Bella eſt autem huius iuris quinquennij licentia. pro Font. 282 a,Quantam habent ad maledicendum licentiam. Off. 30 a, Magnis illis & diuinis bonis hanc licentiam aſſequebantur.de Am.111 b, In ijs pernicioſus eſt error, qui exiſtimant peccatorum omnium patére in amicitia licentiā. pro Mil.118 a,Quem ſi feciſſet,habiturus eſſet impunitatem,& licentiam ſempiternam.pro Lig.140 b,Vide, quid licentiæ Cæſar nobis tua liberalitas det, vel potius quid audaciæ.pro Cęl. 40 b, Cuius rei ipſe perpetuam licentiā optaret.Ep.54 b, Magna gladiatorum eſt licentia. de Fin. 79 b.Epicurus luxuriæ licentiam pollicetur.de Diu.139 b, Reſiſtere licentiæ alicuius.I.V.153 b,Hac licentia permiſſa,vt quantum vellent,auferrent.de N. 22 b, A Democrito omnino hęc licentia in Verr.122 a,Cùm iſte calumnię licentiam ſua autoritate dediſſet. * pro Flac.150 a,Satiſne vobis coarguere his autoribus diſſolutam Græcorum cōſuetudinem licentiamq; imprudentem videmur.

¶ *Oratoria exornatio,cū apud eos, quos aut vereri aut metuere debemus,tamen aliquid pro iure noſtro dicimus,quod eos minimè offendat, aut quos hi diligunt, cum in alquo errato verè reprehendi poſſe videantur:*ad Her.35 a, * Eiuſmodi licentia ſi nimium videbitur acrimonię habere,multis mitigationibus lenietur.ibid.Quod erat commotum licentia.ibid.Hæc res,ſicut in amicitia ita in dicendo ſi loco fit, maximè facit,vt, &c.Eſt quoddam genus licentiæ in dicendo, quod aſtutiore ratione comparatur. ibid. Poſterioris licentiæ hoc erit exemplum.ad Her. 36 a, Hæc exornatio, cui licentiæ nomen eſt, duplici ratione tractabitur, acrimonia, &c.& aſſimulatione,&c.quod imitatur licentiam.

† Syntaxis. *Licentiam & libertatem alicui præcidere,largiri, dare,obtinere. Redundare & ſuperfluere licentia & impunitate. Libertas immoderata,& licentia. Diſſoluta conſuetudo, & licentia. Licentiam habere. Infinita licentia, infinita & intoleranda. Liber ad ſcribendi licentiam. Tuæ licentiæ ſcelera liberiora. Poëtis verborum licentia liberior. Ad vnum omnis peruenit licentia. Licentiā & audaciam dare:*in bonam partem.

**Licentior**,is.de Or.169 b,Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. * Or.211 a, Quid verò licentius quā.

**Liceo**,es.*liceor,æſtimo.* Att 193 b, De hortis quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoque audieram.

**Liceor**,eris.*in licitationem pono, precium defero,præconi publico ſubijcio,ſub præcone ſubijcio,voci acerbiſſimæ præconis bona alicuius ſubijcio.* pro Cæl.287 b,Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi,fundus addicitur Ebutio. Off. 64 a, Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor opponet.I.V.164 b.Herbitenſes liciti ſunt vſque eò, quod ad ſe efficere poſſe arbitrabantur. & 153 a, Eum qui manus quæſierit, an eum qui digito licitus ſit,poſſidere? & 169 a,Is liceri non deſtitit.& 181 a,Liceri contra aliquem. Att.199 a, Heredes Scapulæ liceri cogitant.

† Syntaxis.*Liceri contra aliquem.*

**Licet**,bat.*licitum eſt,ius eſt,integrum eſt, ius habeo, fas eſt,licentiam habeo,decet,conuenit, datur,poteſt, legibus conceditur, integrum eſt.* pro Rab. Poſth. 126 b, Quorum impunitas fuit non modò à iudicio,ſed etiam à ſermone:id eſt, quæ facere licuit non modò per iudicia, ſed etiam per ſermonem. Att.15 a, Quo in genere mihi negligenti eſſe non licet.pro Fl.16 a,Cur his per te frui libertate ſua?cur deniq; eſſe liberos non licet? pro Cæl. 37 b, Vos laborioſos exiſtimet,quibus ocioſis ne in communi quidem ocio liceat eſſe.pro Corn.69 b,Si ciui Romano licet eſſe Gaditanum. Att.135 b,Impetrabis,inquis,à Cęſare,vt tibi abeſſe liceat, & eſſe otioſum.& 22 a,Nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio remp. perdere. pro Qu. 17 b, Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit quod non licet. contro Rull. 69 b, & 70 a,Vt id quoad poſſet,quoad fas eſſet,quoad liceret, populi ad partes daret. pro Mil.120 a, Clodium nihil delectat,quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat.in Ant. 248 b, Licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum inſtitutisq; conceditur.Par.119 b,Quod non licet,id hoc vno tenetur, ſi arguitur nō licere. Anteq 196 a, Dum in ciuitate manere licitum eſt. de Or. 152 b, De hac re in vtranque partem diſſeri copioſè licet. de Diu.115 a, Sexcenta licet eiuſmodi proferre.pro Mur.125 b, Non mihi iam licet, nec integrum eſt, vt miſeros non defendam. pro S.R.39 b, Id quod poſtea ſi per vos iudices licitū erit, aperietur.& 26 a, Verùm quoniā ita Chryſogono videtur, artificium obliuiſcatur,& ſtudium deponat licebit.Ep.9 a, Si per eum mihi licebit & 50 a, Quibus ſine dolore licitū eſt mortem cum vita commutare.*bis.* & 256 a, Tibi licet, mihi nefas eſt obliuiſci. de Or. 152 a, Licet hoc videre in reliquis ſenſib.de Di.99 a, Videre lic[illegible]iones quaſdam, &c.Off. 20 b,Licet ora ipſa cernere iratorum, qui, &c.de Di.82 b,Mirari licet,quæ ſint animaduerſa à medicis herbarum genera. * Off 58 b, Sin hoc non licet propter Cratippum.

† Syntaxis.*Per leges licet. Non licet,neque integrum eſt.*

**Licet**,*pro quanquam.*de Am. 110 a, Quantumuis licet excellas.de Leg.189 a,Quantumuis enumeres multos licet, nullos tamen,&c. Poſtquam. 205 b, Licet corpus abeſſet meum,dignitas iam in patriam reuerterat. pro S.R.23 b, Licet omnes in me terrores impendeant, ſubibo.

† Syntaxis.*Quantumuis licet. Quantumuis multa dicas licet.*

* **Licinius**,a,um.pro P.Qu.4 a,Atria Licinia.pro Pl.266 b,Nomine legis Licinię, quę eſt de ſodalitijs,omnes ambitus legis complexus eſt.

**Licitatio**,onis.*auctio,haſta* I V.135 a, Exquiſitis palàm preciis licitationibusq; factis.Att.180 a,Cum ea pars quę videretur eſſe minor,licitatione expleri poſſet.

**Licitator**,oris. *qui rei ſub haſta poſitæ precium auget.* Offic.

64 a, Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor opponet. Epiſt. 96 a, Nunc quando tuum preciũ noui, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris veneat.

Lictor, oris. *apparitor.* in Verr. 259 b, Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, lictor Seſtius. Qu. fr. 292 a, Sit lictor non ſuæ, ſed tuæ lenitatis apparitor, maioraq; præferant faſces illi, ac ſecures dignitatis inſignia, non poteſtatis. contra Rull. 85 a, Deinde anteibant lictores non cũ bacillis, ſed vt hic prætoribus anteeunt cum cum faſcibus duobus. pro R. b. Poſth. 92 b, I lictor, colliga manus. * I. A. 171 b, Lictores laureati antecedebant: inter quos aperta lectica mima portabatur.

Ligarianus, a, um. * Att. 207 a, Ligarianam *orationem* præclarè vendidiſti. & 209 a, Ligarianum, vt video, præclarè autoritas tua commendauit. Scripſit enim ad me Balbus ac Oppius, mirificè ſe probare, ob eamq; cauſam, ad Cæſarem meam ſe oratiunculam miſiſſe. Attic. 219 a, Quòd appelletur. L. Curfidius in oratione Ligariana, erratum eſſe meum.

Ligatus, a, um. *vinctus, conſtrictus, alligatus, illigatus, colligatus.* I. C. 121 a, Cum filium eius impuberem ligatum à prętore miſſum in carcerem necandum eſſe dixit. de Vniu. 197 b, Mundus ita cohæret, vt diſſolui nullo modo poſſit, niſi ab eodem à quo eſt ligatus.

Ligneolus, a, um. *ligneus.* Qu. fr. 329 b, Hanc ſcripſi antè ad lichnum ligneolum.

Ligneus, a, um de Inu. 83 a, Vti poſſe ligneam materiam neceſſe eſt. de Leg. 179 a, Ligneum autem quodcunq; voluerit, vno è ligno cauato. de Inu. 81 a, Ligneæ ſoleæ in pedes inductæ. Tuſc. 239 b, Ponticulus ligneus.

Lignum, gni. *materia, lignea materia, robur.* I. V. 90 a, Ligna & ſarmenta circumdare, ignem ſubijcere cœperunt. & 85 a, Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco anguſto fieri iuſſit. * de Leg. 179 a, Ligneum autem quodq; voluerit vno è ligno dedicato.

* Ligo, as. *vincio, conſtringo.* de Vni. 197 b, Vt diſſolui nullo modo poſſit *mundus*, niſi ab eodem, à quo eſt ligatus.

Ligures, *populi Italiæ* contra Rull. 85 a, Ligures montani, duri & agreſtes. de D. 96 b, Multos terræmotus in liguribus factos eſſe. de Cl. 188 a, & pro Cl. 32 b, & p Dom. 222 b, & pro Seſt. 18 a, Qui Ligurum caſtella expugnauerunt.

* Liguriens, tis. I. V. 188 a, Non reperietis hominem timidè nec leuiter hæc improbiſſima lucra ligurientem: deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit.

Ligurio, ris. *helluor.* I. V. 128 a, Non leuiter improbiſſima furta ligurire, ſed deuorare pecuniã. Ep. 178 a, Cùm quidam de collegis noſtris agrariam curationem ligurirent, diſturbaui rem.

† Syntaxis. *Furta ligurire, & curationem agrariam.*

Liguritio, onis. *helluatio.* Tuſc. 214 b, * Aegrotationi talia quædam ſubiecta ſunt, &c. liguritio.

Liguſticus, ca, cum. *vt bellum Liguſticum: id eſt, quod contra Ligures geſtum eſt.* de N. 33 a.

Lilybaetanus, na. I. V. 63 a, Agonis eſt quædam Lilybætana. & Epiſt. 219 a.

Lilybaeum, bæi. I. V. 63 b, Lilybæum Verres venit.

Limatius, *aduerb.* * de Fin. 127 a, Duo genera librorum ſunt, vnum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod in cõmentarijs reliquerũt.

Limatulus, a, um. Epiſt. 111 a, Opus eſt hîc limatulo & politulo tuo iudicio.

Limatus, a, um. *limatior, perpolitus, elimatus.* de N. 41 a, Vir moribus domeſticis ac noſtrorum hominum vrbanitate limatus. de Or. 99 b, Vir oratione maximè limatus & ſubtilis. de Cl. 173 a, & de Fin. 98 b, & Ep. 112 a, Limatum dicendi genus. Or. 198 b, Alij ſubtili quadam & preſſa oratione limati[illegible] 145 a, Vir limatus & ſubtilis. de Cl. 167 b, Nihil [illegible] dici, nihil preſsè, nihil enucleatè quo fieri poſſit aliquid limatius.

† Syntaxis. *Moribus & vrbanitate limatus. Oratione ſubtili & preſſa limatus. Limatus & ſubtilis. Iudicium limatum & politũ.*

Limen, nis. *ſuperior inferiorq; ianuæ pars introitus, ianua, oſtium.* de N. 39 b, Fores in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur. pro Dom. 225 b, nec illi tam cupidi liminum meorum & valuarum fuerunt. pro Cec. 291 b, Non modò limine tectoq; ædium ſuarum, ſed primo aditu veſtibuloque prohibere quempiam. pro Cæl. 44 a, Qui ſimul ac pedem limine extulerat, &c. * pro Clu. 20 b, Non *timuiſſe* limen cubiculi. Tuſc. 230 b, Solàne beata vita quęſo relinqitur extra oſtium limenq; carceris.

Limes, tis *ſemita, via.* de Som. 130 b, Benemeritis de patria, quaſi limes ad cœli aditum patet.

Limo, as. *polio detraho, elimo.* de Or. 94 b, Neque hæc ita dico, vt ars aliquid limari nõ poſſit. de Clar. 186 a, Habuit à natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limauerat. de Orat. 146 a, Sed tantum alteri affinxit, de altero limauit. & 160 b, Stylus qui & alia & hoc maximè ornat ac limat. de Op. 243 b, Quoniam ſe ipſe ad minutarum genera cauſarum limauerat. Epiſt. 38 b, De tua benefica prolixaque natura limauit aliquid poſterior annus.

Limor, aris. Ac. 39 b, Inſtitui quædam ad eum, quæ ſunt magna ſanè, & limantur à me politiùs. Off. 40 a, Cùm veritas ipſa limatur in diſputatione.

† Syntaxis. *Animi acumen arte limare. De aliqua re limare. Stylus omnia ornat ac limat. Limare ſe ad. Fortuna limat multum de benefica & prolixa natura. Politius limare. Limatur in diſputatione veritas: id eſt, elicitur perſpecta eſt.*

* Limus, i. Frag. ep. Luta & limum aggerebant.

Linea, neæ. *filum, quo materiam & opera ſua artifices dirigunt, vel ipſa figura, quæ filo colore infecto fit. Sunt etiam geometrarum lineæ, latitudine & craſſitudine carentes.* Qu. fr. 318 a, Diphilus aliquando perpendiculo & linea diſcet vti. Atr. 60 a, Lineam tenere in agendo. Parad. 119 b, Peccare, eſt tanquam tranſire lineas: quod cum feceris, culpa commiſſa eſt: quã longè progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpã nihil pertinet. * Acad. 29 a, Lineam autem eſſe longitudinem latitudine carentem. *Alij legunt, lineam verò ſine vlla latitudine currentem.* de Fin. 52 b, Cenſet eadem illa indiuidua & ſolida corpora ferri ſuo deorſum pondere ad lineam. Tuſ. 156 b, Hæ partes ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubuolent.

† Syntaxis. *In agendo tenere lineam. Lineas tranſit, qui peccat. Ferri rectis lineis. Ad lineam ferri.*

Lineamentum. *linea.* Acad. 29 a, * Extremitatẽ eſſe quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo ſit: lineamento ſine vlla latitudine carentem. *Alij legunt, lineam verò ſine vlla latitudine currentem: alij, lineam autem lõgitudinem latitudine carentem.*

¶ *Figura, forma quæ linearum ductu conſtat.* de Fin. 106 a, Animi lineamenta pulcriora ſunt, quàm corporis. de Or. 100 b, in geometria, lineamenta, formę, interualla, magnitudines. de Cl. 103 a, Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuiſſe. de Nat. 11 b, Compoſitio membrorum, conformatio lineamentorum. I. V. 127 a, Eum multo magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant. de Diu. 85 a, Aſperſa temerè pigmenta in tabula oris lineamenta effingere poſſunt. & 188 b, Cùm ad lineamenta oris peruentum eſt. I. V. 223 a, Tu illius æris temperationem & operum lineamenta ſolus perſpicis? Orat. 215 a, Numerus quaſi quandam palæſtram & extrema lineamenta orationi attulit. * Acad. Lunæ quæ lineamenta ſint, potéſne dicere? de Nat. 16 a, Cedò mihi iſtorum adumbratorum Deorum lineamenta atq; formas.

† Syntaxis. *Animi lineamenta. Conformatio lineamentorum. Lineamenta & formæ. Figura & lineamenta hoſpitæ. Afferre orationi palæſtram & extrema lineamenta.*

Lingua, guæ. *pars in animante vocis formandæ præcipua.* de Nat. 53 a, Linguam autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus. de D. 128 a, Quorum linguæ ſic inhærent, vt loqui non poſſint, hæ ſcalpello reſectæ liberantur. de Or. 94 b, Sunt quidam ita ligua hæſitantes, ita voce abſoni, vt, &c. & 143 a, Hæc tibi eſt excidenda lingua, qua vel auulſa *(al. euulſa)* ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. & 106 a, Vt totum illud vti lingua nuncupâra t, in magiſtri carmine ſcriptum videretur. Qu. fr. 297 b, Linguã omnibus diligentiſſimè eſſe continendam. Orat. 133 a, Gallus pictus eiecta lingua, buccis fluentibus. & 194 b, Linguæ ſolutio, vocis ſonus. * pro Fl. 157 b, Cuius lingua quaſi flabello ſeditionis illa tum eſt egentium concio vẽtilata. de Or. 91 b, Hos, quos nos oratores vocaremus, nihil eſſe dicebat, niſi quoſdã operarios lingua celeri & exercitata. Tuſc. 187 a, Latera, fauces, linguam intendere. de N. 53 a, Quę confectio *eſcarum* etiam à lingua adiuuari videtur. ibid. Atq; is *ſtomachus* agitatione & motibus lingue cum depulſum & quaſi detruſum cibũ accepit. ibid. Cùm aſpera arteria oſtium habeat ad unctum linguæ radicib. paulò ſuprà, quàm ad linguam ſtomachus annectitur. de N. 66 a, In ore ſita lingua eſt finita dentibus. Ea vocẽ immoderatè profuſam fingit & terminat: quæ ſonos vocis diſtinctos & preſſos efficit, Cùm & ad dentes & ad alias partes pellit oris. Itaq; plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere, chordarum dentes. Qu. fr. 308 a, Vt neq; mente, neq; lingua, neq; oratione conſiſteret. de Or. 154 a, Nõ ſolũ acuenda nobis, neq; procudẽda lingua eſt. de Cl. 196 b, Qui nõ linguã modò acuiſſes exercitatione dicẽdi, &c. ¶ *ſermo.* de Orat. 164 b, Verba neminem mouent, niſi eum, qui eiuſdem lingue ſocietate coniunctus eſt. Tuſc. 250 b, In his linguis quas nõ intelligimus, quæ ſunt innumerabiles, ſurdi ſumus. de Fin. 101 a. & 91 a, Lingua Latina inops. & Tuſc. 192 a, b, Lingua Latina vberior Græca. Tuſc.

182 b,

182 b,Lingua Græca copioſior quàm Latina.de Fin.51 a, Latinam linguam non modò non inopem, ſed locupletiorem etiam eſſe quàm Græciam. de Fin.101 a,Cùm vteretur in lingua copioſa factis tamen nominibus ac nouis: quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. Quanquam tu hanc copioſiorem etiam dicere ſoles. * de Finib. 90 b, Quod ſi in ea lingua, quam plerique vberiorem putant,conceſſum à Græcia eſt.

† Syntaxis. *Lingua finita dentibus ad dentes pellit. Inhærent linguæ balbis. Lingua hæſitans. Continere linguam. Eiecta lingua: id eſt,exerta. Coniunctius linguæ ſocietate.*

LINQVENS, tis. pro Planc.264 a, Minturnenſes C.Marium linquentem terram eam, quam ſeruauerat, lacrymis votisq; omnibus proſecuti ſunt. * de Glor.

*Hic ſitus eſt vitæ iampridem lumina linquens,* & 121 b,
*Qui non funeſtis liquerunt lumina fatis*

LINQVO,quis.de Diuin.84 a,
*Luce ſerenanti vitalia lumina liquit.*

LINQVOR, ris. de Fat. 147 b, Vt is in inſula Lemno linqueretur.

LINTER,tris. *nauiculæ genus.* de Cl. 184 a, Motus erat is in Curione,quem C.Iulius in perpetuum notauit,cũ ex eo in vtramque partem toto corpore vacillante, quæſiuit, quis loqueretur è lintre. pro Mil.115 b, Lintribus in eam inſulam materiam calcem,cæmenta atq; arma conuexit.

LINTERNVS, a, um. *Straboni Liternus.* cont. Rull.79 a,Linternus ager.

LINTEVM, tei.pro Rab. 129 a, Merces fallaces quidem & fucoſæ chartis linteis & vitro delatæ.

LINTEVS,a,um *ex lino.Veſtis lintea.*I.V.265 b.

* LINTRICVLVS,i.*paruus linter.* Attic.164 b, Ego verò vel lintriculo, ſi nauis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio. *Alij vehiculo legunt.*

LINVM, lini. I.V.241 a, Reticulum tenuiſſimo lino,minutis maculis,plenum roſæ. I. C. 112 b, Tabellas proferri iuſſimus,linum incidimus, legimus.

LIPARENSIS, e. I.V.166 b,Liparenſium teſtimonium.

LIPPIO, pis. ad Attic. 111 a, Cùm leuiter lippirem,has literas dedi.

LIPPITVDO, nis. *oculorum morbus ex pituita deſtillatione.* Tuſcul. 227 a, Citiusque repentinus oculorum tumor ſanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Attic.131 b, Lippitudinis meæ ſignum tibi ſit librarij manus. & 128 a, Mihi moleſtior lippitudo erat etiam, quàm antè fuerat. & 111 a,Si ſcriberem ipſe, longior epiſtola fuiſſet, ſed dictaui propter lippitudinem. Quint. frat.307 a, Non occupatione, ſed paruula lippitudine adductus ſum, vt dictarem hanc epiſtolam. Att.169 b,Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam.

† Syntaxis. *Lippitudo refricat.*

LIQVATVS, ta, tum. Tuſcul. 180 a, Guttæ liquatæ ardore ſolis.

LIQVEFACIO, cis.*mollio.*Tuſc.231 b,Quos nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

* LIQVEFACTVS,a,um.de Nat.31 a, Quæ aqua neque cõglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concreſceret: niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta & dilapſa diffunderet.

LIQVEFIO,fis.*liqueſco,tabeſco.* I.C.115 a,Cùm & legum æra liquefacta ſunt.

LIQVESCO,ſcis.*liqueſio.* Tuſc.186 b, Cum voluptate liqueſcimus, fluimusq; mollicia.

† Syntaxis. *Voluptates liquefaciunt animum. Voluptate liqueſcere fluereque.*

LIQVET, bat. *conſtat.* pro Cecin.290 a, Cum cauſam nõ adiſſet,& poteſtas eſſet ampliandi, dixit ſibi liquere.& ibi. Cùm quid liqueret, non habuiſtis. pro Clar.33 b,& 39,& Att.1 a,Iudices non liquere dixerunt.de Diu.81 b,Cùm id, de quo Panætio non liquet, reliquis ſolis luce eſſe clarius videatur. de N. 8 a, Protagoras ſeſe negat omnino de dijs habere q̃d liqueat. & 26 a, Sed quod inter nos liqueat,nẽ tu quidem intelligis. & 24 a, Protagoras cui neutrum liquerit,nec eſſe deos, nec non eſſe. & 26 a,Si haberem aliquid quod liqueret. Acad.23 b,Si habes quod liqueat,neque reſpondes, ſuperbis. de In. 54 b, Simili modo liquet, alteram quoq; approbationem ſeparatam eſſe.

† Syntaxis.*Liquere alicui,inter aliquos.*

LIQVIDO, diùs.*certò.* I. V.178 a,Nemo erat,quin hoc ſe audiſſe liquidò dicere. & 229 a, Confirmare hoc liquidò poſſum. item: Amicitiæ dediſti quod liquidò veritati dares. Epiſt.149 a, Tamen lectis tuis literis liquidiùs de toto ſenſu tuo iudicaui. de Finib. 72 b, Quod eo liquidiùs faciet,ſi,&c.

LIQVIDVS,a,um pro Cecin.300 a,Quicquid inde haurias, purum liquidumque ſit.Genus ſermonis liquidum,fuſum profluens.)(

¶ *Exile,aridum, conciſum.*de Finib.61 a,Liquida voluptas,& libera.

† Syntaxis. *Liquidò dicere,confirmare,facere,iudicare.*

LIQVOR, oris. *humor.*)(.*concretio* de Nat.31 a, Aquæ admiſtum eſſe calorem, primùm ipſe liquor, tum aquæ declarat effuſio. de Vn.203 b, Cauſæ quæ vim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris. * de Nat.45 b, Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium.

LIRIS,ris.*fluuius.* de L.170 b, Ex eo loco Fibrenus ſtatim præcipitat in Lirim. * 5. de Leg. Deſcendamus ad Lirim.

LIS,tis *controuerſia,iudicium,res,cauſa,concertatio.* Off.12 a,Si lis in iudicio ſit, propinquum potius defenderis.pro Mur. 130 a,Rem an litem dici oporteat pro Q.R.61 b,Roſcium ſuas,nõ ſocietatis lites redemiſſe. de Or.137 a, Quid ſi,cũ pro altero dicas,litem tuam facias? de Or.94 b,Multitudo litium,& varietas cauſarum. I.V. 154 b, Bona ſua repetere ac perſequi lite atq; iudicio.de Or.88 b,Intendere litem alicui.pro R.P.124 a,Inferre litem alicui.pro Cl.41 b,Litem capitis in aliquẽ inferre. & ibid. Vt lis hæc capitis æſtimaretur. & ibi. Ep.117 a, Aeſtimationẽ litis nõ eſſe iudicium. pro Cl.41 b, Si quæ in eum lis capitis illata eſt, nõ admittunt. I V.95 b, C.Dolabellæ H-S ad tricies litem eſſe æſtimatam.& 190 a, H-S.VIII. millib.lis æſtimata eſt.& 73 a, Lis æſtimata eſt eo nomine,quòd,&c pro Mur. 134 a, Lites ſeuerè æſtimatæ. de Orat.98 b, Neq; intelligebat,ſi ita eſſet,litem aduerſarium perditurum. pro Q.R.45 b,Secũdum tabulas alicuius litem dare. & 54 a,Litẽ damni iniuria cũ aliquo conteſtatam eſſe. Att.261 a, Neque enim illi *ſponſores* litem conteſtabuntur.pro R. P.224 a,In litibus æſtimandis nemo appellabatur, niſi ex teſtium dictis aut tabulis priuatorũ, aut rationibus ciuium. & 123 b,Sunt lites æſtimatæ A.Gabinio,nec prædes dati.* de Or.94 b,Nullæ lites neq; controuerſiæ ſunt,quæ cogant homines ſicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti.pro Q.R. 52 b,Vtrũ potius Cherec iniurato in ſua lite,an Manilio & Luſcio iuratis in alieno iudicio credas.

¶ *Diſceptatio quæuis.*de Leg.166 b, Philoſophi ætatem in litibus conterunt.

† Syntaxis. *Lites adimere,ſuas facere. Sua bona lite perſequi. Lis, controuerſia, cauſa. Litem inferre alicui, in aliquem. Aeſtimare capitis litem.Litem perdere,alicui dare,conteſtari.*

LITERA,ræ.*nota,literæ,ſcriptura.* de Nat.4 b,Si innumerabiles vnius & viginti formæ literarũ vel aureæ, vel quales libet aliquò coniiciantur, poſſe ex his in terrã excuſſis,annales Ennij vt deinceps legi poſſint,effici. de In.80 a,Leges nobis charas eſſe non propter literas, quæ tenues & obſcuræ notæ ſunt voluntatis. de Leg.171 b, Neq; cum literis,quibus ſcita ſcribuntur,rectum aut oritur, aut occidit. de Or. 147 a, Vt Iota literam tollas, & E'pleniſſimum dicas. de Diu. 126 a,In robore inſculptas fuiſſe priſcarum literarum notas.de In.64 a, Omne nomen ex aliquibus literis ſcribitur. de Or.231 a, In omnibus parietibus inſcriptas fuiſſe literas,tria I I I, duo m m. & 132 a,Similitudo verbi ad literã immutati,vt Neuius,Ignauius. de Or.134 b,In eius tabulis oſtendit literas A. F. P. R.& 108 a,Demoſthenes eius artis, cui ſtudebat,primã literã nõ potuerat dicere de Fin.105 b, Quid non ſic ex alio nectitur, vt nõ, ſi vnã literã moueris, labet omnia? Ep.253 a, Puto te iam ſuppudere,cũ hęc tertia iam epiſtola antè te oppreſſit,quàm tu ſchedulã aut literã. Acad. 2 b,Sed ne literã quidẽ vllã facimus niſi forenſem.de Or.148 b,Cùm ipſe literã Socrates nullã ſcripſiſſet. pro Ar.189 a,Nullã literã ſcripſi. *id eſt, nihil ſcripſi.*Ep.28 b, Ille cũ ad Thermũ de Parthico bello ſcriberet,ad me literã nunquã miſit.de Cl 167 a,Ante Periclem litera nulla eſt,q̃ quidem ornatum habeat.de Or.92 a,De frangendis cupiditatibus litera in eorum libris nu[illegible]itur. I.V.230 a, Quod iſte ſi vnam literam Græc[illegible]n ſuſtuliſſet. de Inu.35 b, Definite literas legis[illegible]ttic.23 b,Si homo eſſet,eum potius legeret, q[illegible] literam ſcriberet.Part.241 a,Ex conſequentibus,quò[illegible]ea litera de accuſatore ſoleat dari iudici. pro S.R 27 b,Crura quidã nobis nemo ſuffringeret: ſed ſi ego hos bene noui, literã illã (*K,id eſt Kalumniator*) cui vos vſq; eò inimici eſtis, vt etiam eas omneis oderitis, ita vehemẽter ad caput affigent, &c. Att.100 a, Alexidis manũ amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinẽ tuæ literæ. pro Syl 175 b, Literæ poſteritatis cauſa reper[illegible] ſunt, quæ ſubſidio obliuioni eſſe poſſent. *Literæ ſingulæ, quid notabant antiquis, vide Probum de Literarũ notis:& Hubertũ Golzium in Theſauro Antiquitatum.* * pro Cec.292 a,Vt tantum facinus non in æquitate defenſionis, ſed in vna litera latuiſſe videatur? I V.140 a, Huic etiam Romę videmus in baſi ſtatuarum maximis literis inciſum,à cõmuni Sicilia datas.I V.147 a,Literę lituraq; omnes aſſimilatę,expreſſæ de tabulis in libros trãsferuntur. ibi.Videtis primas literas integras. ꝑ Dom.235 b,

Si modò eadem prima litera competitorem habuiſſet aliquem. pro Mil. 104 a, b, Nec vobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam (A) quàm illam triſtem (C) dediſſet. de Leg. 193 a, Nec hi νομοφύλακες ſolum literas *legum*, &c. obſeruabant. Offic. 27 a, Literæ neq; expreſſæ neq; oppreſſę, ne aut obſcurum eſſet aut putidum.

¶ *Eruditio, doctrina, peritia.* de Ar. 247 b, Verſor in ſtudio literarum. pro Ar. 185 a, In ſtudijs humanitatis ac literarum verſari. de Leg. 169 b, Agere ætatem in literis. pro S. R. 38 b, Non eſt veriſimile, vt Chryſogonus horum literas adamârit aut humanitatem. de Clar. 189 c, Erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ. de Nat. 97 b, Qui interiores & reconditas literas ſcrutantur. de Diu. 128 b, L. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. de Orat. 115 a, Homo non hebes, neq; inexercitatus, neq; politioris humanitatis communium literarum expers. I. P. 64 b, Græcus non philoſophia ſolùm, ſed etiam literis, quod fere cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. de Orat 154 b, Geometria, muſica literarum cognitio. de Clar. 178 a, Literarum ſcientia & eloquendi elegantia. 188 b, T. Flaminius literas neſciebat. I. A. 164 a, Tantum dicam, neq; illos, neq; vllas omnino te literas noſſe. ibid. Meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferũt. pro Ar. 188 b, Ad percipiendam colendamq; virtutẽ literæ adiuuant. de Ar. 247 b, Non his delector aut aut vtor omnino literis, quæ noſtros animos deterrent atque auocant à religione. Att. 114 b, Nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodeſt. Att. 65 a, Retuli me ad literas & ſtudia noſtra. Ep. 8 b, Literis omnibus à pueritia deditus. * Hortenſ. Literis talibusq; doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet. de Clar. 188 a, Vt eſſet perfecta illa benè loquẽdi laus, multis literis, & ijs quidem reconditis & exquiſitis, ſummoque ſtudio & diligentia eſt conſecutus. I. V. 223 a, Tu ſine vlla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis, intelligis & iudicas? Poſtq. 207 a, Cùm verò etiam literas *(al. literis)* ſtudere incipit. Academ. 2 a, Maiore ſtudio Lucullus cum omni literarum generi, tum philoſophiæ deditus fuit. ibidem. Qui omnino Græcas non ament literas. ibid. Cùm Græcas literas M Catonem in ſenectute didiciſſe acceperim. de Fin. 49 a, Eruditi Græcis literis, contemnentes Latinas. Offic. 27 a, Vt eos exquiſito iudicio putares vti literarum: quanquam erant literati. Epiſtol. 111 a, Opus eſt hic limatulo & politulo tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus ſæpe verecundiorem me in loquendo facis. ibidem. Me totum in literas abdere, tecumq; & cum cæteris earũ ſtudioſis honeſtiſſimo otio perfrui. Ep. 258 b, Innumerabilia tua ſunt in me officia, &c. in ſtudijs, in literis noſtris. & 262 b, Excita ex ſomno tuas literas humanitatemq́ue. Epiſt. 263 a, Quanta eſſe in iſto hæc eadem bona debent, additis literis, ſermonibus, humanitate, quæ ſunt his ipſis cõmodis potiora. Att. 60 b, Literis ſuſtentor & recreor. Qu. frat. 321 b, Se maximè literis, ſermonibus, cœnis deniq; tuis delectari. de Clar. 186 b, C. Cenſorinus Græcis literis ſatis doctus.

¶ *Inſuper memoria, ſeu monumenta, tabellæ, libelli.* de Or. 101 a, Omnia enim hæc neq; ita multis literis aut voluminibus magnis continentur. de Nat. 69 a, Sed illud nomen veterũ literis eſt vſitatius. Tuſcul. 149 a, Ep. 219 b, Mandare literis cogitationes ſuas, & tradere memoriæ. Acad. 1 b, Conſignare aliquid literis, & mandare monumentis. Tuſc. 156 a, Extare literis. de Orat. 113 a, Cuſtodire literis aliqua. in Ver. 172 a, Nomina aratorum & cũ ſingulis pactiones Decumanorum literis perſequi & conficere neceſſe eſt. pro Clu. 57 a, Tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas? neq; earum literarum obſignatarum autorem, neque teſtem vllum nominabis? * I. V. 94 b, Vnam ex decem nauib [illegible] donum repentino aduentu, &c. amiſſam i [illegible] as retulerunt. I. V. 195 a, Expectant ij, qu [illegible] xempla ex vetere memoria & monumentis ac literis. Academ. 2 a, Ea ferè ſunt & Græcis literis & Latinis celebrata. Academ. 39 b, Philoſophiam Latinis literis illuſtrare. ibid. Cùm philoſophiam viderem diligentiſſimè literis Græcis explicatam. de Finib 49 a, Ea Latinis literis mandaremus. ibid. Qui me ad alias literas vocent. de Leg. 156 a, Dum Latinæ loquẽtur literæ. & 193 a, Publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. Att 60 b, Nos hìc vocamus literas cum homine mirifico Dionyſio. I V. 163 b, Quorum renunciatio legibus illorum, literis publicis mandata eſt.

¶ *Multitudinis caſu, epiſtola, tabulæ, codicilli.* Epiſtol. 251 b, Id quando non accidit vtemur bono literarum: & eadem ferè abſentes quæ ſi coràm eſſemus, conſequemur. I C. 111 b, Dare literas alicui ad aliquem. Att. 70 b Literas Pontino de omnibus rebus diligentes dabis. Att. 116 b, Ecce Caſſij literæ Capua à Lucretio, Nigidium à Domitio Capuam veniſſe. ibid. a, Idibus veſperi à Philotimo literas accepi, Domitium exercitum firmum habere. Ep. 6 a, Legi tuas literas, quibus ad me ſcribis, &c. Epiſt. 21 b, De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognoſces ex ijs literis, quas Thraſoni liberto tuo dedi. & ibidem. Vnis literis totius æſtatis res geſtas ad ſenatum perſcribere. & 48 a, Sæpius ad aliquem literas vno exemplo dare. Att 83 b, Lucius queritur apud me p literas, &c. Att. 152 a, Cùm eius clementiam Corfinienſem per literas collaudauiſſem. Epiſtol 6 a, Per literas tecum ſæpiſſimè colloquar. I. V. 113 a, Lucullus de Dionis iniuria grauiſſimè per literas cum Verre queſtus eſt. Att. 19 b, Et nunc epiſtolæ literis his reſpondeo. Epiſtol. 6 a, Non eius generis meæ literæ ſunt, vt eas audeam temerè committere. Att. 55 b, Literas in alienum incidere. Epiſtol. 19 b Committere aliquid literis. Att. 7 b, Literæ non committendæ ſunt eiuſmodi periculo, vt aut interire aut aperiri aut intercipi poſſint. & 93 b, & 97 a, Aperire literas. pro Plan. 277 a, Te aiebas de tuis rebus geſtis nullas literas miſiſſe. Att 70 a, Literas tuas Fiſulanus mihi dedit. Epiſtol 98 a, Cùm de hoc ipſo Trebatio cum Balbo noſtro loquerer accuratiùs domi meæ literæ mihi dantur à te, &c. Epiſtol. 54 a, Literæ multis verbis ſcriptæ. Attic. 75 a, Antequam aliquo loco conſedero, neque longas à me, neque mea manu literas expectabis. Attic. 231 b, A' quo adhuc nulla litera eſt. I. V. 95 a, Vt Romam venit, nullam literam pupillo, nullam tutoribus reddidit. I. V. 59 a, Nõ te ex Sicilia literas in Verrem deportare velle arbitrantur: ſed cùm ijſdẽ literis illius prætura & tua quæſtura conſignata ſit: aſportare te velle ex Sicilia literas ſuſpiciantur. I V 145 a, Quęram remotæne ſint literæ? ibid. De quo literas eas, quæ iſtius furta indicarẽt, & ad ſe miſſas, & ſuo decreto remotas ſcirẽ eſſe. & b, Remotas eſſe literas ſocietatis Ep. 34 a, Quod quidem erat conſentaneum cum ijs literis, quas ego Romæ acceperã, ex quibus perſpexiſſe mihi videbar quàm feſtinares decedere. ibid. Ad te ſtatim mea manu ſcriptas literas miſi, quas quidem ex tuis literis intellexi ſatis maturè ad te eſſe perlatas. ibid. At mihi, &c. redditæ ſunt à te literę, quibus etſi Tharſum proficiſci demonſtrabas, tamen mihi non dubiam ſpem mei conueniendi afferebas. Ep. 34 b, Cùm interea ne literas quidẽ vllas accepi, quæ me docerẽt quid ageres. ibid. In quo, tuo cõſilio vt me ſperarem eſſe vſurũ, & amicitia noſtra, & literæ tuæ fecerãt. Ep. 42 b, Sed de maieſtatis iudicio duo mihi illa ex literis tuis iucundiſſima fuerũt. ibid. Prudentia literarũ tuarum valde eſt mihi grata. Ep. 44 a, Hę literæ non fuerunt diſertæ. Ep. 109 b, Facilè perſpexi ex tuis literis, quod ſemper ſtudui, &c. ibi. Ad Acilium non fuiſſe neceſſe meas dari literas, facilè patior. Sulpitij tibi operã intelligo ex tuis literis non multũ opus fuiſſe. Ep. 110 a, δυσγραπτία literarum fecit, vt intelligerem tuas eſſe. Quibus in literis omnia mihi periucũda fuerunt. & b, Valde mihi tuę literę facetę elegãteſq; viſę ſunt. ibid. Iucũdus eo mihi ſermo literarũ tuarũ. Ep. 111 a, Tu vellẽ ne veritus eſſes, ne perinuitus legerem tuas literas, ſi mihi lõgiores fortè miſiſſes. Ac velim poſthac ſic ſtatuas, tuas mihi literas lõgiſſimas quaſq; gratiſſimas fore. Ep. 124 b, Att. 163 a, *Cœlij.* Exanimatus ſum tuis literis, quibus te nihil niſi triſte cogitare oſtendiſti neq; id qđ eſſet perſcripſiſti, neq; nõ tamẽ quale eſſet qđ cogitares aperuiſti. Ep. 153 a, Nihil poſt hominũ memoriã glorioſius, nihil gratius, ne tẽpore quidem ipſo opportunius accidere vidi, quàm tuas Plãce literas. Redditę ſunt enim frequẽti Senatu Cornuto, cũ is frigidas ſanè & incõſtantes recitaſſet literas Lepidi. Sub eas ſtatim recitatę ſunt tuę, nõ ſine magnis quidẽ clamoribus Cũ reb. enim ipſis eſſent & ſtudijs beneficijſq; in Remp. gratiſſimæ: tum erãt grauiſſimis verbis & ſentẽtijs plenę. Flagitare Senatus inſtitit Cornutũ, vt referret ſtatim de tuis literis. Ille ſe conſiderare ait velle. Ep. 154 a, Cùm binis continuis literis & Lepidus me vt venirẽ rogaret, & Laterenſis multò etiã magis propè implorans obteſtaretur. Ep. 173 a, Eodem exẽplo literę à te mihi redditę ſunt, quo pueri mei mihi attulerũt. ibid. Ex tuis literis & ex Gręceij oratione non modo non reſtinctum bellum, ſed etiã inflammatũ videtur. Ep 182 b, Cùm initio ciuilis belli per literas te conſuluiſſem. ibid. A' me vberiores literas expectato. Epiſt. 258 a, Cùm à me literas accepiſſet, mihi nullas remiſit. & 262 b, Tuis literis nihil ſum factus certior, quomodo te haberes: ſed tamen ſum recreatus. Epiſt. 263 a, Te totum in literis vidi. Attic. 84 a, Accepi tuas literas ad diem quintum Terminalia Laodiceæ, quas legi libentiſſimè, pleniſſimas amoris, humanitatis, officij, diligẽtiæ. His igitur reſpõdebo, &c. Recẽtiſſimas à Cybiſtris te meas literas habere ais ad x. Cal. Oct. datas: & ſcire vis, tuas ego quas acceperim: omnes ferè quas cõmemoras, pręter eas, quas ſcribis Lentuli pueris, & Equotutico & Brũduſio datas. ibid. Appius ad me ex itinere bis terve ὑπομεμψιμοίρους literas

literas miſerat. Attic.84 b, Vt Bruti literæ, quas ad te miſit, ſignificabant. Attic.76 b, Quibus de rebus propter caſum nauigandi per binos tabellarios miſi Romam literas publicè. Attic.116 b, Philotimi literæ me quidem non nimis, ſed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. ibid. Cùm dediſſem ad te literas triſtes, & metuo ne veras, de Lucretij ad Caſſium literis Capuam miſſis, Cephalio venit ad nos. Attulit etiam à te literas hilariores, nec tamen firmas, vt ſoles. Attic. 118 a, Ego nunc paulum exorior, & maximè quidem his literis, quæ Roma afferuntur, de Domitio, de Picentium cohortibus. & b, Cùm ad te literas dediſſem, redditæ mihi literæ ſunt à Pompeio. ibid. Nec tamen læta erant in his literis, quas ad me Philotimus ſcripſerat. Attic. 162 b, Quod quidem propemodum videor ex Cæſaris literis ipſius voluntate facere poſſe. Attic. 185 a, Facilè aſſentior tuis literis quibus exponis pluribus verbis, nullum te habere conſilium. ibid. Illum diſceſſiſſe Alexandria rumor non eſt firmus, ortus ex Sulpitij literis, quas euntes poſteà nuncij confirmarunt. Attic.203 b, Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortaſſe alteræ pomeridianæ: niſi te Epiroticæ literæ impedient, quas ego non interpello. Attic. 225 b, Etſi noui nihil, noſtro more tamen ne patiamur intermitti literas. *al. literulas*. Attic 233 b, Adductus ſum tuis & vnis & alteris literis. Quint. frat. 302 a, Literas ad te parum fraternè conſcripſeram, quas oratione Diodori commotus, iracundus ſcripſeram, & reuocare cupiebam. Quint. frat. 319 a, Venio nunc ad tuas literas, quas pluribus epiſtolis accepi. Quint. frat. 321 a, Quantum ego dolui in Cæſaris ſuauiſſimis literis. ibid. Sed ad tuas venio literas. & b, Annali literæ tuæ pergratæ fuerunt ibid. P. Seruilius pater ex literis, quas ſibi à Cæſare miſſas eſſe dicebat, ſignificat. ibid. Vt ſine meis literis ad te proficiſceretur. ibid. Hiſce literis, quas vulgò ad te mitto, nihil ferè ſcribo, &c. ibid. T. Pinarius amabiles ad me de te literas mittit. Quint. frat. 322 a, Ex Britrannia Cæſar ad me Calend. Septembr. dedit literas, quas ego accepi ad IIII. Calend. Octob. ſatis commodas de Britannicis rebus quibus ſcribit. ibid. Ad eas ego literas nihil reſcripſi, ne gratulandi quidem cauſa, propter eius luctum.

† Syntaxis. *Eſt huius manus perſimilis tuæ literæ. Studia humanitatis ac literarum. In illo ſunt literæ non vulgares, ſed reconditæ, interiores, exquiſitæ, diſertæ. Geometria, literæ. Literarum ſcientia. Literas neſcire. Libri, literæ, doctrina. Ad ſtudia ſe, ac literas referre. Literis mandare, conſignare, aliquid extare, cuſtodire, perſequi, conficere, conſcribere. Literas dare ad aliquem. Vno exemplo literæ multæ. Per literas colloqui. Incidere literas in alienum, in alienas manus. Literæ frigidæ, multis verbis ſcriptæ, plenæ, prudentes, facetæ.* Dare literam, pro literas: id porrò perquàm raró.

LITERATE' *ſcitè, eleganter*. de Orat.132 a, Bellè & literatè dicta laudantur. I.P. 92 b, Rationes enim ita ſunt perſcriptæ ſcitè & liberatè, vt, &c. de Clar.183 a, L. Aelius ſcriptorum veterum literatè peritus. & 174 a, L. Furius Pilus perbenè Latinè loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri. de Aruſ. 247 b, Literatè reſpondere.

LITERATVRA, ræ. *ipſa ſcriptura*. Parad.232 a, Memoria eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis. nam vt illa conſtat ex notis literarum, & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ: ſic confectio memoriæ tanquam cera locis vtitur, & in his imagines vt literas collocat.

¶ *Eſt inſuper varia eruditio*. I.A.182 a, Erat in Cæſare ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, &c.

LITERATVS, a, um: ſſimus, *liberaliter eruditus, doctus, & ſciens*. Ep.135 b, Frater tuus, quem literatiſſimum fuiſſe iudico, facilè diceret, hic verſus Plauti non eſt, hic eſt. de N.64 a, Quod literatum eſt, id eſt melius quàm quod non eſt literatum. pro Mur. 127 a, Tua nobilitas hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior. pro Corn. 55 a, Viri literati, ac ſtudijs doctrinisq; dediti. Offic.62 b, Homo nec infacetus & ſatis literatus. de Clar.171 b, Albinus & literatus, & diſertus fuit. & 189 a, Plena literatæ ſenectutis oratio.

¶ *Literarius*. Tuſc.248 b, Quid dulcius literato ocio?

† Syntaxis. *Bellè & literatè laudare. Scitè & literatè ſcribere. Literatè peritus. Perbenè Latinè loqui, & literatè. Literatè reſpondere. Quod literatum eſt. Literatus, & ſtudijs doctrinisque deditus. Nec infacetus, & ſatis literatus. Literatus & diſertus. Plenus literata prudentia liber. Literato ocio nihil dulcius.*

LITERNINVM, *villa*. Att. 167.

LITERVLAE, arum, Att. 101 a, Chryſippus, quem ego propter literularum neſcio quid libenter vidi, in honore habui. * I.V.221 b, Signum Appollinis pulcherrimum, cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum. Epiſtol. 262 a, Literulæ meæ, ſiue noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt. & b, Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis. Att.97 a, Literulæ tuæ ſolent compoſitiſſimæ & clariſſimæ eſſe. & 185 b, Vndecimo die poſtquam à te diſceſſeram, hoc literularum exaraui. Att. 223 b, Ne patiamur intermitti literulas.



LITIGANDVM. Att. 26 b, & 217 a, Mira ſum alacritate ad litigandum.

LITIGANS, tis. pro Cæl.43 a, Aliquot enim in cauſis eum videram fruſtra litigantem.

LITIGATOR, is pro Dom.236 b, Emit domum litigatoribus defatigatis, ꝓpè dimidio carius quàm æſtimabat, &c.

LITIGIOSVS, a, um. *litium cupidus, calumniator, controuerſus*. de Orat.107 b, Vereris, ne tua domus, ſi à litigioſis hominibus non colatur, à cæteris deſeratur? & 125 a, Non pertinax, non litigioſus, non acerbus. pro Muræn.129 b, Quid huic tam loquaciter litigioſo facias. pro Cæcin.287 b, Defenſor nimium litigioſus, concitus ad iram. pro Planc.276 b, Si in familiaritate mea locus eſſet nemini niſi litigioſo & nocenti. de Leg. 159 b, Potius ignoratio iuris litigioſa eſt, quàm ſcientia. de Fin.143 a, Habent enim bene longam & ſatis litigioſam diſputationem. de Orat.152 b, Litigioſum prædiolum.

LITIGO, as. *diſcepto*. Attic. 217 a, Hircius cum Quintio acerrimè pro me litigauit. Epiſtol. 142 b, Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari. de Amic. 114 b, Qui litigare ſe ſimulans blanditur. Quint. frat. 312 b, Litigarem tecum, ſi fas eſſet, ſed, &c. I.A.853 a, Hic cum C. fratre putat ſe litigare. pro Q.R.53 b, Qui per ſe litigat.) (. *Qui cognitorem dat.*

† Syntaxis. *Litigare cum. Litigare, & iudicijs conflictari. Per ſe litigare.*

LITO, as, *litor, bene promitto*. pro Fl. 164 a, Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, &c.

LITOR, aris. *lito*. de Diu. 115 b, Hoſtia litatur pulcherrimè. ibid. 117 a, Cùm pluribus dijs immolatur, qui tandē euenit, vt litetur alijs, alijs non litetur? quæ autem tanta incōſtantia deorum eſt, vt primis minentur extis, bene promittant ſecundis?

* LITTVS, oris. Vide LITVS.

LITVRA, ræ, *linea inducta ad aliquid delendū*. pro Cl.25 b, Oppianicus, qui digito legata deleuerat, ne lituris coargui poſſet, teſtamentū in alias tabulas tranſcriptū ſignis adulterinis obſignauit. Ep.85 a, Cùm mendum ſcripturæ litura tollatur. I.V.95 a, Deinde in codicis extrema cera nomen infimū in flagitioſa litura fecit. & 129 b, Videtíſne totum hoc nomē, coràm vbi facit delatum, eſſe in litura? quid fuit iſtic antea ſcriptum quod mendum litura correxit? & 147 a, Caudam illam Verris tanquā in luto demerſam eſſe in litura. * I.V.147 a, Literæ lituræq; omnes aſſimilatæ, expreſſæ. de tabulis in libros transferuntur. pro Arch.187 a, Vnius nominis litura ſe commotum eſſe dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomen (*al. in nomine*) A. Licinij videtis.

LITVS vel LITTVS oris. *ora terminusq; terræ ad mare*. Top. 223 b, Litus eſt qua fluctus eludit. de Inuent.74 b, Redemptor hoſtias conſtituit omnes in littore *fluminis Eurotæ*. Orat.206 b, Quid tam commune, quàm mare fluctuantibus, littus eiectis? pro Dom.241 b, In littore deſerto aram conſecrare. Qu. frat.317 a, Timebam litus inſulæ. I.V.252 a, Tabernacula carbaſeis intenta velis collocari iuſſit in littore. Quod eſt littus in inſula Syracuſis poſt Arethuſæ fontē, propter ipſum introitū atq; oſtium portus, amæno ſanè & ab arbitris remoto loco. ibid. Illi aditū littoris Syracuſanis ademerunt. & b, Stetit ſoleatus prætor populi Rom. muliercula nixus in littore. ibid. Similer totos dies in littore tabernaculo poſito perpotabat. I. A. 226 a, O ſpectaculū illud non modo hominibus, ſed vndis ipſis & littoribus luctuoſum. de Nat.46 a, Quorumq; operibus agri, inſulæ, littoraq; collucent. ibid. Quanta maris eſt pulchritudo? Quæ amænitates orarum & littorum? Att.16 a, Littus atq; aër, & ſolitudo mera. & 188 b, Cætera noli putare amabiliora fieri poſſe vlla littore, proſpectu maris.

† Syntaxis. *Orarum & litorum amænitas.*

LITVVS, tui *bacillus ita dictus*. * de Nat.deor.27 b, An Actij Nauij lituus ille, quo ad inueſtigandum ſuem regiones vineæ terminauit, contemnendus eſt? de Diuin 86 b, Quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus, vnde nobis eſt traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, cum vrbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id eſt incuruum, & leuiter inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, ſimilitudine nomē inuenit: cùm ſitus eſſet in curia Saliorum, quę eſt in Palatio, eaq; deflagraſſet, inuentus eſt integer. de Diu.87 a, Quæ ſit ab Actio Nauio per lituū regionū facta deſcriptio. & 125 a, Omitte lituum Romuli, quē in maximo incendio negas potuiſſe cōburi. Att.29 b, Quid ageretur de lituis βοώπιδος. & 177 b, Quin. fratrem lituum meæ profectionis fuiſſe, &c. effecerat tamen lituis in ijs. *Locus hic eſt ſuſpectus.*

LIVIDVS, a, um. Tuſc.214 b, Ergo inuidi, maleuoli, liuidi,

&c. quia procliues ad eas perturbationes ſunt, non quia ſemper feruntur.

LIVIVS. uij. de Cl.171 a, Liuius, qui primus fabulã docuit.

* LIVIVS, a, um. de Leg 172 a, Leges Liuiæ.

LIVOR, oris. *inuidia*. Ep.172 a, *Bruti*. Tu enim è certo cenſu & vero iudicas de nobis: quod iſti ne faciant, ſumma maleuolentia & liuore impediuntur.

¶ *Eſt quoq; nota percuſsionis in corpore ſine vulnere*. ad Her.7 b, Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui.

LOCATIO, onis. Att.15 b, Se cupiditate prolapſos nimium magno conduxiſſe: vt induceretur locatio, poſtulauerunt. Att.55 b, Porticus Catuli ex SC. Conſulum locatione reficiebatur.* Frag ep. Locatio precioſa. I.V.106 a, Tantum operis in iſta locatione fuit. & 107 a, Hic iſtius ſcelerata locatione, nefarioq; latrocinio, bonis patrijs, fortunisque omnibus ſpoliatus venit in iudicium. I.V. 150 b, Aut cenſoria locatio conſtituta eſt, vt Aſiæ lege Sempronia. & 151 b, Cùm locatio fieret.

LOCATVS, a, um. contra Rull.76 a, Agri à cenſoribus locati ſunt. de Cl.183 b, Membra ſuo quæq; loco locata. Or. 218 a, Si quis eorum pedum in extremo locatus eſt. de Or. 96 b, Quæſtio de re certis in perſonis & temporibus locata. Att.85 b, Ciuitate in Catonis fide locata fundiùs perdidiſſem pro Cæl.52 a, Deinde fortes viros ab imperatrice in inſidijs, atq; in præſidio balnearum locatos, de Amic. 140 a, Etenim eo loco locati ſumus: vt, &c. Tuſc 184 a, Ipſi animi magni refert quali in corpore locati ſint. * de Conſolat. Te approbantibus Dijs immortalibus ipſis, in eorũ cœtu locatam conſecrabo. I. A. 155 b, Vt in altiſſimo ampliſſimoque gradu dignitatis locati Rempub. pro nihilo haberemus?

LOCO, as. *repono*. Ep 20 b, Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui. pro Mur. 131 a, Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare hominẽ in ampliſſimo gradu dignitatis. Acad.45 b, Inter rectè factum & peccatum media locabat quædam.

¶ *Adapto, accommodo*. Qu. frat. 320 b, Ad Telluris quidem tuam ſtatuam locaui.

¶ *Conducenti trado*. I. A 224 a, Vtique quæſtores eam baſim ſtatuamq; faciendam & in roſtris ſtatuendam locent. I.V. 107 b, Locare opus maxima pecunia. & 105 b, Opus quod tu H-S. DLX. millibus faciendũ locaſti. de In.52 a, Si Rhodijs turpe non eſt portorium locare, nec Hermocreonti quidem turpe eſt conducere. Att. 230 b Dolabella locum illum ſternendum locauit. pro Q.R.49 b, Diſciplina quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe nõ minus H-S. CCCLIII. I. A.164 a, Curio te in matrimonio certo ac ſtabili locauit. ad Her 13 a, Locare aliquam alicui nuptijs. de Leg 186 a, Quos Cenſores in partibus populi locaſſint. *pro locauerint*. I.V.102 b, Cum conſules ædes ſuas locauiſſent. * I.V. 102 b, Cùm L. Octauius, C. Aurelius Coſs ædes ſacras locauiſſent. & 104 b, Locaturum ſe eſſe confirmat. ibid. Locare incipit non proſcripta neque edicta die, alieniſſimo tempore, ludis ipſis Romanis foro ornato.

¶ *Aeſtimo*. de Amic. 115 b, Vos hortor, vt ita virtutem locetis, vt eâ excepta nihil amicitia præſtabilius putetis.

* LOCOR, aris. pro Sex. Roſc.27 b, Anſeribus cibaria publicè locãtur in Capitolio. I.V.105 a, Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur. I.V. 150 b, Is ager à Cenſoribus locari ſolet. & 260 a, Non palàm viuorum funera locabantur.

† Syntaxis. *Locata ſuo loco membra. Locata cuiq; cibaria. Locata quæſtio: id eſt, conſtituta. Ciuitas locata in fide alicuius. Summo loco locatus. Animus in corpore locatus*.

LOCRENSIS, e. Tuſc 239 a, Doris Locrenſis. & I.V.254.

LOCRI, *populi*. Att.88. de Fin.145. de N.27. I P.100.

LOCRIS, *regio*. Att 46.

LOCVPLES, tis: tior, tiſſimus. *diues, abundans, idoneus, fide dignus*.)( *Egens*. I. V. 63 b, Mulier copioſa planè & locuples. de Orat.98 a, Tanquam in aliquam locupletem & refertam domum veniſſem. pro Pl.277 b, Egentes in locupletes armabantur. pro Q.R. 48 b, Egebat? imò locuples erat de Orat.160 b, Cuius membra ſunt in omni locupleti oratione diffuſa. de Fin. 127 a, Lyſias oratione locuples, rebus ieiunior. ad Her 30 a, Magnæ & locupletes copię. de Diu.133 a, Iam Pythagoras & Plato locupletiſſimi autores iubent, &c. & 88 a, Collegit innumerabilia oracula Chryſippus, nec vllũ ſine locuplete autoritate ac teſte. de Cl. 168 b, Locuples autor Thucydides. Attic.106 a, Nec moderatior, quàm Sylla in pecunijs locupletum. Attic. 119 a, Quaſi locupletior autor, quàm Socrates, mihi quęrendus ſit. de Fin 51 a, Latina lingua, non modò non inops, ſed locupletior etiam eſt, quàm Græca. de Nat. 23 b, Locupletior hominum natura ad beatè viuendum eſt, quàm Deorum. Offic.73 a, Quem enim locupletiorem teſtem quæſerimus, quàm, &c.* Frag. ep. Nec locupletem ad hoc autorem habebamus. pro Qu. Roſc. 52 b, Copijs rei familiaris locupletes & pecunioſi.

† Syntaxis. *Copioſus & locuples. Domus locuples & referta. Oratio locuples. Oratione locuples. Copiæ magnæ & locupletes. Autoritas locuples*.

LOCVPLETANDVS, a, um. ad Her.15 a, Quæ pertinent ad exaggerandam & locupletandam argumentationem.

* LOCVPLETATVS, a, um. I.V.252 a, Hac tanta præda auctus, mancipijs, argento, veſte locupletatus. de Finib.72 b, Aut anteponet eam ſententiam, quam cùm honeſtate ornatiſſimam, tum etiam ipſis initijs naturæ, & totius perfectione vitæ locupletatam videbit.

LOCVPLETO, as. *dito, diuitijs augeo, orno, fortunis locupleto, augeo*. Epiſt.25 a, Mihi erat in animo ciuitates locupletare. de Fin.83 b, Sapientes locupletat ipſa natura. cont. Rull.79 b, Hæc lex eos fortunis locupletat. de Orat.105 a, Cuius artem cùm indotatam videres, verborũ eam dote locupletaſti & ornaſti. de Clar. or.196 b, Eloquentiam locupletaſti grauiorum artium inſtrumento. de Inu.62 a, Locupletare aliquem locum egregijs picturis.

† Syntaxis. *Ornare & locupletare orationem. Locum locupletare picturis egregijs. Exaggerare & locupletare*.

LOCVS, ci: LOCI, orum: & LOCA, orum *locus ab oppido quid differat, & quis in loquendo rectius vſus, quæſtio grammatica*. Att. 203 a, de Orat. 141 b, Corpus intelligi ſine loco non poteſt. Partit.233 a, In locis autem & illa naturalia *ſpectantur* maritimi an remoti à mari, plani an montuoſi, leues an aſperi, ſalubres an peſtilentes, opaci an aprici: & illa fortuita, culti an inculti, celebres an deſerti coædificati an vaſti, obſcuri an rerum geſtarũ veſtigijs nobilitati, conſecrati an profani. de Diu.192 a, Occupare locũ in ſubſellijs. de N.42 b a Aër videtur quaſi locum dare & cedere. de Sen.90 b Cùm quidã in theatrũ veniſſet, in magno cõſeſſu locum ei à ſuis ciuibus nuſquam datũ. Parad.119 a, Quibus circumſcriptus eſt habitandi locus. Att.124 b, Reſpondit ſe, quod in nummis haberet, neſcire quo loci eſſet. ad Her.7 a, Locus quæritur publicus an priuatus fuerit, cuiuſmodi loci attingant. Ep.127 a, Erit enim nobis honeſtius, videri veniſſe in illa loca ploratum potius quàm natatum. de Or. 135 b, Nec amœnum, nec ſalubrem locũ cenſeo de Clar. 192 a, Gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedendo loco. pro Sext. Roſc.29 b, Locus opportunus, aptus ad eam rem. *de Orat. 85 a, Qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maximæ moleſtiarũ & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt. I. V. 194 b, Locus inter Oceanum iam nullus eſt, neq; tam longinquus, neq; tam recõditus: quò non peruaſerit, &c. pro L. Varen Cum iter per agros & loca ſola faceret. cont. C. Ant. Vt non eſſet locus tam ſanctus, quò non aduentus tuus crimen afferret. ibid. Vt tibi primũ locum concederem. ibid. Te è poſtremo in tertium locũ eſſe ſubiectum. pro M. Scau. Propinquitas & celebritas loci. Frag. ep. Vt Hercules Antianus in alium locum transferretur. Oecon. 1, Præparatis idoneis locis. Oecon. 2, Qui me abſente in meum locum ſubſtituitur. Hortenſ. Omnibus planetis in eundem recurrentibus locum. 5 de Leg. Neq; dum ſatis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur. Incer. Qui fuit locus religioſiſſimus, is erit deſertiſſimus. ad Heren. 7 b, Num quo in loco præter conſuetudinem fuerit, aut alieno tempore. ibid. Si in eo loco comprehenſus aut viſus ſit transacto negotio, quo in loco res geſta dicitur. ad Herenn. 8 a, Quo in loco quid poſitum ſit. & 9 b, Num alquis eius rei actionem petitionem aut executionem *al. perſecutionem* habeat, num alio modo, alio tempore, alio loco. ibid. Si in eo loco fuiſſent, & tempus, locum, rem, deliberationem ſuam ponet ante oculos. ad Herenn. 11 a, Quid quoquo loco dixerimus. ad Her. 21 b, Conſtat artificioſa memoria ex locis & imaginibus. Locos appellamus eos, qui breuiter, perfectè, inſigniter aut natura aut manu ſunt abſoluti, vt eos facilè naturali memoria comprehendere & amplecti queamus: vt ædes, intercolumnium, angulum, fornicem, & alia quæ his ſimilia ſunt. ibid. Imagines eorum certis in locis collocare nos oportebit. Nunc cuiuſmodi locos inuenire, & quo pacto reperire, & in locis imagines cõſtituere oporteat, oſtẽdem: ibid. Poſſunt quę audierũt in locis collocare, & ex his memoriter pronũciare. Loci enim ceræ aut chartæ ſimillimi ſunt. ibi. Oportet multos nobis locos cõparare, vt in multis locis multas imagines collocare poſſimus. Item putamus oportere ex ordine hos locos habere, &c. quo ſecius quoto quoque loco libebit, imagines ſequi, ea, quæ mandata locis erunt, edere & proferre poſſimus. ad Her. 22 a, Item in locis ex ordine collocatis eueniet, vt in quãlibet partem quoto quoque loco libebit, imaginibus cõmoniti dicere poſſimus id, quod locis mandauerimus.

Quare

Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos, quos aſſumpſerimus, egregiè commeditari oportebit, vt perpetuò nobis hærere poſſint. ibid. Loci tanquam cera remanere debent. Et ne fortè in numero locorum falli poſſimus, quintum quenque locum placet notari: quod genus, ſi in quinto loco manum auream collocemus: & ſi in decimo aliquem notum, cui prænomen ſit Decimo. Deinde facile erit ſimiles notas quinto quoque loco collocare. Item commodius eſt, in derelicta quam in celebri regione locos comparare. ibid. Diſſimiles forma atque natura loci comparandi ſunt, vt diſtinctè interlucere poſſint. ibid. Magnitudine modica & mediocres locos haberi oportet. Nam & præter modum ampliuagas imagines reddunt, & nimis anguſti ſæpe non videntur poſſe capere imaginum collocationem. Tum nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuros locos comparare: tamen ſi quis ad iſta ſatis idoneos inuenire ſe non putabit, ipſe ſibi conſtituat quàm volet multos licebit. ibid. Situs loci ibid. Idoneorum locorum commodiſſimam diſtinctionem comparare. De locis ſatis dictum eſt. ad Heren. 22 b, Cætera crimina ex ordine in locis ponemus. ibid. In loco conſtituere oportet manus ad cœlum tollentem Domitium, &c. In altero loco Aeſopum & Cimbrum, ſubornare Iphigeniam. ad Herenn. 23 a, Vt identidem primos quoſque locos imaginum renouandarum cauſa celeriter animo percurramus. & b, Quamplurimos locos vt habeas, & quàm maximè ad præcepta accommodatos curare debebis. de Inuent. 48 b, Si locus opportunus ad eandem rem fuiſſe oſtendetur. de Orat. 124 a, Si ſigna & notas oſtenderem locorum, quibus cognitis, &c. de Orat. 144 a, Quidnam igitur, inquid, ille locus? an in media ſylua placet? Eſt enim is maximè & opacus & frigidus. Topic. 225 b, Huius generis cauſarum, ſine quo non efficitur, alia ſunt quieta, nihil agentia, ſolida quodammodo, vt locus, tempus. I. V. 79 a, Hanc ego cauſam cum agam beneficio populi Rom. de loco ſuperiore. I. V. 252 a, Quod eſt littus, &c. amœno ſanè & ab arbitris remoto loco. contr. Rull. 85 a, Natura loci. pro Seſt. 20 b, Non percuſſit locum *ſcil. corporis.* & 21 b, Et tu hoc loco laudas Milonem. & 22 b, Diſſipatos *homines* vnum in locum congregarunt. ibid. Neque tamen vllo in publico aut religioſo loco ſignum, aut tabulam, aut ornamentum reliquiſſe. de Finib. 104 b, Eius eſſe eum locum, quem quiſque occuparit. Tuſculan. 156 b, Reliquæ duæ partes, vna ignea, altera animalis, vt illæ ſuperiores in medium locum mundi grauitate ferantur & pondere: ſic hæ ſurſum rectis lineis in cœleſtem locum ſubuolent. Tuſcul. 158 a, Quàm multa, quàm varia ſpectacula animus in locis cœleſtibus eſſet habiturus. & b, Quæ eſt anus tam delira, quæ timeat iſta, &c. Lethi obſita tenebris loca? *ex poëta.* de Som. 127 a, Oſtendebat Carthaginem de excelſo & pleno ſtellarum, illuſtri & claro quodam loco. Epiſtol. 56 a, *Sulpitij.* Ab Athenienſibus locum ſepulturę intra vrbem, vt darent, impetrare non potui. ibid. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiæ locum delegimus, ibique eum combuſſimus: poſteaque curauimus, vt ijdem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Epiſt 263 a, Vnde illud tam ἄκυρον, Valetudini fideliter inſeruiendo? Vnde in iſtum locum Fideliter venit? cui verbo domicilium eſt proprium in officio, migrationes in alienum multæ. Attic. 231 a, O' loca cæteroqui valde expetenda, interpellantum autem multitudine penè fugienda. Attic. 246 b, Hæc loca venuſta ſunt, abdita certè & ab arbitris libera.

¶ *Item occaſio, facultas, conditio, gradus, numerus.* Epiſtol. 19 b, Loco excelſo & illuſtri ſita eſt laus tua. & 36 b, Illud ſcio, meos multos, & illuſtres, & ex ſuperiore & ex æquo loco ſermones habitos cum tua ſumma laude. de Offic. 29 a, Locum autem actionis opportunitatem temporum eſſe dicunt Epiſtol 46 b, & 260 b, Quem in locum res deducta ſit, vides pro S. Roſc 44 a, Videte, quem in locum rempubl. peruenturam putetis. Brut 61 b, Res in eum locum venerat, vt niſi, &c. in poteſtatem hoſtium veniendum fuit. de Leg. 180 b, Eo loco res eſt, ita ſoluta hæreditate, quaſi ea pecunia legata non eſſet. Epiſtol. 48 a, Nihil loci relictum eſt ſuæ ſcientiæ. & 13 a, Nulli improbo locus eſt ad rempubl. violandam. & 35 a, Iniquis ſecus exiſtimandi vederis nonnihil loci dediſſe. de Natur. 63 a, b, Repentè auertis orationem, nec das reſpondendi locum. de Orat. 94 b, Hæc turba & barbaria forenſis dat locum vel vitioſiſſimis oratoribus pro Quint 9 b, Aliquid loci rationi & conſilio dare, & ſeſe colligere & 11 a, Qui locus igitur abſentis defendendi procuratori primus datus eſt? Orat. 208 b, Quotieſcunque dabitur amplificandi locus pro Mur. 240 b, Homines tenues vnum habent in noſtrum ordinem proferendi beneficij locum. Orat 210 a, Nullam habeo inſtituendi aut docendi locum. pro Dom. 226 a, Non erat in tantis iniurijs nouæ crudelitati locus. & 241 b, Ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuiſſe. pro Planc. 276 b, Si in mea familiaritate locus eſſet nemini, niſi litigioſo aut nocenti. pro Qu. 9 a, Vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. p Flac 160 b, In tam maledicta ciuitate locũ ſermoni obtrectatorum non reliquit. de Clar. 192 a, Eſt etiam in arte tanta huic minutæ ſubtilitati locus. Attic. 191 a, Nec eſt quicquam aut paruæ curæ aut nouæ loci de Orat. 129 a, In hoc altero, &c. quid habet ars loci? pro Mur. 126 b, Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt, omnia laus occupauit. I. C. 105 b, Non eſt iam lenitati locus, ſeueritatem res ipſa flagitat. pro Mur 139 a, Eſſe apud hominem conſtantem ignoſcendi locum. & 135 b, Quo mihi etiam durior locus eſt dicendi datus. pro Dom. 230 b, Calamitas mihi maledicti locum aut criminis obtinebit? pro Dom. 243 a, & pro Pl. 256 b, Qui in mea ſalute principem ſemper locum autoritatemque tenuiſtis. Qu. de Pet. 205 b, Prodeſt, quorum in locum ac numerum peruenire velis, ab ijs ipſis illo loco ac numero dignum putari. I. A. 174 a, Quem locum apud Cæſarem obtinuiſti, quo numero fuiſti? I. V. 261 a, Ipſi in hoſtium numero locoque ducemini. Attic. 288 a, Habere aliquem loco patris. de Clar. 165 a, Ex quo augurum inſtitutis in parentis eum loco colere debebam. Poſtq. 212 a, Is mihi in filij loco fuiſſet, nunc certè erit parentis. de Orat. 127 a, Sodales nobis in liberûm loco more maiorum eſſe debent. de Pro. 77 b, Is me habebat eodem loco, quo ſuũ generũ Att. 280 b, Succedere alicui in parentis locũ. I. P. 86 a, Túnc etiam auſus meum illum diſceſſum, &c. in maledicti & contumeliæ loco ponere? pro Cl. 30 b, Obijcere aliquid alicui in loco maledicti vel criminis. in Sal. 174 b, Si quis prædæ loco magiſtratum accepiſſet. de Clar. 177 a, Qui hoc munere in ciuitate functi ſunt, vt tenerent oratorum locum. Att. 84 b, Perbono loco res eſt. & 178 b, Et tum meliore loco res erant noſtræ. de Ar 258 a, Vt meliore ſimus loco, ne optãdum quidem eſt, deteriore ſtatu ſumus, &c. pro Seſt. 18 b, Res erat & cauſa noſtra eo loci, vt erigere oculos & viuere videretur pro Dom. 220 a, Ille tibi loco ſi ij per ætatem eſſe poteſt. I. V 64 b, Prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere. Ep 20 a, In loco beneficij, vel mercedis numerare aliquid. Quint. frat 292 a, Deferre aliquid alicui nõ in beneficij loco, ſed in laboris & muneris. de Nat. 75 a, Vbi igitur locus fuit errori deorum? de Inuent. 80 b, Petere ſibi aliquid loco præmij. Epiſt. 163 a, Cæſar me vetuſtiſſimorum familiarium loco habuit. & 61 b, Te mihi fratris loco eſſe duco de Finib. 75 a, Qui honeſtatem eo loco habet, vt ſine ea iucundè neget poſſe viui. de Or. 100 a, Mulier, quæ in concubinę locum duceretur. Ep. 97 b, Criminis loco putant eſſe, quòd viuam. de Fin. 83 b, Qui voluptatẽ nullo loco numerat. de Fin 104 a, Nec iuſtitiæ vllus eſſet, nec bonitati locus. Ep. 213 b, Eſſe magno loco apud regẽ. & 33 b, Tenere primũ locum apud regẽ. de Fin. 101 a, Obtinere primũ vel ſecundũ locum. de Cl 171 a, Et tenuit cũ hoc locũ quendã. Or. 197 a, At enim in poëtis nõ Homero ſoli locus eſt, ſed & Sophocli, &c. p Cl. 49 b, Qui in ſummum locum ciuitatis nõ potuerunt aſcẽdere. & 45 a, Locum ſenatoriũ ludis reliquit. pro Plan. 291 a, Eſſe ex equeſtri loco. Ep. 39 b, Tua dignitas ſuum locũ obtinebit. de Or. 126 b, Si placuerit, vos meam defenſionẽ in aliquo artis loco reponetis. de Nat 84 a, In hoc loco mihi caput illud videtur eſſe. Anteq 192 b, Fidei couducit in loco beneficiũ retribuere Ep. 175 a, Literæ non loco redditæ. pro Cæl. 39 a, Quoad ætas M. Cælij dare potuit ſuſpicioni locum. pro Cor. 58 a, Cuius audita virtus dubitationi locum non darent. Ep. 1 a, Sed planè nec precibus noſtris, nec admonitionibus reliquit locum. de Natur. 51 b, Cùm in locis ſemen inſedit, rapit omnem ferè cibum ad ſeſe. in Sal. 273 a, At quanto meliore loco reſp. ſtaret, ſi tu, &c. I. A. 231 b, Qui ſe conſulatum in Bruti locum petere profitetur. Offic. 75 b, Nam vbi primùm prudentiæ locus dabitur? & 76 a, Apud eum quem locum habet fortitudo. de Sen. 85 a, Libidine dominante temperantiæ locus non eſt. & 123 a, Qui iſta tractant, non honeſtiſſimum locum ſeruitutis tenent. & ibid. Qui ciuitatis locum infimum tenent. de Inuent. 81 a, Quo in numero hoc, & in quo loco illud haberi conueniat. Attic. 8 a, Res eodem eſt loco, quo reliquiſti. & 140 b, Valde gaudeo, ſi nunc eſt vllus gaudẽdi locus. & 274 a, Noſtræ res meliori loco videbantur. Qu. frat. 301 b, Via iuris eiuſmodi eſt quibuſdam in rebus, vt nihil ſit loci gratiæ & 308 a, Vrgere illi, vt loco nos mouerent. & 309 a, Incidi in eum locum in dicendo, cum Seſtius multis vulneribus acceptis ſubſidio Beſtiæ ſeruatus eſſet. * pro Quint. 1 b, Me, qui caput alterius, famam, fortunaſque

naſque

naſque defendam, priore loco cauſam dicere. I. V.78 b, Quos in eorum locum ſubditos domi ſuæ reſeruauit. I. V.135 b, Qui illum ſecum habuerit, eo præſertim numero ac loco. I.V.243 a, Vt hæc ipſa ædilitas, &c. iudicio populi digno in loco poſita eſſe videatur. de Fin.75 a, Quid hoc loco intelligit honeſtum?

¶ *Sedes doctrinæ*. de Orat.122 b, Ariſtoteles propoſuit quoſdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem diſputationem inueniretur. Orat.201 a, Ariſtoteles locos, ſic enim appellat, quaſi argumentorum notas tradidit. Topic.221 b, Locus eſt argumenti ſedes. Par.230 a, Loci ſunt, in quibus latent argumenta. de Orat.119 a, Locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet. & 123 b, Sedes & tanquam domicilia omnium argumentorum. & 152 b, Loci communes, qui de vniuerſa re tractare ſolent, vt, &c. de Cl.168 b, Scriptæ fuerunt & paratæ à Protagora rerum illuſtrium diſputationes, quæ nunc communes appellantur loci. & 171 b, Communibus locis vti. & Ac.20 a, Deſine communibus locis. Orat.208 a, Traditi ſunt, è quibus argumenta ducantur, duplices loci: vni è rebus ipſis, alteri aſſumpti, &c. de Diu.169 a, Magnus locus philoſophiæque proprius à Peripateticorum familia tractatus vberrimé. Orat 212 b, Eſt enim hic locus latè patens de natura vſuque verborum. & 209 b, Nullus locus à Demoſthene edicitur ſine conformatione quadam ſententiæ. &, Inducere locos communes. Orat.208 b, Αὔξησις in communibus locis maximè excellet, qui communes appellati, eo quòd videntur multarum ijdem eſſe cauſarum, ſed proprij ſingularum eſſe debebunt. pro Pl.277 b, Conijcere cauſam in locos. de Inuent. 67 b, Hæc argumenta, quæ transferri in multas cauſas poſſunt, locos communes nominamus. Parad. 116 a, Aliquid conijcere in communes locos. de Leg.161 b, Exprimere aliquem locum in libris. de Fin. 50 a, Cato cùm ſententiam in ſenatu diceret, locos graues ex philoſophia tractabat. de Or.203 b, Itaq; hunc locum longè lateq; patentem philoſophi ſolent in officijs tractare. * ad Heren. 7 a, Approbatio habet locos proprios atque communes. Proprij ſunt ij, quibus niſi accuſator nemo poteſt vti: & ij, quibus niſi defenſor. Communes ſunt, qui alia in cauſa ab reo, alia ab accuſatore tractantur. In cauſa coniecturali proprius locus accuſatoris eſt, cùm dicit. ad Heren.8 a, Communes loci ſunt cùm accuſatoris, tum defenſoris, à teſtibus, contra teſtes, à quæſtionibus, contra quæſtiones, ab argumentis, contra argumenta, à rumoribus, contra rumores. ibid. Ab argumẽtis & ſignis, & cæteris locis, quibus augetur ſuſpicio, dicere hoc modo conuenit. ad Heren.8 b, His locis vtemur ſecundum narrationem. ibid. Locus communis eſt contra eum. ad Heren.10 a, His locis tractatis accuſator vtetur loco commui in eum. ibid. Defenſor contra eos, &c. vtetur loco communi per conqueſtionem. & b, Loci communes in his cauſis, accuſatoris, contra eum, &c. defenſoris, de humanitate, miſericordia. ibid. Hîc ignoſcendi ratio quæritur ex ijs locis. ad Her. 11 a, Loci communes de humanitate, fortuna, miſericordia, rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario vtetur is, qui contradicet, cum amplificatione & enumeratione omnium peccatorum. ad Heren. 15 a & b, Amplificatio eſt res, quę per locum cõmunem inſtigationis auditorum cauſa ſumiter. Loci cõmunes ex decem præceptis commodiſſimè ſumuntur adaugendi cauſâ. Primus locus ſumitur ab autoritate. Tertius locus eſt, quo percunctamur quid ſit euenturum, &c. Quartus locus eſt, quo demonſtratur, &c. Quintus locus eſt, per quem oſtendimus, &c. Quo loco non incommodum erit vti cæterarum rerum comparatione. ibid. Septimus locus eſt, quo oſtendemus. ibid. Nonus locus cõſtat ex peccatorum comparatione. ibid. Decimus locus eſt, per quem omnia, &c. exponemus acriter, & criminosè, & diligenter. ad Heren. 16 a, Ferè locos obſcuriſſimos totius artificij tractauimus in hoc libro. de Orat. 124 b, His locis in mente & cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum poſita excitatis. ibid. Ex ijſdem illis locis interdum cõcludere, relinquere aliâs. de Orat 130 b, Locus & regio quaſi ridiculi turpitudine & deformitate quadam continetur. Orat. 207 b, Habeat omnes philoſophiæ notos & tractatos locos. Acad. 20 a, Iccirco heri non neceſſario loco cõtra ſenſus tam multa dixeram. de Finib. 50 a, Cùm tractat locos ab Ariſtotele antè tractatos. ibid. Locos quoſdam, ſi videbitur, transferam, & maximè ab his. & b, Quem quidem ridet locum cum multa venuſtate & omni ſale Lucilius. Topic. 228 b, Loci conuenient in eius generis quæſtionem, conſequentes, antecedentes, repugnantes, adiunctis etiam duobus ijs, qui ſumuntur ex cauſis & effectis.

† Syntaxis. *Locum occupare, dare & cedere. Quo loci eſt? Locus opacus, frigidus, amœnus, remotus arbitris, ſaluber, opportunus & aptius. Loco illuſtri, & excelſo ſita laus. Rex deducitur, venit, eſt, in locum, in loco. Rationi & conſilio locum dare. Docendi locum habere: id eſt templis. In hac re nihil eſt maledicto loci. Principem tenere locum in alicuius ſalute. Locum habere aliquem præcipuum. Patris loco, & in loco habere, colere. Admonitionem in loco contumeliæ ponere. Prædæ loco magiſtratum gerere. Eo loci res eſt. In loco beneficij numerare & deferre quippiam. Loco nullo numerare aliquem, aliquid. Apud aliquem eſſe magno loco, & locum tenere. In locum ciuitatis ſummum aſcendere. Ex equeſtri loco eſſe. Conijcere cauſam in locos.*

L o c v t i o, onis. *ſermo.)(.reticentia.* Orat.202 b, Quanquam omnis locutio oratio eſt, tamen vnius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. & 188 b, Solum & quaſi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam & Latinam. ad Heren.20 b, Sermo eſt oratio remiſſa & finitima quotidianæ locutioni. * Orat.188 b, Quia ſe valde dilatandis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat. Offic. 29 b, Ex riſu, ex locutione, &c. facilè iudicabimus.

L o g i, orum. *ſermones, vel dictum ridiculum.* pro Gallio: Ego te certè ſcio omnes logos, qui ludis dicti ſunt, animaduertiſſe.

L o g i c e, ces. *dialectica.* de Finib.53 a, Iam in altera philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi ac diſſerendi, quæ λογικὴ dicitur, Epicurus planè inermis ac nudus eſt, tollit defenſiones, nihil de diuidendo partiendo docet: non, quomodo efficiatur concludaturq; ratio, tradit: non qua via captioſa ſoluantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit. de Fat.140 a, Explicanda vis eſt ratioq; enunciationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant: quæ de re futura, deq; eo quod poſſit fieri aut non poſſit, quam vim habeant, obſcura quæſtio eſt, quam περὶ δυνατῶν appellant, totaq; eſt logicæ: quam rationem diſſerendi voco.

L o g i c v s, a, um. Tuſcul.216 a, Habes ea, quæ de perturbationibus enucleatè diſputant Stoici: quæ logica appellant, quæ diſſeruntur ſubtiliùs: è quibus tanquam è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio.

L o g o d a e d a l v s, li. *verborum artifex, & auceps.* Orat.200 a, Thraſimachus Chalcedonius & Leontinus Gorgias, & alij, quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

L o l i g o, inis. *quaſi voligo, piſcis volitans.* de Diuin. 138 b, Loligines & delphini exultantes tempeſtatem futuram ſignificant.

L o l i v m, lij. *herba.* Attic 23 b, De lolio ſanus non es, de vino laudo. * *Alij legunt, De Lollio ſanus non es. de Viuio laudo.*

L o m e n t v m, ti. *farina fabarum.* Epiſt 123 b, Perſuaſum eſt ei, cenſuram lomentum aut nitrum eſſe: errare mihi videtur. nam ſordes eludere volens, venas ſibi omnes & viſcera aperit.

L o n g e, iús, ſſimé. *procul, longinquo.)(.propè.* Att.77 b, Appius quàm longiſſimè potuit, diſceſſit. Epiſt. 233 b, Longius non diſcedam. pro Flac. 161 a, Longè omnino à Tyberi ad Caicum. Tuſc.173 a, Satis longè ab oppido ad fanum. de N.71 a, In Arcadia non longè à Luſio flumine. in Verr.119 b, Bidis oppidum eſt non longè à Syracuſis. pro Flac.160 a, Non longè à gradibus Aurelijs hæc cauſa dicitur. Ep.56 a, Cùm non longè à Pyræo abeſſem. pro Dom. 135 b, Eius ſimulacrum non longè à Tanagris in ſepulcro poſitum fuit. Attic.193 a, Non progrediar longius quàm mihi conceſſum eſt. de N.36 b, Neq; à ſole longius vnquã vnius ſigni interuallo diſceſſit. Ep.21 a, Longè abſum, audio ſerò. & 36 b, Tum longè inquis? & 44 b, Cùm tam longè abſuturus eſſem. de Fin.72 b, Propè, lõgè ſtare, mouere. Oct. 230 a, Cur caſtra longius aduerſariorum caſtris, & propius vrbem mouentnr. pro Quint.14 b, Quàm longè eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum. Quint.frat.317 a, Iſti Neruij quàm longè ſint neſcio. pro Planc. 262 b, Longiſſimè abeſſe ab aliquo. & Acad.10 b, Longiſſimè abeſſe à vero. de Prou. 75 a, Quid Oceano longius inueniri poteſt? pro Syl. 177 b, Tẽpus muneris dandi longè abeſt.)(. *appropinquat.* de Clar. 170 a, Varro vitam Næuij producit longius & 176 b, Aliquis longiùs ætate prouectus. pro Rab. 99 b, Longius quàm vitæ termini poſtulant, cogitare. I. V.122 a, Epicrates longè mihi obuiam proceſſit. de Ar.244 a, Iracundia longius digredi quàm conueniat. de N.33 b, Sol longè lateq; collucet. de Diu.97 a, Dij vim ſuã longè lateq. diffundunt. de N.12 b, Longè lateq; peregrinari. Tuſc.243 a, Longè lateque ſe pandere. de Finib.79 a, Longè lateque plurimum tribuere alicui. I. V.259 a, Longè omnes multumque ſuperare. de Fin.124 a, Cùm longè multumque præſtat mens. & 88 a, Nos longè multumq; ſuperamur à beſtijs. Tuſc.245 b, Longè & retrò ponere. de Diuin.133 a, Horum defenſio repitita quàm longè eſt. de Fin.111 a, Longè ad virtutem proceſſerunt. I. A. 212 a, In poſterum quàm longiſſimè prouidere. Ep.22 a, Longè in poſterum proſpicere. Att.2 a, Ab inſtituta noſtra paucorũ dierum conſuetudine longè refugit. Epiſt.66 a, Longè alia



conditio

conditione ac cæteri imperatores. Ac. 15 b, Longè aliter ſe habere ac ſenſibus videatur. in Ver. 110 b, A' quo mea voluntas longiſſimè abhorret. de Orat. 103 a, Multum inter ſe diſtant iſtæ facultates, longeq; ſunt diuerſæ atq; ſeiunctæ. de Cl. 169 a, T. Coruncanus longè plurimum ingenio valuit. de Or. 123 a, Ab Ariſtotelis inuentis tibi videor non longè aberrare. in Sall. 272 b, Longè falleris opinione. de Clar. 185 b, Hortenſius ſuos inter æquales longè præſtitit. Orat. 212 b, Hæc dixi longius quàm inſtituta ratio poſtulabat: breuius autem, quàm ſi hac de re vna diſputarē. pro Syl. 176 a, Et erat huic iudicio longè diſſimilis illa contentio. in Ant. 204 a, Quorum longè vicit ſapientia cunctos. de Clar. 185 a, Vir longè poſt natos homines improbiſſimus. Tuſ. 185 a, Volo autem dicere illud homini longè optimum eſſe. de Ar. 256 a, Quorum mentes ſunt perditæ, longæque à communi ſalute disiunctæ. Poſtquam. 207 b, Non cognoueram eum, quàm longè hinc ab hoc genere cognatio materna Tranſalpini ſanguinis abſtuliſſet. Epiſt. 232 b, De Quint. fratre nihil longè recuſaui. Epiſtol. 196 b, Longè gentium. de L. 156 a, Non longè è tua domo. Ton. 221 b, Abeſſe, longeq; disiunctum eſſe. & Attic 92 a, Quippe res eſt in manibus, tu autē abes longè gentium. de Orat. 86 a, Quod longiſſimè ſit ab imperitorū intelligentia ſenſuq; disiunctum. in Anton. 175 b, Cæſari venienti obuiam longiſſimè proceſſit. & 194 b, Nihil vnquam longius cal. Ian. mihi viſum eſt. * Eleg.

*Iam mare Tyrrhenum longè penituſq; palumbes Relliquit.*

Epiſt. 104 b, Non longè abieris, num ius ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt?

† Syntaxis. *Quam longè eſt hinc in Galliam? Ille longè eſt. Longè ætate prouectus. Longè obuiam progredi. Longè lateque multum tribuere alicui. Longè omnes multumq; ſuperare. Longè ad virtutem procedere. Longè in poſterum prouidere. Longè aliud, aliter, diuerſa, ſeiuncta. Longè plurimum ægrotare. Longè falleris opinione. Longè improbiſſimus. Longè optimum. Longè hinc abeſt ille. Nihil longè recuſo. Longè gentium. Non longè è domo. Quid ea die longius erit?*

LONGINQVITAS, tis. *diuturnitas.)(.propinquitas.* de Diuin. 80 a, Eandem artem etiā Aegyptij longinquitate temporum innumerabilibus penè ſeculis conſecuti putātur. Tuſ. 251 a, Dolores longinquitate producti vehementius torquent. de Diuin. 82 b, Nihil eſt, quod non longinquitas tēporum efficere atq; aſſequi poſſit. Epiſt. 22 b, Quò propter longinquitatem, & propter latrocinia tardiſſimè omnia perferuntur. I. A. 227 b, Alter nondum ex longinquitate grauiſſimi morbi recreatus eſt. * Oecon. 1, Ne genus humanum temporis longinquitate occideret. de Inuen. 50 b, Opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate. de Finib. 57 a, Dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis ſolet eſſe. & 83 a, Voluptatem creſcere longinquitate.

† Syntaxis. *Dolor longinquitate productus. Longinquitas temporis, morbi, loci. Non audio propter longinquitatem.* indicat ergo vocabulum hoc & diuturnitatem, & interuallum.

LONGINQVVS, a, um. *diuturnus, longus.* pro Mil. 116 a, Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos irruebat. pro Deiot. 145 b, Homo longinquus & alienigena. I. C. 110 b, Externus hoſtis atq; longinquus. pro Font. 12 b, Ex locis tam longinquis & diuerſis. I. V. 196 a, Locus longinquus & reconditus. Epiſt. 248 b, Nos quidem longinqui, & à te ipſo miſſi in vltimas regiones. de Diu. 114 b, Et quàm diuturna iſta obſeruatio? aut quàm longinquo tempore potuit obſeruari? de Nat. 58 a, Quarundam herbarum vtilitates lōginqui temporis vſu & periclitatione percepimus. de Diu. 103 a, Longinqua obſeruatio. Att 144 b, Longinqui temporis ſpes, Par. 240 a, In longinquum Tempus differendi. de Fin. 84 b, Longinquus dolor & 100 a, Nec longinquiora breuioribus anteponantur. in Arat.

*Nam non longinquum ſpacium labère diurnum.*

Att. 154 b, Cōſilia in longinquum tēpus differre. At. 242 a, Nolo enim Lacedæmonem longinquo, qui Lanuuiū exiſtimaui. * *Alij legunt, longinquam, Lanuuiam exiſtimaris.*

† Syntaxis. *Longinquus & alienigena. Externus & longinquus. Diuerſa & longinqua loca. Longinquum & reconditum. Longinqui temporis vſus & periclitatio. In longinquum differre. Longinquus dolor. Longinquos & proximos vexare.*

LONGITVDO, inis. *diuturnitas, longinquitas, proceritas.* I. V. 14 a, Noctis longitudo ſtupris & flagitijs cōterebatur. de Nat. 12 b, Immenſitas latitudinum, lōgitudinum, altitudinum. de Leg. 190 a, Tempus verò largitur lōgitudo diei. in Ant. 221 a, Non eum longitudo itineris retardauit. Orat. 213 b, Longitudinum & breuitatum in ſonis iudicium. de Vniu. 199 a, Diffindere aliquid in longitudinem. * Protag. Indignitas voluptatis ad moleſtiam in magnitudine aut lōgitudine poſita. de Inuen. 48 b, Sæpe res parum eſt intellecta lōgitudine magis quàm obſcuritate narrationis. Or. 218 b, Ne breuitas defraudaſſe aures videatur, neue longitudo obtudiſſe. Partit. 235 a, Si aut memoriæ diffidas eorum, apud quos agas, vel interuallo temporis, vel longitudine orationis.

LONGIVSCVLVS, a, um. *paulò longior.* pro Arch. 190 a, Epigrammata in aliquem alternis verſibus longiuſculis.

LONGVLVS, a, um. *ſatis longus.* Attic. 259 b, Longulum ſanè iter.

† Syntaxis. *Conterere noctis longitudinem. In longitudinem diffindere. Longulum iter.*

LONGVS, a, um: gior, ſſimus. *longinquus, diuturnus, procerus, productus, temporibus productus, lōginquitate productus.)(.præciſus, breuis.* Att. 258 b, Mihi vt Ariſtophani Archilochi iambus, ſic epiſtola longiſſima quæq; optima videtur. Att. 187 b, Quotidie tamen horæ quibus expectabam, longæ videbantur. & 95 a, Cupiam longiorē epiſtolam facere. & 280, Ille dialogus, quem ais longum eſſe. in Terr. 134 a, Menſis XLV dies longus. de Orat. 160 a, Syllaba producta atque longa. Attic 190 b, Tempus nimiùm longum. in Verr. 108 a, De omnibus longum eſt dicere. pro Clu. 15 a, Iam vt, &c. & quibus, &cæt. longum eſt mihi dicere, præſertim ad alia properanti. I. V. 232 b, & de Orat. 119 a, b, Longum eſt & non neceſſarium commemorare, quæ, &c. pro Rab. 92 a, An de tabulario incenſo longa oratio eſt exprimenda? an de ciuibus necatis plura dicenda ſunt? & ibid. Nam quid ego ad id longam orationem cōparem? de Nat. 21 b, Poſſum de alijs dicere, ſed nolo eſſe longus, ita concludam tamen, &c. I. C. 112 b, Cethego nimium id longum videbatur. Ac ne longum ſit, Quirites, iuſſimus pro Seſt. 5 a, Longum eſt dicere, ſed hoc breue dicam. de Leg. 160 a, Non faciam longius, huc enim pertinet, &c. de Fin. 128 a, Non opus eſt exemplis hoc facere longius. de Or. 161 a, Si paulum modò offenſum eſt, vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius. de Clar. 190 a, Verbum in lōgius ductū. in Ver. 208 b, Nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentum. Epiſt. 181 a, Tum ille nihil ſibi fuiſſe longius, quàm vt me videret. pro R. P. 128 a, Nec mihi longius eſt quicquam, quàm videre hominum vultus. Tuſcul. 219 a, *Lucilij,*

*-- nec longius quicquam*
*Vobis, quàm dextræ gladium dum accommodet alter.*

de Leg. 174 b. Ac ne longum fiat, videte. de Leg. 158 b, In longum ſermonem me vocas. Att. 111 a, Si ſcriberem ipſe, longior epiſtola fuiſſet: ſed, &c. Qu. fr. 299 a, Tua quaque longiſſima epiſtola delector, & ipſe in ſcribendo ſæpe ſum longior. Offic. 7 a, Illa, quæ quaſi longo interuallo interiecta videmus. de Sen. 91 b. Breue tempus ætatis ſatis eſt lōgum ad bene honeſteq; viuendū. * Incer. Fuiſſe Næuium Pollionem pede longiorem, quàm quenquam longiſſimum. de Orat. 160 b, Modò ne circuitus ipſe verborum ſit aut longior, quàm vires atq; anima patiatur.

† Syntaxis. *Producta & longa ſyllaba. De omnibus longum eſt dicere, commemorare. Longus in dicendo. Ne lōgum ſit perfeci, &c. Longum eſt dicere, ſed breue dicam. Non faciam longius exemplis. In longius ducere verba. Nihil mihi fuit longius, quàm vt te audirem. In longum vocare ſermonem.*

LOQVACITAS, tis. *ἀπεραντολογίαν δὲς.* Att. 188 a, de Or. 93 a, Qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem ſine vſu, neq; ex ſcholis cantilenam requirunt. Epiſt. 81 b, Facit autem non loquacitas mea, ſed beneuolentia longiores epiſtolas. de Leg. 157 a, Accij loquacitas habet aliquid argutiarum. * Attic. 110 b, Loquacitati ignoſces, quæ & me leuat ad te quidem ſcribentem, & elicit tuas literas.

LOQVACITER. pro Mur. 129 b, Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderes?

LOQVAX, cis: cior, ſſimus. *multus in loquendo, garrulus.* de Sen. 88 b, Senectus eſt naturâ loquacior. pro Fl. 156 b, Repentè homo loquaciſſimus obmutuit. pro Mur. 131 a, Orator odioſus in dicendo ac loquax. de Orat. 156 a, Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax. de Orat. 123 b, Malo indiſertam prudentiā quam ſtultitiam loquacē. pro Clu. 55 a, Seruus nimium loquax.

LOQVENS, tis. de Amic. 113 a, Vitium notandū leuium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. * Tim.

*Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.*

de Leg. 184 b, Verè dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquentem: legem autem mutum magiſtratum.

LOQVENTIA. * de Fin. 121 b, Ex ea difficultate illæ fallacis loquentiæ (vt ait Accius) malitiæ natæ ſunt. *Nonius legit fallaci loquentia.*

LOQVOR, ris. *ſermonem habeo, commemoro, dico, aio, verbum facio, vocem mitto, voces habeo ſermonem confero, mihi oratio eſt cum aliquo.* Att. 68 a, Ex quo veni ad ea, quæ fueramus ego & tu inter nos de ſorore in Tuſculano locuti. de Finib. 91 b, Sæ-

piusq; iſta loquemur inter nos, agemusq; cõmuniter. Att. 67 a, Hoc non nóram tũ, cùm Democrito tuo locutus ſum. *&* Ep. 3 b, Ita ſum cum illo locutus. Ep. 9 b, & 57 b, Loqui cum aliquo de aliqua re. Att. 131 b, Multum loqui cum aliquo & 132 b, Cùm quaſi tecum loquor. Att. 90 a, Loqui aſperius de aliqua re. pro Planc. 265 b, Aſperius, inquit, locutus eſt aliquid aliquando pro Seſt. 42 a, Deſinat dicere malè aliquem locutum eſſe, ſi quis verè ac liberè locutus ſit. Tuſc. 150 b, Pugnantia te loqui non vides? & 156 a, Loqui ex ore alterius. Epiſtol. 40 b, Cùm loquimur terni, nihil flagitij dicimus. in Verr. 90 a, Cùm omnes in eam rationẽ pro ſuo quiſq; ſenſu ac dolore loqueretur. de Orat. 114 a, Poëtas omnino quaſi alia quadã lingua locutos, non conor attingere. At. 148 b, Híc quidem mera ſcelera loquuntur. & 150 a, Dolabella ſuis literis merum bellũ loquitur. pro Mil, 111 b, Res loquitur iudices ipſa, quæ, &c. pro Do. 230 b, Vt annales populi Rom. monumenta vetuſtatis loquuntur. pro Quint. 17 b, Is fatetur ſe non bellè dicere, non ad voluntatem loqui poſſe. de Clar. 174 a, Is perbenè Latinè loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri. de Orat. 96 b, Loqui primùm purè & Latinè, deinde planè & dilucidè, tum ad rerum dignitatem aptè & quaſi decoré. Att. 150 b, Cæſarem loqui quiddã αὐθεντικῶς narrabant. Att. 4 b, Cum Attilio ſum locutus. Att. 168 a, De ea re nos inter nos locuti ſumus. de Cl. 177 a, Inquinatè loqui. & ibid. Ipſum Latinè loqui eſt in magna laude ponendum. de Leg. 156 a, Cùm Latinæ loquentur literæ, quercus huic loco nõ decrit. de Leg. 161 a, Oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur. * pro M. Scau. Ab ipſa ſtiua mecum homines loquebantur. Frag. epiſt. Quæ facetè & breuiter & acutè locuti eſſemus. Parad. 122 a, Cùm apud prudentiſſimos loquar. & 123 b, Loquitur ad volũtatem. Ep. 247 a, Tum duæ maximæ clientelæ tuæ, Cyprus inſula & Cappadociæ regnum, tecum de me loquentur. Or. 210 b, De verbis componẽdis & de ſyllabis propemodum dinumerandis & dimetiendis loquemur. de Fin. 111 b, Quæ eſt igitur iſta philoſophia, quę communi more in foro loquitur, in libello ſuo, &c. alio modo. de Diuin. 135 b, Si pœni aut Hiſpani in Senatu noſtro ſine interprete loquerentur. Att. 112 a, Vt loquerer tecum abſens. Q. frat. 324 b, Sine vlla mehercule ironia loquor.

† Syntaxis. *Loqui literatè, inquinatè. Ego & tu inter nos loquuti. Loqui aliquid, & de. Pugnantia loqui, ex ore alterius, pro ſuo ſenſu ac dolore. Mera ſcelera, bellum literis loqui. Annales loquuntur. Αὐθεντικῶς loqui. Ipſum Latinè loqui laudandum eſt.*

LORICA, cæ. *corporis cõtra tela munimentum & armatura, quæ interdũ ex laminulis ferreis, interdũ ex catenulis conſtat, atq; ex alia materia.* I. V. 223 a, In hoc fano loricas galeasq; æneas P. Scipio poſuerat. pro Mur. 136 b, Deſcendi in campum cũ illa lata inſigniq; lorica, non quæ me tegeret. pro Fl. 155 a, Mithridates ambulat cum lorica: metuit enim, &c.

LORVM, ri. *corrigia.* de Ar. 249 a, Si puer ille tenſam aut lorum omiſit. I. A. 218 b, * Cùm eum iuſſu Antonij in conuiuio ſerui publici loris ceciderunt. & 252 a, Quos Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio cædi iubebat à ſuis publicé.

LVBENS, tis. *libens.* de Ora. 136 a, Me verò lubente, inquam, Antonius dixerit.

LVBENTER *libenter.* de Cl. 187 b.

LVBENTINA, æ. de N. 38, Lubentinæ Veneris templum.

LVBET, bat. *libet* de Sen. 89 a, Id ipſum tamen vt lubebit, quoniam, &c. & de Cl. 168 b, & 184 b, * Sit ſanè, inquam, vt lubet de iſto.

LVBIDO. *libido.* de Rep. lib. I. autore Nonio, Ergo non probares conſilio pulſo lubidines.

LVBRICVS, a, um. *præceps, periculoſus, quod incitatum in procliue labitur.* I. V. 263 b, Aetas puerilis maximè lubrica atq; incerta. de Na. 54 b, Natura oculos fecit lubricos & mobiles. pro Fl. 166 a, Via præceps & lubrica. Ac. 17 b, Ipſa conſuetudo aſſentiendi periculoſa eſſe videtur & lubrica. Offic. 13 b, Qui locus eſt ſanè lubricus, quòd vix inuenitur, qui, &c. pro Pl. 259 b, Sed mihi in cauſa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defenſionis ratio proponitur. pro Cæl. 46 a, Viæ adoleſcentiæ lubricæ, quibus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, aut prolapſione vix poteſt. I. P. 94 a, Lubricum genus orationis adoleſcenti non acriter intelligenti ſæpe præceps. in Ant. 204 a, Dominandi cupiditas præceps & lubrica. Orat. 205 b, Verſari in lubrico. Is magnus orator eſt, minimeque in lubrico verſabitur. Tuſcul. 218 a, Quia ſunt in lubrico, incitataque ſemel in procliue labuntur.

† Syntaxis. *Lubrica & incerta ætas. Lubricus & mobilis oculus. Lubrica via, & præceps. Conſuetudo periculoſa & lubrica. In cauſa facili defenſio lubrica. In lubrico verſari, eſſe.*

LVCA, cæ. *vrbs Hetruriæ.* Epiſt. 11 a.

LVCANI, *populi.* Tuſc. 167 b. I. A. 248 b.



LVCANICA, cæ. Epiſt. 136 b, Solebam antea delectari oleis & lucanicis tuis.

LVCEIVM, *caſtellum.* pro Deiot. 146, 147.

LVCELLVM, li. *queſticulus.* I. A. 163 a, Apronio lucelli aliquid iuſſi ſunt dare. * ibid. Si Apronianum lucellum, ac nõ prætoria præda vobis videbitur. de Diu. 115 b, Qua ex cognatione naturæ, & quaſi concentu atq; conſenſu, conuenire poteſt fiſſum iecoris cum lucello meo.

LVCENDO. de N. 39 b, Luna à lucendo nominata eſt.

*LVCENS, tis. de Vniuerſ.

LVCENSIS, ſe. Ep. 209 a, Princeps Lucenſis municipij.

LVCEO, es: luxi. *ſplendeo.* pro Pomp. 11 b, Nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet. de Somn, 128 a, Luna, quę luce lucet aliena. de Nat. deor. 17 a,

*Atq; vno mentum radianti ſidere lucet.*

de Clar. orat. 196 a, Et ingenij quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. pro Seſt. 16 b, Virtus lucet in tenebris, ſplendetq; per ſeſe ſemper. in Ant. 251 a, Sed illa ornamenta in virtute & induſtria poſita lucent. Attic. 46 a, Mea officia, quæ parum antea luxerunt. pro Mil. 113 a, Cùm res ipſa, tot tam claris argumentis ſignisque luceat. Offic. 7 a, Aequitas lucet ipſa per ſe. Offic. 11 a, Qui lumen de ſuo lumine accendit, facit, vt nihilominus ipſi luceat, cùm illi accenderit.

† Syntaxis. *Imperij ſplendor lucet. Ingenij forma, aliena luce luna lucet. Virtus in tenebris, officia, res argumentis ac ſignis lucet. Per ſe lucet æquitas.*

LVCERIA, æ *ciuitas.* I. V. 59.

LVCERNA, næ. *lumen, lychnus.* Att. 106 a, Ἐμπολιτεύομαί σοι iamdudum: & facerem diutius, niſi me lucerna deſereret. Acad. 20 a, Cùm oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas. de Diu. 133 b, Duo lucernæ lumina pro vno videri quodam obtutu oculorum. de Fin. 99 b, Lumen lucernæ offunditur vel obſcuratur luce ſolis. & 112 b, In ſole lucernam adhibere. Attic. 119 a, Cùm eadem lucerna hanc epiſtolam ſcripſiſſem, qua inflammâram tuam.

LVCESCIT, bat. *dilueſcit, lucere incipit.* * Epiſt. 245 a, Cùm luceſceret. Att. 64 b, Iam enim luceſcit ibi, loquetur nemo. *Anteà legebatur, Iam enim tibi luciſci loquerentur.*

LVCET, bat. *vulgus dicit, dies eſt.* Attic. 24 a, Si dicis nunc lucere, & verum dicis: lucet igitur. Attic. 108 a, Cepi conſilium, vt exirem ante quàm luceret. I. A. 219 b, Quin Scæuola quotidie ſimulatq; luceret, faciebat omnibus ſui cõueniendi poteſtatem. pro S. R. 34 b, Nondum lucebat, cũ hoc Ameriæ ſcitum eſt. pro Clu. 23 a, Puer poſtridie antequam luceret, combuſtus eſt. de Diu. 90 a, Vbi lucere cœpit. Attic. 92 a, Cupiebam etiam nunc plura garrire: ſed lucet, vrget turba. & 259 b, Nondum legere poteramus: nam & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat: cum autem, &c.

† Syntaxis. *Offunditur lucernæ lumen ſolis lumine, id eſt, obſcuratur.*

*LVCI, *luce, interdiu.* I. A. 144 b, Quis enim audeat luci? quis in militari via? quis benè comitatum? quis illuſtrem aggredi?

LVCIDE. *dilucidè.* de Orat. 118 b, Lucidè breuiterq; definire aliquid.

LVCIFER, ri, de Nat. 39 b, Stella Veneris, quæ Φωσφόρος Græcè, Latinè Lucifer dicitur. de Vn. 200 a, Lucifer deinde & ſancta Mercurij ſtella.

LVCIFERA, ræ. *Lucina.* de N. 39 b, L. LVCINA.

LVCIFVGVS, a, um. de Fin. 61 b, Ecce autem alij minuti & anguſti aut omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtroſi.

LVCINA, næ. *lucifera.* de Nat. 39 b, Apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant.

LVCISCVS, ſci *luſcioſus, qui mane & veſperi vitio oculorum parum videt.* Attic. 64 b, Iam enim tibi luciſci loquerentur. &c. * *Alij legunt, Iam enim luceſcit ibi.*

LVCRETIA, tiæ. de Leg. 171 a, Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. de Finib. 140 a, Lucretia ſtuprum per vim oblatum voluntaria morte luit.

LVCRETINVS, a, um Att. 108, Sol Lucretinus.

LVCRETIVS, tij. Qu. frat. 313 b. Lucretij poëmata lita ſunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis.

LVCRIFACIO, cis. pro Fl. 136 b, Minus igitur lucrifacit. & Epiſtol. 177 a.

LVCRIFACTVS, a, um. I. V. 187 a, Iam verò ab iſto omnem ex ærario pecuniam lucrifactam videtis.

LVCRIFIO, is. I. V. act. 5, Quid ſi oſtẽdo in hac vna emptione lucrifieri tritici modios centum.

LVCRINENSIS, ſe. Att. 60 b. Res Lucrinenſes.

LVCRINVM, *lacus.* de Orat. 110. * b, Conchas eos & vmbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere conſueſſe. 3 Acad. Sedemus ad Lucrinum, piſciculosq; exultantes videmus.

Lᴠᴄʀᴏʀ,aris.*lucrifacio,lucrum facio,quæſtum facio,compendiũ facio,quæro,mereo,quæſtum conſequor,in lucro pono.* in Ver.248 a,Iſte quod nautæ nomine acceperat,lucrabatur.Off.51 a, Vt locupletes ſuum perdant, debitores lucrẽtur alienum, I.V.82 b,Dedecora prætereantur, lucretur indicia veteris infamiæ.Par.119 b,Cùm lucrari impunè poſſet auri pondo decem.

Lᴠᴄʀᴠᴍ,cri.*quæſtus,compendium,fœneratio ἑρμαῖον.* Tuſcul. 229 b,Alij emendendi aut vendendi quæſtu & lucro ducuntur.Epi.177 a, Totam iſtam cantilenam ex hoc pendunt,vt quàm plurimum lucrifaciãt.in Verr.163 a,Apronio dent lucrũ tritici medimna XXXIIII. *ter.*& 166 b,Plus lucri nomine eripitur,quàm quãtum exarârant.in Ver.166 b,Numerãt Valentio lucri H-S.XXX. millia.in Verr.255 a, Quibus vtri ceciderint, lucro futurum eſt. pro Flac.163 b, Emit igitur aliquid,quod certè multo pluris eſſet: dat de lucro,nihil detrahit de vino.in Ant.189 a,Reliquas res ad lucrũ prædamq́; reuocauit. in Ver. 167 a, Facere lucrum ex vectigalibus publicis. Epiſt.137 a, De lucro viuere. pro Flac.154 b, Quieſcant igitur,& me hoc in lucro ponere patiantur.Epiſt.106 b,Id ego in lucris pono. Att. 213 b, Ἐπίτευγμα magnum nullum fieri poteſt, ἀπότευγμα vel non magnum moleſtum futurum eſt.* pro Flac. 158 a, Amiſſum eſt præter ſpem,quod erat ſpe deuoratum lucrum de Diu.115 b,Num etiam ſi fiſſum cuiuſdammodi fuerit in iecore,lucrum oſtenditur? * I.V.188 a,Non reperietis hominẽ timidè,nec leuiter,hæc improbiſſima lucra ligurientem: deuorare omnem pecuniã publicam non dubitauit.

† Syntaxis.*Quæſtu & lucro duci.Multum lucrifacere. Lucri nomine multũ accipere.Dat de lucro,nihil de vino detrahit.Omnia ad lucrũ reuocare.De lucro viuere.Hoc ponendum in lucro,in lucris.*

Lᴠᴄᴛᴀɴᴅᴠᴍ. Offic. 21 b, Alij velocitate ad curſum,alij viribus ad luctandum valent.

Lᴠᴄᴛᴀᴛɪᴏ,onis.*concertatio.*de Fat.142 b,Cauſa,in qua tibi cum Diodoro magna luctatio eſt. de Fin.73 b, Nam cũ Academicis incerta luctatio eſt.de Fat.146 a,Sine aduerſario nulla luctatio eſt. de Leg. 177 b, * Ludi publici ſint corporum certationes curſu, & pugillatione. luctatione curriculiſq́; equorum vſq; ad certam victoriã conſtitutis.

Lᴠᴄᴛɪꜰɪᴄᴠs, a.Tuſc.180 a,Luctifica clades. *poëtæ.*

Lᴠᴄᴛᴏʀ,aris *contendo, altercor.* de Or.91 a, Non luctabor, inquit,tecum Craſſe amplius. pro Syl.176 a, Nondũ ſtatuo te viriũ ſatis habere, vt ego tecũ luctari & cõgredi debeam de Fat.146 a, Luctabitur Olympijs Milo.& ibid.Siue habuerit aduerſarium,ſiue non habuerit,luctabitur.

Syntaxis. *Luctari cum aliquo & congredi.Luctari,abſolutè.*

Lᴠᴄᴛᴠᴏsᴠs,a,um.*luctu præditus,funeſtus,quod habet luctũ.* de Or.128 a, Afflicta & proſtrata virtus maximè luctuoſa eſt.pro Seſt.8 b, O` diem illum reipub. luctuoſum.in Ver. 260 a, Hoc ſi luctuoſum eſt parenti,redimat precio ſepeliendi poteſtatẽ.Poſtquam. 209 b,Cuius diſceſſus omnibus honeſtis luctuoſus viſus eſt.Epiſt.70 b,Miſeris temporibus & luctuoſis.Quint.fr.327 b,Funus perluctuoſum.de Orat.143 b, & contra Rull.75 b,Luctuoſum,acerbũ, graue.* con.C.Anton.Prætereo illum penè acerbũ & luctuoſum populo Rom.diem. de Ariſp.255 b, Certè mihi exire domo mea ad priuatum dolorem fuit luctuoſum: ad rationem Reipub. glorioſum.

Lᴠᴄᴛᴠs,ctus. *mæſticia, mœror, ſqualor, ſordes, lacrymæ, fletus, ſordes lugubres,deſideriũ.* Tuſ.213 a, Luctus eſt ægritudo,ex eius,qui charus fuit,interitu acerbo. pro Fl.166 a, Orat ne ſuũ luctũ, patris lacrymis, patris mœrorẽ ſuo fletu augeatis. pro Pl.263 a,Quã quidẽ multitudinẽ iudices nunc videtis in ſqualore & luctu vobis ſupplicẽ. Ep.59 a, In luctu & ſqualore ſum.pro Seſt.9 b,Erat in luctu ſenatus,ſqualebat ciuitas.de Offic.71 a, Eſſe in maximis luctibus. I. P. 98 b, In ſordibus.lamentis,luctuq́; iacuiſti.Tuſc.lib.3. Quàm diu vixit,vixit in luctu.& 83 a,Vt eos,quos luctu affecerat, lugere non ſineret.Attic.41 b,Ne & meum mœrorem exagitem,& te in eundem luctum vocem.de Leg.183 a, Habet enim luctum concurſus hominum.de Or.126 a, Mihi Telamon iratus furere luctu filij videtur.pro Cl.57 b,Mulier in familiæ luctum & in priuignorum funus nupſit. & 58 a,Spectaculum ſordium,atq; luctus & tanti ſqualoris alicuius.pro S.R.22 a, Aliquis miſer luctu perditus. Attic. 43 b, Ne illius ſqnalorem.luctumq́; aſpicerem. Offic. 7 a, Incidere in maximos luctus. * I.V. 195 a,Suſtinere populus Rom.nationum luctum,lacrymas,querimonias, non poteſt. de Ariſp.249 a, Qui ludos ad luctum conferre voluit. pro Planc.275 a, Cùm me in illo triſti & acerbo luctu atq; diſceſſu non lacrymis ſolùm tuis. ſed animo, corpore,copijs proſecutus eſſes.Tuſc.154 b,Tolle hanc opinionem,luctum ſuſtuleris. & 204 a, Regem in luctu capillum ſibi euellere. ibi. Quos in luctu cum ipſa ſolitudine loqui ſæpe delectat.& b.Si quid in domeſtico luctu hilarius ab ijs factum eſt aut dictum.

† Syntaxis.*Luctuoſa tempora bonis & honeſtis viris. Luctuoſum, acerbũ, graue.Proſtrata virtus luctuoſa eſt. Squalor & luctus & cõtra.Eſſe in luctu, ſqualore.Iacère in ſordib⁹,lamẽtis,luctu. Luctu affectum lugere nõ ſinis? Vocare in luctum.Id luctũ habet. In ciuium luctum laborare: id eſt, ad.Luctu perditus.In luctũ incidere.*

Lᴠᴄᴠʙʀᴀᴛɪᴏ, onis, *vigilia, nocturna commentatio.* de Diu. 137 b,Nunc quidem propter intermiſſionem forenſis operæ,& lucubrationes detraxi,& meridiationes addidi, quibus antea vti non ſolebã. * Epi.266 b, Q. Cic. Diu & multis lucubrationibus commentata oratio.

¶ *Ficta & vana excogitatio.* de N. 20 a, Iſta quæ vos dicitis, ſunt tota cõmentitia,vix digna lucubratione anicularum.

Lᴠᴄᴠʙʀᴀᴛᴠs,a.um. *elaboratus,excuſus,elucubratus.* Parad. 116 b, Accipies igitur hoc paruum opuſculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Lᴠᴄᴠʟᴇɴᴛᴇ`.*copioſè,ſplendidè.* de Cl.117 a, Scripſere alij rem verſibus,& luculentè quidem ſcripſerunt. & Att.236 a, Quanquam ab impio rege dicitur, luculentè tamen dicitur.

Lᴠᴄᴠʟᴇɴᴛᴇʀ. *luculentè,egregiè.* de Fin. 67 a, Cùm Græcè (vt videor) luculenter ſciam.

¶ *Acriter.*Off.64 a, Hoc quidem ſanè luculenter. Qu.fratr. 233 a, & 325 a,Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius. Qu.frat.325 e,Sanè texebatur opus luculenter.

Lᴠᴄᴠʟᴇɴᴛᴠs,a,um: tior. *elegans.* At.113 a,Pompeius ſcriptor luculentus de Cl.143 b,Cælius Antipater ſcriptor luculentus. Att.192 b,Cato verbis luculentioribus & pluribus rem comprehenderat.

¶ *Apertus.* I. A. 192 a, Præclara & luculenta reclamatione veſtra factum Martialium comprobauiſtis.

¶ *Egregius.* de Cl.176 a,Licinius habitus eſt ſanè (vt ita dicam) luculentus patronus.Att.167 b, Dicæarchum rectè amas,luculentus homo eſt.

¶ *Certus,fidelis.* Attic. 177 b, Seruius de duabus legionibus luculentos autores eſſe dicebat Attic.166 a, Nunc credo, vt eſt luculentus autor.

¶ *Facilis & expeditus.* Att.64 a, Etenim eſt luculenta res.

¶ *Præſtans.* Attic.253 b, Sunt præterea nauigia luculenta Sexti Bucillani.

¶ *Splendidus,clarus,lucidus.* Epiſt.100 a, Camino luculento vtendum cenſeo.

¶ *Honeſtus,amplus.* I.A.243 a, Luculentum matrimonium.

¶ *Inſignis,grandis.* I.A.212 a, Luculentam tamen ipſe plagam accepit,vt declarat cicatrix.

† Syntaxis. *Luculenter dicere, ſcire.Luculenter aliquem calefacere. Opus luculenter texere. Luculenta verba, nauigia, caminus. patrimonium. ſcriptor,plaga,patronus.Illum rectè amas homo luculentus eſt. Luculenta res. Luculentus autor auditarum rerum.*

Lᴠᴄᴠʟʟᴀɴᴠs,a,um.At.238 a, Lucullanus fundus

Lᴠᴄᴠs,luci.*nemus ſacrum.* in Verr.225 a, Circa Ennam lacus luciq́; ſunt plurimi.de Leg.173 a, Lucos in agris habento,& larium ſedem.Epiſt.105 a, Domus habet lucum: quem ſi exciderís,multum proſpexeris.pro Mil.118 a,Vos enim Albani tumuli atq; luci,vos,inquam,imploro & obteſtor. * de Diuin. 101 a, Exaudita vox eſt à luco Veſtæ, qui à Palatij radice in nouam viam deuexus eſt. & 116 q; Deos induxit Epicurus,&c.habitãtes tanquam inter duos lucos.

Lᴠᴅᴇɴᴅɪ.Off.21 a,Ludendi autem eſt quidam modus retinendus,vt ne nimis omnia profundamus, &c. ſuppeditant autem & campus noſter & ſtudia venandi,honeſta exempla ludendi.

Lᴠᴅᴇɴs,tis. *iocans.* de Fin.131 b,Si quando pueris ludentes minamur, Parad.116 a, Ego verò illa ipſa ludens conieci in communes locos.

Lᴠᴅɪʙʀɪᴠᴍ,brij. *irriſio.* Attic. 273 b, Sceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium populi Rom. ad Heren. 36 a, Ludibrio & deſpectui cuipiam eſſe.pro Dom.239 b,Libertatis ſignum poſuſti ad ludibrium impudẽtiæ magis quàm &c. Parad. 117 a, ille hæc ludibria fortunæ ne ſua quidem putauit.

† Syntaxis. *Ludibrio & deſpectui eſſe. Ad ludibrium impudentiæ facere.*

Lᴠᴅɪʙᴠɴᴅᴠs,a,um.*alacer.*I.V 138 a,Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. * ibid. Quia multos per ſe & per alios multa ludibundos libidinosè apud Verrem effeciſſe videt.ibid.Facilius vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis à Verre: ꝙ multa eius ludorũ genera noratis.

¶ *Lætus* Epiſt 259 b,Inde auſtro leniſſimo ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

Lᴠᴅɪᴄʀᴠs,a,um.*iocularis.*de N.12 b, At pueri etiam cum ceſſant,exercitatione aliqua ludicra delectantur.de Orat. 97 a, Quæ agenda ſunt in foro tanquam in acie, exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari.& 118 a,Ars ludicra armorũ,gladiatori & militi prodeſt aliquid.Ac.2 b,

Clarorum virorum ludicros ſermones eſſe non oportet. * de Fin.63 a, Si ludicra exercendi aut venandi conſuetudine adamare ſolemus.

LVDIFICATIO, onis. pro Seſt.20 a, Conſecuti dies pauci, omnino Ianuario mēſe, per quos ſenatum habere liceret: ſed tamen acutum nihil niſi de me, cùm omni mora, ludificatione, calumnia ſenatus autoritas impediretur.

LVDIFICO, as. *illudo.* pro Qui.10 a, Si quis latitare ac diutius ludificare videatur.

LVDIFICOR, aris. *ludifico.* pro S.R.27 a, Is apertè ludificacari ac calumniari ſciens videtur.

† Syntaxis. *Exercitatio ludicra. Armorum ars ludicra.*

*LVDIMAGISTER, tri. *magiſter ludi.* de Nat.15 b, Ludimagiſter fuit. *Alij diſtinctè legunt. ludi magiſter.*

LVDIVS, dij. hiſtrio. de Aruſp. reſ.149, Quū ille ſeruorum & ludiorum multitudini Senatum populumq; Rom. vinctum tradidiſſet. An ſi ludius conſtitit, &c.* pro Seſt. 25 b, Ille ipſe maximè ludius, non ſolùm ſpectator, ſed actor & acroama, qui omnia ſorois embolia nouit: qui in cœtū mulierum pro pſaltrio adducitur: nec tuos ludos aſpexit in illo ardenti tribunatu ſuo: nec vllos, niſi eos, à quibus vix viuus effugit.

LVDO, dis. *ludo vtor, delectationis cauſa exerceor.* de Or. 91 a, Vt qui pila ludūt, non vtūtur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ, ſed indicat ipſe motus, didicerintne palæſtram, an neſciant. de Or. 103 b, Pila bene & duodecim ſcrupis ludere. I. A. 171 b, Qui non dubitaret vel in foro alea ludere.

¶ *Deludo.* Qu. frat.316 a, Domitius in ſenatu luſit Appium. Qu. fr.313 b, Eumq; luſi iocoſé ſatis. de Ora.129 a, Diſputationem aliquam facetijs ludere. de Or. 158 b, Verùm in me quidam ille luſit, vt ſolet.

¶ *Iocor.* Epiſt 98 b, Non illo vetere verbo quod iure luſiſti. de Diu.119 b, Hoc ciuili bello quàm multa luſerunt?

LVDOR, ris. *derideor.* Epiſt.115 a, Sic multum ac diu ludetur. de Orat.89 a, Oratio aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur.* pro Flac.162 a, Ludi te nō intelligebas?

LVDVS, ludi. *munus, ſpectaculum.* pro Mur. 133 b, Populus ac vulgus imperitorū ludis magnopere delectatur. & ibid. Elegantia ludorum & ſcenæ magnificentia. & ibid. Ludi magnificentiſſimi. & ibid. Ego qui trinos ludos feceram. de Or.154 b, In maxima illa ludorū celebritate quinquennali. At.254 a, Commiſſio ludorum & confectorum ludorum nuncij. Qu. fr.325 a, Quo die ludi cōmittebantur: id eſt, VIII. cal. Nouemb. de Fin.91 b, Ludis commiſſis. Qu. fr.327 b, Is ludos apparat magnificētiſſimos, ſic, inquam, vt nemo ſumptuoſiores ſtultè bis terq; non poſtulatus: vel quia munus magnificum dederat, vel quia potuerat magiſtrum ſe, non ædilem putàre. pro Seſt.25 a, Qui ludos apparatiſſimos magnificentiſſimoſq; fecit. pro Arch. 188 a, Celebrare dies feſtos ludorum. de Orat. 149 b, Ludorum epulare ſacrificium. de Cl 171 b, & Att.241 a. Facere ludos Apollini. I. A. 139 a, Ludi Romani antiquiſſimi. I. A. 81 a, Heri quartus in circo dies ludorū Romanorum fuit: Antonius ad populum tulit, vt quintus præterea dies Cæſari tribueretur. d Leg.174 a, Ludis publicis popularē lætitiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto.* pro. Qu. Gall. omnes logi, qui ludis dicti ſunt. de Orat.87 a, Ludorum Romanorum diebus. pro Mur. 133 b, Si populo ludorū magnificentia voluptati eſt. ibid. Ludis oblectamur & ducimur. ibid. Lex hæc quæ ad ludos pertinet. ibid. Delectant homines, mihi crede, ludi. ibid. Antonij ludis cōmouebar. ibid. Qui caſu nullos *ludos* feceras. Ppſtq. 198 b, Ludi deniq; & dies feſti quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi quàm fruèndo. de Aruſp 248 b, Ludos minus diligenter factos pollutoſq;. Quos ludos? Te appello Lentule: Tui ſacerdotij ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes epulæq; ludorum publicorm. ibid. Qui ſunt ludi minus diligenter facti? quanto aut quo ſcelere polluti? ibid. Omnia ſolennia ac iuſſa ludorum. de Aruſp.249 a, Mentes Deorum immortalium ludorum inſtauratione placantur. Si ludi à lætitia ad metum traducti, ſi non intermiſſi, ſed perempti atq; ſublati ſunt. ibid. Qui ludos ad luctum cōferre voluit, ibid. Quos ludos ille fremitus nunciet eſſe pollutos? ibid. Cuius *Matris magnæ* ludi violati, polluti, penè ad cædem & ad funus ciuitatis cōuerſi ſunt. ibid. Nam quid ego de illis ludis loquar? quos in Palatio noſtri maiores ante templū, in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri celebrariq; voluerunt: qui ſunt more inſtitisq; maximè caſti, ſolennes, religioſi. Quibus ludis primum ante populi conſeſſum Senatui locum P. Africanus dedit: vt eos ludos hæc lues impura pollueret? ibid Ita ludos eos, quorum religio tāta eſt, &c. qui ludi ne vno quidē verbo appellantur Latino, &c. hos ludos ſerui fecerunt: ſerui ſpectarunt. de Aruſp.249 b, Ludos eſſe publicos pollutos ſignificatis. ibid. Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet. ibid., Cùm Athenionis aut Spartaci exemplo ludos facere maluerit, quàm C. aut Appij Claudiorum. ibid. Tuis ludis non voce, ſed manu, liberos à ſe ſegregabant *ſerui.* de Aruſp.250 a, Quò minus caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, ſcelere obligares. & b, Ex quibus reſponſis eſt primum de ludis: quis eſt qui id non totum in iſtius ludos prædictum & reſponſum eſſe fateatur? I. P.81 a, Cuius fuit initium ludi compitalitij tum primū facti poſt L. Luſcellium. ibid. Cum quidam tribunus plebis ſuo auxilio magnos ludos contra Senatuſconſultum facere iuſſiſſet. I. P. 93 b. Inſtant poſt hominum memoriam paratiſſimi magnificentiſſimiq; ludi. quales non modò nunquā fuerunt, ſed ne quomodo fieri quidē poſthac poſſint, poſſum vllo pacto ſuſpicari. Da te populo, committe ludis, ibid. Non audebit accedere ad ludos. ibid. Sed plane animi ſui cauſa ludos nobis idiotis relinquet. I. A. 159 b, Qui ijs ludis ita caruit. de Diu.91 b, Cùm bello Latino ludi votiui maximi primi fierent. & 92 a, itaq; ludis intermiſſis inſtaratiui conſtituti ſunt. ibid. Ludos illos iterū inſtauratos memoriȩ proditum eſt. Epi.94 b, Quò minus ad ludos venires. ibid. Omnino, ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi. Ep.95 a. Noſti reliquos ludos. Quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod ſolent mediocres ludi. ibid. Non te puto Græcos aut Oſcos ludos deſideraſſe: præſertim cū Oſcos ludos vel in Senatu noſtro ſpectare poſſis: Græcos verò ita ames. & b, His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, dirupi penè me iudicio Galli Caninij. ibi. Quò minus te prætermiſſe ludos pœnitret. Att.11 b, Seruus ex ludo gladiatorio. & 34 a, Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulāter inuectus eſt. Att.254 a, Scis quid ego de Græcis ludis exiſtimem.

¶ *Exercitatio.* 39 a, Vt exercitatione ludoq; campeſtri vteremur. de Orat 148 a, Ludus pilæ, vel teſſerarum, vel talorum. Off.30 b, Adde his, ſi placet, vnguentarios, ſaltatores, totumq; ludum talarium. * de Orat.148 a, Nouū ſibi ipſi aliquem excogitant in otio ludum. ibi. Alij etiam, vt Dialectici, nouum ſibijpſi ſtudium ludumq; pepererunt. Att. 11 a, Non enim vnquam turpior in ludo talario confeſſus fuit.

¶ *Iocus.* Offic.21 a, Nec enim ad ludum & iocum facti ſumus. in Verr.107 b, Per ludum & iocum euertere aliquem fortunis omnibus. & 273 a, Per ludum & negligentiam ad honores peruenire. in Anton.193 b, Nullus ei ludus videtur eſſe iucundior, quàm cruor, quàm cædes, &c. de Orat. 115 a, Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus eſt homini non hebeti. de Fin. 54 a, Illa perdiſcere ludus eſt * pro Cœl.43 a, Datur huic aliquis ludus ȩtati cōceſſu omnium. & 46 b, Cùm paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis.

¶ *Schola.* de Nat.15 a, Epicuri pater ludimagiſter fuit. Epi. 137 b, Vt Dionyſius tyrannus cùm Syracuſis expulſus eſſet Corinthi dicitur ludum aperuiſſe: ſic ego ſublatis iudicijs, amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœpi. de Orat.117 b, Iſocrates magiſter iſtorum omnium, cuius è ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt. de Clar.167 b, Iſocratis domus cūctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi. pro Dom 9 a, Is è ludo atq; pueritiæ diſciplina ad patris exercitum atq; in militiæ diſciplinam profectus eſt. de Orat.118 a, Hæc eſt enim in ludo cauſarum ferè formula. Qu. fr.325 a, Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum diſcēdi, non luſionis * pro M. Font, Mater tua dum vixit, ludum, poſtquam mortua eſt, magiſtros habuit.

† Syntaxis. *Ludi committuntur. Ludorum commiſſio. Ludos apparare, facere apparatiſſimos. Paratiſſimi & magnificentiſſimi ludi. Tempus ad ludum datum. Ad ludum & iocum factus, natus. Iſta facere ludus eſt. Per ludum & iocum euertere aliquem. Ludum aperire, haberet. Ludus & officina dicendi. In ludum ducere aliquem diſcedendi non luſionis.*

LVENDVS, a, um. pro Mil.103 b, Cùm ei qui expectare velit, antè iniuſta pœna luenda ſit, quàm iuſta repetenda. I. T.77 b, Ciuium Rom. cruciatus, multorūq; innocentium ſanguis iſtius ſupplicio luendus eſt. * Hortenſ. Qui nos ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vita ſuperiore pœnarum luendarum cauſa natos eſſe dixerunt.

LVES, luis. *peſtis.* de Aruſa.249 a, Vt eos ludos hæc lues impura pollueret.

LVGENDI. Tuſc.204 a, Hinc ſunt illa varia & deteſtabilia genera lugēdi, pedores, muliebres lacerationes genarum pectoris, fœmorum, capitis percuſſiones.

LVGENS, tis. pro Dō.218 b, Lugente ſenatu mœrentib. bonis omnibus. pro Mur'145 a, Statua deformata lugenſq;.

LVGEO, es. *in luctu ſum, ſqualeo, mæreo.* I. A.244 b, Quis bonus non luget mortē Trebonij? de Inu.72 a, Illa hoſtium mortem lugebat. pro Planc.280 b, & Epi.51 a, Hos pro me

lugere

lugere, hos gemere videbam. I.P.83 a, Senatum reip. occaſū atq; interitū lugere vetuiſti. pro Mil. 105 a, Illius mortē æquo animo nemo ferre poteſt: luget ſenatus, mœret equſter ordo, tota ciuitas cōfecto ſenio eſt, ſqualēt municipia, afflictantur coloniæ, agri deniq; tam beneficū, tā ſalutarē, tam manſuetū ciuē deſiderant. de Cl 189 b, Omittamus lugere. Att. 127 b, Neq; verò nunc conſilium tunm reprehendo, ſed fortunā reip. lugeo. de Or. 127 a, Lugere ſuos. Tuſc. 166 a, Quid ego nunc lugeam vitā hominum?

LVGVBRIS, bre. *funebris.* Poſtquam. 199 b, Fratris mei lacrymæ ſordesq; lugubres. de Leg. 182 a, Lugubris eiulatio. Tuſc. 154 b, Lugubris lamentatio, fletusq; mœrens.

LVMBVS, bi. in Arat.

*---- & Cepheus conditur antè*
*Lumborum tenus à palma depulſus ad vndas.*

LVMEN, nis. *lux.* de Diu. 97 a, Noctu lumine appoſito experrecta nutrix animaduertit puerū, &c. pro Syl. 74 b, Vos mihi in tantis tenebris clariſſimum lumē prætuliſtis. Antequam. 193 b, Vos dij, qui meæ menti lumina prætuliſtis. de Nat. 61 b, Natura duo lumiua ab animo ad oculos perforata nos habere voluit. de Clar. 170 b, Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altiùs oratio. de Som. 127 a, Hîc tu oſtendas oportet patriæ lumen animi, ingenij, conſilijq; tui. de Orat. 100 a, Propè cūctis ciuibus lumen (*al. lucem*) ingegij & conſilij ſui porrigere atque tendere. pro Dom. 236 b, de Nat. 45 a, Varietas luminum Lunæ. de Diu. 127 a, Luna ſolis lumine illuſtrari putatur. Off, 11 a, Qui lumen de ſuo lumine accendit, facit vt nihilominus ipſi luceat, cùm illi accenderit. * 2, de Glor. *Hic ſitus eſt vitæ iampridem lumina linquens.* Prognoſt.

*Aſit autem tenui quæ candent lumine Phatnæ.* Incer.
*Iuppiter auctiferas luſtrauit lumine terras.*

* de Clar. 188 b, Dum videtur tanquam tabulas benè pictas collocare in bono lumine. Acade. 76 b, Ratio omnis tollitur, quaſi quædam lux lumenq; vitæ. Tuſc. 162 b, Accretio & diminutio luminis. de Nat. 36 b, Cuius *Lunæ* tenuiſſimum lumen facit proximus acceſſus ad Solem: digreſſus autem lōgiſſimus quiſq; pleniſſimū. de Nat. 46 b, Radios Solis & lumen obſcurat Luna. de Diuin. 84 b,

*Cùm claram ſpeciem concreto lumine Luna*
*Abdidit ----.*

de Diuin. 110 a, Luna ſuo lumine an Solis vtatur. de Sen. 95 b, Omne animi lumen extinguit voluptas. Epiſt. 104 b, Qui *libri* quanquam plurimi ſunt, doctorē tamen lumenq; deſiderant. Qu. frat. 313 a, Illorum prædiorum ſcito mihi vicinum Marium lumen eſſe. de Orat. 157 b, Viue Vlyſſes dum licet, Oculis poſtremum lumen radiatum rape. Non dixit cape, non pete, &c. ſed rape.

¶ *Exornatio.* de Orat. 119 a, Certis dicendi luminibus ornare orationem. * Attic. 313 b, Lucretij poëmata non ita ſunt multis luminibus ingenij illuſtrata, multæ tamen artis.

¶ *Feneſtra.* de Orat. 99 b, M. Buculeius cum ædes L. Fuſio venderet, in mācipio lumina vti tū erant, ita recepit. & ibi. Quod cuicunq; particulæ cœli officeretur, quamuis eſſet procul mutari lumina putabat. * p Rab. Poſth. 129 b, Nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunę & gloriæ.

¶ *Dies.* Att. 117 a, & pro R.P. 127 a, Cæſaris interdicta, ſi te ſecundo lumine hîc offendero, reſpuētur. * p Rab. Poſth. 127 a, Si te ſecundo lumine hîc offendero, moriere.

¶ *Oculi.* Tuſc. 250 a, & pro Com. 234 b, Democritus luminibus amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat. * pro Dom. 234 b, Ille qui nihil videret ſciens, quod nefas eſſet, lumina amiſit.

* ¶ *Viri clari.* I.A. 170 a, Nondum tot luminibus extinctis. & b, Cn. Pompeius imperij populi Romani decus ac lumen fuit.

LVMINARIA. *feneſtræ, lumina.* Att. 249 b, Octauam partem tuli luminarium, mediam abſtrahere memineris. *aliàs luminum.* * *Vir clari.* 170 a, Nondum tot luminaribus extinctis, *Alij luminibus legunt, quòd rectiùs videtur.*

* ¶ *Viri in Repub. clariſſimi.* I.A. 170 a, In te, M. Antoni, id decreuit Senatus, & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis.

LVMINOSVS, a, um. *illuſtris, eminens, excellens.* Orat. 208 b, Tum ſunt maximè luminoſę & quaſi actuoſæ partes duę.

LVNA, næ. de Som. 128, In infimo orbe luna radijs Solis accenſa conuertitur. de Diu. 127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram propè contingens & ibi. Luna Solis lumine illuſtrari putatur. & 110 a, Luna ſuo lumine, an Solis vtatur. de Orat. 159 b, Luna acceſſu ſuo & receſſu Solis lumen accipit. de N. 36 a, Iam Solis annuos curſus ſpatijs menſtruis Luna conſequitur. de N. 18 b, Solis annuam luſtrationem, Solis incēſa radijs menſtruo ſpacio luna complet. I. V. 134 b, Siculi ſuos dies menſesq, congruere volunt cum Solis luuæque ratione. de Diu. 84 a,



*Cùm claram ſpeciem concreto lumine luna*
*Abdidit, & ſubitò ſtellanti nocte perempta eſt.* & 100 a,

Cùm duo viſi ſoles, & cùm lunæ tres. Tuſ. 168 a, Cùm luna laborat. de Fin. 86 a, Epicurus lunæ dies ſingulos vim quandam habere credidit. de Diu. 127 a, Cùm ortus naſcentium luna moderetur. de Nat. 30 a, Aeſtus maritimos fretorumq; anguſtias ortu aut obitu lunæ cōmoueri. de Diu. 115 a. Quid te fretis & maritimis æſtibus dicā quorum acceſſus & receſſus lunæ motibus gubernantur. de Diu. 128 b, Plus terrarum ſitus quàm lunæ tractus ad naſcendum valere. *aliter, tactus.* de Diu. 114 a, Oſtrea & conchylia omnia cum lnna creſcunt, pariterque decreſcunt. & ibid Arbores cum luna ſimul ſeneſcentes tempeſtiuè cædi. Acad. 21 b. Intendit Apollo arcum luna innixus. 2. de Nat. deor. Luna à ſole illuminata, grauiditares & partus affert. de Vn. Luna quando luſtrato ſuo curſu ſolem conſecuta eſt, fit menſis 2. de Nat. d. Luna omniū vltima verſatur in terris. de Vn. Lunæ curſus terram proximè ambit. 2. de Nat. d. Lunæ curſus menſes nominantur, quia menſa ſpatia conficiunt. de Nat. d. 45 a, Lunæ luminum varietas cùm creſcentis, tum ſeneſcētis. 2. de Nat. d. Lunæ ortu aut obitu æſtus maritimi, fretrorumq; anguſtiæ commouentur. Tuſcu. 162 b, Lunamq; accretione & diminutione luminis, quaſi faſtorum notantem & ſignificantem dies. Att. 158 b, Non ante lunam nouā. Som. Scip. Infra lunam nihil eſt niſi mortale & caducum, præter animos hominū munere deorum datos. Somn. Scip. Supra lunam ſunt omnia æterna. * 2. Acad. Quid? Lunæ quæ lineamēta ſint, potéſne dicere? Cur eius naſcentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua? Prognoſt.

*Vt cùm Luna means Hyperionis officit orbi,*

* Acad. 31 a, Habitari ait Xenophanes in Luna, eamq; eſſe terram multarum vrbium & montium. de Nat. 18 b, Quid eſt quod te impediat, aut Solem, aut lunā, &c. in Deorum natura ponere? Cuius *Lunæ* tenuiſſimum lumē facit proximus acceſſus ad Solem: digreſſus autem longiſſimus quiſq; pleniſſimum. Neq; ſolum eius ſpecies forma mutatur tum creſcendo, tum defectibus in initia recurrēdo: ſed etiam regio, quę tum eſt aquilonaris, tum auſtralis. In Lunæ quoq; curſu eſt & brunæ quædam & ſolſtitij ſimilitudo: multaq; ab ea manant & fluunt. ibid. Cùm Solis & Lunæ & quinq; errantium ad eandem inter ſe comparationem confectis omnium ſpatijs eſt facta conuerſio. de Nat. 39 b, Dianam & Lunam eandem eſſe putāt, cum, &c. Luna à lucendo nominata ſit. Eadem eſt enim Lucina. de Nat. deor. 46 b, Luna, quæ eſt, vt oſtendunt Mathematici, maior quam dimidia pars terræ, ijſdem ſpatijs vagatur, quibus Sol. Sed cum congrediens cum Sole, tum digrediens, & eam lucem, quam à Sole accipit, mittit in terras: & varias ipſa nuntiationes lucis habet. Atque etiam tum ſubiecta atq; oppoſita Soli radios eius & lumen obſcurat: tum ipſa incidens in vmbram terræ, cùm eſt è regione Solis, interpoſitu interiectuq; terræ repentè deficit. de Vni. 203 a, Alios *Deos Deus* in terram, alios in Lunā, alios in reliquas mundi partes, &c. ſpargens quaſi ferebat.

LVNARIS, re. de Som. 129 a, Grauiſſimo autem ſono mouetur hic lunaris atque infimus curſus.

† Syntaxis. *Luna humilitate ſumma fertur, vtitur non ſuo lumine, incenſa ſolis lumine, accenſa à ſole laborans. Lunæ obitus. Luna verſatur in terris.* id eſt, prope terras voluitur.

LVO, is *perſoluo.* Attic. 43 a, Itaq; mei peccati pœnas luo. pro Syl. 181 b, Luere pœnas reipubl.

¶ *Abſtergo.* de Sen. 92 b, Qui morte ſua luit collegæ in Cānenſi ignominia temeritatem.

¶ *Expio.* de Fini. 140 a, Lucretia ſtuprum per vim oblatum voluntaria morte luit.

LVOR, ris. *expleor, ſaturor.* in Verr, 91 b, Sceleratorum libido innocentium ſanguine luitur. Attic. 208 b, Acerbum eſt, parentum ſcelera filiorum pœnis lui.

† Syntaxis. *Luere pœnas alicui. Peccati pœnas luere Morte ſua luere temeritatem, Stuprum oblatum ſua morte luere. Libidinem inſontium ſanguine luere. Scelera pœnis luenda. Luenda alicui iuſta pœna. Luendus innocentum ſanguis ſupplicio illius.*

LVPA, pæ. *meretrix, ſcortum.* pro Mil. 112 a, Clodius ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.

LVPERCAL, lis. *locus.* Epiſt. li. 7. pag. 104, Velia nō eſt vilior, quàm lupercal. *prouerbium.*

LVPERCALIA, orum. * Frag. epiſtol Data Lupercalibus, quo die, &c. * I.A. 176 b, Ad Lupercalia veniamus. & 177 a, Ad Lupercalia C. Cæſari Dictatori perpetuò M. Antonium Conſulem populi iuſſu regnum detuliſſe: Cæſarem vti noluiſſe. Q. frat. 314 b, Hodierni diei res geſtas Lupercalibus habebis.

LVPERCVS. pro Cælio 42 b, Fera quædam ſodalitas, & planè paſtoricia atq; agreſtis germanorum lupercorum: quorū coitio, &c. * Frag. ep. Lupercis id vectigal dediſſe.

I.A.174b, Ita eras Lupercus, vt te eſſe Conſulem meminiſſe deberes.

LVPINVS,ni.ad Her.5 a, Folliculus lupinus.IC.115 a, Romulus paruus atque lactens vberibus lupinis inhians.

LVPVS,pi.in Anton.188 b, O' præclarū cuſtodem ouium (vt aiunt) lupum. Attic.216 a, De Varrone loquebamur, Lupus in fabula.

LVRCO.onis.Attic.113 a, Lurco Tribunus plebis, &c.

LVSCVS,a,um, *vno captus oculo.* de Orat.131 b, Cœnabo, inquit, apud te, huic luſco familiari meo C. Sextio. Vni enim locum eſſe video. ibid. Id dixit, quod in omes luſcos conueniret.

LVSIO,onis. *luſus.* Q.fratr 325 a, Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum diſcendi, non luſionis. de Fin.138 a, Infantes cum paulùm proceſſerint, luſionibus vel laborioſis delectantur. de Sen.89 a, Habeant igitur alij ſibi arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam & pilam, ſibi natationes & curſus: nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras. de Orat. 91 a, Qui pila ludunt, non vtuntur in ipſa luſione proprio artificio palæſtræ.

LVSITANIA.*regio.* Epiſt 165 Pollio.

LVSITANI.*populi.* de Clar.172.

LVSIVS. *fluuius.* de N.17. *Ideo dictus, quòd in eo Iupiter infans lotus ſit, autore Pauſania in Arcadicis.*

LVSTRANDVS,a,um.de Diui. 101 b, In luſtranda colonia ab eo, qui eam deduceret, bonis nominibus qui hoſtias ducerent eligebantur.

LVSTRAIO,onis *peragratio.* I.A.171 b, Quæ fuit eius peragratio itenerum, luſtratio municipiorū. Tuſc.244 a, Quid beſtiæ? nonne, &c. Non montiuagos atq; ſylueſtres curſus luſtrationesque patiuntur. * de Nat.18 b, Huius *Solis* hanc luſtrationem (*al. illuſtrationem*) eiuſdem incenſa radijs menſtruo ſpatio Luna complet.

LVSTRO,as. *peragro, perluſtro.* de Nat.36 b, Mercurij ſtella anno ferè vertente ſigniferum luſtrat orbem. de Nat.58 b, Totam licet animis tanquam oculis luſtrare terram. Epiſt. 25 a, Luſtrare iuriſdictionem. de Finib.145 a, Pythagoras Aegyptum luſtrauit. Tuſcu.218 b, Luſtrare vltimas terras. de Somn.128 b, Sol cuncta ſua luce luſtrat & complet. Of. 12 a, Cùm omnia ratione animoq; luſtraueris. de Fin.88 b, Perluſtrare aliquid animo. Att.79 a, Ad 111. Calēd. exercitum luſtraui apud Iconium. in Anton.241 a, & de Diuin.101 b, Cùm imperator exercitum luſtraret.* Incer.

*Iuppiter auctiferas luſtrauit lumine terras.* de Fin.88 b, Sed luſtremus animo non has maximas artes. de Vni.200 b, Cùm alia ſydera maiorum luſtrarent orbem, alia minorem: tardiuſq; maiorem, celeriuſq; minorem.

† Syntaxis. *Luſtrare iuriſdictionem. Ratione & animo luſtrare. Exercitum, populum luſtrare.*

LVSTRVM, ſtri. *quinquennale ſpacium, idem quod Olympias Græcis.* de Ora.100 a, Quæritur, qui domini voluntate cenſus ſit, ſi non ſit conditum luſtrum, ſit ne liber. Attic.17 b, Sub luſtrum cenſeri germani negociatoris eſt. & 56 b, Luſtrum iam deſperatum eſt. de Orat. 133 b, Luſtrum condere, & taurum immolare. Epi.25 b, Publicanis etiam ſuperioris luſtri reliqua ſine ſociorum vlla querela conſeruâram. Attic.90 b, Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerant, etiam ſuperioris luſtri reddiderunt.

¶ *Eſt etiam ganea, popina.* pro Cæl.49 b, Domus, in qua luſtra, libidines, luxuries verſetur. Poſtq.207 a, Cur in luſtris & helluationibus huius ſaltatoris eximia virtus tam diu ceſſauit? pro Seſtio 7 a, Aliquis emerſus ex tenebris luſtrorum ac ſtuprorum. I.A.161 b, Vino luſtriſque confectus.* pro Cæl. 49 b, Conuiuiorum ac luſtrorum libido. I.A.251 b, In luſtris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne conſumpſiſſes.

LVSVS,a,um. *illuſus, irriſus.* de Fin.64 a, Sed & illum, & cæteros ſophiſtas luſos videmus à Socrate.

LVTEVS,a,um. *nullius precij, aut ponderis, leuis, ineptus, hebes.* in Verr.155 a, Deinde in hoc homo luteus, etiam callidus ac veterator eſſe vult. & 207 a, Tum illos cœpiſſe prætori dicere: Putâſſe ſe id quod audiſſent, alicuius precij ſcyphos eſſe Pamphili: luteum negotium eſſe, non dignum quod in ſuo argento Verres haberet.

LVTVLENTVS, a, um, *luto plenus, & impurus.* in Piſ.79 b, Pauci iſta tua lutulēta vitia noueramus. & 85 a, Lutulente Cæſoni. pro Q.Roſc.48 a, Perſona illa lutulenta, impura, inuiſa. in Sal.272 a, b, Nihil aliud ſtudet, niſi vt lutulentus ſus cum quouis volutari.* pro Q.Gall. Humus lutulenta vino.

LVTVM, ti. *terra humore ſoluta & putris.* in Piſ.92 a, Hic homulus ex argilla & luto factus (*al. fictus.*) & 93 a, O' lutum, ô ſordes. in Verr.212 a, Verres in luto totius corporis veſtigijs volutatus. & 147 a, Videtis extremā partem nominis, caudam illam Verris tanquam in luto demerſam eſſe in litura.* Frag.epiſt. Luta & limum aggerebant. Incer. In Narnenſi agro ſiccitate lutum fieri, imbre puluerem.

† Syntaxis. *Luteus homo, negotium, vitium, ſus.*

LVX, cis. *lumen.* de Diu.118 a, Si Deus erat, cur ſe contra naturam abdidit, vt patefactus aratro lucem aſpiceret? pro S.R.28 b, Propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexeris, eos indigniſſimè luce priuare. pro S.R.40 a, Commoda quibus vtimur, lucemq; qua fruimur, ſpiritumq; quem ducimus, à Deo nobis dari atque impartiri videmus. pro Quin.13 b, Communi luce priuari. pro Cl.24 a, Hâc à natura propriam lucem accipere. de Clar.165 b, Tanquam ad aſpiciendam lucem eſſe reuocatum. de Aruſp.257 b, Lucem non aſpicere: *id eſt, latere.* de Aruſp.257 b, eodem tempore ſuſcipimur in lucem, & hoc cœleſti ſpiritu augemur. I.C.100 a, Poteſtne tibi huius vitæ hæc lux, aut huius ſpiritus cœli eſſe iucundus? cùm, &c. de Diu.81 a, Cùm id reliquis ſolis videatur luce clarius. pro Cæl.47 b, Sed in turpiſſimis rebus frequentiſſima celebritate, & clariſſima luce lætatur. Acad.16 b, Proferre in lucē res occultas. * de Nat.46 b, Luna tum cōgrediens cum Sole, tum digrediēs, & eam lucē quam à Sole accipit, mittit in terras, & varias ipſa mutationes lucis habet. I.A.201 a, Quāquā in memoria gratorum ciuium, tanquā in luce, poſita virtus lætetur.

¶ *Facilitas.* de Nat. deor. 1, Lucem autoris fortaſſe deſiderant ſententiæ. de Nat.deor.1, Lucem eripere, & quaſi noctem quandam rebus offundere. Acad.q.ed.1.lib,2, Quāta luce ea circumfuſa ſunt, &c.

¶ *Dignitas honor.* pro Pomp.10 b, Qui tam breui tempore lucem afferre reipub. potuit. de Orat,95 b, Et illa cōmendatio incluſa in veritatis lucem proferenda eſt. & 111 b, Hiſtoria lux veritatis. I.A. 153 b, Lux quædam videbatur oblata. pro Deiot.149 a, Obſcuram familiam è tenebris in lucem euocare. pro Pomp.5 a, Mithridates in veſtris vectigalibus: hoc eſt, in Aſiæ luce verſatur. Offic.42 a, Tanquam in clariſſima luce verſetur. in Ant.175 a, Primùm redij luce non tenebris: deinde, &c. Terentiæ lib.14, Hem mea lux meum deſiderium. Cat Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum oppreſſit. 2. ad Attic. Lucis aliquid afferre noſtris rebus. de Clar. orat. Forenſi luce carere Tuſ.q.lib.2, Luce veritatis menti hominis nihil dulcius.* I.C.120, Videor mihi hanc vrbem videre, lucem orbis terrarum ſubitò in vno incendio concidentem. pro Lig.138 a, Vide quanta lux liberalitatis & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Academ.7 b, Ratio omnis tollitur quaſi quædam lux lumenq; vitæ.

¶ *Dies.* ad Heren.35 b, Luce noctem, nocte lucem expectas. pro S.Roſ.27 b, Si canes luce latrent, opinor ijs crura ſuffringantur. in Ant.244 b, Quis audeat luci? quis in militari via? quis bene comitatum? qus illuſtrem aggredi? pro Sect.21 b, Luce palàm occidi. I.P.84 b, Cùm arma in templum Caſtoris luce & palàm comportabantur. Offic. 70 b, Luce palàm in foro ſaltare. de Diuin.120 a, Cur ante lucem galli cantant? Qu.fr.309 a, Pridie iduum hæc ſcripſi ante lucem. & Epi.3 b. & 56 a, de Ora.133 a, Si ad te bene ante lucem veniſſet. Att.56 b, Metellus cum prima luce in campum currebat. pro Mil.129 a, Centeſima lux eſt hęc ab interitu P.Clodij.

¶ *Sydus,* In Ar. *Illa quæ fulgent luces ex ore coruſco.*

¶ *Vita.* 3.Tuſ. Tu te Thyeſta damnabis, orbabiſq; luce propter vim ſceleris alieni? 2.Tuſcul. Finis huius lucis 7.Verr. Cur, inquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti? Tuſc. q lib. Omnes denique miſeros, qui hac luce careant: *id eſt, qui defuncti ſint.*

¶ *Frequentia.* Quin.frat.291 a, Iſtam virtutem, moderationem animi, temperantiam, non latere in tenebris, neque eſſe abditam, ſed in luce Aſiæ, in oculis prouinciæ, atque in auribus omnium gentium eſſe poſitam. de Senect. Nec verò ille in luce modò atq; in oculis ciuium magnus, ſed intus domiq; præſtatior. 3. ad Att. Luce omnino fugeram.

¶ *Cœlum.* De Diu.lib.1, Cùm mortali corpore cremato in lucem animus exceſſerit.

† Syntaxis. *Vita lux. Signum luce clarius. Lucem reipublicæ afferre. Lux, lumenq; vitæ ratio. Luce ambulare, & luci. Luce & palàm ingredi. In luce omnium præſtantiſſimus. In lucem excedens animus.*

LVXVRIA, riæ *luxuries, luxus, intemperantia, libido.* pro Sext. Roſc.30 b, In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erumpit audacia. pro Muræna 127 b, In quo luxuriam reperire non poteſt, in eo te vmbram luxuriæ reperturum putas? & 142 a, Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Offi 21 a, Turpe eſt diffluere luxuria & delicatè ac molliter viuere. pro Cornel.66 b. Illa in omni parte orationis ſuæ arte aſpergi videbatis, &c. Tum luxuriam illius quæ non crimine aliquo libidinis, ſed communi male-

dicto

dicto notabatur. in Verr. 135 b, In mulierum corruptelis & in eiuſmodi luxuria atq; nequitia. pro S.R.24 b, De luxuria ſe purgauit Erutius, cum dixit, hunc ne in conuiuio quidem vllo ferè interfuiſſe. & 19 b, Quod per ſcelus adeptus ſis, id per per luxuriam effundere atque conſumere. de Or.121 a, Quod ſumptuoſus, de luxuria. ad Heren.2 a, Si Inertiam, ignauiam, deſidiam, luxuriam aduerſariorum proferemus. Offic.25 a, Luxuria cùm omni ætati turpis, tum ſenecttuti fœdiſſima eſt. *I.V.135 b, In omni eiuſmodi luxuria atq; nequitia mirãdum in modum reperiebam hunc Timarchidem ad iſtius flagitioſas libidines ſingularemq́; nequitiam natum atq; aptum fuiſſe. pro Cæl.49 b, Ad quos *ſeruos* aliquantum etiam ex quotidianis ſumptibus ac luxuria redundet, in Piſ 94 a, Luxuriam in iſto nolite hanc cogitare. Eſt enim quædam: quanquam omnis eſt vitioſa atq; turpis: tamen ingenuo ac libero dignior. Off.19 a, Nec libidini potius luxuriæq́;, quàm liberalitati & beneficentiæ pateat res familiaris.

*LVXNRIES, ei. *luxuria, luxus, intemperantia, libido.* ad Heren.12 a, Duæ res ſunt, quæ omnes ad maleficium impellunt, luxuries & auaritia. de Orat.117 b, In ſumma vbertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. de Orat.124 a, Auaritiã ſi tollere vultis, mater eius eſt tollenda luxuries. pro S. Roſc 24 b, Luxuries igitur hominem nimirum, & ęris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates, ad hoc ſcelus impulerunt. pro S. Roſc. 30 b, In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt. I.V.55 b, Quas res luxuries in flagitijs efficere potuiſſet. & 184 a, Qui in patris luxurie ſic vixerit con. Rull. 64 a, b, Si luxuries Annibalem ipſum Capuæ corrupit. pro Cæl.43 a, Facile eſt accuſare luxuriem. & 46 b, Quorum partim nimia libertas in adoleſcẽtia, partim profuſa luxuries, &c nominarentur. pro Cæl.49 b, In qua *domo* luſtra, libidines, luxuries, omnia deniq; inaudita vitia atq; flagitia verſentur. in Piſ. 90 a, Cùm partem eius prædæ profundæ libidines deuoraſſent, partem noua quędam & inaudita luxuries.

¶ *Inutilis abſq; fructu laſciuia.* de Orat.157 a, Luxuriem eſſe in herbis.

† Syntaxis. *Luxuria diffluere. De luxuria ſe purgare. Per luxuriam effundere, conſumereq́ue. Herbarum luxuries.*

LVXVRIOSE'. *intemperanter.* pro Cæl.40 a, Cum libidinoſis luxurioſè viuere. de Fin. 69 a. *Qui cùm luxurioſè viuerẽt.

LVXVRIOSVS, a, um: ſior. *aſotus. intemperans.* de Fin.69 a, Luxurioſi reprehendendi ſunt ob eã ipſam cauſam, quòd ita viuunt, vt perſequantur cuiuſq; modi voluptates. cõtra Rull.75 b, Aliquis vt in ſuis rebus, ita in republ. luxurioſus nepos. in Piſ.94 a, Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius. Or.204 a, Lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. I. A.173 a, Multa & lauta ſuppellex, non illa quidem luxurioſi hominis, ſed tamen abundantis.

LVXVS, us. *intemperantia, profuſioq́ue in victu & cultu corporis.* I.V.161 a, Niſi fortè exiſtimatis eũ in vino ac luxu nõriſiſſe, qui nũc in periculo ac exitio ſuo riſum tenere nõ poſſit

† Syntaxis. *In repub. luxurioſius. Luxurioſus, libidinoſus.*

LYCAONIA, æ. *regio.* Epiſt.240.b. ( licui aut Lycaoni.

LYCAONES. *populi.* de Leg.176.b. Epiſt.42.b. Vt Phrygi a-

LYCEVM & LYCIVM, cij. de Diu. b, Cùm ambulandi cauſa in Lycium veniſſemus: nam id ſuperiori gymnaſio nomen eſt. & 110 a, Tum in bibliotheca, quę in Lyceo eſt, aſſedimus. de Or.93 a, Et longè Academiæ illi ac Lyceo tuum hoc ſuburbanum gymnaſium antepono. de Diu. 85 a,

*Inq́; Academia vmbrifera, nitidoque Lyceo.*
*Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.*

* Acad.42 a, Qui erant cum Ariſtotele, peripatetici dicti ſunt: quia diſputabant inambulantes in Lyceo.

LYCHNVCHVS, chi. *quicquid lucernam ſuſtinet. nam vt candelabrum candelæ, ſic lychnus lucernæ fulcrum appellatur.* Qu. fra. 326 b, Hanc ſcripſi antè ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quòd eum te aiebant, cum eſſes Sami, curaſſe faciendum.

LYCHNVS, ni. *lucerna.* pro Cæl.52 a, Lux alia eſt ſolis & ly-

LYCII. *populi.* I, V.204. Att.95. (chnorum. *prouerbium.*

LYCVRGEVS, a. *durus, ſeuerus, qualis fuit Lycurgus, qui leges duras Lacedæmonijs tulit.* Att.8 a, Noſmetipſi qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.

LYCVRGVS, gi. de Cl.176 a, M. Brutus accuſationem factitatuit, vt Athenis Lycurgus.

LYDIA, diæ. *regio.* pro Fl.190 a, quid dicam de Lydia? &c.

LYDVS, a, um, pro Flac.160 a, Quis vnquam Græcus comœdiam ſcripſit in qua ſeruus primarum partium non Lydus eſſet?

LYMPHATVS, a, um. *furens, inſanus.* de Diuin. 97 a, Flexanima tanquam lymphata, vt Bacchi ſacris cõmota. *Poëtæ.*

LYNCEVS, a, um. *perſpicax.* I. Verr. 155 a, Homo lynceus. Epiſtol.126 b, Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris



nihil offendat? nuſquam incurrat?

LYRA, ræ. *fides.* Tuſ.149 a, Themiſtocles cùm in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior.

LYRICVS, a, um, Orator. 215 a, Poëtæ, qui λυρικοὶ à Græcis vocantur: quos cùm cantu ſpoliaueris, nuda penè remanet oratio.

LYSANDER. dri. *verſutiſſimus Lacedæmoniorum dux.* Off.22 a.

LYSIAS, ſiæ. de Orat.105 a, Diſertiſſimus ſcriptor Lyſias. de Cl. 167 b, Lyſias ſubtilis ſcriptor & elegans. Orat.199 a, Venuſtiſſimus ille ſcriptor & politiſſimus Lyſias.

LYSIDICVS, ci. I.A.233 b, Lyſidicus ipſe in Græco verbo, qui omnia iura diſſoluit.

LYSIPPVS, pi. *fictor, inſignis.* Acad. 21 b.

## M.

M *Litera in conſonantibus Latinis nuncupatur liquida.* de Orat 131 a, Omnibus in parietibus inſcriptas fuiſſe literas, tria LLL, duo MM.

¶ *In numeris indicat mille.*

¶ *Ante nomina propria Marcus.*

MACEDO, onis. I.A.203 b, Quid Macedo Alexander.

MACEDONIA, æ. *regio.* Attic.40, I.P.91 & 92. L. SEMINARIVM, & TRIVMPHVS.

MACEDONICVS, ca. in Verr. 236 a, Signum Macedonicum. in Piſ.91 a, Imperator Macedonicus. Att. 257 b, Legiones Macedonicæ.

MACELLVM, li. *locus in quo venduntur omnia, quæ veſcendi cauſa in vrbem afferuntur.* de Diu.120 b, Si Epicuri de voluptate liber corroſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore. de Fin.75 a, Quæ eſt iſta laus, quæ poſſit è macello peti? (& macrum.

MACER, cra, crum. *tenuis.* contra Rullum 79 b, Solum exile

MACERIA, riæ. *murus in agro & villa.* Epiſt.263 b, Helluo nequiſſimus ſeſtert. 200 dabat nullo aprico horto, nulla maceria, nulla caſa.

MACHAEROPHORVS, ri. *gladiator, machæram ferens.* Qu. frat. 312 b, Hominem portaui ad Baias octophoro machærophoris centum ſequentibus.

*MACHARENSIS, ſe. I.V.157 b, Macharenſis ager.

MACHINA, næ. *machinatio.* in Ver.105 b, Columnæ machina appoſita deiectæ, eiſdẽ lapidibus repoſitæ ſunt. & 106 a, in Piſ.88 b, M. Regulus, quẽ Carthaginẽſes reſectis palpebris illigatum in machina vigilando necauerunt. cont. Rull.75 b, Hæc tota lex ad Pompeij opes euertendas tanquam machina cõparatur. Q. de Pet.206 a, Quo in magiſtratu amicã, quã palàm domi habebat, de machinis emit.

¶ *Ars, aſtutia, dolus.* pro Dom.218 a, Iiſdem machinis ſperant me, reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. Brut.289 a, Omnes adhibeo machinas ad tenendum adoleſcentem. de Nat 74 b, *Nec quem ad eum aut machinam commoliar Scio quicquam. Poëtæ. ibid, Quid ergo iſti doli? quid machinæ? quid fallacię pręſtigiæq;? num ſine ratione eſſe potuerunt?

MACHINATIO, onis, *artificium.* de N.d. 45 a, Cum machinatione quadam aliquid moueri videmus, vt ſphærã horas. & 50 b, Data aſt quibuſdam *beſtijs* etiam machinatio quædam atque ſolertia. de Orat.115 a, Iudex tanquã machinatione aliqua tum ad ſeueritatẽ, tũ ad remiſſionem. animi, tum ad triſtitiã, tum ad lætiam, eſt contorquendus.

† Syntaxis. *Commoliri dolum & machinam ad aliquem. Mahinatio & ſolertia.*

MACHINATOR, oris. *architectus, fabricator,* pro S. R.40 b, Scio omninm architectum & machinatorem eſſe Chryſogonum. & contra Rul.63 b, *Tibi nos, Rulle, & iſtis tuis harum omnium rerum machinatoribus, totã Italiam inermem tradituros exiſtimâſti? quam præſidijs confirmaretis: colonijs occuparetis: omnibus vinculis deuinctam & conſtrictam teneretis. I. C.112 a, Horum omnium ſcelerum improbiſſimum machinatorem Cimbrũ Gabinium ſtatim ad me, nihil dum ſuſpicantem vocaui.

MACHINATVS, a, um. de N.56 a, Ad vſum orationis incredibile eſt quanta opera machinata natura ſit. de Orat.159 a, Hęc quidã machinati ſunt ad voluptatẽ. de N 51 b, Quod perpetuitatis cauſa machinata natura eſt. de Vniue.196 a, Quæramus igitur cauſam, quæ eũ impulerit, qui hæc machinatus ſit, vt originẽ rerũ & molitionẽ nouã quæreret.

MACHINOR, aris. *translatè, ſtruo, molior, excogito.* de Nat.73 a, Sibi ipſi nefariã peſtem machinari. in Ver.69 a, Cùm interea aliud quidã iamdiu machinaretur. pro Domo ſua, 224 a, Nihil aliud niſi vti ne quid per vim agi poſſet, machinabere. ad Her.11 b, & 26 b, Machinari necẽ vel calamitatem alicui. *I.C.97 b, In te conferri peſtẽ iſtam, quam tu in nos omnes iamdiu machinaris. de Vniuerſ. 204 a, Tum menſium annorumq́ue conuerſiones numerum machinatæ ſunt, & ſpatium temporis dimenſæ ſunt.

MACIES, ei. *corporis tenuitas, ſiccitas, gracilitas.* cont. Rul.85 a,

Homo grandi macie torridus,contetus & abiectus. item, Craſſum libertum ais, tibi de mea macie ſolicitudineque narraſſe. Tuſcul.196 a,Corpus macie extabuit.in Anton. 211 a,Profectus eſt ad bellum A.Hirtius vir fortiſſimus: at qua imbecillitate?qua macie? ſed animi vires corporis imbecillitas non retardauit.

† Syntaxis. *Macie torridus.Extabeſcere macie.*

Macrocolvm,li.*carta,membranula.* Attic. 262 b,Sed tamen idem ſyntagma miſi ad te retractatius,& quidem archetypon ipſum crebris locis inculcatum & refectum:hūc tu tranſlatum in macrocolum,lege in Arcano conuiuis.& 212 a,Impenſam facimus in macrocola.

Mactandvs,a,vm.in Verr.35 b, Quo etiam maiore es malo mactandus.

Mactatvs,a,um. I. V. 205 b, Cùm videant ius ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum.Tuſ.79 b,Mactata excetra

Macte`.*vox hortationem ſignificans.* Att. 188 a, Macte virtute mihi quidem gratum,&c. & 220 b,Seruuli aiebant eum & apripetas ciectos à Buthrotijs,macte.Tuſcul.156 a, Macte virtute: ego enim ipſe cum eodem ipſo non inuitus errauerim.Attic.97 b, Quæſo,quid nobis futurum eſt, macte ſcribas : *alter,mature.*

Macto,as.*interficio.*de Aruſ.251 b, Clod.diuiſores omniū tribuū domi ſuę crudeliſſima morte mactauit. I.C. 204.a, Tū tu Iupiter hos æternis ſupplicijs viuos mortuosq; mactabis.pro Flac.164 a,& 157 b,Quā poteſtis P.Lętulo mactare victimam gratiorem in Vat.31 b,Inferorum animas elicere,& puerorum extis deos manes mactare.

Mactor, ris. I.C.102 b, Nónne hunc ſummo ſupplició mactari imperabis? in Piſ.82 b, Quorum ego furori niſi ceſſiſſem,in Catilinæ buſto mactatus eſſem.

† Syntaxis. *Mactare alicui aliquem. Mactare ſimpliciter, &, morte, ſupplicio.*

Macvla,læ.*labes.* de N.17 a, Eſt autem corporis macula næuus. pro S Roſc.37 a,Legationis ceremoniam polluere,maculisq; afficere.pro Pom.5 a, Delenda eſt nobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. Att.282 b, Magna macula per vos deleta pro Seſt.17 a, Quoniam illa in republ:macula regni publicati maneret, quam nemo poſſet eluere. in Sal. 274 b, Inurere æternas maculas alicui,quas reliqua vita eluere non poſſit. pro Cor.57 b, Eſt huius ſeculi labes quædam & macula, virtuti inuidere. pro Dom.217 b,Omnium ſcelerum libidinumq; maculis notatiſſimus.pro Plan.265 a,Hunc tu vitæ ſplendorē maculis aſpergis iſtis I.V.260 a,Maculas flagitiorum tuorum innocentium ſanguine eluere arbitrabare. *pro S.Roſc. 292,Ex quo ſanguine ſi qua macula concepta eſt nō modò laui (*al.elui*) non poteſt : verùm vſq; eò permanat ad animum.pro Cluen.20 a,Vt eam non macula familiæ,&c. a cupiditate reuocaret.

¶ *Retis foramen, ſeu plaga.* de Som.129,b,In ipſis *terræ* quaſi maculis,vbi habitatur vaſtas ſolitudines interiectas vides. *I.V.241 a, Reticulum ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino,minutis maculis,plenum roſę.

Macvlo,las. *macula afficio,commaculo, inquino, oblino, polluo, fœdo, contamino, labem infero, maculis aſpergo.* de Aruſp. 250 a,Qui caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet pro Mil.188 a,Et tu ſanctè Iupiter,cuius ille latus, nemora,finesq; ſæpe omni nefario ſtupro & ſcelere maculauit. pro Seſt.16 b, Maculare ſplendorem alicuius.

† Syntaxis.*Polluere & maculis afficere.Maculam delere, ſuſcipere. eluere,inurere. Maculis notatus, aſperſus. Omni dedecore maculare ſplendorem alicuius.*

Macvlosvs,a,um.*maculis reſperſus.*I.A.174 a, Veſtis Pōpeij nō multa,eaq; maculoſa.At.11 a,Maculoſi ſenatores.

Madefactvs,a,um,I.A.259, Imbuti ſanguine gladij legionum exercituumq; noſtrorum, vel madefacti potius duorum conſulum,tertio Cæſaris prælio.

Madefio, fis.*perfundor, reſpergor.* de D.84 b,Itaq; vaticinatus eſt madefactū iri minus 30. diebus Græciā ſanguine.

Madens,tis.Poſtq. 206 b, Madēs coma cōpoſit' capillus.

Madeo,des.*madeſio.*I.A.190 a,Natabant pauimenta vino, madebant parietes.

Madidvs,a,um. *perfuſus.*Qu.frat.314 a,Sed ille faſciculus totus aqua madidus mihi redditus eſt.

*Maeander,dri.*anfractus.*in Piſ.90 b,Quos tu Mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris : quæ diuerticula flexionesq; quæſiſti.

Maena,ne.*piſcis marinus, quem Theodorus Gaza Alecem vertit, Itali Menulam vocant.* de Fin.83 b, Qui voluptatem ipſam contemnunt,ijs licet dicere, ſe Accipenſerem Mænæ non anteponere.

Maeotis,tidis.*palus Scythica.*Tuſc.238. *A` ſole exoriente ſupra Mæotidis paludes, Nemo eſt,qui factis me æquiparare queat.* cont.Rul. 76 b, Cùm Mithridates amiſſo exercitu,&c. ab inuicta Cn.Pompeij manu Mętidę & illis paludibus,&c. defendatur.

Mage.*magis.* Epiſt.lib.7.pro Mur.131 a,

*Non ex iure manu conſertum,ſed mage ferro*
*Rem repetunt.*------ Ennij.

Magicvs,ca,cum.de Orat.106 b,Magicum carmen. *Alij magiſtri legunt.*

Magis.*plus,plus pluſq;*. Ep.91 b, Att.71 a,b , Quotidie magis ac magis ſuſpicer te in Epeirum profectum.Epiſt.29 a, Sed mihi magis magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti,placet.I.A.153 b, Quotidie magis magisq; perditi homines vrbi minabantur.Part.129 b,Nihil huic addi poteſt,quo magis virtus ſit.pro Mil.104 b,Nō magis erit parricida , ſi quis conſularem patrem,quàm ſi quis humilem necauerit.pro Plan.271 b,Is magis ædilis fieri non potuiſſet.pro R.R.24 b, Annos natus magis quadraginta. Epiſt. 26 b,Ita contendit,vt nihil vnquam magis. de Oorat.110 b,Magis adeò id facultate quàm alia vlla culpa mea contigit.Epiſt.264 a,Expecto tuas literas,teipſum multo magis.de Or.121 a,Ac multo magis ad vos.pro Fl.160 b,Nūc verò hoc magis,quòd, &c. contra Rul,85 b,Imò vero etiam hoc magis,quàm,&c.quòd,&c.I.V.148 a,Atq; eò magis,ſi,&c.& 164 b,Et eo magis quòd,&c item. Memento te non tam illos eſſe nobis quàm hos pertimeſcendos atque etiam hoc magis ſunt timendi,quod,&c.de Off 15 a, Capeſſentibus rempub. nihil minus quàm philoſophis, haud ſcio an magis etiam deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum. Att 254 a,Magis eſt quod gratuler tibi, quàm quòd te rogem.pro Cæl.40 a,Cnius in magnis cateruis amicorum ſi fuit etiam Cęlius,magis eſt vt ipſe moleſtè ferat erraſſe ſe,quàm vt iſtius amicitiæ crimen reformidet Att.234 a,De Græcia magis ac magis cogito.

† Syntaxis. *Magis ac magis. Magisq;. Annos magis 40.natus. Magis quòd lugeas, quàm quòd,&c.*

Magister,ſtri *præceptor,doctor,autor,&c.*de Nat.15 b, Epicurus gloriabatur,ſe magiſtrum habuiſſe nullum.in Antonin.177 a, Quanquam te bonum timor faciebat, non diuturni magiſter officij. de Senectut. 83 a, Nec vlli bonarum artium magiſtri non beati putandi, quamuis conſenuerint vires I. A. 162 a, Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede quanta iam proferam , nihil ſapere docuit. de Orator. 106 a, Pueri in hoc genere apud magiſtros exercentur. Pro Sext. Roſc. 38 a,Is diſcipulus magiſtro tantulū de arte non concedit. de Cl.174 a, Gracchus ſemper habuit exquiſitos è Gręcia magiſtros.de Inu. 50 b, Quos habuerit.Artium liberalium magiſtros, quos viuendi præceptores.de Or. Iſocrates magiſter omnium iſtorum,&c. Ora.197 b, Plato grauiſſimus autor & magiſter intelligendi & dicendi. & 198 a,& de N.8,Ariſtoteles à magiſtro Platone diſſentiens. p Mur.139 a, Hæc omnia non à natura ſunt,ſed à magiſtro. pro Rab.P.124 a, Vſus eſt magiſter optimus.de Clar.192 b,Suaſionem legis Seruiliæ ſibi magiſtrum fuiſſe dicebat.pro Cor.6b a,Tum verò ius omne noſter iſte magiſter mutandæ ciuitatis ignorat.de Ora.126 b,Quamobrem hoc vos docebo,bonus ego videlicet & eruditus magiſter.de Aruſp.247 b,Ego habeo autores & magiſtros colendarum religionum,maiores noſtros.pro Cec.291 a, Te vti in hac re magiſtro volo.in Ver.62 a,Si ab iſto libro,quem tibi magiſter ludi,neſcio quis ex alienis orationibus compoſitum dedit & 143 b,Quidam qui tum magiſter erat eius ſocietatis.pro Plan. 265 b, Vt fuerit P. *Craſſus* maximarum ſocietatum autor, plurimarum magiſter.At1 b L.Pontius, quem putabant magiſtrum fore,ſi bona venirent. pro Qu.9 a, Cui magiſtri fiunt,domini conſtituuntur, qui qua lege,qua conditione pereat,pronuncient,huic,&c.* Hortenſ. Imbecillus eſt pudoris magiſter timor.ibid.Cùm ſine magiſtro ſenſerit,quid natura deſideret.de Orat.97 a,Stylus optimus & pręſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter.& 107 b,Stylus ille tuus,quem tu verè dixiſte perfectorem dicendi eſſe ac magiſtrum,multi ſudoris eſt. de Orat. 120 b, In quo ſummus eſt error iſtorum magiſtrorum,ad quos liberos noſtros mittimus,&c.vt videatis quàm ſit genus hoc eorum,qui ſibi eruditi videntur,hebes atq; impolitum. Cōſtituunt enim in partiendis orationum modis duo genera cauſarum : vnum appellant, &c. ignari omnes controuerſias ad vniuerſi generis vim & naturam referri.de Orat.155 b,Atq; eū idem *Plato* non linguæ ſolū, verūetiam animi ac virtutis magiſter ad liberandā patriam impulit, inſtruxit,armauit.de Clar. 167 b,Extitit Iſocrates,&c. magnus orator & perfectus magiſter. Or.207 a,Vt exiſtimatores videamur loqui, nō magiſtri.& b,Quoniā (vt ſuprà dixi) iudicē me eſſe,non doctorē, volo. I.V.143 a, In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro it eſt quidam L. Carpinatius. & 145 b, Qui per eoſdem annos magiſtri iſtius ſocietatis fuiſſent. Sciebam enim hanc magiſtrorum qui tabulas haberent,

berent, conſuetudinem eſſe, vt cùm tabulas nouo magiſtro traderent, exempla literarum ipſi habere non nollent. Itaq; ad L. Vibium, quem reperiebam magiſtrum fuiſſe eo ipſo anno, qui mihi maximè quærendus erat, primum veni. I.V.159 a, Qui in ſuâ patria dux iſti quondam & magiſter ad deſpoliãdum Dianæ templum fuit. pro Mur.139 b, Iſti ipſi mihi videntur veſtri præceptores & virtutis magiſtri, Stoici, fines officiorum paulò longius, quàm natura vellet, protuliſſe. pro Dom.234 a, Hunc autorem habetis & magiſtrum publicæ religionis. pro Dom.241 b, Non poterat vllo modo non in agendo ruere ac ſæpe peccare: præſertim illo pontifice & magiſtro, qui cogeretur docere, antequam ipſe didiciſſet. Tuſcul.224 b, Ad magiſtros virtutis, philoſophos veniamus, qui amorem negant ſtupri eſſe, & in eo litigant cum Epicuro. de Nat.82 a, Ea animantia, quæ paulò antè nata ſunt, ſine magiſtro, duce natura, mammas appetunt, earumque vbertate ſaturantur. de Sen.86 b, Qui *ſermo* more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in poculo. Epiſto.107 a, Magiſter adeſt citius quàm putaramus. Epiſto.136 b, Hircium ego & Dolobellam dicendi diſcipulos habeo, cœnandi magiſtros. Puto enim te audiſſe, illos apud me declamitare, me apud illos cœnitare. Epiſtol.207 b, Qui eſt magiſter in ea ſocietate. Epiſt.227 a, & Attic.176 b, P. Terentius meus neceſſarius magnas operas in portu & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. Atticor.76 a, Tu ſæpe dare literas tabellarijs publicanorum poteris per magiſtros ſcripturę, & portus, & noſtrarum diœceſium. Attic. 87 b, Alterum *genus eſt* de poſſeſſionibus hæreditatum, de poſſidendis bonis, magiſtris faciundis. Att.321 b, Me alium ijs magiſtrum quærere. Qu. fr.321 a, Iubes eum mihi eſſe affixum tanquam magiſtro.

¶ *Magiſter equitum, cui imperium ſummum in equites erat, vt dictatori in populum.* Attic.151 a, Sylla potuit efficere ab interrege, vt dictator diceretur & magiſter equitum de Leg. 185 b, Isq; aue ſiniſtra dictus populi magiſter eſto. & 168 a, Magiſter populi equitumque.

† Syntaxis. *Magiſtrum habere. Artium liberalium magiſtri. Plato autor & magiſter intelligendi, virtutis, animi. Effector & magiſter. Perfector & magiſter. Dux & magiſter ad, &c. Societatis, ludi, ſcripturæ magiſter.*

MAGISTERIVM, rij. *magiſtri dignitas & officium, cenſura.* de Senect.86 b, Me verò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui à ſummo adhibetur magiſtro in poculo. de Prouin. Conſ. Magiſterium morum.

MAGISTRA, ſtræ. de N.10 a, Legis æternæ vis, quæ quaſi dux vitæ & magiſtra officiorum ſit. pro Sex.Roſc.30 b, Vita ruſtica parſimoniæ & diligentiæ magiſtra eſt. * de Orat.111 b, Hiſtoria teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, quа voce alia, niſi oratoris, immortalitati commendatur. de Fin.63 b, Si infantes, pueri, ſi mutæ etiam beſtiæ, penè loquuntur, magiſtra ac duce natura, nihil eſſe proſperum, niſi voluptatem. Off 26 a, Retinenda eſt huius generis verecundia, præſertim natura ipſa magiſtra & duce.

MAGISTRATVS, tus. *dignitas, honor, poteſtas, faſces, procuratio negotij & muneris publici, qui cum poteſtate eſt, qui poteſtatem gerit* de Am.108 c, Vbi eos inueniemus. qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes, amicitiæ non anteponant? pro Mure.141 b, Cato negat iudicium hominum in magiſtratibus mãdandis, voluptatibus corrumpi oportere. & 142 b, Nulla re allici mentes hominum oportere ad magiſtratum mandandum, niſi dignitate. Offi.25 a, Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereq; eius dignatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere, ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. in Verr.331 b, Ad me venit Heraclius is, qui tum magiſtratum Siracuſi habebat. Offic.30 a, Cedere ijs, qui magiſtratum habebant. pro Plan.260 b, Tum enim magiſtratum non gerebat, is qui cœperat, ſi patres autores non erant facti. pro Plan.262 a, Libertas populi in mãdandis magiſtratibus. & 272 a, Commiſſi ſunt ijs magiſtratus. Attic.279 a, Nemo Tribunus plebis, nemo alio magiſtratu, nemo priuatus autor extitit. Att.276 b, Dum vnus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. & ibidem, C. Marius factus eſt augur. contr. Rull.48 b, Legum miniſtri magiſtratus. contra Rul.71 a, Lege Curiata magiſtratum non dari, cui nullis comitijs antè ſit datus. Epiſt.40 b, Creare & gerere magiſtratum, & gerere poteſtatem. Epiſt.60 b, Atq; abeuntem magiſtratu concionis habendæ poteſtate priuauit. pro Qu.2 a, Magiſtratum æquum adhuc reperire non potui. I.T.191 a, Secuti ſunt auariores magiſtratus. Q fr.294 a, Quæ in magiſtratu vitioſè decreuerant, eodem ipſis priuatis erat iure parendum. I. A.204 b, Vt ei triennium ante legitimum tempus magiſtratus petere, capere, gerere liceat. de Leg. 184 b, Magiſtratus hæc eſt vis, vt præſcribatq; recta & vtilia, & coniuncta cum legibus: vt enim magiſtratibus leges ita populo præſunt magiſtratus: vereq; dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquẽtem, legem autem mutum magiſtratum. de Legib.190 b, Suffragia in magiſtratibus mandandis palàm ferre melius eſſet. & 139 b, Qui magiſtratu abierint, apud cenſores edant, & exponant quid in magiſtratu geſſerint. in Salluſt.274 b, Accipere magiſtratum loco prædæ. Epi.190 b, Nam quòd huc properent in magiſtratum venire cauſam non habent. * pro C.Cornel.1, Cùm is tribunus plebis duas leges tuliſſet in magiſtratu. I.V.154 a, Hoc idem *crimen* transfero in magiſtratus, curationes, ſacerdotia. & 135 a, Iam verò Cẽſores, &c. Ille enim eſt magiſtratus apud Siculos, qui diligentiſſimè mandatur à populo propter hanc cauſam. ibid. Propter magnitudinem poteſtatis hic magiſtratus à populo ſumma ambitione contenditur. I.V.262 a, Ne falſa damnatio, ne carcer, ne catenæ, ne verbera, ne ſecures, ne cruciatus ſociorum, ne ſanguis innocentium, ne denique etiam exanguium corpora mortuorum, ne mœror parentum ac propinquorum magiſtratibus noſtris quæſtui poſſet eſſe. pro Seſt.15 b, Quantam vim omnium remediorum à magiſtratibus proximis Reſpub. deſiderarit. ibid. Vt Cenſoria notatio & grauiſſimum iudicium ſanctiſſii magiſtratus tolleretur de Repub. de Legib.184 b, Magiſtratibus opus eſt, ſine quorum prudentia ac diligentia eſſe ciuitas non poteſt: quorumque deſcriptione omnis Reipub. moderatio continetur. Neque ſolum ijs præſcribendus eſt imperandi, ſed etiã ciuibus obtemperãdi modus. de Leg. 185 a, Nec verò ſolùm vt obtemperent, obediantq; magiſtratibus, ſed etiam vt eos colant, diligantq; pręſcribimus. Noſter Plato Titanum è genere ſtatuit eos, qui, vt illi cœleſtibus, ſic hi aduerſentur magiſtratibus. ibid. Magiſtratus nec obediẽtem & noxium ciuem mulcta, vinculis, verberibúsve coërcento: ni par maiórve poteſtas populúsve prohibeſſit. Ad quos prouocatio eſto, cùm magiſtratus iudicaſſit inrogaſsítve, per populũ mulctæ pœnæ certatio eſto. ibid. Minores magiſtratus periti iuris plures in prælia (*al. pluria. al. plera*) ſunto. Militiæ quibus iuſſi eruut imperanto, eorumq; tribuni ſunto. Domi pecuniam publicam cuſtodiunto: vincula ſontium ſeruanto: capitalia vindicanto: æs, argentum, aurúmve publicè ſignanto: lites cõtractas iudicanto: quodcunq; Senatus creuerit agunto. de Leg.158 b, Magiſtratum quinquennium habento *Cenſores*. Reliqui Magiſtratus annui ſunto. ibid. Omnes magiſtratus auſpiciũ iudiciumq; habento: ex ijsq; Senatus eſto. de Leg.186 a, Creatio magiſtratuũ. ibi. At ſi qd erit, quod extra magiſtratus cæratore vſus ſit qui cæret (*id eſt, curatore vſus ſit qui curet*) ibi. Rẽ populi docento: doceri à magiſtratibus priuatisq; patiuntor. ibid. Quàm breui frater in conſpectu poſita eſt à te omnium magiſtratuũ deſcriptio? & b, Magiſtratibus, ijsq, qui præſunt, contineri Rẽpub. & ex eorum compoſitione quod cuiuſque Reipub. genus ſit intelligi. ib. De magiſtratibus vt diſputes. ib. Huius loci de magiſtratibus ſunt ꝓpria quædã. de Leg.178 a, Placerétne vnũ in ciuitate eſſe magiſtratũ, cui reliqui parerent ibid. Si vnus omnibus reliquis magiſtratibus imperabit. ibi. Vt ei *Conſuli* reliqui magiſtratus omnes pareant, excepto tribuno. ibi. Quod attulit tribunus auxiliũ reliquis non modò magiſtratibus, ſed etiã priuatis. de Leg.189 b, Omnib. magiſtratibus auſpicia, & iudicia dantur. ibi. Qui magiſtratũ ceperũt. de Leg.190 b. Suffragia in magiſtratu mandãdo, &c. clã an palã ferre melius eſſet. de Leg.191 a, Sunt quatuor leges tabellarię, quarũ prima de magiſtratibus mandandis. de Leg.192 a, Nullo magiſtratu adiuuãte. de Leg. 193 a, De priuatis magiſtratibúsve audiendis *ſunt poſita*. & b, Satis iam diſputatũ eſt de magiſtrãtibus. ib. Sic animaduerto quosq; in magiſtratibus ignoratione iuris ſui tantũ ſapere, quantũ apparitores velint, ibid. Magiſtratibus lege cõſtitutis. Att.224 a, Sed vides magiſtratus, ſiquidẽ magiſtratus illi ſunt, vides tamen tyranni ſatellites in imperijs. Q. frat.298 b, Et quoniã mihi caſus vrbanã in magiſtratibus adminiſtrationem Reipub. tibi prouincialem dedit.

† Syntaxis. *Magiſtratum alicui mandare. Magiſtrum habere alicubi, gerere, committere, dare, creare, petere, capere. In magiſtratum venire. Magiſtratu abire.*

MAGNANIMITAS, tis. *magnitudo animi.* Off.31 a, Quarum vna ſit cognitions, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.

MAGNANIMVS, a, um, *vir magni animi, vir altus & excellens.* Oft.13 a, & 14 a, Vir fortis & magnanimus.

MAGNES, tis. de Diuin.98 b, Vt ſi magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrum ad ſe alliciat & trahat: at rationem, cur ita ſit, afferre nequeam.

¶ *Item qui eſt è Magneſia Theſſaliæ regione.* de Clar.149 b, Dionyſius Magnes.

MAGNIFACIO, cis. Epi.210 b, Eius libertũ Apolloniũ iã tũ equidẽ cùm ille viueret, & magnifaciebam & probabam.

MAGNI-

MAGNIGICE'. *ſplendidè*. de C.188 a, Amicè & magnificè te laudatum puto. I.V.182 b, Magnificè laudari ab aliquo. pro Qu. 17 b, & I.V.89 a, Magnificè ac ſplendidè ornare conuiuium. de Inu.77 a, Vaſa magnificè & præcioſè cælata. I. V. 214 a, Exornat amplè magnificèq; triclinium. pro Dom 236 a, Iſte habitare laxè & magnificè voluit. I. C.104 b, Magnificè vicimus. Att.284 b, Iuuat enim magnificè loqui. ad Her.31 b, Hic qui ſe magnificè iactat & oſtentat. I. A.223 a, Magnificè enim Sulpitius maiorum continentiam diligebat. Offic. 10 a, Hæc præſcripta ſeruantem licet magnificè viuere. * Att.36 a, Qui anteà ſolitus eſſet iactare ſe magnificentiſſimè illo in loco. Att.223 b, Noſtri ἥρωες quod per ſe ipſos confici potuit, glorioſiſſimè & magnificentiſſimè confecerunt.

† Syntaxis. *Magnificè ac ſplendidè conuiuium ornare. Magnificè & precioſè. Amplè, magnificeq;. Laxè, magnificeq; habitare. Magnificè vincere, loqui, ſe iactare, aliquem diligere,*

MAGNIFICENTIA, tiæ. *ſplendor*. de In.82 b, Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarũ, cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione, agitatio & adminiſtratio. Ora.204 b, Si vt in apparatu epularum à magnificentia recedens non ſe parum ſolùm, ſed etiam elegantem videri volet. pro Mur.142 b, Odit pop. Rom. priuatam luxuriam. publicam magnificentiam diligit. contra Rul. 70 b, Hoc vix eſt liberi populi, vix veſtrorum amicorum magnificentiæ. pro Qu.R.49 a, Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. de L.190 b, Lucullo obiecta eſt magnificentia villæ Tuſculanæ Tuſc.247 a, Extenuantur Magnificentia & ſumptus epularum. Off.15 a, Capeſſentibus rempublicam & magnificentia, & deſpicientia adhibẽda eſt rerum humanarum. Off.27 b, Cauendum eſt etiam, præſertim ſi ipſe ędifices, ne extra modum ſumtu & magnificẽtia prodeas. & ib. L. Lucullus, cuius quàm multi villarũ magnificentiam imitati ſunt. & 44 b, Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munenerum. de Amic, 99 b, Qui virtutem verborum magnificentia metiuntur. * de Inuen.62 a, Sæpe virtus & magnificentia, in qua grauitas & autoritas eſt, plus proficit ad miſericordiam commouendam, quàm humilitas & obſecratio. Tuſc.240 a, Cùm quidam comn emoraret in ſermone, &c. magnificentiam ædium reg arum. de Leg.168 b, In hac ille magnificẽtia rerum, &c. quàm ipſe ſe noſcet? de Leg.138 a, Sepulchrorum magnificentiam eſſe minuendam. & b, Increbuiſſe eam munerum ſepulchrorumq; magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ eſt.

† Syntaxis. *Liberalitatis magnificentia, villæ, epularum, ædium, funerum, ſepulcrorum. Extra modum ſumtu & megnificẽtia prodire. Verborum magnuficentia.*

MAGNIFICVS, tior, ſſimus. *lautus, ſplendidus, ſummo ſplendore præditus, delicatus*. I.V.87 b, Vidi forum adornatum magnifico ornatu. Qu. fr.327 b, Ludi magnificẽtiſſimi, & munus ſumtuoſum atq; magnificum. de Orat.98 a, Multæ ac magnificæ res conſtructæ ac reconditæ Epiſt.136 b, Cœna magnifica & lauta. Tuſc.240 a, Stragulum magnificis operibus pictum. Ep.195 a, Reliquiæ ſunt venationes binæ per dies quinque magnificæ. de Orat.117 a, Genus dicendi magnificum atq; præclarum. & 98 a, Cùm præclara quædã & magnifica didiciſſet. de Optim 244 a, Ii, quos nihil excelſum magnificumq; delectat. Off. 16 a, Animus excelſus & magnificus. de Diu.109 b, Magnificum etiam illud Romanisq; hominibus glorioſum, vt, &c. cõtra Rul. 82, Cętera illa magnifica pop. Rom. vectigalia. de Cla.189 a, Voce motu, forma etiã magnifica & glorioſa ratio dicendi. de Leg.169 a, Villa magnifica. Att.66 b, Illam autem baſilicam, quam locauit, facit magnificentiſſimam. Offic.45 a, L. Craſſus magnificentiſſima ædilitate functus eſt. cõtra Rul.66 b, Eſt hoc ampliſſimum, ſed illud magnificentius, quàm, &c. de Cl.175 b, Genus dicendi magnificentius & ornatius I.P. 80 a, Magnificentius eſt dicere, quemadmodum geſſerimus cõſulatum, quàm quemadmodum ceperimus. Poſtq.20 a, Senatus à quo ſæpe magnificẽtiſſimis decretis ornati ſumus. de Cl.182 b, Id melius eſt quod ſplendidius & magnificentius. pro Deiot. 147 a, Cui magnificentiſſima dona vſq; ad Numãtiam ex Aſia miſit. pro Dom.242 a, Italiæ magnificentiſſimus ille motus. * Incer. Diuinitùs exſtitiſſe illam flammam, non quæ terreſtre domicilium Iouis deleret, ſed quę ſublimius magnificentiusq; depoſceret.

† Syntaxis. *Magnificus, ornatus, ludi, munera, cœna, ſtragulum, opus, venatio, oratio, animus, vectigal, villa. Magnificum eſt dicere, quám ſplendidum ac magnificum. Excelſum & magnificum. Lautum & magnificum. Sumtuoſum & magnificum. Magnificentiſſimus Italiæ motus.*

MAGNILOQVENTIA, tiæ. Orat.215 b, Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ eſt accommodatior. Epiſt.210 a, * Ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta Εὐριπίδου.

MAGNITVDO, nis, *amplitudo, granditas, moles, vbertas*. Offic. 31 b, Metiri magnitudinem mundi. I.A. 249 b, Si maria, montes, regionum magnitudines intereſſent de Or. 86 a, Magnitudo & varietas, multitudoq; cauſarum. I.V.240 a, Genus prædandi ad magnitudinem quæſtus immenſum infinitumq; eſſe videtur. Partit.237 a, Magnitudinem animi ſuperbia imitatur in animis extollendis. Epiſt.8 a, Magnitudinem animi tui ne inflectas cuiuſquam iniuria. Epiſt. 21 b, Efficeret magnitudo & vis amoris. pro Deiot. 149 b, Eſto, concedatur hæc quoq; acerbitatis & odij magnitudo. * Protag. Indignitas voluptatis ad moleſtiam in magnitudine aut longitudine alterius vtrius poſita. * I. V. 240 a, Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum, &c. præclarum ſibi hoc remedium comparat. cont. Rull.85 a, Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum & fructuum magnitudine de Fin.99 b, Vt interit magnitudine maris Aegæi ſtilla muriæ. & 110 a, Ex quo magnitudo quoq; aimi exiſtebat, qua facilè poſſet repugnari obſiſtiq; fortunæ. & b, Quæ ab eiſdem de temperantia, de modeſtia, de magnitudine animi, de omni honeſtate dicuntur. Tuſcul.161 a, Quæ porrò tam immenſa magnitudo *eſſe poteſt*, quæ illa tam multa poſſit effingere? Off.76 a, Dicunt voluptatis magnitudinem doloris detractione fieri. Att.58 a, Virum bonum & magnum hominem, & in ſumma magnitudine animi multa humanitate temperatum, perdidimus.

† Syntaxis. *Magnitudo & vis amoris. Fructuum magnitudo: id eſt, copia. Magni mihi eſt tua laus. Magno, permagno æſtimare.*

MAGNOPRRE. *nimis opere*. Epi.20 a, Cùm has ad te quàm primùm literas magnopere perferri vellemus. Attic.66 a, Et ſi quęris, nulla eſt magnopere commota συμπάθεια. de Inu.62 b, Cum puerorum formas & corpora magno hic opere miraretur. de Legib.166 b, Gellius philoſophis magnoperè autor fuit, vt, &c. Attic. lib.13, magno opere acceſſitus. Epiſt. lib.13 Magnoq; opere abs te peto.

† Syntaxis. *Magno hic opere rogat. Magnoq; opere. Magnopere tibi ille autor eſt.*

MAGNVS, a, um. *amplus, grandis, non mediocris, non paruus, vberior, bonus, latè patens, immanis, infinitus, vaſtus, inſanus, longè lateq; patens*. de Or.104 a, Quarũ rerum fateor magnam multiplicemq; eſſe diſciplinam. de N. 51 b, Magna dij curant, parua negligunt. de Or.145 a, Hæc enim ars ſine cõtrouerſia & magna eſt, & latè patet, & ad multos pertinet, & ſummo in honore ſemper fuit, & clariſſimi ciues ei ſtudio etiam hodie præſunt. Ep.86 a, Quanquã id magnum & amplum eſt. Orat.199 b, Magnum opus & arduũ Brute conamur. cont. Rul.74 a, Magna mihi res non modò ad ſtatuendum, ſed etiam ad dicẽdum videtur eſſe. pro Mur. 125 b Mihi cum eo & vetus & magna amicitia eſt. Or.101 b. Partes magnæ & graues. Epiſto.2 a, Magna eloquentia, magna grauitas, magnum ſtudium, magna contentio. de Inuen t.43 a, Multæ & magnæ res. & ibidem: Quædam magna & ampla pars, Tuſcu.178 a, Experiar equidem, ſed magna res eſt. & 176 a, Quos enumerare magnum eſt, ita ſunt multi. pro Plãc.277 b, Decertare mihi ferro magnum fuit, &c. Qu.fr.300 b, Nam ſi te vicinis tuis anteponis, valde magnum facis. Orat. 206 a, Nos magnum feciſſemus, ſi potuiſſemus, &c. de Natur.59 b, Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. & ibidem: Magnis viris proſperè eueniunt ſemper omnes res. pro Quint. 17 a, Artes, quibus tu magnus es, tibi concedo. Offic.36 a, Dicæarchus peripateticus magnus & copioſus. pro Muren. 139 b, Neque diſputandi cauſa vt magna pars, ſed, &c. de Inuent.82 b, Augere aliquid & maius facere. de Cla.184 b, M. Druſus tuus magnus auunculus. Offic.66 a, In his magni iudicis eſt, ſtatuere quid ſit æquũ. de Leg.192 a, Quorum generum in vtroq; magnus noſter Cato eſt. 10. Fam. Magnus Conſul & Conſularis. 2 de Natur. deor. Magnus locus: *id eſt, amplam præbens materiam*. 4 in Ver. Numerus frumenti magnus. 6. Atticor. Magnus prætextatus illo die fui. 2. ad Quint. fr. Magnus in primis. pro Dom. ſua, Magna cauſa. 2. de Orat. Magna Græcia. de Aruſ. reſp. Magna natio. 11. ad Attic. Magna pecunia. pro Deiot. Magna procuratio. 2 de Natur. deor. Magna quæſtio eſt. 2 de Orat. Magnum caput. 3 Philip. Magnum conſilium. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Magnum ingeniũ L. Luculli. 1. Academ. Magnum opus in manibus habeo. 2 ad Att. Magnum quid & multę cogitationis atq; ocij. Tuſculan. quęſt. lib. 4. Quid enim videtur ei magnum, cui æternitas omnis, totiusq; mundi nota ſit magnitudo? 2 Acad. Magnum eſt efficere, vt quis intelligat, quid ſit illud verum & ſimplex bonum. Off. 1, Magnũ eſt eadem habere monumenta maiorũ iiſdẽ vti ſacris, ſepulcra habere communia. de Amic. Magnũ eſt in amici-

amicitia,ſuperiorem parem eſſe inferiori. 14 ad Att. Quicquid erit,non modò magnum,ſed etiam paruum ſcribes. 1. ad Qu.frat. Nam ſi te interioribus vicinis tuis,Cilicenſi & Syriaco, anteponis, valde magnum facis. 11.Fam M.Bruti & Caſſij, Magnum atque honeſtum te eſſe. 2.de N.d. Magnum annum dicunt mathematici, quo ſeptem ſidera errantia expletis proprijs curſibus ſibimet concordant. 2. de N. d. Si domum magnam pulcramque videris. 4 Tuſc. Chryſippus & Stoici cùm de animi perturbationibus diſputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati ſunt: *id eſt, magna ex parte*. 5 Famil. Nullam rem neque tam magnam neque tam paruam putet, quæ,&c. 3 de Le. A magno homine & in primis erudito Panætio tractata. 3 de Finib.Stabili & firmo & magno animo vir. 5 ad Attic.Magno timore eſſe. 1. Tuſcul. Aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus,&c. pro Cec. Magna voce confiteri. 5 in Verr.Magni aratores. in Piſon.Magni ludi. 3. de Leg. Magni in rep. viri. Part. Magna quæ videntur, in duplici genere ſunt. Or. Magnis ſæpe rectiſſimè parua conferuntur.

MAGNI eſſe, *& id genus*. Ep.lib.15 b,Magni erant mihi literæ tuæ. Attic.lib.10.& Famil.lib.16.Non poſſum diſſimulare mihi famam quoque quamuis ſit falſa, magni eſſe. de Nat. lib.1,Magni intereſt ad decus & laudem ciuitatis.

MAGNO. *magno precio*.)(.*paruo*.pro Q.R.50 b,Magno tuā dimidiam partē decidiſti. con.Rull.73 a, Ement agros quos volent,& quàm volent magno. Att. 15 b,De aliquo cōducere nimiùm magno. I. V. 202 b, Quid? tu iſta permagno æſtimas? in Ver.163 a,Magno vendidiſti *decimas*.

† Syntaxis. *Magnū & amplum. Magna & multiplex diſciplina. Magnum quater cum ſubſtantiuis repetitum. Non magna res eſt. Magnum eſt audere,&c. Valde magnum facis,ſi.Hac arte tu magnus es.Id ago,vt magna pars,quo,&c. Magnum & honeſtum te eſſe volo.Scribe quicquid eſt,vel magnum vel paruum.*

MAGVS,gi. de Diu. 90 a, Ei Magos dixiſſe, quod genus ſapientum & doctorum habebatur in Perſis. de N.10 b, Portenta magorum Aegyptiorumq; dementia. * Tuſc. 171 b, Magorum mos eſt,non humare corpora ſuorum, niſi à feris ſint anteà laniata. de Diuin 90 a, Quæ Magi Cyro illi principi interpretati ſunt.& b, Clamitaſſe Magos, peſtem ac perniciem Aſiæ proxima nocte natam. Hæc de Iudis & Magis.de Diuin.99 a,In Perſis augurantur & diuinant Magi,qui congregantur in fano commentandi cauſa atq; inter ſe colloquendi. ibid. Nec quiſquam rex Perſarū poteſt eſſe, qui non antè magorum diſciplinam ſcientiamq; perceperit. de Leg.174 b, Nec ſequor Magos Perſarū, quibus autoribus Xerxes inflammaſſe templa Cræciæ dicitur.

MAIALIS,lis. *verres caſtratus*. Cicero apud Iſidorum lib. 2. cap.31, Conſulem quærebam,quem in iſto maiali inuenire non poterā. * *Apud Cic.pro Seſt.83 b,legitur: in hoc animali.*

MAIESTAS,tis. *imperium,ſumma amplitudo,dignitas*. de Orat. 123 b, Maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit,qui,&c. de Inuen.69 a, Maieſtatem minuere eſt aliquid de rep cùm poteſtatem non habeas,adminiſtrare. de Orat. 127 a, Lex Apuleia, qua qui maieſtatem minuiſſet, capitis pœna afficiebatur. pro Rab.90 b,Vt illud ſummum auxilium maieſtatis atq; imperij de repub.tollatur.& 94 a, Vt imperium populi Romani, maieſtasq; conſeruaretur. pro Cor. 62 a, Seruare & conſeruare maieſtatem populi. de Orat.118 b,Maieſtas ab aliquo imminuta. de D.97 Dij non cenſent eſſe maieſtatis ſuæ,prę ſignificare hominibus quæ ſunt futura. & 98 a, Neq; hoc alienum ducunt maieſtate ſua. de Nat.41 b, Suſtinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minimè cadit in maieſtatem deorū. I.P.84 b, Magnum nomē eſt,magna ſpecies,magna dignitas, magna maieſtas conſulis. I. A. 157 a,Qui maieſtatem populo Rom.per vim minuerit. de Am.113 b, Quanta illa fuit grauitas? quanta in oratione maieſtas? * Attic.43 a, Abſolutio maieſtatis.ibid. Maieſtatem augeo.ibid.Eſt maieſtas, vt Sylla voluit, ne in quemuis impunè declamari liceret. & b, Maieſtatis iudicium. pro S.Roſc.27 a,Quid eſt aliud iudicio,ac legibus,ac maieſtate veſtra abuti ad quæſtum? Acad.30 b, Cuius diuinæ ſolertiæ vos maieſtatem deducitis vſq; ad apum formicarumq; perfectionem.

† Syntaxis. *Maieſtatem minuere. Alienum hoc eſt maieſtate ſenatus.Species,dignitas,maieſtas.Grauitas,maieſtas.*

MAIOR,ius. Top.222 b, Quod in re maiore valet: valeat idem in minore. Qu.fr.303 b,Quem ego vt fratrem maiorem verebar. de Leg.174 a, Prorſus maiorem quidem rem nullam ſciſcam aliter:in minoribus,ſi voles,remittam hoc tibi.Tuſcul.160 b,Qui in aliquo maiore ſtudio & arte verſantur. de D. 86 a, Nihil ferè quondam maioris rei niſi auſpicatò gerebatur.& 119 a, Eius aſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit. Att.124 a,Balbus maior,& Balbus minor. Par.117 b,Africanus maior, & Africanus minor. de Am. 96 a, Cato maior. Off.3 b, Quæ cura exuſcitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. Tuſc.187 a,Qui volunt exclamare maius, toto corpore contentioni vocis aſſeruiunt. de Or. 86 a,Maiore delectatione,ſpe vberiore,præmijs amplioribus ad perdiſcendum commoueri.& 93 a, Studio acriore, ocio ac facultate diſcendi maiore, ac maturiore, & labore atq, induſtria ſuperiore. * Cat.Vt maiora omnia re quàm fama viderentur. pro Cæl.38 a,De dignitate Cælius notis ac maioribus natu etiam ſine mea oratione tacitus facilè ipſe reſpondet.ibid.Maiores honores. Off.22 a, Audiui ex maioribus natu.



† Syntaxis. *Vt frater maior mihi es.*

MAIORES,orum. *patres, ſuperiores.*)(.*poſteri, poſteriores*. I. A. 188 b,L.Philippus vir,auo,patre,maioribusq; ſuis digniſs. 1 de Fin.Quales eius maiores fuiſſent. 1 Off.Maiores imitandi,at non eorum vitia. 1 ad Q. fr. Maiores noſtri libertis ſuis nō multo ſecus ac ſeruis imperabāt. 13 Fam. Maiorum ſuorum autoritate ſatis cōmendati fidei tuæ. 5 Fam. *Q.Metelli*,Maiorum noſtrorum clementia. 15 Fam.Ex maiorum dignitate eum honorem à te adminiſtrari. 3 de Leg. Maiorum exempla noſſe debet Senator. 13 Fam. Maiorū mos. 1 Attic. Maiorum more ſine fuco ac fallacijs. ad Oct. Maiorum noſtrorum ſepultæ reliquiæ. 12 Fam. Maiorum ſimilem aliquaudo fore populum Romanum. 2 de Leg. Maiorum noſtrorum hîc multa veſtigia. in Sal. Ego meis maioribus virtute mea præluxi. * de Iur. ciuil. Nec verò ſcientia iuris maioribus ſuis Q.Aelius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. ad Heren. 8 a, Maiores veri inueniendi cauſa tormentis & cruciatibus voluiſſe quæri. ibid. Maiores voluiſſe certis in rebus interponi quæſtiones. I.V. 65 b, Maiorum conſuetudo longo interuallo repetita atq; relata. ibid. Cuius conſuetudinis atq; inſtituti patres maioresq; noſtros non pœnitebat. Offi.8 b,Hoſtis apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. de Sen. 86 b, Benè maiores accubationem epularem amicorum conuiuium nominârunt.

† Syntaxis. *Patres,maioresq;. Pater,auus,maiores.*

MAIVS,iæ. Att.205 a,Ille dies negabat eſſe menſe Maio. & I.A.176 b,Maiæ Calen Att.41,Idus 41,nonæ 60.

MAIVSCVLVS,a,um. *grandior*. Epiſt.131 b,In aliqua maiuſcula cura negocioq; verſari.

MALA,læ. *maxilla*. Orator.163 a, Vt meos malis miſer manderem natos. *poetæ*.

MALE`. *prauè, nequiter, incommodè, vitioſè, improbè, mala ratione*. Att.237 a, O` factum malè de Alexione. & 261 b, de Orat. 137 b,Malè enim ſe res habet, quæ,&c. de Senect.80 b, Vt Carthagini malè iamdiu cogitanti bellum inferatur. pro Mur. 139 a, Erraſti aliqua in re, malè dici putat Cato. de Sen.81 b,Malè rē gerere. I.C.109 a,Malè gerendo negocio. pro Quin.16 a,Qui cum omnibus creditoribus malè agat. & 9 b,Qui permulta malè agendi cauſa fraudandiq; fecerunt. de Clar. 172 a, Malè mulctatus. Orat.212 a, Malè ſonabat ijſdem. Attic.222 a,Non dubito,quin me malè oderit. pro Sex Roſc 42 a,Aliquem malè locutum eſſe. Attic. 84 b,& pro Cæl.45 b,& Attc.17 a,Malè audire.

MALEA *ſiue* MALEAE. *Laconiæ promontorium*. Epi.55.Sulpit.

MALEDICE`. Offi.27 a,Cùm de abſentibus maledicè contumelioſeq; dicitur.

MALEDICO,cis. *maledictis figo, carpo, rodo, vellico, obtrecto, detraho, morbo procacitatis vtor, petulantiſſima lingua aliquem conſector, malis onero*. de Orat.137 a,Si quis alteri maledicit, petulans videtur. de Nat. 20 a, Epicurus Phædoni Socratico turpiſſimè maledixit. pro Cæl.39 a, Petulanter maledicere alicui. pro Seſtio 20 b, Maledicito homini Reatino. de Or 155 b, Pericles,in cuius labris veteres comici etiā cùm illi maledicerent(quod tum Athenis fieri licebat)lepòrem habitaſſe dixerūt. pro Deiotaro 249 a, Non debebas optimo viro fugitiui ore maledicere. pro Cæl.38 b, Aliud eſt maledicere, aliud accuſare. in Sall.275 a, Is demum maledicit,qui non poteſt ab altero verum audire. Epi.85 a,Cuius ſumma criminis hæc eſt,quòd armatus aduerſario maledixi.& 38 a,Si quiſpiam maledicit.

† Syntaxis. *Turpiter alicui maledicere. Petulans alteri maledicit. Ore fugitiui alicui maledicere.*

MALEDICTIO,onis. pro Cælio 38 a, Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam.

MALEDICTVM,cti. *conuicium, probrum, contumelia*. pro Mur. 126 b,Saltatorem appellat L.Murenam Cato. Maledictū eſt,ſi verè obijcitur,vehemētis accuſatoris. ibi. Maledicto nihil in hiſce rebus loci eſt, quòd omnia laus occupauit. Qu.fr.380 a,Cùm omnia maledicta,verſus etiā obſcœniſſimi,in Clodiū & Clodiam dicerentur. pro Cluent.30 b,In maledicti vel criminis loco aliquid alicui obijcere. pro Fl. 147 b, Maledictum omne, non modò crimen effugit. pro Flac.156 b, Aliquē probris omnibus maledictisq; vexare. At.175 b,Omnia in aliquē maledicta cōferre. pro Syl.171 b,

Verbi

Verbi inuidia contumeliaq; maledicti. de Nat.20 a, Epicurus omnes figebat maledictis. de Cl.180 a, Aliquis cum aculeo & maledicto facetus. pro Cæl. 40 a, A' maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio eſt noſtra delapſa. Antequam. 165 a, Sed quid ago plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos ſceleratè loquar factis? pro Do. 232 a, Extinctum iam eſt illud maledictum crudelitatis. I. A.256 a, Quem ego inuſtum veriſſimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ ſempiternæ in Vat. 30 a. Cùm tu mihi Cornelij defenſionē in maledicto obijciendam amputâris. pro Planc.265 b, Nec vlla alia cōiecta ſunt maledicta in eius vitam. & 266 a, Maledicta in aliquem aſperè & ferociter & liberè dicta. Brut.287 a, Tantumque is tribuit huic indulgentiæ, vt ſe male dictis non abſtineat. * pro Planc.271 a, Nihil eſt tam volucre quàm maledictū: nihil facilius emittitur: nihil citius excipitur: nihil latius diſſipatur. pro Planc. 271, Fons maledicti. pro Cæl. 38 b, Quod omnium accuſatorum nō criminibus, ſed vocibus maledictisq; celebratum eſt. Ibid. Sunt iſta maledicta peruulgata in omnes.

† Syntaxis. *Dicere maledicta in aliquem. In maledicti loco aliquid alicui obijcere. Probris & maledictis vexare. Maledicta conferre in aliquem. Maledictis figere, inurere. Conijcere maledicta in. Dicere maledicta ferociter in aliquem.*

MALEDICVS, ci, ſſimus. *obtrectator, mordax, petulans, procax, habens aculeos, momus.* pro Flac. 160 b, In tam ſuſpicioſa & maledica ciuitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. pro Cæl. 45 b, At fuit fama, quotuſquiſq; eam effugere poteſt in tam maledica ciuitate? ad Heren. 8 a, & de Fin.61 b, Homo naturâ maleuolus & maledicus. pro Mur. 126 b, Maledicus conuiciator. Att.17 a, Publicanus maledicus. pro Flac. 14S b, Qui in maledicentiſſima ciuitate omne crimen effugit.

† Syntaxis. *Maledicus conuiciator.*

MALEFACIO, cis. *malè mereor, perniciosè mereor.* Epiſt.177 b, Dij iſti Seguleio malefaciant.

MALEFACTVM, cti. Offic.64 a, Beneficia malè locata, malefacta arbitror. de Inuent.75 b, Deinde aduerſarius malefacta augebit.

MALEFICIOSE'. *malitiosè, nefariè.* pro Cec.288 b, Cùm hoc nouæ litis genus tam maleficiosè intenderet.

MALEFICIVM, cij. *malefactum, damnum.)( gratia.* pro Cæl. 53 a, Beneficij memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati. pro Planc. 268 b, Noli maleficium putare eſſe gratiam.

¶ *Scelus, peccatum.* pro Cæl.48 b, Perficiendi & occultandi maleficij ſpes in Ant.196 b, Conſcientia maleficiorū. pro S. R. 20 a, Supplicia pro maleficijs ſuis metuere. pro Cec. 304 a, Maleficium exilio multatum. & 286 a, Punire maleficium. ad Her. 7 b, Qui indicet aut factū eſſe maleficium, aut à quo factum ſit. de Inu.61 a, Non factitatum eſt, ne à barbaris quidem hoc maleficium. pro S.R.28 b, Committere maleficium, & admittere maleficium. * ad Heren.6 b, Cauſa eſt ea, quæ induxit ad maleficium, commodorum ſpe, aut incommodorū euitatione: vt cùm quæritur, num quod commodum maleficio acquiſierit, num honorem, num pecuniam, num dominationem. ibid. In ſuſpitionem maleficij deuocari. ad Heren. 7 a, Ab eo maleficium non abeſſe. & 10 b, Si plura aut maiora officia quàm maleficia videbuntur conſtare. ad Her.11 b, Omnes illa, quæ multò maxima ſunt maleficia, aliquo certo emolumento inducti ſuſcipere conantur. ibid. Iſtum à maleficio propter acerrimam formidinem non temperaſſe. ibid. Qua *cauſa* inductus Vlyſſes acceſſerit ad maleficium. ad Heren.12 a, Malunt maleficio parare diuitias, quàm officio paupertatem tueri. ibid. Duæ res ſunt, iudices, quæ omnes ad maleficium impellunt, luxuries & auaritia. & b, Auaritia hominem ad quoduis maleficium impellit. de Inuen. 75 b, Aut illa omnia *beneficia* maleficijs eſſe deleta, aut leuiora beneficia quàm maleficia, aut cùm beneficijs honos habitus ſit, pro maleficio pœnam ſumi oportere. & 76 a, Locus communis erit indignatio maleficij. pro S.R. Roſc.20 b, Omnes hanc quæſtionem te prætore de manifeſtis maleficijs quotidianoque ſanguine haud remiſſius ſperant futuram.

† Syntaxis. *Conſcientia maleficiorum. Committere & admittere maleficium.*

MALEFICVS, a, um. *reus, malè meritus.* ad Her.17 a, I.V.265 a, In maleficorum ſceleratorumq; cuſtodias tu tantum numerum ciuium Rom. includere auſus es? Tuſc.239 b, Vir maleficus naturâ & iniuſtus. de Leg. Quæ ſuperbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aſpernatur.

MALEMERITVS, a, um. Poſtquam. 203 a, Malemeritis referre quod debeas. ad Heren. 17 a, Vlciſci malemeritos oportet. * *Fortè rectiùs duabus dictionibus hoc legitur, vt & ſequentia aliquot.*



MALEOLENS, tis. de Ora.132 a, At in maleolentem video me à te circumueniri.

MALEPACATVS, a, um. Att.79 b, Ager malepacatus.

MALEPRECOR, ris. *execror.* I. P. 86 b, Vtrum tandem bono viro & ſapienti optabilius putas, ſic exire à patria, vt omnes ſui ciues ſalutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit: an, quod tibi proficiſcenti euenit, vt omnes execrarentur, male precarentur, vnam tibi illam viam & perpetuam eſſe vellent?

MALESENTIENS, tis. I. P. 81 a, An poteſt eſſe vlla excuſatio, non dicam maleſentienti, ſed, &c.

MALEMATERIATVS *ex mala materia factus.* Offic.62 b, Aedes malemateriatæ.

MALEVESTITVS, a. I. P. 92 b, Ipſe cum hominibus quindecim maleueſtitis ad portam Cœlimontanam ſitiēs peruenerim.

MALEVOLENTIA, tiæ. *mala gratia.* Tuſc.213 a, Maleuolentia eſt voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo. Q. fra.298 b, Poſteriorum erit verius iudicium, obtrectatione & maleuolentia liberatum. Epi.16 a, Noui animum tuum tum mihi amiciſſimum, tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum. pro Pl. 263 b, Vicinitas non infuſcata maleuolentia. pro Cor.58 a, Deprecandæ maleuolentiæ cauſa. Epiſtol. 2 a, Senatus religionis calumniam non religione, ſed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia cōprobat. * Tuſcul. 212 b, Voluptati *ſubiecta ſunt,* maleuolentia lætans malo alieno, &c.

Syntaxis. *Maleuolentia ſuffuſus in omnes. Infuſcatæ maleuolentiæ ſocietates.*

MALEVOLVS, a, um. *in aliquem maleuolentia ſuffuſus.* Epiſt. 29 a, Ille ſi omnibus eſt maleuolus, minus offendor in me. ad Heren. 8 a, Homo naturâ maledicus & maleuolus. pro Cor.66 b, Vt maleuolorum, iniquorum, inuidorū animos frangeremus pro R.P. 129 a, Tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſthumi nomen. pro Q. R. 50 b, Quoniam tam naturâ maleuolus es. Q. fr.308 a, Cato auditus eſt magno ſilentio maleuolorum Epiſt.42 b. Sed ne ſummorum quidem hominum maleuolis de me ſermonibus crederet. Attic.101 a, Cato in me turpiter fuit maleuolus. pro Deio. 150 a, Exturbandis maleuolorum ſermunculis hæc collecta ſunt.

† Syntaxis. *Maleuoli, iniqui, inuidi. Cunctis maleuolus. Maleuolus. Maleuolorum ſermunculos exturbare.*

MALITIA, tiæ. *fraus calliditas.* de Nat.75 a, Malitia eſt verſuta & fallax nocendi ratio. Tuſcul.216 a, Virtuti contraria eſt vitioſitas. ſic enim malo, quàm malitiam appellare, quam Græci κακίαν vocant. nam malitia certi cuiuſdam vitij nomen eſt, vitioſitas omnium. pro Quin.10 a, Per ſummam fraudem & malitiam fingere aliquid. pro Clar. 32 a, Ad omnem malitiam & fraudem mentem ſuam verſare hæc ſecum cogitans cœpit. I. V. 135 b, Hæc verò eius erat ars & malitia miranda. pro Q. R. 48 a, Supercilia illa raſa olére malitiam, & clamitare calliditatē videntur. pro Cec. 285 a, Id malitia iam eſt vſitatum. de Diu.198 a, Leuitate, vanitate, malitia excluſa vanitatem probo. & 114 a, Teſtes aut caſu veri, aut malitia falſi fictiq; eſſe poſſunt. Epiſt.138 a, Tamen à malitia non diſcedis. ad Hen.18 a, Vtile putamus ab omnibus vnicam maliriam atque nequitiam cognoſci. Partit.236 b, Prudentiam malitia imitatur. Atr.211 b, Cohæredes, à quîs ſini te opprimi malitia eſt. Offic.13 a, Inſidijs & malitia laudem eſt adeptus. & 34 b, Hi ſæpe verſutos homines & callidos admirantes, eorum malitiam ſapientiam iudicant. Offi.43 b, Omnis opinio ad eam ſpeciem traducenda, vt honeſtis conſilijs iuſtisq; factis, non fraude & malitia ſe intelligant ea quæ velim, cōſequi poſſe. * de Inu.75 b, Omnia ex crudelitate & malitia facta dicet. & 76 a, Qui propter fortunā, non propter malitiam in miſerijs ſint. de Or.157 a, & Or.212 b, Num non vis huius me verſutiloquas malitias. *poëtæ.* pro Q. Roſc.52 b, Ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, Dij immortales hominibus iraſci & ſuccenſere cōſuerunt. de Fin. 118 a, Quia nulla ſit in dolore nec fraus, nec improbitas, nec malitia, nec culpa, nec turpitudo. & 121 b, Ex ea difficultate illæ fallacis loquentiæ (vt ait Accius) malitiæ natæ ſunt. Offic. 66 a, Aſtutiæ tollendæ ſunt, eaque malitia, quæ vult quidem videri ſe eſſe prudentiam, ſed abeſt ab ea diſtatque plurimum. ibid. Malitia mala bonis antepo nit. Nec verò in prædijs ſolum ius ciuile ductum à natura malitiam fraudemq; vindicat. ibid. Nec vlla pernicies vitæ maior inueniri poteſt, quàm in malitia ſimulatio intelligentiæ. Attic.249 a, Niſi tua malitia affuiſſet.

† Syntaxis. *Verſuta & fallax malitia. Perfidia & malitia inſidioſa. Per fraudem ſummam & malitiam fingere. Ars & malitia. Malitia & calliditas. Fraus, improbitas, malitia. Diſcedere à malitia. Malitia & nequitia vnica. Malitia vult videri ſe eſſe prudentiam. Inſidiæ & malitia.*

MALI-

Malitiosè. *callidè, ſubdolè, verſutè.* I.V.135 a, Nihil ſanè vafrè, nec malitioſè facere conatus eſt. Orat. 215 b, & ꝓ Sex. Roſc. 36 b, Etiam ſi in eligendo fecit malitioſè. ad Heren. 2 a, Clodium nihil arbitror malitioſè, quanquam ſceleſtè quidem egerit. Offic. 64 a, Doloſè aut malitioſè agere aliquid.

Malitiosus, a, um. *verſutus, callidus, aſtutus, fallax, tectus, obſcurus, veterator.) (. apertus, ſimplex, ingenuus, iuſtus, bonus.* Offic. 7 b, Exiſtunt etiam iniuriæ ſæpe calumnia quadam, & nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione. de Republ. lib. 3, Non ſunt in diſputando vafri, non veteratores, non malitioſi. pro Qu. 10 b, Num malitioſum negas fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi. * Offic. 63 a, Certè non aperti, non ſimplicis eſt, non ingenui, non iuſti, non viri boni: verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. & 66 b, Malitioſæ blanditiæ officiorum.

†Syntaxis. *Doloſè & malitioſè. Vafrè & malitioſè. Vafer, veterator, malitioſus.*

Malleolus, li. *ſurculus eſt, vitis præſertim, vtrinque capitatus.* de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines, nónne ea efficiunt, vt quemuis admiratione delectent.

¶ *Item manipulus ſparteus, pice contectus.* I. A. 203 b, Malleolos ad incendendam vrbem faſceſq; comparare. pro Mil. 113 b, Domus ſcutis referta, plena omnium malleorum ad vrbis incendia comparatorum.

Malo, uis. *magis volo.* Att. 193 a, & de Clar. 181 a, Meo iudicio multò ſtare malo quàm aliorum. Attic. 122 b, Malo, me cum Pompeio vinci, quàm cum iſtis vincere. & 211 a, Scripta noſtra nuſquam malo eſſe, quàm apud te. Tuſcul. 170 a, Næ ego haud paulò hunc animum malim, quàm omnium fortunas. de Fin. 98 a, Quis non multis partibus malit? Att. 84 b, Noli putare me quicquam maluiſſe, quàm vt mandatis tuis ſatisfacerem. & 112 a, Cato ipſe iam ſeruire quàm pugnare mauult. de Diuin. 113 a, Euanuiſſe mauultis, &c. pro Qu. 2 a, Prætor iudicium prius de probro, quàm de re maluit fieri. pro Planc. 271 b, Ego illi omnia malo quam mihi. Att. 32 a, In hac re malo vniuerſæ Aſiæ & negociatoribus. Att. 229 a, Tamen arbitror malle te quietam ſenectutem potius agere quàm ſolicitam. Orat. 221 a, Nequire, pro non quire: malle, pro magis velle: nolle, pro non velle. Att. 86 b, Multò enim malo hunc à Pontidia, quàm illum à Seruilia. & 246 b, Domi enim manere ſi rectè poſſum, multò malim.

† Syntaxis. *Multò malo ſcribere, quàm. Multis partibus id malo. Potius malè dicere, quàm.*

Malva, uæ. *herba ſatis cognita.* Epiſt. 107 b, A' Beta & malua deceptus ſum.

Maluginensis, ſe. de Or. 133 a, M. Scipio Maluginēſis.

Malum, li. *pomum.* * Ep. 124 a, Num tibi noſtri milites malis orbiculatis eſſe paſti videntur?

Malum, li. *damnum, incommodum, detrimentum, peſtis in malis.* de Orat. 106 b, Quàm ſit bellum cauere malum, omnes etiam nullo docente ſcimus. I. A. 182 a, Seruire eſt poſtremum malorum omnium. I. V. 198 b, Minima malorum eligenda. Offic. 72 b, Minima de malis. Tuſc. 164 b, Mortem non eſſe in malis. Oc. 330 b, In duobus malis cùm fugiendum maius ſit, minus eſt eligendum. Attic. 107 b, Quod horum malorū, quorum aliquod certè ſubeundū eſt, minimum putes. in Ant. 200 b, Omne malum naſcens facilè opprimitur, inueteratum fit plerunq; robuſtius. ꝓ Dom. 215 b, Medicina, quæ & illud natiuum malum, & hoc delectum ſanare poſſet. pro Planc. 266 a, Libertas malis oppreſſa ciuilibus, iam extollere caput, & aliquando recreata ſe erigere incipit. in Ant. 169 a, Cùm tanta mala florentiſſimæ familiæ ſedaui, vel potius ſuſtuli. de Diu. 115 a, Semina malorū. de Amic. 97 a, Nihil mali accidiſſe Scipioni puto. Att. 83 b, Commemorat, quid etiam mali C. Iulius fecerit, cū, &c. I. A. 153 b, Cùm ſerperet in vrbe infinitum malum. Ep. 138 b, Malis onerari. Att. 100 b, Virum bonum oportet eſſe, ne malum habeat. de L. 164 a, Sed quod metuat ne emanet: id eſt, ne malū habeat. Tuſc. 152 a, Infinitum quoddam & ſempiternum malum haberemus in vita. & 166 a, Qui nihil mali habeat. ex Aſc. 85 a, Dare malū altè Metellus Coss. de Leg. 187 a, Magnum dicis malū: nam, &c. & 188 b, Sed eſt iniqua in omni re accuſanda prætermiſſis bonis malorū enumeratio. * Tuſc. 223 a, Neq; ita cœlitum inuectum malum, quod non natura humana patiendo ferat. Tuſc. 195 b, Mali opinio. ibid. Hæc duo genera voluptas geſtiens & libido, bonorum opinione turbātur: vt duo reliqua, metus, & ægritudo malorū. Nam & metus opinio magni mali impendētis: & ægritudo eſt opinio magni mali pręſentis: & quidem recens opinio talis mali, vt in eo rectum videatur eſſe angi. Tuſc. 196 a, Hæc mala ò ſtultiſſimè Accata ipſe tibi addidiſti: Non erant in his, quæ tibi caſus inuexerat: & quidem inueterato malo. Tuſcul. 196 b, Vt magnum quoddam malum adeſſe & vrgere videatur. ibidem. Quicunque intueatur in aliquod maius malum, ſi id ſibi accidiſſe opinetur, ſit continuò in ægritudine. Cyrenaici non omni malo ægritudinem effici cenſent: ſed inſperato nec opinato malo. Eſt id quidem non mediocre, ad ægritudinem augendam. ibid. Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longè antè videris. ibidem. Aut ſemper aliquam molem meditabar mali. Tuſcul. 197 a, Non eſt dubium, quin omnia, quæ mala putentur, ſint improuiſa grauiora. & b, Malum illud opinionis eſſe, non naturæ. Si enim in re eſſent, cur fierent prouiſa leuiora? ibid. Qui ſe in malis eſſe arbitrantur, ſiue illa antè prouiſa & expectata ſint, ſiue inueterauerint. Nam neque vetuſtate minui mala: nec fieri præmeditata leuiora, ſtultamque etiam eſſe meditationem futuri mali, aut fortaſſe ne futuri quidem. Satis eſſe odioſum malum omne, cum veniſſet. ibid. Et fieri illud ſempiternum malum. ibid. Ita ſemper angi, aut accipiendo aut cogitando malo. Tuſculan. 198 a, Nullum malum eſſe niſi culpam. ibid. Cùm à contuen dis nos malis auocat. ibid. Iubes me bona cogitare: obliuiſci malorum. Offic. 72 b, Num igitur tantum mali turpitudo iſta habebit? Paradox. 117 a, Poteſtne bonum cuiquam malo eſſe? Epiſtol. 79 b, Non eſt pro malis temporum quod moleſtè feras. Att. 115 a, Tanta malorum impendet Ilias.

† Syntaxis. *Minima malorum eligenda. In malis mors non eſt. Malorum Ilias. Sedare mala, tollere. Malum ſerpit infinitum. Onerari malis. Malum habere in vita. Altè malum dare Dicere magnum malum.*

Malum. *vox per interrogationem inter alia interiecta verba, indignationem ſignificat.* Offic. 44 a, Quæ te (malum inquit) ratio in iſtam ſpem induxit? vt, &c. in Ant. 155 b, Quæ nam (malum) eſt iſta voluntaria ſeruitus? & 228 a, Quæ (malum) eſt iſta ratio? in Verr. 117 a, Quæ (malum) iſta fuit amentia? pro Quin. R. 54 a, Quæ (malum) ſtultitia fuit.

Malus, a, um. de Am. 97 a, Offic. 59 b, Philoſophi quidam minime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti. I. P. 95 a, Ariſtarchus, qui notam apponebat ad malum verſum. & ibid. Malus poëta. de Nat. 75 a, Iudicium de dolo malo, & de fide mala.

Malus, li. *quam nauis arborem vocant.* I. V. 253 b, Cleomenes malum erigi, vela fieri, ancoras præcidi imperat. de Senect. 80 b, Cùm alij malos ſcandant, alij per foros curſent. de Orat. 159 b, * Quid tam in nauigio neceſſarium, &c. quàm mali, quàm reliqua? quæ tamen hanc habent in ſpecie venuſtatem, vt non ſolùm ſalutis, ſed etiam voluptatis cauſa inuenta eſſe videantur. in Arat.

*Sic conuerſa vetus ſuper æthera vertitur Argo,*
*Atq; vſq; à prora ad celſum ſine lumine malum,*
*A' malo ad puppim cum lumine clara videtur.*

Mamers, tis. *oppidum Siciliæ, nunc Meſſana, vnde Meſſanenſes & Mamertini ijdem.* in Verr. 268 b.

*Mamertinus, a, um. I. V. 111 a, Mamertina ciuitas. I. V. 200 b, Cum apud tuos Mamertinos inueniare, improbiſſima ratione eſſe prædatus.

Mamma, mæ. *vber.* de Nat. 52 a, Quæ *animantia* multiplices fœtus procreant, ijs mammarum data eſt multitudo. & ibid. Quæ paulo antè nata ſunt, ſine magiſtro, duce natura, mammas appetunt. de Diu. 126 a, Puer lactens, in gremio matris ſedens, mammam appetens. de Finib. 94 a, * Membrorum alia videntur propter eorum vſum à natura eſſe donata, & c alia nullam ob vtilitatem, quaſi ad quēdam ornatum, vt, & c. viris mammæ atq; barba.

Manceps, pis. *qui conducit, vel emit aliquid publicum.* in Ver. 60 a, Mancipes à ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt. & 187 a, Cùm frumentum ex decumis Romam mancipes aduexiſſent. & 140 b, Quid ageret cœpit cogitare: ſi opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe. pro Dom. 223 a, Poſtremò ne in prædæ quidem ſocietate mancipem aut prædonem ſocium reperire potuiſti. pro Sex. Roſc. 21 b, Hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps ſit Chryſogonus. Attic. 18 b, Delegatio à mancipe annua die. * I. V. 187 b, Mancipes in iſtis rebus eſſe verſatos: mancipes frumentum improbaſſe: mancipes pretio cum ciuitatibus decidiſſe: & eoſdem abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abſtuliſſe: deinde ipſos ſibi frumētum coëmiſſe. ibid. Mancipibus poteſtatem probandi improbandiq; permiſi: mancipes à ciuitatibus pecunias extorſerunt: ego autem quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi. Attic. 87 b, Veſtri enim credo graues habent *iudices*, Turpionem ſutorium, & Vectium mancipem.

Mancipatus, a, um. *ſubiectus, in alterius traditus poteſtatem, aſtrictus.* de Senect. 84 a, Senectus honeſta eſt, ſi ſeipſa defendit,

fendit,ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt.in Ant. 170 a, Tum iſte venditum atq; mancipatum tribunatum conſilijs veſtris oppoſuit.

**Mancipi.** *res omnis quæ abalienari poteſt.* Topic. 223 a, abalienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.

**Mancipivm**, pij. *ſeruitus, res mancipi.* Epiſt.108 b,Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri:ergo fructus eſt tuus, mancipium illius. & 109 b, Attici proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu: meum autē vſu & fructu. Top. 224 b. Finge mancipio aliquem dediſſe id, quod mancipio dari non poteſt, num idcirco id eius factum eſt qui accipit? aut num is qui mancipio dedit, ob eam rem ſe vlla re obligauit? & 229 b, Sic tibi nos ad id, quod quaſi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere: *id eſt, quaſi iure emtionis & veditionis.* de Ar. 247 a, Multæ ſunt domus iure mancipij & iure nexi.pro Cecin.299 a, Cùm omnia tua iure mancipij ſunt,ea poſsíſne retinere.Attic.1 b,Res quas eum dolo malo mācipio accepiſſe de Vario diceret.item,Lex mācipij: Quicquid in mancipio vitij fuerit, venditor ſi ſciret,nec emtori dixerit,id præſtato. de Orat.99 b, Cùm Marius ædes Auratæ vendidiſſet, neq; ſeruire quādam earum ædium partem ex mancipij lege dixiſſet, defendebam quicquid fuiſſet incommodi in mancipio : id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare oportere. & Offic. 65 a, Aedes Sergio ſeruiebant, ſed in mancipio Marius non dixerat.pro Mur. 124 b, In ijs rebus repetendis, quæ mancipij ſunt, is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit. Att.285 a,Brut.Arma quærenda putauimus,vt eſſet ſui iuris ac mancipij reſp. de Orat 99 a,Nexorum ac mancipiorum iura. Att. 68 a, Sunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipia. & 221 a, Veſtorius ad me ſcripſit, vt iuberem mancipio dari ſeruo ſuo pro mea parte Hetereio cuidam fundum Brinnianum, vt ipſe ei Puteolis rectè mancipio dare poſſet. Att. 249 b. Quod Cæreliæ velle videris mancipio dare ad eam ſummam, quæ ſub præcone fuit maxima,id opinor eſſe CCCLXXX.

¶ *Seruus captiuus.* I. V. 63 b, Mancipia pro ſeruis ſymphoniacis. Attic. 125 a, Conculcari miſeram Italiam videbis à mancipijs vtriuſque ex omni genere collectis. Attic.66 b, Nulla ſpes prædæ niſi ex mancipijs: *id eſt ex hoſtibus captis.* Offic. 70 b, In mancipio vendendo ea vitia dicenda ſunt, quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili. & 66 a, In mancipiorum venditione venditorum fraus omnis excluditur. *I.V.63 b, Dum pauca mancipia Veneris nomine Agonis ac religione retinere vult. pro Planc. 272 a, Vt nos in mancipijs parandis, quamuis frugi hominem ſi pro fabro aut pro textore emimus,ferre moleſtè ſolemus. Att.195 b,Vt ipſa mancipia abduceret.

**Mancipo**, as. de Fin 53 b, Cùm L.Torquatus illam ſeueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D.Syllano mancipauerat.

† Syntaxis. *Id meum eſt, & ille meus, mancipio, non vſu & fructu.Dare alicui aliquid mancipio.Iure mancipij, & iure nexi. Sui iuris & mancipij.*

**Mancvs**,a,um.*curtus,debilis.* pro Rab.94 b,Scæuola,mancus,ac membris omnibus captus ac debilis Offic.31 a,Cognitio naturæ manca quodammodo atq; imperfecta ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur. de Finib 96 b,Qui mancam fore putauerunt ſine aliqua acceſſione virtutem pro Milon. 196 a, Occurrebat mancam ac debilem præturam ſuam futuram conſule Milone.

† Syntaxis. *Mancus, membris captus ac debilis. Mancus & imperfectus.*

**Mandandvs**,a,um. *tradendus.* pro Pl.260 a,Populus mandandis magiſtratibus non inanis eſt dignitatis iudex. pro Pomp.4 a,Autoritatis tantum in me eſt,quantum vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis.

**Mandatvm**, ti. *res mandata.* Attic. 84 b, Noli putare me quicquam maluiſſe, quàm vt mandatis tuis ſatisfacerem. & 68 b, Reliquum eſt, vt mandata noſtra exhaurias. & 10 a,Tua mandata perſequar diligenter. I. A.176 b,A' nobis populoque Rom.id certè mandatum non habebas. Attic. 247 a,A' Dolabella mādata habeo.I.C.112 b,Habere mādatum, vel mandata, & literas ab aliquo ad aliquem.I.A. 206 b,Dare mandata alicui de magnis rebus.Epiſt.44 a,& 176 a,Dare mandata alicui ad aliquem. pro S.R.34 a,Qui mandat vel qui mandatū recipit. I. A.118 b, Accipere mādata ab aliquo. Epiſt. 31 a, Omnibus ei de rebus quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. & 96 a,Mandatum tuum curabo diligenter. Attic 152 a,Agere mandata alicuius. Attic.115 a,Afferre mandata ad aliquem, vt, &c.I. A. 199 b, Quamuis ſeuera legatis mandata dederimus.pro Syll.179 b,Et id mandato Syllæ Qu.Metellus dixit,Syllam nolle, &c. pro Planc.265 b, *Idem poſtea præ mandatis requiſitus. pro Sex. Roſc. 36 b, Itaque mandati iudicium conſtitutum eſt, non minus turpe quàm furti. Attic. 70 a, Gratiſſima eſt mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. I. A.222 b, Exequi mandata. ibidem.Conficere mandata. Attic. 130 b, Ego,Vetuſtileo ad te mandata dedi. Quint. frat. 315 a, Facies ſcilicet vt mea mandata digeras, perſequare, conficias. & 321 a, Vibulius de mea manſione mandata Cæſaris ad Pompeium pertulit. * Attic.111 a,L.Cæſarem vidi cum abſurdiſſimis mandatis non hominem ſed ſcopas ſolutas.ibid. Qui tantis de rebus huic mandata dederit: niſi fortè non dedit, & hic ſermone aliquo arrepto pro mandatis abuſus eſt pro Sex. Roſc.37 a,Quid recipis mandatum,ſi aut neglecturus aut ad tuum commodum conuerſurus es? ibid. In minimis rebus qui mandatum neglexerit.

† Syntaxis. *Mandatis ſatisfacere. Mandata exhaurire,efficere,recipere, perſequi, habere ab, dare, recipere, curare,agere,afferre,exequi,conficere,digerere. Mandata digerere,perſequi, conficere. Perferre tandem, exponere.*

**Mandatvrvs**,a,um. *commendaturus.* Ep.69 a,Cùm mihi ſæpe oſtenderis te accuratiſſimè noſtrorum temporum conſilia atq; euentus literis mandaturum.

**Mandatvs**,a,um.*conſeruatus.* I.V.163 b,Quorum renunciatio,legibus illorum,& literis publicis mandata eſt. * de Diuinat. 122 b, Simiæ Dodonęæ improbitatem hiſtorijs Græcis mandatam eſſe demiror.

¶ *Imperatus.* pro S. R. 36 b, Si quis rem mandatam malitioſius geſſiſſet, ſui quæſtus aut commodi gratia, aut negligentius, eum maiores noſtri ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant.

¶ *Commendatus.* pro Sex.Roſc.37 b, Ipſe Sex. Roſcius cum fama, vita, bonisq; omnibus à Decurionibus publicè Roſcio mandatus eſt.

*Mandens, tis. *conficiens, abſorbens.* de Aruſp.257 b,258 a, Quam deniq; tam immanem Charybdim poëtæ fingendo exprimere potuerunt, &c. aut tam eminentibus canibus Scyllam tamq; ieiunis? quàm quibus iſtū videtis Gellijs,Clodijs, Titijs roſtra ipſa mandentem?

**Mando**,as.*iubeo, impero, impono, præſcribo.* Att.49 a,Sed tibi nihil mando nominatim, me totum tuo amori fideique commendo. & 69 a, Hortenſius ad me venit: cui depoſcenti mea mandata cætera vniuersè mandaui. illud probè,ne pateretur, quantum eſſet in ipſo, prorogari nobis prouincias.pro S.R.37 b,Non hanc ei rem Sextus Roſcius mandauit, ſed ipſe à decurionibus publicè T.Roſcio mādatus eſt. Epiſt.32 a,Mandaui filio,quę illum vellem loqui tecum. Ep.33, Diligenter mandare aliquid alicui per literas.pro S. R. 37 a, Qui mandat,vel qui mandatum recipit. Att. 98 b, Age, hoc malum quod mihi commune eſt cum omnibus,nihil tibi mando, vt de eo cogites.

¶ *Commendo,committo,trado,concedo,conſigno.* Acad.36 b,Mādare monumentis de Orat.113 a,Mandare literis res omnes ſingulorum annorum.Orat.210 a,De artificio dicendi literis tam multa mādare. pro Ar.189 b,Mandare verſibus æternum laborum alicuius pręconium.Off.33 a,Mandare ſcriptis actiones ſuas. pro Dom.228 b,Mandare factū alicuius immortalitati. de Diu.119 a,Alicuius loquentis verba excipere, literiſque mandare.in Catil.102 a, Percipite, quæſo,diligenter quæ dicam, & ea penitùs animis veſtris mentibusq; mandate. Epiſt 90 a,Quare,mihi crede,& memoriæ manda,me, &c pro Quin.4 a, Quæſo,vt eum diem memoriæ mandetis. de Or 116 a,& ꝓ Mil.116 a, I.C.120 b,Cæſar non dubitat P Lentulum æternis tenebris vinculisq; mandare. & 101 b, Vitam ſuam fugæ ſolitudinique mandare.de N.56 b,Mandare aliqua cōdita vetuſtati. cōt. Rull. 69 b, Populus per religionē ſacerdotia mandare nō poterat.in Verr. 219 a, Populus Romanus hominibus nouis honores mandat. Acad.1 b, Literis cōſignamus,quæ monumētis mandare volumus. de Or.109 a,Mandare literis ſermonē aliquorū.& 142 b,Inſtituenti mihi ſermonē referre & mandare huic tertio libro,quem, &c.in Ant.187 b,Sententiolas edicti cuiuſdā memoriæ mandaui. de Am. 96 a,Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandaui.I. V.242 b,Mihi magiſtratum populus Romanus mandauit. de Nat.3 b,Mandare aliquid literis.Ep.210 b,Mandare literis res geſtas alicuius. * Incert.

*Tunc ſe fluctifero tradit mandatq; paroni.*

Tuſc.177 b,Philoſophia extrahit vitia radicitùs,& pręparat animos ad ſatus accipiendos,eaq; mandat his,& (vt ita dicam) ſerit, quæ adulta fructus vberrimos ferant.

¶ *Mitto.* Att.1 b, Præterea typos tibi mando,quos in tectorio atrioli poſſis includere.

¶ *Expello, eijcio.* pro Syl. 178 a, Dimittere aliquem à ſe,& mandare in vltimas terras.

**Mandor**, ris. *mittor, amandor.* pro Qu. 9 a, Is non modò ex

numero

numerò viuorum exturbatur, ſed etiam ſi fieri poteſt infra mortuos mandatur.

¶ *Iubeor*. de Orat. 106 b, Mandari aliquid procuratori de agricultura.

¶ *Commendor*. pro Seſt. 24 a, Hæc monumentis annalium mandantur. de Cl. 267 a, Athenis primùm monumentis & literis oratio eſt cœpta mandari.

† Syntaxis. *Mandare alicui magiſtratum. Rem gerere mandatam fideliter. Literis, monumentis, memoriæ, tenebris, vinculis mandare. Mandare aliquem in vltimas terras, & literas.*

MANDO, is *conficio*. de Or. 163 a, & Tuſc. 226 a, Impius hortatur me frater, vt meos malis miſer manderem natos. L. MANSVS. de Nat. deor. 50, Animalia alia ſugunt, alia vorant, alia mandunt.

MANDOR, ris. de Nat. 53 a, Dentibus in ore conſtructis māditur, atq; ab his extenuatur, & mollitur cibus.

† Syntaxis. *Cibus manditur, extenuatur & mollitur dentibus.*

MANE'. *diluculo, primo diluculo, prima luce, cū prima luce.* I. V. 128 b, Manè cal. Decem. Sthenium citari iubet. Att. 206 a, Hodie manè Dolabella, multus ſermo ad multum diem. & 214 b, Cras manè putat. & 226 b, Bene malè hæc ſcripſi. Att. 60 a, Quarum alteras multo manè mihi dedit. & 177 b, Eo die manè. I. C. 115 b, Hodierno die manè, &c. & I. V. 90 a, Poſtridie manè. & 116 b, Ep. 2 b, Nam hæc Idib. manè ſcripſi. I. C. 99 a, Excluſi eos quos tu manè ſalutatum miſeras. Att. 78 b, Saturnalibus manè ſe mihi Pindenniſæ dediderunt. & 215 a, V. Calendarum manè accepi à Demea literas pridie datas. & 233 b, VIII. Iduum literas dederam bene mané.

† Syntaxis. *Manè cal. Hodie mané. Bene & multo mané.*

MANENDVM. Attic. 120 b, Ac ne me exiſtimâris ad manendum eſſe propenſiorem, quòd plura, &c. poteſt fieri, &c. Att. 146 a, Si Lepidus & Volcatius remanent, manendum puto.

MANENS, tis. *ſtans.*)(*.mouens.* Tuſcul. 215 a, Vitia enim affectiones ſunt manentes, perturbationes autem mouentes. Ep. 84 a, b, Rerum hoc natura, &c. nec manens, nec mutata ratio feret, &c. de Somn. 129 a, Nam terra immobilis manens, ima ſede ſemper hæret. * pro Marc. 136 a, Te ſaluo, & in iſta ſententia manente.

MANEO, nes. *remaneo, commoror, reſto, ſto, ſum, hæreo.* Offic. 72 a, In patria manere, eſſe domi ſuæ. pro Dom. 214 a, Scio me domi manſiſſe. de Am. 193 b, Liceat manere, ſi non illum Tullium, &c. at certè reliquias Tullij liceat in hac vrbe remanere. Att. 36 b, Vellem Romæ manſiſſes. I. A. 167 b, Tu nunquam in hac vrbe manſiſſes. Att. 111 a, Eo die Capua diſceſſi, & manſi Calib. & 135 a, Att. 76 b, Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerūq;. de Diu. 93 a, Cùm in villa manerem. Ep. 127 a, Adhuc Romæ maneo, hæc ego ſuſpicans. Ep. 96 b, Si manerē in Italia, verebare ne officio deeſſem: ſi proficiſcerer ad bellum, periculum te meum commouebat. Ep. 56 b, Manere in vita. Ipſum quòd maneam in vita, peccare me exiſtimo.)(. *excedere è vita.* Epiſt. 61 b, Ego te mihi ſemper amicum eſſe volui, maneo in voluntate, & quoad voles tu, permanebo. Att. 2 b, Manere in officio. pro Dom. 226 b, Manere in fide. in Verr 96 a, Manere in conditione atq; pacto. Attic. 135 a, Manere in ſententia. pro Seſt. 16 a, Is in priſtina mēte manſit. Epiſt. 200 a, Societas inter nos ſemper manebit. Ep. 167 a, Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. Ep. 75 a, Si rationū referendarum ius vetus & mos antiquus maneret. de Prou. 78 b, Legē Heliam manere, legē Fuſiam nō eſſe abrogatā. pro Qu. 6 a, Non patiar iſtā manere ſuſpicionem, nos rem iudicari nolle. in Verr. 228 b, Parietes, quorum ornatus tot ſecula māſerat, nudos deformatosq; reliquit. Att. 229 b, Mihi cū eo nulla contentio iam manet. Att. 112 a, Pleriq; negant Cæſarem in conditione manſurum. Att. 152 b, In eo manſimus, ne ad vrbem. pro Cluent. 55 a, Serui vi tormentorum adducti in veritate manſerūt. de Diu. 81 a, Cùm omnes Socratici manerent in antiquorum philoſophorum ſententia. in Verr. 252 b, Manere in amicitia fideq; pop. Roman. Att. 68 a, Si integra in ſenatu noſtra cauſa ad calend. Ian. manſerit. de Offic. 41 b, Is tam diu laudabitur, dum memoria rerū Rom. manebit. Poſtq. 202 a, Quod viro forti adimi non poteſt, id mihi manet & permanebit. de Fin. 83 a, Summus dolor plures dies manere poteſt. Ep. 11 b, Ea mihi cōditio maneat, qua profefectus ſum. Att. 161 b, Manere in prouincia ex ſenatuſcōſulto. Offic. 38 b, Itaque parietes vrbis modò ſtant & manent, iiq; ipſi iam extrema ſcelera metuentes. in Piſon 92 b, Nummus interea mihi Ceſar neglectis vehiculis (*al. ferculis*) triumphalibus, domi manet & manebit. I. A. 154 a, Cùm intempeſta nox eſſet, manſi in villa P. Valerij. I. A. 162 b, Clodij fatū te, ſicut C. Curionem, manet. Offic. 61 b, Maneat ergo, quod turpe ſit, id nunquā eſſe vtile. de Lig. 156 a, Multa diutius cōmemoratione manēt, quàm natura ſtare potuerunt. de Vniuerſ. 203 a, Atq; is quidem conſtanter in ſuo manebat ſtatu. pro R. P. 126 b, Quamobrem illud maneat ac fixum ſit, quod neq; moueri neq; mutari poteſt. de Nat. 8 a, Nihil ſemper ſuo ſtatu manet. * pro C. Cornel. 1, Bonū in ſumma Repub. manet. in Clod. Manet illa in Repub. bonorum conſenſio. I. P. 103 b, Quapropter hoc maneat in cauſa. de Fin. 111 b, Eædem res maneant. Tuſc. 235 b, Atq; earū *beſtiarum* quæq; ſuū tenens munus, &c. manet in lege naturę. Att. 2 b, Quòd verita ſit, ne Latinæ *mulieres* in officio non manerent, & in montem Albanum hoſtias non adducerent. Qu. frat. 302 a, Quæ, &c. ſcripſi propter diligentiam cautionis meæ: in qua & maneo & manebo.



† Syntaxis. *Manens affectio vitium eſt. Terra immobilis manens. Manere in vita, in voluntate, in officio, fide, conditione, pacto, ſententia, mente priſtina. Id animo fixum manet. Si ius maneat. Cum aliquo alicui contentionem manere. In eo manendum, ne, &c. Id manet & permanebit. Stat ars & manet. Multa manent commemoratione. In ſuo manere ſtatu. Id manet, ac fixum eſt.*

MANES, nium. *inferorū animæ, dij manes.* de Leg. 174 a, Deorum manium iura ſancta eſto, hos leto dato, diuos habento, ſumptum in ollos luctumq; minuunto. I. P. 82 b, A' me quidem pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum manes mortuorum expiaretis. in Vat. 31 b, Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare. I. V. 259 a, A' dijs manibus venire: *id eſt, ab inferis.* Par. 228 b, Aequitas tripartita eſt: vna ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinet.

† Syntaxis. *Dij manes. Mortuorum manes expiare. Puerorum extis deos manes mactare. Venire à dijs manibus.*

MANETVR. Att. 121 a, Id ſi eſt, in Italia fortaſſe manebitur.

*Mavia.* L. INSANIA.

MANICA, cæ. in Anton. 236 b, Antonius ſolet accipere manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere. *Lege ibidem commentarios noſtros.*

MANICATVS, a, um. in Catil. 109 b, Manicatæ & talares & tritæ tunicæ.

MANIFESTE'. *manifeſtò, palàm, perſpicuè, clarè, non obſcurè.* I. C. 111 b, Vt tota res à vobis manifeſtè deprehenderetur. & 114 b, Hæc in rempub. coniuratio manifeſtè inuenta atq; deprehenſa eſt. pro Flac. 160 b, Aliquid manifeſtè deprehenſum.

MANIFESTO'. de Cl. 190 b, Manifeſtò comperiſſe aliquid, & manu tenere. & pro Cæl. 26 a, Orat. 204 a, Faciliùs manifeſtò compertum atq; deprehenſum. item: Aliquid manifeſtò deprehenſum apparere. de Inu. 76 b, Manifeſtò teneri in re turpi.

MANIFESTVS, a, um. *clarus, perſpicuus, apertus, non obſcurius, inſignis, illuſtris, palàm, promptus. propoſitus, vulgatus, teſtatus, conteſtatus, de quo conſtat, de quo liquet, ſolis luce clarius, quod in promptu eſt, quod patet & notum eſt omnibus, quod tenetur, res loquitur ipſa, res certa & maioribus quaſi theatris propoſita, ante omnium oculos poſitum, quod ante oculos eſt, in medio poſitum.* Verr. 145 b, Hoc quidem certè manifeſtum erit. & 74 b, Res notæ, teſtatæ, manifeſtæ. & 278 a, Res tam nota ac manifeſta omnibus. I. C. 113 a, Scelus manifeſtum atq; deprehēſum. pro S. R. 34 a, Quæ ita aperta & manifeſta ſunt, vt, &c. de Ar. 252 a, Manifeſtum periurium. I. V. 60 a, Manifeſtum & in medio poſitum & apertum.

† Syntaxis. *Manifeſtò inuentum & deprehenſum. Notum, teſtatum, manifeſtum. Manifeſtum & deprehenſum. Manifeſtum habere, & oculis, manibusque tenere. Manifeſtum, in medio poſitum & apertum.*

* MANILIANVS, a, um. pro C. Corn. 1, Maniliana offenſio.

MANILIVS, a, um. pro Mur. 136 b, Prorogatio legis Maniliæ. *Extat & oratio Ciceronis Pro lege Manilia, quæ à Nizolio paſſim Pro Pompeio allegatur.*

MANIPVLARIS, re. *qui de manipulo, id eſt, parua quadam militum manus eſt.* Att. 244 b, Doleo, quòd non Pompeium tanquam vnus manipularis ſecutus ſum. I. A. 156 a, Addo etiam iudices, manipulares ex legione Alaudarum.

MANLIANVM, ni. *villa Q. Ciceronis.* ad Qu. fr. lib. 3.

MANLIANVS, a, um. *tyrannicus, crudelis, qualis fuit Manlius quidam Romæ.* de Fin. 86 b, Vide, ne Manliana ſint iſta veſtra, aut maiora etiam, ſi imperes quod facere nō poſſum. de Or. 106 b, Manlianæ leges venalium vendendorum.

MANO, as. *redundo, fundo, diſſeminor, diſpergor, latius diſſipor. ſerpo, percrebreſco.* de Nat. 36 a, Multaq; è luna manant & fluūt, quibus animantes alantur, & augeſcant, & pubeſcant. de Fat. 144 a, Aeternis cauſis naturæ neceſſitate manantibus verùm eſt id quod, &c. de Natur. 69 b, Illa ſuperiora vnde hæc manant. de Orat. 119 a, A' capite quod velimus arceſſere, & vnde omnia manant videre. pro Planc. 271 a, Aliquid ſine capite manare, & eius autorem non extare. in Anton. 153 b, Cùm ſerperet in vrbe infinitum malum, idq; manaret indies latius. Tuſcul. 242 b, Manare & fundi per

omnes partes.de Somn.129 b, Homines qui terram inco-
lunt, interruptos ita eſſe, vt nihil inter ipſos ab alijs ad a-
lios manare poſſit. Tuſc.229 b, Idq́; eorum nomen vſque
ad Pythagoræ manauit ætatem. in Cat.119 b, Latius opi-
nione diſſeminatum eſt hoc malum: manauit non ſolùm
per Italiam, ſed etiam tranſcendit alpes, obſcurè ſerpens
occupauit multas prouincias. pro Cluent. 32 b, Manârat
ſermo in conſilio pecuniæ quandam mentionem inter iu-
dices eſſe verſatam. Offic.12 b, Genera quatuor, ex quibus
honeſtas ôfficiumq́ue manaret. & 31 a, Omnis honeſtas
mânat à partibus quatuor. de Nat.10 a, Qui aër per maria
manat, is eſt Neptunus. de Nat. 10 a, Quæ natura fluunt
atq; manant, vt aqua & terra. Offic. 66 a, Fidei bonæ no-
men manat latiſſimè. in Catil.106 b, Quæ reſecanda erũt,
non patiar ad perniciem ciuitatis manare. de Diuin.96 a,
Herculis ſimulacrum multo ſudore manauit. in Anton.
261 a, Cùm hoc triduo triſtis à Mutina fama manaret.
Parad.120 a, Peccata ex vitijs manant. de Leg. 168 b, Niſi
ea fuerint, vnde illa manant. de Or.50 a, Contagiones ma-
lorum quæ à Lacedæmonijs profecta manarunt latius.
† Syntaxis. *Manare ab aliquo, & fluere. Serpit malum, & manat latius. Manare & fundi per corpus. Id ad nos manauit à Gallis. Manat in conſilio ſermo. Aqua natura manans & fluens. Sudore manare. Ex vitijs peccata manant: vitium ergo naturæ eſt.*

MANSIO, onis. )( *deceſſio*. Att.133 a, Cautior certè eſt man-
ſio, honeſtior puratur traiectio. & 32 a, Nam ita manſionẽ
illam deplorat, vt quemuis mouere poſſit. Epiſt. 49 b, Is
mecum ſæpe de tua manſione aut deceſſione communi-
cat. Attic.137 a, Manſio Formijs. Quint.frat.319 b, Quòd
tibi mea promiſſio manſionis tuæ grata eſt, ex parte gau-
deo.* de Finib.102 b, Ad ea referri omnes noſtras cogita-
tiones, in his & exceſſum è vita, & in vita manſionem.

MANSVEFACTVS, a, um. *domitus*. Tuſcul. 161 a, À quibus
manſuefacti & exculti à neceſſarijs artificijs ad elegantio-
ra defluximus.

MANSVETE. *leniter, humanè*. pro Mar.122 a, Manſuetè face-
re aliquid. & ad Her.2 a.

MANSVETVDO, nis. *lenitas, facilitas*. Offic.35 b, Quas res &
manſuetudo animi conſecuta & verecundia eſt. Attic.77
a, Incredibilis videtur & noſtra manſuetudo & abſtinen-
tia. Quint frat.294 b, Omnia plena clementiæ, manſuetu-
dinis, humanitatis. * de Orat.125 a, Facilitatis liberalitatis,
manſuetudinis, pietatis, &c. ſigna proferri perutile eſt.
Offic. 18 a, Ita probanda eſt manſuetudo atq; clementia.
& 39 b, Fama & opinio liberalitatis, beneficentiæ, iuſtitię,
fidei, omniumq́; earum virtutum, quæ pertinent ad man-
ſuetudinem morum ac facilitatem.

MANSVETVS, a, um: ſſimus. *mitis, lenis, facilis.* )( *ferus, immanis.* in Anton. 188 a, Quæro, cur tam ſubitò manſuetus in
ſenatu fuerit: cùm in edictis tam fuiſſet ferus. pro Mil.105
a, Manſuetus ciuis. de Orat. 157 s, In meis moribus erga
meos neceſſarios declarandis, manſuetiſſimus viſus ſum.
de In.42 b,* Ex feris & immanibus mites reddidit & man-
ſuetos homines.
† Syntaxis. *Manſuefactus & excultus. Manſuetudo animi, morum. Manſuetudo & facilitas. Clementia, manſuetudo, humanitas. Manſuetus, mitis.*

MANSVRVS, a, um. Att.196 a, Sed erant cauſæ, cur hoc tem-
pore iſtic eſſe nollem: quæ ſi manebunt, quærenda erit
excuſatio ad Brutum: & vt nunc eſt, manſuræ videntur &
258 a, Eodem die vulgò loquebantur, Antonium manſu-
rum eſſe Caſſilini: & ibi conſtituerem, vt pridie Idus aut
Aquini manerem, aut in Arcano.

MANSVS, a, um. *confectus, emollitus*. de Or.123 b, Omnia mi-
nima manſa (vt aiunt) nutrices infantibus pueris in os in-
ſerere.

MANTES. *vates*. de Diu.100 a, Athenienſes omnibus ſemper
publicis conſilijs diuinos quoſdam ſacerdotes, quos Mã-
tes vocant, adhibuerunt.

*Μαντική*. L. DIVINATIO.

MANTINEA. *ciuitas*. Epiſt.68 a.

MANVBIAE, arum. *præda, ſpoliáve ex hoſtibus capta*. pro Arch.
191 a, Fuluius Martis manubias Muſis conſecrauit. de Or.
143 b, Roſtra imperatorijs manubijs ornat. pro Dom.136
a, Tu M. Fuluij domum monumentum tuarum manubia-
rum eſſe voluiſti. contra Rull.78 a, Quantæ cuiuſque ma-
nubiæ fuerint. I. V. 190 a, Qua ex præda aut manubijs eſt
abs te donatio conſtituta. I. V. 107 b, Qui manubias ſibi
tantas ex L. Metelli manubijs fecit. Epiſtol. 13 b, Non e-
nim illæ manubiæ meæ, ſed operis locatio mea fuerat.
* contr. Rull. 63 a, Quod ad quemque peruenerit ex præ-
da, ex manubijs, ex auro coronario. ibid. Cui manubias
remittit. ibid.78 a, Si eſt æquum, prædas ac manubias ſuas
imperatores non in monumenta Deorum immortalium,
neque in vrbis ornamenta conferre: ſed ad Decemuiros
tanquam ad dominos reportare. ibid. 78 a, Remiſſis ma-
nubijs frui. ibid. Acceſſerint in cumulum manubiæ veſtro-
rum imperatorum. de Leg.agr. Prædum, manubias, ſectio-
nem, caſtra deniq́;, vendent.
† Syntaxis. *Ex manubijs alterius manubias facere ſibi. Præda, manubiæ, aurum.*



MANVBRIVM, brij. *capulus*. I. V. 214 a, Erat, &c. Trulla exca-
uata cum manubrio aureo.

MANVCONSERTVM. Epiſt.lib.7. 100 b, de Orat.lib.1, pro
Mur.129 b, 131 a, Ex iure manuconſertum. *Rectius duabus dictionibus legitur*. L. CONSERTVS.

MANVFACTVS, a, um. )( *naturalis*. Offic.35 b, Portus ma-
nufacti. ꝓ Mar.132 b, Nihil eſt opere aut manufactum, qđ
non aliquando conſumat vetuſtas de Fin.105 b, Quid au-
tem eſt aut in natura, quæ, &c. aut in operibus manufa-
ctis, &c. *Alij diuiſim legunt.*

MANVMISSIO, onis. *libertatis datio*. pro Cęl.52 a,* Scire cu-
pio. quid habeat argumenti iſta manumiſſio? in qua aut
crimen eſt Cælio quæſitum, aut quæſtio ſubleuata, aut
multarum rerum conſcijs ſeruis cum cauſa præmium. At
propinquis placuit.

MANVMISSVS, a, um. pro Cæl.52 a, & Epiſt.231 b, Adſunt
ſerui de cognatorum ſententia manumiſſi.

MANVMITTO, tis. *libertatem do*. pro Mil.112 a, & Qu fr.299
b, Milo ſeruos manumiſit. pro Mil. 111 a, Manu verò cur
miſerit, ſi quæris, neſcis, &c.

MANVPRECIVM, ij. *dicitur vbi non tam materię ratio quàm manus atque operis dicitur*. I. V.106 a, Tantum operis in iſta lo-
catione fuit quantum paucæ operæ fabrorum mercedis
tulerunt & manupretium machinæ. *Sic & legit & interpretatur Aſconius, non Maiusprecium, vt in vulgatis codicibus legebatur*. I. P.91 b, Prouincia tibi iſta manupretium fuerit nõ
euerſæ per te, ſed perditæ ciuitatis.

MANVS, nus, *dextra*. de Nat 56 a, Natura dedit homini ma-
nus aptas & multarum artium miniſtras. & ibid Ad ner-
uorum eliciendos ſonos ac tibiarum apta manus eſt ad-
motione digitorum. de Orator.132 b, Manus laua, inquit,
& cœna. I. V. 214 a, Iſte vnumquodque vas in manus ſu-
mere & laudare, mirari. pro Cæl. 51 a, Cùm Licinius pyxi-
dem teneret in manu. de Aruſp. 147 b, Cuius ab auia ma-
ter manibus eſſet accepta. Attic.7 a, P. Clodius per manus
ſeruulæ ſeruatus fuit & eductus. de Pr.77 a, Per manus hãc
prouinciam tradit ei, cui minimè vos velitis. pro Planc.
265 a, Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis.
Procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur.
contra Rull.169 a, Itaque hoc animo legem ſumſi in ma-
nus, vt, &c. I. C. 100 b, Iam tibi extorta eſt ſica iſta de mani-
bus. in Verr. 69 a, Quam ſpem nunc habent in manibus,
breuiter exponam. Att.107 a, Habeamus in manibus An-
tonij concionem. I. V. 69 b, Libelli nominum veſtrorum
erant in manibus omnium. Attic.254 a, Scripta tua, quæ in
manibus habebam. Orat.206 a, Quoniam Demoſthenem
totum cognouiſti, nec eum dimittis è manibus. Qu.frat.
194 a, Ponere aliquid de manibus. Att.212 a, Libros quos
Bruto mittimus, in manibus habent librarij. Acad. 39 a,
Sed habeo opus magnum in manibus, quod, &c. Epiſt.12
a, Inimicum meum ſic amplexabantur, ſic in manibus ha-
bebant, ſic fouebant, ſic oſculabantur, vt, &c. Orat.209 a,
Puerum infantem in manibus perorantes tenuimus. de N.
63 a, Quæſtio, quæ nunc in manibus eſt. Att.61 b, Libri
oratorij diu multumq́ue in manibus fuerunt. Tuſc.232 a,
Philoſophi quancunque rem habent in manibus, in eam
quæ conueniunt, congerunt omnia Att.220 a, Omiſi ea,
quæ in manibus habebam: quod iuſſeras, edolaui. Quint.
frat. 321 b, Multos dies epiſtolam hanc in manibus habui
propter commemorationem tabellariorum. de Clar.175
b, Sed ecce in manibus vir præſtantiſſimo ingenio: *id eſt, C. Gracchus*. & ibid. Manus extrema non acceſſit operibus
eius. Tuſc. 187 b, Sumere aliquid in manus. de Orat.144 a,
Qui hos libros in manus ſument. de Clar. 176 b, Nunquã
enim libelli illi in manus inciderunt. Offic. 58 b, Nihil de
ijs quæ in manus meas venerunt: item, Quicunque cala-
mus in manus meas venit, eo ſic vtor tanquam bono.
de Orat.92 b, Libellus, qui me imprudente & inuito exci-
dit, & peruenit in manus hominum. de Orat.127 a, Cauſa
illa mihi tum eſt elapſa de manibus. pro Cæl. 51 b, Fugit
aliquis è manibus. Emittere aliquem de manibus. & 51 a,
Amittere aliquem de manibus. Attic.62 a, Res eſt in mani-
bus, tute longè abes. I. V.160 b, Hæc ciuitas tam procul à
manibus tuis atque à conſpectu tuo remota. Orat.199 a,
Demoſthenes negat in ipſo poſitas eſſe fortunas Græcię,
in hoc, in eum, huc an illuc manum porrexerit. de Finib.
149 b, Qui ſe fatentur virtutis cauſa, niſi ea voluptatem
acciret, ne manum quidem verſuros fuiſſe. I. V. 241 b, Itaq;
erant exitus eiuſmodi, vt alius inter manus è conuiuio
tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occiſus relin-
queretur. I. V.204 b, In quẽ ſcyphum de manu iácere co-
natus

natus eſt.in Ant. 241 a, Quorũ epiſtolas in manu teneo.de Sen. 49 b, Eſt in manibus eius viri laudatio : quã cùm legimus,&c.Qu.de Pet.212 a, Sæpe fit,vt agantur ea quæ non putâris: illa quæ credideris in manibus eſſe, vt aliqua de cauſa nõ agãtur.Tuſ.163 b,Cùm penè in manu iam mortiferũ illud poculũ teneret. pro Q.18 a,Manus Sexti Næuij in propinquorũ proſcribendis bonis exercitata. Acad.16 b,Hortenſius vehemẽter admirans,quod quidẽ perpetuò Lucullo loquẽte fecerat,vt etiam manus tolleret.de Vniu. 198 a,Itaq; nec ei man⁹ affixit *Deus mundo*,qa nec capiendũ quicquã erat,nec repellendũ. * de Nat.deor.56 b, Ex quo intelligitur,ad inuenta animo percepta, ſenſibus,adhibitis opificum manibus,omnia nos cõſecutos.pro P. Opp.Telum ei è manibus ereptum eſt. contr. C.Ant. Quod caput manibus ipſe ſuis detulit. pro M. Scau. Ne in manus incideret inimicorum. de Conſol. Cedo & manũ tollo.Incer. Quod ſit manibus humanis laboratum. I. A. 240 b, Excident gladij fluent arma de manibus. I. V. 217 a, Siniſtra manu retinebat *ſignum Dianę* arcum, dextra ardentem facem præferebat.

¶ *Facultas, poteſtas.* Tuſc.224 b,Cui in manu ſit,quẽ eſſe dementem velit.Ep.233 b,Verùm hæc nõ ſunt in noſtra manu.Epiſt.115 a,Quàm velis eum obligare,in tua manu eſt. Ep.157 a,Vocontij ſub manu ſunt,per quorũ loca mihi fideliter patet iter. Ep.98 b,Totum hominem tibi trado de manu (vt aiunt) in manum tuam iſtam,& victoria & fide præſtantem. Att.278 b,Victoria éxcidit manibus.

¶ *Vis.* Att.41 b, Afferre manus ſibijpſi.)(*.abſtinere manus à ſeipſo.* Oct.130 b, Ego ſenatũ ſibi manus afferre coëgi.I.V. 85 b,Afferre manus ſacrilegas alicui fano. Att 46 a, Afferre manus ſuis vulneribus. ad Her,33 a, Inferre manus alicui.I.C.101 b,Inferre vim & manus alicui. pro Q.R.53 a, Ipſa mihi veritas manũ iniecit, & pauliſper cõſiſtere coëgit. Off. 5 b, Is manus violenter videatur afferre ſocio. *I. V.160 a,Si equitibus Rom. manus ab Apronio iſto prætore ſine vlla dubitatione afferebantur.

¶ *Arma, ferrũ.* I.V.241 b,Nonnunquã etiam res ad manus atq; ad pugnã veniebat.pro Cl.46 a, Cùm tribunus plebis populo concitato rem penè ad manus reuocauiſſet.

¶ *Copiæ, multitudo.* Att.10 b.& 75 a,Quos impetus in totam illam manũ feci? de In 62 a, Factum per vim,per manum opulẽtam. ꝓ Cec.291 a,Qui manũ fecerit, copias parauerit,multitudinem hominum coëgerit, armârit, inſtruxerit, &c.Att.39 b,Plena manu laudare aliquẽ.Offic.65 b,Leges tollunt aſtutias, quatenus manu tenere rem poſſunt: philoſophi,quatenus ratione & intelligentia. Att 261 a, Oppius me hortabatnr, vt manum veteranorum cõplecterer. Att. 78 a, Stamus animis : & quia cõſilijs, vt videmur,bonis vtimur,ſpetamus etiam manu. Att. 1 b, Illam manum tu mihi cura vt præſtes, Pompeij noſtri amici. Qu.fr.311, Manus ad Quirinalia paratur. item: Sed magna manus ex Piceno & Gallia expectatur, vt etiam Catonis rogationibus de Milone & Lentulo reſiſtamus. Att.259 a,Is Romã veniet cũ manu magna. * Hortenſ. Democriti manus vrgebatur.Eſt enim non magna. de Clar 122 b, Ego quanta manus eſt coniuratorum hominum, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video. I.C 99 b,Reſidebit in Repub.reliqua coniuratorum manus. Epiſt.244 b, Cum ſuperioribus diebus ex Senatuſconſulto & euocatorum firmam manum,& equitatum ſatis idoneum,&c. comparauiſſem.

¶ *Scriptio, chirographum.* ad Att. 100 a, Nam Alexidis manu amabam,quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinẽ tuæ literæ: Manũ non amabam, quia indicabat te non valere. & 131 b, Noli putare pigritia facere me , quòd non mea manu ſcribam. Att.37 b,Epiſtola manu mea ſcripta.& 63 a,Epiſtola librarij manu eſt.ad Att.75 a, Antequam aliquo loco conſedero, neq; longas à me, neq; ſemper mea manu literas expectabis. Qu.fr.323 a, Occupationũ mearum ſignum tibi ſit librarij manus.I.A 162 a,Literæ, &c.ſunt enim librarij manu. Att. 117 b, Sed in ea Pompeij epiſtola erat in extremo ipſius manu:Tu cenſeo, &c. Qu.fr.321 b, Hæc inter cœnam Tyroni dictaui , ne mireris alia manu eſſe.Ep.178 b, Quæ ſuperioribus literis mea manu ſcripſi. I.C.112 a,Introductus Statilius cognouit manum & ſignũ ſuum.I.V.181 a, Epiſtola Timarchidis manu ſcripta. Att. 179 a, Hæc ad te mea manu.

¶ *Promiſcua vis.* Offic.45 b, Quod præſens tanquã in manu datur,commodius eſt de Am.114 a. Atq; ad extremum dat manus,vinci ſe patitur. Topic.222 b,Cùm mulier viro in manum conuenit. pro Fon. 276 b, Conferre ferrum ac manus cum aliquo.Att.115 a, Conferre manum cum hoſte.At.22 b,Si mulli barbati in piſcinis ſint,qui ad manum. accedant. de Or.164 a, Quẽ ſeruum ſibi ille habuit ad manum. de Am.115 a, Virtus Scipionis nõ mihi ſoli verſatur ante oculos,qui illã ſemper in manibus habui,ſed etiã, &c.



& 114 a,Sed affuiſtis,& eſt in manibus oratio.de Sen.84 b, Septimus mihi originũ liber in manibus , omnia antiquitatis monumenta colligo.& 81 b, Tum dicitur eam fabulam, quã in mauibus habebat, & proximè ſcripſerat,iudicibus recitaſſe. de In.81 b, Tendere manus ad aliquẽ. Att. 210 a, Hæc in manibus habere διαλέχθαι te nollem. de Cl. 190 b,Cùm indicia mortis ſe cõperiſſe manifeſtò, & manu tenere diceret.* Ep.113 b, *Cælij.* Quod & ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam , vt verſetur inter manus habeat.

† Syntaxis. *In manus aliquid ſumere. In manu tenere. Ab aliquo manibus acceptus. Per alicuius manus ſeruari. De manibus extorquere. In manibus habere ſpem. Eſſe in manibus aliquid. Platonem nõ dimittere è manibus , de manibus deponere & ponere. Habere in manibus opus, libros, hominẽ. In manibus tenere. In manibus habere diſputationẽ. Diu habeo in manibus epiſtolã propter moram tabellariorum. Manus extrema lucubrationi acceſſit. In manus liber incidit, venit. E manibus elapſa cauſa, fugere. De manibus emittere, amittere. Iácere de manu telũ in. In manu noſtra id non eſt. Sub manu eſſe. De manu mea in tuã hunc trado. Manibus éxcidit victoria. Sibi manus afferre, inferre. Manus & vim inferre. Inijcere alicui manũ. Violenter afferre manus alicui. Ad manus & pugnam res venit. Ad manus reuocare rem, arma. Factũ per vim, per opulentam manum. Copias parare, manũ facere, multitudinẽ cogere. Cum manu magna. Hæc tua manus eſt: id eſt, ſcriptura. Manu ſua ſcribere. Hæc mea manu. In manu datur hoc, præſens beneficium eſt. Dare manum, vinci ſe pati. Ferrum & manum cum aliquo conferre. Piſces ad manum accedentes. Ad manum habere ſeruos. Manu tenere dolos alicuius, exploratos habere.*

* MARATHENVS,a, um. Brut.173 b,Menelaus Marathen⁹.

MARATHON, onis. *oppidum & campus in Græcia.* Offic.13 a, Rheſorum campus de Marathone.

MARATHONIVS,a,um. Tuſc.219 b, Taurus Marathonius. Att.144. Pugna Marathonia.

MARCELLEA, orum. *dies M. Marcello à Syracuſanis conſecratus.* in Verr.119 a,& 139 b.

MARE,ris. *altum, ſalum, profundum, Neptunia prata, pelagus, pontus, ponti gurges, æquor.* Tuſc.242 a, Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſtineantur. ꝓ Cl. 46 a, b, Vt mare quod ſua natura tranquillum ſit ventorũ vi agitari atq; turbari ſolet: ſic, &c. Tuſc 164 a,Tanquam ratis in mari immenſo,noſtra vehitur oratio. in Piſ. 92 a,Cùm mare vaſtiſſimũ hyeme tranſibas. de Nat.20 b, Belluæ,quæ in mari rubro Indiáve gignuntur.pro Pla.262 a,Illæ vndę comitiorũ vt mare profundum & immenſum ſic efferueſcunt quodã quaſi æſtu, vt ad alios accedant,ab alijs recedant. Ep.65 b,Terra mariq; conquirere aliquem. Att.136 b,Mare inferum,id eſt,Tyrrhenum, vel Thuſcum mare ſuperũ,id eſt,Adriaticũ vel Ionium. Att.120 b,Infero mari nobis incerto curſu hyeme maxima nauigandum eſt. * Acad.26 b,Mare illud, quod nũc Fauonio naſcente purpureum videtur. ibid. Nobiſmet ipſis cœruleũ videbatur: manè flauum,quodq; nũc quia à Sole collucet, albeſcit & vibrat,diſſimileq; eſt proximo ei cõtinenti. 2 Acad. Quid? Mare nónne cæruleum? At eius vnda,cum eſt pulſa remis, purpuraſcit. ibid. Quid tam planum videtur quàm mare? ex quo etiam Aequor illud poëtæ vocant. Eleg.

*Iam mare Tyrrhenũ longè penituſq; palumbes Relliquit.--*

de Or. 149 a, Vt philoſophi , tanquã in ſuperum mare Ionium defluerẽt,Græcum quoddã & portuoſum: oratores aũt in inferũ hoc Thuſcũ, barbarũ, ſcopuloſum atq; infeſtum laberẽtur,in quo etiã ipſe Vlyſſes erraſſet. de N.40 a, Deus pertinens per naturã cuiuſq; rei, per terras Ceres,per maria Neptunus,alij per alia,poterunt intelligi,q qualeſq; ſint.de N.41 a,Qua neceſſitate vel natura cœlũ,maria,terræ regantur. de N 45 a,Cùm repentè terram & maria cœlumq; vidiſſent. & 46 a,At verò quanta maris eſt pulchritudo? quę ſpecies vniuerſi? ibid. Ipſum mare ſic terram appetens littoribus eludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur Ex in mari finitimus aër. Att.133 a,Omnia mihi prouiſa ſunt præter occultum metum. Iter ad mare ſuperum. Hoc enim mari vti non poſſumus hoc tempore anni. Att.136 b,Si commodius anni tempus eſſet,vel infero mari liceret vti:nunc nihil poteſt niſi ſupero tranſmitti, quo interclusum eſt.

† Syntaxis. *Turbatum & agitatũ mare. Terra mariq; cõquirere.*

MARGARITA, tę. *quam Plinius vnionem vocat, vulgus perlam.* I.V. 200 a, Nego vllam gemmam aut margaritam fuiſſe, quin abſtulerit. Orat. 204 a, Ornatus inſignis quaſi margarita.

MARIANVS, a, um. contra Rull. 88 a, Marianus tribunus plebis. de Legib. 156 b, Mariana quercus. * de Orat. 133 b, Marianum ſcutum Cimbricum, de Clar. 180 a, Mariani conſulatus.de Diu.137 b,Marianum ſomnium.

MARINVS,a,um. *maritimus.* de Nat.34 a, Aſtra quæ marinis terreniſq; humoribus aluntur. de Diu.115 a,Marini æſtus, & maritimi æſtus.* de Nat 66 b,Aquæ marinæ.

*Maritalis, le. Oecon. 1, Maritale coniugium ſic comparatum eſt natura.

Maritimus, a, um. *marinus.* de Natur. 52 b, Aeſtus maritimi multum accedentes & recedentes. in Verr. 146 a, Inſula, quæ vndique exitus maritimos habet. pro Planc. 180 a, Maritimos curſus. Part. 233 a, Loci maritimi. Tuſculan. 136 a, Quòd multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet. de Natur. lib. 1, Maritimus Triton. Attic. lib. 3, Maritimum hoſpitium. de Natur. lib. 2, Maritimæ nuptiæ. I. V. act. 7, Homines maritimi. Epiſtol. lib. 2, In maritimis ſum.

Maritus, ti. *vir.* pro Rabir. 91 b, Chariorem huic ſororis maritum quàm filium fuiſſe. in Catil. 102 b, Vigilare ad inſidiandum ſomno maritorum. de Inu. 53 a, Et tu vt maritus ſis quàm optimæ mulieris, & hæc quæ optimo viro nupta ſit. pro Planc. 365 a, Maritum appellas, vt verba etiā fingas, non ſolùm crimina.

*Marius, ij. C. Marius Arpinas, qui bellum ciuile geſſit cū L. Cornelio Sylla. Eius paſſim fit mentio.

¶* *Liber Ciceronis de C. Mario ſcriptus verſibus.* de Leg. 156 a, Lucus quidem ille, & hæc Arpinatium quercus agnoſcitur, ſæpè à me lectus in Mario. ibid. Vt ait Scæuola de fratris mei Mario. & b, Atqui multa quæruntur in Mario fictáne an vera ſint, & à nonnullis.

Marmor, oris. pro Dom. 235 b, Eius ſimulacrum è marmore in ſepulcro poſitum fuit. de Diuinat. 118 b, In omni marmore neceſſe eſt ineſſe vel Praxitelia capita. pro Ar. 190 a, Ennius in ſepulcro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore, at is laudibus, &c. *ſic enim locus hic haud dubiè corruptus antea, reſtituendus ſuæ integritati mihi videtur.*

Marmoratus, a, um. pro Arch. 190 a, Et marmortatis laudibus, &c. *corruptus videtur locus hic.* L. Marmor.

Marmoreus, a, um. I. V. 200 a, Signū marmoreum, eburneum, æneum. pro Dom. 225 b, Columnæ marmoreæ, &c. Parad. 118 a, Tecta marmorea. & 125 b, Sola marmorea. * Att. 66 b, Septa tribunicijs comitijs marmorea ſumus & tecta futuri.

Marrucini. *populi* pro Cluent. 59, & I. A. 213.

Mars, tis. *Mauors.* I. A. 102 a, Legio Martia, quæ mihi videtur diuinitùs ab eo deo traxiſſe nomen, è quo populum Romanum generatum accepimus. de Natur. 36 b, Ioui proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις quę Martis ſtella dicitur: eaque 1111 & xx. menſibus, ſex vt opinor diebus minus, eundem luſtrat orbem. de Som. 128 b, Tum rutilus horribilis terris ille fulgor, quem Martem dicitis. de Nat 49 b, Summa Saturni ſtella refrigerat, media Martis incendit. pro Arch. 191 a, Fuluius Martis manubias Muſis conſecrauit. de Orat. 158 a, Martem belli eſſe communem. Epiſt. 81 a, Cum omnis belli Mars communis & incerti ſemper exitus præliorū ſint. pro Sest. 5 a, Nimium communem Martem belliqúe caſum metuens. pro Corn. 63 a, Qui veterem illam ſpeciem fœderis Martiani ſemper omni ſanctiorem Marte duxerunt: *aliter Maieſtate.* pro Marcell. 133 b, Quos amiſimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ. pro Mil. 112 a, Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Martemq́; communem. Offic. 58 b, Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, ſed (vt dicitur) marte noſtro. in Ant. 178 b, Rex ipſe ſua ſponte nullis commentarijs Cæſaris, ſuo marte res ſuas recuperauit.

† Syntaxis. *Mars belli communis & incertus caſus. Incertus pugnarum exitus, & Mars communis.*

Marsi, ſorum. *populi.* pro Dom. 236 b, Is in Marſis natus eſt.

Marsicus, a, um. cont. Rull. 84 a, Marſicum bellum.

Martialis, le. de Ar. 246 a, L. Lentulus flamen Martialis. I. A. 192, Martiales quidam Larini appellantur miniſtri publici Martis, atque ei deo veteribus inſtitutis religionibus Larinatium conſecrati.

Martianus, a, um. vt Martianum fœdus. pro Cor. 63 a.

Martii fratres, *vates.* de Diu. 99 a.

Martius, a, um. pro Rabir. 92 b, Campus Martius. I. A. 192 a, Legio Martia. Calendis Martijs prouinciæ decernebantur. Att. 234 a, Idibus Martijs.* Attic. 120 a, Marcoq́; Marcello Cos. finienti prouincias Gallias Calend. Martijs (*al. Martij*) reſtitit.

*Martius, ij. *menſis.* Qu. frat. 314 b, Putantur detrudenda comitia in menſem Martium.

Mas, maris. de Nat. 20 a, Et deos mares & fœminas eſſe dicitis. & Part. 233 a, de Nat. 51 b, In mari & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines. & 20 a, Beſtiæ aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt. de Ar. 257 a, Sacra maribus non inuiſa ſolùm, ſed etiam inaudita. * de Diu. 88 a, Duobus anguibus domi comprehenſis aruſpices conuocauit. Qui cùm reſpondiſſent, ſi marem emiſiſſet, &c. & 121 a, Emiſſio maris anguis erat mortifera Corneliæ. de Legib. 175 b, Quibus hoſtijs immolandum, cuiq; Deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui fœminis.

† Syntaxis. *Hoſtia mas.*

Massicum, ci, *mons.* contr. Rull. 79 b, In Maſſici radices deducamini.

Massilia, liæ. *vrbs.* pro Flacc. 159 b, Neque verò te Maſſilia prætereo, quæ, &c. pro Font. 276 b, Vrbs Maſſilia. L. Triumphus.

Massiliensis, ſe. pro Fon. 276 b, Ciuitas Maſſilienſium.

Mastanesosus, ſi. rex Africæ. in Vat. 31 b.

Mastruca, cæ. *Sardorum veſtis.* pro Scau. Quē purpura regalis non commouit, eum Sardorum maſtruca tentauit.

Mastrucatus, a, um. *vt togatus.* de Prou. 72 a, Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis geſta.

Matellio, onis. *Vaſis genus ad aquam hauriendam.* Parad. 123 a, * Matellionem Corinthium cupidiſſimè tractans.

Mater, tris. *parens, educatrix.* de Nat. 68 b, Hecate, quæ matre Aſteria eſt, ſorore Latonæ. de Diu. 126 a, Iupiter puer, qui lactens cum Iunone in gremio Fortunę ſedens, mammam appetens, caſtiſſimè colitur à matribus. de Leg. 168 b, Sapientia mater omnium bonarum artium. de Aruſp. reſp. Mater magna. Acad. lib. 2 Mater omnium perturbationū, intemperantia. de Legib. lib. 1, Matris terræ operimento corpus in ſepultura obducitur. ibid. Vt quaſi matris terræ ſinus & gremium mortuo tribueretur. * pro M. Font. Mater tua dum vixit ludum, poſtquam mortua eſt magiſtros habuit. de Orat. 124 a, Auaritiam ſi tollere vultis, mater eius tollenda eſt luxuries. pro Cluent. 20 a, Saſſia mater huius Habiti: mater enim à me nominis cauſa, tametſi in hunc hoſtili odio & crudelitate eſt, mater inquam appellabitur: neque vnquam illa ita de ſuo ſcelere & immanitate audiet, vt naturæ nomen amittat. Quò enim eſt ipſum nomen amantius indulgentiusque maternum: hoc illius matris, quæ multos iam annos, & nunc cum maxime filium interfectum cupit, ſingulare ſcelus maiore odio dignum eſſe ducetis. Ea igitur mater Habiti, Melini illius adoleſcentis generi ſui, contrà, quàm fas erat, amore capta, primò, neque id ipſum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur. Deinde ita flagrare cœpit amentia: ſic inflammata ferri libidine, vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiæ, non hominum fama, non filij dolor, non filiæ mœror, à cupiditate reuocaret. pro Cluent. 20 b, Filia quæ, &c. nefarium matris pellicatum ferre non poſſet. ibidem. Tum verò illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, victrix filiæ, non libidinis. Itaque diutius ſuſpicionibus obſcuris lædi famam ſuam noluit: lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia, iubet. ibidem. Statuit nihil ſibi in tantis iniurijs ac tanto ſcelere matris grauius faciendum, quàm ne illa matre ne vteretur: ne quam videre ſine ſummo animi dolore: ea ſi matre vteretur, non ſolùm videre, ſed etiam probare ſuo iudicio putaretur. Initium quod huic cum matre fuerit ſimultatis audiuiſtis, &c. pro Cluent. 21 a, Cuius modicunque mater ſit: tamen in iudicio filij de turpitudine parentis dici vix oportere. ibidem. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius: nullum periculum mortis adijt: nihil mali timuit: quod non totum à matre eſſet conflatum & perfectum. ibidem. Hoc ipſum iudicium, hoc periculum, illa accuſatio, omnis teſtium copia, quæ futura eſt, à matre initio eſt adornata: à matre hoc tempore inſtruitur: atque omnibus eius opibus & copijs comparatur. Ipſa denique nuper Larino huius opprimendi cauſa Romam aduolauit. pro Cluent. 21 b, Vir matris.

Matercula, læ. *diminutiuum à matre.* pro Flac. 163 a, Materculæ ſuæ feſtiuus filius, aniculæ minimè ſuſpicioſæ, purgat ſe per epiſtolam.

Materfamilias, matrisfamiliās. *Eſt quæ in mariti familiam, & bonorum partem venit. Eſt etiam notæ autoritatis fœmina, vt Vlp. Iuriſconſultus dicit: quæ eadem eſt matrona.* pro Cæl. 44 a, Si matremfamiliās ſecus, quàm matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. Topic. 22 a, Vxoris duæ formæ ſunt: vna matrumfamiliās, altera earum quæ tantummodo vxores habentur.

Materia, riç. *materies, ſubſtantia ex qua fit aliquid.* de In. 83 b, Vti poſſe ligneam materiā neceſſe eſt. de Or. 125 b, Nulla materia niſi admoto igni ignē cōcipere poteſt. de N. 78 b, Materiam rerū, ex qua & in qua omnia ſunt, totā eſſe flexibilem & cōmutabilem: vt nihil ſit, quod non ex ea, quāuis ſubitò, fingi conuertiq́; poſſit. Eius autem vniuerſæ fictricem & moderatricem diuinā eſſe prouidentiam. Acad. 29 b, & 30 a, Plato ex materia in ſe omnia recipiente mundū eſſe factū cenſet. de Leg. 160 b, Perpetuis curſibus, cōuerſionibusq́;

ſionibusque cæleſtibus extitiſſe materiam quandam ſerendi generis humani. Acad. 43 b, & 44 a, Sed ſubiectam puant omnibus ſine vlla ſpecie atque carentem omni illa qualitate,&c. materiam quandam, ex qua omnia expreſſa atque effecta, quę tota omnia accipere poſſit, omnibus modis mutare atque etiam ex omni parte, eoq; etiam interire non in nihilum, ſed in ſuas partes. * 3 de Nat. deor. Non eſt probabile, eam materiam rerum, vnde orta ſunt omnia, eſſe diuina prouidentia effectam, ſed habere & habuiſſe vim & naturam ſuam. Vt igitur faber cùm quid ædificaturus eſt, non ipſe facit materiam: ſed ea vtitur, quæ ſit parata, fictorq; item è cera: ſi iſti prouidentiæ diuinæ materiam præſtò eſſe oportuit, non quam ipſa faceret, ſed quam haberet paratam. Quod ſi non eſt à Deo materia facta. de Vni. 198 b, Ex materia, quæ indiuidua eſt, & quæ ſemper vniuſmodi ſuiq; ſimilis, vt ex ea, quæ corporibus diuidua gignitur, tertium materiæ genus admiſcuit *Deus* ex duobus in medium, quod eſſet eiuſdem naturæ, & quod alterius: idque interiecit inter indiuiduum atque id quod diuiduum eſſet in corpore. Ea cùm tria ſumpſiſſet, vnam in ſpeciem temperauit, naturamq; illam, quam alterius diximus, vi cum eadem coniunxit fugientem, & eius copulationis alienam permiſcens cum materia, cum ex tribus effeciſſet vnum, id ipſum in ea, quæ decuit, membra partitus eſt. Iam partes ſingulas ex eodem & ex altero & ex materia temperauit.

¶ *Lignorum apparatus.* pro Milon. 115 b, Repentè lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit. * Top. 225 b, Huius generis cauſarum, ſine quo non efficitur, alia ſunt quieta, nihil agentia, ſtolida quodammodo, vt locus, tempus, materiæ, ferramenta, & cætera generis eiuſdem.

¶ *Copia, ſylua.* de Inu. 50 a, Veruntamen non incommodum videatur, quandam ſyluam atq; materiam vniuerſam, antè permiſtam & confuſam, exponere omnium argumentationum.

¶ *Id de quo ſunt facultatum tractationes, ſeges, materia ſubiecta.* I. A. 168 b, Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. de Inuent. 43 b, Materia artis eſt, in qua omnis ars & ea facultas quæ conficitur ex arte, verſatur: vt ſi medicinæ materiam dicamus morbos & vulnera, quòd in his omnis medicina verſetur. Orat. 216 b, Eſt enim in vtroque & materia & tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. Offic. 4 a, Quocirca huic quaſi materia quam tractet & in qua verſetur, ſubiecta eſt veritas. de Fin. 103 a, Eſtque illa ſubiecta quaſi materia ſapientiæ. Orat. 215 a, In verbis ineſt materia quædam, in numeris expolitio. pro Cecinna 300 a, Materia æquitatis. pro Milone 108 b, Quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem atq; materiam ſuæ glorię? * de Orat. 85 b, Qui omnem illarum artium penè infinitam vim & materiam ſcientia & cognitione comprehenderit. Partit. 234 a, Huius materiæ ad argumentum ſubiectæ, perluſtrandæ animo partes erunt omnes. pro Cæcin. 300 a, Cùm exemplis vterer multis: etiam illa materia æquitatis ab verbo & ab ſcripto.

¶ *Facultas.* de Orat. 130 b, & 131 a, Eſt enim deformitatis & corporis vitiorum ſatis bella materies ad iocandum. de Orat. 133 a, Materiam aliam eſſe ioci, aliam ſeueritatis. in Ant. 253 a, Aut ſuſpicioni crimen, aut inuidiæ materiam dediſſe videbimur. Qu. fr. 299 b, Hoc ſic habeto, materiã omnem ſermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dediſſe. de Clar. 168 a, Illa mors vulgaris nullam præbebat materiam ad ornatum. de Orat. 140 a, Opes ſuperbiæ ac libidini facultatem ac materiam dare. Epiſt. 24 b, Sed tamen probabilem materiam nacti ſermonis, conabantur, &c. Quint. frat. 306 a, Lupus egit cauſam agri Campani ſatis accuratè, materiam rei non ignoras. pro Dom. 215 a, Nònne id agendum nobis fuit, vt materiam ſubtraheremus furori tuo? ibid. 215 b, Prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. * I. V. 184 a, Fac enim fuiſſe in iſto C. Lælij, M. Catonis materiam (*al. materiem.*) atque indolem.

¶ *Inuentio.* in Sal. 273 a, Vnus enim ſatis materiæ habens, &c.

† Syntaxis. *Vtitur lignea materia. Rerum materia, ex qua, & in qua. Serendi materia. Subiecta materia. Sylua, & vniuerſa permiſta & confuſa argumentorum materia. Scribendi materia, & materies. Materia medicinæ morbus. Materiam tractare, in ea verſari. Seges & materia laudum. Opes libidini materiam & facultatem dant. Ariſtoteles multum habens materiæ. In illo materia eſt Platonis, & indoles.*

MATERIATVS, a, um. *quod ex materia conſtat.* pro Clu. 20 a, Aedes malè materiatæ & ruinoſæ. de Off. 62 b.

* MATERIES, ei. *materie.* de Orat. 89 a, Materies illa fuit Phyſici. de Orat. 110 b, Hæc tanquam aliqua materies Oratoribus ſubiecta eſſe debent. de Orat. 116 b, Si nihil valet materies. de Oat. 121 b, Vt eam materiem orationis, quæ cuiuſque eſſet generis, ſtudioſi qui eſſent dicendi, omnibus locis deſcriptam, inſtructam, ornatamque comprehenderent, rebus dico & ſententijs. de Orat. 130 b, & 131 a, Eſt enim deformitatis, & corporis vitiorum ſatis bella materies ad iocandum. Partit. 237 b, Eſt etiam quaſi quædam materies ſubiecta honeſtati, quæ maximè ſpectatur in amicitijs. pro S. Roſcio 33 a, In ſingulis eiuſmodi materies eſt, vt ſingulos dies poſſis conſumere. I. V. 106 a, Illò non ſaxum, non materies aduecta eſt. I. V. 245 a, Reliqua eſt materies: hanc Rheginis publicè, quòd Mamertini materies non habent, imperauiſti. Epiſtol. 67 b, Erit materies digna facultate & copia tua. Attit. 29 b, Creſcit mihi quidem materies, vt dicis.

MATERIS, ris. *Gallorum telum, & haſta militaris.* ad Heren. 34 a, Aut idem Gallos ſignificans dicat: nec tam facilè ex Italia materis tranſalpina depulſa eſt. *Loco materis, prius legebatur, armatura: ſed præterquam quòd vetera quædam exemplaria Materis habent, docti ſatis intelligunt denominationem hanc à communi inſtrumenti nomine fieri non poſſe, quæ à proprio (vt eodem loco de Macedonum telis oſtenditur) facienda eſt. Eſſe autem materim proprium Gallorum telum, docet Nonius ex Siſenna autore vetuſto.*

MATERNVS, na, num. pro Cl. 20 a, Nomen maternum, amantius indulgentiuſque. pro S. Roſc. 29 a, Paternus maternuſq; ſanguis.

MATERTERA, ræ. *matris ſoror.* de Orat. 108 b, C. Aculeo, quo cum erat noſtra matertera. de D. 101 b, Puellam defatigatam petijſſe à matertera, vt ſibi concederet pauliſper, vt eius ſella requieſceret.

MATHEMATICVS, a, um. de Orat. 85 b, Ii, qui mathematici vocantur, magna in obſcuritate rerum & recondita in arte & multiplici ſubtilitą; verſantur. de Diuin. 110 b, Quæ in Geometria deſcribuntur, &c. mathematicorum ſunt, non ariolorum. de Finib. 149 a, In ſummo apud illos honore Geometria fuit, itaque nihil mathematicis illuſtrius. & 63 b, Mathematica à falſis initijs profecta, vera eſſe non poſſunt. & 67 a, Nec de re artificioſa loquitur, vt mathematici. & 126 a, Mathematici, Poëtæ, Muſici, Medici denique ex hac Academia vetere tanquam ex omnium artium officina profecti ſunt. Tuſc 221 a, Mathematicorum mos eſt, non philoſophorum. nam Geometræ cùm aliquid docere volunt, ſi quid ad eam rem pertinet, eorum quæ antè docuerunt, id ſumunt pro conceſſo & probato: illud modò explicant, de quo antè nihil ſcriptum eſt. Acad. 29 a, *de Geometricis & mathematicis probationibus.* de D. 127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate feratur. de Nat. 53 b, Eruditus puluis mathematicorum.

† Syntaxis. *Puluis Mathematicorum eruditus.*

MATRICIDA, dæ. *qui matrem occidit, parricida.* Qu. fr. 300 a, Zeuxis, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi à me intimè commendari. de Aruſp. 152 b, Somnium matricidarum.

MATRICIDIVM, dij. de Inuent. 46 a, Oreſtes ſi accuſetur matricidij.

MATRIMVS, a, um. *cuius mater viuit.* de Ar. 249 a, Si puer ille patrimus & matrimus terram non tenuit.

MATRIMONIVM, nij. *viri & mulieris legitima coniugatio.* pro Cluent. 54 b, Ius matrimonij caſtum & legitimũ damnatione viri ſublatum putabat. de Diuinat. 101 b, Collocare ſororis ſuæ filiam in matrimonium. in Verr. 126 b, & Att. 276 b, & de Legib. 191 b, Habere aliquem in matrimonio. pro Cecinna 289 b, Is habuit in matrimonio Cæſonam. pro Cluen. 22 a, & 43 a, Is Saſſiam in matrimonium ducere cupiuit. pro Cælio 44 a, Te modò Qu. Metelli matrimonium tenuiſſe ſcis. pro Cluent. 24 b, Quæ nuptiæ non diurnæ fuerunt: erant enim non matrimonij dignitate, ſed ſceleris ſocietate coniunctę. in Anton. 169 a, Curio te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo collocauit. * ad Octau. 331 Qui tanquam in dotali matrimonio Rempubl. teſtamento legatam ſibi obtineret.

† Syntaxis. *Collocare in matrimonium: ſic ducere. In matrimonio aliquam habere, collocare.*

MATRONA, nę. *marita, mulier, quæ vxor eſt, materfamilias.* pro Cælio 44 a, Si matremfamiliãs ſecus, quàm matronarum dignitas poſtulat, nominamus. de Nat. 69 a, Natio dea, quæ partus matronarum tuetur à naſcentibus. de Aruſpic. 249 a, Quò matrona nulla adijt. Epiſt. 99 a, * Quam ignorauerunt Medeæ, quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ opulentæ optimates.

MATVRATIO, *feſtinatio, pperatio.* ad Her. 16 b, * Dolus cõſumit in pecuniã, pollicitationes diſſimulationes, maturatio-

nes, &c. de quibus magis idoneo tempore loquemur.

MATVRATVS,a, um. de Seneɛt.88 a, Vua primò eſt peracerba guſtatu,deinde maturara dulceſcit. de Nat. 2 a, Omnia quæ terra gignat, maturata pubeſcunt.

MATVRE,ius,ſsimè.*citò,celeriter*.pro Mur.128 b,& Epiſt.31 * Maturè proficiſci. & 258 a, Vt eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. Qu.fr.130 a, Balbum ais maturè Romam bene comitatum eſſe venturum.I.A.205 a, Quę ſine mora maturæq́; decreta facilius, &c. I. V. 222 b, Cuſtodes maturè ſentiunt.in Verr. 160 a, Eo celerius de iſto tranſigamus, quo maturius ad Apronium veniamus. de Or.194 b, Qui omnium maturiſſimè ad publicas cauſas acceſſerim. pro Cecin. 286 a, Hæc res maturiſſimè iudicanda eſt.

MATVRESCO,ſcis.*proficior,abſoluor*.de N.39 b, Partus matureſcunt aut ſeptem aut nouem Lunæ curſibus.

MATVRITAS,tis.*tempeſtiuitas,tempus maturum*. de Or. 116 Non poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus,quod nimis ſceleriter eſt maturitatem aſſecutum.Tuſcul.162 a, Maturitas frugum.Qu.fr.32 a,Sed eius rei maturitas nondum venit, & tamen iam appropinquat. de N.49 b, Luna à ſole illuminata grauiditates & partus affert, maturitatesq́; gignēdi. item, Commutationes temporum quadripartitæ ad maturitatem frugum aptæ.de N.21 a, Temporum mutationes,maturitates,viciſſitudinesq́ue cognouiſſent.Attic. 20 b, Inducendi ſenatuſconſulti maturitas nondum eſt. Epiſtol. 49 a, Hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, credo maturitate ætatis ad prudentiam.& 92 a,Etſi abeſt maturitas ætatis. de Seneɛt. 92 a, Sic vitam adoleſcentibus vis aufert,ſenibus maturitas.de Diuin.83 b, Hæc arbor arandi maturitatem ad ſignum floris accommodat. de Cl. Sed videbatur illud in me iam eſſe perfectum, & habere maturitatem quandam ſuam.pro Cæl.53 b,quæ ſtudia in adoleſcentia tanquam in herbis ſignificant, quæ virtutis maturitas,& quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ in Catil. 103 b, Sed neſcio quo pacto omnium ſcelerum ac veteris furoris & auaritiæ maturitas in noſtri conſulatus tempus erupit. de Cl 165 b, Cùm oratio noſtra caneſceret, & haberet ſuam quandam maturitatem,& quaſi ſenectutem. & 179 a, Vt dicendi Latinè prima maturitas in qua ætate extitiſſet, poſſet notari.Epiſt. 154 a, Vt res ipſa maturitatem tibi animaduertendi omnium conceſſu daret. Or.296 b, Adoleſcens non tam re & maturitate, quàm ſpe & expectatione laudatus. * de N. deor. 57 b, Eorum *ſiderum* curſus dimetati, maturitates temporum, varietates, mutationesq́ue cognouimus. de Seneɛt. 78 a, Neceſſe fuit eſſe aliquod extremum,& tanquam in arborum baccis terræq́ue frugibus maturitate tempeſtiua quaſi vietum & caducum. & 83 b, Senectutis maturitas naturale quiddum habet.

MATVRO,as.*maturitatem affero, accelero, propero*. Att. 278 b, Quod vt faceres,idq́; maturares, magnopere deſiderabat reſpublica.pro Clu. 54 a, Maturare mortem alicui. Ep.28 a, Succeſſor tuus non poteſt ita maturare vllo modo, vt tu me in Aſia poſſis conuenire.Att.54 a,Te expecto & oro vt matures venire.

MATVRVS,a,um:rior.*coctus, tempeſtiuus*. de Cl. 191 b, Ipſe Thucydides ſi poſterius fuiſſet,multo maturior fuiſſet, ac mitior.Att.208 a, Vides quàm maturum ſit.de Diu.122 a, Edidit hæc Calchas,quæ iam matura videtis.Epiſt 128 a, Mihi verò bene maturum videtur fore. & 149 b, Sed ne maturum quidem etiamnum fuit:*id eſt,tempus*. de Diu.88 a,Maturam mortem oppetere. de Or.93 a, Ocium ac facultas diſcendi maior ac maturior. ad Her.29 b, Vt virtutes in ætate maturiſſima velint comparare. de Sen. 93 a, Satietas vitæ tempus maturum mortis affert. I. A. 209 a, Venit tempus Qir. ſerius omnino quàm dignum pop. Romano fuit:ſed tamen ita maturum,vt differri iam hora non poſſit.Qu.fr.209 a, Ego tibi ſpem naturæ deceſſionis afferebam. Att. 240 a, Componendum argumentum eſt & ſcribendi expectandum tempus maturius.de Sen.92 a, Poma ex arboribus ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura & cocta decidunt.

† Syntaxis.*Maturus & mitis orator.Maturiſſimè ad cauſas accedere.Gignendi maturitas, facilitas, Legendi nunc maturitas eſt. Senectæ maturitas. Id in illo maturitatem habet. Maturitas auaritiæ nunc erumpit. Orationis maturitas & ſenectus.Venire maturè mortem alicui maturare.Maturiſſima ætas.Fructus maturus & coctus in arbore.*

MATVTA,*Cadmi filia*. Tuſc.154 a, de N 69 a.

MATVTINVS, a, um. Att.16 a, Cùm bene completa domus eſt tempore matutino. Ep. 94 b, Matutina tempora lectiunculis conſumo. Att.103 b, Hodie expectabam tuas literas matutinas aut poſtmeridianas.ad Br.90 b, Matutina ſalutatio. de Diuin. 83 a, *Et matutinis acredula vocibus inſtat.*



MAVORS,tis.*Mars*. de N.39 b,& 72 a, Mauors quia magna vertit.

MAVRI,*populi*.Epiſt.162.Galbæ.

MAVRITANIA,niæ. pro Syl. 177 b, Rex Mauritaniæ.& in Vat.31 b,Veniſti ad fretum per Mauritaniam.

MAXILLA,læ.*mala*.Or.211 a, Literam è maxillis & taxilis conſuetudo elegans Latini ſermonis euellet.

MAXIME.*ſummè,nec minimè,potiſſimum,præcipuè, immortaliter*.Off.10 b,Vt quiſq; maximè opis indigeat,ita ei potiſſimùm opitulari. in Ant. 220 a, Maximè equidem vellem, vt,&c.ſecundo autem loco,&c.Epiſt.60 b,Tam ſum amicus reipublicæ, quàm qui maximè. de Or.97 a, Dicere quàm maximè ad veritatem accommodatè. Par. 240 a, Quæ vel maximè proſunt. de N 58 b, Hoc mihi videtur vel maximè confirmare,&c. Qu.fr.311 b,Domus celebratur vt cum maximè de Sen.84 b,Cauſarum illuſtriũ,quaſcunq; defendi,nunc quàm maximè cõficio orationes. ad Her.27 b, Hoc maximè admodũ mihi accommodatũ eſt. ¶ *Cum primis,præſertim*. Or.207 b,Cognoſcat etiam res geſtas, maximè ſcilicet noſtræ ciuitatis. & 206 b, An ego poëtis & maximè tragicis concederem,vt, &c. Att.109 b, Scribæ aliquid, & maximè ſi, &c. & 177 b, Eo maximè, quòd,&c.de N.59 b,Quæ ratio poëtas,maximeq́; Homerum impulit,&c.Att.38 b,Maximeq́; in eo eſt reprehẽſus, quòd dixerat, &c.de N.31 a, Et id maximè hyeme. Attic. 109 a,Maximeq́; quòd ſit,&c de Ein.114 a, Maximeque quòd is locus id temporis vacuus eſſet.Ep.6 a,Et eos maximè, qui te maximè debuerunt & plurimùm potuerunt iuuare pro D.222 b, Intuemini pauliſper animis iuuentutem, & maximè eos qui, &c. Att. 154 a, Ego conſilijs tuis vſus ſum maximè, quòd & grauitatem in congreſſu noſtro tenui,& ad vrbem,&c.Epiſt.11 b,Quod ego cum audiſſem ex alijs maximè ex meo fratre cognoui.

MAXIMOPERE.*ſummoperè*.Ep.31 a,À te maximopere peto & quæſo, &c.

† Syntaxis. *Vt quiſque maximè diues, ita. Maximè velim vt.Secundo loco,vt.Tam es bonus,quàm qui maximè.Ego te amo maximè,quòd.Hoc ego vel maximè cupio. Id maximè admodum laudo. Eo maximè te amo, quòd. Quàm maximè te cupio adeſſe.*

MAXIMVS,a,um.*ampliſſimus, ſummus, immanis, incredibilis, ingens,ſingularis,vnicus,diuinus, immortalis, maximè rarus*.de N.39 a,Qu.fr.320 a,Reſpondi epiſtolæ maximimæ.nunc audi de minuſcula.de Fin.83 a, Maximum malum, maximus dolor.Ep.222 b,Multa illius in me officia,multa in illum mea quoque, & quod maximum eſt, ſummus inter nos amor & mutuus. Qu fr.320 a, Omnia minima maxima ad Cæſarem mitti ſciebam. * Hortenſ. Vel omnium maximum Stoicorum Poſſidonium vidi.

† Syntaxis *Et (quod maximum eſt) &c. Omnia minima maxima tibi videntur.*

*Vt cum Luna means Hyperionis officit orbi.*

MECVM,tecum,ſecum.Or.211 a,b,Ex eo mecum & tecum, non cum me & cum te: vt eſſet ſimile illius nobiſcum & vobiſcum. Poſtq. 211 a, Multa mecum ipſe reputaui. de Leg. 196 a, & de Inuent. 42 a, Sæpe mecum ipſe cogito, &c.pro Qu.9 b,Si tecum hæc duo verba feciſſes, &c. pro Cæl.46 b, Voſmet vobiſcum recordamini. Tuſc. 197 a, Quamobrem omnes cùm ſecundæ res ſunt maximè, meditari ſecum oprtet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant. Off. 29 a,Si quis cùm cauſam ſit acturus,in itinere ſecum ipſe meditetur,aut ſi quid aliud attentè cogitet,nõ reprehendatur.Att.147 b, Legi tuas literas, quibus mecũ agebas, vt, &c. de Sen. 87 a, Nunc tanquam emeritis ſtipendijs ambitionis,mecum ſum, mecumque (vt dicitur) viuo.

† Syntaxis. *Voſmet vobiſcum recordamini. Tecum ipſe meditare. Tecum ſis,tecumq́; viuas.*

MEDEA,deæ.de N.69 a, Medea duobus auis Sole & Oceano, Aceta patre, matre Idya procreata eſt. pro Pom.8 a, Ex Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur: quam prædicant in fuga fratris ſui membra in ijs locis, quà ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe, vt eorum collectio diſperſa mœrorq́ue patris celeritatem perſequendi retardaret.

MEDENDVM.Epiſt.187 b,Sunt enim permulta, quibus eſt medendum.

MEDEOR,ris.*ſano,curo,medicinam affero,adhibeo, facio curationem adhibeo, remedium adhibeo,facio, procuro*. pro Sext.Roſc. 39 b,Intelligo me errare, qui cùm capiti mederi debeam, reduuiam curem.de Or.115 a, Medici,qui morbis,qui vulneribus,qui oculis mederentur.& 98 b, Laborãtibus ſuccurrere,ægris mederi, afflictos excitare. I. V. 225 b, Cùm morbo alicui mederi vis, conſuetudo valentis & natura corporis cognoſcenda eſt. Qu.fr.296 a, Mederi incõmodis hominum.contra Rull. 65 b, Huic malo pro ſe quiſq;

noſtrûm

noſtrûm mederi, atque hoc omnes ſanare velle debemus. pro S.R. 26 a, Hi medentur rei publicæ, qui exſecant peſtem aliquam tanquam ſtrumam ciuitatis. pro Seſt. 9 b, Vt afflictę reipublicæ quantum poſſet mederetur. I.V. 227 a, Medemini religioni ſociorum iudices, conſeruate veſtram autoritatem. Att. 206 b, Si quid eſt enim offenſionis, hæc res mederi poteſt. Tuſc. 202 a, Nec ille liber medetur vulneribus, ſed cicatricibus. Ep. 101 b, Dies etiam ſtultis mederi ſolet. de Diu. 109 a, Conſolatio mihi aliquantum medetur. Att. 278 a, Velim facilius quàm tunc mihi, nunc tibi faciliùs tute medeare.* pro Marc. 134 b, Quibus Vulneribus præter te mederi nemo poteſt. Ep. 192 b, *Lentuli.* Hæc ſiue timore, vt dictitant, de agris, &c. nullo exemplo, neque veſtra ex parte, &c. mederi, cùm facilè poſſent, voluerunt. Tuſc. 177 a, Efficit hoc philoſophia: medetur animis. Epiſt. 260 a, Sed incidi in ipſam flammam ciuilis diſcordiæ, vel potius belli: cui cùm cuperem mederi, &, vt arbitror, poſſem.

† Syntaxis. *Equidem pro me mihi medebor. Homini mederi, & morbo Hinc agnoſcimus, Mederi verbum ſignificare tollo, aufero. fugo, pello, abigo. ſi ſequantur nomina malum, morbus: & rurſus vim habere verborum, opem fero, opitulor, curo: ſi ſequantur vocabula, à quibus malum abigitur.*

Medi, *populi.* de Offic. 41.

Mediastinus, ni. *mancipium viliſſimum.* * I. C. 105 a, Collectū exercitū ex ſenibus deſperatis, agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis. *Alij mēdiculis legūt, alij penitùs omittūt.*

Medicamen, nis. *medicamentum.* in Piſ. 82 a, Cùm diceres te vinolentis quibuſdam medicaminibus ſolere curari.

Medicamentum, ti. *medicamen, medicina, remedium.* Offic. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. & ibidem: Si eo medicamento ſanus factus fuerit. de Clar. 184 a, Cn. Octauius multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. de Nat. 52 b, Terræ plenæ medicamentorum ſalutarium. de Inuent. 49 a, Vt vulneri præſtò medicamentum ſit. pro Cluent. 24 a, Mulier partum ſibijpſi medicamentis abegit. Orat. 204 a, Fucata medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. de Fin. 69 a, Medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant. pro Clu. 70 a, & 28 a, Id huic ærumnoſiſſimo non venenum, ſed multorum medicamentum laborum fuiſſet. * Hortenſ. Sufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam. I. V. 181 b, Cùm omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamēto amicos redemiſſet. Att. 137 b, Omitto cauſam Reipub. quam ego amiſſam puto cùm vulneribus ſuis, tum medicamentis his, quæ parantur.

†Syntaxis. *Medicamentis delibutus. Medicamentorum terra plena. Medicamentis abigere partum. Fucata candoris medicamenta. Medicamentum igitur ſignificat vim medicam, vnguentum, remedium, venenum, fucum.*

Medicina, næ. *medicamentum, remedium, valetudinis curatio, ars medendi.* Att. 261 b, Deſperatis vętat Hippocrates adhibere medicinam. & 193 a, Fortis ægroti eſt, accipere medicinam. de Or. 125 a, b, Medicus diligens ægro adhibet medicinam. de Diu. 85 a, Aegro à medico petere medicinam. pro Clu. 55 b, Exercere medicinam. de Or. 193 b, His quaturor cauſis totidem medicinæ opponuntur. de Diu. 85 b, An medicina ars non putanda eſt? quam tamē multa fallunt. Ep. 236 b, Facere medicinam alicui. pro Qu. 2 a, Si aduerſarij falſum crimen quaſi venenatum aliquod telum iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Ep. 236 b, Ita ſum leuatus, vt Deus mihi aliquis medicinam feciſſe videatur. Att. 16 b, Quanquam animus eſt præſens, tamen voluntas ipſa medicinam efficit. I.V 66 a, Nulla vnquam medicina his tot incommodis reperietur. I.C. 108 a, Deinde ſingulis medicinam conſilij atq; orationis meæ, ſi quā potero afferam. de Am. 97 a, Sed non egeo medicina, me ipſe conſolor. Ep. 71 b, Petere medicinam à literis. Off. 30 b, Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris vtilitas quæritur: vt medicina, architectura, &c. de N. 28 b, Quia non omnes conualeſcunt, iccirco ars nulla medicina eſt. ad Octau. Medicina ſit erranti confeſſio. 3. de Orat. Medicina in multas partes diſcerpta. 10. ad Attic. Medicina imbecilior eſt, quàm morbus. Att. 22 b, Medicina non minus eſſet probanda, quæ ſanaret vitioſas partes reipublicæ, quàm quæ execaret. Tuſc. q. lib. 3, Eſt enim tarda illa quidem medicina, ſed tamen magna, quam affert longinquitas & dies. Tuſc. q. lib. 3, Medicina calamitatis Tuſc. q. lib. 3, Poſt red. in Senat. Medicina conſularis. Acad. q. ed. 2 lib. 1, Medicina doloris pro Seſt. Medicina periculorum. 5 Famil. Medicina temporis. *id eſt, quam diuturnitas affert mærori.* de Fin. Quoniam vt medicina valetudinis, nauigationis gubernatio, ſic viuendi ars eſt prudentia. Tuſc. q. lib. 4, vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. 2. ad Qu. fr. Ad medicinam reipublicę accedere. de Fin. lib. 5, Et medicinam quandam laboris afferret. 5. Famil. Medicinam perpetuam ab aliquo repetere. 2. ad Att. Medicinam quærere. Diu. lib. 3, Medicina ſublata tollitur omnis autoritas ſomniorū. * pro Seſt. 12 b, Qui hac vna medicina ſola potuit à Reipub. peſte depelli. Tuſc. 190 a, Cur corporis curādi tuendiq; cauſa quęſita ſit ars eius, atq; vtilitas Deorum immortalium inuētioni conſecrata: animæ autem medicina nec tam deſiderata ſit, antequam inuenta: nec tam culta, poſteaquam cognita eſt: nec tam multis grata & probata: pluribus etiā ſuſpecta & inuiſa? Tuſ. 214 a, Cùm eſt concupita pecunia, nec adhibita cōtinuò ratio, quaſi quædam Socratica medicina, quæ ſanaret eam cupiditatem.

† Syntaxis. *Medicinam facere, exercere, alicui facere, efficere, afferre, Medicina temporum, calamitatis, periculorum. ad alicuius medicinam accedere.*

Medicus, ci. pro Clu. 29 a, In morbis corporis, vt quiſq; eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atq; optimus quæritur. de Diu. 110 a, Ad ægros non vates, ſed medicos ſolemus adducere. de Diu. 82 b, Mirari licet, quę ſint à medicis animaduerſa herbarum genera, quæ radicum, ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. pro Cluent. 25 b, Ad quam cum adduxiſſet medicum illum ſuum, mulier exclamabat ſe abeo nullo modo velle curari: quo curante ſuos omnes perdidiſſet. de Fat. 146 a, Siue medicum adhibueris, ſiue non, conualeſces. de Ar. 251 b, Qui medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem vtitur. de Or. 112 a, Si medicus de morbis diſertè dixerit, & 90 a, Aſclepiades, quo nos medico & amico vſi ſumus, eloquētia vincebat cæteros medicos. Ep. 258 a, De Medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio, ſed planè curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος eſſes. & 250 b, Curio miſi, vt medico honos haberetur. 3 de N. 75 a, Vt ſi medicus grauitatem morbi, gubernator vim tempeſtatis accuſet. 16. Famil. Medico puto aliquid dandum eſſe, quò ſit ſtudioſior. 8 ad Att. Medico ſalus propoſita eſt 16 Fam. Medico mercedis quantum poſcet, promitti iubeto. 15 a & Att. Medicum ſummum tantus improuisò morbus oppreſſerit. 3 de Nat. Medici quoq; ſæpe falluntur. Diu lib. 2, Medici quanquam ſæpe intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt, illo morbo eos eſſe morituros. Diu. lib. 2, Medici ex quibuſdam rebus & aduenientes & creſcentes morbos intelligunt. Tuſc. q. lib. 3, Medici, cauſa morbi inuenta, curationem eſſe inuentā putant. pro Cl. Medici nihil præter artificium præſtant. 1 Fam. Medici ſolius ſalutis, aliptæ etiam virium & coloris rationem habēt. 2 de N. deor. Medicorum ingenijs nuper, id eſt paucis antè ſeculis, reperta. de Leg. Medicorū præcepta dici verè nō poſſunt, ſi quæ inſcij imperitiq; pro ſalutaribus mortifera conſcripſerint. 4 Fam. Ser. Sulpitij, Medicos cogere.* de Or. 125 a, Medico diligenti priuſquā conetur ægro adhibere medicinam, non ſolum morbus eius, cui mederi volet, ſed etiam conſuetudo valentis, & natura corporis cognoſcenda eſt. Incer. Hippocrates nobiliſſimus medicus. Tuſc. 183 a, Medicum modò requirēs, à quo obligetur. Off. 17 a, Medici grauioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere cogūtur. Ep. 50 b, *Sulpitij.* Neq; imitare malos medicos, qui in alienis morbis ꝓfitentur ſe tenere Medicinæ ſcientiā, ipſi ſe curare nō poſſunt. Att. 237 a, Ad quē igitur medicū te cōferes? Quid mihi iā medico, aut, ſi opus eſt, tāta inopia eſt? ibid. Cùm hominē temperantē, ſummū medicū, tantus improuisò morbus oppreſſerit. Att. 276 b, Tibi Glicona medicū Panſæ, q ſororē Achilleos noſtri in matrimonio habet, diligentiſſimè cōmendo. Audimus eū veniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſę, cuſtodiriq; vt parricidā. de N. 75 a, Si medicus grauitatē morbi, gubernator vim tēpeſtatis accuſet. & b, Vt ſi medicus ſciat eum, &c. magna ſit in culpa. Att. 237 a, Ad quem igitur medicum te conferes? Quid mihi iam medico, aut ſi opus eſt, tanta inopia eſt? ibid. Cùm hominem temperantem, ſummum medicum, tantus improuisò morbus oppreſſerit?

* Medidies, iei. *meridies.* de Or. 212 a, Ipſum meridiem, cur non medidiem? *Exemplum, in quo ſuauitatis cauſa peccatur.*

Medietas, tis. *media pars, medium.* de Vniu. 199 a, Partes rurſus interuallis ita locabat, vt ſingulis eſſent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Græci *μεσότητας* appellant: ſed quaſi id dixerim, ita intelligatur.

Medimnum, ni. *menſuræ genus ſenos medios capiens.* I.V. 159 a, Tritici ſeptem millia medimnûm. * I.V. 171 b, Decumæ venierunt medimnis XXXVI. ibid. 172 a, In iugero Leontini agri medimnum ferè tritici ſeritur. ibid. Totidem medimna decumæ debeantur. ibid. Vt plus quàm decem medimna ex iugere ararent: medimnum ex iugero decamano dari poterit. I.V. 172 b, Vt iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret. I.V. 159 b, Cùm pro iugeribus quin-

quinquaginta,medimna DCC decumæ imperarētur. ibi. Qui DCC medimnis decidere noluiſſet, mille promiſit. I.V. 171 b, Agri Leontini decumæ anno tertio venierunt tritici medimnis, XXXVI, hoc eſt, tritici modijs CCXVI. & 172 a, Vt pluribus aliquantò medimnis decumas emeret.

MEDIOCRIS, cre. *nonnullus, modicus.* Tuſcul. 105 a, Omne malum etiam mediocre magnum eſt. de Orat. 119 a,b, Hæc ſunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximę. & ibid. Hoc tamen prudentiæ eſt penè mediocris. de Orat. 85 b, Per mulſos excellentes in quoque genere videbis non mediocrium artium, ſed penè maximarum. de Cl. 176 b, L. Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi non ita multum laude proceſſit. & 175 a, Is fuit mediocris in dicendo. de Orat. 116 a, Paruæ aut mediocres res. Acad. 5 b, Quidam è philoſophis, & hi quidem non mediocres. Epiſt. 67 a, Non enim fuit aut mediocre aut obſcurum. & 65 a, Maxima minima, mediocria. de Clar. 163 b, Fannius in mediocribus oratoribus habitus eſt.* Hortenſ. Eundem non modò ex mediocri pecunia, ſed etiam ex tenui percipere poſſumus.

† Syntaxis. *Orator in dicendo mediocris.*

MEDIOCRITAS, tis. *modus, nec nimium, nec parum.* de Clar. 177 b, Omnis virtus eſt, vt vetus Academia dixit, mediocritas. pro Mur. 139 a, Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas. Tuſc. 195 a, Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis. Acad. 34 a, Peripatetici mediocritatem perturbationum mihi non ſanè probant. Att. 282 a, Eſt ſcilicet vtriuſque rei modus, & quædam in vtroque genere mediocritas. de Orat. 94 b, Mediocritatem in dicendo C. Cælio honori fuiſſe. item: Villarum magnificentia, quarum quidem certus eſt adhibendus modus, ad mediocritatemq; reuocandus. Off. 55 b, In his autem ipſis mediocritas regula optima eſt. I A. 160 b, Non video quid in hac mea mediocritate ingenij deſpicere poſſit Antonius. ad Her. 21 a, Hilaritate, triſtitia, mediocritate vultus, ad ſermonis ſententias accommodata.* de Clar. 186 a, Lentulus cæterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultauit, in qua excellens fuit.

MEDIOCRITER, *modicè.* Tuſc. 195 a, Corpus etiamſi mediocriter ægrum eſt, ſanum non eſt. de Orat. 90 b, Neminē ſcriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuiſſe. ad Her. 25 a, Quiuis mediocriter literatus.* con C. Anton. Iniurias mediocriter ferre.

† Syntaxis *Virtus mediocritate moderata. Tenere mediocritatem. Modus & mediocritas. Modus ad mediocritatem reuocandus. Virtus mediocritas.*

MEDIOLANENSIS, ſe. I. P. 93 a, Mediolanenſis præco.

MEDITANDI, do. de Orat. 16 a, Quid Craſſus ageret meditandi aut diſcendi cauſa. de Cl. 172 a, Non in agendo ſolùm, ſed in meditando etiam fuit vehemens. de Orat. 108 a, Demoſthenes perfecit meditando, vt nemo planius eo loqueretur.

MEDITATIO, onis. *commentatio, exercitatio.* de Cl. 177 a, Nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur. de Orat. 119 a, Quos locos multa còmmentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. de Diu, 128 b, Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione ſuſtulerunt, vt Demoſthenes. pro. Cl. 36 a, Anni ſunt octo, cum iſta cauſa in iſta meditatione verſatur. Tuſ. 197 b, Stulta eſt meditatio futuri mali. I. A. 221 a, Seruius in ipſa cura & meditatione obeundi ſui muneris obijt. Tuſc. 183 a, & 184 a, Tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo valet.

MEDITATVS, a, um. *cogitatus, præparatus, commentatus.)(.ex tempore.* Off. 6 a, Leuiora ſunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt: quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. de Ar. 244 a, Nihil feci non diu conſideratum, & multo antè meditatum. pro Qu. 7 a, Cùm paratus meditatusq; veniſſes. I. A. 176 b, Attuleras domo meditatum & cogitatum ſcelus. de Orat. 119 a, Hoc meditatum nobis in perpetuum eſſe debet, ad omnem vſum, &c. Tuſc. 197 a, Sint ſemper omnia homini humana meditata. de Nat. 131 b, Ea quia meditata ſunt, minus ridentur. & 107 b, Accuratæ & meditatę commentationes. I. A. 225 a, Quod verbum non tibi excidit, vt ſæpe fit, caſu: deſcriptum, meditatum cogitatum attuliſti. I. A. 182 b, Cæſar non multos annos regnare eſt meditatus, & 190 b, Iam accedunt conſules, multos iam menſes de populi Romani libertate cōmentati atq; meditati. de Aruſp. 257 a, Veruntamen nocturnis vigilijs iuſtitium illud conceptum ac meditatum eſt. I C. 102 b. Ad huius vitæ ſtudium meditati illi ſunt, qui feruntur labores tui, iacére humi, &c. in Ver. 77 b, & 112 a, Nos qui meditati ad dicendum paratiq; venimus.* de



Orat. 138 b, Cùm illud *principium* meditati ediderunt.

MEDITERRANEVS, a, um. *)(.maritimus.* de Nat. 18 b, Ita fit, vt mediterranei mare eſſe non credant. I. V. 19 b, Enna mediterranea eſt maximè. I. V. 199 b, Ab hac inſula hæc lucra tanquam mediterraneis exigebantur. & 249 b, Homines maximè mediterranei.)(*.homines maritimi.*

MEDITOR, aris. *attentè cogito, commentor.* Epiſt. 20 a, Tu tamē ea para, meditare, cogita, quæ, &c. & 8 a, Hæc multò antè tè meditare, huc te pares, &c. Att. 73 b, Sed ego hanc *αὐτοξίαν* in vnum annum meditatus ſum. Meditare aduerſus Brutum cauſam meam. & 125 b, Vides, quam cauſam mediter. pro Muræn 134 b, Meditari accuſationem. de N. 60 a, Ego enim te diſputante quid contradicerem, mecum ipſe meditabar. I. P. 92 a, Meditare quibus verbis incenſam illius cupiditatem comprimas. pro Fl. 148 a, Græcus teſtis non iuriſiurandi, ſed lædendi verba meditatur. 152 b, Ex eius nuntio Matijq; literis meditabar, quomodo cum illo loquar. contra Rull. 68 b, Is deſignatus alio vultu, &c. eſſe meditabatur. de Orat. 87 b, Age verò, ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamq; mediteris. Off. 29 a, Vt ſi quis cùm cauſam ſit acturus, ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud attentè cogitet, non reprehendatur. Epiſt. 18 b, Aut ne ad eam *ſententiam* meditere, imparatum te offendam. & 9 a, Hæc ad te ob eam cauſam maximè ſcribo, vt iam de tua quoque ratione meditere. I. V. 78 a, Meditetur de ducibus hoſtium, &c.* Epiſt. 60 b, Quem ego cùm comperiſſem omnem ſui tribunatus conatum in meam perniciem parare atque meditari.

¶ *Exerceo.* de Or 97 a, Quæ in foro agenda ſunt, exercitatione quaſi ludicra prædiſcere & meditari. de Clar. 193 a, Nullum patior eſſe diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum.

Syntaxis. *In meditando vehemens. Commentatio & meditatio. Meditatio & exercitatio cuncta perficit. In hac meditatione verſatur cauſa. Anni duo ſunt, cum in hac meditatione laboro. Meditata & præparata ſunt iſta. Meditatum & cogitatum ſcelus afferre domo. Accurata & meditata commentatio. Conceptum ac meditatum. Meditatus & paratus. In vnum annū ipſum meditatus. Meditare ad hoc, de hoc, hoc Prædiſcere & meditari ludicra exercitatione, quæ in foro agenda ſunt. Vel in foro dicere, vel extra forum meditari.*

* MEDITVLLIVM, ij. Top. 223 b, in quo poſtlimino Seruius nihil putat eſſe notandum, niſi Poſt. & liminium illud productionem eſſe verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus ineſſe timum, quàm in meditullio tullium.

MEDIVS, a, um. *intermedius, interiectus, inter aliquos interiectus, interiectus, medius, dimidiatus.* de Orat. 166 b, Nam verſus æquè prima, & media & extrema pars attenditur. Or. 208 b, Quod & inter media argumenta faciendum eſt. & 218 b, Oratio vel oriens, vel media, vel cadens. de Pro. 78 a, Tempus proximum, medium, vltimum. pro Clu. 57 a, Ne in extrema quidem, aut media, aut aliqua denique parte quæſtionis verbum fecit vllum. pro Dom. 223 a, Cum tu furens per medium forum popularis volitares. Qu fr. 309 a, Dixi pro Beſtia in foro medio. de Diu. 87 a, Qui in vinea media dicitur conſtitiſſe. de Orat. 86 b, Inteſtamentorum formulis, hoc eſt, in medio iure ciuili verſari. pro Cl. 23 a, Mulier in media potione exclamauit, &c. Tuſc. 156 b, Terra in medio mundo ſita. de Som. 129 a, Medius mundi locus. Tuſc. 156 b, Vt illæ ſuperiores in medium locum mundi grauitate ferantur. de N. 49 a, Mare medium terræ locum expetens. & ibid. Id medium, infimum in ſphæra eſt. Or. 216 a, Eſt tertius ac medius inter illos. de Opt. 243 a, Alij eis interiecti, & tanquam medij. Ac. 45 b, Iis ipſis alia interiecta & media numerabat. & ibid. Neutra autem in medijs relinquebat. Att. 164 a, Nam qui ſe medium eſſe vult, in patria manet: qui proficiſcitur, aliquid de alterutra parte iudicare videtur. de Orat. 159 a, Itaque tum graues ſumus, tum ſubtiles, tum mediū quiddam tenemus. in Vat. 32 a, Ex quibus partim tecum ſentiebant, partim medium quendam curſum tenebant. Off. 52 a, Quidam ad medium ianuæ ſedentes. de Fin. 51 b, Primùm veniat in medium Epicuri ratio. I. V. 254 b, & 144 a, & de In. 67 b, Venire in medium, & procedere in mediū. I. V. 71 b, & de Fin. 80 b, & Ep. 242 b, & de Orat. 118 a, Proferre aliquid in medium. pro Cl. 34 a, Itaque iudices incenſi ſuſpicione, rem in medium vocare cœperunt. pro S. R. 21 b, De medio tollere, *id eſt, interficere.* pro S. R. 37 a, Recede de medio, per alium tranſigam. & 22 a, & I. V. 144 a, Remouere aliquid de medio. I. V. 129 b, Tabulæ ſunt in medio. & 60 a, Quæ in medio poſita ſunt*.)(.obſcura.* de Or. 86 a, Dicendi ratio in medio poſita. Tuſc. 246 b, Obſcœnas voluptates faciles, communes in medio ſitas eſſe dicunt. I. A. 82 a, Proponere aliquid in medio. pro Cæl. 47 b, Neminem nominabo, tantùm in medio relinquam.

I.V,

I.V.268 b,& de N.4 b, Ponam in medio ſententias philoſophorum.pro Dom. 241 a, Hæc non ſunt quæſita ex occulto aliquo genere literarum, ſed ſumpta de medio, & reb.palàm per magiſtratus actis. de In.63 a, Atq; hic quidem ipſe,& ſeſe ipſum vobis & eos qui ante ſe fuerant, in medio poſuit, vt cæteros & ſeipſum per ſe cognoſceremus.de Cl.172 a,Vnum quaſi comperendinatus medium diem fuiſſe.de Or.159 a,Cùm verba iacentia ſuſtulimus è medio. & Off. 5 b, Communes vtilitates in medium afferre. Off.59 a, Hocquidem deliberantium genus pellatur è medio.I.A.200 b, Alteri victi ſunt,alteri ſunt è medijs C. Cæſaris partibus.& 215 a,Inter bellum & pacem medium nihil eſt: quare neceſſe eſt tumultum,ſi belli non ſit,pacis eſſe. I. A. 226 b, Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, vitijs cum vtroq; certabat. de Vniuerſ. 197 a, Vnum interiectum medium & ſeipſum,& ea quibus eſſet interpoſitum,colligaret.* Lim.

*Conuerſum expreſſumque Latina voce Menandrum.*
*In medio populi ſedatis vocibus effers.*

de Vni.197 a,Vt veluti ei, quod medium ſit,primum proportione,ita id poſtremo comparetur:viciſſimq; vt extremum cum medio, ſic medium cum primo conferatur id quod medium eſt,tum primum fit, tum poſtremum:poſtrema verò & prima media fiunt.de Vni.197 b,Solida omnia vno medio nunquam, duobus ſemper copulentur. & 198 a, Cuius *mundi* omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur.

† Syntaxis. *In media potione redire. In medio mundo ſita terra. In medium locum mundi ferri. Medium quiddam tenere: &, Mediũ curſum. Veniat in medium illa ſententia. In medium procedere, aliquid proferre, rem vocare. De medio tollere, remouere, recedere. In medio poſitum.)(. obſcurum. In medio ponere, proponere. Res de medio ſumptæ, id eſt. omnibus agnitæ.*

MEDIVSFIDIVS.*iurandi formula,ſeu aduerb.vt mehercules,& idgenus alia.* Att.233 b,Quòd Lentulum voluiſti hic remanere, mihi gratiſſimum mediusfidius feciſti. pro Syll.183 a,Si mediusfidius iudices, &c.Ep.77 a, Vnum mediusfidius tecũ diem libentiùs poſuerim,&c. Att.57 b,Mediusfidius næ tu emiſti locum præclarum.

MEDVLLA, læ. *pingue oſsium media replens translatè, animus.* Tuſ.233 b, Metrodorus omne bonũ in viſcerihus medulliſq; condidit.Ep.253 a,Neq; enim ſolùm te,qui mihi hæreſin medullis. Att.240 a, Prætereo illa,quæ mihi ſunt incluſa in medullis.Tuſc.214 a,Cùm hic feruor tanquam in venis medulliſq; inſederit.I.A.159 b,Qui in medullis pop. Rom ac viſceribus hærebant.* de Cl. 169 b Ingenij ipſius lumen eſt eloquentia, &c. Suadęq; medulla: πειθὼ quam vocant Græci, cuius effector eſt orator,hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam Deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe,huius hic medullam noſtrum oratorẽm fuiſſe dixerit.de Sen.87 b, M.Cethegum, quem rectè Suadæ medullam dixit Ennius.

† Syntaxis.*In viſceribus ac medullis.Ille in medullis hæret patri. Ventis & medullis inſidet malum. In medullis & viſceribus Pop. hærere.*

MEGALENSIA,orum.*Megaleſia.* de Aruſp.248 b,Ludi quos in palatio noſtri maiores ante templum in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri celebrariq; voluerunt.Ep.14 a, Scripſi hæc ipſis Megalenſibus.

MEGALESIA,orum.*Megalenſia.* de Aruſp.248 b,* Quòd ni tu Megaleſia illo die ſpectare voluiſſes.& 249 b,Tota deniq; hoc ædile ſeruorum Megaleſia fuerunt. ibid. Iſtiuſmodi Megaleſia fecit pater tuus? iſtiuſmodi patruus?

MEGABOCCHVS,*id eſt,pompeius,* Att.27 a,

MEGARA,ræ.*vrbs.* de Diu.92.Ep.50,Sulpitij:ad Her.3.

* MEGARENSIS,ſe.*Megara Siciliæ vrbe oriundus.* I.V.238.

MEGAREVS,a,um.Acad.32 b, Euclides Megareus.

MEGARICVS,a,um.de Fat.142 b,Stilpo Megaricus philoſophus.de Orat.lib.3,&Acad.lib.2,Megarici philoſophi à Menedemo Eretrio,Eretriaci appellati.*Iidem etiam Eleatici dicti à Parmenide & Zenone.* ibid.Megarici,quorum fuit nobilis diſciplina.de Fato,& Academ.32 b, Ab Euclide Megareo,Megarici dicti: qui id bonum ſolùm eſſe dicebant, quod eſſet vnum, & ſimile,& idem,& ſemper.

MEGARIS, idis.*locus non longè à Syracuſis.* I. V.248 b, de Diuin.139.

MEHERCVLE,& MEHERCVLES:L.HERCVLES.

MEI,tui,ſui.Poſtquam.99 b, Qui fletu ſuo deſiderium mei memoriamq; renouaret. & 194 a, Vt aliquando vos memoria mei deſideriumq; teneret.de Ar.244 b,Clodius nihil fecit odio mei, ſed,&c.

MEL,lis.de Sen. 89 a, Villa abundat lacte, caſeo, melle.de Fin.55 a,Niuem eſſe albam, dulce mel. de Fin. 97 b, Mel etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, non comparatione cum alijs, dulce eſſe ſentitur. de Diu. 126 b,Eodem tempore,illo loco mel ex olea fluxiſſe dicũt. I.V.145 b,Quæro, vnde CCCC amphoras mellis habueris. de Sen. 83 a, Ex Neſtoris lingua melle dulcior fluebat oratio.Orat.199 b, Xenophon cuius ſermo eſt melle dulcior. * Hortenſ.Alterius ingenium ſic acre,vt mel Hymettium dicimus. Ep. 166 b, Scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas calumniam maximo plauſu tuliſſe.

MELAMPVS,*vates.* de Diu.176.

MELANCHOLIA,æ *atra bilis.* Tuſc.192 b, Quem nos furorem,μελαγχολίαν Græci vocant: quaſi verò atra bile ſolùm mens moueatur,&c.

MELANCHOLICVS,a, um. Tuſc.165 a, Ariſtoteles ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe, vt ego me tardiorem eſſe non moleſtè feram. Enumerat multos de Diuin. 97 b,Qui valetudinis vitio fuerunt, & melancholici dicũtur habent aliquid in animis præſagiens atque diuinum.

MELICVS,a, um. *ἀ μέλει: id eſt, cantu, lyricus poëta dicitur.* de Opt.243 a, Melici ac Dithyrambici poët.

MELIOR,us.*potior,commodior, præſtabilior, lectior.)(.deterior.* Att.235 a,Hircium per me meliorem fieri volunt.ad Brut. 91 b,Tibi reſp.melior eſt facienda.pro Fl.159 b,Phrygem plagis fieri meliorem. de Inu.53 a, Vt neq; vir melior,neque fœmina lectior in terris ſit.Att.255 b,Nemo vnquam neq; orator neq; poëta, qui quenquam meliorem quàm ſe arbitraretur. de Ar.258 a,Meliore loco eſſe debere.Att. 231 a, Spero meliora.de Fin.115 b, Is melior puàm Pyrrhus, deterior quàm cęteri. ad Brut.278 b,Vtrũ redire mihi conducit,an commorari melius eſt. Heren. 5 b,Melius, ſatius,potius. Parad. 118 a, Nihil bonum eſt, quod non eum qui poſſidet meliorem facit. * de Fin.118 a,Quod aliud alio melius eſſet aut peius. Off.64 a,Reliquorum iudiciorum hęc verba maximè excellunt,in arbitrio rei vxoriæ melius æquius,&c. Quid ergo?aut in eo, quod melius æquius eſt,poteſt vlla pars ineſſe fraudis?

†Syntaxis. *Res meliore loco eſt. Melius it. Illi melius iam eſt Plagæ meliorem faciunt improbum.*

MELITA,æ.I.V.224 a,Inſula eſt Melita, ſatis lato ab Sicilia mari diſiuncta. Att 40,& 159, & 161.

MELITENSIS,ſe.I.V.144 b, Melitenſis veſtis. & 241 a,Melitenſis roſa.

MELIVS,a.*à Melo inſula dicitur.* de Nat. 2 a, Diagoras Melius.

MELIVS.*commodius.)(.peius.* de Fin.62 a, In dialectica autẽ nullam vim exiſtimauit eſſe,nec ad melius viuẽdum, nec ad commodius diſſerendum. * de Orat.163 b, Quò melius noſtri illi ſenes. Off. 64 a, Nec vt emat melius, nec vt vendat. Att.58 b,Quibus literis intellexi Lentulo eſſe melius. & 174 b, Ii tamen ipſi ſe hoc melius habent, quàm nos, quòd. & 231 a, Incipit res melius ire quàm putâram.

MELIVSCVLE.*aliquanto melius.* Ep.256 b, Volebam ad te Marionem mittere,quem cum meliuſculè tibi eſſet,ad me remitteres.

MELLARIVS, a, um.de Sen. 89 a, * Cella vinaria,olearia, mellaria & penuaria.

MELLITVS,a,um.*ſuauis dulcis.* Att.16 a,Mellitus puer.

MELOS.*cantus.* de N.44 a, Syluam melo conſimilem ad aures cantum, & auditum refert.*Accij.*

MEMBRANA, æ. de N. 54 b, Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit ac ſepſit. * Incer.In nuce incluſam Iliada Homeri carmen in membrana ſcriptum.

MEMBRANVLA, læ. *macrocollum, charta.* Att. 57 b, Librarijs imperes, vt ſumant membranulam, ex qua indices fiant.

MEMBRATIM.Or.217 b, Inciſè membratímue dicere. Par. 141 a, Narratio autem accuſatoris erit quaſi membratim geſti negotij ſuſpicioſa explicatio.

MEMBRVM,bri.*pars corporis: translatè, pars aliarum rerum.* Att. 117 b, Nec ſum miratus eum,qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parceret.de Fin.64 a,Iam membrorum,id eſt,partium corporis alia videntur propter eorum vſum à natura eſſe donata,vt manus,crura, pedes,&c.alia nullam ob vtilitatem, quaſi ad quendam ornatum,vt cauda pauoni.Parad.127 a,Qui hæc commutabilia pecuniæ membra ſolo verbo bona appellauerunt. Or.217 b, Quæ Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos rectè inciſa & membra dicimus.de Clar.179 a, In membra quædam, quæ Gręci κῶλα vocant diſpertiebat orationem libentius. Orat.219 a,Ex duobus verſibus, id eſt, membris perfecta comprehenſio eſt. de N.3 b, Omnes partes atque mẽbra philoſophiæ. I.A.250 b, Membrum, ſententia, clauſula. * Horten.Aut eius partes,quaſi membra quædam, cædẽdæ.ad Her 30 a, Membrum orationis appellatur res breuiter abſoluta ſine totius ſententiæ demonſtratione: quæ denuò alio membro orationis excipitur. ibid. Ex duobus membris ſolis hęc exornatio poteſt cõſtare Sed cõmodiſſima & abſolutiſſima eſt,quæ ex tribus conſtat.de Or.160

a, Si

a, Si continuatio eſt articulis membriſque diſtincta. & b, Ne fluat oratio, &c. vt membris diſtinguatur. ibid. Sæpe capienda (*al. carpenda.*) membris minutioribus oratio eſt: quæ tamen ipſa membra ſunt numeris vincienda. Orat. 203 b, Quid in cauſis earumq; quaſi membris faciat orator viderit. I. A. 262 b, Qui primus Antonij crudelitatem non ſolum à iugulis noſtris, ſed etiam à membris & viſceribus auertit. Tuſc. 194 a, Num aliquod quoppiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſè ſe habet?

Syntaxis. *Partes & membra philoſophiæ.*

MEMINI, ſti *memoria teneo,, memoria repeto, commemini, commemoro.* I. V. 206 b, Memini Pamphilum hoſpitem meum mihi narrare, ſe, &c. 125 b, Memini tibi librum afferri à Demetrio Magnete. pro Pl. 280 b, Memini enim memini, nec vnquam obliuiſcar noctis illius. Ep. 11 a, Non potui magis obliuiſci temporum meorum, & meminiſſe actionum. I. A. 177 b, Meminiſti ipſe de exulibus, ſcis de immunitate quid dixeris. pro Pom. 13 a, Felicitas quam præſtare de ſeipſo nemo poteſt, meminiſſe & commemorare de altero poſſumus. de L. 158 b, Ego memini ſummos fuiſſe in ciuitate noſtra viros, qui, &c. pro S. R. 38 b, & Ep. 13 b, Meminiſti me ita diſtribuiſſe cauſam, &c. de Somn. 126 b, Omnia alicuius dicta & facta meminiſſe. Epiſt. 37 a, Dixi me nõ meminiſſe vllum tempus laudandi, aut locum dari. *id eſt, datum eſſe.* pro Pl. 276 a, b, Qui patriæ beneficia meminerunt. Att. 250 a, Sed de Erote meminero, & de omnibus. de Or. 161 a, Antipater ille, quem tu probè meminiſti. de Fin. 78 a, Balbus fuit Lanuuinus, quem meminiſſe tu non potes. pro Mur. 134 a, Cui placet, obliuiſcitur: cui dolet, meminit. I. A. 133 a, Sed memento præter Appium neminem eſſe, &c. & 249 b, Varroni memineris excuſare tarditatem literarum mearum. dr Fin. 125 a, Viuorum memini, nec mortuorum obliuiſci poſſum. Acad. 26 b, Omnia meminit Scyron Epicuri dogmata. Epiſt. 150 b, Meminiſſe mandata. & 61 b, De illo ne meminiſſe quidẽ volo. & 18 b, Te rogo, vt memineris, quãtæcunque, &c. Att. 140 a, Cauſa igitur non bona eſt, imò optima, ſed agetur (memento) fœdiſſimè. & 142 b, Quin ea ipſa quæ à te commemorantur, non memini. *I A. 159 a, Vtinam, Antoni, auum tuum meminiſſes. pro Quin. 10 a, Et quemadmodum natus, & quo pacto educatus ſim, memini.

† Syntaxis *Memini huius rei, de hac re. Meminiſſe & commemorare. Aliquid memini.*

MEMOR, oris *qui non obliuiſcitur, memoriam alicui præſtet.* Ep. 6 b, Qui non tam memores eſſet virtutis tuæ, quàm laudis inimici. Epiſt 11 b, Vt officium meum memoremq; in benemeritos animum præſtarem. de Leg. 160 a, Homo animal acutum, memor, &c de Or. 121 a, Diligens, memor, ſobrius orator. & 161 a, Homo ingenioſus ac memor. Epiſt 214 b, & cont. Rull 70 a, Memor & gratus. Att. 102 a, Cuſtos vrbis me præclaræ inſcriptionis memorem eſſe cogeret. de Clar. 103 a, Memor & quæ dicta contrà quæq; ipſe dixiſſet.

MEMORABILIS, le *memorandus, memoria dignus, commemorabilis.* de Clar. 168 b, Multa iam memorabilia in domeſticis & in bellicis rebus effecerat ad Br. 91 b, Res à te geſta memorabilis, & penè cœleſtis. I A. 257 b, Cuius memorabilis & diuina virtus lucem affert reip. de Am 96 a, Familiaritas C. Lælij & P. Scipionis maximè memorabilis fuit. de Leg. 157 b, Incurret enim in illum memorabilem annum ſuum.

† Syntaxis. *Animum in benemeritos memorem præſtare. Homo, orator memor. Ingenioſuss ac memor. Memor quæ dixerim, repeto. Res memorabilis & cœleſtis. Memorabile ac diuinum. Homo, annus memorabilis.*

MEMORIA, æ *facultas animæ rerum præceptarum cuſtos.* de Inu. 44 a, & ad Her. 1 b, Memoria eſt firma animi rerum & verborum ad inuentionem perceptio. de In. 82 a, Memoria per quam animus repetit ea quæ fuerunt. de Or. 86 b, Memoria theſaurus omnium rerum: quæ niſi cuſtos inuentis excogitatiſq; rebus & verbis adhibeatur, intelligemus omnia, etiamſi præclara fuerint, in oratione peritura. de Cl. 193 a, Hortenſius tanta memoria fuit, vt quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet. de de Senectu. 81 a, Ne ſepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. & ibid. Sepulcris legendis redeo in memoriam mortuorum. de Seneƈt. 84 b, Pythagoreorum more exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro veſperi. de Sen. 93 b, Cùm tanta ſit memoria præteritorum, futurorum prouidentia I. C. 113 b, Et quoniam nondum eſt perſcriptum ſenatuſc. ex memoria vobis, Quirites quid ſenatus cenſuerit, exponam. de Orat. 111. b, Hiſtoria vita memoriæ. Part. 232 a, Memoria eſt germanæ literaturæ quodãmodo, &c. Tuſc. 160 a, Habet primum animus memoriam, & eam quidem infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem eſſe vult ſuperioris vitæ. * ad Heren. 1 a, Oportet in oratore eſſe, &c. memoriam. & 16 a, De tribus partibus in hoc libro dicemus, diſpoſitione, pronunciatione, & memoria. ad Heren. 21 a, Nunc ad theſaurum inuentorum, atque omnium partium Rhetoricæ cuſtodem memoriam tranſeamus. & b, Memoria vtrum habeat, quiddam artificij, an omnis à natura proficiſcatur, aliud dicendi tempus magis idoneum dabitur. Nunc perinde atque conſtet, in hac re multum valere artem & præceptionem, ita de ea re loquemur. Placet enim nobis eſſe artificium memoriæ (*al. artificioſam memoriam*) &c. In præſentia cuiuſmodi ea aperiemus. Sunt igitur duæ memoriæ, vna naturalis, altera artificioſa. Naturalis eſt ea, quæ noſtris animis inſita eſt, & ſimul cum cogitatione nata. Artificioſa eſt ea, quàm confirmat inductio quædam & ratio præceptionis. ibid. Ita fit in hac re, vt nonnunquã naturalis memoria, ſi cui data eſt egregia. ſimilis ſit huic artificióſæ. Porrò hæc artificioſa naturæ cõmoda retinet & amplificat ratione doctrinæ. Quapropter & naturalis memoria præceptione confirmanda eſt, vt ſit egregia: & hæc, quę doctrina datur, indiget ingenij ibid. Conſtat artificioſa memoria ex locis & imaginibus. ibid. Vt eos *locos* facilè naturali memoria cõprehendere & amplecti queamus. ibid. Quorum memoriam ſi volemus habere. ad Her. 22 a, & b, Cùm vniuſcuiuſq; nominis & vocabuli memoria imagine notatur. Rei totius memoriam ſæpe vna nota & imagine ſimplici comprehendemus. ibid. Hoc modo & teſtium, & hæreditatis, & veneno necati memoriam habere poterimus. ibid. Facilè ea quæ volemus, memoria conſequemur. ibid Si naturalem memoriam exuſcitauerimus hac notatione. ibid. Quæ imagines vix memoriam poſſint excitare. ad Heren. 23 a, Vſitatę res facilè è memoria elabuntur, inſignes & nouæ manent diutiùs. ibid. Imagines nos in eo genere conſtituere oportebit, quod genus in memoria manere diutiſſimè poteſt. ibid. Qui de memoria ſcripſerunt. & b, Nunc, ne fortè verborum memoriam aut nimis difficilem, aut parum vtilem arbitreris, & ipſarum memoria rerum contentus ſis, &c. admonendus es, quare verborum memoriam non improbemus. ibid. Nec nos hanc verborum memoriam inducimus, vt verſus meminiſſe poſſimus: ſed vt hac exercitatione illa rerum memoria, quæ pertinet ad vtilitatem, confirmertur. ibid. Quin aliquid memoriæ tradere velimus. de Inuen. 44 a, Partes hæ ſunt, quas plerique dixerunt, inuentio, &c. memoria. de Inuen. 82 b, Gratia eſt, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria & alterius remunerandi voluntas. de Orat 136 b, Eique artem memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, pollicitum eſſe ſe traditurum. ibid. Sed neque propter hoc Themiſtoclis reſponſum memoriæ nobis opera danda non eſt. de Orat. 140 b, Habetis de inuenientibus rebus diſponendiſque quid ſentiam. Adiungam etiam de memoria. & 141 a, Vt obliuionis artem quàm memoriæ malim: gratiamque habeo Simonidi illi Cæo, quem primum ferunt artem memoriæ protuliſſe. ibid. Ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumen afferret. ibid. Quæ memoria tenere vellent. ibid. Qui ſit oratori memoriæ fructus, quanta vtilitas, quanta vis. ibid. Qui memoria vigent. ibid. Hęc ars tota dicendi, ſiue artis imago quędam eſt & ſimilitudo, habet hanc vim, non vt totum aliquid, cuius in ingenijs noſtris pars nulla ſit, pariat & procreet: verum vt ea, quę ſunt orta iam in nobis & procreata, educet atque confirmet. Veruntamen neque tam acri memoria ferè quiſquam eſt, &c. neque verò tam habeti, vt. de Orat. 141 b, Sed verborum memoria, quę minus eſt nobis neceſſaria, maiore imaginum varietate diſtinguitur. ibid. Rerum memoria propria eſt oratoris. Eam ſingulis perſonis benè poſitis notare poſſumus. ibid. Opprimi memoriam imaginum pondere. ibi. Vidi ego ſummos homines, & diuina propè memoria. ibid. Quare hac exercitatione non eruenda memoria eſt, ſi eſt nulla naturalis: ſed certè, ſi latet, euocanda eſt. Partit. 235 a, Si aut memoriæ diffidas eorum. ibid. Ne oſtentatione memoriæ ſuſcepta videatur eſſe puerilis. pro Planc 259 a, Et meorum temporum memoriam ſuffragri videbam. ibid. Cui non ſim obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. pro Cæl. 47 b, Depono memoriam doloris mei. Acad. 1 b, Habuit *L. Lucullus* diuinam quandam memoriam rerum, verborum maiorem Hortenſius. ibid. Hoc erat memoria illa præſtantior, quam fuiſſe in Themiſtocle, &c. ſingularem ferunt. ibid. Credo quòd hærebant in memoria quæcunque audierat aut viderat. Acad. 7 a, Memoriæ quidem certè, quæ non modò philoſophiam, ſed omnis vitæ vſum, omneſque artes vna maximè continet, nihil omnino loci relinquitur. Quæ poteſt enim eſſe memoria falſorum? Acad. 11, a, Nec memoriam

moriam ſine aſſenſione poſſe conſtare. Acad. 26 b, Si memoria perceptarum comprehenſarumque rerum eſt. ibid. Memoriam mihi remittas oportet, & facilè eſſe ei locum. de Finib. 88 a, In animi partibus ineſt memoria rerum innuberabilium, & ea quidem infinita. de Finib. 124 b, Vt non ſine cauſa ex his *locis* memoriæ deducta ſit diſciplina. Tuſcul. 160 b, Ego autem maiore etiam quodammodo memoriam admiror. ibid. Quanta memoria Simonides fuiſſe dicatur, &c. ibid. Quid enim obſecro te, terráne tibi aut hoc nebuloſo & caliginoſo cœlo aut ſata aut concreta videtur tanta vis memoriæ? Tuſcul. 161 a, An imprimi quaſi ceram animum putamus? & memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente veſtigia? Tuſcul. 162 b, Vim certè, ſagacitatem, memoriam, motum, celeritatem, videt *animus*. de Prouin. 78 a, Nónne vobis videor & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerum natura non poſſem euellere, ex animo quidem certè excidere?

¶ *Recordatio.* de Orat. 85 a, Mihi repetenda eſt veteris cuiuſdam memoriæ non ſatis explicata recordatio. de Clar. 165 b, Quorum memoria & recordatio mihi iucunda ſanè fuit. pro Flac. 158 b, Reuocarem animos veſtros ad Mithritatici belli memoriam. pro Syll. 174 a, Antonij comemoratio memoriam Syllæ retulit. pro Ar. 185 b, Pueritiæ memoriam recordari vltimam. & 187 a, De hominum memoria tacere, literarum memoriam flagitare. Anteq. 195 b, Vt ego nihil ponam de rebus meis geſtis, tamen in animis & memoria veſtra largiter relinquam. de Diuin. 82 b. Nihil eſt, quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisq; monumentis efficere poſſit. de Orat. 109 a, Deberi hoc à me tantis hominum ingenijs putaui, vt cum etiam nunc viuam illorũ memoriam teneremus: hanc immortalẽ redderem, ſi poſſem. & 113 a, Cuius rei memoriæque publicæ retinendæ cauſa Pon. Max. annales ſcribebat. de Orator. 119 b, Nihil vnquam audiui, quod non in memoria mea penitùs inſederit. *Themiſtoclis dictum.* Br. 166 a, Liber, quo iſte omnem rerum memoriam breuiter complexus eſt. & ibid. b, Ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impelli. de Leg. 189 a, Quamuis enumeres multos licet, nullos in omni memoria reperies pernicioſos tribunos. pro Deiot. 147 a, Repetere memoriam præteriti temporis. de Finib. 124 b, Cuius etiam illi hortuli memoriam mihi afferunt. pro Dom. 235 b, Monumentum quod poſitum eſt, vt eſſet indicium oppreſſi ſenatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis. de Orat. 94 a, Motus animi celeres, & ad memoriam firmi atque diuturni. de Ora. 93 a, Aliquid ex ſermone alicuius memoriâ dignum excipere. de Inuen. 62 b, Viri nomine & memoriâ digni. de Orator. 95 a, Aliquid animo percipere, & memoria cuſtodire. pro Cluen. 47 a, & Epiſt. 94 a, Perinde quaſi in hominum memoria non comprehendatur. de Orat. 97 b, Legere aliquam orationem ad eum finem, quem memoria poſſis comprehendere pro Sext. Roſc. 23 b, Memoria retinere. in Verr. 61 a, Memoria complecti aliqua. ad Attic. 215 a, Vt mea memoria eſt. ad Herenn. 19 b, Nuperrimè dictum facilè memoriæ mandatur. pro Quint. 4 a, Quæſo eum diem memoriæ mandetis. Epiſtol. 90 a, Quare mihi crede, & memoriæ manda Epiſtol. 11 b, Quid ſibi is de me recepiſſet, in memoriam redegit. de Inuen. 60 a, Ita in memoriam redibit auditor in Verr. 100 b, Quæſo redite in memoriam, quæ libido iſtius fuerit, &c. de Nat. 46 b, Multa carmina ex ijs memoria teneo. I. A. 259 a, Tenete veſtra memoria, quod ſæpe oſtenditis, &c. Epiſt. 96 b, Quin etiam ipſum diem memoria teneo. pro Pom. 7 a, Retinere memoria aliquid. de Fin. 91 b, Retinere memoriam alicuius, vt amici. de Orat. 96 b, Memoria ſepire res inuentas. de Clar. 168 a, Vt memoriam concinnitatis ſuæ relinqueret. Oct. 330 b, Quæ veriſſimè memoria propagata ſunt. de Inuen. 62, 30, Earum nomina multi poëtæ memoriæ tradiderunt, vel prodiderunt. Epiſt. 113 b, Prodere memoriam alicuius rei poſteris. Epiſt. 72 a, & 89 b, Conſeruare memoriam beneficiorum acceptorum. ad Herenn. 21 b, Habere memoriam alicuius rei. de Inuen. 60 a, Reducere in memoriam. & b, Reuocare memoriam. de Inuen. 60 b, Memoria auditoris de confirmatione redintegrabitur. ad Her. 17 a, 21 b, Habere memoriam alicuius rei præſentem, vel auditam Epiſt. 181 a, Quantum memoria repetere præterita poſſum. Epiſt. 72 a, Repetere memoriam euentus aliorum. de Orat. 85 a, Repetere memoria res antiquas. Epiſt. 111 b, Dare operam memoriæ alicuius. Attic. 66 a, Sed tamen habet ædilitas eius memoriam non ingratam, & eſt pondus apud ruſticos in patris memoria. Poſtquã. 205 a, Cn. Pom omnium ſeculorum omnis memoriæ facilè princeps. I. A. 166 a, Quæ res vnquam erit commendatior hominum memoriæ ſempiternæ? de Arch. 252 b,



Quod ſacrificium nemo niſi P. Clodius omni memoria violauit, nemo vnquam adijt. pro Dom. 243 a, Liberis noſtris ſatis amplum patrimoniũ paterni nominis & memoriæ noſtræ relinquemus. Offic. 53, Cratippus noſter princeps huius memoriæ philoſophorum. pro Cor. 60 b, Multi etiam ſuperiori memoria ciues Rom. alias ſe in ciuitates contulerunt. pro Seſt. 10 a, Conſules non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendis. & ibid. b, Tãta multitudo quanta mea memoria nunquam vllo in iudicio fuit. I. V. 35 b, Quod in hac rep. non modò factum antè nunquam eſt, ſed in omni memoria eſt omnino inauditum. de Inuen. 42 a, Res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotæ. Epiſt. 64 b, Ea ſint euulſa ex omni memoria vitaque noſtra. de Diuin. 138 b, Quomodo hæc infinita aut memoria complecti, aut obſeruando notare poſſumus? Parad. 120 a, Iſtum doctum virum fuiſſe memoriæ traditum eſt. pro Mur. 138 a, Nam hoc memoriæ traditum eſt. de Orat. 144 a, Prodere memoriæ ſermonem alicuius. de Orat. 100 a, Quia memoriæ ſi eſſet proditum. & ibid, Quid, quòd vſu patrum memoria venit? pro Syll. 179 a, Ex memoria deponere inſidias factas. pro Qu. 10 b, In memoriam redijt Quintius, quo die, &c. pro Syl. 174 a, P. Syllæ nomen in memoria Caſſio non fuit. Poſtq. 198 a, & 199 b, Vt aliquando vos memoria mei deſideriumq; teneret. I. A. 256 a, Quem ego iniuſtum, &c. tradam hominum memoriæ ſempiternæ. de Sen. 80 b, Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes. pro Rab. 93 a, Iſte omnes verborum acerbitates non ex memoria veſtra patrumque veſtrornm, ſed ex annalium monumentis ac regum commentarijs conquiſiuit. pro Font. 279 a, Quod ſæpe & noſtra, & patrum memoria vſuuenit. Poſtq. 199 a, C. Marius noſtra patrumq; memoria ſubijt, &c. pro Rab. 56 b, Cauſam ſuſcepi antiquiorem memoria tua. I. C. 100 b, Hoc poſt hominum memoriam contigit nemini. I. V. 156 b, Quod nemo vnquam poſt hominum memoriam fecit. Epiſt. 170 a, Res poſt hominum memoriam maxima. de Orat. 86 a, Quis non iure miretur ex omni memoria ætatum, temporum, ciuitatum, tam exiguum numerum oratorum inueniri? pro Pom. 14 a, Rhodiorum vſque ad noſtram memoriam gloria remanſit. Attic. 283 b, Omnia bella, quæ memoria noſtra fuerunt. contra Rull. 66 a, Perlongo interuallo propè memoriæ temporumque noſtrorũ primum hominem nouum conſulem feciſtis. Epiſt. 18 b, Meam tuorum erga me meritorum memoriam, nulla vnquã delebit obliuio. Epiſt. 91 b, Quare grata mihi eſt & memoria tua noſtræ coniunctionis & eius augendæ voluntas. * de Finib. 85 b, Rationes tuas te video compenſare cum iſtis doloribus: non memoriam corpore perceptarum voluptatum. pro M. Scau. Vnus ex omni memoria ſceleratiſſimus. Frag. epiſt. Promiſſa tua memoria teneas. Oecon. 1, Quia partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia: non minorem fœminæ quàm viro earum rerum tribuit poſſeſſionem natura. de Fin. 60 b, Stulti malorum memoria torquentur. de Orat. 85 a, Memoria vetera repetens. pro Font. 276 a, Qui noſtra memoria bella cum populo Rom. acerba ac diuturna geſſerunt. de Aruſp. 257 b, Iſte parentum nomen, ſacra, memoriam, gentem, Fonteiano nomine obruit. pro Marc. 132 b, Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. & 135 b, Illa illa vita eſt tua Cæſar, quæ vigebit memoria ſeculorum omnium. de Fin. 86 b, Velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis. ibid. Quid ſi etiã iucunda memoria eſt præteritorum malorum? ibid. Suauis eſt laborum præteritorum memoria. Tuſcul. 176 b, Noſtra memoria Philo inſtituit alio tempore rhetorum præcepta tradere, alio philoſophorum. de Leg. 157 b, Ipſe æqualem ætatis ſuæ memoriam depoſcit, vt ea complectatur, quibus ipſe interfuit. de Somn. 126 b, Nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi atque inuictiſſimi viri memoria. Epiſt. 72 a, Euentis aliorum memoria repetendis. Att. 204 a, Nicias te, vt debet, amat vehementerque ſua ſui memoria delectatur. Quint. frat. 291 a, Vt quendam ex annalium memoria, aut etiam è cœlo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum putent. & 307 a, Habet profectò quoddam Sardinia appoſitum ad recordationem præteritę memoriæ. de Prouin. 78 a, Nónne vobis videor & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerum natura non poſſum euellere, ex animo quidem certè excidere?

¶ *Monumentum.* Attic. 148 a, Vt gratus, pius denique eſſe in maximi beneficij memoria poſſim. de Clar. 187 a, Sed ordinem ſequens in memoriam notam & æqualem neceſſariò incurro. Quint. frat. 298 b, Ampliſſimis monumentis conſecrare memoriam nominis ſui. de Amic. 103 b, Sed loquor de ijs quos videmus, aut de quibus memo-

riam accepimus. pro Dom. 222 a, Hoc eſt maximè inſigne ad memoriam crudelitatis, & cæt, de Orat. 95 b, Nihil tam ad diuturnitatẽ memoriæ ſtabile quàm id in quo aliquid offenderis. pro Dom. 230 b, Huius viri laudem ad ſempiternam memoriam temporis calamitas propagauit. de Clar. 184 b, Nullam memoriam antiquitatis collegerat. * Frag. epiſt. Monumentum ad memoriam ſpectare debet poſteritatis. Epiſtol. 8 a, Vt plus additum ad memoriam nominis noſtri, quàm ademptum de fortuna videretur.

¶ *Nomen, fama.* de Nat. 69 b, Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam. Epiſtol. 8 a, Magna eſt memoria conſulatus tui. * pro M. Scau. Vt M. Aemilius cum ſua dignitate omni, cum patris memoria, cum aui gloria, ſordidiſſimæ genti condonetur.

† Syntaxis. *Memoria eſt perceptio, theſaurus, cuſtos.* habes hic memoriæ genus multiplex pro definitione. *Monumentum ad memoriam gloriæ ſempiternam. Memoriam ſeruare inuiolatè, pieque. Nullus in omni memoria pernicioſus tribunus. Memoriam repetere, procedere, afferre. Memoria tenere, cuſtodire, percipere, retinere, comprehendere, complecti. Mandare, tradere memoriæ. In memoriam redire, redigere. In memoriam redi. Tua memoria tenebo. Memoria repetere, ſepire multa. Propagatum memoriæ. Memoriam ſui relinquere. Memoriæ tradere, prodere. Memoriam habere, renouare, conſeruare, redintegrare, repetere. Omnium ſeculorum omnis memoriæ princeps. Ex omni ætatum memoria perpauci ſunt viri boni. Vſque ad noſtram memoriam. Memoria noſtra antiquius, prius. Memoria patrum & noſtra, facta bella. Orator noſtra memoria Cæſ. Longo noſtræ memoriæ temporumque interuallo. Memoriam perdere. In memoriam redire. Id ago in amicorum memoriam. In memoriam incurrere alicuius immortalem. Memoriam ampliſſimis conſecrare monumentis De Cæſ memoriam accepimus. Hoc eſt maximè inſigne ad memoriam pietatis. Colligere memoriam antiquitatis. Diuinis honoribus memoriam alicuius conſecrare. Memoria uacillare. Ex memoria exponere, id eſt, memoriter.*

MEMORIOLA, læ. Att. 186 a, Memoriola vacillare.

MEMORITER, *ex memoria, ſine ſcripto* de Nat. 19 b, Enumeraſti memoriter & philoſophorum ſententias. de Diuin. 111 a, In quo noſtra quædam Aratea memoriter à te pronunciata ſunt. de Orator. 92 a, Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demoſthenis. de Amic. 95 b, & ad Heren. 21 b, Is multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucundè ſolebat. de Clar. 103 a, Rem memoriter complecti. de Fin. 106 a, Næ tu iſta poſuiſti tam multa memoriter. Attic. 56 b, Memoriter recitare )( *de ſcripto dicere.* in Vat. 31 a, Tum memoriter reſpõdeto ad ea quæ de te ipſo rogâro. Ac. 15 b, Oratio Luculli, quę eſt habita memoriter, copioſa, &c.

MEMORO, as. *commemoro, proſequor.* I.V. 101 a, In plebem verò Romanam vtrum ſuperbiam prius memorem, an crudelitatem? de Leg. 157 a, Nam quid Accium memorem? qui, &c. de Leg. 182 b, Clarorum virorum laudes in concione memoranto, eaſq; ad cantus & ad tibicinem proſequuntor. de Fin. 68 a, Heraclius de natura nimis obſcurè memorauit.

¶ *Apello, dico.* de Vniuerſ. 201 b, Oceanum Cœli Terræque filium memorant.

† Syntaxis. *Memoriter enumerare, pronunciare, narrare, complecti, ponere, recitare, habere orationem copioſé. Memorare laudem, de laudibus.*

* MEMOROR, aris, I.V. 225 a. Enna autem, vbi ea quæ dico, geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo atque edito.

* MENDACIOLVM, li. *paruum mendacium.* de Orat. 131 a, Quod genus eſt mendaciolis aſpergendum. *Alij mendaciunculis legunt.*

MENDACIVM, cij *vanitas, falſitas orationis vanitas.* I. V. 229 a, Nolo illos eſſe temeritati & mendacio meo conſcios. pro Cl. 32 b, Homo qui eſſet totus ex fraude & mendacio factus. de Inuen. 58 b, Falſum eſt, in quo perſpicuè mendacium eſt. de Inuen. 48 b, Stare à mendacio contra verum. Acad. 20 a, Opinionis hoc eſt mendacium, non oculorum. pro Mur. 139 a, Improbi hominis eſt mendacio fallere. pro Cl. 53 a, Magnum & impudens mendacium. de Pet. 212 a, Dicere mendacium alicui. ad Her. 29 b, Ille ſibi à mendacio non temperat. * de Orat. 111 b, Quæ *res* mendacio nixa ſit. pro Quiut. 13 b, Non ad obtinendum mendacium, ſed ad verum probandum, autoritatem adiuuare. pro Q. Roſc. 52 b, Qui ſemel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quam ad mendacium perduci conſueuit. & 53 a, Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium eſt. pro Lig. 149 b, Si honeſto & miſericordi mendacio, ſaluti ciui calamitoſo eſſe vellemus: tamen hominis non eſſet, in tanto diſcrimine & periculo ciuis, refellere & coarguere noſtrum mendacium. & 141 a, In hoc quidem vel cum mendacio, ſi vultis,



gloriari per me licet. Acad. 37 a, De oculorum ſenſuumq; reliquorum mendacijs *diſſeramus.*

MENDACIVNCVLVM, li. de Orator. 131 a, Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum. *Alij mendaciolis legunt.*

MENDAX, cis. *vanus, totus ex fraude & mendacio compoſitus, futilis.* pro Qu. R. 52 b, Quid intereſt inter periurum & & mendacem? nam qui mentitur, peierare conſueuit. & Offic. 70 b, de Orat. 113 a, Si, vt noſti, ſatis eſt non eſſe mendacem. de Diuin. 138 b, Mendaci homini ne verum quidem credere ſolemus. de Diu. 135 a, Falſis & mendacibus viſis mentes mortalium concitare. cont. Rull. 85 a, Carthaginenſes fraudulenti & mendaces.

† Syntaxis *Mendacio conſcius, À mendacio contra verum ſtare, Mendacio fallere. Fraudulentus, & mendax. Falſa & mendacia viſa.*

MENDICITAS, tis. *paupertas.* de Fin. 132 a, Cùm mendicitatem multi perpetiantur, vt viuant. pro S.R. 32 b, Hic in ſumma mendicitate eſt. I.C. 120 b, Vt omnes animi cruciatus, & corporis egeſtas, & mendicitas conſequatur. pro Fl. 153 b, Potuit dare Seruilius: nã fratres quidẽ conſortes ſunt mendicitatis. in Vat. 33 b, Qui eo in magiſtratu non emetſeris ex mendicitate, ſed, &c. I.A. 231 a, Paſtus mendicitatis. I.A. 198 a, Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat.

MENDICVLVS, li. I.C. 105 a, Exercitus collectus ex ruſticis mendiculis. *rectiùs fortè legas, mediaſtinis.*

MENDICVS, a, um: ſimus. *mendiculus, pauper qui pedem in ſuo ponere non poteſt.* pro Mur. 138 b, Sapientes ſi mendiciſſimi ſint diuites eſſe. de Fin. 144 b, & ad Heren. 13 b, Paupertas ſi malum eſt, mendicus beatus eſſe non poteſt. de Orat. 151 a, Inſtrumentum hoc forenſe exiguum ſanè atque mendicum eſt. I. A. 216 a, Ex mendicis fieri repentè diuites.

Syntaxis. *Corporis egeſtas & mendicitas. Mendiciſſimus. Inſtrumentum forenſe exiguum atque mendicum.*

MENDOSÈ. *vitioſè.* Qu. fr. 326 a, Libri mendoſè & ſcribuntur & veneunt. Att. 8 a, Ad IIII. non. Decembris mendoſè fuiſſe animaduerteram. ad Heren. 43 b, Ars mendoſè ſcripta.

MENDOSVS, a, um. ſior. *vitioſus.* de Clar. 170 a, Quanquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarũ eſt facta mendoſior. & de Orat. 116 a, In quo & deeſſe aliquam partem, & ſuperare mendoſum eſt. * I.V. 147 a, Cur ſeruus ſocietatis, qui tabulas confecerit, ſemper in Verrutij nomine certò ex loco mendoſus eſſet.

MENDVM, di. *vitium, erratum* I. V. 129 b, Quid fuit antea ſcriptum? quod mendum iſta litura correxit? Attic. 212 a, Menda librariorum tolluntur. Epiſt. 85 a, Nam cùm mendum ſcripturæ litura tollatur, meus error exilio corrigitur. Att. 27 a, Caſtritianum mendum nos corrigemus. & 37 a, Idus Martiæ magnum mendum continent.

† Syntaxis. *Mendum litura corrigere. Tollere mendum.*

MENECLIVS, a, um. de Cl. 195, Meneclium ſtudium.

MENENI, *populi.* I. V. 169 a.

MENELAVS, lai. de Cl. 169 a, Menelaum ipſum dulcem quidem tradit Homerus, ſed pauca dicentem.

MENIA, *columna Romæ fuit, ad quam ſerui fugitiui & fures adligabantur: vt hodie quoque vbique fieri videmus in foro, infamiæ cauſa furunculos ad columnam quandam vinciri. ea verò à Menio quodam qui eam erexit appellata.* I. V. 62 b, & pro Seſt. 25 b.

MENIA, orum. *ab eodem Menio inuentore appellata, genus ædificij eſt, porrectis tignis vltra columnas ſeu parietes ædium, ſic vt nuſquam extra conquieſcant, aut nitantur. hoc genus Labeo iuriſconſultus, Proiecta vocat.* Acad. lib. 4. teſte Nonio.

MENON. *Platonis liber.* Tuſc. 260 a.

MENS, tis. *ratio animi pars princeps, intelligentia.* Tuſ. 192 a, Non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum eſt. de Finib. 132 a, Præſtantia mentis, cui tota hominis natura paret. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Mente moueri. Offic. 3, Mente nihil homini dedit Deus ipſe diuinius. 3 ad Attic. À mente deſeri. 5 Fam. Ab illa mente deſiſteret. pro Quint. 2, & 3 Philip. mente bona audire, *id eſt, libenter.* Acad. quæſt. ed. 1. lib. 2, 50, & Offic. Mente captus. Acad. quæſt. ed. 1. lib. 2, Menti hominis veritatis luce nihil dulcius. de Nat. 1, Mente tribuit omnem diuinitatem Ariſtoteles. de Nat. deor. 1, Menti diuinum principatum tribuit Theophraſtus. Acad. quęſt. ed. 2. lib. 1, Mentem ſolam cenſebant Academici idoneam cui crederetur. pro Mil. Dij illi mentem dederunt I. A. 251 b, Cùm in gremijs mimarum mentem mentumque deponeres. de Nat. d. 1, Eam mentem deum eſſe dixit Thales Mileſius, quæ ex aqua cuncta fingeret. 1 ad Quint. frat. Mentem exturbare. de Nat. deor. 2, Principatum in ſe habere naturam neceſſe eſt, vt in homine mentem, in belua quiddam ſimile

mentis,

mentis, vnde oriantur rerum appetitus. Tuſcul. 192 a, Mentem tranquilitate conſtantiaque vacuam philoſophi nominauerunt inſaniam, propterea quòd in animo perturbato, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poſſit. Acad.q. ed.2.lib.1, Mens rerum iudex. Tuſcul.quæſt.lib 1, Quemadmodum qui acutis oculis deficientem ſolem intuentur, aſpectum omnino amittunt: ſic mentis acies ſeipſum intuens, nonnunquam hebeſcit. de Nat. deor. 2, Mentis aciem abducere à conſuetudine oculorum. in Piſ. Si tuæ mentis compos fuiſſes. 3 ad Attic. Mentis errore me ex dolore affici. de Nat. deor. 2, Putant aliquid intereſſe ad mentis intelligentiam, quo cibo vtare. pro Rab. Poſth. Mentis lumina. de Nat. deor. Mentis infinitæ modum omnium rerum deſcriptionem vi ac ratione deſignari & confici primus voluit Anaxagoras. Tuſc.quæſt.lib. 5, Alterius mens rationibus agitandis exquirendiſque alebatur cum oblectatione ſolertiæ. de Somn. 140 b, Mens cuiuſque is eſt quiſque, non ea figura quæ digito demonſtrari poteſt. Acad. quæſt. ed.1.lib.2, Mens hominis ad rerum ſcientiam vitæque conſtantiam aptiſſima. Acad.q. ed.1.lib.2, Mens hominis κατάληψιν, hoc eſt, comprehenſionem, quum ipſam per ſe amat, tum etiam propter vſum. Acad. quæſt. ed.1.lib.2, Mens hominis vſque eò philoſophiam ipſam corroborat, vt virtutem efficiat, ex qua re vna vita omnis apta ſit. de Nat. 63 b, Comprehendere aliquid mente. Acad. 4 b, Mente incitatus: *id eſt, quaſi furens.* de Diuin. 93 a, Ea pars animi, quæ mentis ac rationis particeps eſt. pro Mil. 118 a, Dij illum in eam mentem impulerunt, Dij illi mentem dederunt, Dij illi mentem iniecerunt, vt conaretur, &c. Offic. 21 b. Hominis mens diſcēdo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur. pro Mil. 118 a, Perinde quaſi noſtram ipſam mentem, qua ſapimus, qua prouidemus, qua hæc ipſa agimus ac dicimus videre, aut planè qualis aut vbi ſit, ſentire poſſimus. ibid. Cui primùm mentem iniecit, vt ferro laceſſeret fortiſſimum virum, &c. Acad. quæſt. ed.1.lib.2, Mens ſenſuum fons eſt, de Fin.lib.5, Mens princeps animi pars eſt. de N. d.2, Mens, conſilium, cogitatio, prudentia. Cat. Mens atque animus, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute. Tuſcul. 156 b, Horum igitur aliquid animus eſt, nec tam vegeta mens aut in corde cerebróue, aut in Empedocleo ſanguine demerſa iaceat. de Sen. 83 a, Homini ſiue natura ſiue Deus nihil mente præſtabilius dedit. de Nat. 9 b, Mens noſtra cogitatione quiduis poteſt depingere. & ibid. Totius naturæ mens atque animus. Or. 216 b, Mens, qua nihil eſt celerius. Acad. 13 a, Mens mouetur ipſa per ſeſe. de Nat. 34 a, Abducere aciem mentis à conſuetudine oculorum. Attic. 55 a, Mentis ſenſus. de N. 7 b, Aperta ſimplexq; mens nulla re adiuncta fugere intelligentiæ noſtræ vim ac notionem videtur. Tuſcul. q. lib. 1, Mens diuina in capite. * pro M. Scau. Quocunque non modò mens, verùm etiam oculi inciderint. Timæ. Ratione & mente diuina ad originem tempóris curriculum inuentum eſt Solis & Lunæ. de Finib. 74 a, Quod rationem habeant à natura datam, mentemq́, & acrem, & vigentem, celerrimeque multa ſimul agitantem, & vt ita dicam, ſagacem: quæ & cauſas rerum & conſecutiones videat: & ſimilitudines tranferat, & diſiuncta coniungat: & cum præſentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ conſequentis ſtatum. in Cat. 115 b, Quis poteſt eſſe tam auerſus à vero, tam mente captus. pro Cor. 66 b, Vt Deos immortales ſcientia peregrina & externa mente domeſtica & ciuili precarentur, in Piſon. 89 b, Vecors, furioſus, mente captus, tragico illo Oreſte aut Athamante dementior. Acad. 44 a, Quintum genus, è quo eſſent aſtra menteſque ſingulares, &c. & b, Quam vim animum eſſe dicunt mundi, eandemque eſſe mentem ſapientiamque perfectam, quem Deum appellant, omniumque rerum, quæ ſunt ei ſubiectæ, quaſi prudentiam quandam, &c. quam interdum eandem fortunam. de Nat. 11 b, Eam eſſe vim & naturam Deorū, vt primum non ſenſu, ſed mente cernatur. ibid. Cum maximis voluptatibus in eas imagines mentem intentam, infixamque noſtram intelligentiam, capere quæ ſit & beata natura & æterna. Offic. 19 b, Delirare & mente eſſe captum. de Senect. 92 a, Cùm integra mente certiſque ſenſibus opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentauit, natura diſſoluit.

¶ *Animus*. de Nat. deor. 1, Mens cingitur corpore externo. Acad. quæſt. ed.1.lib.2, Mens naturalem vim habet, quam intendit ad ea quibus mouetur. Mens omni turbido motu ſemper vacat. Tuſc.q lib. 1, Secundum Platonem qui perturbationes à mente procul ſemouet ac diſcludit. Acad. q. ed.1.lib.2, Mens ſenſibus vtitur. de Fin.lib.2, Mens acris & vigens. 4. ad Attic. Mens addita videtur meis ædibus. Ac.q.ed.lib. 2, Mens alia viſa ſic arripit, vt his ſtatim vtatur: aliqua ſic recondit, è quibus memoria oritur: cætera autem ſimilitudinibus conſtituit, ex quibus efficiuntur noticiæ rerum. de Nat. deor. 2, Mens aliqua eſt ex hominum ſolertia, & ea quidem acrior & diuina. de Diuinat. lib. 1, Mens concitata. Tuſc.q lib. 4, Mens conſtans: cui opponitur, conturbata. Ac.q.ed.2.lib.1, Mentes ſingulares è cœlo: hoc eſt, animi ſingulorum. de Nat. 1, Principia menteſque, quæ ſunt in vniuerſo. pro Rab. poët Itaque cùm multis alijs de cauſis virorum bonorum mentes diuinæ mihi atque æternæ videntur eſſe, tum maximè quòd optimi & ſapientiſſimi cuiuſque animus ita præſentit in poſterum, vt nihil niſi ſempiternum ſpectare videatur. 2. de Nat. de. Mente & voce pura, integra, incorrupta deos venerari debemus. 9. ad Attic. Mente ſana ſcriptæ literæ. 3. de Nat. deor. Seuocare mentem ab oculis. Tuſcul. quęſt. lib. 4, Mentem ſuam à cogitationum intentione, cantu, fidibusq; ad tranquilitatem traducere. Diuin. lib. 1, Mens furibunda. Tuſcul. quæſt. lib. 5, Exiſtit illa adeò Delphis præcepta cognitio, vt ipſa ſe mens vitijs exutam cognoſcat, coniunctamque cum diuina mente ſentiat. Diuinat. lib. 2, Mens prouida rerum futurarum. Diuin. lib. 1, Mens ſoluta ſomno. pro Rab. 96 b, Sapientiſſimorum & fortiſſimorum ciuium mentes, quæ mihi videntur, ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniamq́; demigraſſe teſtor. pro Mur. 124 a, Vt veſtræ mentes atque ſententiæ cum populi Rom. voluntate ſuffragijſque conſentiant. Tuſcul. 241 b, Nihil eſt in homine ſagaci & bona mente melius. * pro Rab. 96 b, Cum multis alijs de cauſis virorum bonorum mentes diuinæ mihi atque æternæ videntur eſſe.

¶ *Cogitatio*. Tuſcul. quæſt. lib. 1, Mente complecti aliquid. Tuſcul. quæſt. lib. 1, 39, 3. de Nat. Eâdem mente res diſſimilimas comprehendimus. 2. ad Quin. frat. Neque mente, neque lingua, neque ore conſiſteret. Epiſt. 146 a, Mente tota, omniq́; animi impetu in remp. incumbas.

¶ *Conſilium ſenſus, propoſitum, voluntas, ſententia.* de Ar. 253 a, Vt dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad bonam mentem voluntatemque eſſe conuerſa. de Ar. 257 b, Senatus princeps ſalutis mentiſque publicæ. de Oratore 99 b, Ego autem defendebam hac eum mente fuiſſe, vt, ſi, &c. Epiſt. 190 a, Ea mente feci, vt, &c. & 146 a, Vt tota mente omni animi impetu, in rempub. incumbas. de Nat. d. 1, Sine aliqua mente natura mundum efficere non potuit. 4. ad Attic. Mentis meæ ſenſus, aut omnino vitæ ſtatus. in Piſ. Hic ſi mentis eſſet ſuæ, niſi pœnas patriæ, dijsq́; immortalibus eas quæ grauiſſimæ ſunt, furore atque inſania pénderet: auſus eſſet, &c. de Aruſp. reſpon. Mens publica. 10. Fam. in epiſt. Planci. Quæ mens eum, aut quorum cōſilia à tanta gloria, &c. auocarint. I. V. 241 b, Pleriq; fuſi ſine vlla mente ac ſine vllo ſenſu iacebant. de Nat. 1 b, Deorum mente ac ratione mundum adminiſtrari ac regi. * de Orat. 161 a, Vt cùm ſe mente ac voluntate conieciſſet in verſum, verba ſequerentur.

¶ *Ingenium, natura*, 3. de Orat. Mentibus noſtris nihil magis cognatum, quàm numeri atque voces. Tuſc. quæſt. lib. 5, Mentibus tardis virtus non facilè committitur. 7. Verr. O' dij immortales, quid intereſt inter mentes hominum & cogitationes. Poſt. red. in ſenat. Mens anguſta, humilis, praua. de Nat. deor. lib. 1, Aperta ſimplexque mens nulla re adiuncta, fugere intelligentiæ noſtræ vim ac notionem videtur. 11 Fam, Mente peſſima & infideliſſima eſſe. Tuſc. q. lib. 5, Mentes imbutæ prauitatis erroribus.

¶ *Memoria*. de Nat. 59 b, Hæc mihi ferè in mentem veniebant, quæ dicenda putarem de natura deorum. de Aruſp. 257 a, Niſi exiſtimatis illi hanc euerſionem ciuitatis in mentem ſubitò nec cogitanti venire potuiſſe. de Fin. 114 b, Venit mihi Platonis in mentem. Epiſt. 96 b, Mihi ſolet in mentem venire illius temporis. pro Quint. 1 b, Non minus ſæpe mihi venit in mentem poteſtatis, quàm æquitatis tuæ. de Orator. 131 b, Vt quotieſcunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. Quin. de Pet. 113 a, Hæc mihi veniebant in mentem de duabus illis commotionibus. Attic. 198 b, Nunquam ea res mihi tam bellè in mentem venire potuiſſet. Attic. 110 b, Cùm autem Dolabellæ venit in mentem, paulum reſpiro. pro Font. 277 b, Non ei in Gallia primùm venit in mentem, vt portorium vini inſtitueret. de Orator. 105 b, Quid tibi in mentem venit ita reſpondere? de Diuin. 120 a, b, Quid in mentem venit Calliſtheni dicere, Deos, &c. de Clar. 106 b, Mihi in mentem venit vereri, ecquid nam, &c. Epiſt. 56 b, Mihi in mentem venit optare. l. P. 89 b, Mihi non venerat in mentem, furorem & inſaniam optare vobis. Epiſt. 55, Venit mihi in mentem ſubuereri, ne, &c.

† Syntaxis. *A' mente deſeri, deſiſtere. Bona mente audire. Mente capi. mente ſana ſcribere, Mens & ſententia. Sagax & bona mens.*

*Mente tota & omni animi impetu in Rem aliquam incumbere. Ornamenta Cæſ. ad bonam mentem & voluntatem conuerſa. Hac mente feci. Mente peſſima & infideliſſima eſſe. Venire aliquid in mentem, & alicuius rei, & Platonis, & Platonem.*

MENSA, ſæ. I. V. 208 a, Tu maximam & pulcherrimam menſam citriam à Lutadio abſtuliſti. Tuſc. 240 a, Tum ad menſam eximia forma pueros delectos iuſſit conſiſtere, & ibid. Nec manum porrigebat in menſam. Tuſc. 249 a, Menſæ conquiſitiſſimis cibis extruebantur. de Finib. 69 b, Aſoti, qui in menſam vomant, & qui de conuiuijs auferantur. I.P. 94 a, Extructa menſa non conchylijs aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida, & ſerui ſordidati miniſtrant. & ibid. Menſam tolli iubet. Attic. 224 b, Hæc ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa apud Veſtorium. Attic. 68 b, Cui tamen Quintus de menſa miſit, illa reiecit. pro Flac. 155 b, Si prætor dedit, à quæſtore numerauit: quæſtor à menſa publica: menſa aut ex vectigali, aut ex tributo. I.P. 98 b, Quid ſtipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus menſis palàm propoſitis numeratum. de Senect. 86 a, Senectus caret epulis, extructiſq; menſis & frequentibus poculis. de Leg. 183 b, Super terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam, aut menſam, aut labellum. in Salluſt. 275 b, Tu omnium menſarum aſſecla. * Oecon. 1, Vaſa quæ ad menſam quotidianam atque epulationem pertinerent. * I. V. 211 a, Non dubitauit illud inſigne Penatium hoſpitaliumque Deorum ex hoſpitali menſa tollere. & 230 b, Quod iſte menſas Delphicas è marmore, &c. ex omnibus ædibus ſacris Syracuſis abſtulit. de Aruſp. 257 b, Deorum ignes, ſolennes menſas, &c. inexpiabili ſcelere peruertit. de Finib. 84 a, Sit voluptas non minor quàm in Syracuſanis menſis, quę à Platone grauiter vituperantur. Tuſcul. 247 a, Vita plena Italicarum Syracuſanarumq; menſarum. de N. 77 a, Iam menſas argenteas de omnibus delubris iuſſit auferri.

MENSARIVS, rij. *trapezita, argentarius.* pro Flac. 155 a, Ciuitas in qua nummus moueri nullus poteſt ſine quippe prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor mēſarijs, qui apud illos à populo creantur.

† Syntaxis. *Ad menſam conſiſtere. Manum in menſam porrigere. Menſas cibis extruere. ad menſam vomere, & de menſis auferri. De menſa mittere. Menſarum aſſecla.*

MENSIO, onis. *dimenſio, menſura.* Orat. 204 a, Aures vel animus, aurium nuncio naturalem quandam in ſe continet vocum omnium menſionem.

MENSIS, ſis. *curſus, Lunæ.* de Nat. 39 b, Lunæ curſus, qui quia menſa ſpacia conficiunt, menſes vocantur. de Leg. 181 a, Sed menſem credo extremum anni vt veteres Februarium, ſic hic Decembrem ſequebatur. Epiſt. 63 a, Omnino res tota in menſem Ianuarium reiecta erat. cont. Rull. 61 b, Auctio conſtituta in menſem Ianuarij. Att. 1 b, Excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem. pro Pl. 278, Ego menſe Decembri mei conſulatus omnium parricidarum tela commoui. Att. 91 a, Non. Maij in Ciliciam cogitabam: ibi cùm Iunium menſem conſumpſiſſem, Quintilem in reditu ponerem. I. A. 179 b, O præclaram illam percurſationem tuam menſe Aprili atque Maio. Att. 205 a, Illam diem negabant eſſe menſe Maio. de Nat. 70 b, Eodem nomine anni primus menſis apud Aegyptios Thoyt vocatur. de Vn. 200 b, Menſis autem, quando luna luſtrato curſu ſuo ſolē conſecuta eſt. * I. V. 134 a, Cephaledi menſis eſt certus, quo menſe ſacerdotem maximum creari oporteat. & b, Ne aut alio menſe ac fas erat, comitia haberentur. ibid. Quemadmodum menſe illo legitimo comitia haberentur. ibid. Eſt conſuetudo Siculorum cæterorumque Græcorum, quod ſuos dies menſeſque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione: vt nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquē diem, aut ſummum biduum, ex menſe, &c. Item nonnunquam vno die longiorem menſem faciunt aut biduo. ibid. Eximi iubet non diem ex menſe, ſed ex anno vnum dimidiatumq; menſem. ibid. Offendit eum menſem comitialem. ibid. Vt reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur. de Nat. 39 b, Qui *Lunæ curſus*, quia menſa ſpatia conficiunt menſes nominantur.

MENSTRVVS, a, um. *quod ad menſem durat, & ſingulis menſibus fit.* pro Qu. R. 46 a, Aduerſaria ſunt menſtrua, tabulæ ſunt æternæ. & ibidem: Qui tabulas conficiunt mēſtruas, penè rationes in eas transferunt. de N. 18 b, Solis annuam luſtrationem menſtruo ſpacio luna complet. de Fin. 112 b, Si ei qui iucundę vixerit annos decem, vita iucunda menſtrua addatur. I. V. 163 b, Menſtrua cibaria. de L. 179 a, In delubris communibus textile, nec operoſius quàm mulieris opus menſtruum. de Inu. 51 a, Cùm alicuius annui, menſtrui, diurni nocturniue ſpacij certa ſignficatione. de Fin. 112 b, Vita menſtrua, & vita decem annorum. * Occ. 1, Quid menſtruum eſſet, ſepoſuimus.

MENSVRA, ræ. *modus.* de Cl. 166 a, Heſiodus eâdem menſura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis. Off. 10 b, Ea quæ acceperis vtenda, maiore menſura, ſi modò poſſis, reddere iubet Heſiodus. Att. 207 b,

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι. Orator. 205 a, Quicquid ſub aurium menſuram aliquam cadit, numerus vocatur. de Vniu. 200 b, Vt eſſet menſura quædam euidens, quæ in iſtis octo curſibus celeritates tarditateſq; declarat.

MENSVS, a, um. de N. 39 b, Lunæ curſus quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.

† Syntaxis. *Numerus eſt, quod cadit ſub aurium menſuram.*

MENTA, tæ. *herba nota.* Ep. 240 b, Ruta & menta, rectè vtrunque. Volo mentam puſillā ita appellare, vt rutulā, nō licet.

* MENTIENS, tis. Attic. 162 b, Quàm ſæpe pro Pompeio mentientis.

¶ *Fallaciæ ſpecies.* de Diu. 110 b, Quomodo autem mentientem, quem ψευδόμενον vocant, diſſoluas?

MENTIO, onis. *ſermo, commemoratio, vſurpatio.* I. V. 62 b, Caſu in eorum mentionem incidi. & 270 a, Mentione atque vſurpatione ciuitatis, mortis moram aſſequi. de Am. 45 b, Cum Scæuola in eam mentionem incidiſſet. pro S. R. 19 a, Eius rei mentio facta nō eſt. pro Cæl. 50 b, Sed enim hęc facta illius clariſſimi viri mentio mentem meam dolore impediuit. de Cl. 175 a, & 176 a, Et quoniam Stoicorum eſt facta mentio. Qu. Cælius Tubero fuit, &c. item: Non feciſſem hominis penè infimi mentionem, niſi, &c. in Piſ. 84 a, Tu etiam facis mentionem conſulatus tui? pro Cl. 32 b, Pecuniæ mentionem quandam inter iudices eſſe verſatam. de Leg. 187 a, Demetrius ille, de quo ſuprà feci mentionē. con. Rul. 88 a, De quo apud vos antè feci mentionem. Poſtquam. 200 a, Nunquam de C. Mario in ſenatu mentio facta eſt. Qu. fr. 313 a, De te à Sipylo mentio eſt honorifica facta. I. A. 168 a, Nunquam ab eo mentio de me niſi honorifica, niſi plena amiciſſimi deſiderij. ad Att. 72 b, Nec tui mentionem intermitti ſinimus. * ad Her. 14 b, In comparandis rebus alteram rem afferre, de altera mentionem non facere. Ep. 114 a, *Cælij.* M. Cælium Vinicianum mentio illa fatua, quam deriſeramus olim, & promulgatio de Dictatore ſubitò deiecit, & deiectum magno clamore inſecuta eſt. ibid. Mentio facta eſt de legione ea. ibid. Cùm ex Gallia coactus eſſet dicere Pompeius ſe legionē adducturum, ſed non ſtatim ſub mentionem & comitium obtrectatorum.

† Syntaxis. *In mentionem alicuius incidere. Mentionem rei cuiuſdam inter aliquos verſari. Mentionem facere Cæſaris, & de Cæſare. Intermittere mentionem alicuius.*

MENTIOR, iris. *ementior, mendacium dico, orationis vanitatem adhibeo, temporis cauſſa fingo.* pro Qu. Roſ. 52 b, Nam qui mētitur. peierare conſueuit. de Nat. 29, In quibus rebus nihil vnquam vetuſtas mentita ſit. Acad. 24 a, Si te mentiri dicis, idq; verum dicis, mentiri verum dicis. Att. 192 b, Mentiri in aliqua re. de Nat. 62 b, Præſertim cùm iſti plurimis de rebus diuinis mentiantur. de Orat. 125 b, De me autem nihil eſt cauſæ, cur mentiar. Acad. 4 b, Et de hoc quidem nihil mentiuntur. de Cl. 168 a, Conceſſum eſt Rhetoribus mentiri, vt, &c. pro Cluent. 30 b, Redargue me, ſi mentior. pro Planc. 274 b, Me quæ de Plancio dicerem, mentiri, & temporis cauſa fingere. pro Dom. 223 a, Non modò non ementitus ſum autoritatem ſenatus, ſed etiam, &c. Qu. fr. 292 b, Natura, frons, oculi, vultus perſæpè mentiuntur, oratio verò ſæpiſſimè. Off. 30 b, Nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur.

MENTITIO, onis. *à mentior, vt videtur, id eſt, mendacium.* ad Her. 16 b, Dolus conſumitur in maturationes mētitiones, &c. *mentiones, aliter.*

MENTITVS, a, um. *falſus.* in Sal. 277 a, Dabo operam, vt in hunc minimè mentitus eſſe videar. de Nat. 37 a, Quæ ordine & ratione vacant, ea mentita & falſa plenaq; erroris ſunt.

† Syntaxis. *Mentior in hoc, de hoc, hoc in aliquem. Quæ ratione vacant, ea mentita & falſa plenaq; erroris ſunt. ( Mentitus igitur homo eſt, atque res.)*

MENTOR, oris. Att. 141 a, Vellem habere Homeri illam Mineruam ſimulatam Mentoris, cui dicerem, μέντορ, &c. * I. V. 208 b, Mentoris manu ſummo artificio facta *pocula*.

MENTVM, ti. *pars ſubiecta ori, à gula eminens, in qua barba.* in Ant. 251 b, Cùm in gremijs mimarum mentem mentumque deponeres. I. V. 222 a, Vt rictus ſimulacri Herculis ac mentum paulo ſit attritius. de Orat. 133 b, Teſtius in dicendo mentū intorquens. in Piſ. 82 a, Altero ad mentum depreſſo ſupercilio. Tuſc. 150 a, Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus. ad Heren. 39 b, Hic, cui ſanè magna eſt in mento cicatrix. & ibi. Siniſtra mentum ſubleuare.

MERACIVS. de Nat. 75 b, Vinum meracius ſumere.

MERCANDVS, a, um. Att. 137 b, Ego verò hęc officia mercanda vitâ puto.

MERCATOR, oris. *negociator, venalitius, mercaturam faciens, vēditor & emptor.* Orat. 220 a, Diuitiæ, quibus omnes Africanos multi Venalitij mercatoresque ſuperarunt. Poſtq. 202 b, Mercatores prouinciarum, ac venditores Veſtræ dignitatis. Off. 30 b, Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, vt ſtatim vendat.* I.V. 266 b, Quòd mercatorem ſpoliati dicerentur. ibid. Nauibus, mancipijs, mercibus ademptis, in vincula coniectos eſſe mercatores, & in vinculis ciues Roman. necatos eſſe arguo. pro Pomp. 5 b, Maiores veſtri ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt. Tuſc. 236 a, Qui glorianti cuidam mercatori, quòd multas naues in omnem oram maritimam miſiſſet, &c. inquit.

MERCATVRA, ræ. *nundinatio, negociatio.* I.V. 250 a, Alij à prędonibus erant capti cum mercaturas facerent. Parad. 124 b, Qui honeſtè rem quærunt mercaturis faciendis. de Nat. 25 a, Non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam vtilitatum ſuarum. Offic. 30 b, Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna & copioſa, mulsa vndiq; apportans, multisque ſine vanitate impartiens, non eſt admodum vituperanda. Off. 53 b, Ad quos cùm tanquā ad mercaturam bonarum artium profectus ſis, inanem redire turpiſſimum eſt.* con. Rull 79 a, hanc verò emendi & vendēdi quæſtuoſiſſimam ac turpiſſimam mercaturam alienam actione tribunitia, alienam dignitate populi Rom. ſemper putaui. de Fin. 146 a, Nec mercatura quæſtuoſa eſſe poteſt, ſi in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

MERCATVS, tus. *nundinæ, emporium, conuentus, πανήγυρις.* in Anton. 161 b, Cùm domi tuæ turpiſſimo mercatu omnia eſſent venalia. de Inuent. 63 b, Quidam proficiſcens ad mercatum quendam, & ſecum aliquantum numerum ferens, &c. in Ver. 155 a, Tanto mercatu prætoris indicto concurritur vndique ad iſtum Syracuſas. in Ant 189 b, Earumque rerum omnium Antonius domeſticum mercatum inſtituit. Tuſc. 229 b, Pythagoras dixit ſimilem ſibi videri vitam hominum & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate: nam vt illic alij corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent, alij emendi aut vendendi quæſtu lucroq; ducerentur, eſſet autem quoddam genus eorum, qui, &c. item nos, &c.

†Syntaxis. *Mercaturam facere. Emendi ac vendendi mercatura. Mercaturam indicere, inſtituere.*

MERCEDVLA, læ. Attic. 207 a, Conſtituere mercedulas prædiorum. de Orat. 101 b, Infimi homines mercedula adducti

MERCENARIVS, a, um. *operarius conductus, cum mercede.)(. gratuitus* Off. 30 a, Illiberales & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. de Leg. 165 b, Quid liberalitas, gratuitáne eſt, an mercenaria? ſi ſine præmio benigna eſt, gratuita: ſi cum mercede, conducta. I.P. 90 a, Gabinius tribuit ſe mercenarium comitem regi. pro Mil. 110 a, Trib. Pleb. Clodij mercenarius. Epiſt. 43 b, De mercenarijs teſtibus à ſuis ciuitatibus notandis, &c. I.V. 246 b, Audite decretum mercenarij prætoris. pro Cecin 296 a, Si tuus ſeruus nullus fuerit, & omnes alieni ac mercenarij. pro Clu. 52 b, Ennius egēs quidā mercenarius Oppianici. Off. 9 a, Vti ſeruis, vt mercenarijs, ad operam exigendam, & iuſta præbenda. pro Seſt. 21 a, Mercenarius meus. in Verr. 98 b, Caput mercenario proœmio ornatum.

MERCES, dis. *penſio, præmium, precium, fructus.* pro Ar. 191 b, Virtus nullam aliam mercedem laborum periculorumque ſuorum deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ. Epiſt. 41 a, Tribuere mercedem laborum alicui. Acad. 24 b, Minam Diogeni reddet: hæc enim erat merces Dialecticorum. de Orat. 128 a, Si quam gloriam peperi, ea non eſt æqua merces laboris & periculorum. pro Dom. 217 b, Cum ab eo merces tui beneficij preciumq; prouinciæ meo ſanguine tibi eſſet perſolutum. I. Piſ. 86 a, Quorum mens erat oppreſſa præmio, lingua adſtricta mercede. de Diu. 99 b, Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem atque quæſtum. pro Mur. 140 a, Si mercede conducti obuiā candidatis iſſent. in Verr. 245 b, Precio atque mercede minuiſti maieſtatem reipublicæ. & 258 a, Ab omnibus tu mercedem miſſionis acceperas. & 263, Mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui nefas eſſe. Attic. 287 b, Merces Antonij oppreſſi poſcitur, in Antonij locum ſucceſſio. pro Sext. Roſc. 31 b, Mihi videris. Eruci vna mercede duas res aſſequi velle. & ibid. Accuſare eos, à quibus mercedem accepiſti. Quint. fr. 324 a, Magna nobis à te propoſita merces eſt. & 319 a, Id me ſcis antea tibi eſſe pollicitum: quid nunc putas tanta abs te mihi mercede propoſita? de Fin. 85 b, Probitas præmiorum mercedibus euocata. de Fin. 82 b, Vides igitur, ſi amicitiam emolumento metiare, ſummas familiaritates prædiorum precioſorum mercede ſuperari. Ep. 20 a, Numerare aliquid in loco mercedis, vel beneficij. Att. 11 b, Noctes certarum mulierum pro mercedis cumulo fuerūt. in Verr. 164 b, De acceſſione dubito, an Apronio ipſi data ſit merces operæ preciumq; impudentiæ. in Verr. 106 a, Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. Tuſc. 192 b, Nam iſtuc nihil dolere, non ſine magna mercede contingit, immanitatis in animo, ſtuporis in corpore. de Or. 95 a, Summus ille doctor Apollonius cùm mercede doceret, non patiebatur, &c. Ep. 10 b, Tamen in moleſtia gaudeo, eandem fidem te cognoſcere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoueram. in Ant. 162 a, iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil ſapere docuit. in Anton. 168 b, At quanta merces rhetori data? & ibi. Vt pro tanta mercede nihil ſapere diſceres. Attic. 197 a, Vt ſumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti & Auentini. Att. 246 a, Velim quæras ab Erote, vbi mercedet inſularum. pro Dom. 219 a, Data eſt merces erroris mei magna. Tuſc. 192 b, Hoc non ſine magna mercede tibi contingit. de Amic. 111 a, Ipſe ſe quiſque diligit, non vt aliquam à ſeipſo mercedem exigat charitatis ſuæ. Off. 30 b, Eſt enim in illis ipſa merces autoramentum ſeruitutis. I. V. 173 b, Vt ſi quis villicus ex eo fundo, cui H-S. dena merces eſſet, *(alij legunt, qui HS dena meritaſſet)* exciſis arboribus ac venditis. * con. C. Anton. Augere etiam mercedes ſi vultis. Acad. Honeſtatem ipſam ſuo ſplēdore in ſe animos ducere, nullo prorſus cōmodo extrinſecus poſito, & quaſi lenocinante mercede. Att. 197 a, Maiores ſumptus facturos, quàm quod ex eis mercedibus recipietur. Att. 247 b, Reliqua diligentius ex hoc ipſo exquiram: in his de mercedibus dotalium prædiorum: quæ ſi fideliter Ciceroni curabuntur.

† Syntaxis. *Mercedem dare, conſtituere, tribuere, perſoluere. Mercede lingua aſtricta, adducta, conductus. Accipere mercedem, proponere, Mercedis loco numerare. Merces ac precium pietatis. Mercede docere. Magna mercede facere periculum. Agri merces annua: id eſt, penſio.*

MERCOR, aris. *nundinor emo.* in Verr. 133 a, Ab iſto & præco ſenatorium ordinē precio mercatus eſt, & pueri ſenatorū nomen nundinati ſunt. pro Flac. 156 a, Is fundum Romæ mercatus eſt de pupillo. Epiſt. 105 b, Si ea mercatus eſſes, quæ volueram. Off. 30 b, Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendant. pro S.R. 40 b, Mercari aliquam rem magno precio. * Oecon. 2, Mercari villicum tanquam fabrum.

† Syntaxis. *Precio aliquid mercari. De aliquo aliquid mercari.*

MERCVRIALIS, lis. Qu. fr. 312 a, Capitolini & Mercuriales. *id eſt, ſacerdotes, vel augures.*

MERCVRIVS, rij. *Hermes.* de Nat. 79 b, Mercurius vnus Cœlo patre, Die matre natus. *& ibi de Mercurijs multa.* de Nat. 36 b, Infra hanc autem ſtella Mercurij eſt, ea ςίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente ſigniferum luſtrat orbem, neque à ſole longius vnquam vnius ſigni interuallo diſcedit, tum anteuertens, tum ſubſequens. de Vn. 200 a, Lucifer & ſancta Mercurij ſtella. de Somn. 128 a, Mercurij curſus. Ep. lib. 7, Mercurij ſignum. de Som. Scip. Mercurij & Veneris eadem vis.

MERENS, tis. I. A. 209 a, Honores bene de rep. meritorum & merentium.

MEREO, res: & MEREOR, eris. *commereo, promereor, lucror.* I.V. 64 a, Iniurias ferendo maiorem laudem quàm vlciſcendo merere. de Or. 105 a, Reſpondit ſe meruiſſe, vt maximis honoribus decoraretur. in Cat. 105 a, Si vllum vt erat meritus morte mulctaſſem. in Cat. 118 a, Dij omnibus pro eo ac merentur, gratiam referunt. Qu. fr. 328 b, Ciceronem & vt rogas amo, & vt meretur, & vt debeo. Orat. 284 b, Ad liberos qui nihil meruerunt, pœna parentum peruenit. pro S.R. 52 b, Alicui fructum quem meruit, retribuere. Ep. 154 a, Fac valeas, dignitatemq; meam, ſi mereor, tuearis. Attic. 139 a, Et ſi hoc ſæpe facturus ſum, ita de me mereris. pro Seſt. 7 a, Mereri de aliquo. In Verr. 160 a, Malè mereri de aliquo. de Amic. 113 a, Multò melius de quibuſdā acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui, &c. Orat. 213 a, Eam quam benemeritam eſſe autumas, dicis malè mereri. Attic. 156 b, Cùm cogito me de repub. meruiſſe optimè. Poſtq. 20 b, Vobis, qui de me optimè meriti eſtis, gratiam referam. Epiſt 189 a, Ac velim vt de repub. meremus, ſic fœlices ſimus. Epiſt. 204 a, A te peto, vt ita de repub. mereare &c. pro Font. 277 a, Optimè de ſocijs meritum eſſe. de Clar. 188 a, Bene de aliquo meritum eſſe. Ep. 16 b, Lætor te de me eſſe optimè meritum. de Leg. 190 b,

Pernicioſè merentur de rep. vitioſi principes. Att. 98 b, Pompeius erat de me optimè meritus, Att. 140 a, Ita meruiſſe illum de me puto, vt ἀχαριστίας crimen ſubire non audeam. I. A. 183 a, Opto vt ita cuiq; eueniat, vt de repub. quiſque mereatur pro Mil. 119 b, Stet hæc vrbs præclara, quoquo modo merita de me erit.

¶ *Milito.* pro Cæl. 39 a, Mereri ſtipendia. pro Mur. 126 b, Murena adoleſcēs patre ſuo imperatore meruit. pro Rab. 94 b, P. Seruilius, quo tu imperatore Labiene meruiſti. I. V. 268 b, Clamabat ſe meruiſſe cum L. Prætio. pro Mur. 126 b, Meruiſſe ſtipendia in bello. I. A. 256 b, Qui equo meruiſſet. de Or. 132 b, Aſellus merens ſtipendia. pro Qu. Roſc. 49 b, Nam illa mēbra mereri per ſe non amplius poſſunt, duodecim æris. pro Qu. R. 48 b, Roſcius H-S. CCCLIII. merere & potuit & debuit. de N. 14 b, Quid enim mereas, vt Epicurus eſſe deſinas? de Fin. 80 a, Quid enim mereri velis iam cum magiſtratum inieris, &c. quid mereris igitur, vt te dicas, &c. I. Ver. 231 a, Quid arbitramini Rhegynos mereri velle, vt ab ijs marmorea Venus illa ne auferatur? *aliter, nolle.*

† Syntaxis. *Pro eo ac quiſque meretur, gratiam referre, id eſt, tractare. Nihil ille meretur, id eſt, nullam pænam. de aliquo mereri, malè, benè, meliùs, optimè, pernicioſè. Stipendia mereri, & merere. Merere, abſolutè.*

MERETRICIVS, a, um. pro Cæl. 43 a, Cur te in iſtam vicinitatem meretriciam contuliſti? & 37 b, Aliquem meretricijs opibus accuſari. pro Cæl. 46 b, Meretricia vita, meretricius mos, meretricij amores. I. V. act. 5, Meretricia diſciplina. I. A. 169 a, Meretricius quæſtus.

MERETRICVLA, læ. de Nat. 194 a, Sed meretricula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere auſa eſt? I. V. 154 a, Non à patre ei traditi, ſed à meretricula commendati.* & 242 b, Chelidon meretricula.

MERETRIX, cis. *ſcortum, lupa, mulier vulgata omnibus, quæ ſe omnibus peruulgat, quæ domum ſuam patefecit omnium cupiditati.* pro Dom. 235 b, Tanagræa quædam meretrix fuiſſe dicitur. pro Cæl. 47 b, Vt non ſolùm meretrix, ſed procax etiam videatur. itē, Lais & Citheris meretrices. * de Fin. 66 a, Meretricem in matronarum cætum adducere.

MERGO, gis. *immergo.* de N. 51 a, Aues quæ ſe in mari mergunt & emergunt. de N. 27 b, Mergere aliquem in aquam.

MERGOR, ris. in Arat. ---*Mergitur vnda Delphinus.* --- Syntaxis. *Mergere in mare, in mari, mari.*

MERIDIANVS, a, um. de Or. 144 a, Omne illud meridianū tempus craſſum in attentiſſima cura poſuiſſe.

MERIDIATIO, onis. *meridianus ſomnus.* de Diu. 137 b, Nūc quidem propter intermiſſionem forenſis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus vti antea non ſolebam.

MERIDIES, ei. *media diei pars.* Or. 212 a, Meridiem dixerunt, non medidiem: credo, quòd erat inſuauius. Tuſc. 176 b, Cùm ante meridiem dictioni operam dediſſemus, poſt meridiē in Academiam deſcendimus. Att. 56 b, Milo permanſit ad meridiem. & 220 a, Hodie Antij, cras ante meridiem domi. Qu. fr. 317 a, Ego eodem die poſt meridiem Vatinium aderam defenſurus. Att. 1 a, Si iudicatum erit meridie non liquere.* *Rectius legitur lucere. Alij pro his verbis,* Meridie non lucere, *legunt, eius haberi rationem licere.*

¶ *Auſtralis mundi regio.* de N. 35 b, Sol curſum inflectit tum ad ſeptentriones. tum ad meridiem. de Diu. 87 a, Qui ad meridiem ſpectans in vinea media dicitur conſtitiſſe. * 5 de Legib. Sol paululum à meridie deuexus videtur.

† Syntaxis. *Ante poſt meridiem. Ad meridiem manere. Ad meridiem ſpectare, curſum tenere.*

MERITÒ, MERITISSIMÒ. *iure, optimo iure.* Off. 22 b, I. V. 271 a, Et meritò & iure commouebamur. & de Or. 105 a, Quem omnes amare meritiſſimò, pro eius eximia ſuauitate debemus in Catil. 113 b, Deinde prætores meritò ac iure laudantur. Antequam. 292 b, Iure & meritò poſſum. &c.

MERITO, as. I. V. 173 b, Vt ſi quis villicus ex eo fundo qui H-S dona meritaſſet *(Alij legunt, cui HS. dena merces eſſet)* exciſis arboribus ac venditis, &c. domino XX. millia nūmûm pro X miſerit.

MERITORIVS, a, um. *impudicus.* I. A. 108 a, Pueri ingenui cum meritorijs, ſcorta inter matresfamiliâs verſabantur.

MERITVM, ti. *promeritum, beneficium.* Epiſt. 9 b, Re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quòd nullam partem tuorum meritorum non modò referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum. & 2 a, Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum, vt, &c. I. A. 191 a, Vt pro tantis eorum in rempub. meretis honores eis habeantur, gratiæq; referantur. Orat. 209 a, De ſuis in remp. meritis dicere. item, Magna eius in me non dico officia, vel merita potius. Epiſt. 159 a, Tu cuius ille tanta merita habet, quanta nemo præter me de Amic. 101 a, Dare & recipere merita. I. C. 114 a, Atque etiam ſupplicatio dijs immortalibus pro ſingulari eorum merito, meo nominè decreta eſt. I. A. 188 a, Meritoq; veſtro maximas gratias vobis omnes & agere & habere debemus. Att. 74 a, Apud Patronem te in maxima gratia poſui, & hercule merito tuo feci. Epiſtol. 233 a, Piſonem noſtrum merito eius amo plurimum. pro Seſt. 11 b, C. Cæſar, qui à me nullo meo merito alienus eſſe debebat.* Poſt red 204 a, Si patres conſcripti pro veſtris immortalibus in me fratremq; meum, liberosque noſtros meritis parum vobis cumulatè gratias egero. pro Marc. 135 a, Gloria eſt illuſtris ac peruagata multorum & magnorum vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. & 136 a, Ad tua innumerabilia in me vnum merita maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit. I. A. 186 a, Sin autem militibus exquirendi ſunt honores noui, propter eorum diuinum atque immortale meritum. de Legib. 173 a, Quos *Diuos* in cœlum merita vocauerint. Epiſtol 170 b, Vt de tuis diuinis in Rempub meritis ſilêretur.

MERITVRVS, a, um. Acad. 44 a, Tu verò bene etiam meriturus mihi videris de tuis ciuibus.

MERITVS, a, um. *debitus, iuſtus.* de Or. 127 b, Aliquam iracundiam non iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defendere. de Or. 144 a, Alicui debitam gratiam meritamq; referre. pro Milo. 118, Vobis ille ſeram quidem, ſed iuſtā & debitam pœnam perſoluit. pro Dom. 220 b, Imberbis adoleſcentulus, bene valens & meritus. Tuſc. 229 a, Philoſophia optimè de hominum eſt vita merita.

† Syntaxis *Meritò & iure & contrà. Fundus meritat aureos decem. Merita dare, ac recipere. Pro ſingulari tuo merito rogo. Id feci merito tuo. id eſt, quia meritus es.*

MERVLA, æ, *auis ſolitaria.* de Fin. 134 b, Euolare merulas.

MERVS, a, um. *ſolus, purus, liquidus.* Att. 16 a, Non homo, ſed litus atq; aër & ſolitudo mera. de N. 79 a, Vehementius inuectus es in meram Stoicorum rationem. At. 59 a, Cherippus mera monſtra nunciârat. Att. 150 a, Dolabella ſuis literis merum bellum loquitur. Att. 93 a meræ nugæ. Att. 147 a, Meræ proſcriptiones, meri Sullæ.

MERX, cium. *res venales* pro Pom. 14 b, Inſula Delos, quò omnes vndiq; cum mercibus atq; oneribus commeabant. in Verr. 31 a, Cum te non cuſtodem ad continendas, ſed portitorem ad partiendas merces miſſum putares. de In. 81 b, Ille, cuius merces erant, in gladium incubuit. * pro Rab. 129 a, Auditæ viſæq; merces fallaces quidem & fucoſæ, chartis & linteis & vitro delatæ. Quibus cum multę naues refertæ fuiſſent, vna non patuit parua arctata.

MESOPOTAMIA, miæ. de N. 52 b, Meſopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quaſi nouos agros inuehit.

MESSANA, *Mamertina ciuitas.* in Verr. 81 b, 200 b.

MESSIS, ſis. de Or. 106 b, Nemo ignorat, quid ſit ſementis ac meſſis, quid arborum putatio ac vitium. Att. 82 a, Fames tum erat in hac mea Aſia: meſſis enim nulla fuerat. I. V. 175 b, Semente prohibita & meſſe amiſſa. Parad. 125 a, Qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis meſſem recordaretur.

MESSOR, oris. de Orat. 147 a, Non mihi oratores antiquos, ſed meſſores videris imitari.

MESSORIVS, a, um. pro Seſt. 21 a, Gracchus meſſoria ſe corbe contexit.

MET, *particula* pro Mar. 133 a, Cæſar memet tibi reddidit. de Or. 149 b, Non de memetipſo, ſed de oratore dico. Or. 145 a, Quanquam memet mei pœnitet. cont. Rull. 66 a, Memet ipſum. pro Cęl. 42 b, Propterea quòd egomet, &c. Attic. 4 b, Nobiſmetipſis tum deniq; cùm illò venimus, placemus. de N. 47 b, Vt noſmetipſi qui animis mouemur & ſenſibus. & 69 a, & Epiſt. 45 b, Nobiſmetipſis.

META, tæ, *conus, terminus.* de Diu. 112 a, Vmbra terræ, quæ eſt meta noctis. pro Cæl 43 a, b, In hoc flexu quaſi ætatis, fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas notitia nouâ mulieris, &c.

METAPONTVM. *Italiæ oppidum.* de Fin. 125 a,

METATOR, oris. *decempedator.* in Ant. 233 a, Saxa caſtrorum antea metator, nunc, vt ſperat vrbis, & 260 a, Saxa peritus metator & callidus, vrbem iam decempeda ſua diuiſerat.

*METELLINVS, a, um. Att. 8 a, Oratio Metellina.

METENDVS, da, dum. Tuſc. 203 b, Vita omnibus metenda, vt fruges. Poëtæ.

METHYMNAEVS, a. Tuſc. 189 b, Arion Methymnæus.

METIENDVS, a, um. *menſurandus.* Tuſc. q. 240 b, Obſcœnas voluptates non genere aut loco aut ordine, ſed forma, ætate & figura metiendas putant. Parad. 119 a, Nec enim peccata rerum euentu, ſed vitijs hominum metienda ſunt. Or. 216 a, Pedes nō Syllabis, ſed interuallis metiēdos eſſe.

METIOR,

**Metior**, iris. *dimetior, permetior, pondero, definio, dirigo, deſcribo norma, regula.* I.V.191 b, Coge vt ad aquā tibi Ennenſes frumentū metiantur. Ep.137 a, Veientem agrū & Capenatem metiuntur. de N.6 a, Aeternitas, quā nulla temporis circūſcriptio metitur. Offic. 31 b, Etiamſi metiri ſe mundi magnitudinē poſſe putet. Acad.32 b, Nec magis affirmabunt ſignum illud ſi menſi erunt, ſex pedum eſſe quàm Solem, quem metiri non poſſunt. I.V.193 a, Metiri numos. *id eſt, numerare.* Tuſcul. q. 16 a, Patriæ charitatem non ſenſu noſtro, ſed ſalute ipſius patriæ metiri. de Finib.82 b, Metiri amicitiam ſua ipſius amicitiæ charitate. Epiſtol. 101 b, & de Fin.76 b, Metiri omnia ſua voluptate. in Anton.245 b, Totum huiuſce rei conſilium non periculo meo, ſed vtilitate reip. metiar. de Orat.85 b, Clarorum hominum ſciētiam rerum geſtarum magnitudine metiri. Att.128 b, Ego omnia officio metior. de Orat.139 b, Pecuniæ fructum vtilitate metimur. Epiſt.145 b, Fidelitas, quam ego ex mea conſcientia metior. de Orat. 148 b, Ij qui nunc voluptate omnia metiuntur. Qu.frat.318, Seſe autem menſum pedibus aiebat paſſuum IIII. M. & ibid. Sum ipſe menſus viā ab eo ponticulo, qui, &c. Offic 2 a, Qui ſummū bonū ſuis cōmodis, non honeſtate metitur. Offic.22 b, Studia noſtra naturæ regula metiamur. Off.55 b, Qui omnia metiuntur emolumētis & cōmodis. de Or.160 a, Quod metiri poſſumus interuallis æqualibus. Para.124 b, Ex eo quantū cuiq; ſat eſt, metiuntur homines diuitiarum modum. I.A.181 b, Tu omnia quæſtu tuo, non Cæſaris dignitate metiris. de Am. 99 b, Iam virtutem ex conſuetudine vitæ ſermoniſq; noſtri interpretemur, nec metiamur, vt quidam indocti, verborum magnificentia. Orat. 219 b, Sonantia omnia, quę metiri auribus poſſumus. Cæl.Epiſt.116 a, Curio legē viariam & alimētariam, quas iubet ædiles metiri, iactauit. de Opt.243 b, Vim eloquentiæ non rei natura, ſed facultate metiri. Orat.199 a, Eloquentiamq; ipſius viribus, non imbecillitate ſua metiantur. de Senect. 86 b, Neque enim ipſorum conuiuiorū delectationes corporis voluptatibus magis, quàm cœtu amicorū & ſermonibus metiebatur. in Piſon.94 a, Epicurei omnes res, quę ſunt homini expetendæ, voluptate metiuntur. * Off 54 b, Qui res expetendas vel voluptate vel indolentia metiuntur.

† Syntaxis. *Metiri ſua voluptate vniuerſa, cōmodis, non honeſtate, officio, ex ſua conſcientia, emolumento, ſuo quæſtu, rei natura, imbecillitate rei. Conuiuium cœtu amicorum & ſermonibus metiri.*

**Meto**, tis. *demeto.* de Orat. 133 a, Vt ſementem feceris, ita metes. Antequam. 192 b, Serere beneficiū, vt metere poſſis fructum.

**Metor**, aris. Ep.154 b, Sed certè niſi vno loco metaremur, magnum periculum ipſe Lepidus, &c. Planci.

**Metonymia.** *figura, quæ & Immutatio & Traductio appellatur.* L. Hypallage.

**Metuendus**, a, um. de Aruſp.258 b, Quædam multæ metuendæq; res. Ep.5 a, Quanquā omnia ſunt metuenda, nihil magis quàm perfidiam timemus. * pro C. Cornel. 2, O ingenia metuenda.

* **Metuens**, tis. poſt red. 204 b, Nam Conſules modeſti legumq; metuentes impediebantur lege. pro Dom.227 a, Homines legum, iudiciorumq; metuentes. Tuſcul.231 a, Quis enim poteſt mortem aut dolorem metuens, eſſe non miſer? Offic. 37 b, Dionyſius cultros metuens tonſorios candēte carbone ſibi adurebat capillum. Ep.90 b, Si quiſquā eſt timidus in magnis periculoſiſq; rebus, ſe ſemperq; magis aduerſos rerum exitus metuens quàm ſperant ſecundos, is ego ſum.

**Metuo**, tuis. *timeo, horreo, in metu ſum, in metu pono, metū habeo.* ꝓ S R.20 a, Supplicia, quę à vobis pro maleficijs ſuis metuere atq; horrere debent. Att.157 a, Frater meus non tam de ſua quā de mea vita metuit. Att.110 a, Metuere omnia ab aliquo. Ep.63 a, Metuere inſidias ab aliquo. ad Her.11 b, Ab inimico ſibi periculum metuebat. * I.C.100 b, Serui mehercle mei ſi me iſto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui. Off.37 a, Cuius opes metuunt. ibid. Præclarè enim Ennius: *Quem metuunt, oderunt.*

* **Metuor**, eris. Off.37 b, Qui verò in libera ciuitate ita ſe inſtruunt, vt metuantur, his nihil poteſt eſſe dementius. ibid. Etenim qui ſe metui volent, à quibus metuuntur, eoſdem metuant ipſi neceſſe eſt.

**Metus**, tus. *timor, formido, ſuſpicio, terror, pauor, exanimatio.* Tuſcul.226 b, Metus eſt expectatio mali. Anteq.197 a, Reſpub. metu eſt debilitata ſeruili. in Cat. 101 a, Patria tota in metu eſt propter te vnū. Tuſc q. 223 b, Aegritudini finitimus eſt metus: eſt enim metus, vt ægritudo prçſentis, ſic ille futuri mali: itaq; nonnulli metū præmoleſtiam appellabant, quòd eſt quaſi dux conſequētis moleſtiæ. Tuſc lib.4, Sub metū ſubiecta ſunt, pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. & ibid.236 a, Sine metu is habendus eſt, nō qui parū metuit, ſed qui omnino



metu vacat. Offic.37 a, Malus cuſtos diuturnitatis metus. Ep.129 a, Ego quidē præcipuum metū, quod ad te attinebat, habui, qui ſcirē. pro Pomp. 6 b, Prouincia à metu calamitatis eſt defendenda. cont Rull.65 a, Ciuitas ſoluta ſuſpicione, ſuſpenſa metu. Ep.113 b, Incutere metū alicui. Att. 236 a, & Top. 225 b, Quid autē abſurdius hunc metuere, alterū in metu nō ponere? id eſt, alterū nō metuere. de Or. 95 a, Fractus & debilitatus metu. de Fin.131 b, Refugit ſanguis metu. pro Seſt. 24 a, Quē neq; periculi tēpeſtas, neq; honoris aura potuit vnquā de ſuo curſu, aut ſpe, aut metu dimouere. * Oecon.1, Metus plurimū confert ad diligentiam cuſtodiendi. Hortenſ. Vt ait Ennius: Refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu. de Orat.106 b, Virtutem inſtituendo ac perſuadendo, non minis, & vi, ac metu tradi. I. V. 135 b, Quibus opus eſſet metum afferre. pro Clu,44 a, Vt metu ad omnes, pœna ad paucos perueniret. ibid. Ne in libello propter hoſtium metū delinqueret miles, amplior ei mortis & ſupplicij metus eſt à maioribus conſtitutus. Acad.34 a & b, Atq; illi quidē etiam vtiliter à natura dicebant permotiones iſtas animis noſtris datas: metū cauēndi cauſa, &c. de Fin.59 a, Vt ſine cura metuq; viuamus, &c. Vt enim mortis metu omnis quietæ vitę ſtatus perturbatur. Tuſcul.196 a, Habet humilitatem metus. & 212 a, Quæ ſine ratione & cū exanimatione humili atque fracta *fiet declinatio*, nominetur metus. Eſt igitur metus rationi aduerſa cautio. ibid. Metus opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videatur. ibid. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat: metus receſſum quendam animi & fugam. Tuſcul. 213 a, Quæ ſubiecta ſunt ſub metum, ea ſic definiunt: Pigritiam metum conſequentis laboris. Terrorem metum concutientē. Timorem metū mali appropinquantis. Pauorem metum mentem loco mouentem. Exanimationem metum ſubſequētem, & quaſi comitem pauoris. Conturbationem metum excutientem cogitata. Formidinem metum permanentem. Tuſcul.238 b, In quem cadit ægritudo, in eundem metum cadere neceſſe eſt. Eſt enim metus futuræ ægritudinis ſolicita expectatio. de Leg.174 b, Præſentis pœnæ metu religio confirmari videtur. Offic.69 a, Poſſunt cuiquam eſſe vtiles angores, ſolicitudines, diurni & nocturni metus? Paradox. 117 a, Neq; ea ſolū quæ habent, libidine augendi cruciantur, ſed etiā amittendi metu. Attic.42 a, Equidem adhuc miſer in maximis meis ærumnis & luctibus, hoc metu adiecto, maneo Theſſalonicæ ſuſpenſus, nec audeo quicquam. & b, Me & meorum malorum memoria & metus de fratre in ſcribēdo impedit. Att.43 a, Mihi etiā vnū de malis in metu eſt, fratris miſeri negotiū.

† Syntaxis. *A iudice pœnam metuere ſibi, & horrere pro ſuis maleficijs. De amici vita metuere. In metu eſſe. Metum habere præcipuum. Solutus ſuſpicione, ſuſpenſa metu mens. Metum alicui oſtendere, incutere. Illo in metu non ponit. Metu aliquem de curſu ſuo dimouere.*

**Meus**, a, um. de Aruſp.253 a, Aruſpicū verba ſunt omnia, nihil addo de meo. pro Cec.238 b, Eſſe in poſſeſſione bonorū. de Fat.140 b, Vtriuſque ſtudij mea poſſeſſio eſt. de Leg.273 a, Quod quidam ego facerem, niſi planè eſſe vellem meus. * con.C.Anton Meo maximè beneficio.

**Micans**, tis. *vacillans, nutans.* de Diu. 102 a, *Anguem, &c.*

*—& varia grauiter ceruice micantem.*

¶ *Radians.* de N.47 b, Stella micans radijs, &c. de Diu.84 a, *Concurſuſq; graui ſtellarum ardore micantis.*

**Mico**, as. *vibro.* de Nat.30 b, Iam verò venæ & arteriæ micare non deſinunt, quaſi quodam igneo motu.

¶ *Digitis iactis ludo.* de Diu. 126 a, Quid enim ſors eſt? idē ꝓpemodū quod micare, quod talos iácere, quod teſſaras. Off.67 b, Cùm fidē alicuius bonitatemq; laudant, dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris mices. * de Finib.95 b, An vnde eſt hoc contritum vetuſtate prouerbium, Qui cùm in tenebris mices?

* **Migrandum**, Ep.168 a, *Bruti.* Migrandum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror.

**Migratio**, onis. *loci mutatio, diſceſſus.* Tuſc.154 a, Mors eſt quaſi migratio cōmutatioq; vitæ. * pro Cæl.41 a, Hāc migrationē huic adoleſcenti cauſam malorū omnium fuiſſe. Tuſc.169 b, Migrationē eſſe mortem in eas oras. Ep.130 a, Migrationem & emptionem feliciter euenire volo. Epiſt. 263 a, Cui verbo *Fideliter* domicilium eſt proprium in officio, migrationes in alienum multæ.

* **Migratur**. Tuſc.169 b, Aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur.

**Migro**, as. *aliò habitandum eo, ſolum verto vel muto.* Att 225 b, Itaq; non ſolùm inquilini, ſed mures etiam migrauerunt. Epiſtol. 106 b, Deinde vt migrare tantopere feſtines. Tuſcul.165 b, Video te alta ſpectare, & velle in cœlum migrare. de Diuin.82 a, Credo ne communi iure migrare videatur. Att.226 a, Migrare, ſolū vertere. γλῶ περὶ γῆς ἐλαύνεσθαι

deSom.126 b,Sedem omnium rerum & fortunarum ſuarum alicubi collocare. de Leg. 181 a,Ex hac vita migrare. de Fin 61 b,& 103 a,Migrare de vita.

¶ *Negligo,tranſgredior,infringo.* Offic.7 a,Quæ pertinent & ad veritatem,& ad fidem,ea migrare interdum,& non ſeruare,ſit iuſtum. de Fin. 104 b, Qui ius conſeruat, iuſtus:qui migrat, iniuſtus eſt. de Leg.186 a, Quod quis earum rerũ migraſſit, noxæ pœna par eſto.

† Syntaxis. *In cœlum migrare,& de hac vita. Qui ius migrat,iniuſtus eſt.*

Mihi.de Or.99 a, Tu mihi cùm in circulo decipiare aduerſarij ſtipulatiuncula, ego tibi vllam cauſam maiorẽ committendam putẽ?in Verr.93 a, Tu mihi,cùm in prouincia tam male, te geſſeris, hîc tibi perfugium ſperes futurum? Tuſc. 206 b, Hîc mihi afferunt mediocritates, quæ, &c.de Or.116 b,Sit enim mihi tinctus literis,&c.de Aruſp. 249 b, Is mihi etiã generis ſui mentionẽ facit. in Piſ. 79 b,Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutũ.in Ver. 107 b,Is mihi etiã queritur. & 113 b, Tu mihi ita defendas?in Ant.157 b,Quas tu mihi interceſſiones inquis? pro Mur.127 a,Tu mihi id arripis,quod,&c.in Cat. 105 a,Tongillum mihi eduxit,quem,&c.pro Cluent.41 a, Quid mihi damnatos ambitus colligitis?

Miles,tis.pro Pomp.9 a, Pompeius extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris. pro Corn. 64 b, C.Marius P. Africani diſcipulus ac miles.Ep 31 a,Sic intellexeram,permultos à te milites eſſe dimiſſos pro Cec.206 b,Tanquã ſi arma militis inſpiciunda ſint. pro Cec.304 a,Iam populus cùm eum vendidit,qui miles factus nõ eſt, nõ adimit ei libertatẽ,ſed iudicat nõ eſſe eum liberũ,qui vt liber ſit,adire periculũ noluit.I.A.238 b, Quid Tyrones milites de veſtra grauitate ſentiant.)(*.veterani milites.* in Ant.213 b,Qui vicinos ſuos cohortatus eſt,vt milites fierent.& 215 a,Vt milites fiant ſine vi,ſine tumultus ſtudio,& volũtate. ꝓ Deio. 149 a,Hic adoleſcens meus in Cilicia miles,in Græcia cõmilito fuit.pro Mur.131 a, Horridus miles amatur. de Or. 99 a,Cùm miles domum reueniſſet,egiſſetque lege in hereditatem paternam teſtamento exhæres filius. pro Clu. 44 a, Vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortione in quoſdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. ibidem. Miles,qui locum non tenuit, qui hoſtium impetum vimque pertimuit, poteſt idem poſtea & miles eſſe melior,& vir bonus, & ciuis vtilis. Quare ne in bello propter hoſtium metum delinqueret, amplior ei mortis & ſupplicij metus eſt à maioribus conſtitutus. Ne autem nimium multi pœnam capitis ſubirent, iccirco illa ſortitio comparata eſt. pro Cluent.44 b,Quam conditionem ſupplicij maiores in bello timiditati militis propoſitam eſſe voluerunt. pro Flac. 147 b, Quem noſtri exercitus fortiſſimum militem cognouerunt. pro Milone 103 a,Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris, &c. interfectus ab eo eſt, cui vim afferebat. Tuſculan. 182 b, Deinde qui labor, quantus agminis,ferre plus dimidiati menſis cibaria : ferre ſi quid ad vſum velint: ferre vallum Nam ſcutum,gladium,galeam,in onere noſtri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis eſſe dicunt. Quæ quidem ita geruntur aptè, vt, ſi vſus foret, abiectis oneribus , expeditis armis vt membris certare poſſint. Tuſculan. 183 a, Adduc pari animo inexercitatum militiem,mulier videbitur.ibidem.Ferre laborem , contemnere vulnus conſuetudo docet. Quinetiam videmus ex acie efferri ſæpe ſaucios : & quidem rudem illum & inexercitatum , quamuis leui ictu ploratus turpiſſimos edere. At verò ille exercitatus & vetus, ob eamque rem fortior, medicum modò requirens , à quo obligetur, ô Patrocles,inquit, ad vos adueniens auxilium & veſtras manus peto:priuſquam oppeto,malam peſtem mandatam hoſtili manu. Tuſculan. 183 b, Ergo hæc veteranus miles facere poterit? Epiſtol. 165 a, Militem non modò legionarium , ſed ne auxiliarium quidem vllum quenquam miſi. ibidem. & robur & ſoboles militum interijt.

† Syntaxis. *Miles non tenens locum. Milites dimittere. Miles tyro,veteranus,auxiliarius,legionarius,horridus. Facere, fieri milites.*

Milesivs,a,um. pro Clu. 24 a, Memoria teneo,Mileſiam quandam mulierem, &c.

Miletvs, ti *vrbs.* in Verr.94 a.

Militaris,re. *bellicus,caſtrenſis.* pro Cæl.39 b,Eadem erat ſi mereri ſtipendia cœperamus, caſtrenſis ratio & militaris. pro Mur. 129 a, b, Rei militaris virtus præſtat cæteris omnibus. Offic. 13 a,Statuas videmus ornatu ferè militari.pro Flac. * Cùm per leges militares effugere liceret iniquitatem tribuni. pro Pomp 9 a, Scientia rei militaris.de Orat.95 b,Rem militarem diſcere. pro Mur. 126 b, Militaris labor. Epiſtol.142 a, Pyrrhi & Cineæ libri de re militari.pro Cluent.38 a, Tribuni militaris. in Cat.107 b, Signa militaria. pro Clu. 44 a, Flagitium rei militaris. pro Mur. 129 a,Militaris laus.Tuſc.183 b,Militaris gloria.I.A.244 b, Militaris via.

Militia,tiæ.*militaris, bellum.* pro Pomp.9 a,Pompeius ad patris exercitum atque in militiæ diſciplinam profectus eſt. Tuſculan. q.239 a, Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita. Offic.8 b,Secundo aliquem obligare militiæ ſacramento , quia priore amiſſo iure pugnare cum hoſtibus non poſſit. Offic.71 b, Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluit. * Inter. Ad militiam euntibus dari ſolebant cuſtodes , quibus primo anno regerentur.de Orat.155 a,Ijdemque & domi & militiæ conſilium ſuum fidemque præſtabant. pro Mur.128 a, Seruius hic nobiſcum hanc vrbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cauendi, plenam ſolicitudinis ac ſtomachi ſecutus eſt. in Piſon.79 b, Nullum non modò illuſtre, ſed ne notum quidem factum erat tuum aut militiæ aut domi. de Legib. 185 a, Militiæ ab eo qui imperabit, prouocatio ne eſto. ibid. Militiæ quibus iuſſi erunt imperanto , eorumque tribuni ſunto. & b, Militiæ ſummum ius habento.

Milito,as.*mereo,ſtipendia mereo,ſtipendia in bello mereo.* Offic. 8 a, Pompilius Imperator tenebat prouinciam , in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat.

† Syntaxis. *Ratio militaris & caſtrenſis. Res,ornatus, labor militaris. Diſcere rem militarem. Rei militaris virtus. In militiæ diſciplinam proficiſci, Domi & militiæ præclarus. Militiæ ſacramento aliquem obligare.*

Mille. in Verr. 193 b, Qui mille modiûm dediſſet, H-S. viii millia dare coactus eſt. Attic. 111 b, Secutorum in ludo mille fuerunt. Attic. 66 b, Septa cingemus excelſa porticu,vt mille paſſuum conficiatur. pro R.P.127 b,Mille talentûm acceſſionẽ eſſe factam. ad Herenn. 23 a,Imagines mille verborum. Epiſtol. 149 a, Mille equites via breuiore præmiſſi. pro Cluent.36 a,Quadraginta iſtorum acceſſio millium quid valet? pro Seſt. 9 a, Edixitque,vt ab vrbe abeſſet mille paſſus.pro Quint.14 b,Septingenta millia paſſuum. in Verr.186 a, Sexaginta millia modiûm tritici. pro Cluent.31 b, Sexaginta millia nummûm. de Nat. 20 b,Sexcenta millia mundorum. in Verr. 119 b, Hæreditas H-S. quingentorum millium. Offic.48 b, Non eſſe in ciuitate duo millia hominum qui rem haberent. pro R.P. 127 b, Vndecim millia talentûm ad Gabinium peruenerunt. pro Dom.224 b, Quid illa tot fortiſſimorum virorũ millia.pro Clu.33 a,& 35 a,H-S.quadraginta millia nummûm in ſingulos iudices diſtributa. Att.138 a,Hic numerus eſt hominũ mille xxx.in Ver.165 a,Coguntur dare tritici modios mmmd c.& 166 a,Tritici modios (*alij modiûm legunt*) quinque millia. pro R. P. 128 a,Quibus ſupercilijs renuentes huic decem millium crimini,pro Clu.22 a,Is filio xl millia legauit.pro Clu.32 a,Seſtertia (*alij Seſtertium legunt*) ſexcenta quadraginta millia. pro R.P. 125 b,Quid vociferabare decem millia talenta Gabinio eſſe promiſſa. Ep.162 a,Nam ei obuiam proceſſerã millia paſſus (*alij paſſuum legunt*) centum. Galbæ. in Verr. 136 a, Hæc denaria xxxix millia.in Ant.208 a,Quis vnquam in illo Iano inuẽtus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum? I.A.260 b,Si quis mille aut duo millia occidiſſet. pro Mil. 111 a,Quo in fundo facilè mille hominum verſarẽtur.Off. 70 b,An emat denario,quod ſit mille denariûm?* Hortẽſ. Quod fit poſt xii millia nongentos quinquaginta quatuor annos.

¶ *Millia,* ſc. *paſſuum.milliarium.* Att.40 b,Rogatio confecta eſt,vt mihi vltra quadraginta millia liceat eſſe. pro Cecin. 290 a,Is non auſus eſt dicere, quot millia fundus ſuus abeſſet ab vrbe. nam cũ dixiſſet minus abeſſe liii, populus cũ riſu acclamauit,ipſa eſſe. Cæſ.120 a,Quod oppidum à Corfinio ſeptem millium interuallo abeſt. pro Clu. 23 a, Thennum abeſt à Larino octodecim millia paſſuum. Att. 256 b, Erat enim Brutus citra Veliam millia paſſuum iii. in Ant. 206, Dum ne exercitum propius vbem Romã cc mill.admoueret, & ibid. Iterum c c mill. in Anton.215 b, Ne propius vrbem millia paſſuum ducenta exercitum admouerit.

Millesimvs,a,um.de Fat.142 b,& Att.24 b,Neq; neceſſe fuit Cypſellum regnare Corinthi , quanquam id milleſimo antè anno Apollinis oracnlo editum eſſet. & Att. 187 a,Milleſima pars.

Milliare,ris. *milliarium.* Attic.84 a,Accepi literas tuas ad quintum milliare Laodicea.

Milliarivm,rij. *milliare, millium,mille paſſus.* de Clar.196 a,Cùm plebs propè ripam Anienis ad iii milliarium cõſediſſet. Att.122 a, Poſtea audiui à tertio milliario tum eũ iſſe,*Alij eueniſſe legunt.* Att.123 b,Si quidem etiam vos duos tales ad quintum milliarium.

MILLIES. Att.225 b, Mori millies præſtitit, quàm hęc pati. & 108 b, Potius mori millies, quàm iſtiuſmodi quicquam cogitare. pro Rab. 93 a, Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm, &c.

MILONIANVS, a, um. Orat.212 a, In Miloniana, &c.

MILVINVS, a, um. Qu. frat.300 b, Licinius plagiarius cum ſuo pullo miluino.

MILVIVS. L. MVLVIVS.

MILVVS, ui. *auis rapax pullis gallinarum infeſta.* de Natur.51 a, Miluo eſt quoddam bellum naturale cum coruo.

MILYADES, *populi.* in Verr.95 b.

MIMA, mæ. in Verr.166 a, Tertiæ mimæ condonauit. I.A. 171 b, Inter quos *lictores* aperta lectica mima portabatur. ibid.251 b, Cùm in gremijs mimarum mētem mentumq; deponeres.

*MIMAS, antis. Incer. Erythræo oppido ſuperpoſitum mōtem Mimanta.

MIMICVS, a, um. *obſcœnus.* de Orat.131 a, Vitandum eſt vtrumq; oratori, ne aut ſcurrilis iocus ſit, aut mimicus. in Piſon.191, Reſponſione mimica me laceſſiuit.

MIMVLA, læ. pro Planc. 265 a, Raptam eſſe mimulam. in Ant. 172 a, Veniſti Brunduſium in ſinum quidem & cōplexum tuæ mimulæ.

MIMVS, mi. *qui dicta factaq; aliorū, & geſtus quadā cū laſciuia & obſcœnitate imitatur. quod idipſum verſibus faciat, & is poëta mimus erit, & verſus quoq; mimi dicentur.* de Or.131 a, Mimorum eſt enim ethologorum, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcœnitas. de Or.133 a, Tutor mimus vetus, oppidò ridiculus. ꝓ Cæl.51 b, Mimi ergo etiā exitus non fabulæ: in quo cum clauſula non inuenitur, fugit aliquis è manibus, dein ſcabella concrepant, aulæum tollitur. in Ant.233 a, Quorū alter cōmentatus eſt mimos, alter egit tragœdiam. in Ant. 173 a, Exultabat gaudio perſona de mimo modò egens, repentè diues. in Verr. 165 a, Tertia Iſidori mimi filia. in Ant.164 a, Vxor mima. in Ant.179 b, Mimos dico, & mimas in agro Campano collocatos.

MINA, næ *libra æris eſt, & pondo apud Romanos. nam hæc tria idē ſunt. Continet aūt mina drachmas centū. valet hodie aureis nummis decem.* Off.44 b, Si emere aquæ ſextarium mina cogetur, hoc primo auditu omnibus incredibile videretur. Acad.24 b, Si rectè concluſit, teneo: ſi vitioſè, minam Diogeni reddet. ab eo enim Dialecticam didicerat: hæc enim erat merces Dialecticorum. Tuſc.246 a, Quos cū triſtiores vidiſſet, xxx minas accepit, ne aſpernari regis liberalitatem videretur: nam allata fuerant ei talenta L. de Leg. 183 b, A' Platone funerum ſumtus præfinitur ex cenſibus, à minis quinq; ad minam.

MINACITER, ciùs. *minis, aſperè.* de Or.92 b, Aduerſarios minaciter terrere poſſumus. & Ep.169 a, Minaciter agere. in Ant. 198 b, Num putatis dixiſſe eum minaciùs quàm facturum eſſe?

MINAE, arum *minatio, cōminatio, terror, terrores, terror verborū.* )(. *blanditiæ.* Att.33 b, Minę quę mihi proponūtur, modicè me tangunt *al. angunt.* de Or.106 b, Virtutē inſtituēdo ac perſuadendo, nō minis & vi ac metu tradi. pro Font.281 a, Alicuius minis ac terrore cōmoueri. pro Qu.80 a, Minas iactare, pericula intendere, formidines opponere. cont. Rul. 74 a, Terrorē damnationis & minas quāti volet, æſtimabit. de Ar.243 b, Is ſe è curia repentè proripuit cū quibuſdam fractis iam atq; inanibus minis, & cū illius Piſoniani tēporis terroribus. pro Font.280 b, Hi cōtrà vagantur erecti paſſim toto foro cū quibuſdam minis & barbaro atq; immani terrore. pro Clu.22 b, Clamore & minis aliquē inſequi. * pro Mur.134 b, Accuſandi terrores & minæ, quibus tu quotidie vti ſolebas, ſunt fortis viri: ſed & populi opinionem à ſpe adipiſcendi auertunt, & amicorum ſtudia debilitant.

MINANS, tis. Ep.169 a, Nulla minantis autoritas apud liberos eſt. I.V.123.

MINATIO, onis. *comminatio.* de Orat. 135 b, Colliguntur à Græcis alia nonnulla, execrationes, admirationes, minationes.

MINAX, cis. *horrificus.* Epiſt.260 a, Cæſar minaces & acerbas literas ad ſenatum miſit. pro Font. 281 a, Induciomarus iſte minax atq; arrogans. Att.lib.9, Sermones minaces. de Diu.lib.2, Minacia ſomnia.

† Syntaxis. *Minas alicui proponere, iactare. Inſequi minis aliquē, tangere, cōmouere. Minæ alicuius ac terror. Inanes & fractæ minæ.*

MINERVA, uæ. *Pallas.* de Nat. 38 b, Minerua autem dicta, quæ vel minuit vel minatur. & 71 b, Mineruæ plures. de Natur.76 a, Minerua quam principem & inuentricem belli ferunt. & 70 b, Ex Vulcano & Minerua Apollo natus. pro Dom. 131 b, Minerua ſoror Iouis. Anteq. 196 b, Tritonia omnipotens, Gorgona. Pallas, Minerua. de Nat. 81 b, Minerua galeata. ꝓ Do. 242 b, Minerua cuſtos vrbis. Parad.116 b, Non enim eſt tale, vt in arce poni poſſit. quaſi illa Minerua Phidiæ. Sall. in Cic.271 b, Quem Minerua omne artes edocuit. Epiſt.198 a, & 30 b, Cauſam tuam egi non inuita Minerua. etenim eo ipſo die Senatus decreuit, vt Minerua noſtra cuſtos vrbis, quam turbo deiecerat, reſtitueretur. de Am. 99 a, Agamus igitur pingui Minerua, vt aiunt. Offic.22 b, Nihil decet inuita, (vt aiunt) Minerua: id eſt, aduerſante & repugnante natura. Epiſtol.138 a, Etſi ſus Mineruam. Acad.42 b, Nam ſi non ſus Mineruam (vt aiunt) tamen ineptè quiſque Mineruam docet. Att.140 b, Hic ego vellem habere Homeri illam Mineruam ſimulatam Mentoris. de Clar. 188 b, Mineruæ ſignum ex ebore pulcerrimum Phidiæ.

MINIANVS Iupiter. Famil.lib.9.

MINIATVLVS, a, um. Att.258 a, b, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam.

MINIATVS, ta tum. *ruber.* Att. 245 a, His literis ſcriptis mē ad *συντάξεις* dedi: quæ quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint.

† Syntaxis. *Minerua princeps, & inuentrix belli.*

MINIME'. *minimùm, minimè omnium.* Orat.219 a. de Clar.18 a, Sed mihi placebat Pomponius maximè, vel dicam minimè diſplicebat. de Fin.49 b, Sic iſti curioſi, quos offendit noſter minimè nobis iucundus labor. Att.14 b, Te alia minimè reprehendenda ratio ad honeſtum ocium duxit. de Clar. 193 a, Minimè vulgare genus dicendi. de Orat. 94 a, Hoc ego præſente ineptus eſſe minimè vellem. Offic. 59 b, Philoſophi quidam minimè mali illi quidem, ſed non ſatis acuti. pro Sex. Roſc. 37 a, Hoc minimè videtur graue ijs, qui minimè ipſi leues ſunt. I. V. 229 b, Vidi vos in hoc non minimè, cùm teſtes dicerent, commoueri. de Orat. 138 b, Eſt id in totā orationem confundendum, nec minimè in extremam.

MINIMV'M. )(. *plurimùm.* Orat. 205 b, Hoc in genere neruorum eſt vel minimùm, ſuauitatis autem vel plurimum. Attic.228 a, Noſque cùm multæ literæ, tum non minimùm idus quoque Martiæ conſolentur. de Inuent. 47 b, Habere plurimum ſplendoris. )(. *habere minimum ſplendoris.* Ep. 12 a, Non præmijs quæ apud me minimùm valent.

MINIMVS, ma, mum *tantulus, tenuiſſimus.* Quint. frat.320 b, Omnia minima maxima ad Cæſarem mitti ſciebam. de Orat 98 b, Aliquem in minimis tenuiſſimiſque rebus labi. Attic.29 a, Ne minima quidem dubitatio, &c. Offic. 78 b, Primum minima de malis. Epiſtol.54 b, At erat tuæ virtutis, in minimis tuas res ponere, de republ. vehementius laborare. de Finib. 52 a, Ne illud quidem phyſici eſt, credere aliquid eſſe minimum. Academ.44 a, Nihil in rerum natura minimum, quod diuidi nequeat. Off.53 b, Ex malis eligere minima oportet. de Fat. 144 b, Quum declinat atomus interuallo minimo, id appellat ἐλάχιστον. *ſcil. Epicurus.* de Fat. 149 b, Cur atomi minimo declinant interuallo? maiore non? cur declinant vno minimo, non declinant duobus aut tribus? de Leg.167 a, Hæc ne minimum quidem, vtrum adſit an abſit, intereſt. * de Fin. 73 b, Virtus voluptatem minimi facit.

† Syntaxis. *In hoc genere neruorum eſt vel minimum. Res minima & tenuiſſima. In minimis res ſuas ponere.*

MINISTER, ſtri: *adminiſter, adminiſtrator, ſatelles, comes, famulus, ſeruus.* de Orat. 107 a, Itaque illi diſertiſſimi homines miniſtros habent in cauſis iuriſperitos. de Orat. 101 b, Infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in iudicijs, oratoribus. pro Cluent. 48 b, Legum miniſtri magiſtratus. Epiſtol. 12 b, Conſules ſerui ac miniſtri ſeditionum. & 21 b, Miniſter conſiliorum. I. V.152 a, Miniſter ac ſatelles cupiditatum. de Or.9 a, Omnes artes miniſtræ ac comites oratoris. de Finib. 72 b, item, Martiales quidam Larini appellantur miniſtri publici. pro Cluent. 26 a, Martis atqne ei Deo conſecrati. Quint frat. 291 b, Prætor omnes miniſtros imperij ſui ſocijs & ciuibus, & reipub. præſtare videtur. & 292 a, Sit annulus tuus non miniſter alienæ voluntatis, ſed teſtis tuæ. Offic.44 a, Vt Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent. de Vn. 203 b, Quibus vtitur miniſtris Deus. *Alij miniſterijs legunt.* * pro Clu.26 a, Martiales quidā Larini appellabantur miniſtri publici Martis, atq; ei Deo veteribus inſtitutis religionibusq; Larinatium cōſecrati. Quorū cùm ſatis magnus numerus eſſet, cumq; ita, vt in Sicilia permulti Venerei ſunt, ſic illi Larini in Martis familia numerarentur: repentè Oppianicus eos omnes liberos eſſe, ciueſq; Rom. cœpit defendere.

*MINISTERIVM, ij. de Vni.203 b, Quibus vtitur miniſterijs Deus. *Alij miniſtris legunt.*

*MINISTRA, æ. de Orat.91 a, Nō vt vllam artē doctrināmve contemneres, ſed vt omnes comites ac miniſtras oratoris eſſe

ris eſſe diceres. pro Cæl. 48 b, Huic tanto facinori tua demus popularis miniſtra eſſe nõ debuit. de Fin. 72 b, Tu virtutes voluptatũ ſabellites & miniſtras eſſe voluiſti. Tuſc. 164 a, Quæ *res familiaris* eſt miniſtra & famula corporis. de Nat. 56 a, Quàm verò aptas, quamque multarum artium miniſtras manus natura homini dedit?

MINISTRATOR, oris. *miniſter*. de Orat. 137 a, Miniſtratores petis, non aduerſariũ. pro Flac. 157 b, Hic mihi Mæandrius, quaſi miniſtrator aderat, ſubijciens, &c.

MINISTRATRIX. *miniſtra*. de Orat lib. 1, Vt omnes comites & miniſtratrices eſſe diceres. *aliter miniſtras.*

MINISTRO, as *ſeruio*. I.P. 64 a, Menſa extructa multa carne ſub rancida, ſerui ſordidati miniſtrant. I.P. 85 a, Cùm ardẽtes faces furijs Clodianis penè ipſe Conſul miniſtrabas. de Fin. 69 b, & 79 a, Adſint etiam formoſi pueri, qui miniſtrent. de Nat. 23 b, Miniſtrare pocula alicui.

MINISTRATVR. *inſeruitur*. Ep. 263 a, A caſtũ retine, quo cõmodius tibi miniſtretur. in Verr. 170 b, Cùm in eis conuiuijs ſymphonia caneret, maximiſq; poculis miniſtraretur. I P. 94 a, Ipſe ſolus bibiturus, quæ eodem de ſolio miniſtrentur. * Alij legunt, Bibitur autem vſq; eò, dum de ſolio miniſtretur. al. dum bellaria miniſtrentur.

† Syntaxis. *Seruus, & miniſter. Miniſter & ſatelles. Miniſter & comes. Miniſter & famulus. Miniſtrare, miniſtrare alicui: & faces alicui. Maximis poculis miniſtratur.*

MINITANS, tis. in Verr. act. 7, Verri nimis atrociter minitãtem. * Tuſc. 236 b, An Lacedæmonij Philippo minitanti per literas, ſe, &c.

MINITOR, aris. Tuſc. 170 b, Iſtis quęſo iſta horribilia minitare purpuratis tuis. in Catil. 104 b, Vrbi ferrũ flammamq; minitari. I. V. 268 b, Is Verri nimis atrociter minitabatur. de Or. 163 b, & I. A. 297 a, Minitari mortẽ alicui. Att. 34 b, P. mihi minitatur. I. A. 238 b, Qui huic vrbi ferro igniq; minitãtur & 256 b, Qui patrię igni ferroq; minitatur. ℘ Cec. 200 a, Cùm Ebutius Cecinnæ malum minitaretur. Tuſc. 160 b, Cum ei Lyſimachus rex crucem minitaretur.

MINOR, aris. *minitor, minas iacto, terreo, clamore & minis aliquẽ inſequor, verbis terreo, terrorem infero alicui, denunciatione periculi terreo, periculum capitis alicui oſtento, vim denuncio, periculum indicij cuipiam intendo, periculum vel iudicium alicui denuncio, belli & vaſtitatis metum infero, terrorem inijcio, terrorem iacto & oppono, metum cædis inijcio.)* ( *bene promitto*. I.T. 234 a, Niſi vehementiùs homini minatus eſſem, tabularum poteſtas mihi facta non eſſet. Epiſt. 61 a, Me appellabat, mihi minabatur. de Finib. 131 b, Si quando pueris ludentes minamur, præcipitaturos alicunde. pro Planc. 176 b, Cùm mea domus ardore ſuo deflagratione vrbi minaretur. de Diu. 116 a, Quæ autẽ inconſtantia deorum eſt. vt primis minẽtur extis, bene promittant ſecundis? I. V. 123 b, Grauius minari cuipiam. I. A. 250 b, Hoſtis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

† Syntaxis. *Minari ferrum & ignem, & ferro igneque, malum, crucem, tormenta.*

MINOR, oris. Top. 22 b, Quod in re minore valet valeat in maiore. de L. 180 b, Eaq; pecunia non minor eſſet facta cũ ſuperiore exactione, quàm hæredibus omnibus eſſet relicta. Ep. 139 a, b, Papyrij fuerunt patricij minorum gentiũ. Attic. 6 b, Cæcilium propinqui minore centeſimis nummũ mouere non poſſunt.

MINOTAVRVS, ri. Ep. 198 a, Cum magna offenſione Minotauri. *id eſt, Caluiſij & Tauri.*

MINTVRNAE, arum. *locus.* Att. 68, & contra Rull. 73.

MINTVRNENSIS, ſe. Att. 79. poſt Red. 202. I.P. 88.

*MINVENDVS, a, um. de Fin. 59 b, Quæ tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ moleſtias acceſſio fieri poteſt? * Qu. fr. 326 b, Illud γνῶθι σεαυτὸν noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum.

*MINVO, onis vide MVNIO, onis.

MINVO, is. *diminuo, detraho, derogo, delibo, exhaurio, extenuo, leuo, eleuo, debilito, remitto, deceſſionem de ſumma facio.* Ep. 36 b, Vt ſumtus egentiſſimarũ ciuitatũ minuerem ſine vlla imminutione dignitatis tuæ. de Fat. 140 a, Nec ea quæ nunc tracto minuunt, ſed augent potius illã facultatẽ. de Inu. 68 a, Quæſtio eſt maieſtatémne minuerit. Oct. 320 b, Minuere vectigalia. pro Flac. 152 a, Minuis, inquit, gloriam Pompeij, imò tu auges moleſtiam. * de Fin. 59 b, Quas *cupiditates* nulla præda vnquam improbè parta minuit, ſed auget potius atq; inflammat. de Leg. 174 a, Sumptum in ollos *Deos Manes* luctumque minuunto. & 187 a, Hoc enim primum minuit Conſulare ius, quòd extitit ipſe *tribunus*, qui eo non teneretur.

MINVOR, ris ℘ Mur. 134 a, Nonnullorum amicorum ſtudia minui ſolere in eos qui prouincias contemnunt. I. C. 121 a, Ne quid de ſumma dignitate reip. minueretur. pro Dom. 220 b, Vt ne quid aut de dignitate generum, aut de ſacrorum religione minuatur. contr. Rull. 63 a, Minuetur huius pecuniæ inuidia. * Att. 163 a, Dolor meus non modò non minuitur, &c. ſed etiam augetur. Att. 176 b, Quo putares meam moleſtiam minui poſſe.

† Syntaxis. *Minuere dignitatem, & aliquid de dignitate.*

*MINVRITIO, onis. vide MVNIO, onis.

MINVS *pro eo quod non eſt, vel parum.* de Orat. 94 a, Non intelligo, quamobrem, non ſi minus illa ſubtili definitione, at hac vulgari opinione ars eſſe videatur. I. V. 249 b, Maximè ſi minus necari, at cuſtodiri oportebat. de Diu. 85 a, At nonnunquam ea quæ prædicta ſunt, minus eueniunt. Ep. 10 b, Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus. Epiſt. 95 b, Vt aliquid ad te ſcriberem huiuſmodi, quo minus te prætermiſiſſe ludos pœniteret. & ibidem. Quod ſi aſſecutus ſum, gaudeo: ſin minus, hoc me tamen conſolabor, quòd, &c. pro Ar. 190 a, Cupere debemus, quo minus manuum noſtrarum tela peruenerint, eódem gloriam famamq; penetrare. de Nat. 60 b, Itaq; cogito ea, quæ minus intellexi requirere.

MINVS.)( *plus.* Ep. 70 a, Præſtitimus enim patriæ non minus certè, quàm debuimus: plus profectò, quàm eſt animo cuiuſquam aut conſilio hominis poſtulatum. pro Q. R. 49 b, Is locabat ſe minus H-S. CCCC. I. V. 137 a, & 107 a, Minus XXX diebus totam triennij præturam reſcidiſſet. item: Minus tribus medimnis in iugerum nemo dedit. de Diuin. 94 a, Madefactum iri minus XXX diebus Græciam ſanguine. pro Cecin. 290 a, Cùm ſi vno minus damnarent, condemnari reus non poſſet. & ibidem. Dixit minus abeſſe LIII. de Nat. 36 b, Quatuor & viginti menſibus ſex (vt opiuor) diebus minus. Att. 124 a, Multo minus mouent minæ. & ibid. Minus multa dederunt illi reipub. pignora. de Orat. 112 a, Non ſi qui, &c. eo minus, &c. Att. 24 b, Id propè dimidio minoris conſtabit illo loco. I. V. 181 b, Decumas XXX mod. minoris, quàm potuit, vendidiſſe. Att. 222 b, Ille gaudens affirmat, minus diebus XX tumultum Gallicum. * I. V. 141 a, Dumque ea demolitio fieret, ſenatores triginta non minus (*al. ſenatores ne minus* XXX) adeſſent.

MINVSCVLVS, a, um. Att. 228 a, Minuſculam villam vtique Quinto traditurus ſum. Qu. frat. 320 a, Reſcripſi epiſtolæ maximæ: nunc audi de minuſcula.

MINVTATIM. *gradatim, perexiguè,* γλίσχρως. Acad. 13 a, Cùm aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. & 22 a, Minutatim & gradatim interrogare. Qu. de Pet. 210 a, Minutatim ex cõmunibus proprij euadunt. * Att. 251 a, Xenocratem perexiguè & γλίσχρως præbere minutatimq;.

MINVTE. *exiliter, anguſtè, ieiunè, tenuiter, ſubtiliter.* Orat. 208 a, Grandia minutè dicere. & Acad. 11 a, & de Fin. 108 a, Hæc autem vniuerſa côincidunt etiam minutiùs.

† Syntaxis. *Menſibus quatuor, tribus diebus minus. Minus multa damna. Minutatim & gradatim.*

*MINVTIANVS, a, um. Q. fr. 307 a, Forma Minutiana.

*MINVTIVS, a, um. I. A. 176 b, Minutia porticus. Att. 132 a, Via Minutia.

MINVTVS, a, um. *anguſtus, paruus.)* ( *grandis.* Part. 253 a, Nihil nimis enucleandum, minuta eſt enim omnis diligẽtia: hic aũt locus grandia requirit. de Or. 133 a, Genus ſermonis exile, aridũ, conciſum, minutũ, & fractũ. de Clar. 191 b, Or. 200 b, Conciſus numeris minutis Thraſymachvs. & 200 a, Minutos numeros ſequi. de Diu. 88 b, Chryſippus multa & minuta ſomnia collegit, ſed exemplis grandioribus decuit vti. Acad. 30 b, Minutorum opuſculorũ fabricator. de Clar. 188 a, Orator pręſtat minutis imperatoribus. de Diu. 93 b, Qui vt rationem non redderet, tamen hos minutos philoſophos vincere. de Fin. 61 a, Ecce autem alij minuti & anguſti, aut omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles. de Or. 153 b, Minutæ & anguſtæ concertationes. de Orat. 148 b, & Orat. 250 a, Vt cum grandem orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus. de Am. 116 a, Cato minutis interrogatiunculis, quaſi punctis quod propoſuit, efficit.

† Syntaxis. *Minuta diligentia, animus, oratio, numerus, ſomnium, imperator, philoſophus. Homo minutus & anguſtus. Interrogatiuncula minuta.*

MIRABILIS, le. *admirabilis, mirificus, mirandus.* Parad. 122 b, Nec hoc eſt tam re, quàm dictũ inopinatum atque mirabile. pro Lig. 138 b, Hæc non modò mirabilia ſunt, ſed prodigijs ſimilia. de Orat. 161 a, Mirabile eſt, cùm plurimum in faciendo interſit inter doctum & rudem, quàm non multùm differat in iudicando. de Diuinat. 117 a, Mirabile eſt, quomodo, &c. & 122 a, Atque hæc oſtentorum genera mirabile nihil habent. Orat. 200 b, Quo magis ſunt Herodotus Thucydideſque mirabiles, qui, &c. Topic. 226 b, Mirabilis copia dicendi. de Orator. 126 a, Ac ne fortè hoc magnum & mirabile videatur, &c. * pro Dom.

Dom. 217 a, Dices quem virum? ctiſſimum, &c. virtute, conſilio, ratione vitæ mirabil laudē, & propè ſingulari. Acad. 34 b, Sunt Socraticeraq; mirabilia Stoicorum, quæ *παράδοξα* nominantu

Mirabilitas, tis. *Admiratio.* de .lib. 2, Ergo & hæc animi deſpicientia mirabilitatem nnam facit.

Mirabiliter, liùs. *admirabiliter, nndum in modum, mirè, mirificè, quod mirandum ſit.* Ep. 57 b, &o a, Omnes mirabiliter de te & loquuntur & ſentiuntt. 39 b, Mirabiliter enim moroſus eſt. de Orat. 92 b, Quirabiliùs & magnificentiùs augere poſſet atq; ornare e vellet. * de Diuin. 106 a, Quæ mirabiliter à Socrate diata ſunt.

† Syntaxis. *Re & dictu inopinatum, mirabile. Mirabile, & prodigij ſimile. Mirabiliter eſt quomodaas. Oſtentum hoc mirabile nil habet. Mirabiliter laudatus, mius. Mirabiliter & magnificè ornare dictum.*

Miraculum, i. *prodigium, portentunirabile, prodigio ſimile, oſtentum.* de Nat. 5 b, Portenta & m:ula non differentiū philoſophorum, ſed, &c.

Mirandus, a, um. *mirabilis, ad miral, habens aliquid admirationis.* I. V. 249 b, Opus ingens, in randā altitudinē depreſſum. Ep 40 b, Quæ minimè miniranda acciderunt. Att. 140 a, Mirandū enim in modū noſter Syllani regni ſimilitudinem concupiuit. de Nat 7, In enodandis nominibus quod mirandum ſit labora

Miratio, onis *admiratio* de Diu. 118 Cauſarum ignoratio in re noua mirationem facit.

Mirè. *mirabiliter.* ad Att. 259 a, Pueroınicipia mirè fauēt.

Mirificè. *mirè, mirabiliter.* de Nat. b, Te ab eo mirificè diligi intelligebam. de L. 169 a, Hocomnibus rebus mirificè congruunt. Ac. 2 a, Mirificè dctari aliqua re. Att. 33 b, Tantū doleo, ac mirificè quide & 77 a, Nam omnes mirificè *συμφιλοδοξοῦσι* gloriæ m.

Mirificus, a, um. *mirus, mirabilis.* deu. 117 b, Sed te mirificā in latebıam coniecisti. Att. 9 a, to conuiciū Piſoni mirificū fecit. & 10 b, Spectator pugrū mirificarū. Ep. 43 b, Mirificamq; cœpi voluptatem t. 228 a, Agere mirificas gratias alicui. Att. 77 a, Lepta ſte mirificus.

† Syntaxis. *Portenta, & miracula. Hoc randum illi accidit. In legendo quod mirandum ſit laboras. Facerconuium mirificum alicui. Mirifica voluptas, Cæſar (ergo clariſſmus Cær.)*

Mirmillo, onis. *gladiator.* Philip. 526, Etiane ab hoc mirmillone Aſiatico Senatus mandat, legatoı verba audientur? I. A. 189 b, Ille autē ex mirmillone dux, gladiatore imperator. * I. A. 198 a, Aderat L. frat gladiar Aſiaticus, qui Myrmillo Tralibus depugnârat: ſanguim noſtrum ſitiebat, ſuum in illa gladiatoria pugna ltum profuderat. I. A. 207 b, Trallibus Myrmillo Thracenigulauit familiarem ſuum *Rectiùs Myrmillo per y ſcribitur*

Miror, aris. *admiror, demiror, mihi mirum, mirabile, admidū videtur, ſtupeſco. obſtupeſco.* de Inu. 62 b, Cùm puerorum rmas magno hic opere miraretur. Att. 158 b, & Epiſt. 125, Mirari ſatis hominis negligentiam non queo. de Ar. 154 Atque ego hunc non miror: quid enim faciat? at illos homines ſapientiſſimos miror, &c. Offic. 45 a, In his infinitis ſumptibus nihil homines magnopere mirantur. de Orat. 113 b, Id mehercule, inquit Catulus admirans, illud iam mirari deſino, quod multo magis antè mirabar, hunc cùm hæc neſciret, in dicendo poſſe tantū Att. 165 a, & 169 b, Soleo mirari de neſcio queis H-S. xx. de Diu. 219 a, Cato mirari ſe dicebat, quòd non rideret aruſpex aruſpicē cùm vidiſſet. de Clar. 172 a, Quod mirari non poſſum in eis qui nihil ſcripſerunt. Att. 130 a, Miror quid cauſæ fuerit, quare conſiliū mutaris. & ibid. Miror te ad me nihil ſcribere. ꝓ S. R. 18 b, Miror quid ſit, quòd, &c. 44 b, Miror quid in mētem venerit Theophraſto in eo libro, &c. de Diu. 82 b, Mirari licet quæ ſint animaduerſa à medicis herbarū genera. de Am. 106 b, Quanquā miror in illa ſuperbia ſi quenquā amicū habere potuit. de Nat. 20 b, Equidē ſatis mirari nō poſſum, vnde, &c. Orat 197 b, Miror, quid hæc ad te pertineant. in Vat. 135 a, Sed ne miremini qua ratione, &c. de Orat. 98 b, Enim verò, inquit Craſſus, mirari ſatis non queo etiā te, &c I. V. 55 a, Si quis fortè miratur, me, &c. is ſi cognoſcet, &c putabit, &c. de Orat. 86 b, Quamobrē mirari deſinamus, quæ cauſa ſit eloquentium paucitatis. Att. 244 b, Sed tamen ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc cauſæ ſumpſi, quòd ex te ipſo coràm antea nihil potuiſſem cognoſcere, & 264 b, Non dubito, quin mirêre, atque etiam ſtomachêre, quòd.

† Syntaxis. *In hoc nihil miror, de hoc, hoc. Miror quid ſit, quòd. Mirari & ſtomachari.*

Mirus, a, um. Ep. 24 a, Me mirū deſideriū tenet vrbis, incredibile meorū & ibid. De pantheris agitur, &c. ſed mira paucitas eſt. de Or. 125 a. Hoc igitur mirū quiddam valet. Orat. 204 a, Sales in dicendo mirū quantū valent. *aliter, nimium,* Ep. 162 a, Minimè mirū tibi debet videri, me, &c. de



Orat. 103 a, Per mihi mirum viſum eſt, te, &c. pro Rab. 95 b, Mihi mirū videtur, vnde, &c. de Ar. 245 a, Nec mirum ſi hoc vobis ridiculū videtur, &c. ꝓ S. R. 26 b, Nec mirū, qui, &c pro S. R. 22 a, Neq; enim mirū ſi aliquid non animaduertat. in Verr. 135 a, Nec mirum omnibus, &c. de Or. lib. 2, Mirum ni cantem.

† Syntaxis. *Sales in dicendo mirum quantum valent. Mirum mihi videtur. Per mihi mirum eſt, Nec mirum, ſi. Mirum ni rideas.*

Miſanthropos. L. Timon.

Miſcendus, a, um. Tuſc. 216 a, Maius mihi miſcendū malum. Orat. 216 a, In perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi & temperandi pedes.

Miſceo, ſces. *permiſceo, turbo, perturbo, confundo.* de Leg. 188 a, Omnia infima ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit. contr. Rull. 84 b, Qui iniquis imperijs rempublicā miſcerent. pro S. R. 33 b, In tenebris ruebant, omniaq; miſcebant. de Aruſp 254 b, Miſcere & turbare omnia. de Diu. 93 b, Vt cū matre corpus miſcere videamur. ¶ pro Mil. 106 a, Quantò ille plura miſcebat, tantò his magis indies conualeſcebat. (non ſitiens.

¶ *Tempero.* de Finib. 67 b, Qui alteri miſceat mulſum, ipſe

Miſceor, ris *admiſceor, confundor.* Or. 216 a, Quos autē numeros cū quibus tanquā purpurā miſceri oporteat, dicendum eſt. de Diu. 126 a, Sortes quæ fortunæ monitu pueri manu miſcētur atq; ducūtur. Off 76 b, Nec verò finis bonorū & malorū, qui ſimplex eſſe debet, ex diſſimilibus rebus miſceri & temperari poteſt. in Anton. 155 a, Parentalia cum ſupplicationibus miſceri. in Catil. 119 a, Noua quædam miſceri & concitari mala.

Miſellus, li. Attic. lib. 1, Meum Ciceronē cui nihil miſello relinquo, &c tuere quoad poteris. Ep lib. 14, Illius miſellæ & matrimonio & famæ ſeruiendum eſt.

Miſenus, vel Miſenum, ni. *promontorium, & portus Italiæ, ad Caietam: à Miſeno tubicine Aeneæ ibi ſepulto appellatus.* pro Pomp. 10 a. I. A. 169 b. de Orat. 114 a.

Miſer, a, um. *calamitoſus, ærumnoſus, infœlix, afflictus, proſtratus, iacens, qui in miſeriaeſt.* Parad. 234 b, Nihil tā miſerabile, quàm ex beato miſer. pro Plan. 277 a, Ego miſeris & laborantib nihil negare poſſum Att. 275 a, Miſerorū fortunā inſectari. Par. 118 b, Aerumnoſus, infœlix, miſer. pro Q. 17 b, Miſer atq; infœlix. pro S. R 31 a, Res miſera & calamitoſa. I. C. 120 b, Hęc mihi videntur miſera atq; miſerāda. pro Cl. 19 a, Spero locū hunc eius fortunæ miſeræ multumq; iactatę portū futurū. pro Flac 161 a, Cur vnus tu Apollonienſes miſeriores habes, q̃ aut Mithridates, aut etiā pater tuus habuerit vnquā? in Ant. 232 a, Qui magnos dolores perferūt. hos non miſeros, ſed laborioſos ſolemus dicere. Att. 125 a, Nihil fieri poteſt miſeriùs, nihil perditiùs, nihil fœdiùs. * pro C. Corn. 1, Spectaculum genere & exemplo miſerum ac funeſtū. pro Planc 276 a, Quo quidem etiam magis ſum non dicam miſer, *(natura quidem abhorret à virtute verbi)* ſed certè exercitus.

Miſerabilis, le *miſerādus* Part. 234 b, Nihil tam miſerabile quā ex beato miſer. de Or. 126 b, Nō ſolū miſerabilis, ſed etiā irridēda fuiſſet oratio mea. I. A. 174 a, Auctionis miſerabilis aſpectus. ꝓ Do. 225 a, Cùm eius ſqualor inauditus omnib mortalib. miſerabilis videbatur. de Or. 126 a, & Or. 102 a, Vox ad miſerabilem ſonū inflaxa. de Fin. 78 b, Cas miſerabilis. * de Conſolat. Miſerabilis ignoratio veri.

Syntaxis. *Ex beato miſer. Miſer & laborans. Aerumnoſus, infœli miſer. Res miſera et calamitoſa, miſera et miſerāda. Fortuna miſera iactata. Aſpectus auctionis, ſqualor, vox, caſus miſerabilis.*

Miſerabiliter. *miſerandum in modum.* Tuſc. 169 a, Non miſerabiliter vir clarus emoritur. Attic. 226 a, At Cæſar in foro mbuſtus, laudatusq; miſerabiliter. Att. lib. 10, M. Cælij idem epiſtolam ſcriptam miſerabiliter. &c.

Miſerandus, a, um. *miſerabilis )( irridendus.* de Or. 98 b, Aliquem labi, vt alijs miſerandus, alijs irridendus eſſe videatur. de Orat. 134 b, Oratio tua omnibus miſeranda viſa eſt in Ct. 110 b, Hæc mihi videntur miſera atq; miſerāda. de Pro o a, Miſerandum in modum necari.

Miſeratio, onis *commiſeratio, miſericordia* Orat. 209 a, Miſeratione mes iudicū permouenda eſt. in Ant. 177 b, Tua illa pulcra lauatio tua miſeratio, tua cohortatio. Parad. 234 b, Odia incantur, & miſeratio naſcitur. de Or 126 b, Non fuit hæc ſin meis lacrymis, non ſine dolore magno miſeratio. de Cla 171 b, Miſerationibus, & communibus locis vti. Ep. 68 a, Quē enim noſtrûm moriens Epaminondas, non cū quadā miſeratione delectat? * de Orat. 153 b, Huic generi ſubiectę ſunt, &c miſerationes. & 163 a, Aliud vocis genus iracundia ſibi ſumit, &c. Aliud miſeratio ac mœror, flexibile, plenum, interruptum, flexibile voce.

† Syntaxis. *Nō miſerādus, ſed irridēdus. Miſeratio iudices mouet.*

Miſerè. de Fin. 100 b, Ad beatè miſeréve viuendū. Att. 113 b, Eas ego, quoad ſciremus, vtrum turpe pace nobis, an miſerè bello eſſet vtendum, in Formiano eſſe volui, &c.

Miſereor, eris. *me miſeret, miſericordiam alicui tribuo vel impartior, miſericordia alicuius me tenet, alicuius ſupplicio miſericordia commoueor.* Tuſcul. 213 a, I.V. 90 b, Audite quæſo iudices, & aliquando miſeremini ſociorum. Attic. 57 b, Qui miſereri mei debent, non deſinunt inuidere. ad Herenn. 40 b, Miſerere noſtri. ad Herenn. 5 a, Et tamen poſtulat, vt ſui miſereantur. de Inu. 52 a, Vt maioribus aſſurgatur, vt ſupplicum miſereatur. Ep. 112 a, Vſq; eò, vt ego miſererer eius eſuriei. Epiſt. 85 a, Et miſerere temporis. Att. 286 b, Miſerebor veſtri.

Miſeret, bat. de Diu. 94 b, & I.A. 177 b, Mea mater tui me miſeret, mei piget. pro Lig. 138 b, Caue te fratrum pro fratris ſalute obſecrantium miſereat. pro Mil. 119 b, Eorũ nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant.

Miſeria, riæ. *calamitas, ærumna.* de Fin. 147 a, Vbi eſt virtus, ibi eſſe miſeria & ærumna non poteſt. Par. 119 a, & Tuſc. 196 b, Te miſeriæ, te ærumnæ premunt omnes. Anteq. 196 b, In meis miſerijs & calamitatibus aliquam ferte opem. de Diu. 126 b, Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credũt. I.A. 165 a, Quorum ſi vtrumuis perſuaſiſſem, in has miſerias nunquam incidiſſemus. de Fin. 100 a, Item qui proceſſit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miſeria eſt. * Tuſcul. 212 b, Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis. Ep. 80 b, Leuis eſt conſolatio ex miſerijs aliorum. Attic. 42 b, Qui mentis meæ motus non tam eſt ex miſeria, quàm ex culpæ noſtræ recordatione commotus. ibid. Ex quo magnitudinem mearum miſeriarum perſpicere poſſis. Attic. 43 a, Meas miſerias luctu afflictas & perditam fortunam illi offerrem. & 176 a, Quibus in miſerijs vna eſt pro omnibus.

† Syntaxis. *Miſerijs & ærumnis premi. Eſſe in miſeria. In miſeriam incidere.*

Miſericordia, diæ. *miſeratio, clementia.)(.inuidia, inuidentia.* Tuſc. 212 b, & 213 a, Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis. & 194 b, Quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis ſic inuidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. pro Rab. P. 130 a, Nam in eum cui miſericordia opitulari debebat, inuidia quæſita eſt. pro Pl. 259 b, Peto à vobis, vt ei veſtrã miſericordiam me deprecante tribuatis. ꝓ Qu. 18 a, Quintius Sex. Næuium obſecrauit, vt aliquando miſericordiã caperet aliquam, ſi non propinquitatis, at ætatis ſuæ. Poſtqu. 198 a, Vt aliquando vos memoria mei miſericordia deſideriumq; teneret. I.A. 176 b, At etiam miſericordiam captabas, ſupplex te ad pedes abijciebat. pro Rabir. 91 b, Obſecro adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam, in reipublicæ ſalute ſapientiam. Att. 280 a, Impartiri miſericordiam alicui. pro Mil. 119 b, Implorare & expoſcere miſericordiam. pro Pom. 8 b, Afflictæ regnũ fortunæ facilè multorũ opes alliciunt ad miſericordiam. de Orat. 126 b, Non prius ſum conatus miſericordiam alijs commouere, quàm miſericordia ſum ipſe captus. οἶκτ☉ δ᾽ εἷλε λαὸν ἅπαντα. pro Cluent. 22 b, Omnes odio Oppianici & illius adoleſcentis miſericordia cõmouentur. Att. 165 a, Nihil eſt filio meo tractabilius, cuius miſericordia languidiora adhuc conſilia cepi. Att. 109 b, Et ſic frangor ſæpe miſericordia puerorum. Poſtq. 289 a, & pro Lig. Vir clemẽtia & miſericordia ſingulari. de Orat 89 b, Mentes ad lenitatẽ miſericordiamq; reuocare. pro Mur. 145 a, Miſericordia ſpoliatio conſulatus magnã habere debet. pro Rab. 80, Qui hominis ſeditioſi imagine deſideria imperitorũ miſericordia cõmoueret. I.C. 100 b, Vt miſericordia penotus eſſe videar. Tuſcul. 213 a, Nemo parricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordia commouetur. pro Mur. 139 b, Miſericordia cõmotus ne ſis, ſed tamen eſt laus aliqua humanitatis. Qu. frat. 301 b, Miſericordia mouet. de Or. 134 a, Concitare miſericordiam populo. de Orat. 13 b, Oratores in epilogo miſericordiã mouent. pro S.R. 42 b, Prædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia vio. ꝓ Mil. 119 b, Eorũ nos miſeret, qui noſtrã miſericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant. pro Deit. 151 a, Non debeo tentare, quónam modo dicendo miſericordiam tuam commouere poſſim: ipſe enim occurrere ſolet ſupplicibus nulla oratione euocata. * pro Marc. 134 a, Aut ſua pertinacia vitam amiſerunt, aut tua miſericordia retinuerunt.

Miſericors, dis. *clemens, cuius animus alieno incommodo commouetur.* pro Seſt. 41 b, Vir bonus, fortis & miſericors. pro Cecin. 290 a, Teſtis qui in re miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. pro Lig. 139 b, Cùm etiam hi quibus ipſe ignouiſti, nolint te in alios eſſe miſericordem. de In. 61 b, Animus auditoris mitis & miſericors. ad Heren. 10 a, Supplex, manſuetus, miſericors. Poſtq. 207 b, Aliquem ſemper miſericordem fuiſſe.

Miſeror, aris. *commiſ.)(.inuideo.* pro Mur. 137 a, Non queo ſatis huius euentũ fortunamq; miſerari. pro Mur. 145 a, Quare quid intendum Murænæ ſit in hoc præclaro conſulatu, non vo: quæ miſeranda ſunt, vos perſpicere poteſtis. Ep. 5. Nec eam *patriam* minus diligere debes, ſed miſerari pot.

† Syntaxis. *Miſericordi alicui tribuere. Capere miſericordiam ætatis. Me tenet miſericor illius. In alicuius fortunis miſericordiam adhibere, impartiri. miſericordiam allicere, captare, commouere miſericordiam. Regi miſericordia amicorum. Miſericordia capi. Ad lenitatem miſericordiam reuocare. Caſus hic miſericordiam habet. Miſericordia moueo. Miſericordiam alicui concitare, mouere. Alicuius vi miſericordia. Supplex, manſuetus, miſericors. Cæſaris euentum miſeror. Miſerandum hoc eſt. id eſt, miſeratione dignum.*

ΜΙΣΟΓΥΝΕΙΆ. L. Mieroſitas.

Miſſio, onis. Att. 3 b, literarum miſſione ſine cauſa abs te accuſor. in Ant. 20 Non ſine cauſa legatorum iſtam miſſionem ſemper tui.

¶ *Dimiſſio.* Tuſ. 173 b, Silenus à Mida captus hoc ei muneris pro ſua miſſione dedit dicitur. I.V. 256 a, * Miſſione remigum claſſis amiſſa. Ep. 69 a, Cùm ipſi ante ludorum miſſionem corona dentur.

Miſſus, us. *miſſio.* Att. 124 a, VII. Calend. veſperi Balbus minor ad me venit, occulta via currens ad Lentulum coſ. miſſu Cæſaris cum literis, cum mandatis, cum promiſſione prouinciæ.

Miſſus, a, um. *dimiſ.* Attic. 151 a, Duo præfecti fabrûm Pompeij, qui in me poteſtatẽ venerunt, & à me miſſi ſunt. & ibid. Et eum ſim miſſum feci. Att. 130 a, Aequũ eſt me à te impetrare cohortes quæ ex Piceno venerunt ad me, miſſum faciam. Offic. 74 b, Iurauitq; ſe illum interfecturũ, niſi ſibi iuſiurãdũ dediſſet, ſe patrẽ miſſum eſſe facturũ. in Ant. 205 aaſq; legiones bello confecto miſſas fieri placet. pro Fla. 56 b, Qui cũ iudicatum non faceret, addictus Hermippo & ab hoc ductus eſt, poſtea miſſus, &c. Ep. 118 a, Quibus de cauſis miſſi fieri debeant. ad Her. 2 a, Si eum miſſum fecerimus. I.V. 256 a, Dicebat quiſque, quos miſſos fieret ec. Attic. 134 b, Remotis ſiue omnino miſſis lictoribus. pro Seſt. 26 a, Qui voluptatibus ducuntur, miſſos faciant honores. in Verr. 170 a, Hos agros miſſos facio. pro S.R. 4 b, Sed hæc miſſa faciam, quæ iam facta ſunt. & 219 a, Miſſos faciant patronos, ipſi prodeant. Att. 125 b, Memini librum afferri à Demetrio Magnete, ad te miſſum, ſcio περὶ ὁμονοίας, eum velim mihi mittas. de Cl. 169 a, Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis miſſus orator. Att. 284 b, Particulam literarum tuarum, quas miſiſti Octauio, legi miſſam ab Attico mihi. ꝓ Flac. 7 a, Vox de quæſtura nulla miſſa. ¶ Att. 12 b, Miſſus ſanguis inuidiæ ſine dolore.

* Miſtus, a, um. vide Mixtus.

* Mitella, æ. vide Mitrella.

Miteſco, is. *mitior, fio.* Oecon. 2, Cùm verò affecta iam prope æſtate vuas à Sole miteſcere tempus eſt.

Mitificatus. *concoctus, mitigatus.* de Diu. 120 a, In omne corpus diuiſo, & mitificato cibo, gallos cantus edere. *legitur etiam modificato.*

Mithridates, *rex Ponti.* pro Pomp. 5 a.

Mithridaticus, a, um. pro Pompeio 5 b, Mithridaticum bellum.

Mitigandus, a, um. *immutandus.* de Nat 59 b, Materia autem, &c. ad mitigandum cibum vtimur.

Mitigatio, onis. *deliniatio, excuſatio.* ad Heren. 35 b, Licentia ſi nimium videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur. * de Orat. 153 b, Huic generi ſubiectæ ſunt cohortationes, &c. omniſq; ad omnem animi motũ & impulſio, &, ſi ita res feret, mitigatio.

Mitigatus, a, um. *placatus.* Epiſtol. 78 a, Is magna ſigna dedit animi erga te mitigati. de Inuent. 47 b, Animus erga aliquem mitigatus. * de Leg. 177 a, Quibus *myſterijs* ex agreſti immaniq; vita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus.

Mitigo, as. *mitiorem facio, lenio, placo, ſedo, flecto.* Epiſtol. 17 b, Eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. & 81 b, Me ipſum longinquitas temporis mitigauit. de Orat. 130 b, Riſus triſtitiam mitigat & relaxat. de Orat. 102 a, Populũ excitatum in bonos mitigare. de Orat. 137 a, Inuidiam extenuando mitigare. pro Corn. 67 a, & Ep. 78 a, Quanquam iſtorum animos, qui ipſi Cornelio inuident, non eſt difficillimum mitigare. Quin. frat. 294 a, Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare. * pro Mur. 139 b, Ac te iam vſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. pro Cæl. 53 b, Iam ætas omnia, iam res, iam dies mitigabit.

Mitigor, ris. *lenior.* de Orat. 144 a, Summi labores noſtri magna compenſati gloria mitigantur. de Legib 177 a,

Quibus

Quibus *miniſteriis* ex agreſti immaniq; vita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus. Att. 45 b, Dolores mitigantur vetuſtate.

† Syntaxis. *Aut reconcilies, aut mitiges. Longinquitas temporis homines mitigat. Mitigare triſtitiam, & relaxare. Inuidiam mitigare. Labor gloria cōpenſatus mitigatur. Ex agreſti vita mitigari ad humanitatem. Flectere, lenire, mitigare. Aetas, res, dies mitigatus.*

Mitis, mitior, ſſimus. *moderatus, placatus, leuis, manſuetus.) ( aſper, durus, ferus, immanis.* Att. 68 a, Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quantū erat frater meus in ſororē tuā. pro Mur. 138 b, Acceſſit his tot doctrina non moderata, nec mitis, ſed paulo aſperior ac durior. de Senect. 82 b, Compta oratio ac mitis. de Clar. 191 b, Ipſe Thucydides, ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet ac mitior. de Inu. 61 b, Animus auditoris mitis & miſericors. Tuſc. 186 b, Patientia dolorē mitiorem facit. de Inuen. 42 b, Mitis & manſuetus. in Cat. 120 a, Homo mitiſſimus atque leniſſimus. Att. 100 a, Auſter leniſſimus & mitis.

† Syntaxis. *Mitis & manſuetus, mitis & lenis. Ventus lenis ac mitis.*

Mitra, træ: *redimiculum, muliebre capitis ornamentum, quaſi corona quædam.* de Ar. 254 a, P. Claudius à coma, à mitra, &c. factus eſt popularis.

Mitrella, læ. *alias* Mitella. pro R. P. 126 b, Deliciarum cauſa quoſdam cum mitrella ſæpe videmus.

Mitto, tis. *ablego.* Att. 71 a, Quotidie vel potius in ſingulos dies breuiores literas ad te mitto. Att. 94 b, Velim obuias mihi literas quā argutiſſimas de omnibus rebus crebrò mittas. ad Att. 116 b, Cæſaris literarū exemplū tibi miſi: rogâras enim. Attic. 139 b, Sic ergo habeto ſalutares te mihi literas miſiſſe. de Pro. 74, Mittere literas ad aliquē de ſuis rebus. Att. 196 b, Itaq; miſi librū ad Muſcā, de Senect. 74 b, Hunc verò librū de Senectute ad te miſimus. Ep. 151 a, Paulò pòſt idē mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipſi miſeras, & quas publicè. Epiſt. 151 a, Ex literis quas mihi miſiſti, &c. Epiſt. 17 b, Quod rogas vt mea tibi ſcripta mittā, &c. de Nat. 46 a, Luna eam lucē quam à ſole accepit, mittit in terras. Attic. 129 a, Demetrij Magnetis librum, quē ad te miſit de concordia, velim mihi mittas. & 200 b, Laudationē Portiæ tibi miſi correctā, vt &c I. A. 155 a, Cumq; languerem de via, miſi pro amicitia qui hoc diceret, &c. Att. 24 b, Feciſti mihi pergratū, quòd Serapionis librū ad me miſiſti. pro Cl. 35 a, Mittere in conſiliū.* I. P. 98 b, Quod populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias amicos ſocioſque miſiſti? Epiſtol. 244 a, b Rex Deiotarus legatos ad me miſit, ſe cum omnibus ſuis copijs in mea caſtra eſſe venturum. Attic. 58 b, Cui tamen Quintus de menſa miſit illa reiecit.

¶ *Iubeo.* Epiſtol. 259 b, Curio miſi, vt medico honos haberetur, & tibi daret qđ opus eſſet: me cui iuſſiſſet curaturū.

¶ *Scribo.* Ep. 22 a, Quid tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt mihi gladiatorū compoſitiones vt vadimonia dilata, & Chreſti compilationē mitteres?* de Fin 50 b, Quanquam a te ipſo id quidem facio prouocatus gratiſſimo mihi libro, quem ad me de virtute miſiſti.

*Omitto.* in Piſon 89 b, Mitto de amiſſa maxima parte exercitus. de Clar. 170 a, At quem virū dij boni? mitto ciuē, aut ſenatorem, aut imperatorē? quis illo grauior? Att. 115 a. b, Mitto illam fugam, conciones, ignorationē aduerſarij & ſuarum copiarum. pro Mur. 132 a, Mitto prælia, prætereo oppugnationes oppidorum. Att. 101 a, Mitto alia, quę audio multa, mitto furta, &c.

¶ *Eiaculo, dirigo.* Orat. 205 a, Iácere ac mittere ridicula. *loc. lib.

*Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda.*

¶ *Educo, emitto.* pro Sect. 12 a, Vocem pro repub. nemo miſit.* pro C. Cornel. 1, Vocem illam conſulem mittere coëgiſti. Att. 84 a, Appius cùm ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curârit, ſanguinem miſerit, quicquid potuit detraxerit, &c.

¶ *Inuado.* pro Milon. 116 a, Vota enim fecerat is, vt in eos ſe potius mitteret, quàm in veſtras poſſeſſiones.

† Syntaxis. *Mittere literas ad aliquem, & alicui. Miſi filio, vt veniret. Iacere ac mittere ridicula. Se mittere in hoſtes: id eſt, inuadere.*

Mitylene, nes: ſiue Mitylenae, arum. *vrbs in Lesbo.* contra Rull. 74 a, Quid Mitylenæ, quæ certè veſtræ Quirites belli lege ac victoriæ iure factæ ſunt: vrbs & natura & ſitu & deſcriptione ædificiorum & pulcritudine in primis nobilis, agri iucundi & fertiles, &c. & Tuſculan. 164, de Diuin. 95.

Mitylenaei. Att. 73 b, Dicrota Mitylenæorum. & 106.

Mixtus, a, um: *rectiùs,* Miſtus *concretus, confuſus.* de Vniuerſ. 202 a, Voluptate & moleſtia mixtus amor. & de Nat. 16 a, Ille fuſus & candore mixtus rubor. Off 43 a, Sic eſt in oratione miſta modeſtiæ grauitas. I. C 108 b, 109 a, Quartum genus ſanè varium & mixtum & turbulentum. Tuſc. 837 a, Si ea mixta ex diſſimilibus erunt.

Mnemonica, corum. *præcepta de memoria.* * ad Heren. 21 b Qui μνημονικὰ didicerunt. & 23 b, In mnemonicis minimū valet doctrina, niſi induſtria, ſtudio, labore, diligentia comprobetur.

Mnemosyne, nes. de N. 70 a, Secundæ Muſæ, Ioue tertio & Mnemoſyne procreatæ nouem.

Mobilis, le. *volaticus, volubilis, argutus, quod modò huc, modò illuc transfertur.* de N. 54 b, Natura oculos fecit lubricos & mobiles. de N. 32 a, Mundi feruor ille purior, perlucidior, mobiliorq; & ibid. Ardor mobiliſſimus.

¶ *Varius, fluxus, leuis, inconſtans, caducus.* pro Dom 243 a, Caduca ſemper & mobilia hæc eſſe duxi. Ep. 59 a, Te tamen mobili in me meoſq; animo eſſe non ſperabam. & 61 a, Nec in te animo fui mobili, ſed ita ſtabili, vt, &c.

Mobilitas, tis. *motus, inconſtantia.* de Nat. 43 a, Sidera animalia ſenſu acerrimo & mobilitate celerrima eſſe. de Or. 95 a, Non quæritur mobilitas linguæ, non celeritas verborum. item, Quid eſt inconſtantia, mobilitate, leuitate turpius?

Mobiliter. de Nat. 30 a, Cùm cor animantis euulſum, ita mobiliter palpitaret. de Diuin. 35 a, Animus mobiliter agitatus.

† Syntaxis. *Mobilis oculus, animus, Animus mobiliter agitatus. Cor palpitans mobiliter. Inconſtantia, mobilitas, leuitas. Caducum & mobile.*

Moderandus, a, um: di, dum. de Orat 86 b, Actio vocis conformatione moderanda eſt. Offic. 28 b, Quæ pertinent ad liberalē ſpeciem & dignitatē, moderanda ſunt. I. V. 169 b, Sentio iudices moderandū mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendamq; veſtram ſatietatem. de Nat. 1 a, Quæſtio ad moderandam religionem neceſſaria. de Orat. 104 b, Cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem tradidit. de Orat. 115 a, Iudex eſt omni ratione ad tempus, ad cauſam oratione moderandus. * Part. 236 b, Quæ verò *virtus* moderandis cupiditatibus regendiſq; animi motibus laudatur.

Moderans, tis. Or 202 a, Trunco magis toto ſe ipſe moderans *articulus.* de Nat. 79 a, Deus cœlum verſans, terram tuens maria moderans.

Moderatè, tiùs. *modeſtè, modicè.* contr. Rul. 46 a, Qui copiā rerum moderatè ferre non poſſunt de Orat. 112 b, Si amiſerit, moderatiùs tuliſſe. & Epiſt. 78 b, Autoritas, &c. qua moderatè ego vtar, &c Orat. 214 a, Hoc genus Iſocrates moderatiùs temperat. Offic. 36 b, Iis quibus cum congregamur, vti moderatè & ſcienter. de Fin. 49 a, Qui moderatiùs id volunt fieri difficilem quandam temperantiam poſtulant.

Moderatio, onis. *temperantia, temperatio, mediocritas, modus.* de Nat. 44 b, Conflagrare terras neceſſe ſit à tantis ardoribus, moderatione & tēperatione ſublata. & 77 a, Mundi diuina in homines moderatio nulla eſt. de Diu. 128 a, Hoc temperatio lunæ cœliq; moderatio efficit. pro Cæl. 46 b, Dummodo illa in hoc genere præſcriptio moderatioq; teneatur: parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, &c. Offic. 71 b, Altera *pars honeſtatis* in conformatione & moderatione continentiæ & tēperantiæ cernitur. de Orat. 111 b, Eiuſdē eſt & languentis populi incitatio, & effrænati moderatio. pro Sest. 19 b, Quæ etiam collegæ eius moderatio de me? de Orat. 139 b, Adhibenda eſt etiam in iocando moderatio. pro Flac. 152 b, Tempeſtatū moderatio atq; conuerſio. Orat. 202 b, Tum oculorū eſt quædā magna moderatio. contr. Rull 66 a, Quare adhibebitur à me certa ratio moderatioq; dicendi. de Or. 107 b, Hiſtrio adſtrictus certa quadam numerorū moderatione & pedū. pro Dom. 243 a, Etenim ad noſtrum vſum propemodū iam eſt definita moderatio rei familiaris. Offic. 20 a, Ordo & conſtantia & moderatio dictorū omnium atq; factorū. Offic. 4 b, Ordo autē & conſtantia & moderatio, &c de Sen 77 a, Noui enim moderationem & grauitatem animi tui. Attic 183 a, Moderatione paulò minus temperatus. Offic. 19 b, Vt in eo moderatio & temperantia appareat cū ſpecie quadam liberali. in Ant. 162 b, Si meam in dicendo moderationē, modeſtiamq; cognoſcitis. * ad Heren. 16 b, Modeſtia eſt in animo continens moderatio cupiditatum. de Orat. 140 a, Vt opes & copiæ non ſuperbiæ videantur ac libidini, ſed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dediſſe. de Finib. 77 a, Transfer idem ad modeſtiam vel temperantiam: quæ eſt moderatio cupiditatum rationi obediens. Tuſculan. 193 b, Eam virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam. Offic. 29 a, Hoc loco de moderatione & temperantia quærimus.

† Syntaxis. *Moderatè ferre. Placatè & moderatè ferre. Moderatè temperare. Quibus cùm congregamur, iis vti moderatè, & ſcienter. Moderatio ac temperatio. Præſcriptionem & moderationem*

 *tenere,*

*tenere. Continentia & temperantiæ moderatio. Locorum moderatio, tempeſtatum. Certa ratio, & moderatio. Numerorum moderatio. Ad vſum noſtrum definita moderatio rei familiaris. Ordo, conſtātia, moderatio in omnibus rebus. Temperantia & moderatio. Moderatione temperatus. Moderatio modeſtiaq; in dicendo.*

MODERATOR, oris. *rector, gubernator.* de Orat.44 a, Rector & moderator, & tanquam architectus tanti operis. Orat.203 a, Moderator ille & quaſi temperator huius varietatis. Par. 230 b, Diſceptator: id eſt, rei ſententiæq; moderator. Orat. 207 a, Eloquens ſit perſonarum temporumq; moderator. de Leg. 172 b, Dominos eſſe omnium rerum & moderatores deos. Epiſt.16 b, Tu eris omnium moderator conſiliorum meorum. Tuſcul. 162 a, Vt cum videmus, &c. eorumque omnium moderatorem & ducē Solem. de Som. 128 b, Subter mediam ferè regionem Sol obtinet, dux & princeps & moderator luminum reliquorum. Epiſt.20 b, Dux nobis & autor opus eſt & eorum ventorū, quos propoſui, moderator quidam & quaſi gubernator. Attic. 124 b, Tenéſne igitur moderatorem illum Reipub. quo referre velimus omnia? ibidem. Sic huic moderatori Reipubl. beata ciuium vita propoſita eſt, &c. Huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum eſſe effectorem volo.

MODERATRIX, icis. de Nat.78 b, Eius *materiæ* vniuerſæ fictricem & moderatricem diuinam eſſe prouidentiam. pro Flac. 158 a, Curia moderatrix officij. de Inuent 43 a, & Tuſcul 236 b, Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum. I.A.204 a, Cæſar rempub. ſibi iudicem conſtituit, & moderatricem omnium factorū. Orat.199 a, Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia.

MODERATVS, a, um: tior. *temperatus, æquabilis, conſtans.* de Orat.123 a, Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modò ſint. I.A.168 a, Id magno argumento ſit, me in vtroque fuiſſe moderatum. pro Mur.138 b, Doctrina non moderata, nec mitis, ſed paulo aſperior ac durior, quàm, &c. de Diuin.83 b, Qui moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit. pro Mur. 139 a, Noſtri illi moderati & temperati homines, &c. & ibid. Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas. Parat. 120 b, Vita, quæ omni geſtu moderatior, omni verſu aptior eſſe debet. pro Muræn. 127 a, Conuiuium moderatum atque honeſtum. de Clar. orat.165 b, Ocium moderatum & honeſtum. Orat.202 a, Excurſio moderata, eaque rara. Epiſtol.199 b, Temperati moderatique mores. pro Corn.56 b, & Acad.45 a, Vir caſtus, moderatus, ſanctus. de Orat.152 a, Vnguentum moderatum. in Ant.189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil prudens, nihil pudicū. de Orat.111 b, Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri poteſt? Qu. fr. 294 a, Vir natura ipſa moderatus. *Tuſc. 217 b, Vtrum moderatas perturbationes approbent an moderatam intemperantiam.

*MODERO, as. *moderor.* de Leg 174 a, Ludis publicis quod ſine curriculo & ſine certatione corporum fiat, popularē lætitiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto.

MODEROR, aris. *modum adhibeo, tempero, guberno certa ratione guberno, metior, moderationem adhibeo.* de Inuent 81 b, Moderari nauim ex ſcapha. Part.236 b, Regere, gubernare, moderari. pro Corn. 67 b, Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium atque curſum ex reip. tempeſtate moderari. pro Flac. 148 b, Noſter teſtis ſe ipſe ſuſtentat, omnia verba moderatur. pro Syl.182 a, Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiuſque. de Ar.245 a, Atq; hoc ſi moderetur & cogitet, ſi contentus ſit, &c. Tuſc.248 b, Tibicines, ijq; qui fidibus vtuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus numeroſque moderantur. de Orat 131 b, Tempus igitur dicēndi prudentia & grauitate moderabimur. Epiſtol. 21 a, Te hortor, vt omnia gubernes ac moderere prudentia tua. Tuſcul.242 a, Cauſæ quibus ratio moderatur. de Fin.81 b, Moderari conſilia ſua officio. Ep.114 b, Nam ſi hoc more moderari poſſemus, vt, &c. de Orat.94 a, Quanquā moderabor ipſe, ne, &c. Qu.frat 297 b, Moderari verò animo & orationi, cùm ſis iratus, non mediocris ingenij eſt. I.A.261 b, Sententiam ſuā non ſemper vtilitate reip. ſed cùm ſpe, tum metu moderari. pro Cæl. 38 b, Tecū agam leuius, quòd pudor tuus moderatur orationi meæ. pro Fl.162 b, Lurco moderatus eſt in teſtimonio dicendo religioni ſuæ. Orat. 201 b, Cauſæ, quibus totis moderatur oratio. Attic.80 b, Quinto togam puram iubebo dari, cui Deiotarus moderatur. de Orat. Oratio ſine vinculis ſibi ipſa moderatur. Par.231 a, Auditorū aures moderantur oratori prudenti I.V.199 a, Venti & tēpeſtates res ruſticas moderantur. Acad. 39 b, Mens, quæ omnia moderetur, moueat, regat. de Diu.127 a, Cùm ortus naſcentium luna moderetur.

† Syntaxis. *Rector, moderator, & architectus. Moderator ac temperator. Temporum moderator & dux. Princeps, ac moderator. Dominus & moderator Deus. Moderator & gubernator. Fictrix & moderatrix prouidentia. Commotionum temperantia moderatrix. Iudex & moderatrix. Moderatus in ſermone. Moderatus ac mitis. Temperatus & moderatus homo, mores. Regere, gubernare, & moderari Prudentia moderari. Officio conſilia moderari. Tua grauitas orationi meæ moderatur. Mens omnia moderatur, mouet, regit. Auditorum aures moderantur oratori.*

MODESTE`. *moderaté.* in Sall.275 a, At in prætura modeſtè ſe geſſit & abſtinenter. de Leg.184 b, Modeſtè parére. cōtr. Rull. 94 a, In ea veſtri iſti ſatellites modeſtè inſolentiam ſuam continebunt.

MODESTIA, ſtiæ. *modus, moderatio, pudor, frugalitas.* Offic.4 a, Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo & modus, in quo ineſt modeſtia & temperantia. ad Heren.16 b, Modeſtia eſt, in animo continens moderatio cupiditatum. de In. 82 b, Modeſtia eſt, per quā pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat autoritatem. Att.104 b, Tyronē propter humanitatem & modeſtiam malo ſaluum, quàm propter vſum meū Epiſtol.180 b, Vitæ modeſtia non parum valet contra falſos rumores. I. P. 81 a, Seueritas cenſoria magiſtra pudoris & modeſtiæ. Offic.10 a, Qui virtutibus his lenioribus erit ornatus, modeſtia, temperantia, iuſtitia. Off. 43 a, Si ineſt in oratione mixta modeſtiæ grauitas, nil admirabilius fieri poteſt I.A.162 b, Si meam in dicēdo moderationē modeſtiamq; cognoſcitis. * de Fin.77 a, Transfer idem ad modeſtiam, vel temperantiam: quæ eſt moderatio cupiditatum rationi obediens. Tuſcul. 193 b, Eam virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo etiam tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam. Sed haud ſcio an rectè ea virtus frugalitas appellari poſſit. de Diuin.94 b, Vbi illa paulò ante ſapiens virginali modeſtia mater optuma. *poëta.* Offic.28 b, Quam *ſcientiam* interpretamur modeſtiam: quo in verbo modus ineſt. ibid. Itaque vt eandem nos modeſtiam appellemus, ſic definitur à Stoicis, vt modeſtia ſit ſcientia earum rerum, quæ aguutur aut dicuntur, loco ſuo collocandarum. Offic.29 a, Sic fit vt modeſtia hæc, quam interpretamur, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Attic.72 a, Vt ſumma modeſtia & ſumma abſtinētia munus hoc extraordinariū traducam⁹.

MODESTVS, a, um: ſtior, ſſimus. *commodus, ſui cognoſcens.*) ( *immodeſtus.* Ep.229 a, Homo frugi & modeſtus. Attic.214 a, & 227 a, Modeſtus & frugi vir. Epiſt 208 a, Nam & modeſtum hominem cognoſces & Prudentem. Attic.159 a, Pulſus eſt modeſtior rex, & probior, & integrior. pro Muræn.136 b, Adoleſcentia modeſtiſſima. pro Planc.264 a, Adoleſcentis modeſtiſſimi pudor. contra Rull. 92 b, Plebs optima & modeſtiſſimi mores. *Academ. Academicos præ illis *Stoicis* modeſtos cautoſque homines viſum iri Epicuro. Epiſtol.45 b, Eò breuior eſt hæc epiſtola, &, vt aduerſus magiſtrum morum modeſtior.

† Syntaxis. *Modeſtè & abſtinenter. Modeſtia & temperantia. Modeſtia eſt moderatio (ecce genus.) Pudor & modeſtia. In dicendo moderatio & modeſtia. Frugi & modeſtus homo & contrá.*

MODICE`. *moderatè mediocriter.* Attic.33 a, Minæ, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt pro Syll.182 a, Quanquam à me de ea timidè modiceque dicetur. de Orat.96 a, Modicè & ſcienter vti aliqua re. de Clar.155 a, & I.A.232 a, & de Fin.58 b, Modicè ferre aliquod malum. Par.236 a, Genere breuiter modiceque laudato. Epiſtol. 49 a, Sed quoniam is fortaſſe arbitraretur, me hāc rempub. non putare, ſi perpetuò facerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum.

MODICVS, a, um. *paucus, paruus.* Parat.125 a, Pecunia mea eſt ad vulgi opinionem mediocris, ad meam modica, ad tuam nullam.

¶ *Mediocris, moderatus.* de Orat.121 a, Argumenta ſi ex reis numeres, innumerabilia ſunt: ſi ex rebus, valde modica. & ibid. Generum quæſtiones modicæ & paucæ ſunt. de Leg.192 a, Quæ cùm patribus aguntur, modica ſunto. id eſt, modeſta atque ſedata. de Diu.104 a, Si modò temperatis eſcis modicisq; potationibus eſt affectus. Attic.57 b, Sed tamen modici fuimus in apotheoſi. *al. hypotheſi.* de Fin. Hæc ipſa nimia in quibuſdā futura non fuerunt, niſi quædam eſſent modica natura. de Sen 84 a, Vtendū eſt exercitationibus modicis Orat.203 a, Genus dicendi ſubtile, modicum, vehemens. Orat.204 b, Actio modica iactatione corporis. item: Modica interualla.

MODIFICATVS, a, um. *à propria natura, ad aliquē modū* (τρόπον *vocant Græci*) *traductus & immutatus.* Par 28 a, Verba ab oratore modificata & inflexa quodāmodo. de Orat.160 a, Verba illa modificata eſſe debebunt. de Diuin.12 a, Gallos in omne corpus diuiſo & modificato cibo (*id eſt, concocto*) cantus edere quiete ſatiatos. *Legitur etiam. mitificato cibo.*

† Syntaxis.

† Syntaxis. *Timidè modiceq́; dicere, breuiter, modiceq́;. Modicè & ſcienter vti re aliqua. Modicè, aut etiam intra Modum, Modificata verba, & inflexa. Diuiſus & modificatus cibus in omni corpore.*

MODIVS, dij. *ſexta pars medimni.* I.V. 171 b, & 59 b, Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegit. & 165 a, Coguntur Aeſchrio dare tritici modios MMMDC *id eſt, medimna* DC. *vt ſuprà dixerat.* & 164 b, Offic. 45 b, Marcus Seius in caritate annonæ aſſe modium populo dedit. de Am. 109 a, Verum eſt id quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe vt amicitiæ munus expletum eſt.

MODO'. *paulò antè, memoria noſtra.* Offic. 49 a, Modò enim hoc malum in hanc rempubl. inuaſit. I.V. 391 a, Nuper, quid dico nuper? imò verò modò & planè paulo antè. Orat. 200 b, Quorum ſatis arguta multa, ſed vt modò primumque naſcentia, minuta nimisque depicta. Epiſtol. 50 b, Modò vno tempore viri clariſſimi interierunt. de Clar. orat. 169 b, & Offic. 49 a, Modò planè annis CXL ante me conſulem.

¶ *Tamen ſaltem.* Attic. 201 b, Contudi animum, & fortaſſe vici. ſi modò permanſero. Acad. 21 b, Denique videantur ſanè, ne affirmentur modò. pro Flac. 159 b, Quanquam quis ignorat, qui modò vnquam mediocriter hæc ſcire curauit. de Orat. 122 a, Hæc omnibus, qui ea mediocriter modò conſiderant, pertractata eſſe poſſunt. Epiſtol. 152 a, Si vos mediocris modò fortuna reipub. adiuuerit. Epiſt. 5 b, Si Pompeius paulum modò ſibi placere oſtenderit. Epiſt. 89 b, Quæ ſecundis rebus delectationem modò habere videbantur, nunc verò etiam ſalutem. Epiſtol. 127 a, Studia noſtra, à quibus antea delectationem modò & ſolatium, nunc verò etiam ſalutem deeſſe non arbitramur. Orat. 190 a, Hi vnum modò quale ſit ſuſpicantur. de Orat. 161 a, Si in his paulum modò offenſum eſt. de Orat. 123 a, In hac arte, ſi modò eſt hæc ars. de Diuin. 98 b, Nemo vnquam aliter Philoſophus ſenſit, in quo modò eſſet autoritas. Orat. 189 b, Lentulus ſatis erat fortis orator, ſi modò orator. Epiſtol. 92 b, Si modò tecti ſatis eſt. Brut. 288 a, Cicero ſeruitutem, honorificam modò, non aſpernatur. Anteq. 191 b, Iſti modò videant, qua ratione, &c. I.V. 62 a, Vide modò etiam, atq; conſidera. Epiſtol. 112 b, Vide modò, inquis, &c. & 149 a, Vt vel omne impetū belli in me conuertere non recuſem, ſi modò meo caſu patriæ periculū morari poſſim. Ep. 261 a, A' tergo videtur, ſi inſaniet, poſſe opprimi, modò vt vrbe ſalua. & 94 b, Modò vt tibi conſtiterit fructus ocij tui. Orat. 199 a, Putant enim qui incultè dicat, modò id eleganter faciat, eum ſolum Atticè dicere. *id eſt, ſi modò.*

¶ *Nunc, hic, aliquando.* Att. 212 b, O' Academiam volaticā, modò huc, modò illuc. Attic. 30 b, Modò hoc, modò illud audire. de D 93, Carneades modò ait hoc modò illud. de Diuin. 127 b, Quod ſi eorū vi cœlū modò hoc, modò illo modo tēperatur. de N. 8 a, b, Modò vnū, tum autē plures. & 9 a, Modò mundū, tum mentē putat, &c. I.A. 173 a, Modò egens, repentè diues. pro Font. 276 b, Prouincia Gallæ cōſtat ex ijs generibus hominū, qui partim noſtra memoria bella cū Rom. acerba geſſerūt: partim modò ab noſtris imperatoribus ſubacti, modò bello domiti, modò triumphis notati, modò ab ſenatu agris multati ſūt: partim, &c.

¶ *Solummodo.* Ep. 89 b, Modò, pro tantummodo.

† Syntaxis. *Modò, & planè paulò antè. Modò vno tempore illi interierunt. Modò ante me conſ. cxl. annis. Modò primumq́; naſcentia. Modò hoc modo. modò illo modo affici. Modò egēs, repentè diues. Modò, quater dictum.*

MODVLATE'. *concinnè, numeroſè, compoſitè.* de N. 30 b, Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numeroſè ſonantes.

MODVLOR, aris. *metior, moderor.* de Or. 160 a, Aues hominū vocem natura modulantur ipſa. & Orat. 202 a, Ipſa natura quaſi modulatur hominum orationem.

* MODVLVS, *id eſt, paruus modus.* de Nat.

MODVS, di. *menſura.* Off. 27 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus Offic. 28 b, Modus autem eſt optimus, decus ipſum tenere. Offic. 21 b, Diligenter tenendus eſt modus voluptatis fruendæ. de N. 35 b, Solis acceſſus & receſſus, frigoris & caloris modū temperant. Orat. 202 b, Oculorum & hilaritatis & viciſſim triſtitiæ modum res ipſæ, de quibus agetur, temperabunt. de Orat. 152 a, In ipſo tactu eſt modus mollitudinis & lenitatis. Orat. 203 b, In omnibus rebus videndum eſt, quatenus: etſi enim ſuus cuiq; modus eſt, tamē magis offendit nimium, quàm parum. pro Sex. Roſc. 35 a, Nullus modus eſt hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. pro Clu. 38 b, Iudicium, in quo modus non eſt habitus non mos, conſuetudoq́; ſeruata. pro Mur. 141 a, Hoc ab eo more & modo factum eſt. Off. 21 a, Ludendi eſt modus quidam retinendus, vt ne nimis omnia profundamus. Qu. fr. 314 a, ἀμφιλαφίαν quam tu ſoles dicere, bono modo deſidero. ad Att. 212 a, De die tantùm videto: & id ipſum bono modo tantum, quantum videbitur. de Orat. 141 b, Quam facultatē & exercitatio dabit, &c. & vnius verbi imagine totius ſententiæ informatio, Pictoris cuiuſdā ſummi ratione & modo, formarum varietate locos diſtinguentis. Acad. 45 a, Hæc tibi tam ſunt defendenda, quàm mœnia, mihi autem bono modo. Epiſt. 49 a, Modicè faciam, aut etiā intra modum. Epiſt. 52 b, Sed habet iſta res medium quendā modum. Ep. 52 b, Sed eſt earum non ſatietas, ſed modus. de Fin. 70 b, Ergo & auarus erit, ſed finitè: & adulter, ſed habebit modū. Tuſc. 184 b, Homo cautus nunquā terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum. Tuſc. 149 a, Terminare modum artis vtilitate. de Finib. 49 b, Statuere modum alienæ induſtriæ. ad Her. 17 a, Statuere modum vnicuiq; rei. pro Syl. 176 a, Statuere modū inimicitiarum. pro Pomp. 9 a, Statuere modum imperio. de Finib. 49 b, Conſtituere modum rebus infinitis. pro Syll. 175 b, Niſi tibi aliquē vitæ modum conſtitueris, coges me, &c. Tuſc. 244 a, Apponere & adhibere modum. de Inuent. 51 a, Modus eſt, in quo, quemadmodum, & quo animo factum ſit, quæritur. Tuſc. 176 b, & 177 a, Eſt igitur ambulantibus ad hunc modum ſermo ille nobis inſtitutus. de Inuent. 57 b, Atq; ea quidē argumenta ad hunc modū tentari oportebit. de Inu. 51 a, In qua vtrum conceſſeris, reprehenditur ad hunc modū. de Inu. 43 b, Quæſtionē eam appellat, quæ habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam. Sine certarum perſonarum interpoſitione ad hunc modū: vt quid &c. de Inu. 52 a, Quod ſine vllo teſte firmatur hoc modo, nemo eſt, &c. de Diuin. 133 b, Siue ſic eſt, ſiue illo modo. pro Quint. 4 b, Modo & ratione omnia facere, & rectè & ordine aliquid fieri. Parat. 125 b, Non æſtimatione cenſus, ſed victu atq; cultu terminatur pecuniæ modus. Att. 282 a, Eſt ſcilicet vtriuſque rei modus, ſicut reliquarum. Offic. 4 b, His enim rebus quæ tractantur in vita, modū quendā adhibentes & ordinem, honeſtatem & decus conſeruabimus. Offic. 24 a, In omnibus quæ aguntur, ex eo modo quē quiſque nactus eſt, quid deceat, exquirimus. I.A. 226 b, Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certiſſimo modo erat *(al. certus erat)* etiam illius exercitus. de Sen. 95 a, Nam habet natura vt aliarum rerū omnium, ſic uiuendi modū. Parad. 120 b, Etiam in minimis rebus, ſiquidem rerum modū fingere non poſſumus, animorū modum tenere poſſumus. & 124 b, Ex eo quantum cuiq; ſat eſt, metiuntur homines diuitiarum modū. & ibid. Quantū cuiq; ſat eſt, ad id accommodatur diuitiarū modus. de Leg. 183 b, Demetrius ſepulcris nouis finiuit modum. Offic. 28 b, Cauendū eſt, etiamſi ædifices, ne extra modū ſumptu & magnificentia prodeas. de Orat. 146 b, Vox quaſi extra modū abſona. de Diuin. 100 b, Cùm lacus Albanus præter modū creuiſſet. I.V. 157 a, Tamen antiquum modū ſationis nulla ex parte exequi potuit. pro Flac. 163 a, Voluiſti magnum agri modum cenſere. *al. cenſeri.* Att. 216 a, De modo agri. pro Cl. 58 a, Quibus *quæſtionibus* finem fecit non mulieris modus, ſed amicorum autoritas. * Incert. Vt ita diceret, quo modo ſe quilibet poſſe confideret. ibid. Si omni modo vitam impetrare cupiunt pro Marc. 135 a, Hic tu modū vitæ tuæ non ſalute Reipub. ſed æquitate animi definies? Offic 4 a, In omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordine & modo *verſatur honeſtum*', in quo ineſt modeſtia & temperantia. Offic. 28 b, Quo in verbo *Modeſtia* modus ineſt. ibid. Cauendum eſt, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modū ſumptu & magnificentia prodeas. ibid. Quarum *villarum* quidem certè eſt adhibendus modus, ad mediocritatemq́; reuocandus. ibid. Modus autem eſt optimus, decus ipſum tenere, de quo antè diximus, nec progredi longius. ibidem. Quo in verbo *Modeſtia* modus ineſt.

¶ *Menſura item in muſicis.* de Orat. 100 b, Vt in muſicis numeri, & voces, & modi. de Diuin. 120 a, Surdus varietates vocum aut modos noſcere non poteſt. de Leg. 177 b, Antiquus vocū modus, & varij canendi ſoni. & ibid. Oculos ceruicesq́; pariter cū modorum flexionibus torquent. de Orat. 107 b, Roſcius dicebat ſe quo plus ſibi ætatis accederet, eo tardioris tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturū. de Som. 129 a, Illi octo curſus, in quibus eadē vis eſt duorū modorū, ſeptem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos. Or. 216 b, Non ſunt in oratione tanquā tibicini percuſſionū modi, ſed vniuerſa comprehenſio. & ibid. a, In eis ſingulis pedibus modus ineſt, aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par. de Or. 97 a, Ipſa collocatio confirmatioq; verborū perficitur in ſcribendo nō poëtico, ſed quodam oratorio numero & modo. & 160 a, Poëtæ quos neceſſitas cogit, & ipſi numeri, & modi. * de ſuis conſil. Tarditate modorū & grauitate cantus illorum furentem petulantiam reſediſſe. de Leg. 177 b, Ciuitatum hoc multarum in Græcia interfuit, antiquum vocum ſeruare modum.

¶ *Verſus.* Tuſc. 200 a, Carmen & rebus, & verbis, & modis lugubre. & 171 a, * Hæc cùm preſſis & flebilibus modis, qui totis theatris mœſtitiam inferant, concinuntur.

¶ *Finis.* I. V. 132 b, Modum aliquem & finẽ orationi noſtræ faciamus. & 137 b, Quid verò modum ſtatuarum haberi nullum placet? atqui habeatur neceſſe eſt. de Leg. 166 b, Facere modum controuerſiarum. de Natur. 78 a, Quínam internecioni hominum modus paretur? pro Pomp. 4 b, Itaque mihi non tam copia, quàm modus in dicendo quęrendus eſt. Epiſt. 73 a, & 145 a, Facere modum lugendi. & 203 a Quare faciam modum.

¶ *Conditio.* de Fin. 133 a, Iam verò animus non eſſe ſolùm, ſed etiam cuiuſdã modi debet eſſe. de Diu. 115 b, Num etiam ſi fiſſum cuiuſdã modi fuerit, in iecore lucrum oſtẽditur? I. V. 201 b, Homines cuiuſque modi. pro Flac. 154 b, Cùm tabulæ ipſæ cuiuſq; modi ſunt, proferuntur. Qu. de Pet. 213 a, In tot hominũ cuiuſq; modi vitijs. de Inu. 79 a, Lex cuiuſcemodi ſit. pro S. R. 34 b, Vereor cuiuſq; modi es Roſci, ne, &c. I. V. 114 b, & 200 b, Eiuſdem modi totum ius prætorium. Acad. 25 b, Quia poſſit eiuſdem modi exiſtere falſum aliquod cuiuſmodi hoc verum. de Fin. 86 a, & I. V. 108 a, An eiuſdẽ modi? Acad. 44 a, Vniuſmodi & ſimplex. de Fin. 94 a, & I. V. 106 a, Iſtiuſmodi res. Att. 10 b, Iſtiuſmodi quicquam cogitare. de Inu. 64 b, Cùm res aliuſmodi eſt ac putatur. itẽ, Accepi eiuſmodi literas, vt neuter, &c. vno modo. Orat. 208 a, Nec enim ſemper tractantur vno modo. Att. 91 a, Omni modo egi cũ rege, & ago quotidie. I. V. 110 b, Humano modo, vſitato more peccare. pro Mur. 129 b, Tranſit idem Iuriſconſultus Tibicinis Latini modo. de Diu. 98 b, Cæteros vmbrarum vagari modo.

¶ *Ratio.* Ep. 178 a, & Att. 264 a, Peto à te maiorẽ in modũ, vt, &c. Qu. fr. 315 a, In maiorem modũ. Ep. 249 a, & 257 a, Mirũ in modũ gaudeo, &c. Att. 2 b, & 27 b, & I. V. 231 a, Mirandum in modũ iratus eſt. de Prou. 70 a, Miſerandum in modũ necari. I. V. 68 b, Seruilẽ in modũ cruciari. * de Fat. Chryſippus intricatur hoc modo. de Or. 109 a, Si vllo modo aſſequi complectiq; potuiſſem. I. V. 250 b, Ciues Rom. hoſtilem in modum & necati. Attic. 72 b, Epulari Saliarem in modum & 74 b, Quæ *incredibilis* multitudo mihi iam Sami, ſed mirabilem in modum Epheſi, præſtò fuit. Att. 76 b, Incredibilem in modũ concurſus fiunt ex agris, ex vicis, domibus.

† Syntaxis. *Tibia modulatè canens. Modũ tenere, ſeruare. Tẽperare modũ. In iudicio modũ habere. Bono modo deſidero. Patris modo & ratione caſtiga. Terminare, ſtatuere modũ, conſtituere, definire, apponere, adhibere. Ad hunc modũ aggreſſus eſt, hoc modo. Modo & ratione diſcere, facere. Ex modo & ordine honeſtas ac decus. Certo modo ſunt Cæſ. copiæ. Finire modũ diuitijs, ſepulcris. Extra modum ſumptu prodire. Præter modũ. Poëticus numerus ac modus. Modũ facere lugendi. Cuiuſdã modi eſt animus? non cuiuſq; modi, cuiuſcemodi. Eiuſdem modi. Vniuſmodi, & ſimplex. Alius modi res eſt ac putas. Omni modo bene agendum. In maiorem, mirum, mirandum, mirabilem, incredibilem, miſerandum, ſeruilem, hoſtilem, hilarem modum aliquid agere, perpeti.*

MOECHVS. *adulter.* Ep. 116 b, Ocella nemini perſuaſiſſet ſe mœchum eſſe, niſi triduo bis deprehenſus eſſet.

MOENIA, um *muri vrbis.* de N. 79 a, Muri vrbis, quos vos Põtifices ſanctos eſſe dicitis, diligentiusq; vrbem religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. pro Plan. 280 a, Brundiſiũ veni, vel potius ad mœnia acceſſi. pro Seſt. 22 b, Tum domicilia coniuncta. quas vrbes dicimus, mœnibus ſepſerũt. Acad. 34 b Hæc tibi tam ſunt defendenda, quàm mœnia. Att. 120 b, Arma tum ad patriæ mœnia accedere. de Leg. 168 b, Cùm ſeſe non vnis circundatum mœnibus popularem alicuius loci, ſed ciuẽ totius mundi agnouerit. * I. C. 101 a, Qui in magno periculo eſſem, quòd ijſdẽ mœnibus contineremur. & 104 b, Nulla iam pernicies à monſtro illo atq; prodigio mœnibus ipſis intra mœnia cõparabitur.

MOERENDI, do. Tuſc. 204 b, Vt apud Homerũ quotidianæ neces interitusq; multorũ ſedationem mœrendi afferunt, &c. ibid. Intellectum eſt, nihil profici mœrendo.

MOERENS, tis *mæſtus.* Tuſc. 154 b. Illa lugubris lamentatio, fletusq; mœrens. pro Syll. 131 a, P. Sylla mœrẽs, demiſſus, afflictus. Ep. 51 b, & de Orat. 126 a, Nec domo mœrens ad rempub. confugere poſſum. pro Dom. 218 b, Lugente ſenatu, mœrentibus bonis omnibus. pro Corn. 66 b, Homines alienis bonis mœrentes.

MOEREO, mœres. *doleo, lugeo, gemo, in mæſtitia ſum, voce & querelis dolorem indico.* Ep. 233 a, Nec miror, ſed mœreo caſum eiuſmodi. Qu. fr. 305 a, Illud mœreo, quòd, &c. Tuſc. 171 a, At illa ſicut acerbiſſimam rem mœret. pro Seſt. 11 b, Nõ verebar, ne quis perditorũ ciuium mortẽ mœreret. & 10 a, Etiámne edicere audeas, ne homines ſuã, meã, reip. mœrerent calamitatẽ. Tuſc. 173 a, Cùm grauiter filij mortem mœreret. Epiſtol. 51 a, Amici, qui tuo dolore mœrent. pro Seſt. 8 a, Qui rempub. nimis tardè cõcidere mœrent. Tuſc. 154 b, Nemo enim mœret ſuo incommodo, dolent fortaſſe & anguntur. Orat. 203 b, Cùm triſtis eſſet Calchas, mœſtior Vlyſſes, mœreret Menelaus. I. A. 223 a, Vt nemo vnquã vnici filij morte magis doluerit, quàm ille mœret patris. I. P. 83 b, Cùm omnes boni abditi incluſiq; mœrerent, templa gemerent. * pro Seſt. 10 a, Quis vnquam tam crudelis fuit, qui prohiberet quenquam aut ſibi mœrere, aut cæteris ſupplicare?

MOEROR, ris *ægritudo flebilis.* Attic. 195 b, Mœrorem minui, dolorẽ non potui. de Orat. 126 b, Cùm C. Marius mœrorem orationis meæ lacrymis ſuis adiuuaret. Epiſt. 59 b, & 71 b, Cũ à me exponeretur, quanto in mœrore meus frater. pro Seſt. 18 b, Diſceſſerat ab Aſia frater meus magno ſqualore, ſed multo maiore mœrore. At. 180 b, Nihil enim de mœrore minuendo ſcriptum ab vllo eſt, quod, &c. Tuſ. 3, Mœrore ſe conficere. ibid. À mœrore recreari. * de Fin. 61 a, Mœrores qui animos exedunt conficiuntque curis. I. V. 262 a, Ne mœror parentum ac propinquorum magiſtratibus noſtris quæſtui poſſet eſſe. I. C. 104 b, Quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis? Tuſcul. 213 a, Mœror ægritudo flebilis. Attic. 41 b, Ne meum mœrorem exagitem. Att. 42 a, Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. & b, Neq; totum animum tuum mœrori mecũ ſimul dediſſes. Att. 43 a, Vt aut illum amantiſſimũ mei molliſſimo animo, tanto in mœrore aſpicerem. Att. 44 a, Mœrore impedior. Att. 278 a, Me quidem tum rationes, quas collegeras, tum autoritas tua à nimio mœrore deterruit.

† Syntaxis. *Mærendo nihil proficitur. Mærens fletus. Mærens, demiſſus, afflictus. Alieno mærore doleo, caſu alicuius, calamitate. Mærorem minui, non dolorem. In mærore verſari, iacère, in ſqualore eſſe. (ſed magis, in mærore.) Conficere ſe mærore. À mærore recreari.*

MOESTÈ. ad Heren. 20 b, Tum clementer, mœſtè, hilare in omnes partes commutabimus.

MOESTITIA, æ. *mæror, triſtitia, luctus, ſqualor.* Tuſcul. 171 a, Preſſi & flebiles modi, qui totis theatris mœſtititiam inferant. I. A. 167 b, Tanta in mœſtitia fui, quanta, &c. Orator. 210 b, Reſiſtere mœſtitiæ. * de Orat. 109 b, Ecce aliqui duritatem & ſeueritatem quandam verbis, & orationis quaſi mœſtitiam ſequuntur. Offic. 29 b, Ex oculorum obtutu, &c. ex mœſtitia, facilè iudicabimus, quid eorum aptè fiat.

MOESTVS, a, um. *triſtis, mærens, ſordidatus, incultus, horridus, capillatus.* de Orat. 120 b, Cùm excitaui mœſtum ac ſordidatum ſenem. Poſtq. 207 a, Cùm eum incultum, horridum, mœſtumque vidiſſes. Epiſt. 51 b, Vt tum me à rep. mœſtum domus excipiebat. ad Her. 21 a, Mœſto & conturbato vultu.

† Syntaxis. *Mæſtitiam alicui inferre. In mæſtitia eſſe. Mæſtus ac ſordidatus. Incultus, horridus, mæſtus. Mæſtus & cõturbatus.*

MOLA, læ. *far toſtum ſale reſperſum, libatio.* de Diuin. 116 a, Cor eſt in extis, iam abſcedet, ſimul ac molam & vinum inſperſeris.

¶ *Et ſaxum quo frumẽtum frangitur.* Att. 23 a, Fauonius Rhodi videtur molis potius, quàm Moloni operam dediſſe.

MOLES, lis. I. V. 338 a, Fons munitione ac mole lapidum à mari diſiunctus. Attic 66 b, Aditus inſulæ muniti ſunt mirificis molibus. & 150 b, Ab vtroque portus cornu moles iacimus. pro Milon. 118 a, Albanorum aræ, quas ille cæſis lucis ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. I. A. 264 a, Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciſæ literæ diuinæ, virtutis teſtes ſempiternæ. contr. Rull. 84 a, Hi Capuam ſedem nouæ reipub. conſtituunt, molem contra veterem rempub. comparant. I. C. 102 a, Vix molẽ iſtius iniuriæ ſuſtinebo. I. C. 114 b, Non facilè tantam molem mali à ceruicibus depuliſſem. Offic. 35 b, Adde Agrorũ irrigationes, moles oppoſitas fluctibus. * de Or. 163 b,

*Maior mihi moles, maius miſcendum eſt malum,*
*Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.*

Tuſcul. 179 a,

*Hos non hoſtilis dextra, non terra edita*
*Moles gigantum, non biformato impetu*
*Centaurus ictus corpori infixit meo.*

MOLESTÈ. *grauiter.* Ep. 11 a, Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat. Att. 221 b, Te de prędio auiæ exerceri moleſtè fero. & 15 a, Iam illud moleſtè rogo, vt, &c.

MOLESTIA, æ. *cura, ſolicitudo, angor, negotium, ægritudo permanens.* de Orat. 142 b, Acerba ſanè recordatio veterem animi curam moleſtiamque renouauit. Epiſtol. 136 b, Omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus te miſerrimam habui, depoſui & eieci. pro Syll. 167 a, Ex huius incommodis magnam animo moleſtiam capio. pro Qu. Roſc. 50 b, Nunquam hac te cura & moleſtia liberabo. Epiſt. 26 b, Niſi iam ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias. & 10 a, In moleſtia gaudeo. Ep. 261 b, Habeo etiam illã moleſtiam, quòd, &c.

57 a, Eſſe in maximis moleſtijs. Ep.47 a, & 201 b, Trahere moleſtiam ex pernicie reipub. Attic.21 a, Exhibere moleſtiam alicui. Att.120 b, Sed in hoc ipſo habẽt tamen ijdem faſces moleſtiam. Qu.frat.312 b, Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola hoc aſperſit moleſtiæ, quòd, &c. & 327 a, Deleuit mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. de Am.113 a, Qui mouentur, eam moleſtiam quam debent capere, non capiunt, &c. * de Fin. 59 b, Quæ tanta ex improbis factis ad minuendas vitæ moleſtias acceſſio fieri poteſt, quanta ad augendas, tum conſcientia factorum, tum pœna legum, odioque ciuium. de Orat.163 b, Aliud moleſtia *vocis genus ſibi ſumit.* pro Marc.136 b, Magnis curis, moleſtijs, doloribus liberatus. de Fin. 55 b, Quos dolores, quas moleſtias excepturi ſint. Tuſcul.212 b, Aegritudini inuidentia, &c. moleſtia *ſubijciuntur.* & 213 a, Moleſtia ægritudo permanens. Offic.35 a, Quibus *tectis* & frigorum vis pelleretur, & calorum moleſtiæ ſedarentur. Ep.181 a, Nondum ſatis conſtitui, moleſtiæ'ne plus an voluptatis attulerit mihi Trebatius noſter.

MOLESTVS, a, um. *grauis, intempeſtiuus, odioſus, negocioſus, laborioſus.* de Am. 100 a, Amicitia nunquam intempeſtiua, nunquã moleſta eſt. Offic.14 b, Minus alijs grauis aut moleſta vita eſt ocioſorum. pro Mur.128 a, Prouincia negocioſa & moleſta. de Leg. 187 b, Nihil laborioſius moleſtiusque prouincia. de Nat.37 b, Labor operoſus, & moleſtus. Acad. 41 b, Academiam renouari à te, niſi moleſtum eſt velim. de Orat.110 a, Nos quidem, niſi fortè moleſti vobis interuenimus, veniſſe delectat. de Sen.87 a, Cupidis talium rerum odioſum & moleſtum eſt fortaſſe carere. de Amic. 199 b, Sunt enim quidam, qui moleſtas amicitias faciunt, cum ipſi ſe contemni putant. * I. V. 60 b, Cùm omnis arrogantia odioſa eſt: tum illa ingenij atque eloquentiæ multò moleſtiſſima. Attic. 171 a, Et illam miſeram mea culpa & negligentia, tueare meis opibus, ſi quæ ſunt: tuis, quibus moleſtum non erit, facultatibus.

† Syntaxis. *Moleſtè te rogo. Curam & moleſtiam renouare. Moleſtijs & ſolicitudinibus multis aliquem habere miſerum. Moleſtias deponere, capere, depellere, habere, trahere, exhibere, aſpergere, delere. Graue & moleſtum. Negocioſa & moleſta prouincia. . Operoſa & moleſta. Odioſum ac moleſtum.*

MOLIENDVS, a, um. de Orat.127 a, Hæc ferè ſunt in iudicũ animis oratione molienda, amor, odium, iracundia, inuidia, miſericordia ſpes, lætitia, timor, moleſtia.

MOLIENS, tis. de Natur.16 b, Agens aliquid & moliens Deus. & 37 b, Non ceſſans Deus, nec quæ agit moliens cũ labore operoſo & moleſto. de Sen.82 a, Senectus eſt operoſa, & ſemper agens aliquid & moliens, tale ſcilicet, &c. de Vn.197 a, Mundum efficere moliens Deus, terram primùm ignemque iungebat, &c. pro Planc.266 a, M. Druſus multa in rep. moliens. * I. A.264 a, Vos redire molientem repuliſtis. Parad.124 b, Qui *videt domi tuæ* nocentes & pecunioſos reos eodem te autore corruptelam iudicij molientes.

MOLIOR, iris. *ago, ſtruo, conor, & quodammodo machinor, paro.* de Nat.1 a, b, Vtrum dij nihil agant, nihil moliantur, atque ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent, an contrà ab ijs cuncta regantur. & 12 a, Deus nulla opera molitur. Epiſt.87 b, Agam ipſe per me, & moliar. Academ. 7 a, Vt moliatur aliquid & faciat. de Legib. 195 b, Qui aliquod munus efficere molitur. Epiſtol. 5 a, Nunc id ſperamus atque molimur, vt, &c. I. V. 222 b, Amplius hora iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. & 253 b, Non te pœnitet pro ratione temporum ita eſſe molitum. Ep.89 a, & de Fin.59 b, Si molita quippiam eſt *iniuſtitia.* pro Seſt. 3 a, Moliri periculum alicui. pro Cl. 54 b, Moliri inſidias alicui. & 55 b, Struere & moliri aliquid calamitatis alicui. pro Sex. Roſc. 222 a, Moliri aliquid mali. contra Rull 68 a, Moliri aliquid occultè. Tuſc. 151 b, Moliri maiora. I. C. 104 b, Peſtem patriæ nefariè moliri. de Ar.253 a, Quis igitur hanc optimatium diſcordiam molitur? Attic. 105 b, Niſi quid occultè Cæſar per tribunos molitus erit. pro S. R.33 b, Multa ſæpe imprudẽtibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. Attic. 138 b, Equidem illud molior, vt mihi Cæſar concedat, vt abſim. Orat. 200 a, De quo molimur aliquid exquiſitius dicere. Att.236 b, Minimè obſcurũ eſt, quod iſti moliuntur. & 257 a, Octauius magna molitur. pro Milon.114 a, Si Milonem de tua vita nefariè aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas.

† Syntaxis. *In iudice moliri odium. Agens aliquid, & moliens Deus. Moliri aliquid cum labore operoſo & moleſto. Mundum efficit moliens Deus. Agere & moliri. Moliri & facere. Amplius menſe moliri in legendo. Moliri periculum, inſidias, calamitatem, peſtem alicui.*

MOLITIO, nis. *machinatio, fabricatio.* de Nat. 5 b, Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? & 6 b, Propter paucos tanta eſt facta rerum molitio. de Vn.196 a, Originem rerum & molitionem nouam quærens.

MOLITOR, toris. *machinator, fabricator, architectus.* de Vniu. 197 b, * Hanc habuit rationem effector mundi molitorq; Deus, vt vnum opus totum atq; perfectum ex omnibus totis atq; perfectis abſolueret.

* MOLITVS, a, um. vide MOLIOR.

MOLLIENDVS, a, um. de N.20 a, Sed vſu mollienda nobis dura verba ſunt.

MOLLIO, is. *mitigo, moderor.* de Orat 145 a, Aetas iam deflexa ad ocium domeſticarum me rerum delectatione molliuit. de Senect. 79 b, Fabius Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. Tuſc. 180 b, Poëtæ molliunt animos noſtros. * in Clod. Mollire vocem. Ep.50 b, Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat.

¶ *Effœmino.* Tuſc.243 b, Sed nos animum opinionibus, maloq; more delinitum molliuimus.

MOLLIOR, ris. *liquor, liqueſio.* de Nat.53 a, Dentibus in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur, & mollitur (*fortè rectius, molitur*) cibus. de Nat.31 a, Frigoribus dureſcit humor, & idem viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore.

¶ *Effœminor, ris.* I. A. 240 b, Ipſa illa Martia legio hoc nuncio langueſcet & mollietur.

MOLLIPES, dis. de Diu.83 a,

*Mollipedesq; boues ſpectantes lumina cœli.*

MOLLIS, lis: lior, ſſimus. *tener, tractabilis, flexibilis, effœminatus.*) (.*durus, & quaſi ferreus.* de Clar.168 a, Hic inflexit orationem, & eam mollem teneramque reddidit. Orat.201 b, Oratio mollis & tenera, & ita flexibilis, vt ſequatur quocunque torqueas. de Orat.117 b, Genus dicendi molle & remiſſum. Offic. 26 a, Ne quid effœminatum, aut molle, aut ne quid durum, aut ruſticum ſit. Quint.frat.316 a, Infima auricula mollior. de Orat. 104 a, Philoſophus mollis, languidus, eneruatus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens. de Finib. 56 b, & 127 a, Voluptarius, delicatus, & mollis. de Cl.185 a, Solutus & mollis in geſtu. Attic. 22 a, Quodammodo molli brachio obiurgare aliquem. pro Milon.109 a, Molle, tenerum, fragile, flexibile. Offic. lib.1, Molliorem eſſe in dolore. I. V. act. 3, Vtram igitur putas legem molliorem? Tuſc. lib.2, Cultus molliſſimus. de Orat lib.3, Molliſſima cera. Tuſc. lib.1, Cogitationibus molliſſimis effœminamur. * Hortenſ. Et modeſtiores & ad capienda præcepta molliores. Attic.14 a, Quanta ſit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem.

MOLLITER, ſſimé. *cum luxu.* de Orat. 148, Recubare alicui molliter ac delicaté. & Offic. 11 b, Delicatè & molliter viuere.

¶ *Leniter.* Epiſt.16 b, Id enim feci parcè & Molliter. de Nat. 52 a, Aues nidos conſtruunt, eoſq; quàm poſſunt molliſſimè ſubſternunt. de Sen.78 a, Quod ferendum eſt molliter ſapienti.

† Syntaxis. *Vſus verba mollit. Animus malo more delinitus mollitur. mollitus cibus, humor, legio. Inflexa, mollis, ac tenera oratio. Mollis & remiſſus. Voluptarius, delicatus, mollis. Solutus & mollis. In dolore mollis. Cogitatio mollis. Delicatè ac molliter cubare.*

MOLLITIA, tiæ. *mollities, mollitudo, teneritas, lenitudo.* Part.237 a, Lenitatem mollitia animi imitatur. de Fin.55 b, Qui officia deſerunt mollitia animi. id eſt, laborum & dolorum fuga. pro Syll. 170 a, Qua mollitia ſum animi & lenitate. * Orat.202 a, Nulla mollitia ceruicum. Tuſcul.186 b, Qua *voluptate* cum liqueſcimus, fluimusq; mollitia.

* MOLLITIES, ei. *mollitia, mollitudo, teneritas, lenitudo.* de Fin. 139 a, In primo ortu ineſt teneritas & mollities quædam, vt nec res videre optimas nec agere poſſint. de Leg.177 b, Quarum *ciuitatum* mores lapſi ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus. Att.14 b, Eſſe hanc agilitatem, vt ita dicam, mollitemq; naturæ plerunq; bonitati. Attic. 194 b, Noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, conſuetudinem victus.

MOLLITVDO, nis. de N.53 b, In pulmonibus ineſt raritas quædã, & aſſimilis ſpongiæ mollitudo. de Or.152 a, & 157 b, In ipſo tactu eſt & mollitudinis & leuitatis modus Tuſc. 237 b, Mollitudo corporis, lenitudo orationis. ad Her.19 b, * Figura vocis diuitur in tres partes magnitudinẽ, firmitudinẽ, mollitudinẽ. ibid. Mollitudinẽ vocis, hoc eſt, vt eam torquere pro noſtro cõmodo poſſimus, maximè faciet exercitatio declamationis. ad Her. 20 a, De mollitudine vocis, quę maximè neceſſaria eſt oratori, quoniam ea quoq; moderatione declamationis cõparatur, dicendum videtur. ibid. Mollitudo vocis. quoniam omnis ad rhetoris præceptionẽ pertinet, diligentiùs nobis conſideranda eſt.

Eam diuidimus in ſermonē, contentionem, amplificationem ad Her.20 b, Mollitudo vocis in tres partes diuiſa eſt.

Mollitus.a,um. de Nat.52 a, Nilus recedens agros mollitos oblimatosq́; ad ſerendum relinquit.

† Syntaxis. *Lenitatem mollitia imitatur. Infantis mollicies & temeritas. Animi mollitia & lenitas. Mollitudo pulmonis, vocis. Mollitus ager, & oblimatus.*

Molossi *populi*. de Diuin.96 a.

Momentum, ti. *punctum temporis, pondus, vis, motus, itē & loci veſtigiū & tēporis*. Ep.88 a, Omnia momēta obſeruabimus, neq; vllū prætermittemus tēpus tui iuuandi. de Fin.145 b, Nec vllo minimo momēto plus ei vitę tribuo, quàm Stoici. I. A.199 b, Minimis momētis maximæ inclinationes tēporū fiunt. de Diu.105 a, Paruis enim momētis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. Off. 54 a, Omnia ex altera parte collocata vix minimi momēti inſtar obtinent. contr. Rull 82 a, An ignoratis cætera vectigalia perleui ſępe momēto fortunę inclinatione pendére? pro Mur. 124 b, M. Cato diligentiſſimè perpendens momēta officiorū omniū. pro Mur.128 a, Quęſtura vtriuſq; propemodum pari momēto ſortis fuit. de Fin.96 b, Nihil aliud alij momēto vllo antepones. Acad.47 b, Cùm in eadē re paria in cōtrarijs partibus momēta rationū inuenirentur. de Fin. 72 b, Hoc nihil habet momenti. Acad.31 b, Ita ſunt in pleriſq; contrariarū rationū paria momenta. pro Mur.139 a, Hęc res nullū habet momentū ad beatam vitā. & ibid. Qui ad appetitionē rerū in his momēta diceret. de Fin.133 a, In his momēta ſunt maxima ad beatè viuendū. de Fin.60 b, Hoc plus aut ad beatā, aut ad miſerā vitā affert momēti, quàm eorū vtrumuis. I.V.272 b, In rep. permagni momenti eſt, ratio atq; inclinatio temporū. Brut.90 b, Non enim ignoras, quanta momēta ſint in rep. temporū. ꝓ Font. 276 b, Vt ſua autoritas aliquid apud veſtros animos momenti habuiſſe videatur. pro Mur.145 b, Si quid habet aut momenti cōmendatio, aut autoritatis cōfirmatio mea. in Vat. 29 a, Teſtimonium tuum nullius momenti putatur. ibid.39 b, Id eſt maximi momenti & ponderis. de In.72 a, Magno momēto eſſe ad perſuadendū. pro Font.278 b, Ad vnā quanq; rem æſtimandā, momētoq; ſuo ponderandā. de Or.96 b, Inuenta non ſolùm ordine, ſed etiā momento quodam atque iudicio diſponere. de Nat. deor.49 b, Aſtra forma ipſa figuraque ſua momenta ſuſtinent. Tuſc. 156 b, Elementa habent inter ſe quaſi partita & diuiſa momenta. * Orat. 201 a, Non ſemper, nec in omnibus cauſis, ex ijſdem *locis* argumentorum momenta ſunt. Acad.33 a, In medijs ea momenta, quæ Zeno voluit, nulla eſſe cenſuit. de Fin. 117 a, Qui nulla in re, niſi in virtute aut vitio, propenſionem ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum diceret. de Fin.126 b, Quæ eſſent in Repub. inclinationes rerum, & momenta temporum, quibus eſſet moderandum, vtcunq; res poſtularet.

† Syntaxis. *Obſeruare momenta. Minimis momentis maximæ tēporum inclinationes. Perleue momentum fortunæ. Officiorum momenta, ſortis, rationum, gratiæ. Id non habet momentum ad beatā vitam. &, In hoc eſt maximum momentum ad. Id momentum affert ad. Nullius momenti putatur. Momentum ac pondus. Id magno eſt momento ad. Rē æſtimare, momentoq́; ſuo ponderare. Ordine, momento, iudicioq́; diſponere.*

Momus, mi. *cui nihil ſatis facit, qui nihil non carpit, qui omnes reprehendit, reprehenſor, obtrectator*. Att.80 a, Vt etiam Liguri no μώμῳ ſatisfaciam.

Monedula, læ. *auis, quæ monetam pecuniámve furatur, cuius eſt admodum cupida.* pro Flac. 162 a, Non plus aurum tibi, quàm monedulæ committebant. *prouerbium.*

Monendus, a, um. *admonendus* Nam & monendi ſæpe amici ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, cum beneuolè fiunt.

Moneo, es. *admoneo, ſuadeo, hortor, præcipio, prædico.* de Inu.70 b, Pietas officium erga parentes cōſeruare monet. de Diu. 135 b, Mea cauſa me mones, quod non intelligam? quid igitur me mones? & 136 b, Quæ noſtra cauſa nos mones. Qu. frat.309 a, Tu me de retinenda Seſtij gratia literis monuiſti. Attic.181 a, Te oro, vt Terentiam moneas de teſtamēto. Ep.2 a, Monere aliquem, vt fugiat infamiā. Off.8 b, Monere aliquem ne aliquid faciat. de Aruſp.256 a, b, Cùm dij monent de optimatium diſcordijs. I. C.108 b, Sed eos hoc moneo, deſinant furere. Off. 18 b, Vt rectè præcipere videantur, qui monent, &c. Att.234 a, Id ipſum quod me mones, quę triduo antè cogitâram. de Or. 117 a, Hic Sulpitius, Me quidē (inquit) rectè mones. Ep.31 b, Eaq́; me ex tuis mandatis monuit, quę, &c. Ep. 27 b, Quæ tu me mones vt caueā. ad Her.1 a, Si te vnū illud monuerimus. Epiſt. 143 b, & 145 b, Monere atq; hortari aliquē. Ep 47 a, Monente & denunciante te. I.V.73 a, Moneo, prędico, antè denuncio. Ep.145 b, Autoritate monere. I A.212 b, Equidē nō deero, monebo, prędicabo, denunciabo, & teſtabor ſemper deos & homines, quid ſentiam. * de Sen.83 b, Nec vnquam ſum aſſenſus illi veteri laudatoq; prouerbio, quod monet, maturè fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. de Diu. 134 b, Cur his hominibus conſulens Deus, ſomnijs moneat eos. & 135 b, Quæ noſtra cauſa nos monerent *Dij*.

Moneor, ris. de Am. 112 b, Sed quum tot ſignis natura declaret, quid velit, obſurdeſcimus tamen neſcio quo modo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus, &c. de Aruſp. 254 a, De quo ipſo nunc monemur.

Moneta, tæ. *à monendo dicta. Iuno autem Moneta appellabatur, quòd in eius æde publicæ monetæ pecuniæq́ue Romæ cudebantur.* de Nat 69 a, & de Diu.191 a, Iuno Moneta. & ibidem, De ea, &c. I.A.209 b, Att.lib.8.

Monetalis, le *qui monetam cudit.* Att.165 b, Monetali autem aſſcripſi, quod ille ad me proconſulem, &c.

Monile, lis. *colli ornamentum.* I.V.208 b, * Vt cùm vidiſſet monile, vt opinor, ex auro & gemmis: pulchritudine eius incenſa ſalutem viri proderet.

† Syntaxis. *Te moneo de. Hoc te moneo, ne. Moneo, prædico, denuncio. (irati conteſtantis.)*

Monimentum, *rectiùs* Monumentum. ὑπομνηματισμὸς, *memoria, literæ, commentarij, extractio, ornamentum, publicum opus, trophæum, moles, ſepulcrum, liber.* de In 51 a, Res, quarum monimenta certa in literis extant. Epiſt.67 a, Cupio quàm celerrimè res noſtras monimentis cōmendari tuis. Epiſt. 83 a, Nec nos quidem noſtra diuinatio fallet, quam ſapiētiſſimorum virorum monimentis atq; præceptis conſecuti ſumus. de Orat.101 b, Monimenta rerum geſtarum, & vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent. Orat. 114 a, Qui ſine vllis ornamentis monimenta ſolùm temporum, hominum, locorum, geſtarumq; rerum reliquerunt. Epiſt. 75 b, Niſi iſta pecunia grauiſſimis eſſet certiſſimisq́; monimentis teſtata, cui data, quo ſenatuſconſulto, &c. pro Rab 93 a, Iſte omnes & ſuppliciorum & verborum acerbitates nō ex memoria noſtra ac patrum noſtrorum, ſed ex annalium monumentis atq; ex regum commentarijs cōquiſiuit. de Clar.170 a, Ipſæ enim familiæ ſua quaſi ornamenta & monimēta ſeruabant, & ad vſum ſiquis eiuſdem generis occidiſſet, & ad memoriam laudū domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam. Attic.283 b, Extare enim volebam in crudeliſſimos hoſtes monumenta odij publici ſemperna. item, Cùm ad templum monimentūq́; noſtrum ciuitates pecunias decreuiſſent. contra Rull.78 b, Prædas ac manubias ſuas imperatores in monimenta deorum immortalium, atq, in vrbis ornamenta conferre. Anteq;.193 a, Tot præclaris teſtimonijs monumentisque virtutis comparatis. contr.Rull.86 a, Hæc tu ſceleris veſtigia, quàm monimenta maiorum ſapientiæ ſequi maluiſti. I.C.116 b, Quibus pro tantis rebus nullum inſigne honoris, nullum monimentum laudis poſtulo. I. C. 116 b, In animis ego veſtris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis inſignia, condi & collocari volo. pro Ar. 191 a, Aditus templorum ac monimentorum ſuorū carminibus exornauit. pro Dom. 235 b, Monumentum quod poſitum eſt, vt eſſet indicium oppreſſi ſenatus, ad memoriam ſempiternam turpitudinis. ibidem. 223 b, Quid quod nunc apud pontifices agis? te meam domum conſecraſſe, te monumentum feciſſe, te in meis ædibus ſignum dedicaſſe. ibidem. 233 a, Si mea domus non modò mihi non redditur, ſed etiam monumentum præbet inimico doloris mei, ſceleris ſui, publicæ calamitatis: quis erit, &c. I. V.267 a, Apud te, cuius nullum in republ. vnquam monumentum fuit. Epiſt. 56 a, Monumentum ei marmoreum faciendum locauerunt. de Inuent. 71 a, Statuere æterna inſignia poſteris, & ſtatuere æternū monumentum. I P.99 a, Is in Macedonia trophęa poſuit, q̄ bellicę laudis victoriæq; inſignia & monumēta ſunt. itē: Aetas trophæis monumētisq; finē affert. pro S.R.53 a, Nec ſibi quicquā patriū, ne monumēti quidē cauſa reliquit. pro Mil.122 a, Huius vos animi monumenta tenebitis. *id eſt, memoriam.* I.A.252 a, Cuius conſulatus eſt ex omni monumentorum memoria reuulſus. de Cl.167 a, & Acad.1 b, & 39 b, & de Diu.87 a, Nota res eſt, & à teipſo mandata monumentis pro Seſt.24 a Hæc monumētis annalium mandantur, poſteritati propagantur. pro R.P 129 b, Hæc res annalium monumentis celebratur. pro Dom. 230 a, Vt annales pop. Romani & monumenta antiquitatis loquūtur. & 241 a, Nullū ex ea dedicatione literarū extat monumentū. pro Plan.279 a, Hæc de ſapientiſſimis viris monumenta nobis literę prodiderunt. de Diu.72 b, Nihil eſt quod nō longinquitas temporū excipiente memoria, prodendisq́; monumentis efficere atq; aſſequi poſſit. cont. Rul.83 b, Hoc perſcriptū in monumētis veteribus reperietis. pro Syl.174 b, Publica monumenta. Qu. fr.295 b, Studia & artes, quę ſunt nobis Gręciæ monimētis diſciplinisq́; traditæ. & 298 b, Ampliſſimis monimentis cōſecrare

memo-

memoriam nominis ſui. Off. 11 b, Magnum eſt enim, eadem habere monimenta maiorum, eiſdem vti ſacris, ſepulcra habere communia. Offic. 53 a, Nulla eius ingenij monimenta mandata literis nullum opus ocij, nullum ſolitudinis munus extat. * pro Dom. 241 a, In vrbe monumentum deletæ Reip collocatis. Frag. Ep. Quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor: ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiam. Hortenſ. Ex analium monumentis res bellica, aut omnis Reipub. diſciplina cognoſcitur. I. V. 141 a, Vt honorem hominibus habitum in monumentis huiuſmodi nonnulla religione Deorum conſecrari arbitrentur. ibid. Videtis conſuetudinem religionemq; Græcorum, quæ monumenta hoſtium in bello ipſo ſoleat defendere. I. V. 144 b, Decreto ſociorum erepta mihi eſſe iſtius iudicia ac monumenta furtorum. I. V. 205 b, In Mamertinorum ſolo monumentum iſtius crudelitatis conſtitutum eſt. pro Syll. 174 b, Niſi recenti memoria ſenatus, authoritatē huius iudicij monumentis publicis teſtatus eſſem. pro Seſt. 21 a, Cuius mortem ornandam monumento ſempiterno putaretis. I. A. 197 a, An illa non grauiſſimis ignominijs, monumentisq; huius orationis ad poſteritatis memoriā ſunt notanda. I. A. 202, Cùm Sex. Pompeium reſtituit ciuitati, clariſſimum monumentum clementiæ ſuę. I. A. 363 b, Placet mihi, militibus, qui pugnātes occiderunt, monumentum fieri quàm ampliſſimum. de Fin. 87 a,

*Nanq; tibi monumenta mei peperere labores.*

& 89 a, Non elogia monumentorum id ſignificant. Tuſc. 154 b, Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant. Ep. 13 b, Iidem poſtea non meum monimentum (non enim illæ manubiæ meę, ſed operis locatio mea fuerat) monimentū verò Senatus hoſtili nomine & cruētis inuſtum literis eſſe paſſi ſunt. Att. 190 b, Ego his temporibus tam eruditis, quantum fieri poterit, profecto illā conſecrabo omni genere monumentorum ab omnium ingenijs ſcriptorum & Græcorum, & Latinorum. I. A. 164 b, Me, &c. omni genere monumentorum meorum perfeciſſe operis ſubſciſiuis, vt.

† Syntaxis. *Monimentis commendatum, teſtatum, mandatum, Teſtimonium & monimentum virtutis. Sepulcrorum monumenta. Monumentum ſtatuere, tenere. Ex omni monumentorum memoria reuellere, annalium monumentis celebrare. Loquuntur annales & antiquitatum monumenta. Literarum monumenta teſtantur. Memoriam alicuius ampliſſimis conſecrare monumentis.*

Monitio, onis. *admonitio.* de Amic. 113 b, Monitio acerbitate, obiurgatio contumelia careat.

Monitor, oris, *admonitor, magiſter.* de Or. 117 b, Hoc pręceptum eſt magis monitoris non fatui, quàm acuti magiſtri. in Sall. 274 a, Quos ego habui omnium mearum actionū monitores. I. C. 120 a, Cæſar monitor & autor huius ſententiæ. pro Mur. 142 a, Appellare ciues per monitorem.

Monitum, ti. *præceptum, monitio.* I. A. 262. Meæ aures dies & noctes omnium præceptis & monitis patuerunt. Epiſt. 64 b, Meis conſilijs monitisq; nituntur. & 145 a, Ad quem metum ſi deorum monitis non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturaq; raperemur. * Ep. 70 a, Tuis monitis præceptisq; omnis eſt abijciendus dolor.

Monitus, tus. *Monitio* de Diuin. 126 a, Sortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur.

Monitus, a, um. Epiſt. 74 b, Memoria noſtræ amicitiæ, & virtute filij tui monitus.

† Syntaxis. *Præcepta, monitaque. Conſilia monitaque. Duci monitis amicorum, non ſenſu & coniecturis.*

Monogrammus, mi *pictus, tenuis, ocioſus.* de N. 37 b, Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus eſt.

Mons, tis. *alpes.* de Pro. 76 a, Nihil eſt iam vltra illam montium altitudinem, quod ſit pertimeſcendum. de Nat. 45 b, Impendentium montiū altitudines, & 52 b, Enumerari non poſſunt montes veſtiti ac ſylueſtres. & 58 b, Veſtitus denſiſſimi mōtium. de Cl. 169 a, Cùm plebs, &c. eum mōtem, qui Sacer appellatus eſt, occupauiſſet. de Diu. 84 a.

*---- cùm tumulos Albano in monte niuales Luſtraſti. ----*

de Or. 88 a, Genus hominum in montibus ac ſyluis diſſipatum. * pro C. Cornel. 1, montem illum trans Anienem, qui hodie mons Sacer nominatur, in quo armati conſederant, æternæ memoriæ cauſa conſecrarent. Incer. Erythræo oppido ſuperpoſitum montem Mimanta.

Monstro, as. *demonſtro, commonſtro, oſtendo, doceo, patefacio, digitum ad rem intendo.* Off. 11 a, Homo qui erranti comiter monſtrat viam. *ex Ennio.* de D. 108 a, Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. Epiſt. 262 b, Tu, ſi quid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis. *id eſt, docebis.* de L. 156 a, At quam Vliſſes Deli ſe palmam vidiſſe dixit, hodie monſtrant eandem. Ter. * Scio vbi ſit, verùm hodie nunquam monſtrabo.

† Syntaxis. *Monſtrare viam, res non intellectas.*

Monstrose. de Diu. 138 b, Nihil tam præpoſterè, tam inconditè, tam monſtroſè cogitari poteſt, quod non poſſimus ſomniare.

Monstrosus, a, um: ſsimus *portentoſus.* de Fin. 6 b, Alij lucifugi, monſtroſi de D. 122 b, Monſtroſiſſima beſtia.

Monstrum, ri. *oſtentum, portentum, prodigium,* τέρας. de Diu. 99 b, Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur. & de N. 27 a, I. C. 104 b, Nulla iam pernicies à monſtro illo atq; prodigio mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur. I. V. 186 a, Non mihi iam furtum, ſed monſtrum atq; prodigium videbatur. de Ar. 249 b, Periculum ex aliquo mōſtro ſignificatum cauere. Tuſc. 220 b, Dicere monſtra. I. P. 86 a, * Tunc etiam immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum auſus es meum diſceſſum illum maledicti & contumeliæ loco ponere? de N. 7 b, Multa eiuſdem monſtra, *id eſt, Monſtroſæ opiniones.* Att. 76 b, Audiuimus nihil aliud, niſi, &c. monſtra quædam non hominis, ſed ferę neſcio cuius immanis.

† Syntaxis. *Præpoſterè, inconditè, monſtroſè dicere. Monſtrum & prodigium (de homine.) Monſtra loqui (de re.)*

Montanus, a, um. contra. Rull. 85 a, Ligures montani, duri, & agreſtes. pro Dom. 228 a, Nullum eſt in hac vrbe collegium, nulli pagani, aut montani.

Montivagus, a, um. Tuſc. 244 a, Non montiuagos & ſylueſtres curſus patiuntur.

Montosus, a, um. *montuoſus.* pro Plan. 263 a, Aſpera & montoſa regio. Partit. 233 a, Plani an montoſi loci. *Alij montuoſi legunt.*

Montuosus, a, um. *vel potius.* Montosus. de Ami. 109 a, Locis montuoſis delectamur, & ſylueſtribus.

Monumentum, ti. *vide* Monimentum.

Mopsus, *Argiuorum rex, & vates.* de N. 27 de D. 98 b.

Mopsuhestia, æ: vel Moshestia, vel Mopshestia potius, *vrbs à Mopſo condita, ab eoq; ſic appellata, & ager in Cilicia.* Epiſt. 38 b, de D. 98 b.

Mora, ræ. *cunctatio, dilatio, prolatio tarditas, retardatio, procraſtinatio, tergiuerſatio, ſuſtentatio.* de In. 80 b, Deinde vtrum ſtatim fieri neceſſe ſit, an habeat aliquam moram & ſuſtentationem. Att. 183 b, Multam mihi moram afferunt. I. A. 193 b, Iſta legatio moram & tarditatem afferet bello. I. V. 270 a, Vt ſupplicij aliquam paruam moram poſſet afferre. Att. 31 b, De Publico autem puod perſcribi oportet, morā non puto eſſe faciendam. Ep. 56 b, Propter tarditatem ſententiarum, moramq; rerum commodiſſimū mihi Plancoq; fratri viſum eſt pro Syl. 178 a, Venire omnes ſuas poſſeſſiones maluit, quàm vllam moram fieri cuiquam creditorum ſuorum. I. V. 270 a, Non modò effugium, ſed ne moram quidem mortis aſſequi potuit. Att. 276 b, Omnino Panſa viuo celeriora omnia putabamus, nunc per auſpicia longam moram video. pro Cecin. 286 a, Qui igitur conuenit, quæ cauſa &c. eandem eſſe moram ad iudicandum? pro Cec. 286 a, Moram ad condemnandum acquiſiſſe. Att. 215 a, Non enim puto tam expeditum iudicium, vt non habeat aliquid moræ. pro Rab. 91 b, Cùm ad iudicij moram familiaris funeris excuſatio quæreretur. I. V. 269 b, Moram ſupplicio quærere. pro Cec. 285 a, Iudicandi iuſtā moram ac religionem iudicibus inijcere. I. C. 99 a, Dixiſti paululum tibi eſſe etiam nunc moræ, quòd ego viuerem. pro Mil. 111 b, Quid ergo erat moræ & tergiuerſationis? Epiſt. 188 b, Habeo paululum moræ, dum promiſſa militibus perſoluo. Acad. 39 a, Quod cum audiuiſſemus, nullam moram interponendā putauimus, quin videremus, &c. de In. 44 b, Inferre moram & impedimentum alicui. Aſin. Ep. 163 a, Eſſe in mora. *id eſt, morari, & detinere aliquem, vel inferre moram & impedimentum alicui.* Brut. 288 b, Quod ego, vt debui, ſine mora feci. I. C. 111 a, & Ep. 117 b, Illi ſine recuſatione, ac ſine vlla mora negocium ſuſceperunt. Att. 177 a, Sine mora facere aliquid, abiecta omni cunctatione. Or. 201, Diſtincta alios, & interpuncta, interualla, moræ, reſpirationesq; delectant. I. A. 224 b, Tu nullam moram interpoſuiſti, quin quàm primùm maximo gaudio frueremur. I. A. 205 b, Quæ cùm viderem, nullam moram interponendam inſequendi M. Antonium putaui. & 206 b. Vtinam hæc legatio nihil haberet morę. & 217 b, Tu omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus. At. 81 a, Tibi, vt video, & ſpero, nulla ad decedendum mora. & 81 b, In his γλυκυπικρὸν illud confirmas, moram mihi nullam fore. de Fat. 307 a, Comitia ſine mora futura videntur. * Ep. 114 a, *Cælij.* Prætoris *comitijs* moræ quædam inciderunt.

† Syntaxis. *Moram & ſuſtentationem habere, afferre, facere, vt creditoribus: aſſequi, acquirere, inijcere, interponere, inferre. Eſſe alicui in mora. Sine mora & abiecta cunctatione, ſynonyma.*

Moralis, le. de Diu. 140 a, Nos eam partem philoſophiæ de mo-

demoribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

MORATVS, a, um. *moribus præditus & perpolitus, conſtitutus, inſtitutus.* de Or. 92 a, Ea, ſine quibus ciuitates nec eſſe, nec bene moratæ eſſe poſſunt. de Cl. 165 b, Bene morata, & bene conſtituta ciuitas. de Sen. 90 a, Optimè morata ciuitas. pro Mil. 120 a, Genus hominum optimè moratum. Part. 237 a, Quemad modum quis inſtitutus moratúſue fuerit. Tuſc. 177 a, & de Fin. 62 a, Quotuſquiſque philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, vt ratio poſtulat? de Or. 125 a, Probus bene moratus, & bonus vir. de Amic. 107 b, & 105 a, & 106 b, Bene moratus, bene inſtitutus, qui commodis eſt moribus, cui mores emendati ſunt. de Diu. 94 b, O` poëma tenerum & moratum, atque molle. Offic. 41 a, Apud etiam maiores noſtros fruendæ iuſticiæ cauſa videntur olim bene morati conſtituti reges.

† Syntaxis. *Ciuitas bene, optimè morata. Inſtitutus ac benè moratus. Ita moratus, vt, &c. Probus, bene moratus, vir bonus. Tenerum & moratum poëma.*

MORBOSVS, a, um. Tuſc. 220 b, Maiores noſtri iracundos ſolos, morboſos nominauerunt.

MORBVS, bi. *ægrotatio, inualetudo, malum.* I. C. 103 b, Vt homines ægri morbo graui, cùm æſtu febriq; iactantur, ſi aquam gelidam biberint, prius releuari videntur, deinde multo grauius vehementiusq; afflictãtur: ſic hic morbus, qui eſt in repub. releuatus iſtius pœna, vehementius reliquis viuis ingraueſcet. Tuſc. 191 b, Qui in morbo ſunt, ſani non ſunt. & 192 a, Còrpus quod in morbo eſt. Off. 17 a, Medici leuiter ægrotantes leuiter curãt: grauioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibent. pro Cl. 54 b, & I. C. 103 b, Is ibi in morbũ incidit, ac ſatis vehementer diuq; ægrotauit. Epiſt. 156 b, Is in morbum grauem & periculoſum incidit, ex quo non conualuit. & Tuſc. 165 a, Cadere in morbum. Epiſt. 201 a, Grauius ægrotant ij, qui cum leuati morbo videntur, in eum deintegrò inciderũt. Poſtq. 198 b, Bona valetudo iucundior eſt eis, qui è graui morbo recreati ſunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt. de Diu. 94 a, Qui ſunt morbo graui & mortifero affecti. I. P. 98 a, Qui cùm vno genere morbi affligerẽtur, neq; ſe recreare quiſquã poſſet, cùm ſemel incidiſſet, dubitabat nemo, &c. de Fat. 143 b, Vt in eo qui mortifero morbo vrgetur. de Diuin. 111 b, Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet. & ibid. a, Num vates acutiùs conijciet morbi naturam, quàm medicus? & ibid. Aegrotus euaſit ex morbo. pro Plan. 278 b, Si me vis aliqua morbi, aut natura ipſa conſumpſerit, tamen, &c. pro Syl. 181 b, Ex magnis, & diuturnis, & iam deſperatis reipub. morbis iſta repentè vis erupit, vt ea confecta & eiecta, conualeſcere aliquando & ſanari ciuitas poſſet. de Nat. 77 a, Hunc igitur nec Aeſculapius miſero diuturnoque morbo intabeſcentem interemit. Tuſc. 215 b, Animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. de Nat. 37 b, Deus nec morbum metuens ex defatigatione membrorum. ad Attic. 169 a, b, Tu quartana cares, & nouum morbum remouiſti, ſed etiam grauedinem. ad Attic. 169 a, Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe & à vetere morbo, & à nouis tentationibus gaudeo. Tuſc. q. 215 b, Morbo teneri. Attic. 104 a, Pyliam in idem genus morbi delapſum audio. Attic. 173 b, Tulliæ meæ morbus & imbecilitas corporis me exanimat. pro Cluent. 29 a, In morbis corporis vt quiſque eſt difficilimus, ita medicus nobiliſſimus atq; optimus adhibetur. pro Cluent. 22 a, Mulier oppreſſa morbo eſt. Epiſt. 107 b, Morbi ſeneſcentis remiſſio. Tuſc. 113 b, Cùm ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi, ægrotationesque naſcuntur. & ibid. Ex perturbationibus morbi conficiuntur, quæ vocant illi νοσήματα. Att. 237 a, Cùm hominem temperantem, ſummum medicum tantus improuisò morbus oppreſſerit. de Fi. 85 a, Tanti aderant morbi veſicæ & viſcerum. de Fin. 61 a, Nec verò quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. *id eſt, animi vel corporis.* Epiſt. 107 b, Ego autem cùm omnes morbos reformido, tum quòd Epicurum tuũ Stoici malè accipiunt, quia dicant δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη moleſta eſſe: quorum alterum edacitatis morbum putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Epiſt. 107 b, Ego hîc cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amiſi: ſed ſi morbum depulero, facilè illa reuocabo. I. V. 95 a, Nam ille quoque ſodalis iſtius erat in hoc morbo & cupiditate. Ep. 17 a, Quòd morbo impeditus in Ciliciam non tranſieris. pro Syl. 177 a, Quas oras quaſi morbus quidam illius furoris peruaſerat. de Orat. 125 b, Mederi morbo alicui. de Fin. 144 b, Bonum valetudo, miſerum morbus. de D. 82 b, Mirari licet, quæ ſint adimaduerſa à medicis herbarum genera: quæ radicum, ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. de Vn. 197 b, Nullus morbus mundum poteſt, aut ſenectus affligere. de Diu. 137 b, Medici ex quibusdam rebus & aduenientes morbos, & creſcentes intelligunt. nonnullę etiam valetudinis ſignificationes, vt hoc ipſum, pleni enectíue ſimus, ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur. I. A. 216 a, Aliquis infirmus ex graui & diuturno morbo. I. A. 216 a, Contra vim grauitatemq; morbi contendit, vt ad caſtra perueniret. I. A. 227 b, Alter nondum ex longinquitate grauiſſimi morbi recreatus eſt. de Sen. 91 a, Faciliùs in morbos incidunt adoleſcentes, grauius ægrotant, triſtiùs curantur. * Incer. Cùm ſimul ægrotare cœpiſſent, & eorum morbus eodem tempore ingraueſceret, eodem leuarentur. Tuſc. 213 b, Prauarum opinionum conturbatio, & ipſarum inter ſe repugnantia ſanitate animũ ſpoliat, morbisq; perturbat. Tuſc. 214 a, Dum morbis corporum comparatur morborum animi ſimilitudo. ibid. Exiſtit & morbus, & ægrotatio, & offenſiones hæ, quæ ſunt eis morbis ægrotationibusq; contrariæ. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter ſe differunt, re verò copulata ſunt: eaque oriuntur ex libidine & lætitia. ibid. Exiſtit. morbus & ægrotatio: quæ auelli inueterata non poſſunt: eiq; morbo nomen eſt auaritia. Att. 1 a, Iurauit morbum.

† Syntaxis. *In morbo eſſe, in morbum incidere, cadere. Ex morbo conualeſcere. Morbo affligi, vrgeri, tentari, affici, leuari, è morbo recreari, euadere. Morbo teneri. In morbum delabi. Remouere morbum. Opprimi morbo. Morbus & ægrotatio. Morbum depellere. Ex grauiſſimi morbi longinquitate recreari.*

MORDAX, cis. *aculeatus, dentatus.* de Or. 131 a, Lacerat lacertum Largij mordax Memmius.

MORDEO, des. *figo, carpo, perſtringo.* Attic. 207 a, Valde me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra. pro S. R. 27 b, Alij canes & latrare & mordere poſſunt. Attic. 175 a, Si qua ſint in tuis literis, quæ me mordeant. Epiſt. 15 a, Par pari referto, quod eam mordeat. Tuſc. 208 a, Si paupertas momordit, ſi ignominia pupugit. Attic. 91 b, Qui ſcribis mordere te interdum, quòd non ſimul ſis. Epiſt. 44 b, Neque non me tamen mordet aliquid, &c. Epiſt. 178 b, Si frenum momorderis.

MORDEOR, ris. Tuſcul. 218 b, Morderi eſt melius conſcientia.

MORDICVS. *arctè, conſtanter.* Ac. 13 b, Perſpicuitas, quam mordicus tenere debemus, de Finib. 123 b, Verba tenent mordicus. Qu. fr. 324 a, b, Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet.

MORIBVNDVS, a, um. *moriens*, pro Seſt. 21 b, Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis, iacentem moribundumq; vidiſtis.

MORIENDVM. de Senect. 92 b, Moriendum certe eſt: & id incertum, an eo ipſo die.

* MORIENS, tis. pro Cæl. 50 a, Quo quidem tempore ille moriens, cùm iam cæteris ex partibus oppreſſa mens eſſet, extremum ſenſum ad memoriam Reipub. reſeruabat: cùm me intuens flentem ſignificabat interruptis atque morientibus vocibus. de Fin. 84 b, Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus. de Fin. 85 a, Refert tamen quod ſibi videtur eſſe morienti magna laus. & b, Cùm videamus tanta eſſe officia morientis?

MORIGEROR, aris. *morem gero, obſequor, ſatisfacio, placeo.* Orator. 212 a, Voluptati aurium morigerari debet oratio.

MORIOR, eris. *emorior, cædo, occido, intereo, decedo, animam ago, naturæ ſatisfacio, vitam pono, mortem obeo, mortem oppeto, de vita decedo, è vita, ex vita, à vita diſcedo, recedo, migro, emigro, demigro, excedo: vitam amitto, vita me deficit, vita priuor, vitalia lumina linquo, animam amitto, effluo, ago: vitam dimitto, reddo: extremum vitæ ſpiritum edo, vitam pro patria profundo, deſero: ab hominibus demigro, eripior, ago ſupremum diem vitæ, conficio extremum vitæ diem morte, deſciſco è vita, vitam naturæ reddo, lucis hanc vſuram reddo, intereo, diſſipor, diſſoluor, vitam cum morte commuto, mortẽ occumbo, diem obeo, extinguor, extremum ſpiritum effundo, ex corporis vinculis tãquam ex carcere euolo, mortem capio, de vita exeo.* Epiſt. 80 b, Ita enim viuere, vt non ſit viuendum, miſerrimum eſt. mori autem nemo ſapiens miſerũ duxit, ne beato quidem. de Senect. 94 a, Sapientiſſimus quiſque æquiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus inquiſiſſimo. Attic. 139 a, Videbatur vel mori ſatius fuiſſe, quam eſſe cum ijs. pro Quint. 3 a, Moritur in Gallia Quintius, & moritur repentinò. Epiſt. 165 b, Auiam tuam ſcito deſiderio tui mortuam eſſe. Attic. 2 b, Ex vulnere mori. Poſtquam. 204 b, Nunquam veſtrorum in nos beneficiorum memoria ac fama morietur. pro Cæl. 53 b, Vt iſte interpoſitus ſermo deliciarum deſidiæq; moreretur. I. P. 69 b, Ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur. de Sen. 92 a, Adoleſcentes mori ſic mihi videntur, vt cùm aquæ multitudine vis flãmę opprimitur: ſenes autem ſic, vt ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumptus ignis extinguitur. Epiſt. 122 b, Mori

& age-

& agere animam. de Fin. 85 a, Philoſophi in ſuis lectulis plerunq; moriuntur. de Diu. 129 a, Neminem eorum niſi ſenectute, niſi domi, niſi cum claritate eſſe moriturum. Offi. 45 a, In qua tamen ipſo *animo* vnà cum ſatietate memoria quoque moriatur voluptatis.

†Syntaxis. *Mori repentinò, deſiderio filij, ex vulnere. Moritur fama, ſermo, memoria.*

MOROR, aris. *commoror, maneo, cunctor, in mora ſum.* Epiſt. 254 a Tu quòd adhuc Brunduſij moratus es, valde probo. & 192 a, Diutiùs morari aut expectare præſidium non neceſſe habui. Epiſt. 172 a, Dabo operam, ne Antonius in Italia moretur. & 178 b, Ego in Italia morabor. Epiſt. 242 a, Tempus eius tridui quod in his caſtris morabar, in magno officio & neceſſario mihi ponendum putaui. Attic. 76 b, Moratus triduum Laodiceę, & totidem dies Sinadę, audiui, &c. Attic. 254 a, Brutus valde moratur non tergiuerſans, ſed expectans, &c. Attic. 99 a, Quàm vellem nunc in prouincia morari. de Orat. 149 b, Cùm Athenis diutius eſſem moratus. I. C. 101 b, Si hìc morari æquo animo non potes, abi in alias terras. Attic. 197 a, Publica ſcripſit ſe vnà (ſi ego paterer) moraturam. de Som. 127 b, Quid moror in terris? I. P. 85 a, Nec eſt paſſus, in repub. diutius veſtrorum ſcelerum peſtem morari. Attic. 130 a, Cùm conſtituiſſes ad me venire, miror quam ob cauſam moratus ſis.

¶ *Retardo, moram affero, inijcio, moram & impedimentum infero.* Attic. 182 a, Multa eum in Aſia dicuntur morari. Epiſt. 250 a, Si me nauigatio non morabitur. I. A. 199 b, Tamen legatorum nomen belli celeritatem morabitur, & 201 a, Hem, cui legatos mittamus, cui bellum moremur inferre. de Diu. 84 b,

*Hæc tardata diu ſpecies, multumq́; morata.*
*Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata.*

in Vat. 31 a, Morari aliquem conſcendentem. Attic. 215 a, Ego morabar te. Epiſt. 27 b, Curcius cogitat dibaphum, ſed eum infector moratur. & 26 b, Niſi quid me Eteſiæ morabuntur. & 93 b, Si quid eum vel impediet, vel morabitur. Attic. 212 a, Libri ad Varronem nos morabantur. Epiſt. 148 b, Si modò meo caſu aut confirmare patriæ ſalutem, aut periculum morari poſſim. Tuſc. 173 a, Cùm enim illam ad ſolenne ſacrificium curru vehi ius eſſet, morarentur iumenta, &c. I. V. 224 b, Hic iſte omnia, ne multis morer, aſportanda curauit. *id eſt, ne te pluribus teneam.* Att. 217 a, Balbo placebat, propinquum diem, & Romæ ſi Cæſar moraretur, poſſe in diem tortium differre.

† Syntaxis. *Moratus & tardatus diu. Niſi quid ille te moretur. Impedire & morari. Periculum alicui morari.*

MOROSÈ. *faſtidiosè, importunè.* de Cl. 186 b, M. Piſo iracundius reſpuebat ineptias hominum, ſiuè morosè, vt putabatur, ſiue ingenuo liberoq́; faſtidio.

MOROSITAS, tis. *difficultas.* Off. 18 a, Ne ſi iraſcamur aut intempeſtiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus. de Senect. 90 b, At moroſitas tamen habet aliquid excuſatio nis.

MOROSVS, a, um. *difficilis, inhumanus, importunus.* Epiſt. 102 a, Moroſi ſunt, qui amant. Orat. 206 a, Vſq; eò difficiles & moroſi ſumus, vt nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Attic. 7 b, & de Orat. 132 a, Genus cauillandi moroſum. Att. 39 a, Mirabiliter enim moroſus eſt. *aliter moratus.* de Sen. 90 b, At ſunt moroſi, anxij, iracundi, & difficiles ſenes. Att. 134 b, Stomachoſa & ſubmoroſa ridicula. & ibi. Homo moroſus. Qu. fr. 309 b, In defendendo moroſo homini cumulatiſſimè ſatisfecimus.

Syntaxis. *Difficilis & moroſus. Moroſus, anxius, difficilis. Ridicula, ſtomachoſa & ſubmoroſa. Non morosè, ſed libero ingenuoq́; faſtidio.*

MORS, tis. *interitus, occaſus, fatum, letum, exitus. diſceſſus, ſupremus alicuius dies, exceſſus è vita, extremus vitæ dies exceſſus, fatum mortis, fatum extremum, ſupremum, diſſolutio, finis naturæ.* Tuſc. 152 a, Sunt qui diſceſſum animi à corpore putant eſſe mortem: ſunt qui nullum cenſeant fieri diſceſſum, ſed vnà animum & corpus occidere, animumq́; cum corpore extingui. Tuſc. 169 b, mortem eſſe migrationem in eas oras, quas qui è vita exceſſerunt, incolunt. Tuſcul. 154 a, Mortem non interitum eſſe omnia tollentem atque delentem, ſed quandam quaſi migrationem commutationemq́; vitæ. & 168 a, Somnus eſt imago mortis. pro Seſt. 13 b, Cùm ſit omnibus definita mors optandum eſt, vt vita quæ neceſſitati debetur, patriæ potius donata, quàm reſeruata naturæ videatur. pro Mil. 121 a, Mortem naturæ finem eſſe, non pœnam. pro Quint. 9 a, Mors honeſta ſæpe vitam turpem exornat, vita turpis, ne morti quidem honeſtæ locū relinquit I. C. 118 b, Nec enim turpis mors forti viro poteſt accidere, neq; immatura conſulari, nec miſera ſapienti, de Leg. 162 a, & de Fin. 135 b, Mors fugi-



tur quaſi diſſolutio naturæ. Ep. 93 b, Omnium rerū mors eſt extremum. I. A. 163 b, Mortem omnibus natura propoſuit. Off. 16 b, Mors ſeruituti turpitudiniq́; anteponenda eſt. Antequam. 196 a, Neq; enim mors miſeranda eſt, quæ ob rempub. capitur I. C. 123 a, Mors, quam illi mihi minitantur, omnibus eſt parata. de Sen. 91 a, Omni ætati mors eſt communis. Tuſc. 168 a, Mors propter incertos caſus quotidie imminet, & propter vitæ breuitatem nunquam longè poteſt abeſſe. de Fin. 161 a, Mors quæ quaſi ſaxum Tantalo ſemper impendet. I. C. 119 a, Mortem à dijs immortalibus non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam, ſed aut neceſſitatem naturæ, aut laborum, aut miſeriarum finem eſſe: itaq; eam ſapientes nunquā inuiti, fortes etiam ſæpè libenter oppetiuerūt. Ep. 180 a, Nunquam honeſta mors fugienda, ſæpe etiam appetanda eſt. I. A. 219 b, Turpis fuga mortis, omni eſt morte peior. de Finib. 85 a, Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ. Ep. 56 a, Et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus eſt amicus, qui ei mortem obtulerit. pro Sext. Roſc. 24 b, Qui mortem obtulerit parenti. Epiſtol. 56 a, Vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus. pro Cl. 53 b, Homines inimicos ſuos morte affici volunt. de Cl. 173 b, Carbo morte voluntaria ſe à ſeueritate iudicum vindicauit. I. A. 203 b, Alexander tertio & trigeſimo anno mortem obijt. I. V. 179 b, Cōſciſcere mortem ſibi ipſi. pro Seſt. 21 a, Morte obita. Tuſc. 169 a, Mitti ad mortem. & 170 a, Duci ad mortem. Off. 47 b, Patrocinio vero ſe vſos, aut clientes appellari mortis inſtar putant. pro Dom. 232 b, Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. pro Cec. 287 a, Sicut is in morte ſua teſtamento declarauit. Qu. fr. 305 b, Lacrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt. I. A. 221 b, Et huic & multis alijs mors ob rempubl. habita honori fuit, & 245 b, mors neceſſitatem habeat fati: aut ſi antè oppetenda eſt, oppetatur cum gloria. I. A. 264 a, O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria eſt potiſſimùm reddita. de Am. 98 a, Non enim aſſentior ijs, qui hæc nuper diſſerere cœperunt, cum corporibus animas ſimul interire, atque omnia morte deleri. * de Fin. 59 a, Mortem contemnit, qua qui affecti ſunt, in eadem cauſa ſunt, qua antequam nati. ibi. Maximos *dolores* morte finiri. de Leg. Mors aut meliorem quàm qui eſt in vita, aut certè non deteriorem eſt allatura ſtatum. pro Flac. 155 a, Quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati, ſcriptura decumæ, portorium morti. pro Seſt. 21 b, Cuius mortem ornandam monumento ſempiterno putaris. I. A. 221 a, Quod ſi cuiquam iuſtus honos habitus eſt in morte legato. ibid. Qui in legatione mortem obierunt. I. A. 221 b, Vt cauſam mortis cenſuerunt, non genus eſſe quærendum. Etenim cui legatio ipſa mortis cauſa fuiſſet. *al. morti fuiſſet.* ibid. Qui ob Rempubl. mortem obierant. ibid. Atque & huic, &c. non ſanguis, qui profuſus eſt in morte, ſed ipſa mors ob Rempub. habita honori fuit. ibid. Si Seruio Sulpitio caſus mortem attuliſſet. I. A. 222 a, Mortem eius non monumentis, ſed luctu publico eſſe honorandam putarem. ibid. Secum ille mortem extulit, quam, ſi nobiſcum remanſiſſet, ſua cura, optimi filij, fideliſſimæque coniugis diligentia vitare potuiſſet. ibid. Is profectò mortem attulit, qui cauſa mortis fuit. I. A. 222 b, Quem vos ad mortem inſcij miſiſtis. I. A. 223 a, Hæc ſtatua mortis honeſtæ teſtis erit: illa memoria vitæ glorioſæ. ibid. Si quis eſt ſenſus in morte. & b, Si mors legati ſine cæde atque ferro nullum honorem deſiderat. ibid. Grati ſimus in eius morte declaranda. ibid. Eius mors conſentanea vitæ fuerit. I. A. 224 a, Cùm talis vir ob Rempub. in legatione mortem obierit. Tuſcul. 168 a, Vt quomodo initium nobis rerum omnium ortus noſter afferat: ſic exitum mors. Quæ vt nihil pertinuit ad nos ante ortum: ſic nihil poſt mortem pertinebit. In quo quid poteſt eſſe mali, cum mors nec ad viuos pertineat, nec ad mortuos? Alteri nulli ſunt, alteros non attinget. Quam qui leuiorem faciunt, ſomni ſimillimam volunt eſſe. ibid. Habes ſomnum imaginem mortis, eamque quotidie induis: & dubitas quin ſenſus in morte nullus ſit, cum in eius ſimulacro videas eſſe nullum ſenſum. Tuſculan. 169 a, Si ad tè mors aduentet. ibid. Cùm iam præcordijs conceptam mortem contineret: vereque ei, qui venenum præbuerat, mortem eſt eam auguratus, quæ breui conſecuta eſt, quis hanc animi maximi æquitatem in ipſa morte laudaret, ſi mortem malum iudicaret? ibid. Quæ eſt igitur eius oratio, qua facit eum Plato vſum apud iudices, iam morte mulctatum? ibid. Vt aut ſenſus omnino mors omnes auferat: aut in alium quendā locum ex his locis morte migretur. Tuſc. 169 b, Ne vos quidem iudices ij, qui me abſoluiſtis, mortē timueritis. Tuſc. 170 b, Qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. *Alij morti, alij morte legunt.* Tuſcul. 173 b,

Alcida-

Alcidamus ſcripſit laudationem mortis. ibid. Claræ verò mortes pro patria oppetitæ non ſolum glorioſæ rhetoribus, ſed etiam beatæ videri ſolent. Tuſc. 174 a, Cuius etiam filię cupidè mortem expetiuerunt pro vita ciuium. Ita ſunt multi, quibus videmus optabiles fuiſſe mortes cum gloria. Tuſcul. 243 b, Contra mortem noſtram atq; noſtrorum, &c. ſatis eſſe videmur ſuperiorum dierum diſputationibus armati & parati. I. A. 165 b, Cn Domitium non auunculi mors, &c. ad recuperandam libertatem excitauit.

† Syntaxis. *Mortem alicui afferre, offerre. Morte afficere. Mortem ſibi conſciſcere. Morte oppetita, obita. Complorata morte riſus inſequitur.*

MORSVS, ſus. *dentium ictus, vel roſtri.* Off. 36 b, Fortuna cæteros caſus rariores habet, à beſtijs ictus, morſus, impetus Tuſc. 186 b, Acer morſus doloris. & 212 a, Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat. Off. 37 b, Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, quàm retentæ. Att. 190 b, Recordationes quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. de Diu. 85 b, Quid ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit. Tuſc. 243 b, Certare pugnis, calcibus, vnguibus, morſu. de Fat. 149 b, Philoctetis ſerpentis morſu vlceratus. de Sen. 88 a, Et contra auium minorum morſum, munitur vallo ariſtarum *viriditas herbeſcens.* de Diu. 121 b,

*Cui (genitrici draco) ferus immani lacerauit viſcera morſu.*

* de Fin. 84 b, Tuſc. 178 b, *Cui è viperino morſu venæ viſcerum. Veneno imbutæ tetros cruciatus cient.* Poët.

de Diu. 50 b, Admonita à ſquilla pinna morſu. & 82 b, Mirari licet, quæ ſint animaduerſa à Medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morſus beſtiarum.

MORTALIS, le. *diſſolubilis, morti opportunus.* de Nat. 65 b, Omne animal mortale & diſſolubile eſt. de Vn. 201 a, Homines mortali conditione eſſe generatos. I. A. 264 a, Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem eſtis conſecuti. de Sen. 93 b, Animum dum in corpore mortali eſt, viuere. & ibid. Animum non eſſe mortalem. de Leg. 168 b, Quod in ijs mortale & caducum, quod diuinũ æternumque ſit. de Nat. 6 a, Pronoſa fecit mundũ mortalẽ. Off. 24 b, Fortuna nonnunquã ipſa mortalis cum immortali natura pugnare videtur. pro Rab. P. 127 b, Nec me pœnitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere.

¶ *Homo.* pro Dõ. 233 a, Quod & ſenatus, & populus Rom. & omnes mortales iudicarunt. I. P. 100 a, De quo omnes mortales omniuũ generum, ætatum, ordinum iudicauerunt. de Nat. 77 b, Atque hoc quidem omnes mortales ſic habent, &c. de Fin. 65 a, Omnes mortales qui vbique ſnnt. I. V. 147 a, Vt omnes mortales videre poſſint, &c. pro S. R. 34 b, Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſceretur. pro D. 225 a, Cùm eius mœror inauditus omnibus mortalibus miſerabilis videretur. de Ar. 257 a, Qui ſit vnus omnium mortalium, ſine vlla dubitatione deterrimus. Parad. 118 b, Quo beatius eſſe mortali nihil poteſt. Antequam 197 b, Miſerrimi mortalis caſum ſubire. pro Flac. 134 b, Quem nemo qui mortalis eſſet, audiuit. I. V. 130 a, Nemo omnium mortalium. & 272 b, & 55 b, Defendo multos mortales. pro S. R. 20 a, Quæ ſit omnium mortalium expectatio vides.

† Syntaxis. *Morſus acer, viperinus. Mortale ac diſſolubile. Mortale & caducum. Mortales inimicitiæ. Mortalium omnium expectatio.*

MORTALITAS, tis. *mortalis vitæ conditio, naturæ communis fragilitas.* de Nat. 7 a, Omne quod ortum eſt, mortalitas conſequitur. Oct. 130 a, Supra mortalitatem tuam tibi ſunt omnia tributa.

MORTIFER, a, um. *mortem afferens, pernicioſus, peſtifer.* de Diu. 94 a, Qui ſunt morbo graui & mortifero affecti. Tuſc. 163 b, Mortiferũ poculum. pro Seſt. 12 b, Plaga inſanabilis illa mortifera. in Vat. 33 a, Plaga mortifera. pro Syl. 181 a, Accepit P. Sylla vehemens & mortiferum vuulnus. de D. 121 a, Emiſſio maris anguis erat mortifera Corneliæ. Ac. 30 a, Cur Deus mortifera tam multa terra mariq; diſperſerit. de Leg. 272 a, Præcepta, quæ imperiti pro ſalutaribus mortifera cõnſcripſerunt.

† Syntaxis. *Mortifer & grauis morbus. Plaga mortifera, vulnus, poculum.*

MORTVVS, a, um. *morte deletus, ſenſu ac vita carens, qui nuſquam eſt, qui ex hac vita migrauit, è vita exceſſit, conſumptus.* Att. 195 b, Amo illũ mortuũ, tutor ſum liberis. de Leg. 182 a, Homini mortuo ne oſſa legito. de Orat. 106 b, Si cauſam ageres militis, patrem eius dicendo à mortuis excitares. pro Quint. 9 a, Is non modò ex numero viuorum exturbatur, ſed etiam ſi fieri poteſt, infra mortuos mandatur. *al. amandatur.* Poſtquam 200 a, Infra omnes mortuos mandatus eſſet. pro Mil. 16 a, Inferre mortuum in domum alicuius. I. P. 98 b, Cùm tu quòd tibi ſuccederetur, exſanguis & mortuus concidiſti. de Sen. 82 b, Athletæ ſenis lacerti mortui ſunt. de Clar. 168 a, Themiſtocles veneno poto mortuus concidit. Qu. fr. 303 a, Quædam effigies ſpirantis mortui. pro Mil. 119 b, Excitare aliquem à mortuis. Attic. 34 a, Cùm Cæſar veniſſet mortuo plauſu. * de Fin. 85 b, Ita multo ſanguine profuſo in lætitia, & in victoria eſt mortuus. & 87 a, Quomodo id potuit mortuo permanere? Epiſt. 253 b, Nos hic D. Syllam patrem mortuum habebamus, alij à latronibus, alij cruditate dicebant.



† Syntaxis. *Exſanguis & mortuus concidit æger. Plauſu mortuo.*

MOS, moris. *conſuetudo, inſtitutum, diſciplina, vſus, ritus, modus.* Orat. 91 b, Hic enim eſt mos patrius Academiæ, aduerſari ſemper omnibus in diſputando. de Clar. 271 a, Mos eſt hominum, vt nolint eundem pluribus in rebus excellere. I. V. 249 a, Cùm omnes, vt mos eſt, vt fieri ſolet, concurrerent. & 241 a, Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur. Acad. 39 a, Vt mos amicorum eſt. I. V. 89 b, Tum ille negauit moris eſſe Græcorum, vt in cõuiuio virorum accumberent mulieres. Ep. 194 b, Sed quia mos eſt ita faciendi, rogo. Off. 47 a, Quod in patrijs eſt moribus, multorum cauſas gratuitò defendere. cont. Rul. 66 a, Eſt hoc in more poſitum inſtitutoq; maiorum, vt ij qui, &c. Attic. 209 b, Quæ autem his temporibus ſcripſi, Ariſtotelicum morem habent. Offic. 26 a, Noſtro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. Offic. 30 a, Quæ more aguntur inſtitutisq; ciuilibus. pro Cec. 285 a, Cauſam more inſtitutoque omnium defendi. Offi. 30 a, Contra morem conſuetudinemque ciuilem aliquid facere. pro Cl. 37 b, non mos conſuetudoque ſeruata. pro Cec. 283 a, Vis moribus facta. & 288 b, Vt de fundo Cecinna moribus deduceretur. *id eſt, more & conſuetudine.* & 290 a, Vt moribus deductio fieret. de Orat. 96 a, Et noſtro more aliquando, non Rhetorico loquamur. contra Rull. 71 a, Iam hoc inauditum, & planè nouo more vti, &c. de Cl. 176 b, Non antiquo illlo more, ſed hoc noſtro eruditus. pro Cec. 291 b, Prætor quemadmodũ more & exemplo opitulari poſſit, non habebit. I. V. 122 a, Hoc iniecto metu iudicibus nullo more, nullo exemplo, ecquam rem putaſtis eſſe? &c. Att. 159 a, Pompeius Syllano more exẽploque vincet. Orat. 199 a, Inclinata vlulantiq; voce Aſiatico more canere. & 217 a, Placet dici omnia Iſocrateo Theopompeoq; more. de Vn. 195 a, Multa ſunt à nobis in Academicis, Carneadeo more & modo diſputata de Diuin. 98 b. Cæteros vmbrarum vagari modo. pro Cæl. 44 a, Agere illo auſtero more & modo. pro Mur. 141 a, Hoc ab eius amicis more & modo factum eſt. I. V. 110 b, & pro Mur. 129 a, Humano modo, vſitato more. Epiſtol. 114 b, Nam ſi hoc more moderari poſſemus, vt, &c. Att. 223 b, Noſtro more, ne patiamur intermitti literas. pro Flac. 148 b, Quæ accuſatorio iure & more ſunt facta. Epiſt. 182 b, Etſi more magis hoc quidem ſcribo, quàm quo te admonendum putem. pro Cæl. 45 b, More meretricio viuere. de Inu. 42 a, More beſtiarum vagari. pro Quin R. 54 a, Niſi fortè tu peruerſo more id facis. Tuſc. 154 b, Vitioſo more effici quidpiam. de Orat. 93 b, Non grauabor breuiter meo more quid quaque de re ſentiam dicere. de Finib. 67 a, Suo more loqui. & ibid. Voluptas in corpore, omnium Latinè loquentium more ponitur. de Orat. 80 a, Dicendi ratio in medio poſita, communi quodam in vſu atque hominum more & ſermone verſatur. de Seneſt. 78 a, Gigantum more bellare cum dijs. I. V. 98 b, Fit ſermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur. Orator. 201 a, Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem, &c Hort. 42, In morem Salium. Offic. 13 a, Apud Platonem eſt, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum eſſe cupiditate vincendi. pro Flac. 149 a, O morem præclarum, & diſciplinam quàm à maioribus accepimus. de Inuent. 82 b, Perducere aliquid in morem. de Orator. 116 a, Qui hoc primus in mores noſtros induxit. & 151 b, Græcorum prudentiam poſſe ad noſtrum morem vſumque transferri. Tuſcul. 230 a, Quem morem cùm Carneades tenuiſſet, &c. de Finib. 64 a, Retinere morem, & reuocare morem. Epiſt. 75 a, Mos antiquus manet. Part. 235 a, Ius in natura ſit, an in more. de Inuen. 50 b, Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. Acad. 45 b, Virtus natura, vel more perfecta. Attic. 32 a, Vtrique à me mos geſtus eſt. Epiſt. 29 a, Sed tibi morem geſſi. pro Quint. 2 a, Alicuius ſtudio ac cupiditati morem gerere. de Or. 93 b, Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus, Craſſe. pro Flacc. 159 a, Lacedæmonij, qui ſoli iam tot annos vnis moribus & nũquam mutatis legibus viuunt. Attic. 262 a, Tua ſingularis humanitas, ſuauiſſimique mores. Epiſt. 20 a, Mores perditi. de Finib. 127 a, Ariſtoteles & eius filius Nicomachus, cuius accuratè ſcripti de moribus libri, dicuntur eſſe Ariſtotelis, & 207 a, Philoſophiæ pars, qua mores confor-

mari

mari putantur. pro Sext. Roſc. 24 b, Mores feros immanemq; naturam alicuius oſtendere. Qu. fr. 303 b, Deſidero filiam, effigiem moris, ſermonis, animi mei. de Or. 125 a, Mores oratoris effingit oratio & ibidem: Exprimere oratione mores alicuius iuſtos, integros, religioſos, timidos, perferentes iniuriarum. pro S.R. 36 b, Totam vitam, naturam moresq; alicuius cognoſcere. pro Cornel. 63 a, Cæſar inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus diſciplinaq; deleuit. Offic. 24 a, Plerunq; parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremque deducimur. & 60 b, Præclarũ à maioribus accepimus morem rogandi iudicis, ſi ea teneremus, quæ ſalua fide facere poſſit. I.P. 86 a, Lex contra omnes leges nullo ſcripta more. I. A. 173 b, Quid vnquam domus illa viderat, niſi pudicum? niſi ex optimo more & ſanctiſſima diſciplina? Parad. 122 b, ſuis quiſq; fingitur moribus. *poëtæ*. de L. 174 a, Tamen hæc erant ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat. pro Deiot. 149 a, imitari potius aui mores diſciplinamq; debebas. de L. 178 a, Oraculum editum eſt, eas potiſſimùm religiones tenendas eſſe, quæ eſſent in more maiorum. * in L. Piſon. Qui colore ipſo patriam aſpernaris, oratióne genus, moribus nomen. Hort. Quantum inter ſe homines ſtudijs, moribus, omni vitæ ratione differant ibid. Imitator, vt ſibi quidē videtur, naturæ mos vindicat. ꝓ Qu. 11 b, Iudiciũ quin acciperet in ea ipſa verba, quæ Næuius edebat, non recuſaſſe: ita tamen more & inſtituto per eum magiſtratum. pro Mur. 124 a, Quæ precatus à Dijs immortalibus ſum, iudices, more inſtitutoque maiorum. I. A. 170 a, Quod in hoſtem togatum decerni eſt ſolitum more maiorum. de Fin. 111 b, Quæ eſt iſta philoſophia, quæ communi more in foro loquitur, in libello ſuo? de Vni. 202 b, In ſuis moribus ſimillimas figuras pecudum & ferarum transferetur. Ep. 199 a, Eſt ita temperatis moderatisque moribus, vt ſumma ſeueritas ſumma cum humanitate iungatur. Attic. 262 b, Quod tua ſingularis humanitas ſuauiſſimique mores à te eſſent impetraturi. de Orat. 139 b, Noſſe mores ciuitatis. Qui quia crebrò mutantur.

† Syntaxis. *Mos eſt, moris eſt Græciæ. Hoc eſt in more poſitum. Mos & inſtitutum patrum. Mos & conſuetudo. Id factum eſt moribus. id eſt, vt mos eſt. Vincere alicuius more & exemplo. Carneadeo more, & modo. Hoc factum eſt, more & modo. Humano modo, vſitato more loquor. Hoc potius more ſcribo, quàm vt cohorter. Facere more peruerſo, vitioſo. Exerceri ad morem dicendi Latinorum. In morem aliquid perducere, inducere. Ad morem ſuum transferre. Morem tenere, retinere, reuocare, manere. Alicui morem gerere. Viuere vnis moribus. Temperati mores, perditi. Ille mihi in moribus eſt:* id eſt, bene moratus. *Conformare alicuius mores. Mores iniuriarum perferentes. Omnia ſunt hic ex optimo more, & ſanctiſſima diſciplina. In more maiorum id non fuit.*

MOSHESTIA, æ. *vrbs, quàm Græci μόψȣ ἑςίαν vocant.* L. MOPSVHESTIA.

MOTIO, onis. *commotio, motus.* de Fat. 149 a, Qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. de Nat. 36 a, Ex diſparibus motionibus magnum annum confici. de Vn. 200 a, * Tunc ex alterius naturæ motione tranſuerſa in eiuſdem naturę motum incurrentia, in eaq; hærentia atq; impedita, cùm alia *ſydera* maiorem luſtrarent orbem.

¶ *Affectus.* Acad. 45 a, Scientiam nuſquam eſſe cenſebant, niſi in animi motionibus atque rationibus. Tuſcul. 153 a, Animum, ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem. & 199 a, Detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis, ſuaues motiones.

MOTVS, tus. *motio, momentum, agitatio, pulſus, impulſus.* de Vn. 18 a, Deus motum dedit cœlo, eum qui figuratus ſit aptiſſimus. de Som. 128 a, Orbes qui verſantur retrò contrariò motu atq; cœlum. & ibid. Quod animal eſt, id motu cietur interiore. de Diuin. 110 a, Sol, Luna, quem motũ habeat. de Nat. 30 b, Omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitatur motu ſuo. de Nat. 65 a, Natura omnia ciens motibus mutationibusq; ſuis. Tuſc. 202 a, Eo enim erant vultu, oratione, omni reliquo motu & ſtatu, vt eos Argiuos diceres. de Nat. 32 a, Motus principium ab animis eſſe ductum. de Diuin. 95 b, Pars animi, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habet. de Vn. 203 b, vt ſex motibus veheretur *animal*, antè & ponè: nam & ad dextrã & ad læuam, & ſurſum & deorſum. de Fat. 144 b, Itaq; tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, cum declinat atomus interuallo minimo. & 145 a, Eſſe quendam motum animi voluntarium. de Sen. 93 b, Cùm animus ſemper agitetur, nec principium habeat motus, quia ipſe ſe mouet, nec finem quidem habebit motus. Off. 26 a, Nam palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. * Hortenſ. Cuius *voluptatis* motus vt quiſq; eſt maximus: ita eſt inimiciſſius philoſophiæ. Acad. 30 a, Vt nulla vis tantos queat motus mutationemq; moliri. de Fin. 114 a, Si nihil in eo *homine* quidem perficiendum eſt, preter motum ingenij quendam, id eſt, rationem? de Fin. 132 b, Eſt actio quædam corporis, quæ motus & ſtatus naturæ congruentes tenet: in quibus ſi peccetur diſtortione & deprauatione quadam, aut motu ſtatúue deformi. ibid. Flexi fractiq; motus, quales proteruorum hominum aut molliũ eſſe ſolent, contra naturam ſunt. de Diuin. 128 a, Vt in maximis motibus mutationibusq; cœli nihil interſit. de Fat 144 b, Motus ſine cauſa nullus eſt de Vni. 200 a, Ex quibus *ſyderibus* erat motus temporis conſignandus. & b, In eiuſdem naturæ motum incurrentia *ſydera*. ibid. Motu vnius eiuſdemq; naturæ, quæ *ſydera* velociſſimè mouebantur, ea celeritate vinci à tardioribus, & cum ſuperabant, ſuperari videbantur. de Vni. 202 b, Neceſſe erat ſenſum exiſtere vnum communemque omnium vehementiore motu excitato coniunctoq; naturæ.

¶ *Affectus, commotio, derturbatio.* de Orat. 103 b, Animorum motus aut iudicibus, aut populo dicendo miſcere atque agitare. & ibid. Philoſophi quidam omnino motus negant in animis vllos eſſe debere. Offic. 26 b, Elaborandum eſt, ne animi motus à natura recedat. & ibid. Motus animorum duplices ſunt: alteri cogitationis, alteri appetitus. Offic. 27 b, Vt perturbationes fugiamus: id eſt, motus animi nimios, rationi non obtemperantes. de Offic. 36 b, Motus animi turbati, quos Græci πάθη vocant. de Clar. 172 b, Cùm omnis motus animi tanquam ventus hominem defecerat. de Diuin. 135 a, Nunquam animus agitatione & motu vacuus eſſe poteſt. de Finib. 66 a, Res quæ dulcem motum afferunt ſenſibus. & ibid. Tum eſſe in motu voluptatem. & 67 b, Sic enim appellat hanc dulcem in motu, illam nihil dolendi in ſtabilitate. de Nat. 86 a, a, Omnes animorum motus pernoſcendi. Orator. 109 a, Motus cogitationis celeriter agitatus. * de Orator. 94 a, Nam & animi atque ingenij celeres quidam motus eſſe debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornandumque ſint vberes, & ad memoriam firmi atque diuturni. & 125 b, Niſi omnes ij motus, quos orator adhibere volet iudicij, in ipſo oratore impreſſi eſſe atque inuſti videbuntur Partit. 230 a, Quemadmodum motum eorum animis afferat. & b, Volo audire de motu. de Finib. 67 b, Sin autem voluptatem putat: dicat adiungendam eam, quæ in motu fit. *al. ſit* de Vni. 202 b, Pòſt neceſſe erat exiſtere iram & metum, & reliquos motus animi, comites ſuperiorum, & his etiam contrarios diſſidentes.

¶ *Concurſus, turba, turba, tumultus, impetus.* pro Flac. 164 a, Videtis in quo motu temporum, quanta in conuerſione rerum ac perturbatione verſemur. de Diuin. 133 b, Maiores enim quàm vlli inſani efficerent motus ſomniantes. I.C. 110 a, Is omnes motus Catilinæ conatusq; prohibuit. Poſtq. 200 a, Nullus in eorum reditu motus municipiorum factus eſt de Orat. 127 a, Si quis motus populi factus eſt. pro Flac. 151 a, Motus quidam temerarius Græculæ concionis. I.C. 105 a, Qui nullum reip. motum afferre poterant. * pro Dom. 242 a, Vobis Italiæ magnificentiſſimus ille motus municipiorumque concurſus, &c. omnes tum erga meam dignitatem ſtudium & iudicium non modò commiſſum, verum etiam commendatum eſſe arbitrabantur.

MOTVS, a, um. pro Cec. 292 a, Si ne quidem loco motus fueris. * Tuſculan. 193 b, Et reliquæ partes totúmue corpus à ſtatu cùm eſt motum, deeſt officio ſuo & muneri.

† Syntaxis. *Motum dare corpori. Retrò contrario motu verſatur cœlum. Motu ſuo cieri & agitari. Cientur cuncta motibus, & mutationibus ſuis. Animi motus, & agitatio. Motus cogitationis celeriter agitatus. Catilinæ motus. Italiæ magnificentiſſimus motus. In peſſimo temporum motu ſumus.*

MOVENS, tis. *quod iſt in motu.*) (*. ſtans, manens.* de Fin. 71 a, Summum bonum puer vtra voluptate dijudicabit? ſtante, an mouente?

MOVEO, es *cieo, agito, pello, impello, verſo, ago.* de Diu. 126 b, Signifieri orbis vnamquamque partem, aliam alio modo mouere atq; immutare cœlum, perinde vt quæque ſtellæ in his finitimisq; partibus ſint quoque tempore. Qn. fr. 308 a, Vrgere illi vt loco nos mouerent. * de Nat. 32 a, Quod pellat atque moueat calorem.

¶ *Remoueo, amoueo.* de Diu. 96 b, Cùm ſignifer primi haſtaſtati ſignum non poſſet mouere loco.

¶ *Abduco.* I.A. 107 a, Mouere aliquem de ſententia.

¶ *Arceo.* pro Cluent. 42 b, Mouere aliquem ſenatu. de Oratoribus 134 a, Mouere aliquem tribu. de Offic. 67 a, Vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat.

¶ Muto,

¶ *Muto.* de Off. 50 a, Quinquaginta annorum poſſeſſiones non nimis æquum putabat.

¶ *Diſcedo, cum pronomine.* in Ver. 209 a, Mouere caſtra ex aliquo loco, & vaſa colligere. Epiſtol. 77 b, Ne te moueas iſtinc tam infirma valetudine. Attic. 134 b, Poſtquam ille Canuſio mouerat, & 60 a, Ego me de Cumano moui ante diem, &c.

¶ *Vexo, ſollicito.* ad Attic. 252 b, Multa me mouent in diſceſſu, in primis quòd, &c. Attic. 152 a, Neq; illud me mouet, &c.

¶ *Cogo, hortor.* Epiſt. 8 a, Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis eſſe videatur, illa me cauſa mouet. Attic. 172 b, Quæ me cauſæ mouerint, quàm acerbæ, quàm nouę, non queo ſcribere.

¶ *Inuito, allicio.* Off. 20 a, Pulcritudo corporis mouet oculos, & delectat. & ibid. Decorum mouet approbationem eorum quibus cum viuitur.

¶ *Excito, afficio.* de Leg. 179 a, Eam petitionem comparaſti, quæ & riſus & querelas moueret. de Orat. 104 b, Qui patris clariſſimi recordatione & memoria fletum populo moueret. de Fin. 100 a, Quia cogitationes *(al. cognitiones)* comprehenſionesq; rerum, è quibus efficiuntur artes, appetitiones mouent. Part. 240 a, Quæ quidem vel maximè ſuſpicionem mouent. de Orat. 132 b, Sed admirationem magis quàm riſum mouet ambiguum. Attic. 30 a, Quantam tu mihi moues expectationem de ſermone Bibuli? Orat. 220 b, Orator non approbationes ſolùm, ſed admirationes, plauſus, clamores mouere debet. pro Mur. 139 b, Mouere ſtomachum alicui.* de Fin. 49 a, Veritus ne mouere hominum ſtudia viderer, retinere non poſſem. pro Q. Gall. Quantos is plauſus & clamores mouet? pro Lig. 142 b, Moueant te horum lacrymæ: moueat pietas: moueat germanitas.

MOVEOR, ris. *agor.* de Nat. 32 a, Ex ſe & ſua ſponte moueri. ibid. 37 b, Vt noſmetipſi, qui animis mouemur & ſenſibus. ibid. 78 b, Hominum membra nulla contentione mēte ipſa ac voluptate mouentur. de Fat. 145 a, Atomos per inane moueri grauitate & pondere. contra Rull. 77 a, Sed moueri poſſeſſionibus amiciſſimis ſedibus ac dijs penatibus negant oportere. Epiſt. 54 a, Non eſt porrò tuum, vno ſenſu oculorum moueri. pro Deiot. 145 b, Mouebar animo, & de ſalute populi Rom. extimeſcebam. Qu. fr. 308, Itaque magnæ mihi res moueri videbantur. Att. 133 a, Nec me conſules mouent, qui ipſi pluma aut folio faciliùs mouentur. de Orat. 125 b, In commouendis iudicibus ijs ipſis ſenſibus ad quos illos adducere volo, permoueor.* Hortenſ. quis tantus eſt gurges, qui dies & noctes ſine vlla minimi temporis intermiſſioue velit ita moueri ſuos ſenſus, vt mouentur in ſummis voluptatibus? Acad. 44 a, Quæ autem moueantur, omnia interuallis moueri. ibid. Et cùm ita moueatur illa vis, quam qualitatem eſſe diximus. de Fin. 88 b, Cùm omnes ſenſus dulcedine omni quaſi perfuſi mouerentur. de Nat. 32 a, Cùm homines beſtiæq; hoc calore teneantur, & propterea moueantur ac ſentiant. ibid. Præſertim cùm ardor, qui eſt mundi, nō agitatus ab alio, neque externo pulſu, ſed per ſe ipſe ac ſua ſponte moueatur. ibid. Quod ipſum ex ſe & ſua ſponte moueatur. ibid. Is autem ardor non alieno impulſu, ſed ſua ſponte mouetur. Epiſt. 204 b, Minimeque conuenit, ex eo agro, qui Cæſaris iuſſu diuidatur, eum moueri.

† Syntaxis. *Mouere aliquem de ſententia. Senatu mouere Stomachum mouere, approbationes, plauſus, clamores, querelas, riſus, fletum, ſuſpicionem, expectationem. Mouere caſtra, ſe ex aliquo loco. Hoc nihil me mouet Hæc me cauſa mouit.* Ex *ſe ſuaque ſponte moueri. Animo ſenſibusq; moueri. Moueor animo, & extimeſco. Magnæ nunc res mouentur. Vires igitur habet hoc verbum impellendi, auferendi, excitandi, ſolicitandi, ac perturbandi.*

MOX, *quàm mox, ſtatim.* Attic. 157 b, Præterijt villam meam Curio, iuſſitq; mihi nunciari, mox ſe venturum. I.C. 98 a, Nox nulla interceſſit, mox interfectus eſt. de Inuen. 73 a, Non neceſſe eſt expectare, quin mox iudicium fiat. de Fin. 108 a, De ſummo bono mox, vt dixi, videbimus. de Diu. 90 a, Diſcedo parumper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar.

MVCRO, onis. in Cat. 111 a, Iidem gladios in rempub. diſtrictos retudimus, mucronesq; eorum à iugulis noſtris reiecimus. in Ant. 259 b, & dubitare, vtrum mucrones noſtrorum militum in ciue, an in hoſte figantur. pro Cluent. 43 a, Cenſorius ſtylus, cuius mucronem multis remedijs maiores noſtri retuderunt. de Leg. 288 a, Clodius mucronem tribunitium exacuit in nos. pro Cec. 301 a, Hic eſt mucro defenſionis tuæ.

† Syntaxis. *In ciue mucrones figi. Cenſorij ſtyli mucro. Tribunitium acuere mucronem defenſionis.*

MVGINOR, aris. *cunctor, moror, & fortè quod alij boni autores dicunt* muſſo, *id eſt, taceo, & diſſimulo.* Att. 259 b, de Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quicquam reſcribis, cepi cōſilium domeſticum.



MVGIO, gis. *clamor boum eſt mugitus.* ad Heren. 33 b, Vagire, mugire, murmurare, ſibilare.

MVGITVS, tus. *boum à ſono ficta vox, vt etiam mugire.* de Diu. 87 b,* Cùm terræ ſæpe fremitus, ſæpe mugitus, ſæpe motus, multa noſtræ Reipub. multa cæteris ciuitatibus grauia & vera prædixerunt.

MVLA, læ. de Diuin. 118 b, Mulæ partus à te prolatus eſt: res mirabilis propterea, quia non ſæpe fit.* de Diu. 88 a, Quid, qui irridetur partus hic mulæ, nónne quia fœtus extitit in ſterilitate naruræ, prædictus eſt ab arſpicibus incredibilis partus malorum? & b, Qui mulam peperiſſe miratur. ibid. Vtrum igitur cùm concepit mula, an cùm peperit, oſtentum eſt? Conceptio contra naturam fortaſſe, ſed partus propè neceſſarius.

* MVLCENS, tis. in Arat.

*At propter ſe Aquila ardenti cum corpore portat*
*Igniferum mulcens tremebundis æthera pennis.*

MVLCEO, ces: mulſi, mulſum. *permulceo, lenio.* in Arat.

*Vt res nulla feras poſſit mulcere procellas.* & ibid.
*Nam quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit,*
*Hæc augens anima vitali flamine mulcet.*

MVLCEOR, ris. in Arat.

*----huic (Equo) ceruix dextra mulcetur Aquari.*

MVLCIBER, bri, *Vulcanus* Tuſc. 180 a, Iouiſq; numen Mulcibri adſciuit manus. *Poëtæ.*

MVLCTA, ctæ: vel MVLTA. *pœna* pro Cec. 304 a, Noſtri ciues ſæpe in colonias profecti ſunt aut ſua voluntate, aut legis mulcta, quam ſufferre non poterant. I.V. 113 a, In cuius teſtamento quodam loco ſi commiſſum quid eſſet, mulcta erat Veneri. de Or. 176 a, L. Caſilenus ab L. Sabelio mulctam lege Aequilia de iuſtiria petiuit. de Opt. 244 b, Aeſchines à Cteſiphonte multam petijt. I.V. 107 b, Craſſus conſul Pont. Max. Flacco collegæ Flamini Martiali mulctam dixit, ſi à ſacris diſceſſiſſet: quam mulctam populus Romanus remiſit. pro Rab. 92 a, Illud quod eſt in eadem mulctæ irrogatione perſcriptum. I.A. eſt vltra pignus, aut mulctam? pro Mil. 108 b, Irrogare mulctam alicui. Epiſt. 75 b, Vt mulctą tam grauis T. Mario depelleretur. * pro Corn. 63 b, Cùm accuſatorem huius mulcta & pœna mulctauit. de Leg. 193 a, Vis capite, auaritia multa, honoris cupiditas ignominia ſanciatur.

MVLCTATIO, onis. *direptio.* pro Rab. 93 a, Miſera mulctatio bonorum, miſerum exilium.

MVLCTATVS, a, um. *lege iudicioque condemnatus.* pro Cecin. 304 a, In nulla lege noſtra reperietur, maleficium vllum exilio eſſe mulctatum. in Verr. 112 b, & 116 a, Hæredem iuſſum eſſe facere, &c. niſi fecerit, Veneri Ericinę eſſe mulctatum. pro Font. 276 b, Galli à ſenatu agris vrbibusque mulctati ſunt.

¶ *Malè acceptus, non iudicio.* de Clar. 172 a, Addebat etiam, ſcriptores illos malè mulctatos exiſſe cum Galba. *id eſt, malè acceptos, aut affectos.* I.V. 222 a, Qui primò, cum obſiſtere cōarentur, malè mulctati clauis ac fuſtibus repelluntur. pro Mil. 108 b, Qua in turba C. Vibannius ita eſt mulctatus, vt vitam amiſerit. in Cat. 103 a, Multos crudeliſſimè per vim morte eſſe mulctatos.

¶ *Perditus.* pro R.P. 122 a, Cùm ab ipſa fortuna crudeliſſimè videat huius conſilia eſſe mulctata.

MVLCTO, as. *afficio, punio.* pro Cornel. 63 b, Populus Gaditanus hunc mulcta & pœna mulctauit. Tuſcul. 158 b, Qui animos noſtros quaſi capite damnatos morte mulctant. I.C. 103 a, Perſæpe priuati pernicioſos ciues morte mulctarunt. de Pro. 76 b, Si illum, vt erat meritus, morte mulctaſſem. pro Seſt. 16 a, Maiores noſtri Antiochum Aſia mulctarunt. contra Rull. 73 a, Liberos populos agris mulctandi ſumma poteſtas datur. Poſtq. 211 b, Quòd ſi mihi æternam eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer, morte me ipſe potius, quàm ſempiterno dolore mulctaſſem. pro Lig. 139 a, Sylla quos oderat, morte mulctabat. pro Clu. 23 a, Quem leges exilio, natura morte mulctauit. Anteq. 196 a, Si exilio mulctabunt corpus. Tuſcul. 170 a, Ego verò illi maximám gratiam habeo, qui me ea pœna mulctauerit, quā ſine mutuatione & ſine verſura poſſem diſſoluere.

MVLCTOR, ris. de Orat. 101 a, Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, morte mulctantur. de Pro. 76 b, Mulctari imperatorem diminutione prouinciæ, contumelioſum eſt. Epiſt. 85 a, Stultitia mulctatur fama. Tuſcul. 248 b, At mulctantur bonis exules.

† Syntaxis. *Hanc legis mulctam ſufferre non poſſum. Mulctā ab aliquo petere. Mulctam alicui dicere, remittere. Depellere mulctam alicui, & irrogare. Maleficium exilio mulctatum. Mulctatus & malè mulctatus, id eſt, malè acceptus. Conſilia à fortuna mulctata.*

*Agro & vrbe mulctatus. Mulcta & pœna mulctatus, morte, prouincia, Italia. Se morte mulctare. id eſt.* ſibi manus inferre. *Mulctari prouinciæ diminutione.*

MVLGENS, tis. in Arat.

*At propter ſe Aquila ardenti cum corpore portat*
*Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis.*

*aliter, Mulcens.*

MVLIEBRIS, bre. *quod eſt mulieris, mollis.* Off. 26 a, Venuſtatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. pro Mil. 106 b, Muliebri & delicato ancillarum puerorumque comitatu. de Inu. 62 a, Excellens muliebris formæ pulcritudo. Off. 12 b,

*Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem,*
*Illaque virgo viri.----*

ex Ennio. de Or. 146 b, Vox muliebris. pro Cæl. 52 a, Et muliebre bellum. Tuſcul. 178 a, Eneruata muliebrisq; ſententia.

MVLIEBRITER. *effœminatè* Tuſc. q. 185 b, Si ſe lamentis muliebriter lacrymisq; dedet, vincatur. & 187 a, Ne quid ſeruiliter muliebritérue faciamus.

† Syntaxis. *Muliebris formæ pulcritudo.*

MVLIER, ris. *fœmina generis humani.* pro Mur. 130 a, Mulieres omnes propter infirmitatem conſilij maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. pro Cec. 298 b, Quod mulier ſine tutore autore promiſerit, non deberi. de Leg. 175 b, Vt ſentiant omnes mulieres, in natura fœminarum Deum caſtitatem pati. 2. de Legib. Mulieres genas ne radunto, néue leſſum funeris ergò habento *verba legis* XII. *tab.* Tuſ. lib. 5, Mulieres in India, cum eſt cuiuſque earum vir mortuus, in certamen, iudiciumq; veniunt, quam plurimùm ille dilexerit: plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptæ. quæ eſt victrix, ea læta proſequentibus ſuis, vnà cum viro in rogum imponitur: illa victa mœſta diſcedit. 2. de Leg. Mulierum famam vt multorum oculis lux clara cuſtodiat, diligentiſſimè ſanciẽdum eſt. 2. de Leg. Mulierum nocturna ſacrificia ne ſunto, præter olla quæ pro populo ritè fient, néue initianto, niſi vt aſſolet Cereri Græco ſacro. 3. de Orat. Mulieres in ſermone incorruptam antiquitatem facilius, quàm viri conſeruant. 14 Fam. Sed rurſus illud me mouet, quòd video omnes bonos abeſſe Roma, & eos mulieres ſuas ſecum habere. * pro Cl. 56 b, Mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur. Oecon. 1, Mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domeſtica negocia curanda tradidit natura.

MVLIERARIVS, a, um. pro Cæl. 51 b, Mulieraria manus. *id eſt, multitudo à muliere in inſidijs collocata.*

MVLIERCVLA, læ. in Cat. 109 b, Non ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi? Ep. 50 b, In vnius mulierculæ animula ſi iactura facta ſit. Ser. Sulpitij. Tuſc. 248 a, Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ. de Amic. 105 a, Ex eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærant, quàm viri. I. V. 310 b, Quæ forſitan vobis parua eſſe videantur, ſed magnum & acerbum dolorem commouẽt, mulierculis præſertim, quum eripiuntur è manibus ea, quibus ad res diuinas vti conſueuerunt. *id eſt, matronis pauperibus.* Off. 45 b, Bene etiam colligitur, hæc pueris, & mulierculis, & ſeruis, eſſe grata. * Tuſc. 155 b, Frequens conſeſſus theatri, in quo ſunt mulierculæ & pueri, mouetur. I. V. 253 b, Stetit ſoleatus prætor, muliercula nixus in litore. & 256 a, Prætore tot dies cum mulierculis perpotante.

MVLIEROSITAS, tis. *cupiditas fœmineæ voluptatis, ſeu viri in mulieres amor.* Tuſc. 214 a, Vt mulieroſitas, vt ita appellem eam, quę Gręcis *φιλογυνεία* dicitur, cęteriq; ſimiliter morbi ægrotationesq; naſcuntur. *)( . odium mulierum, quale in μισογυνεία eſt.*

MVLIEROSVS, a, um. *mulierum appetens.* de Fat. 122 a, Stylphonem ſcribunt & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe.

MVLIO, nis. *qui mulos agit.* Ep. 154 b, Ventidius mulio. *Planci.* * Incer. P. Ventidium mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe. *Alij caſtrenſis furnariæ legunt.*

MVLIONIVS, a, um. *quod mulionis eſt.* pro Seſt. 21 a, Mulionia penula.

MVLLVLVS. *mullus piſcis.* Parad. 123 a, Aliquem ſummis populi beneficijs vſum barbatulos mullulos exceptãtem de piſcina, & pertractantem.

MVLLVS, li. Att. 22 b, Noſtri autem principes digito ſe cœlum putant attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſunt, qui ad manum accedant.

MVLSVM, ſi. *potio ex vino melleq; confecta.* de Fin. 67 b, Qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens, & qui illud ſitiens bibat. de Or. 135 a, Suadebat Cranius, vt mulſum frigidũ biberet: at ille, Perdam, inquit, vocem. pro Clu. 53 a, Dare venenum in mulſo.

MVLTA. vide MVLCTA.

MVLTIFARIAM. *multis locis.* de Orat. 124 a, Aurum multifariam defoſſum. de Legib. 163 b, Iudicia quæ quondam nuſquam erant, hodie multifariam nulla ſunt.



MVLTIFORMIS, me. *varius, diuerſus.* )( . *vniuſmodi.* Acad. 44 a, Principes qualitates ſunt vniuſmodi & ſimplices: ex his autem ortæ, variæ ſunt, & quaſi multiformes.

MVLTIIVGES, gum. *multæ & variæ, Multiplices, plures.* ad Att. 225 a, Literas multijuges accepi vno tempore à Veſtorij liberto.

MVLTIMODIS, *multis modis.* de Or. 163 a,

*Multimodis ſum circumuentus, morbo, exilio, atque inopia,* &c. Poëta.

MVLTIPLEX, cis. *varius, copioſus.* de Sen. 80 a, Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico. pro Fl. 147 a, Præturæ iuriſdictio res varia, & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates. de Am. 108 a, Multiplex & tortuoſum ingenium. de N. 53 b, Aluus multiplex & tortuoſa. pro Cæl. 40 a, Varia multiplexq; natura. de Or. 104 a, Magna multiplexq; diſciplina. de Nat. d. 52 a, Quæ multiplices fœtus procreant, his mammarum data eſt multitudo. Or. 198 a, Multiplices varijq; ſermones. de Cl. 175 a, Genus orationis vagum, fuſum, & multiplex. Acad. 42 a, Plato, qui varius, & multiplex, & copioſus fuit. ad Heren. 41 a, Anceps & multiplex verborum poteſtas in ambiguis. Tuſc. 230 a, Multiplex ratio diſputandi. de Cl. 192 a, Corona Multiplex. Attic. 90 a, Sed eſt magnũ illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium, &c. de Or. 85 b, Recondita in arte, multiplicique verſantur. * Att. 90 a, Eſt magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium: quo ego regendo habeo negotij ſatis.

† Syntaxis. *Res varia & multiplex. Multiplex & tortuoſum ingenium. Anceps & multiplex verbi poteſtas.*

MVLTIPLICABILIS, le. *multiplex.* Tuſc. 179 b,

*Hac interemit tortu multiplicabili draconem.* Poëtæ.

MVLTIPLICATVS, a, um. *auctus.* Qu. fr. 302 b, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret, vt multiplicata gloria diſcedamus. Off. 28 a, Clariſſimi viri filius in domum multiplicatam non repulſam ſolùm, ſed ignominiã & calamitatem retulit. Ep. 148 a, Aucto exercitu, auxilijſque multiplicatis.

MVLTITVDO, inis. *frequentia, celebritas, turba, cœtus, caterua, chorus, populus, vulgus, corona, manus, colluuies.* in Ver. 69 b, Cũ maxima frequentia à multitudine domum reducebatur. Off. 13 a, Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus. Off. 24 a, Alij multitudinis iudicio feruntur, quæq; maiori parti pulcherrima videntur, ea maximè exoptant. de Fin. 81 b, Sed tamen nõ grauiſſimum eſt teſtimonium multitudinis. Tuſc. 175 b, Philoſophia paucis contenta iudicibus, multitudinem conſultò fugiens. de Fin. 75 a, Etſi quando turpe non ſit, tamen non eſt non turpe, cùm à multitudine laudetur. Tuſc. 188 b, Itaq; fama & multitudinis iudicio mouentur, vt id honeſtum putent, quod à pleriſq, laudetur: te autem etſi in oculis ſis multitudinis, tamẽ eius iudicio ſtare nolim, nec quod illa putat, idem te putare pulcerrimum. in Verr. 141 a, Quanta illuc multitudo, quanta vis hominum conueniſſe dicebatur. Att. 274 a, b, Nam tantæ multitudinis, quantam capit vrbs noſtra, concurſus eſt ad me factus: ea cum vſque in Capitolium deductus maximo clamore atq; plauſu in Roſtris collocatus ſum.

¶ *Copia vis.* de Or. 86 a, Excitabat magnitudo & varietas, multitudoq; cauſarum. in Verr. 130 a, & de N. 12 b, Multitudo, copia, numerus vis, vt ex magna copia, vel numero. I. C. 122 b, Ego quanta manus eſt coniuratorum hominũ, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video. pro Dom. 231 a, Multitudo hominum congregata ex ſeruis conductis pro Cec. 291 a, Qui manum fecerit, copias parârit, multitudinem hominum coegerit. * poſt red. 198 b, Qui veſtrorum magnitudinem multitudinemq; beneficiorum, &c. non modò augere aut ornare oratione, ſed enumerare aut conſequi poſſit.

† Syntaxis. *Magna multitudinis frequentia.*

MVLTO, *longè, multis vel omnibus partibus, non paulò, haud paulò, impendiò, longo interuallo.* de Fin. 100 a, de Or. 85 b, Multò Pauciores oratores, quàm poëtæ boni reperiuntur. Attic. 126 a, Ea cognoui commodiora eſſe multò, quàm vt, &c. Att. 193 a, Meoq; iudicio multò ſtare malo, quàm omniũ reliquorum. ad Her. 38 a, Expolitio adiuuat & exornat orationem, ſed multò maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem. de Or. 113 b, Illud iam mirari deſino, quod multò magis antè mirabar, hunc, &c. de Sen. 84 a, Nec verò corpori ſolùm ſubueniendum eſt, ſed etiam menti atq; animo multò magis. pro Mil. 119 b, Atq; haud ſcio, an multò etiam ſit adiuuandus magis: etenim, &c. Attic. 124 a, Multò minus mouebant minæ. Offic. 32 a, Sic homines, ac multò etiam magis natura congregati, &c. de Or. 121 a, Ac multò etiam. Poſtquam. 204 b, Non multò

poſt diſceſſum meum. in Cat. 100 a, Aut non pòſt multò commiſſa.* I.V 60 b, Cùm omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenij atq; eloquentiæ multò moleſtiſſima.

MVLTVM. *valde, bene, ſanè, ſanequàm, ita, non parum, non paulùm, neſcio quid* pro Quint. 1 a, M. Iunius in hac cauſa multùm & ſæpe verſatus. de Leg. 190 b, Res multùm ac ſæpe quæſita. Att. 131 b, Multùm mecũ municipales homines loquuntur. I.V. 259 a, Longè omnes multumq; ſuperare. de Diu. 108 b, Quærenti mihi, multumq; & diu cogitanti, quánam re poſſem, &c. de Or. 97 a, Diu multumq; ſcriptitare. & Att. 61 b, Libri diu ac multùm in manibus fuerunt. * pro P. Opp. Multùm poſſe ad ſalutem alterius, honori multis fuit.

† Syntaxis. *Multò magis, maximè malo. Multò etiam eſt adiuuandus magis. Non pòſt multò. Longè omnes, multumq; ſuperare. diu ac multùm.*

MVLTVS, a, um. *multiplex* de N. 54 a, Venæ crebræ multæq; toto corpore intextæ ſunt. & 53 b, Per venas admodum multum de Orat. 104 a, Multæ, copioſę, variæq; rationes. & 128 b, Multa, & varia, & copioſa ratione. de Inuen. 43 a, Multæ & magnæ res Epiſt. 36 b, Cùm tu tam multis verbis ad me ſcripſiſſes. de Nat. deor. 44 b, Hi tanti ignes, tamque multi. de Orat. 88 a, Hæc tanta tamq; multa. Pro Syll. 181 a, Hæc diu, multùm, & multo labore quæſita, vna eripuit hora. de Auſp. 258 b, Cum quibuſdam multis metuendisq; rebus. de Sen. 89 b, Multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatę. I V. 140 a, Non minus multas ſtatuas poſuit, quàm abſtulit. Epiſt. 102 a, Minus multa. de Clar. 190 a, M. Calidius, qui non fuit orator vnus è multis, potius inter multos propè ſingularis fuit. & ibid. 196 b, Vt numerarer in multis. Off 22 a, Vt vnus de multis eſſe videatur de Fin. 78 b, Tenuis L. Virginius, vnusq; de multis. Epiſt. 58 b, Nimium multa de Fin. 77 a, Et ſatis multa. ad Heren. 1 a, Ne parum multa ſciſſe viderentur. de Orat. 135 b, Nimis multa in genere diuidere. de Inu. 62 a, Multi, plures, complures, frequentes. I. V. 67 b, Multa, complura frequentia. * Ep 85 b, *Cæcinnæ.* Qui multa Deos venerati ſint contra eius ſalutem.

¶ *Præclarus.* Epiſt. 23 a, Tuum nomen multum eſt in his locis.

¶ *Prolixus, nimius.* Acad. 5 b, Antipatrumque, qui multus in eo fuiſſet reprehendebant. de Orat. 110 a, Qui in aliquo genere aut inconcinnus aut multus eſt, is ineptus dicitur. de N 49 b, Nolo hac in re multus videri. Off 44 b, Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia. de Orat. 141 b, Ne in re nota & peruulgata multus & inſolens ſim. de Leg. 157 a, Accius in orationibus multus, & ineptus ad multam inobedientiam.

¶ *Ratione precij.* de Or. 118 a, Nonnulli dum operam ſuam multi exiſtimari volunt, volitant, &c. in Verr. 240 a, Statuite quanti hoc putetis, & quàm multo redemiſſe.

¶ *Temporis diſcrimine.* Att. 206 a, Multus ſermo ad multum diem. Quint. fr. 310 b, Multa nocte cum Vibullo. veni ad Pompeium.

† Syntaxis. *Parum multa, nimium multa. Nomen alicuius eſſe multum in patria. In hac re ne ſis multus, vel inſolens. Ad multam noctem diſcedere.*

MVLVIVS, ſiue MOLVIVS. *quem Miluium corruptè quidam vocant, pons eſt Tiberis in via Flaminia, ad ſecundum ab vrbe lapidem.* Catil. 111 b, Occultè ad pontem Muluium peruenerunt.

MVLVS, li. de Nat 58 a, Longum eſt mulorum perſequi vtilitates & aſinorum. Top. 223 b, Poſtliminio redeunt hæc, homo, nauis, mulus clitellarius. Epiſt. 259 b, Equum & mulum Brundiſij reliqui. Epiſt. 138 a, Poteſt mulo iſto Romam peruehi. Att 246 b, Petij ab eo de mulis vecturæ itineris, &c. cont. Rull. 72 b, Deinde ornat eum mulis tabernaculis, centurijs, ſupellectili.

MVNDANVS, a, um. Tuſc. 249 a, Socrates quidem cùm rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret? mundanum, inquit: totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur.

MVNDITIA, æ. *lautitia, elegantia.* Off. 26 b, Adhibenda eſt præterea munditia non odioſa, nec exquiſita nimis: tantũ quæ fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam. Orat. 204 a, Elegantia modò & munditia remanebit. Epiſt. 138 b, * Qua munditia homines? qua elegantia?

MVNDVS, a, um. *lautus, elegans.* Qu. fr. 309 a, Tuam domum in carinis mundi habitatores Camiæ conduxerunt. * de Fin. 69 a, b, Nolim enim mihi fingere aſotos, &c. mundos, elegantes, optimis cocis, &c.

MVNDVS, di. *vniuerſitas mundi, ſiue vniuerſitatis corpus, omnis natura, rerum natura, quod in natura rerum omne eſt, vniuerſa natura, hoc templum orbis terrarum* de N 57 a, Eſt enim mundus quaſi communis deorum atq; hominum domus, aut vrbs vtrorumque. & ibid. Mundus deorum & hominum cauſa factus eſt. & 100 b, Vniuerſus hic mundus vnitas communis deorum atq; hominum exiſtimanda eſt. de Fin. 103 b, Mundum autem hunc cenſent regi numine deorum, & eſſe quaſi communem vrbem & ciuitatem hominum & deorum. de Diu. 127 b, Cœlum ipſum quod extremum atq; vltimum mundi eſt. de Leg. 172 b, In cœlo & mundo ineſſe mentem & rationem. Acad. 14 b, Democritus ait innumerabiles eſſe mundos. de Nat. 16 a, & 20 b. Sexcenta millia mundorum. de Nat. 52 b, Mente & conſilio omnia in hoc mundo adminiſtrari. de Nat. 30 a, Mundum eſſe deum animantem, compotem rationis. de de Nat. 7 a, Anaximandri opinio eſt, innumerabiles eſſe mundos. & 6 a, Plato dixit mundum fore ſempiternum. de Vniu. 201 a, Hunc varietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. de Or. 159 b, Status huius totius mundi atq; naturę. de Am. 100 b, Quę in rerum natura totoq; mundo conſtant, quæq; mouentur. de Leg. 184 b, Sine quo *imperio* nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. de Am. 112 b, Si quis è cœlo naturam mundi, pulchritudinemq; ſiderum perſpiceret. Off 31 b, Metiri mundi magnitudiuem de Leg. 174 b, Mundus hic omnis templum eſt deorum, & domus. item. Omne cœlum ſiue mundus, ſiue quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nũcupatus ſit. de Vn. 196 b, Hunc mundum animal eſſe, idq; intelligens, & diuina prouidentia conſtitutum. * 1. de L. Vna eademq; natura mundus omnibus partibus inter ſe congruentibus cohęret ac nititur. de Vni. 95 b, Omne igitur cœlum, ſiue mundus, ſiue quo alio vocabulo gaudet: hoc à nobis nuncupatus ſit. De quo id primum conſideremus, ſempéne fuerit nullo generatus ortu, an ortus ſit: an ab aliquo temporis principatu ortus ſit: quandoquidẽ cernitur, & tangitur, & eſt vndiq; corporatus. ibid. Si pulcher eſt hic mundus, ſi probus eius artifex. de Vn. 169 a, Neque mundo quicquam pulchrius, neq; eius ædificatore præſtantius. Si ergo generatus: ad id eſt effectus. ibid. hunc, quem cernimus mundum ſimulachrum æternum eſſe alicuius æterni ibid. De Deorum natura ortuq; mundi differentes. ibid. Hæc nimirum gignendi mundi cauſa iuſtiſſima. Nam cùm conſtituiſſet Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiſcere.

* MVNDVS, di. *muliebris ornatus.* Oec. 1, Secreuimus mundum muliebrem, qui ad dies feſtos comparatur.

MVNERO, as. *muneror.* pro Deiot. 146 b, Locus erat quidam, in quo erant ea compoſita, quibus te rex munerare conſtituerat.

MVNEROR, aris. *largior.* Att. 100 b, Alexion me opiparè muneratus eſt. de Inu. 62 b, Aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo natura muneratur.

MVNIA, orum. *munera, onera.* pro Muræn. 141 b, Hæc ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. pro Seſt. 26 b, Qui ſuis ceruicibus tanta munia ſuſtinent, hi ſunt optimatum principes.

MVNICEPS, ipis. *ciuis popularis, qui è municipio eſt.* Att. 277 b, C. Naſennius municeps Sueſſanus. de Cl 187 a, M. Pontidius municeps noſter I V. 168 a, P. Cauius Coſſanus municeps. & 168 b, Clamabat ſe municipem Coſſanum eſſe. Att. 153 b, Ego Ciceroni meo Arpini potiſſimum togam puram dedi, idq; municipibus meis fuit gratum. pro Clu. 58 a, Non illi vos de vnius municipis fortuns arbitrantur ſententiam laturos: ſed, &c. de Leg. 170 a, Ego & Catoni & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias. Epiſt. 225 a, Lucius tribulis & municeps & familiaris meus. ibi. 208 b, * Quàm diligenter ſoleam meos municipes Arpinates tueri.

MVNICIPALIS, le. *ex municipio.* pro Syll. 171 b, Eſt enim ipſe à materno genere municipalis. Att. 109 a, Ex dolore municipali. pro Seſt 13 a, & Qu. de Pet. 209 b, Sunt municipales ruſticiq; Romani. in Ant 171 b, Homines municipales & ruſticani. de Leg 191 b, Municipalis reſpub. Att. 131 a, Multum mecũ municipales homines loquuntur, multum ruſticani.

MVNICIPIVM, pij *conuentus, præfectura, colonia.* Epiſt. 208 b, Non dubito, quin ſcias non ſolùm cuius municipij ſim, ſed etiam quàm diligenter ſoleam meos municipes Arpinates tueri pro S. R. 20 b, Roſcius municeps Amerinus fuit, genere & nobilitate ſui municipij facilè primus. pro Seſt. 9 b, Nullum erat municipium Italiæ, nulla colonia, nulla præfectura, &c. quod tum non honorificentiſſimè decreuiſſet de mea ſalute. de Fin 107 b, Stoici totum hunc mundum municipium ſuum eſſe exiſtimabant. I A. 186 b, Omnes qui ſumus è municipijs. pro Pl. 192 b, Tu es ex municipio antiquiſſimo Tuſculano, &c. Hic eſt è præfectura Atinati non tam priſca. I C. 109 b, Vrbes colonariũ ac municipiorum. cont. Rull 83 a, Calenum municipium complebũt. pro S. R. 25 a, * Homines illius ordinis ex municipijs ruſticanis. pro L. Varen. C. Ancharius Rufus fuit

è municipio Fulginate. in L. Piſonem, Nec municipij de me optimè meriti dignitas patitur. pro Dom. 231 a, Cùm homines in campum non tabernis, ſed municipijs clauſis venerunt. I. C. 119 b, Itaq; *eos* municipijs diſpertiri iubet.

† Syntaxis. *Municipales, ruſticiq; Romani, Nullum municipium, nulla præfectura, nulla colonia.* hic videntur hæc tria longè diuerſa eſſe, non ſynonyma.

MVNIENDVS, a, um. Epiſt. 58 b, Nouarum me neceſſitudinum fidelitate contra veterũ inimicorum perfidiam muniendum putaui.

MVNIFICE. *liberaliter, largè, prolixè.* de N. 75 b, Munificè & largè dare aliquid. de Fin. 140 b, Societatem hominum munificè & æquè tuens iuſtitia dicitur.

MVNIFICVS, a, um *liberalis, largus.* Off. 46 a, Conuenit autem tum in dando munificum eſſe, tum in exigendo, non acerbum. de Or. 87 b, Quid porrò tam liberale ac munificum, &c. pro Qu. 48 b, Roſcius liberaliſſimus munificentiſſimusq; fuit.

MVNIO, nis. *paro, adorno, firmo, confirmo, obuallo.* pro Mur. 135 b, Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſtruebant. de Prou. 76 a, Alpib. Italiam munierat antè natura, non ſine aliquo diuino numine. de Or. 127 b, Qui primùm tibi muniſti ad te audiendum viam. Attic. 141 a, Hæc noua ſit ratio vincendi, vt miſericordia & liberalitate nos muniamus. pro Pom. 10 b, Atq; hæc tria frumentaria ſubſidia reipublicæ firmiſſimis præſidijs claſſibusque muniuit. pro Syll. 182 a, Munite cõmunem arcem bonorum, obſtruite perfugia improborum. in Cat. 98 b, Illam coloniam meis præſidijs, cuſtodijs, vigilijsq; muniui. ibi. 99 a, Domum meam præſidijs maioribus muniui atque firmaui. pro Seſt. 20 a, Qui ſe præſidio munierit. de Fin 82 b, Tueri & munire ſe beneuolentia multorum. pro Rab 91 a, Intercludere omnes ſeditionum vias, munire præſidia reipub. Epiſt. 173 b, Munio me ad hæc tempora.* Tuſc 155 a, Abijt ad Deos Hercules. Nunquam abijſſet, niſi, cùm inter homines eſſet, eam ſibi viam muniuiſſet.

MVNIOR, ris de Sen. 88 a, Et contra auium minorum morſum munitur vallo ariſtarum viriditas herbeſcens.* Attic. 15 b, Munitur quædam nobis ad retinendas opes noſtras tuta, vt ſpero, via.

MVNIO, onis. *genus carminis.* de Or. 107 a, Hoc hos ſi facere velimus, antè condemnentur ij, quorum cauſas receperimus, quàm toties, quoties perſcribitur, pæanem aut munionem citarimus. *aliter, cantarimus.* * *Alij Munychionnem, alij Minuritionem & Minuonem legunt.*

MVNITIO, onis. pro Font. 277 b, Obiectum eſt etiam, quęſtum M. Fonteium ex viarum munitione feciſſe, vt aut ne cogeret munire, aut id quod munitum eſſet, ne improbaret. in Verr. 228 a, Fons, qui fluctu totus operiretur, niſi munitone ac mole lapidum à mari diſiunctus eſſet. I. A. 250 a, Antonius Mutinã operibus municionibusq; ſepſit. de Or. 138 a, Omne principium habere debebit aut aditũ ad cauſam & munitionem. in Piſ. 88 a, Quid tandem erat actum aut geſtum in illa prouincia, de quo ad ſenatum cum gratulatione aliqua ſcribi abs te oporteret, &c. an munitio Theſſalonicæ?

Syntaxis. *Munire ſibi viam ſtudiorum, in cælum, ad. Munire atq; firmare. Tueri & munire. Munire præſidia Reip. Munire ſe ad iniurias. Operibus ac munitionibus oppidum ſepire.*

MVNITO, as. *munio.* pro S. R. 42 a, Nunc quam viam muniter, quod iter affectet, videtis

MVNITVS, a, um: tior, ſsimus. *ſeptus. vallatus, ſtipatus, armatus.* pro Seſt. 23 a, Qui ſtipatus ſemper ſicarijs, ſeptus armatis, munitus iudicibus fuit. Parad. 188 b, Regulus tot virtutũ præſidio munitus, tantoq; comitatu virtutis ſeptus. Off. 35 b, Effectumq; eſt, vt eſſet vita munitior, atque vt, &c. pro Mur. 137 b, Cuius ingenio paterni omnes amici munitiores eſſe debebãt. Qu. de Pet. 208 b, Partis ac fundatis amicitijs fretum ac munitum eſſe oportet. de Diu. 89 b, Is ſapientia munitum pectus gerit. pro Fl. 165 b, Aliquis bonorum omniũ præſidio non modò munitus, ſed etiam ornatus. de Ar. 247 a, Domus tot ſenatuſconſultis munita atq; ſepta. & ibid. Domus publico omni præcipuo & diuino, & humano iure munira. Epiſt. 23 b, Caſtella munita, oppida munitiſſima. Att. 41 a, Caſtellum natura munitũ. de Pro. 69 b, Macedonia, quæ erat antea multorũ imperatorum, non turribus, ſed trophæis munita. Att. 66 b, Aditus inſulæ muniti ſunt mirificis molib. pro Seſt. 20 a, Vt à ſuis munitus tutò in foro eſſet. Att. 39 b, Nos firmiſſima hominũ beneuolentia muniti ſumus. de N 55 a, Munitæq; ſunt palpebræ tanquam vallo p lorũ. de Am. 102 a, Qui virtute & ſapientia ſic munitus eſt vt nullo egeat. p Pom. 16 b, Nulla domus noſtris magiſtratib. ſatis clauſa atque munita fuit. pro Rab. 92 a, Libertas leuitate legum munita. pro Mur. 29 a, Illud dico, nullam eſſe in illa diſciplina munitam ad conſulatũ viam. pro Fl. 159 b, Græcia Aſiæ oram maritimam cinxit vrbibus, non vt munitã colonijs illam gentem, ſed vt obeſſam teneret. in Ver. 67 a, Nihil tã munitũ, quod non expugnari poſſit. cont. Rul. 83 b, Vrbs natura ac loco munita, ſuccincta portibus, armata muris. pro Ar. 189 b, Pontus & regijs quondam opib. & ipſa natura regionis vallatus. in Verr. 243 b, Tutus, clauſus, ſept⁹, munitus contra aliquẽ. Qu. fr. 308 b, Pompeius dixit munitiorem ſe ad cuſtodiendam vitam ſuam fore, quam Africanus fuiſſet. * de Fin. 59 b, Quod ſi qui ſatis opibus hominũ ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe & muniti videntur. pro Rab. 92 a, Qui veſtram libertatem non acerbitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate legum munitam eſſe voluerunt.

† Syntaxis *Stipatus, ſeptus, munitus. Amicitijs fretus atq; munitus. Et munitus & ornatus. Munitus iudicijs, ac ſeptus. Trophæis munita regio. Amicis, & ab amicis munitus. Via munita. id eſt, facilis aperta. Vrbs natura & loco munita. Munitus ad vitæ cuſtodiam.*

MVNVS, eris. *donum.* in Ant. 182 b, Cæſar muneribus, congiarijs, epulis multitudinem imperitam lenierat. Quin. fr. 327 b, Munus magnificũ dare. de Or. 200 a, Mittit homini munera ſatis largè hæc ad vſum domeſticum vini & olei, quod viſum erat, etiam tritici quod ſatis eſſet. de Ar. 244 b, Aliquem quaſi diuino munere donatũ reip. videri. Ep. 132 a, Sed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui leuidenſe, craſſo filo, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera. de Vn. 204 a, Philoſophia data eſt nobis deorum conceſſu atq; munere. de D. 109 b, Quod enim munus afferre in reip. mai⁹ meliúſue poſſumus, quàm ſi, &c. Poſtquam. 204 a, Deorũ beneficio & deorũ munere. Off. 76 b, Munera perinde ſunt, vt accipiuntur. Acad. 40 a, Dare munus alicui. pro Syll. 177 b, Quaſi verò tempus dandi munerris non valde appropinquaret. & ibid. Poſſet alia familia Fauſti munus prębere.* poſt red. 204 a, Qui veſtrò ſingulari ſtudio atq; conſenſu parentũ beneficia, Deorũ immortaliũ munera, &c. nobis vno tempore omnia reddidiſtis.

¶ *Officium, prouincia.* de Or. 153 b, Meq; ad meũ munus pẽſumq; reuocabo. de Cl. 170 a, Is functus eſt omni ciuium munere. de Cl. 174 b, Rutilius magnũ munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. de Som. 128 a, Ne munus aſſignatũ à Deo defugiſſe videamini. Off. 35 a, Inuectio certè nulla eſſet, niſi his muneribus homines fungerentur. pro Cl. 23 a, Mater audiuit ſibi non ſolùm filiũ, ſed etiam exequiarũ munus ereptũ. de D. 109 b, Tantum huic ſtudio relinquẽdum, quantũ vacabit à publico officio & munere. & ibid. Tum priſtinis orbati muneribus hęc ſtudia renouare cœpimus. de D. 139 b, Sine oculis non poteſt extare officiũ & munus oculorum. Tuſc. 193 b, Quemadmodũ Oculus conturbatus non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum: & ſic conturbatus animus non eſt aptus ad exequendum munus ſuũ. in Ant 221 a, Non quòd ei aut ſtudium aut cura defuerit in tanto officio, tantoq; munere. de Am. 100 a, Valetudo opportuna eſt, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. Att. 94 b, Paucos dies habebam reliquos annui muneris. Off. 48 b, Sin aliqua neceſſitas huius muneris alicui reip. obuenerit, danda, &c. de Sen. 82 b, Aliquem ad omne officij munus inſtruere. de Sen. 83 b, Maſaniſſa ſenex omnia regis officia & munera exequitur. de Sen. 84 a, Quidam ſenes nullũ officij aut omnino vitæ munus exequi poſſunt. de Sen. 93 a, Nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis & graui opere perfungimur. de Am. 109 a, Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiæ munus expletũ ſit. Parad. 116 b, Quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. de Leg. 157 a, Mihi videris eorum ſtudijs, qui literis delectantur, debere hoc munus. de Leg. 158 a, Qui conſulentib. reſpõdet, ſenectutis grato atq; honeſto fungitur munere. de L. 158 b, Qui ei muneri præfuerũt. de Leg. 139 b, Cuius muneris colendi efficiendiq; cauſa nati ſumus, & 170 a, b, Tanquam id habuerit operis ac muneris, vt hanc nobis efficeret ſedem, &c. Acad. 30 b, Dare alicui immunitatem munerũ. de Or. 112 a, Videamus, quid ei negocij demus, cuiq; eum muneri velimus eſſe præpoſitum. de Or. 108 a, Oratoris proprium officiũ ac munus. pro Font. 279 b, Alicui muneri atq; officio præeſſe. de Or. 101 a, Honorib. ac reipub. munerib. perfunctus ſenex. de Or. 114 a, Videtiſne quantũ munus ſit oratoris hiſtoria. Or. 94 b, Magnũ quiddam eſt onus ac munus profiteri, &c. I. V. 89 b, Munus hoc meum non eſt, cùm meæ partes ſunt hoſpitũ recipiẽdorum, id libẽter facio. de N. d. 5 b, Qui miniſtri tanti muneris fuerunt. Parad. 241 b, & 242 a, Quo expoſito, munus promiſſi omne confecero. Ac. 30 b, Dare alicui immunitatem munerum. Off. 53 a, Nulla tamen eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum ſoli-

tudinis munus extat.de Pro.76 a, Suſceptum reip.munus explere. de Or.140 a, Singularum virtutũ certa quædam ſunt officia ac munera.Ep.151 a, Suſtinere munus conſulare.Ep.59 b,Tanti ac tam præclari muneris ſocietas.Tuſ. 139 b,Munus animi eſt ratione vti. pro Mil. 105 b, Principum munus eſt,reſiſtere leuitati multitudinis, &c.de Fin. 114 a,Officium munusq́; ſapientis,&c.Ep.170 a,Tuum eſt hoc munus, tuæ partes.Tuſc.235 b,Tenere ſuum munus. Ep. 116 b, Deferre munus alicui. de Or. 88 b, Tu qui tuo magis ſtudio, quàm proprio munere aliquo diſertorum ius à nobis ciuile didiciſti.Qu.fr.293 b, Parui refert abs te ipſo ius dici æquabiliter & diligenter, niſi idem ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem cõceſſeris. Qu.fr. 299 a, In extrema parte muneris ac negocij tui diligentiſſimus ſis.* Hortenſ. Iucundum nobis, perſunctis munerib. humanis occaſum fore. I.V.193 a, b, Quid aratorẽ ipſum arationis nomine muneris in Remp.fungi ac ſuſtinere velitis.Ep.65 b, *Vatinij.* Hoc quicquid eſt oneris ac muneris pro mea dignitate tibi tuendum ac ſuſtinendum puta. Ep. 90 b, Fratruum tuorum ſingularis pietas amorq́; fraternus nullum me patitur officij erga te ſtudijq́; munus aut tempus prætermittere Ep.118 b,*Cælij.* Mihi ſuo munere negotium impoſuit.Att.1.b,Nos in omni munere candidatorio fungendo ſummam adhibebimus diligentiam. Qu.fr.292 a,Accenſus ſit eo etiam numero,quo eum maiores noſtri eſſe voluerunt: qui hoc non in beneficij loco, ſed in laboris ac muneris non temerè niſi libertis ſuis deferebant.

❡ *Ludi.* Off. 44 b, Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia popularium munerum.Off.45 a,P.Craſſus functus eſt ædilitio maximo munere. ibid. Magnificentiſſima verò noſtri Pompeij munera ſecundo conſulatu: in quibus omnibus quid mihi placeat vides. Ep.18 b, Rupę ſtudium non defuit declarandorum munerum tuo nomine.Ep.19 a,Vt ijs bonis,quæ tibi natura, ſtudio, fortuna data ſunt,facilius omnia,quæ ſunt in Rep. ampliſſima, conſequi poſſis,quàm muneribus: quorum neq, facultatem,quiſquam admiratur: (eſt enim copiarum, non virtutis)neq; quiſquam eſt quin ſatietate iam defeſſus ſit.

‡ Syntaxis. *Munus dare, afferre,largiri. Munere donare. Reuocare ſe ad munus ac pẽſum. Suſtinere munus. Munere fungi. Ad officij munus inſtructus. Exequi munus,deferre,ſuſtinere,colere,efficere,habere,tenere. Munerum immunitas. Alicui munus deferre.*

MVNVSCVLVM,li. Off. 66 b, Alieni facinoris munuſculũ non repudiarunt.* Epiſt.132 a,Sed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui leuidenſe, craſſo filo.

*MVNYCHIO,onis.vide MVNIO,onis.

MVRAENA,næ.*piſcis.* Parad.123 a,Mullorum & muręnarum copia.Ep.107 a,Qui me oſtreis & muręnis facilè abſtinebam.

MVRGENTINVS,a,um. in Verr.157 b, Murgentinus ager.

MVRIA,riæ. *aqua multo ſale condita, quam Plin.ſalſuginem etiam vocat.* de Fin.99 b, Stilla muriæ.

MVRMVR,ris.*mugitus,fremitus.*de Or.157 b,Murmur maris. in Arat. *Nec metuunt canos minitante murmure fluctus.*

MVRMVRANS,tis.de Aruſp.247 b, Vidi heſterno die quendam murmurantem,qui, &c.Tuſc.250 b, Fremitus murmurantis maris.

MVRMVRO,as.ad Her.33 b, Vagire, mugire, murmurare, ſibilare.

MVRVS,ri.*mœnia,propugnaculum.* de N.79 a, Eſt mihi tecum pro aris & vocis certamen, &c. proq́; vrbis muris, quos vos ſanctos eſſe dicitis.pro Pom.14 b,Inſula Delos parua, ſine muro nihil timet.Off.3 a, Aries murum percuſſit.Att. 25 a,De muro imperaui Philotimo, ne impediret. de Fin, 111 a,Si Annibal ad portas veniſſet, murumq́; iaculo traieciſſet. I.V.235 b, Ad omneis meos impetus quaſi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. I. C.123 b, Dum memoria conſulatus mei veſtris erit infixa mentibus,firmiſſimo me muro ſeptum eſſe arbitrabor. in Piſ.81 a, Lex Aelia & Fuſia propugnacula muriq́; tranquillitatis & ocij.*animaduerte tranſlationem.** Ep.26 b,De muro ſtatue quid faciendum ſit.

MVS,ris.de N.29 a,Non poſſis adduci,vt muribus domum & muſtellis ædificatam putes.de D.100 b, Mures diem & noctem aliquid rodentes ſcuta an cribra corroſerint.Atti. 225 b,Tabernæ mihi duæ corruerunt:reliquæ rimas agũt. itaq; non ſolùm inquilini,ſed mures migrauerunt.2 de N. Nec enim homines murum aut formicarũ cauſa frumentum condunt.* de D.120 b,Si mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc vnum.ibid. Quod clypeos Lanuuij mures nocte eſſent. *Alij roſiſſent legunt.* ibid. Platonis Politiam nuper apud me mures corroſerunt.

MVSA,æ.de N.70 a,Muſæ primæ quatuor natæ Ioue,Thelxiope,Mnenie,Aœde, Melete:ſecũdæ Ioue tertio & Mnemoſyne procreatæ nouem: tertiæ ex Ioue & Antiopa, quas Pieridas & Pierias ſolent poëtæ appellare. pro Ar. 191 a, In qua vrbe Imperatores propè armati poëtarum nomen & Muſarum delubra coluerunt. Orat. 202 b, Xenophontis voce Muſas quaſi locutas ferunt. Epiſt.16 a, Ab oratoribus diſiungo me ferè, reſeroq́; ad manſuetiores Muſas. Tuſc. 241 a, Quis eſt enim, qui cum Muſis, id eſt, cum humanitate & cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui, &c. de Nat.68 b, Orpheus & Rheſus matre Muſa nati. pro Ar. 189 b, Nemo eſt tam auerſus à Muſis,qui non mandari verſibus æternum ſuorum laborum præconium facilè patiatur.Orat.198 a,Forenſes cauſæ agreſtioribus muſis relictæ.Attic.25 a,Interea quidem cum Muſis nos delectabimus. Attic.25 b, Cum omnibus Muſis rationem habere cogito. Acad.39 a, Silent diutiùs Muſæ Varronis quam ſolebant.

MVSCA,ſcæ.de Cl.184 a,Hodie te iſtic muſcæ comediſſent. de Or.131 b,Puer abige muſcas.

MVSCOSVS, a, um. *humore ſordidus, ſqualidus, obſoletus.* Quint.frat.319 a,Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alſius,nihil muſcoſius.

MVSCVLVS,li *exiguus mus.* de D. 115 b, Muſculorum iecuſcula bruma dicuntur augeri.

MVSICA,cæ,vel eorum.*cantus,ſymphonia.*de Or.100 b,Vt in muſicis numeri & voces & modi.de N. 30 b, Idem ſcilicet cenſeres in platanis ineſſe muſicam. * de Orator. 155 a, Num Muſicam Damone & Ariſtoxeno tractante tam diſcerptam fuiſſe exiſtimas, vt nemo genus vniuerſum complecteretur? Attic.66 b,Ex quibus *mancipijs* nullos puto te literis aut Muſicis eruditos ſpectare.

MVSICVS, ci.de Orat. 85 b, Quis muſicis penitùs ſe dedidit,quin,&c. Tuſc.240 b, Muſicorum verò perſtudioſum accepimus.*Dionyſium.*Off.29 b, Vt in fidibus muſicorum aures vel minima ſentiunt.de D.110 a,Qui fidibus aut tibijs vti volunt, earum tractationem non ab aruſpicibus accipiunt, ſed à muſicis. in Piſ. 84 a, Hic autem non tam concinnus helluo,nec tam muſicus iacebat &c.Tuſc.177 b,Si abſurdè canat is, qui ſe haberi velit muſicum. Tuſc. 149 a,Ergo in Græcia muſici floruerũt.de Fin.90 b, Geometræ muſici,grammatici etiam more quodam loquuntur ſuo.item:Timotheus muſicus. *Steph. in voce Mileti.* * de Nat.117 b,Cantus Muſicorum.

MVSICVS,ca,cum.de Leg.177 b, Plato negat mutari poſſe muſicas leges ſine mutatione legum publicarum.

MVSTACEVM,cei.*cibi genus ex farina,caſio,aniſo, cumino,adipe, muſto, & de virga lauri abraſa aliquid ſuppoſitis folijs lauri cùm coquitur, vt Cato docet.* Att. 79 b, In eodem Amano laureolam in muſtaceo quærere.*Bibulum hoc prouerbio notat,qui ſine labore in re friuola præclaram quæreret gloriam.*

MVSTELLA, læ. de Nar. 29 a, Non poſſis adduci vt domum muribus & muſtellis ædificatam putes. * Incer. Muſtella catulos ſuos quotidie transfert, mutatque ſedem.

MVSTVM,ſti.de Cl.192 b, Noua iſta quaſi de muſto ac lacu feruido oratio.

MVTABILIS,le.*habens mutationem.*de Nat.65 b,Omne corpus mutabilę eſt.de Vn.199 b, Materia mutabilis. de Vn. 201 a,Sidera quæ vaga & mutabili ratione labuntur.

MVTABILITAS,tis.Tuſc.226 a, Incõſtantia mutabilitasq́; mentis quem non ipſa prauitate deterreat?

MVTANDI.pro Dom.229 a,Quò vertendi,hoc eſt murandi ſoli cauſa venerant.

MVTATIO,onis *permutatio,motus, conuerſio,inclinatio.*in Ant. 240 b, Optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilij. pro Qu.2 b,Fit magna mutatio loci, non ingenij. Epiſt.8 b,Atque ita vt nullam mutationem vnquam habitura res eſſe videatur.de Nat.46 b, Luna varias mutationes lucis habet.de Nat.65 a, Natura omnia ciens, & agitans motibus & mutationibus ſuis. Acad.30 a, Vt nulla vis tantos queat motus mutationemq́ue moliri. de Nat.deor.65 b, Mutationes elementorum inter ſe. de Diu. 105 b, Extorum fieri mutatio poteſt. Att.125 a, b, Nemo doctus vnquam mutationem conſilij, inconſtantiam dixit eſſe.Off. 24 b, Eam mutationem ſi tempora adiuuabunt, facilius commodiusq́; faciemus in Ant.159 a,Vnde igitur ſubitò tanta iſta mutatio?* pro Clu.28 b,Timor eius, &c. crebra coloris mutatio,quæ erant anteà ſuſpicioſa,hęc aperta ac manifeſta fiebant.de Nat.35 b, Ita ex quatuor temporum mutationibus omnium, quæ terra mariq; gignuntur,initia cauſæq́; ducuntur.de Leg. 177 b, Tum fuit in auribus animisq́; mutatis etiam huic mutationi locus. ibid.Negat mutari poſſe Muſicas leges ſine mutatione legum publicarum.Offic.5 b, In hoc naturam ducem debemus ſequi, & communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum, dando accipiendoq́; Off.24 b,Facienda morum inſtitutorumq́; mutatio eſt.

MVTATVS,a,um,Epiſt.77 a, Alij mutati voluntate ſint. &

84 a,b,Rerum hoc natura,&c.nec manens nec mutata ratio feret.de Fin.85 b,Probitas gratuita,non mutata voluptatibus.*aliter mutata:aliter inuitata* pro S.R.35 b, Verſa & mutata in peiorem partem ſunt omnia.pro Cornel.68 b, Illum ciuitate mutatum eſſe fateor.* de Leg.177 b, Auris animiq́; mutati.& 178 a,Maiorum morem dixiſſent ſæpe eſſe mutatum. & 190 b , Plato Muſicorum cantibus ait mutatis mutari ciuitatum ſtatus.

†Syntaxis.*Materia mutabilis,& ſydus. Animi mutabilitas.Suis motibus & mutationibus agi.Officiorum mutatio,dando,accipiendo.Voluntate mutatus.Verſa & mutata omnia.*

Mvtia,orum.*feſtus dies.Q.Mutio ob bene adminiſtratam Aſiã conſecratus*.in Verr.119 a,Mutia non ſuſtulit.

Mvticensis.*ager in Sicilia*.in V.199 b.

Mvtilatvs,ta.*diminutus*.in Ant.189 b, Antonius in Galliam mutilatum ducit exercitum.

Mvtilvs,a,um. *diminutus, mutilatus.* Orat.214 a,Animus mutila ſentit quædam,& quaſi decurtata.Or.199 b,Mutila quædam & hiantia loqui.

Mvtina,næ.*vrbs*.in Ant.199 a,Antonius circumſedit Mutinam, firmiſſimam & ſplendidiſſimam populi Romani coloniam. Att.278.

Mvtinensis,e.Att.276 a,Mutinenſis fuga.

*Mvtivs,a,um.de Cl. 170 a,Licinia & Mutia lex.

Mvto,as.*mutationem facio,permuto,verto,inuerto,conuerto,immuto,commuto,vario*.Poſtquam.206 b, Vos veſtem mutandam cenſuiſtis, cunctiq́; mutaſtis. Quint. frat. 308 a, pro Corn.60 a, Neq; mutare ciuitatem quiſquam inuitus poteſt,neq; ſi velit,mutare non poteſt. Orat.202 a,Ergo ille princeps variabit,& mutabit *vocem*. Att.116 a , & Ep.49 a, Philotimi literis lectis mutaui conſilium de mulieribus. pro Mur. 120 a,Sapienten ſententiam mutare nunquam. de Clar.194 b , Mutare conſuetudinem dicendi. pro Clu. 24 a,Mutare teſtamentum. de Prou. 74 a , Poſteaq́; rebus geſtis mentes veſtras voluntatemq́; mutaſtis. pro Dom. 217 b,Cui quidem cum Ciliciam dediſſes,mutaſti pactionem. Parad 121 a,Mutare ſolum.* Incer.Muſtella catulos ſuos quotidie transfert mutatq́; ſedem.de Fin.113 b,Quid dubitas igitur mutare principia naturæ?

Mvtor,ris.de Or.159 a, Idq́; ad omnem rationem mutatur & vertitur.pro Clu.61 a, Ne quis inuitus ciuitate mutetur. * de Fin.111 b, De ipſis rebus nihil mutetur.

† Syntaxis.*Variare & mutare conſilium,ciuitatem , veſtem,ſententiam. Mentem ſuam & ſententiam , ſolum mutare.*

Mvtvatio,onis,de Orat.157 a , Translationes quaſi mutuationes ſunt,cùm quod non habeas,aliunde ſumas.itẽ, Mulctari ea pœna , quæ ſine mutuatione & ſine verſura poſſit diſſolui.pro Fl.156 a, Cùm multos minutis mutuationibus fraudauiſſet,&c.

Mvtvatvs,a,um.Att.112 b, Sed eum video in ſumptum ab alijs mutuatum. Tuſc. 184 b , A`viris virtus nomen eſt mutuata.

Mvtvè.*mutuò,viciſſim.* Ep. 60 a , Tu ipſe velim iudices,ſatíſne videatur his omnibus rebus tuus aduentus , cũ proximè Romam veniſti,mutuè reſpondiſſe. & 63 b, Officijs non mutuè reſpondetur.*hæc Cic.filius.*

Mvtvò.*mutuum*.Ep.153 a, Fac valeas , meq́; mutuò diligas.Ep.63 b,Officijs mutuò reſpondere. Epiſt.167 a , Etſi omni tempore ſumma ſtudia officij mutuò inter nos certatim extiterunt. Epiſt. 149 a , Te vt diligas me,ſi mutuò me facturum ſcis,rogo.Epiſt 60 a , Satíſne videatur his omnibus rebus tuus aduentus mutuò reſpondiſſe. Or. 204 a, Verbum aut translatum, aut factum aliunde vt mutuò aut factum ab ipſo.

Mvtvor,aris. *quod non habeo , aliunde ſumo : mutuum aliquid ſumo, vtendum accipio.* Att. 245 b , Cùm abundare debeam, cogor mutuari.Qu.fr.326 b,Tu quicquam ab alio mutuaris? Att.103 b,Age à Cælio mutuabimur.de Nat.44 a,Mutuemur hoc quoq; verbũ.Or.217 b,Aut noua verba facere, aut à ſimili mutuari.de Or.107 b,Cætera verò à familiari meo *L*ongo mutuabor.de Or.89 b,Quæ ſunt oratori cum illis communia , non mutuor ab illis.de Fat.140 b, Orator ſubtilitatem ab Academia mutuatur,& ei viciſſim reddit vbertatem orationis, & ornamenta dicendi .* de Vni.203 b, Particulas ignis , & terræ , & aquæ , & aëris à mundo,quas rurſus redderent, mutuabantur.

† Syntaxis.*Mutuò diligere. Reſpondet mutuò expectationi aduentus.*

Mvtvs,a,um.*elinguis,tacitus.)(.loquens,eloquens.*Poſtquam. 205 a,Mutum forum.elinguem curiam , tacitam & fractã ciuitatem videbatis.Quint fr.442 b,Qui mutis pecudibus præſunt. de Fin.63 b , Si mutæ etiam beſtiæ loquerentur. Leg.184 b,Lex eſt mutus magiſtratus. in Cat. 113 a, Imago aui tui clariſſimi viri, quæ te à tanto ſcelere etiam muta reuocare debuit.in Verr.271 a,Omnia muta atq; inanima commouerentur.de N.9 a, Res inanimatæ atq; mutę. Att.132 a, Nullum fuit tempus poſt has fugas & formidines,quod magis debuerit mutum eſſe à literis, propterea quòd,&c.ad Her.40 b, Cùm res muta aut informis fit eloquens & formata.Tuſc.q.242 a,Muti vel loquentis origo.Or.209 b, Muta quædam loquentia inducere. in Cat. 116 b,Nihil me mutum delectat,nihil tacitum. de Or.123 a , Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt,in iudicandis nimiùm loquax. pro Fl. 147 a , Muta eſt huius temporis accuſatio.pro Dom. 240 a , Is mutam in delicto perſonam nomenq; præbuit. pro Dom.218 a,Ciuitas fracta malis,muta,debilitata,abiecta metu. I. A. 186 b,Satius eſt mutum eſſe , quàm quod nemo intelligat dicere.

† Syntaxis. *Mutum forum,beſtià.Inanimæ res ac mutæ.Tempus à literis mutum.Mutum tacitum.Fractus,mutus , abiectus,debilitatus .*

Mvtvvm.*mutuò*.pro Flac.156 a , Pecuniã ſumſit mutuùm à S.Schola.*aliter,mutuam*.Ep.200 a,Tibi ex S.C. imperandum, mutuúmq; ſumendum cenſeo. Mutuũ in amicitia. L.Mvtvvs.

Mvtvvs,a,um.*pariter atque æqualiter reſpondens,par*. Att.262 a,Tua voluntas erga me, meaq́; erga te par atque mutua. pro S.R.37 a,Idcirco amicitiæ comparantur , vt commodum mutuis officijs gubernetur.de Am.99 a,In amici mutua beneuolentia conquieſcere.Ep.60 a,Mutuum in amicitia eſt , cùm par voluntas accipitur & redditur. & 145 a, Tuus erga me mutuus amor.Ep.59 b,Tribuere alicui mutuam voluntatem. Ep. 204 a , Pro pari inter nos & mutua beneuolentia.Epiſt.227 a, Multa & magna inter inter nos officia,paria & mutua intercedunt.Ep.178 a,Cùm Appio ſumma mihi neceſſitudo eſt , multis eius officijs & meis mutuis conſtituta.Off.12 a, Beneficia mutua & grata eſſe debent.in Sal. 273 a , Non enim ſperaſti mutuam me tibi gratiam relaturum,vt viciſſim tuos compellarem.Att.165 a,Ille mihi H-S quatuordecim non reddit ,'quæ dedi eius filio mutua.171 b,Dare pecuniam mutuam alicui. contr. Rull.82 b,Dare frumentum mutuum alicui. I.A. 229 b,& Brut.91 a , Sumere pecunias mutuas ab aliquo. pro Flac. 148 a, Da mihi teſtimonium mutuum.

† Syntaxis. *Erga aliquem voluntas par atque mutua. Tribuere mutuam voluntatem. Par & mutua beneuolentia. Teſtimonium dare mutuum.*

Mycenensis,ſe. de Fin.68 a, Mycenenſes. Attica pubes. *Poëtæ.*

Mylasa, orum.*vrbs*. in Ant.198 a,& 207.

Mylaseis,vel Mylasii,*populi*.Ep.241 b.

Myndenses.Ep.37 a, Myndenſium teſtimonium.

Myndvs,di. *oppidum*. in Verr.94 a.

Myoparo,onis.*nauis piratica*.I.V.190 a,In portu piraticus myoparo nauigauit. * I.V.94 a , Illi ſtatim myoparonem egregium de ſua claſſe ornatum atq; armatum dederunt. Hoc præſidio Myndum profectus eſt.ibid.Ipſe myoparonem pulcherrimum de decem Mileſiorum nauibus electum L. Magio vendidit. ibid. Hoc illi nauigio ad omnes populi Rom. hoſtes vſq; ab Dianio ad Sinopam nauigauerunt.ibid.Qui ei myoparoni præfuerat. I.V.94 b , Quid illo myoparone factum ſit.I.V.190 a,Paucorum aduentu myoparonum claſſis pulcherrima, &c. piratarum manib. incenſa eſt. I. V. 227 b , Portum Syracuſanorum, &c. iſto prætore Cilicum myoparoni prædonibusq́; patuiſſe. & 250 b , Myoparone piratico capto dux liberatus.I.V.254 a,Quæ *nauis* ſi in prædonum pugna verſaretur vrbis inſtar habere inter illos piraticos myoparones videretur. I. V. 255 a , Hic te prætore Heracleo archipirata cum quatuor myoparonibus paruis ad arbitrium ſuum nauigauit. Pro Dij immortales,piraticus myoparo, &c.vſq; ad forum & ad omnis vrbis crepidines acceſſit. I.V.256 a , Hominum conuentu atq; multitudine piratico myoparone,in portu Syracuſano de claſſe populi Rom. triumphum agere piratam. 3. de Repub. Cùm quæreretur ex eo , quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone?

Myrrina,næ.*vrbs Lemni*. Ep.76 b.

*Myrmecides,is. Acad. 30 b, Vt etiam inter Deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe videatur.

*Myrmillo. vide Mirmillo.

Myron,onis.*fictor,qui Herculem ex ære fecit*.in Verr. 220 b,& de Orat.145 a.

ΜΥΡΟΘΗΚΙΟΝ, *arcula , vel pyxis,in qua vnguenta pigmentaq́ue temperantur,& aſſeruantur.** Att.21 a,Meus liber totum Iſocratis μυροθήκιον,atq; omnes eius diſcipulorum arculas,ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit.

Mysia,ſiæ.*regio*.Or.199 a,Caria, Phrygia,Myſia.

Mysivs,a.Att.293,& 300 a.

Mystagogvs,gi,*rex ſacrorum,& magiſter*.I.V.230 b, Itaque iudices ij qui hoſpites ad ea quæ viſenda ſunt ducere ſo-

 lent.

lent,& vnumquidq; oſtendere quos illi Myſtagogos vocant. conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. Nã antè demonſtrabant quid vbique eſſet: ita nunc quid vndique ablatum ſit.

Mysterivm, rij. *initia, ſacra, res occulta.* Tuſc. 154 a, Reminiſcere quoniam es initiatus, quæ tradantur myſterijs. de Nat. 38 a, Quod quale ſit, ex myſterijs intelligi poteſt. de Or. 148 b, Hoc tacitum tanquam myſterium teneas. pro Mur. 129 b, Id enunciatis veſtris myſterijs totum eſt contemptum. Acad. 15 b, Quæ ſunt tandem iſta myſteria? cur celatis? Tuſc. 221 a, Ne rhetorum aperiamus myſteria. de Orat. 102 a, Quid, ſi petimus ab Antonio, vt ea nobis explicet, & illa dicendi myſteria enunciet? Att. 67 a, Epiſtolæ noſtræ tantum habent myſteriorum, vt eas ne librarijs quidem ferè committamus. Att. 83 b, Velim reſcribas certum (*retine elegantiam*) quo die myſteria futura ſint. & 98 a, Facieſq; me, in quem diem incidant myſteria, certiorem. * de Orat. 149 b, Niſi Athenienſibus, quod myſteria non referrent, ad quæ biduo ſeriùs veneram, ſuccenſuiſſem. de Leg. 177 a, Quid ergo aget Iacchus Eumolpidæq; veſtri, & auguſta illa myſteria, ſiquidem ſacra nocturna tollimus? ibid. Excipis credo illa, quibus ipſi initiati ſumus. M. Ego verò excipiam. Nam mihi cùm multa eximia diuinaque videntur Athenę tuæ peperiſſe, atq; in vita hominum attuliſſe, tum nihil melius illis myſterijs, quibus ex agreſti immaniq; vita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus: initiaq; vt appellantur, ita reuera principia vitę cognouimus.

† Syntaxis. *Tacitum id habeto, tanquam myſterium.*

Mysvs, a, um. pro Fl. 160 a Myſorum vltimus. *prouerbium.*

N

N *Litera Latinorum ſemiuocalis, ac liquida: ſignificabat in iudicijs, Non liquere: vnde ampliatio naſcebatur.*

Nae. *profectò, valdè.* in Ant. 161 a, Næ tu ſi id feciſſes, melius famæ tuæ conſuluiſſes. At. 57 b, Mediusfidius næ tu emiſti locũ prę clarum. Tuſc. 164 a, Nę ille mediusfidius vir ſapiens lætus morietur. de Nat. 26 a, Næ ego incautus, qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus ſum. in Verr. 219 a, Næ iſta præclara nobilitas deſinat quæri, populum Roman. hominibus nouis honores mandare. Att. 86 b, Ne tu me ſolicitudine magna liberâris, de Cl. 187 b, Næ ego velim, &c. Epiſt. 95 a, Næ tu haud paulò plus delectationis habuiſti, quàm quiſquam noſtrûm. Ep. 109 a, Scilicet iſta quidem ſumma, næ ego multa libentiùs emerim diuerſorium Tarracinæ, næ, &c. Tuſc. 161 b, Næ iſta glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt, ſiquidem non multùm differt ab inſania. Acad. 29 b, Quòd ſi geometricis rationibus non eſt crediturus, quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longè aberit, vt argumentis credat philoſophorum. I. C. 105 b, Næ illi vehementer errant, ſi, &c.

Naenia, niæ: & Naeniae, arum. de Leg. 182 b, Honoratorum virorum laudes in concione memorantor, eaſq; ad cantus & ad tibicinem proſequantor, cui nomen Næniæ: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant.

Naevianvs, a, um. de Cl. 169 b, Næuiana ſcripta.

Naevivs, *poëta comicus.* de Cl. 170 a,

Naevvs, ui. de N. 17 a, Næuus in articulo pueri delectat Alceum. at eſt corporis macula næuus: illi tamen hoc lumen videbatur. de Cl. 194 a, Totum aliquem non næuo aliquo aut crepũdijs, ſed corpore omni velle cognoſcere.

Nam. *namque, enim, etenim, atqui, quoniam, ſiquidem, quippe, nimirum, ſcilicet, videlicet, ſanè* Epiſt. 203 b, Cũ eo mihi ſumma neceſſitudo eſt: magno enim beneficio meo affectus cumulatiſſimè mihi gratiam retulit. nam nec in honoribus meis vnquam defuit, nec in laboribus. I. C. 116 b, Quamobrem Quirites celebratote, &c. nam multi, &c. erepti enim, &c. de In. 43 b, Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur. Epiſt. 232 b, Nam quid ego de Cicerone dicam? qui, &c. de Or. 121 b, Nam herculè, inquit Antonius, ſi, &c. & I. V. 123 b, Nam herculè, inquit, &c. & ibid. Nam ſperaueram, inquit arator, me ad denarium peruenturum. Attic 49 a, Nam quòd purgas eos, &c. 135 b, Nam quòd negas, &c. I. A. 217 a, Nam quòd me tecum iracundè agere dixiſti, non eſt ita vehementer, &c.

¶ *Particula adiecta maioris virtutis gratia, interrogando.* pro Cæl. 52 a, Ex quibus requiram quónam modo latuerint. Attic. 177 a, Quámnam rationem allaturus es huius rei? de Di. 89 a, Cuiúſnam modi eſt Tarquinij ſomnium? Att. 273 b, Quinq; cohortibus quid ſénã facturum arbitratur Part. 234 a, Ecquónam modo. & 232 a, Nunquídnam reſtat?



Syntaxis. *Qui ſénam iactat? Ecquônam modo (Num quidnã vis?*

Nanciscor, eris: nactus ſum. *inuenio, adipiſcor, conſequor, aſſequor, mihi obuenit.* de Nat. 51 a, Alter *miluus & coruus* alterius vbicunq; nactus eſt, oua frangit. Tuſc. 164 a, Cato ſic abijt è vita, vt cauſam moriendi ſe nactum eſſe gauderet. Orat. 199 b, Nactus ſum etiam, qui Xenophontis ſimilem eſſe ſe cuperet. de Fin. 51 b, Quoniam nacti te, inquit, ſumus. Att. 315 a, Cuius rei nonnullam conſuetudinem nactus ſum, &c. pro Mil. 116 a, Quònam modo imperium ferre potuiſſetis, ſi id ille nactus eſſet? de Somn. 131 a, Nec vim vllam nanciſcatur, *cælum & natura* quæ à primo impulſu moueatur. Epiſt. 173 b, Si quid firmitatis nactus ſit Antonius. Epiſt. 194 b, Nactus pluſculum laxamenti. &, Cùm plus ocij nactus ero. de Nat. 77 a, Poteſtas quam ille per ſcelus erat nactus. & b, Nacti aliquid fortuiti boni. de Nat. 58 b, Iam verò immanes belluas nanciſcimur venando. Epiſt. 205 b, Tamen maiorem ſpem impetrandi nactus ſum, poſteaquam, &c. de Seneċt. Vitis vt ſe erigat, clauiculis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta, complectitur. in Ver. 97 a, Sortem eſt nactus vrbanæ prouinciæ.

Nanqve. *ſiquidem.* pro R. P. 132 a, de Orat. 93 b, Tum ille, Nanq; quod tu non poteris, nemo poterit. de Orat. 91 a, Nanq; illud quare Scæuola negaſti? Ep. 152 b, Nanq; aſſiduis internuncijs, &c.

Nar, *fluuius.* Att. 62 b, In Nar defluit Velinus lacus.

Narbo, onis. pro Font. 276 b, Eſt in prouincia Galliæ Narbo Martius colonia noſtrorum ciuium, ſpecula populi Rom. in Ant. 167 a, Att. 198 a.

Narbonensis, ſe pro Font. 276 b.

Naris, ris. *naſi foramen geminum.* de N. 54 b, Nares & quòd odor ad ſuperiora fertur, rectè ſurſum ſunt: & quod cibi & potionis iudicium magnũ earum eſt, non ſine cauſa vicinitatem oris ſecutæ ſunt. & 53 a, Os adiunctis naribus ſpiritu augetur. Tuſc. 199 b, Faſciculum ad nares admouere. de D. 83 a,

*Naribus humiferum duxêre ex aëre ſuccum.*

* de Nat. 54 b, Vt in ædificijs architecti auertunt ab oculis naribuſq; dominorum ea. de Nat. 55 a, Nares, quæ ſemper propter neceſſarias vtilitates patent, contractiores habent introitus: ne quid in eas, quod noceat, poſſit peruadere: humorumque ſemper habent ad puluerem multaque alia repellenda non inutilem. & b, Narium item & guſtandi & tangendi magna iudicia ſunt.

Narniensis. *tribus.* cont. Rull. 81 b, Ab Ocriculana vſque ad Narnienſem nomina veſtra proponat. * Incer. In Narnienſi agro ſiccitate lutum fieri, imbre puluerem.

Narona, næ. *vrbs.* Ep. 231 b, & 66 b, Vatinij.

Naratio, onis. *rerum geſtarum, aut vt geſtarum expoſitio.* de Fin. 48 a, de Orat. 116 a, Deinde rem narrare, ita vt narratio veriſimilis ſit, vt aperta, vt breuis. & 139 a, Narratio obſcura totam obcæcat orationem. Orat. 208 a, Narrationes credibiles, nec hiſtorico, ſed propè quotidiano ſermone explicatæ dilucidè. Orat. 217 b, Si exponenda narratio eſt. Part. 232 b, Nerratio eſt rerum explicatio, & quędam quaſi ſedes ac fundamentum conſtituendæ fidei. de Orat. 139 a, Omnis orationis reliquæ fons eſt narratio. 2. ad Her. Narratio accuſatoria in coniecturali cauſa quid habere debeat. 1. de Inuent. Aperta narratio poterit eſſe, vt ſi quodque primum geſtum erit, ita primum exponetur, &c. 1. ad Heren. Narratio quò breuior, eò dilucidior. Partit. Narratio in ſuaſione rara. 1. ad Heren. Veriſimilis narratio erit, ſi vt mos, vt opinio, vt natura poſtulat, dicemus. 2. ad Heren. Defenſoris narratio ſimplicem & dilucidam expoſitionem debet habere, cum attenuatione ſuſpicionis. Partit. Narratio præteritarum aut præſentium rerum eſt. 3. ad Heren. Narrationis diſpoſitio. 1. ad Heren. Genus narrationis, quod in perſonis poſitum eſt, debet habere ſermonis feſtiuitatem, animorum diſſimilitudinem, grauitatem, lenitatem, &c. 1. ad Heren. Narrationis in negociorum expoſitione poſitæ partes tres. 1. de Inu. Narrationis virtutes tres. in Orat. Exponere narrationem. Attic. lib. 6. In multis nominibus. in Trophoniana Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quòd, &c. 1. de Orat. Quando vtendum ſit, aut non ſit narratione, id eſt, conſilij. 1. de Inuen. & 1. ad Heren. Narrationum tria ſunt genera. Vnum genus eſt, in quo ipſa cauſa, & omnis ratio controuerſiæ continetur. Alterum, in quo digreſſio aliqua extra cauſam, aut criminationis, &c. aut amplificationis cauſa interponitur. Tertium genus eſt remotum à ciuilibus cauſis, quod delectationis cauſa non inutili cũ exercitatione dicitur & ſcribitur. *de Narratione vide ad Heren. 1 b, & 3 a, de Inuen. 48 a,* * ad Heren. 1 b, Narratio eſt rerum geſtarum, aut perinde vt geſtarum expoſitio. de Or. 138 b, Quòd eam virtutem, quæ narrationis eſt maxima, vt iucunda & ad perſuadendum accommodata ſit, tollit *breuitas.*

NARRATOR,oris.de Or.113 a, Cæteri non exornatores rerum,ſed tantummodo narratores fuerunt. de Orat.129 a, *Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos.

NARRO,ras. *rem geſtam narratione expono, rem demonſtro, dico.* Epſtiol.31 a,Iucunda mihi eius oratio fuit,cùm de animo tuo, de ſermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret Att.35 b,Craſſi libertum ais,tibi de mea ſolicitudine macieq; narraſſe.ad Her.20 b,de Or.131 a,Vt mores eius,de quo narres,exprimantur,Att.216 a,Othonē quòd ſperas poſſe vinci,ſanè bene narras. Attic.247 b, & 249 a, Narro tibi,Quintus exultat lætitia.Att.26 b,Narra mihi reges Armenij patritios ſalutare nō ſolent? Att.27 b, Narro tibi planè relegatus mihi videor poſtea quā in Formiano ſum,& 146 a, Narro tibi, hæc loca venuſta ſunt. & 200 b, Malè narras de Nepotis filio. *(venies?*

† Syntaxis. *Narra aliquid, de aliqua re. Narra mihi, quando*

NARTHECIVM, cij.*myrothecium,alabaſter.*de Fin.69 a,Medicamenta illa tanquam de narthecio promant.

NARVS.*gnarus*.Or.212 a,Noti erant,& naui,& nari:quibus cum In præponi oporteret, dulcius viſum eſt ignoti, ignaui,ignari,dicere,quàm vt veritas poſtulabat,

NARI,orum.*oppidum.* Attic.40 a, Datum VI Id.April.Naris Luc.*aliter, Naryci Locr.à Naryx.*

NASCENDI.in Cat.111 a,Naſcendi incerta conditio, & ſine ſenſu naſcimur.

NASCENS, tis. de Clar.167 a,Thucydides qui non naſcentibus Athenis ſed iam adultis fuit. * 2.Acad.Naſcentis Lunæ cornua.

NASCOR,eris. *orior, in vitam venio,introeo,ingredior,ortū habeo, in lucem edor, ſuſcipior, alicuius ſatu edor, in lucem edor, pateſio, procedo.*pro S.R.25 b,Si tibi fortuna nō dedit,vt patre certo naſcerere.Or.197 a,Cætera naſcūtur & óccidūt.Tuſc.150 a,Quoniam etiā mortui miſeri ſunt in miſeriam naſcimur ſempiternā.de Fin.81 a,Sed ipſum à ſe oritur,& ſua ſponte naſcitur. de Finib.118 a, Timiditas ex rebus naſcitur.de Cl 168 b,Nec in impeditis, & regum dominatione deuinctis naſci cupiditas dicendi ſolet.Off.36 a, Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. *de Nat. 22 a, Sunt quædam etiam beſtiæ, quæ igni naſci putentur.de Amic.103 a,Magna etiam diſſidia,& plerunque iuſta,naſci,eum, &c.

† Syntaxis. *A ſe oriri, & ſua ſponte naſci aliquid. Naſcitur ab homine peſtis.*

NASICA.L.CORCVLVM.

NASSA,ſæ.*vas vimineum ad capiendos piſces.* ad Att. 247 b,Ex hac naſſa exire conſtitui non ad fugam, ſed ad ſpem mortis melioris.

NASTVRTIVM,tij.*herba acri & odore & ſapore, quā Græci cardamum vocant.* Tuſcul. q.274 b, Perſas negat Xenophon ad panem adhibere quicquam præter naſturtium. & de Fin. 84 a, Sit voluptas non minor in naſturtio illo, quo veſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon.

NASVS,naſi.de Nat.55 a,Naſus ita locatus eſt, vt quaſi murus oculis interiectus eſſe videatur

NATALIS,le.Att.283 a,Cùm is dies caſu Bruti natalis eſſet. Att.137 a,Natali die tuo ſcripſiſti epiſtolam,&c.Att.104 b, Ita ad vrbem III Non.natali die meo.pro Flac.165 b,Hūc ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè ſalutarem appellare poſſum. Attic. 49 a, Agere diem natalem ſuum. de Fin.86 a,Agere diem ſuum natalem quotannis.de Diu. 126 b, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiuſque vitæ ex natali die minimè credendum eſt. * de Finib. 86 a, Nullus eſt igitur cuiuſquam dies natalis. At habetur. Sed vt ſit,etiámne poſt mortem coletur?

NATALITIVS,a,um *ad natalem diem pertinens.*de Diu.126 b, Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. & 127 a, Chaldæi notant ſidera natalitia. I. A. 163 a, Hodie non deſcendit Antonius cur?dat natalitia in hortis. *hoc eſt, feſta diei natalis.*

† Syntaxis.*Cæſaris,vrbis natalis dies. Natalem diem agere,colere. Natalitia prædicta, ſidera.Natalitia dare.*

NATANDI. pro Cæl. 45 a, Quò omnis iuuentus natandi cauſa venit.

NATANS,tis. de Inu.81 b, & Ep. 100 a, Naufragus quidam natans,&c.

NATATIO,onis.*natandi actus.* de Sen.89 a,Habeant alij ſibi natationes.

NATIO,onis.*gens,genus.*Cl.32 b,Is ſe Ligurem non fecit, ne nationis magis ſuæ q̄ generis vti cognomine videretur. *id eſt,Pacetius natione Ligur.* de N.78 b,& 79 a,Deum nō curare ſingulos homines, nec ciuitates,nec nationes & gentes.de In.50 a,Atq; hominū genus in natione cōſideratur, Graius,an Barbarus.de Ar.& pro Seſt.23 b,Deteriores cauete quarum quidem eſt magna natio.* de Prouinc.75 b, Semper illas nationes noſtri imperatores refutandas potius bello,quàm laceſſendas putauerunt.ibid. Cum acerrimis nationibus,& maximis Germanorū & Heluetiorum prælijs feliciſſimè decertauit: cęteras contriuit,compulit, domuit,imperio populi Rom.parére aſſuefecit.ibid.Quas nationes nemo vnquā fuit qui nō frangi domariq; cuperet.de Orat.110 a, Hoc vitio cumulata eſt eruditiſſima illa Græcorum natio. pro Font.281 a, Dubitabitis,&c.exteris nationibus ac gentibus oſtendere. de Leg.176 b,Neq; tot nationes id ad hoc tempus retinuiſſent, Arabum,Phrygū, &c.Epiſt.255 a, Natio me hominis impulit, vt Quint.frat. 295 a,Quod ſi te ſors Aphris,aut Hiſpanis,aut Gallis præfeciſſet, immanibus ac barbaris nationibus: tamen eſſet humanitatis tuæ, conſulere eorum commodis, & vtilitati ſalutiq; eorum ſeruire.

¶ *Ordo.*in Piſ.91 a,Nemo tibi obuiam venit,ne de officioſiſſima quidē natione candidatorū.* pro Mur.140 b,Quid ſi illa officioſiſſima, quæ neminē patitur non honeſtè in vrbem introire,tota natio candidatorum obuiam venit? pro Seſt.23 a, Quæ eſſet noſtra natio optimatium.

NATIO.*dea.* de Natur. deor.68 b, & 69 a, Natio dea,quæ quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus Natio nominata eſt.

† Syntaxis.*Natio & gens.Cæſar natione Romanus.Candidatorum natio,optimatium.*

NATIVVS,a,um.*ortum habens.* de Nat.7 a, Anaximandri opinio eſt,natiuos eſſe deos,longis interuallis orientes occidentesque.

¶ *Germanus,apud nos ortus.* Par.231 a, Simplicia verba partim natiua,partim reperta ſunt. de Nat.46 a,Belluæ ad ſaxa natiuis teſtis inhærentes. pro Dom. 215 b, Medicina, quæ & illud natiuum malum & hoc delectum ſanare poſſet. de Aruſp.248 a, Huius gentis ac terræ domeſticus natiuusq; ſenſus.

† Syntaxis.*Dij natiui.Verba natiua. Natiuæ piſcium teſtæ. Malum natiuum ſancire. Domeſticum & natiuum.*

NATO, as.*no, trano.* de Nat. 72 a, In quo quidem magis tu mihi natare viſus es,quàm ipſe Neptunus.* Ep.127 a,Veniſſe in illa loca ploratum potius quà natatum.

¶ *Exundo,madeſco.*in Ant.180 a,Natabant pauimenta vino.

NATRIX,cis.*ſerpentis genus.* Acad.30 a,Cur Deus tantā vim natricum & viperarum fecerit? cur mortifera tam multa paſſim diſperſeris?

NATV.*id eſt,ætate,aut maior aut minor.*Acad.16 a,Aliquot annis minor natu. pro Clu.40 a, Ex his omnibus natu minimus Qu.Saturius.de Or.113 b,Minimus natu horum omnium Timæus. I.V.262 a, Grandes natu matres. & 91 b, Grandis natu parens. de Inuent. 52 b,Qui fuit maior natu quàm Plautus.de Sen 79 a,Non admodum grandis natu, ſed tamen ætate prouectior.

† Syntaxis.*Natu maior,minor,minimus,grandis.*

NATVRA,ræ.*communis hominum parens,Deus ipſe.*de Nat.42 a, Namque alij naturam cenſent eſſe vim quandam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios: alij autem, vim participem rationis atque ordinis tanquam via progredientem, declarantemque quid cuiuſque rei cauſa efficiat,quid ſequatur:cuius ſolertiam nulla ars, nulla manus,nemo opifex conſequi poſſit imitando. *& ibi deinceps multa de natura.* & 37 a, Omnis natura artificioſa eſt. *& ibi rurſus de natura multa.* Parad.118 a, Cùm tibi ſiue Deus ſiue mater (vt ita dicam) rerum omnium natura,dederit animum. de Finib. 130 a, Omnium eſt natura communis. de Nat. 10 a, Communis rerum natura vniuerſa,atq; omnia continens. I. V.243, Quæ iucunda videntur eſſe non modò his extraordinarijs cupiditatibus, ſed etiam ipſi naturæ ac neceſſitati denegarem. 2. de Legib. Natura in his ipſis rebus quæ ad quietem animi & delectationem quæruntur, dominatur. Tuſculan. libr.5,Vereor enim nè natura, quum corpora nobis infirma dediſſet, ijsque & morbos inſanabiles & dolores intolerabiles adiunxiſſet, animos quoque dederit & corporum doloribus congruentes, & ſeparatim ſuis angoribus & moleſtijs implicatos. 2. de Inu. Natura ſimplici in genere nihil ex omni parte perfectum expoliuit.de Or.129 a, Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura. 1.de Fin.Ad maiora enim quędam nos natura genuit & conformauit. Tuſc.lib.5,Natura quicquid genuit,nō modò animal, ſed etiā quod ita eſſet ortū è terra,vt ſtirpibus ſuis niteretur,in ſuo quodq; genere perfectū eſſe voluit. Tuſc.lib.3, Quòd ſi natura tales nos genuiſſet, vt eam ipſam intueri & perſpicere,eademq; optima duce curſum vitæ conficere poſſemus,haud erat ſane, quòd quiſquam rationē ac doctrinam requireret de Fin.lib.1, Natura ipſa diuitias, quibus cōtenta eſt,& parabiles & terminatas habet. Cat. Natura, ſicut aliarum omnium rerum, ſic viuendi modum habet. Tuſc.lib.2,Natura nihil habet præſtantius,nihil quod magis expetat,quàm honeſtatem, quàm laudē,quàm digni-

tatem, quàm decus. de N. 1, Natura ipſa deorum notionem
in animis hominũ impreſſit. de Fin. li. 2, Natura cupiditatẽ
ingenuit homini veri inueniẽdi. 3. ad Her. Natura nihil ex-
tremũ inuenit. Tuſ. li. 3, Natura paruulos nobis dedit igni-
culos, quos celeriter malis morib. opinionibusq; depra-
uatis ſic reſtinguimus, vt nuſquã naturę lumẽ appareat. de
N. 2, Natura eſt igitur quæ cõtineat mundũ omnẽ, eumq;
tueatur. 2. de N. Natura, qua nihil poteſt eſſe calidius. Aca.
ed. 1. lib. 2, Natura in profundo veritatẽ, vt ait Democritus,
penitùs abſtruſit. Tuſc. lib. 4, Natura de animis hoc merita
melius, quòd corporũ adiumenta adhibẽtur extrinſecus,
animorũ ſalus incluſa in his ipſis eſt. de N. 1. Natura mun-
dus effectus, nihil opus fuit fabrica. de Or. 159 a, Itaq; in-
credibiliter hoc natura eſt ipſa fabricata. de Diu. 82 b, Eſt
enim vis & natura quædã q̃ futura prænunciat, quorũ vim
atq; naturã ratio nunquã explicuit. & ibid. Exiguum no-
bis vitę curriculũ natura circumſcripſit, immenſum gloriæ.
Tuſc. lib. 1, Natura dedit vſurã vitæ, tanquã pecuniæ nulla
præſtituta die. de N. d. 1, Naturã excellentem atq; præſtan-
tem piè ſanctèq; colimus. Tuſc. lib. 4, Nec tam fuit hominũ
generi inſenſa atq; inimica natura, vt corporibus tot res
ſalutares animis nullã inuenerit. 1. de L. A` natura dati ho-
minibus igniculi, à corruptela malæ cõſuetudinis extin-
guũtur, exoriunturq; & cõfirmantur vitia cõtraria. de Vn.
A` natura datum homini viuendi curriculũ. Off. 1, Maior
pars eò ferè deferri ſolet, quò à natura ipſa deducitur. Diu.
lib. 1, A` natura deorũ hauſtos animos & delibatos habe-
mus. de Leg. A` natura repetenda iuris ſtirps. 11. Fam. Sim
etenim impudens, ſi plus poſtulẽ, quàm homini à natura
rerũ tribui poteſt. Acad. ed. 2. lib. 1, Naturã in duas ſpecies
partiebantur Academici, in materiã & formã. de Amic. Si
quis in cœlũ aſcendiſſet, naturãq; mundi & pulcritudinem
ſiderũ perſpexiſſet, ſi ſolitarius eſſet, inſuauem illã admi-
rationem ei fore. de N. d. 1, Quæ nobis natura informatio-
nem deorũ ipſorum dedit, eadẽ inſculpſit in mentibus, vt
eos æternos & beatos haberemus. * de Senect. 93 b, Non
poteſt ea natura, quę res eas contineat, eſſe mortalis. Oec.
1, Maritale cõiugium ſic comparatũ eſt natura. ibid. A` na-
tura cõparata eſt opera mulieris ad domeſticã diligentiã:
viri aũt ad exercitationẽ forenſem & extraneam. Itaq; viro
calores & frigora perpetienda, tum etiã itinera & labores
pacis & belli diſtribuit: mulieri, q; his rebus eam fecerat in-
habilem, domeſtica negocia curãda tradidit. Et quoniam
hunc ſexũ cuſtodiæ & diligẽtiæ aſſignauerat, iccirco timi-
diorẽ reddidit. ibid. Virũ quàm mulierẽ fecit audaciorem.
ibid. Non minorẽ fœminæ quàm viro, earũ rerum tribuit
poſſeſſionẽ. ibid. Simplex natura nõ omnes res cõmodas
amplecti volebat. Hortenſ. Tunc obſequatur naturæ cùm
ſine magiſtro ſenſerit quid natura deſideret. 1. de Leg. Vna
eademq; natura mundus omnibus partibus inter ſe con-
gruentibus cohæret ac nititur, ſic omnes homines inter ſe
natura confuſi prauitate diſſentiunt. de Or. 138 a, Omnia,
quæ fiunt, quæq; aguntur acerrimè, leuioribus principijs
natura ipſa prætexuit. Or. 202 a, Ipſa natura quaſi modula-
retur hominũ orationẽ, in omni verbo poſuit acutã vocẽ,
&c. quò magis naturã ducẽ ad aurium voluptatẽ ſequatur
induſtria. pro Marc. 135 a, Naturã ipſam expleueris, ſatie-
tate viuendi. & 136 b, Quas *anguſtias* natura nobis ad viuẽ-
dum dedit. Tuſc. 174 b, Quod ſit vel à Dijs immortalibus,
vel à natura parente omniũ conſtitutũ. & 235 b, Vnde igi-
tur rectiùs ordiri poſſumus, quàm à cõmuni parente na-
tura? de N. 96 b, Ait vim diuinã in ratione eſſe poſitã, & v-
niuerſæ naturæ animo atq; mente. & 62 a, Hæc omnia eſſe
opera prouidę ſolertiſq; naturę. de N. 64 b, Quid inter na-
turã & rationem interſit. ibid. Negat eſſe in omni natura
quicquam homine melius. & 65 a, Si illum mundum ædi-
ficatum, non à natura conformatum putarem.

¶ *Vis ingenita, cauſa intima in rebus vniuerſis.* Tuſc. li. 5, Aper-
ta enim res eſt, & quotidie nos ipſa natura admonet,
quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus.
Tuſc. 3, Natura affert dolorem. de Diu. lib. 1, Natura par-
uis momentis multa aut affingit, aut mutat, aut detrahit.
Læl. Natura mutari nõ poteſt. de N. d. 1, Natura quã blan-
da conciliatrix, & quaſi ſui lena. Tuſc. lib. 5. de Fin. lib. 2,
Natura paruo cultu cõtenta eſt. de Fin. li. 4, Natura depra-
uata. Tuſc. li. 1, Natura diuina. 4 ad Att. Quę ad naturã ma-
ximè vita eſt. Acad. q. ed. 2. lib. 2, Naturæ inueſtigatio. 2 de
Inuent. Naturæ iura à vulgari intelligẽtia ſunt remotiora.
11. Philipp. Naturæ lex. 2. Fam. Naturæ liberalitas. 2. de N.
deor. Naturæ nomine omnia Epicurus appellat. 1. de Inu.
Naturæ partes quibus in rebus verſentur. 6. Fam. Tum ve-
tat in eo vim timere quo nos iam natura ipſa penè perdu-
xerit. 1. de Leg. Natura per longiùs progreditur, quę nullo
docente profecta ab ijs quorum ex prima & inchoata in-
telligentia genera cognouit, confirmat ipſa per ſe rationẽ,
& perficit. pro S. R. 30 a, Aliquid ex rerũ natura ſuſtuliſſe.
de Inu. 82 a, Natura ius eſt. *id eſt, ius naturale eſt.* de Diuin.
133 b, Si ita natura comparatum eſſet, vt de N. deor. 1, Na-
turæ ſpeculator, venatorq; phyſicus. Cat. Naturæ via vna
eſt, eaque ſimplex. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Naturæ ſentientis
vim, animum mundi eſſe dicunt Academici. Acad. q. ed. 1.
lib. 2, Naturæ accommodatum. 2. de Legib. Natura anti-
quiſſima, & rerum omnium princeps, ad quam leges ho-
minum diriguntur. 2. de N. d. Natura non artificioſa ſo-
lùm, ſed planè artifex ab eodem Zenone dicitur conſul-
trix & prouida vtilitatum opportunitatumque omnium.
Tuſc. 168 a, Natura ſic ſe habet, vt, &c. Tuſc. 176 a, Quod
natura fert. de Finib. lib. 5, Omnis natura conſeruatrix ſui
eſt. de Fin. lib. 4, Omnis natura diligens ſui eſt. de Finib. 5,
Omnis natura propoſitum habet quaſi finem & extremũ,
ſe vt cuſtodiat quàm in primo ſui generis ſtatu. de Amic.
99 a, Natura optima rectè viuendi dux. de Finib. lib. 2, Na-
turæ, obſiſti non poteſt. Academ. q. ed. 2. lib. 1, Naturæ pa-
rére. Academ. q. ed. 2. lib. 1, Natura mundi ſempiterna ſe-
cundum Academicos. de Nat. deor. 1, Natura omnium de
dijs conſentit. 13 ad Att. Rerum natura nõ videbatur fer-
re. de Fin. lib. 1, Natura, iuxta Epicurum, adſciſcit & repro-
bat, id eſt, voluptatem & dolorem. Tuſcul. q. lib. 2, Omnia
quæ natura aſpernatur, in malis ſunt: quæ adſciſcit, in bo-
nis. Acad. ed. 2. lib. 1, Natura ſentiens eſt, ſecũdum Acade-
micos. Tuſc. lib. 1, Natura terrena, mortalis & caduca. de
Sen. 78 a, Naturã optimã ducem tanquã Deum ſequimur,
eiq; paremus. Læl. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, ni-
hil rapacius, quàm natura. de N. deor. 6 a, Omnes natura
numini diuino parent. de Or. 161 a, In omni genere ma-
gna quædã eſt vis incredibiliſque naturæ. pro Syll. 182 a,
Tormẽtum gubernat dolor & moderatur natura cuiuſq;
tum animi tum corporis. & ibid. Vita ipſa ex vi ſua natu-
raq; facilè perſpicitur. de Clar. 190 a, Geſtus natura ita ve-
nuſtus, vt ars etiam quæ non erat, & è diſciplina motus
quidam videretur accedere. Offic. 22 b, Nihil contra natu-
ram vniuerſam eſt contendendum. 2. de Leg. Naturæ re-
rum omnium rem vllam præſtare cum nefas ſit dicere, ra-
tionem eſſe in ea confidendum eſt. Cat. Quid enim eſt a-
liud gigantum modo bellare cum dijs, niſi repugnare na-
turæ? pro Clu. Vos autẽ de eo, in quem iudices non eſtis,
&c. de eo qui & naturæ & legibus ſatisfecit, quẽ leges exi-
lio, natura morte multauit. ad Brut. Naturæ ſeruire. pro
Marc. Naturæ quod debetur, ſoluere. Acad. q. ed. 1. lib. 2,
Naturã accuſa. 2. de Leg. Ad naturã iura noſtra accõmo-
dari gaudeo. in Or. Quid verò hoc elegantius, quod non
fit natura? de N. d. 1, Ea quæ natura fluerent atq; mana-
rent. Acad. q. edit. 2. lib 1, Natura ſentiente nihil valentius,
à quo intereat. 13 Fam. Natura tributũ eſt id optimo cuiq;,
vt laudem velit conſequi. 1. de Leg. Naturã ducem nactus
nõ eſt quiſquã hominũ, qui ad virtutẽ peruenire nõ poſ-
ſit. de N. 8 a, Naturam illã quæ imagines fundat, ac mittat
in deorum numero refert. Tuſc. lib. 1, Natura ineſt in men-
tibus noſtris inſatiabilis quædã cupiditas veri videndi. p
Syll. Hoc natura eſt inſitum, vt quem timueris, qui cũ de
vita, fortuniſque contenderis, cuius ex inſidijs euaſeris,
hunc ſemper oderis. 1. de Or. Natura non eſt interdictum
ſingulis hominibus artes plures noſſe. * de Natur. deor. 7
b, 8 a, Quatuor naturas, ex quibus omnia conſtare vult,
diuinas eſſe cenſet: quas & naſci & extingui perſpicuum
eſt, & ſenſu omni carere. ibid. Nec verò Protagoras, &c.
quicquã videtur de natura Deorum ſuſpicari. de N. 24 b,
Quibus explicatis ad rationẽq; reuocatis rerũ magis na-
tura cognoſcitur quã Deorũ. ibid. Mihi quidẽ etiã Demo-
critus nutare videtur in natura Deorũ. de N. 25 a, Cũ opti-
mã & pręſtantiſſimã naturã Dei dicat eſſe. ibid. Vt omittã
vim & naturã Deorũ. & b, Quod Poſſidonius diſſeruit in
libro quinto de Natura Deorũ. Or. 202 a, Mira eſt quædã
natura vocis. Off. 54 b, Qui primũ hæc natura cohærentia
opinione diſtraxiſſent. de Finib. 109 b, Viuere adhibentem
ſcientiam earum rerum, quæ natura euenirent.

¶ *Mundi moles, rerum vniuerſitas.* Acad. q. lib. 1, In natura ra-
tio perfecta, iuxta Academicos. 2 de N. d. Naturam eam,
quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis ex-
cellere neceſſe eſt. pro Rab. 95 b, Atqui videmus hæc in re-
rum natura tria fuiſſe. de Nat. deor. 1 Naturæ vniuerſę ani-
mus & mens. 2. de Or. In naturæ bonis Craſſus ſe vinci æ-
quo animo ferebat: in ijs verò quæ ſibi homines parare
poſſent, pati non poterat. de Vni. Naturæ intelligentis ſa-
pientiſq; cauſas primas conquirere. 2. de Nat. deor. Natu-
ræ fabrica incredibilis. 3. de Nat. deor. Naturam quaſi co-
gnatione continuatam conſpirare. 1. de Inuent. Naturam
definire difficile. de Prouinc. conſul. Si ex rerum natura
non poſſem euellere *tempus. hoc eſt, delere, tollere.* de Amic.
Quòd ſi exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniun-
ctionem, nec domus vlla, nec vrbs ſtare poterit. Diuin lib.
2, Natura rerum vno conſenſu iuncta & continens, vt Phy-

ſicis

ſicis placet. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Quod rerum natura non patitur. Acad. ed. 2. lib. 1, Natura cohærens & continuata cum omnibus ſuis partibus 1. de Leg. In natura eſt bonũ ipſum, non in opinionibus: nam ni ita eſſet, beati quoque opinione eſſent. 1. de Finib. In rerum natura duo quærenda ſunt: vnum, quæ materia ſit, ex qua quæque res efficiatur: alterum, quæ vis ſit, quæ quicque efficiat. de Finib. lib. 2, In natura rerum tria ſunt: vnum, cùm in voluptate ſumus. alterum, cùm in dolore: tertium, cùm nec in voluptate nec in dolore. Tuſcul. lib. 3, In natura tria ſunt: vnum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere nec dolere. * de Oat. 138 a, Nihil eſt in natura rerum omnium, quod ſe vniuerſum profundat, & quod totum repentè euolet.

¶ *Eſſentia.* de Fat. 145 b, Motus enim voluntarius eam naturam in ſe ipſe continet, vt ſit in noſtra poteſtate, nobiſq; pareat: nec id ſine cauſa ei⁹ enim rei cauſa ipſa natura eſt. de Or. 101 a, Cuius rei tanta eſt vis, tanta natura, vt, &c. de Or. 123 a, Acie mentis rerũ omnium vim naturãq; videre. de Or. 123 b, Argumẽta, aut ex ſua ſumi vi atq; natura, aut aſſumi foris. pro Mur. 132 a, Sed tamẽ ea viciſti, quę & naturã, & conditionẽ, vt vinci poſſent habeant. 3. de N. d. Naturã patibilẽ habet omne animal. de N. 31 b, Natura ignis, & ea ipſa tota feruida eſt, & cæteris naturis vitalẽ impertit calorem. de Fin. 130 a, Natuuas eſſe diuerſas, vt aliud equo ſit natura, aliud boui, aliud homini. & 126 b, Theophraſtus perſecutus eſt ſtirpiũ naturas, omniũ ferè rerũ, &c. de Fin. 59 b, Vis & natura iuſtitię. & 62 a, Vis verborũ & natura orationis. 12. ad Att. Natura noſcẽda eſt, nõ facultas. de N. d. 2, Mundus melior, quàm vlla natura. de Somn. 131 a, Hæc eſt natura propria animę atq; vis, vt ipſa à ſeipſa moueatur. de N. d. 2, Hominis natura perfecta non eſt. 1. de Leg. Natura iuris ab hominis repetenda natura. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Naturã rerum omnium euoluere. de Or. 92 b, Id ſi eſt difficile nobis, ſit tamẽ in re poſitum atq; natura. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Ad naturã accommodatũ. 6 Fam. Ad rerũ naturam delabi. 1. de L. In natura non in opinione ſita arboris aut equi virtus. 2. de Nat. Noſtris manibus in rerũ natura quaſi alteram naturã efficere conamur. de N. 2 a, Perdifficilis & perobſcura quęſtio eſt De natura deorũ. * de Cõſ. Caſtos, puros, integros, leui quodã ac facili lapſu ad Deos, id eſt, ad naturã ſui ſimilẽ peruolare. I. V. 240 b, Vrbẽ Syracuſas elegerat, cuius hic ſitus atq; hęc natura eſſe loci cœliq; dicitur. con. Rull. 85 a, Quæ *res* ab ipſa natura loci & à vitę cõſuetudine ſuppeditãtur, quibus alimur & viuimus. Carthaginenſes fraudulenti & mendaces, non genere, ſed natura loci: quod ꝓpter portus ſuos multis & varijs mercatorum ſermonibus ad ſtudium fallendi ſtudio quæſtus vocabãtur. Ep. 7 b. Eam eſſe naturã & rationem prouincię tuæ, vt. & 244 a, Ciliciam quidem ipſam propter montis Amani naturam facilè tenuiſſem. Qu fr. 317 b, Quos tu ſitus, quas naturas rerum & locorum habes?

¶ *Ingenium.* pro Marc. Victoria, quæ natura inſolens eſt. 2. de N. d. Naturę ſolertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex cõſequi poteſt imitando. Tuſc. lib. 1, Naturę ſpecimẽ ex optima quaq; natura capiendũ. Tuſc. li. 5, Natura ſemper eſt inuicta. Tuſc. lib. 1, Nulla melior in hominũ genere natura, quàm eorũ, qui ſe natos ad homines iuuandos, tutandos, conſeruãdos arbitrabãtur. de Clar 191 a, Atq; hic à magiſtris parum inſtitutus, naturã habuit admirabilem ad dicendũ: induſtriam non ſum expertus, ſtudium certè fuit, Tuſc. lib. 4, Continet aũt ſedationẽ animi humani in cõſpectu poſita natura. 16 ad Att Natura corrupit Hortẽſij filium, non patris culpa. Cat. Natura cõmorandi nobis diuerſoriũ dedit, nõ habitandi. de Fin. li. 5, Natura in pueris vt in ſpeculis cernitur 1. ad Qu fr. Naturæ tuæ ea adhibita doctrina eſt, quę vel vitioſiſſimam naturam excolere poſſit. de Or. 94 a, Naturã atq; ingenium ad dicendũ vim afferre maximã. Tuſc. q. lib. 1, Quę natura, non literis aſſecuti ſumus. de Fin. 140 b, Dùm ſic hominis natura generata ſit, vt, &c. Tuſc. q lib. 4, Qui aũt natura dicuntur iracũdi, aut miſericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij ſunt eiuſmodi cõſtituti, quaſi mala valetudine animi, ſanabiles tamen. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Natura leniſſimus homo. Tuſc. q. lib. 1, Optima natura eſſe. * pro Qu. 10 b, Natura triſti & recondita fuit. Tuſc. 223 a,

*----neq; ira cœlitum inuectum malum,*
*Quod non natura humana patiendo ferat.*

I. A. 158 a, Feremus amici naturam. Tuſc. 199 b, Vt natura ijs potiens dolore careat. Ep. 208 b, Ipſoſq; quorum nomina ſcripſi, vt quàm honorificentiſſimè pro tua natura, & quàm liberaliſſimè tractes.

¶ *Animus, ratio, iudicium, mens, conſilium.* 1. de Leg. Natura dijudicãda ſunt honeſta & turpia. de Fin. lib 1, Magiſtra ac duce natura. 1. de L. Natura duce errari nullo pacto poteſt. Tuſc. q. lib. 1, Tantũ ſibi perſuaſerant, quantũ natura admonente cognouerãt. Tuſc. lib. 1, Naturã ipſam de immortalitate animorũ tacitam iudicare, maximũ argumentum eſt, quòd omnibus curę ſunt, & maximè quidẽ, quæ poſt mortem futura ſint. * de Fin. 140 b, Cùm ſic hominis natura generata ſit, vt habeat quiddam innatum quaſi ciuile atq; populare, quod Græci πολιτικὸν vocant.



¶ *Mores.* Acad. q. ed. 2. lib. 1, Naturę perfectio virtus. ad Lẽt. lib. 1, Habui nõ temporũ ſolũ rationem eorũ, ſed etiã naturæ *id eſt, morum meorum.* 1. ad Qu. fr. Naturæ acerbitas. ad Att. Naturæ agilitas, vt ita dicã, & mollities. de N. 65 b, Naturæ iſta ſunt Balbe, naturæ nõ artificioſè ambulantis, vt ait Zeno, ſed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus ſuis. ad Allienũ lib. 13, Huic ego tantummodo aditum ad tuã cogitationem patefacio & munio: cognitũ per teipſum, quę tua natura eſt, dignũ tua amicitia hoſpitioq; iudicabis. pro Ar. 188 b, Sæpius ad laudẽ atq; virtutem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura valuiſſe doctrinã. & ibid. Aliquẽ ſine doctrina naturę habitu eſſe moderatũ. & ibid. Cùm ad naturã eximiam & illuſtrem acceſſerit ratio quædã confirmatioq; doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarũ ac ſingulare ſolet exiſtere. de Diu. 128 a, Eodẽ temporis puncto nati, diſſimiles & naturas, & vitas, & caſus habẽt. Tuſc. q. lib. 4, Qui ſe naturam cuiuſq; ex forma perſpicere profitebatur. 1. ad Qu. frat. Natura vniuſcuiuſq; multis ſimulationũ inuolucris tegitur. Brut. 1, Voluntates hominum occultæ, multipliceſq, naturæ. de Am. Si aliquem nacti ſumus, cuius cum moribus & natura cõgruamus. 1. ad Qu. fr. Natura moderata, natura vitioſa.

¶ *Elementum.* de Nat. d. 1, Quatuor naturas, ex quibus omnia conſtare vult Empedocles, diuinas eſſe cenſet.

¶ *Temperatura.* de Or. 125 b, Medico & cõſuetudo valẽtis, & natura corporis cognoſcenda eſt. Tuſc. q. lib. 4, An quicquã poteſt eſſe ſecundũ naturã, q*d* ſit repugnãte ratione? Cat. Omnia quę ſecundũ naturã fiunt, ſunt habẽda in bonis. Off. 3, Secundũ naturã viuere. Off. 1, Naturã ſi ſequemur ducẽ, nunquã aberrabimus. de N. 34 a, b, Ordo ſyderũ & in omni æternitate conſtantia neq; naturã ſignificat: eſt enim plena rationis. Acad. q. ed. 2. lib. 2, A` natura corporis experte nihil quicquam effici poſſe arbitrabatur Zeno. * I. A. 154 b, Multa impendere videbantur præter naturam etiam, præterq; fatum.

¶ *Origo, ortus, initium, principium.* 2. de Leg. Naturæ patria vna, altera ciuitatis. Or. 212 a, Hoc non natura fit, ſed quodam inſtituto. de Clar. 190 b, Siue quòd natura non eſſet ita factus. pro Cl. 32 b, Vitia quæ ab natura habeas, ſtudio atq; artificio quodam malitiæ condire.

¶ *Corpus.* de N. 25 b, Quę aũt animans natura *poteſt eſſe*, nihil curans? de N. 2, Naturę primæ & inchoatæ. 3. de Nat. d. Natura maximè cedens & diſſipabilis. de N. d. 1, Naturis, quæ ſine animis ſunt, locus eſt proprius. 2. de N. d. A` ſuperis externiſq; naturis alitur terra. *al. æternis.* Tuſc. 152 b, & 162 a, Quinta quædã natura ab Ariſtotele inducta. *& inibi de natura, quã ſubſtantiam vocant, præclara quædã.* de Som. 131 a, Vel cóncidat omne cœlũ, omniſq; natura, conſiſtat neceſſe eſt animus. de Nat. d. 2, In omni fuſum eſt natura calidum illud atq; igneum. Tuſcul. q. 156 b, Quinta illa non nominata magis quàm non intellecta natura.

¶ *Vulua, vterus.* 2. de Diu. Párere quędã matrona cupiens, dubitans eſſétne prægnans, viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam. retulit, negauit eam, quoniam obſignata fuiſſet, concipere potuiſſe.

¶ *Conſtitutio.* 2. de Or. Natura cauſæ, quam alij conſtitutio-(nem vocant.

¶ *Status, conditio, curſus.* 6. Fam. Natura atq; ratio temporũ ciuilium. ibid. Ea natura rerum eſt, & is temporum curſus.

† Syntaxis. *Natura vis quædam, artificioſa, mater omnium, communis parens. Communis natura, vniuerſa, omnia continens, prouida, ſolers. Natura & vis animæ. Vitæ natura. Geſtus natura venuſtius. Naturam habere ad dicendum. Naturæ habitus, non doctrina. Cóncidet omne cœlum, omniſque natura. Contra naturam vniuerſam contendere. Non natura, ſed inſtituto. Victoria natura inſolens. Generata hominis natura. Tanta rei vis. tanta natura. Natura corporis medico noſcenda. Loci ac cœli Italici natura. A` natura vitium habere. In rerum eſſe natura. Ex rerum natura tollere. Id natura, ita natura comparatum eſt. Natura legis, norma. Animans natura, artifex, conſultrix, & prouida vtilitatum noſtrarũ. Aëria natura cedens, diſsipabilis, cohærens, continuata cum ſuis partibus. Natura blanda, conciliatrix, ac ſui diligens, terrena, mortalis, caduca. Cauſæ natura, id eſt, conſtitutio. Vniuerſæ naturæ mens & animus. Naturæ patria. Soluere naturæ debitum. Natura cognationis continuata, conſpirans. Animalis natura patibilis. Vide totum caput & accuratius expende: ſunt enim omnia præclara Tullij dicta de natura. nos igitur actum non agemus.*

NATVRALIS, le. *phyſicus, innatus, inſitus, naturæ coniunctus vel copulatus, à natura profectus vel ortus, ſecundum naturam, quod à natura eſt.* de Cl. 166 b, Eiſque libris ad memoriam rerum naturalium comprehendendã impulſi ſumus. Part. 135 b, In obſcuris naturalibuſq; quęſtionibus. de Fin. 52 b,

Motus

Motus naturalis. I. A. 186 a, Pater naturalis. de Cl. 182 b, Omnium cauſarū vnum eſt naturale principium. de Fat. 141 b, Noſtrarum voluntatum & appetitionum non ſunt cauſæ naturales & antecedentes: nihil enim eſſet in noſtra poteſtate. de Diuin. 82 a, Hæc enim duo genera diuinandi naturalia ſunt. pro Cæl. 36 b, Niſi ipſe ſe cùm domeſtica diſciplina, tum etiam naturali quodam bono defenderet. de Cl. 167 b, Naturalis, non fucatus nitor. Offic. 11 a, Naturalis quædā ſocietas. de Or. 94 b, Vt homines adoleſcentes, ſi quid naturale fortè nō habeant, deterreantur. de Fin. 55 a, Naturaturalis atque inſita in animis noſtris notio. de Cl. 176 a, Facilè cerneres naturale quoddā ſtirpis bonū degenerauiſſe vitio deprauatæ voluntatis. * de Nat. deor. 51 a Miluo eſt quoddam bellum quaſi naturale cum coruo.

† Syntaxis. *Pater naturalis. Naturalis, non fucatus nitor. Naturalis ac inſita vis. Naturale ſtirpis bonum degenerat.*

NATVRALITER. *à natura, ſecundum naturam, naturæ ipſius habitu: naturâ, ablatiui caſus.* de Sen. 82 b, Quod homini naturaliter inſitum eſt, eo vti decet.

† Syntaxis. *Inſitum naturaliter.*

NATVS, ti. *procreatus, filius.* de Amic. 191 a, Ea charitas, quę eſt inter natos & parentes. de Fin. 141 b, A primo ſatu quo à procreatoribus nati diliguntur.

NATVS, ta, tum. *editus, procreatus, factus, prognatus, alicuius ſatu vel partu editus.* de N. 68 b, Orpheus & Rheſus matre Muſa nati. & 69 a, Circe è Perſide Oceani filia nata. Tuſc. 196 a, Thyeſtes Tantalo prognatus, Pelope natus. Poſtquam. 98 A parentibus paruus ſum procreatus, à vobis natus ſum conſularis. de Finib. 136 b, Natus, ſuſceptus, & inſtitutus ad laudem. de Orat. 93 a, Cùm te vnum ex omnibus ad dicendum maximè natum aptumq; cognoui. & 92 a, Ita nati ſumus, vt rem geſtam exponere, & de omnibus rebus loqui ſine arte poſſimus. in Verr. 135 b, Reperiebam hunc ad iſtius flagitioſas libidines natum atque aptum fuiſſe & factum. de Finib. 73 a, Equus natus ad curſum, canis natus ad indagandum. Ep. 57 a, Natus ad agendū ſemper aliquid dignum viro. de Ar. 244 a, Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis. & ibid. T. Annius ad hanc peſtem funditùs delendam natus eſſe videatur. pro Seſt. 22 b, Vir ad dignitatem & gloriam natus. pro Cæl. 59 a, Ille vir, qui ſe natum huic imperio putauit. pro Cornel. 55 a, L. Craſſus homo natus ad dicendi ſingularem quādam facultatem. in Ant. 241 a, Cæſar deorum beneficio natus ad hæc tempora. in Ant. 238 b, Aliquis ad ad facinus prædamq; natus. Orat. 105 b, At hic noſter ad hoc vnum eſt natus, in hoc ſolo ſe exercuit. Part. 23 a, Genus hominū eſt ad honeſtatem natum. de Clar. 186 b, Cn. Pompeius vir ad omnia ſumma natus. de N. d. 58 a, Boum ceruices natæ ad iugum. de Prouin. 71 a, Syri natio nata ſeruituti. in Piſon. 88 a, Ille gurges atq; helluo natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ. de Clar. 191 a, Multitudo & forum, cui nata eloquentia eſt. pro Mur. 143 b, Tuū eſt Cato, qui non tibi, ſed patriæ natus es, videre, &c. Offic. 5 a, Non nobis ſolùm nati ſumus, ſed, &c. de Orat. 154 b, Græci nati in literis. Antequam. 196 a, Nō magis me mea cauſa puto eſſe natum, quàm reipub. procreatum. de Or. 94 b, Quidam ſunt ita habiles, &c. vt non nati, ſed ab aliquo deo ficti eſſe videantur. Attic. 106 b, Animaduerteram poſſe pro re nata te non incommodè ad me in Albanum venire. Att. 111 b, In his locis pro re nata non incommodè poſſunt eſſe. Attic. 224 a, Antonij colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum. in Verr. 169 b, Eques Rom. propè annos LXXXX natus. de Orat. 149 b, & de Clar. 185 a, Annos natus vnum & viginti. pro Cluent. 40 b, Cum annos ad quinquaginta natus eſſet. de Leg. 161 b, Homines ad iuſtitiam eſſe natos. contra Rull. 84 a, Antè extingui atqu[e] opprimi, quàm planè exortum ac natum eſſet. ibid. 64 a, Homines in veteri dignitate fortunaque nati. de Leg. 159 a, Cuius cauſa nati & in lucem editi ſumus. pro Quin. 16 a, Ex quo hæc omnia nata & profecta ſunt. de Fin. 107 a, Omnes nati ſumus ad ſocietatem & communitatem generis humani. Top. 224 a, Filius natus in decem menſibus. * de proſcrip. lib. Homines honeſtis parentibus ac maiocibus nati. Acad. Hominem natum ad nihil eſſe aliud, quàm honeſtatem. de Finib. 74 a, Non ſibi ſe ſolùm natum meminerit: ſed patriæ, ſed ſuis. de Fin. 104 a, Nos ad cōiunctionem congregationēq; hominū & ad naturalem cōmunitatem eſſe natos. ibid. Cætera nata eſſe hominum cauſa & Deorum: eos aūt communitatis & ſocietatis ſuæ. & b, Cùm ad tuendos conſeruandosq; homines hominem natum eſſe videamus.

† Syntaxis. *Ille Cæſare natus, è Cæſ. Natus à ſenatoribus conſularis Tullius. Natus, ſuſceptus, & inſtitutus ad laudem. Natus & aptus ad. Natus, aptus, factus. Natus Reipub. ad hoc tempus, ad omnia ſumma. Natus ſeruituti, ad iugum, abdomini. Foro nata eloquentia. In literis natus. Pro re nata conſilium inire. Annos natus ad 1 & 20. Natus & exortus. Ex veteri natus nobilitate. Natus, ac in lucem editus. Hoc natum inde ac profectum eſt. In decem mēſibus natus. In veteri dignitate eius.*



NAVALE, lis. *armamentarium, locus in quo naues naualiaque opera fiunt, & ſeruantur.* Offic. 45 b, Muri, naualia, portus, aquarum ductus.

NAVALIS, le. de Or. 90 a, Si huic M. Antonio pro Hermodoro fuiſſet de naualium opere dicendum. de Sen. 79 b, Pedeſtres naualéſve pugnæ. pro Mur. 132 a, Pugna naualis ad tenendum. pro Pomp. 14 a, Diſciplina naualis. & 9 b, Nauale bellum. Att. lib. 10.

NAVARCHVS, chi. *magiſter & gubernator nauis, nauicularius.* in Verr. 248 a, Sumtū omnē in claſſem nauarcho ſuo quæq; ciuitas dabat. & 190 a, Nauarchis imperare. item: Forum Syracuſanum, nauarchorum ſanguine redundauit.

NAVCI. *iuglandis putamen, vèſve nihili.* de Diu. 108 a, Non habeo deniq, nauci Marſum augurem.

NAVFRAGIVM, gij. *iactura quæ fit in mari nauifracta, calamitas.* Ep. 259 b, Interea, qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerūt. de In. 42 b, Maxima ac miſerrima naufragia fiebant. pro Rab. 95 b, Nec tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos S. Titij nauem afflictam, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Att. 67 b, Hæc enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat. Offic. 70 a, Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebitne eam ſapiens, ſi poterit? pro S. R. 43 a, Quem tu è patrimonio tanquā è naufragio nudum eiecisti. pro Seſt. 5 b, In quo naufragio reipub. colligendo & reficiendo, ſaluti communi omnia reperientur P. Seſtij conſilia eſſe verſata. in Piſ. 88 b, Vt tu naufragio expulſus penderes, &c. in Ant. 243 a, Qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Antoniana ſaxa proiectus eſt. pro Dom. 241 a, Quod in naufragio Reipub. tenebris offuſis, demerſo populo Rom. euerſo atque eiecto Senatu, dirueris, ædificaris, religione omni violata, Reipub. tantū nomine cōtaminaris: in ciuis huiuſce ędib. & in vrbe monumentū deletę Reipub. collocaris ad equitū notam, ad dolorē bonorū omnium: ſublatoq; Q. Catuli nomine incideris. I. A. 238 a, An cætera ex eodē latrocinio naufragia colligam? Tuſc. 171 b, Vt naufragio pereat Atreus. de Diu. 85 b, Nunc tot clariſſimorū ducum regumq; naufragium ſuſtulit artem gubernandi? Ep. 10 b, Quæ res quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia neceſſariæ. Ep. 204 b, Cùm in eam poſſeſſionem tanquam è naufragio reliquias contuliſſet. Attic. 27 a, Naufragia ex terra intueri.

NAVFRAGVS, a, um. *qui naufragium fecit, eiectus.* in Piſon. 88 b, Marium Africa expulſum, naufragumq; vidit. de Inuen. 81 b, Naufragum quendam natantem & manus ad ſe tendentem animaduerterunt. ibidem. Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſſit, & naui, quoad potuit, eſt opitulatus. I. C. 103 b, Eodem cæteros vndiq; collectos naufragos aggregauit. & 109 b, Contra illam naufragorum eiectam ac debilitatam manum, florem totius Italiæ ac robur educite. pro Syll. 175 a, Vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otij, bonorum hoſtis, aliter indicata hæc eſſe diceret: quo facilius vento aliquo in optimum quenque excitato poſſet in malis Reipubl. portum ſuorum malorum aliquem inuenire. de Fat. 141 a, In alijs fortuita quædam eſſe poſſunt: vt in illo naufrago. ibidem. Quid autem magnum, & naufragum illum ſine nomine in riuo eſſe lapſum? Quanquam huic quidem hic ſcribit prædictum, in aqua eſſe pereundum. Offic. 70 a, Quid ſi in vna tabula ſint duo naufragi: hique ſint ſapientes: ſibi vterque rapiat? an alter cedat alteri? cedat verò, ſed ei, cuius magis interſit, vel ſua vel Reipubl. cauſa viuere. Quid ſi hæc paria in vtroq;? Nullum erit certamen, ſed quaſi ſorte aut dimicando victus, alteri cedat alter.

† Syntaxis. *Naufragium Reipub. ducum, rei familiaris facere, fieri, colligere, reficere. Naufragio proijci, expelli.*

NAVICVLA, læ. Poſtquam. 202 b, Marius cū parua nauicula traiecit in Africam. Academ. 37 a, Nos ad nauiculas noſtras aſcendimus. * de Orat. 99 a, Qui duorum ſcalmorū nauiculam in portu euerterit.

NAVICVLARIA, riæ. *ars nautica.* in Verr. 245 a, Nauiculariā facere.

NAVICVLARIVS, rij. *nauiculator, nauis gubernator, gubernator.* Epiſt. 260 a, Nauiges cū honeſto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius moueatur. Att. 136 b, Ego nautas illū nō putabam habiturum, ille cōficiebat: & eo magis quòd audita nauicularijs hominis liberalitas eſſet. * I. V. 136 a, Nā aut publicè ciuitates iſtos honores habent, aut ſi generatim homines, vt aratores, vt mercatores, vt nauicularij.

NAVICVLATOR, oris. *nauicularius.* pro Pomp. 5 b, Mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſiùs tractatis.

NAVIGANDVM. Att. 120 b, Infero mari nobis incerto curſu hyeme maxima nauigandum eſt.

NAVIGANS,tis. *qui nauigat,naui,vectus.* Off.70 a, *bis*. Attic. 165 b,Recordor enim æſtate cũ illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans,quàm fuerim ſolicitus.

NAVIGATIO,onis. *curſus,curſus maritimus.* de Nat.76 b,Videtiſne,inquit,amici quàm bona à dijs nauigatio ſacrilegis detur? Quint.frat.312 a,Aiebant te prima nauigatione tranſmiſſurum. Qu. frat. 310 a, Primam nauigationem ne omiſeris. de Sen.92 a,Aliquando in portum ex longa nauigatione venire.Ep.lib.13,Nauigationũ curſus. * Att.253 b,Hæc nauigatio habet quaſdam ſuſpiciones periculi.

NAVIGIOLVM,li.Ep.192 a, Nos vix ipſi ſingulis cum nauigiolis reciperemur.Lentuli.

NAVIGIVM, gij. *nauis.* de Natur.56 b,Arborum confectio magnos vſus affert ad nauigia facienda. de Orat.159 b, Quid tam in nauigio neceſſarium,quàm latera, quàm carinæ,prora,puppis,antennæ,vela,mali.pro Cor.67 b,Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium ex reipub. tempeſtate moderari. Att.243 a,Prorſus diſſolutũ offendi nauigium, vel potius diſſipatum. Acad 25 a,Proficiſci probo nauigio,bono gubernatore, ac tranquillitate. * de Orat.97 b, Vt concitato nauigio cùm remiges inhibuerũt. Att.250 a,Sed opinor minuta nauigia. Att.253 b,Sunt nauigia luculenta Sex. Buciliani cæterorumq;.

NAVIGO,as *nauem ago,naui & in naui vehor.* de N.76 b, Dionyſius nauigabat Syracuſas: isq; cũ ſecundiſſimè curſum teneret, Videtiſne,inquit, &c. Ep.259 a,Rogo te,ne nauiges,niſi exploratè. pro Dom.218 a, Cùm ipſe archipirata cum grege prædonum pleniſſimis velis nauigaret. de Fin. 88 a, Cùm Xerxes maria ambulauiſſet, terráq; nauigaſſet, &c.Attic.225 a,Magis commodè,quam ſtrenuè nauigaui: remis enim magnam partem. pro Flac. 152 b, Reliquum eſt,vt quæratur,vtrum noſtra iſta claſſis curſu & remis,an ſumtu tantùm & literis nauigauit. * Incer. Vt nauem perforet,in qua ipſe nauiget. de Inuent.81 b,Cùm iam in alto nauigarent.

† Syntaxis. *Nauigare cum aphracto,Dant venti,Deus, bonam nauigationem. Nauigatione prima tranſmittere. Nauigationum curſus.Probo nauigio nauigare. Diſſolutum ac diſſipatum nauigium. Nauigare tranquillitate. Secundiſſimè nauigando curſum tenere. Exploratè nauigare.Terram nauigare.Nauigare ſtrenuè,remis magnam partem:curſu & remis.*

NAVIS,uis. *nauigium.* I.V.244 b,Nauem maximam triremis inſtar palàm ædificauit. Ep.55 b,Dum ab Epidauro Piręũ naui aduectus eſſem.Epiſt.199 a,Conſcende nobiſcum,& quidem ad puppim: vna nauis eſt iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam , vt rectam teneamus: vtinam proſpero curſu. Acad. 37 a, Aſcendere ad nauim. de Orat.97 b, Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt,retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum, intermiſſo impetu pulſuq; remorum. Att.129 a,Vt omnes copiæ nauibus Dyrrachium tranſportarentur.de Inu.54 a, Eadem nauigij ratio eſt:nam nauis optimè curſum conficit ea, quæ ſcientiſſimo gubernatore vtitur. pro Pl.279 a, Vidi nauẽ ſecũdis ventis curſum tenentẽ ſuũ. in Piſ 83 b, Qui maximis turbinib.ac fluctib.reip. nauẽ gubernaſſem, ſaluáq; in portu collocaſſẽ.Of.70 a, Quoad pueniũ ſit eò, quò ſumta nauis eſt, nõ domini eſt nauis ſed nauigantiũ. in Vat.81 a,Mercatores è naui egrediẽtes terrere, conſcẽdentes morari.de Or.99 a,Euertere nauẽ in portu.de Diu. 94 b,Conſcenſio in nauem. Att.210 a,Cùm ad villam noſtram nauis appelleretur.& 235 a,E' Pompeiano naui aduectus ſum in Luculli noſtri hoſpitium: egreſſus autem è naui,accepi tuas literas. * I.V.257 a,Qui naues inanes non modo habuerunt, ſed etiam apertas. ibid. Qui ſolus habuerit conſtratam nauem , & minus exinanitam. de Inu. 81 b,Qui in aduerſa tempeſtate nauim reliquerint, omnia amittunto : eorum nauis & onera ſunto , qui in naui remanſerint. ibid.Nauim applicauerunt. ibid.Vt dominus nauis, cum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret, & inde funiculo nauim quoad poſſet moderaretur, ille autem,cuius merces erant, in gladium in naui ibidem incumberet.Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſſit, & naui quoad potuit eſt opitulatus. ibid. Nauis in portum prouehitur. ibidem.Nauim cum onere horum trium ſuam quiſque eſſe dicit. ibid.Remanere in naui. I. V. 263 a,Vti Pachyno è terreſtri præſidio milites colligeret,quos in nauibus collocaret. Quod certè non feciſſet, ſi ſuum numerum naues haberent Ea enim eſt ratio inſtructarum ornatarumque nauium. ibid. Qui optimam nauem haberet. & b, Tibi apud eoſdem priuatim nauis oneraria maxima eſt ædificata. ibidem. Mamertinis ex fœdere quã deberent nauem, per triennium remiſiſti. Tuſc.180 a,

*---nauem vt horriſono freto*
*Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ.* poëtæ.

Tuſcul.236 a,Quòd multas naues in omnem oram maritimam dimiſiſſet. de Nat.78 a, Qui vectores illum in eandem nauem recepiſſent: oſtendit eis in eodem curſu multas alias laborantes : quæſiuitq; num etiam in ijs nauibus Diagoram vehi crederent?

NAVITA,tæ *nauta*.Tuſcul.180 a,

*---nauem vt horriſono freto*
*Noctem pauentes, timidi adnectunt nauitæ.* Poëtæ.

† Syntaxis. *Nauim ædificare. Naui à Baſilea Coloniam aduehi. Nauim tenere rectam, proſpero curſu. Conſcendere,aſcendere ad nauim. Nauis retinet motum & curſum ſuum , cum inhibent remiges. Conficit curſum nauis, quæ vtitur ſcientiſſ. gubernatore. Curſum ſuum nauis tenet ſecundis ventis.Nauim ſaluam in portu collocare. Quò ſumta eſt nauis? id eſt, vnde.Nauem in portu euertere.In nauem conſcenſio.Nauem inſtruere,& ornare. Nauis appellitur ad littus.*

NAVITAS,tis. *induſtria.* Ep.159 b, Iſtã operam tuam,nauitatem,animum in Rempub.celeritati præturę anteponendam cenſeo.

NAVITER, *ſtrenuè.* Epiſtol.67 b, Qui ſemel verecundiæ finem tranſierit, eum bene & nauiter oportet eſſe impudentem.

NAVO,as. *do,præſto,exhibeo.* de Orat.111 a,Equidem iam mihi videor nauaſſe operã, quòd huc venerim. Att.277 b, Tibi omnes nauare operam & ſtudium volunt. Qu.de Pet.207 b, Qui etiam ſuffragandi ſtudia non nauant, tamen afferunt petitori aliquid, &c. Epiſt.40 b, Vt cùm hîc tibi ſatiſfecerimus, iſtic quoque noſtram in te beneuolentiam nauare poſſimus. Att.240 a, Quàm vellem Bruto ſtudium tuum nauare potuiſſes. Ep.250 b, At petitionis quidẽ tuæ ratio mihi ſemper fuit explorata, ſed tamen nauare operam volebam.Epiſt.250 a,Vtinam potuiſſem pro tuis ampliſſimis erga me ſtudijs atq; beneficijs tibi operam meam ſtudiumq; nauare. Epiſt.127 a, Etſi minus in curia atq; in foro,ac in literis & libris,vt doctiſſimi veteres fecerunt nauare operam reipubl. & de moribus ac legibus ſcribere. al quærere Ep.79 b, Nemo eſt tam afflictus,qui ſi nihil aliud ſtudeat,niſi id quod agit,non poſſit nauare aliquid & efficere. Att 147 a, Vtinam aliquod in hac miſeria reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. pro Cæl. 51 a, Sed ſi me audiant, nauent aliam operã, aliam ineant gratiam. pro Dom 243 b, Nauare operam alicui,atq; ei ſeſe venditare.Ep 159 b, Nauare operam reipub. de Clar.191 a,Qui nauarat miles operam imperatori.

† Syntaxis. *Magna eſt nauitas tua in Rempub. Bene & nauiter impudens. Operam iam nauaſti,quòd veneris. Operam & ſtudium alicui nauare. Suffragandi ſtudia nauare. Suam in aliquem beneuolentiam,operam ſuam nauare.In libris tibi nauare poſſum.Quid nauare efficereq; putas?*

NAVPACTVM. *vrbs Macedoniæ:alij Neopactum.* in P 99.

NAVSEA,ſeæ. *ſtomachi faſtidium,vomendiq; cupiditas.* Att.216 a,Tua ἀνεκδημία nauſea abijt.Ep.240 a,Feſtinare te nolo, ne nauſeæ moleſtiam ſuſcipias æger. Att.74 b,Nauigauimus ſine timore & nauſea.

NAVSEANS,tis.Ep.198 b, Quem ego ructantem & nauſeãtem conieci,in Cæſaris Octauiani plagas. & 107 b, Vidit me nauſeantem. Att.81 a,Epiſtola, quam dediſti nauſeans Buthroto.

NAVSEO,as. *ſtomachi faſtidio laboro,abhorreo.* de N.113,Quàm bellum erat confiteri potius neſcire quod neſcires , quàm iſta effutientem nauſeare in Ant.176 b, Sudat,pallet, quidlibet,modò ne nauſeet, faciat.

NAVSEOLA,læ, *nauſea.* Att.225 a,Nauſeolam tibi tum cauſam ocij dediſſe,facilè patiebar.

† Syntaxis. *Nauſeæ ſuſcipere moleſtiam. Sine nauſea nauigare.*

NAVTA,tæ. *nauiculator, nauicularius,remex.* Attic.137 b,Ego nautas eum non putabam habiturum, ille confidebat: & eo magis, quòd audita nauicularijs hominis liberalitas eſſet.Epiſtol.259 b,Nautę ſolent feſtinare quęſtus ſui cauſa.in Arat.

*Hoc ſignum veniens poterunt prænoſcere nautæ.*

NAVTICVS,a,um. de Natur. deor. 57 a, Nauticarum rerum ſcientia. Attic. 210 a, Inhibere verbum eſt totum nauticum. pro Pomp. 14 b, Cùm eum vobis maiores veſtri exuuijs nauticis, & claſſium ſpolijs ornatum reliquiſſent.

NAVVS,a,um. *ſtrenuus,induſtrius.* in Ver.158 b,Homo nauus & induſtrius.& 174 a,& 184 a,Nauus & pudens & probus filius.& pro Pomp.7 a, *hic agnoſce, nauum & ætate adultum, & minimum natu dici.*

NE. *vt ne,quo ne,quo minus.* Epiſt. E 1 b, Itaq; neq; tu multum interfuiſti rebus gerendis , & ego id ſemper egi, ne intereſſem. Epiſt.4 a, Quæ ne ſpes eum fallat,vehementer te rogo.pro Plan 264 b, Vitia mehercule res hæ Cn. Plancij tegere potuerunt ne tu in ea vita de qua dicam, tot & tanta adiumenta huic honori fuiſſe mirere. in Verr. 234 b, Ecce autem noua turba, ne tamen iſtum ſine amicis planè nudum putetis ac deſertũ. in V. 219 a, Iudicium de pecunijs repetun-

repetundis ne ſit hoc tempore. Tuſ. 192 b, Ne ægrotus ſim, inquit: ſed ſi fuerim, ſenſus adſit. in Verr. 207 a, Quid vis nobis dare, iſti ne auferantur abs te. Attic. 137 b, Ille annus, qui me, ne dicam grauius, afflixerat. Epiſt. 133 a, Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur vnà. Tuſc. 164 b, Tantum abeſt ab eo vt malum mors ſit, vt vereat ne homini, &c. Epiſt. 4 a, Non tam vt te impediret, quàm ne quis Alexandriam vellet ire. & ibid. Satis prouiſum eſt, vt ne quid ſaluis auſpicijs agere poſſint. Acad. 33 a, Et hîc metuo, ne vix ſibi conſtet. Ep. 78 b, Tamen vereor, ne conſolatio vlla poſſit vera reperiri. & ibid. Non vereor, ne cum miſerum eſſe nefas ſit dicere. *id eſt, non dubito quin.* Offic. 72 a, Is ſententiam ne diceret recuſauit. Attic. 85 a, Quot vis præfecturas ſume, dum ne negocieris. & 251 a, Si quid eiuſmodi acciderit, ne quid tibi, ſit fama mea potius. de Legib. 182 a, Ne ſumtuoſa aſperſione longè coronæ, nec acerræ prætereantur.

¶ *Non.* Ep 96 a, Quo ne pluris emerent Ep. 197 a, Te hortor, vt ne cui, &c. Epiſtol. 208 b, Da operam, vt ne quid tuorum mihi ſit ignotum. Attic. 44 a, Vt prorſus ne quid ignorem. pro Cec. 303 b, Vt ne longiùs abeam. Qu. fr. 323 a, Opera datur, vt iudicia ne fiant. de Fin. 63 a, b, Sunt qui dicunt fœdus quoddam eſſe ſapientum, vt ne minus amicos quidem quàm ſe ipſos diligant. Att. 68 a, Vt hoc noſtrum deſiderium ne plus ſit annuum. in Verr. 101 a, Impetrant vt ne iurent. de Inuent. 77 a, Meretrix coronam auream ne habeto. de Orat. 161 a, Illud ne quis admiretur, quonam modo hæc, &c. Offic. 14 b, His idem fuit propopoſitum, quod regibus, vt ne qua re egerent. in Piſon. 83 a, Conſul edicit, vt ſenatus ſenatuſconſulto ne obtemperet. pro Dom. 222 a, Proſcribere velitis, vt M. Tullius in ciuitate ne ſit. Epiſt. 223 b, Da operam vt ſocrus adoleſcentis rea ne fiat.

¶ *Neque.* Att. 278 b, Nullas adhuc à te literas habebamus, ne famam quidem, quæ declararet, te cognita ſenatus autoritate, in Italiam adducere exercitum. Quint. frat. 317 b, Cùm à me literas librarij manu acceperis, ne paulùm ocij me habuiſſe iudicato. de Sen. 83 b, Ne ille quidem magno deſiderio tenebitur virium. Parad. 118 b, Huic nihil eſt qđ exploratum habeat, permanſurum ſibi quidem ne vnum diem. Epiſt. 83 a, Ne hoc quidem prætermittendum eſſe duxi, te vt hortarer, vt, &c. in Verr. 200 a, Nihil in ædibus cuiuſquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem. de Or. 260 a, Vt nihil ſit, ne ſpiritu quidem minimo longiùs, aut breuiùs. Tuſcul. 231 b, Nulla ne minima quidem aura, &c. Orat. 207 b, Cùm illa cognoueris, nolo ignores, ne hæc quidem humana. de N. 15 b, Ne tu quidem Vellei. de Clar. 189 b, Ne Titus quidē Poſthumius contemnendus in dicendo fuit. pro Seſt. 18 b, Ne iſtius quidem laudis ſum cupidus. de Orat. 116 a, Ne hæc quidem reprehendo: ſunt enim, &c. in Cat. 116 a, Ne dici quidem opus eſt, quanta calamitate reipub. &c. Tuſc. 351 a, An tu dialecticus? ne imbutus quidem es. de Natur. 62 a, Nec habere ne ſpei quidem extremum. p Mil. 116 b, Non poteſt dici ſatis, ne cogitari quidem, quantum, &c. Attic. 177 a, Ne ſi velim quidem, id facilè poſſim. Epiſt 38 a, An mihi de te nihil eſſe dictum putas? ne hoc quidem, quòd cùm, &c. Ep. 34 b, Quod ne nunc quidem deſpero. Orat 202 a, & 201 b, Et quoniam cœpi, &c. ne nunc quidē ſolùm de orationis modo dicam, ſed etiam de actionis. Att. 131 b, Ij qui inter ſe ne noti ſunt. Attic. 32 a, Ego illud ne quidem cōtemnam. pro Cec. 297 a, Si ne quidem tuorum quiſquam loco motus erit. Epiſt. 9 a, Neq; (vt ego arbitror) errarent, ne aduerſarij quidem eius, ſi, &c. de In. 61 a, Non facturum eſt, ne à barbaris quidem id maleficium. Epiſt. 143 a, Me verò nihil iſtorum ne iuuenem quidē mouit vnquam, ne nunc ſenem. in Ver. 107 b, Non enim prætereundum eſt, ne id quidem. Quint. frat. 312 a, Non prætermittam, ne illud quidem, Furium, &c. Offic. 15 b, Tamē ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus & diſciplinæ conferendi ſunt.

¶ *An, vtrum.* L. AN. Tuſc. 170 b, Nihil mea intereſt, humíne an ſublimi putreſcam. de Diu. 99 b, Fiat, nécne fiat, id quęritur. de Nat. deor. 60 a, Tibi permitto, reſponderéne malis, an audire, &c. ad Att. 260, Tamen vide, ſi fortè in Tuſculano rectè eſſe poſſim, ne id melius ſit, an hoc, &c. Ep. 253 a, Doceas tu me oportebit, in meáne poteſtate ſit ſpectrum tuum. Qu. fr. 303 a, Túne id veritus es? pro Qu. 14 b, Taménne vereris, vt poſſis, &c. pro S. R. 25 a, Taménne hęc vita relegatio appellabitur? in P. 79 b, Iámne vides bellua? iámne ſentis? Ep. 53 a, Nónne maius, &c.

¶ *Adhuc, etiam.* pro Flac. 159 b, Taménne iſti teſtes habebuntur? pro Dom. 223 a, Taménne arbitraris id te poſſe obtinere?

† Syntaxis. *Caue ne, caue vt ne. Nullæ abs te literæ, ne fama quidem. Humíne, an ſublimi? Taménne accedis?*



NEAPOLIS, lis in Verr. 228 a, Vrbs quæ, quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur.

NEAPOLITANVS, a, um. Tuſc. 166 b, * Coronati Neapolitani fuerunt. Ep. 218 a, Eſt vnà cum reliquis Neapolitanis ciuis Rom. factus.

NEBVLO, onis. *planus, qui mendacijs & dolis nebulam quandam & tenebras offundit, nugator.* in Anton. 174 b, Hærebat nebulo, quò ſe verteret, non habebat. Att. 6 b, Nebulonem illū ex iſtis locis amoue. pro Sex. Roſc. 39 b, Nos ab iſto nebulone facetè eludimur. Att. 248 a, Quem tu illo certiorem nebulonem. Att. 89 a, Hoc ego ex P. Vedio magno nebulone audiui. Att. 93 b, Huius nebulonis operatione, ſi Brutus moueri poteſt, licebit eum ſolus ames.

NEBVLOSVS, a, um. *turbulentus, caliginoſus.* Tuſc. 161 a, Nebuloſum & caliginoſum cœlum.

NEC. *non.* de Leg 185 a, Magiſtratus nec obedientem & noxium ciuem coërcento. de Legib. Senatori qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto.

¶ *Neque.* 3, de Natur. Nec agellos ſingulorum, nec viticulas dij perſequuntur. 1. Acad. Etſi nec bona, nec mala eſſent, tamen, &c. Curio, lib. 7, Ep. Propter tuas res ita contractas, vt quemadmodū ſcribis, nec caput, nec pedes: equidē vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires. de Am. Nec enim illa prima vera eſt, vt quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus. de Am. Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior. de Nat. 1, Nec habet, nec exhibet cuiquam negocium, quod eſt immortale, Epicuri dictum. pro Quint. Quo mortuo nec ita multo pòſt in Galliam proficiſcitur. de Amic. Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè diſſentimus: nec mirum. nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum ſuſpicere poſſunt. de Natur. 1, Nec opinatum patrocinium à vobis ſuſceptum. ad Sulpit. lib. 13, Ei nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detuliſſe. ad Catonem lib. 16, Præſentibus inſidijs nec opinantem liberaui: neq: ſolùm ei ſaluti fui, ſed etiam curaui, vt cum auctoritate regnaret. pro Syll. Nec opinante Fauſto, quum is neq; ſciret, neque vellet, familia eſt comparata. 1 Tuſc. Nónne modò pueros, modò adoleſcentes in curſu à tergo inſequens, nec opinantes aſſecuta eſt ſenectus? ad Cat. lib. 15, Pleroſque nec opinantes oppreſſimus. 3 de Fin. Quod quum accidiſſet, vt alter alternm nec opinatò videremus, ſurrexit ſtatim. 2 de Leg. Patrum delubra eſſe in vrbibus cenſeo: nec ſequor magos Perſarum, &c. * Incer. Vtraque earum ſententiarum doctiſſimos habuit autores, nec quid certi ſit, diuinari poteſt. Attic. 259 b, Nam & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat.

NECATVS, a, um. de Nat. 76 b, Zenonem Eleatem in tormentis necatum.

NECDVM, *nondum.* Att. 92 b, Necdum ego tamen Quintum conueneram. Tuſc. 205 a, Philoſophi ſummi, necdum tamen ſapientiam conſecuti.

NECESSARIE`. *neceſſariò.* de In. 51 b, Aut probabiliter oſtendens, aut neceſſariè demonſtrans.

NECESSARIO`. *neceſſariè, ex neceſſitate, neceſſitate, neceſſarijs & maximis cauſis.* Octa. 329 a, & Tuſc. 210 b, Feciſſem neque tam libenter quàm neceſſariò. Ep. 77 a, 88 a, Cum pleriſq; eorum, quibus cum viuo neceſſariò.

NECESSARIVS, rij. *coniunctus, intimus, neceſſitudine adiunctus, non alienus, aliquem neceſſitudine attingens.* Ep 209 a. M. Cæſius homo mihi maximè neceſſarius. Ep. 216 b, In neceſſarijs, qui tibi à patre relicti ſunt, ego tibi ſum vel coniunctiſſimus. Att. 277 a, Noli pati à neceſſarijs tuis neceſſario meo iniuriam fieri. Att. 142 b, Cùm vtriq; ſis maximè neceſſarius. pro Syll. 167 a, L. Torquatus meus familiaris ac neceſſarius. Ep. 179 b, Vitio mihi dant, quod mortem hominis neceſſarij grauiter fero. pro Mur. 141 a, Virgo Veſtalis huius propinqua & neceſſaria. Ep. 229 b, Cerelia neceſſaria mea. pro Clu. 29 a, Neceſſarius & coniunctus, &c. non alienus. de Am. 110 a, Nec eos habere neceſſarios oportet, quos ineunte ætate dilexerimus.

† Syntaxis. *Homo neceſſarius. De neceſſarijs coniunctiſſimus. Familiaris & neceſſarius mihi meus. Propinquus & neceſſarius. Neceſſarius & coniunctus.*

NECESSARIVS, a, um. *opus habens aliquam neceſſitatem, fatalis.* de Inu. lib 2, Neceſſarium eſt, quod imperatur: voluntarium, quod permittitur. de Nat. deor. 56 b, Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros neceſſariam: omnia verò in præteritis neceſſaria ſunt, quia ſunt immutabilia. de Fat. 143 a, & ibid. Si quod primū in cōnexo eſt, neceſſarium eſt, fit etiam quod conſequitur neceſſarium. Top. 225 b, Neceſſaria concluſio. de Inu. 32 a, Neceſſaria conſecutio. de Fat. 149 a, Neque eam cauſam ad aſſentiendum neceſſariam eſſe concedes. de Vniuerſ. 202 b, Commonſtrauitque leges fatales ac neceſſarias. Acad. 24 a, Si alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe neceſſe erit

cras Hermachum viuere.pro Qui. Roſ.47 a, Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria,hæc erit voluntaria. Poſtquam. 203 a,Non tam neceſſarium eſt malemeritis referre, quod debeas,quàm vt benemeritos colas. de Diuin. 106 a, Quæ prætermitto: tibi enim nota ſunt,mihi ad commemorandū non neceſſaria.Or.263 a.Hoc tamen ipſum ad id quod propoſitum eſt,nō neceſſarium.Off. 3 a,Omnia quæ ſunt ad viuendum neceſſaria, inquirere.& 5 b, Expetuntur diuitiæ ad vſus vitæ neceſſarios.Epiſt.20 a,Non dubitaui id à te petere,quod mihi eſſet maximè neceſſarium. in Ant. 228 a,Cùm illum neceſſarium & fatalem penè caſum non tulerimus.Attic.273 a, Multa eius iudicia,ſed ad ſcribendum non neceſſaria. de Legi. 192 b,Et ſenatori neceſſarium noſſe rempub.

† Syntaxis. *Ex connexo neceſſario conſequens neceſſarium fit.Neceſſaria concluſio, conſecutio.*

NECESSE.*neceſſum,neceſſarium,neceſſitas.* Partit. or. Neceſſe autem id eſt,ſine quo ſalui liberíve eſſe non poſſumus. Acad.24 a,Si alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe,neceſſe erit cras Hermachum viuere.Epiſt.6 a, Alterum mihi,vt te plurimum diligam, facere neceſſe eſt.de Fat.143 b,De homine enim dicitur,cui neceſſe eſt mori.& 144 a, Neceſſe eſt mori Scipioni.in Ant. 172 b, Tantum vini eo die exhauſeras,vt tibi neceſſe eſſet vomere poſtridie. pro Dom. 234 a,Quid tibi neceſſe fuit homo fanatice ſacrificium illud inuiſere? de Orat. 112 b,113 a, Nam & teſtimonium ſæpe dicendum eſt, vt mihi neceſſe fuit in S.Titium.pro Syl.171 a,At hìc etiam,quod tibi neceſſe minimè fuit, facetus eſſe voluiſti.pro Syl. 176 a, Mihi hoc neceſſe fuit facere Epiſ.17 a,Legem curiatam conſuli ferre opus eſſe,ſibi neceſſe non eſſe.de Orat.116 a, Sunt quidem hæc concinnè diſtributa, ſed tamen id quod neceſſe fuit hominibus expertibus veritatis,non peritè. pro Mur. 126 a, Mihi neceſſe puto etiam aduerſarijs prodeſſe.Partit.234 a,Non habebimus neceſſe ſemper concludere, de Opt.244 a,In quibus verbum pro verbo non neceſſe habui reddere.Attic.152 a, Planco & Oppio ſcripſi equidem, quoniam rogâras; ſed ſi tibi videbitur,non neceſſe habueris reddere. Att.155 b,Eo minus habeo neceſſe ſcribere,aut etiam cogitare quid ſim facturus.pro Quin.2 b,His de rebus non neceſſe habeo dicere ea,quæ,&c.pro Cæl.46 b,Ex quibus neminem mihi neceſſe nominare, voſmet vobiſcum recordamini.de Diuin.110 b,Si neceſſe ſit,&c. ſed nihil opus eſt,&c.de Orator.89 a, Oratio aut nulla ſit neceſſe eſt,aut omnium irriſione ludatur,de Pet.211 a, Nam comitas tibi neceſſe eſt de Inu.83 b, Vri poſſe flamma ligneam materiam neceſſe eſt.& ibid.Corpus mortale aliquo tempore interire neceſſe eſt.

† Syntaxis. *Hoc mihi facere neceſſe eſt. Neceſſe puto,habeo, verbum pro verbo reddere. Recordor neceſſe id dicere. Comitas omnibus neceſſe eſt.*

NECESSITAS,tis *neceſſitudo,fatum, vis.* Top.225 b, Cauſa, in qua inſit efficiendi neceſſitas.de Nat.12 b,Fatalis neceſſitas rerum futurarū.Poſtq.202 a, Quaſi aliqua fatali neceſſitate mihi cum fortuna belligerandum fuit. pro Seſt. 13 a,Vita neceſſitati debetur.Ep.54 a, Tempori cedere, id eſt,neceſſitati parére,ſemper ſapientis eſt habitū. I.A.205 a,Facilius apparabitis ea,quæ tempus & neceſſitas flagitat.de Inu.54 a,Annuæ commutationes quadā ex neceſſitate,ſemper eodem modò,fiunt.Ep.54 b,Vt etiamſi natura tales non ſint,neceſſitate eſſe cogantur. Offic.48 b,Si aliqua neceſſitas huius muneris alicui reip.obuenerit,dāda erit opera,&c. & ibi.Neceſſitati parendum.Ora.216 b, Numeri in quibus neceſſitati parére cogimur. Ora.219 b, Qui ſeruiendum neceſſitati putet.de Offi.45 a, Venia neceſſitati datur.de Fat.145 b,Nec ob eam cauſam fatū erat. aut neceſſitas timenda.& 144 a,Aeternis cauſis naturę neceſſitate manantibus verum eſt,id quòd,&c. de Di.112 a, Mathematici ea prædicunt, quæ naturæ neceſſitas perfectura eſt.de Nat.65 a. Nullum eſt corpus, quod effugiat ferendi patiendiq́; neceſſitatem. in Cat. 119 b, Mors aut neceſſitas naturæ,aut laborum aut miſeriarū finis eſt.Off. 3 a,Reliquis tribus virtutibus neceſſitates propoſitæ ſunt ad eas res parandas,quibus actio vitæ continetur. Att.57 b, Ego mihi neceſſitatem imponere nolui huius nouæ cōiunctionis.pro Syl.137 b, Mihi de me iam multa dicendi neceſſitas quædam impoſita eſt ab illo.Orat.219 b,Nobis in dicendo atq; in ſcribēdo neceſſitatis excuſatio nō probatur.pro Qu.9 a,& de Fin.55 b,Aliquem vi ac neceſſitate coactum & inuitum aliquid facere. pro Clu.21 b,Vi & neceſſitate coactus feci. de Nat.5 b, Neceſſitate aſtrictus, &c.pro S.R.34 b,Quæ te neceſſitas tanta premebat. & 39 a, Non dicam plura,quàm neceſſitas ipſa coget. pro Clu. 29 a, Itaq; ille inopia & neceſſitate coactus confugit, &c. in Ant.225 a,Sed mihi neceſſitatem attulit paulò plura dicendi ſententia eius.de Diu.112 a,Ea quæ habent aliquam neceſſitatem. *id eſt, quæ ſunt neceſſaria.* de D.103 a, Sed vigilantes animi vitæ neceſſitatibus ſeruiunt. pro Cl.13 b,Is ſibi nihil non modò ad cupiditates ſuas,ſed ne ad neceſſitatē qdē reliquit.in Ant.245 b,Mors neceſſitatē habet fati. pro Mil.110 a, Miloni neceſſitas fuit excūdi.Of.25 b,Ipſiq́; neceſſitati dāt operā,vt quàm occultiſſimè pareāt.Off. 32 a,Nec verū eſt,qđ dicitur à quibuſdā, ꝑpter neceſſitatē vitæ,idcirco iſtā eſſe cū hominib. cōmunitatē & ſocietatē.

¶ *Vinculum,coniunctio amoris.* pro S. R.29 a, Magnam vim, magnam neceſſitatem,magnam poſſidet religionem paternus maternusque ſanguis.pro Syll.167 a,Neceſſitatem familiaritatemq́; violare.

† Syntaxis. *Fatalis neceſſitas. Sic tempus & neceſſitas flagitant. Neceſſitate ſic eſſe, cogi. Aeternæ cauſæ naturæ neceſſitate manant. Sibi neceſſitatem imponere. Vi & neceſſitate coactus, & inuitus. Id affert,habet neceſſitatem. Violare neceſſitatem ac ſocietatem.*

NECESSITVDO,nis.*neceſſitas.* de In.83 b,Neceſſitudo eſt, cui nulla vi obſiſti poteſt,quæ neq; mutrari neq; leniri poteſt.& 69 b, Vtrum malitia quid aliud agatur, &c. An nenecessitudine, quod alio modo agi non poſſit. * de Inu. 83 b,Quoniam de honeſtate & de vtilitate diximus, nunc reſtat vt de ijs rebus, quas his attributas eſſe dicebamus, neceſſitudine & affectione,perſcribamus.ibi. Atq; ita neceſſe eſt vt vis ea poſtulat, quàm modo deſcribebamus, neceſſitudinis,cui nulla vi reſiſti poteſt, quæ neq; mutari neq; leniri poteſt. Huiuſmodi neceſſitudines cum in dicendi rationes incident,rectè neceſſitudines appellabuntur.ibid. Eſſe quaſdam cum adiunctione neceſſitudines, quaſdam ſimplices & abſolutas.ibi. Neceſſitudinis diſtributio.ibid.Cùm is locus neceſſitudinis videbitur incurrere.Nam cùm ſimplex erit neceſſitudo, nihil erit quod multa dicamus,cùm eam nulla ratione lenire poſſimus,de Inuen.84 a,Vt aut ad honeſtatem hoc modo exponēda neceſſitudo ſit,&c.Ac ſumma quidem neceſſitudo videtur eſſe honeſtatis, huic proxima incolumitatis,tertia ac leuiſſima commoditatis, quæ cum his nunquam poterit duabus contendere.

¶ *Coniunctio in amore.* I.V.64 b, Sic enim à maioribus noſtris accepimus,prætorem queſtori ſuo parentis loco eſſe oportere,nullam neq; iuſtiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri,quàm coniunctionem ſortis, quàm prouincię,quàm officij,quàm publicam muneris ſocietatem pro Planc.264 b,Vt contubernij neceſſitudo poſtulabat.Epiſt. 207 b,Coniunctio quæſturæ liberorū neceſſitudini proxima eſt.Epiſt.212,Cum Liſone eſt mihi hoſpitium vetus, quam ego neceſſitudinem ſanctè colendam puto: ſed ea cauſa etiam cum alijs compluribus,familiaritas tanta nullo cum hoſpite.I.V.233 b,Coniungere neceſſitudinē cum cum aliquo.pro Deiot.151 a,Summā neceſſitudinem magna eius officia in me & in meos effecerunt.pro Seſt.11 b, Cum quo mihi erant omnes amicitiæ neceſſitudines pro Planc.267 a,Illæ tribus,in quibus magnas neceſſitudines habet Plancius.pro Mur.125 b,Familiaritatis neceſſitudiniſq́; oblitus, &c. pro Clu.59 a, Atq; etiam notis nomina neceſſitudinum mutauit, vxor generi, nouerca filij,*id eſt, affinitatum.* Off.12 b,Non ijdem erunt neceſſitudinum gradus,qui & temporum.Ep.215 b,Summa neceſſitudine & ſumma coniunctione adductus.pro Cl.41 b.& in Verr.61 b.Mihi cum eo ſumma vtriuſq; officij conſtituta neceſſitudo eſt.Att,204 b,Mihi ſummo beneficio meo cum fratribus illis neceſſitudo eſt.de Am.109 b, Qui in amicitiæ coniunctioniſq́; neceſſitudine ſunt ſuperiores, exæquare ſe cum inferioribus debent.in Ant.248 a,Sed hāc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine & cōiunctione depoſco.Orat.215 a,Habere aliquam neceſſitudinē aut cognationem cum aliquo.Att,276 b,Iampridem hoc ex noſtra neceſſitudine,quæ ad ſummā beneuolentiā peruenit, ſublatum eſſe debet.ad Her.36 b,Quos natura aut voluntas neceſſitudine aut beneuolentia coniunxit, diſtrahuntur. Ep.208 b,Bonos viros ad neceſſitudinem tuā adiunxeris.Ep.211 b,Vt Lyſonē recipias in neceſſitudinem tuā. Ep.30 a,& 29 b, Magni enim videbatur intereſſe ad eam neceſſitudinem,quā nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem quoq; accedere.pro Lig.140 b,Hæc ego noui propter omnes neceſſitudines, quæ mihi ſunt cum illo: domi vnà eruditi,militiæ contubernales pòſt affines,in omni deniq́; vita familiares.Qu.de Pe.209 a, Qui aliqua neceſſitudine alicui eſt adiunctus.* Incer.Inſidiæ quæ latent in aliquo neceſſitudinis nomine. pro Qu.3 a,Romæ ſibi nūmorum facultatem eſſe: quam,ſi ſaperet, communem exiſtimaret pro fraterna illa necnſſitudine Q.de petit.211 a, His te purgato planè,neceſſitudines commemorato.Ep.146 b, Vellem tamen meæ quoq; autoritatis pro plurimis noſtris neceſſitudinibus præceptum aliquod ad te peruenire.& 218 a,Neq; id ambitione adductꝰ facio,ſed tū familiaritate & neceſſitudine,tum etiam veritate.Att.262 a,Ad

paternas magnas,& veteres, & iuſtas neceſſitudines magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me.

† Syntaxis. *Liberorum neceſſitudo. Neceßitudinem cum aliquo coniungere. Mihi tecum ſunt omnes amicitiæ neceßitudines. In Senatu,tribu magnas habere neceßitudines. Summa neceßitudo,& ſumma coniunctio. Mihi tecum neceßitudo conſtituta. Cõiunctionis neceßitudo: & contrà. Plurimis noſtris neceßitudinibus peto. Neceßitudo,aut beneuolentia. Aliquem ad ſuam neceßitudinem adiungere, in neceßitudinem recipere. Acceßit ad neceßitudinem conſuetudo.*

NEKYIA, *æ. mortuorum negotia, & res, & vmbræ, & funerum tota ratio.* Tuſcul. 155 b, Animos enim per ſeipſos viuentes non poterant mente complecti: formam aliquam, figuramq; quærebant. Inde Homeri tota νεκύια. Attic. 146 a,& 135 a, *pro turpi & flagitioſo Cæſaris comitatu.*

NEC, ne. *annon.* Att. 195 b, Sit miſſum nec ne, ſcio dictum quidem tibi. Tuſcul. 181 a, Doleam, nec ne doleam nihil intereſſe.

NEC non. *etiam* in Cat. 118 b, Nec non meam mentem domum ſæpe reuocat exanimata vxor. & Off. 22 b, Nec non Xenocratem, &c. Parad. 117 a, Nec non ſæpe laudabo.

NECO, as. *necem affero, occido.* pro Sex. Roſc. 29 b, Solon nullum ſupplicium conſtituit in eum qui parentem necaſſet. Parad. 120 b, Nihil igitur intereſt patrem quis necet, an ſeruum? Q. fr. 308 a, Qui plebem fame necaret. pro Pomp. 5 b, Qui legatum populi Rom. conſularẽ vinculis & verberibus atq; omni ſupplicio excruciatum necauit. de Inu. 80 b, Quinq; tyrannos magiſtratus necato.

NECOR, ris. Attic. 85 b, Scaptius incluſum in curia ſenatum obſederat, vt fame ſenatores quinq; necarẽtur. pro Pomp. 5 a, Necari ac trucidari. de Fin. 81 b, Quo minus ambo vnà necaremini. * Hortenſ. Qui crudelitate excogitata necabantur.

† Syntaxis. *Necare fame. Excruciatum ſupplicijs necare. Necare & trucidare.*

NECROMANTIA, tiæ. *pſychomantia, diuinatio vnde animæ excitantur, vt de occultis reſpondeant.* Tuſcul. 155 b, Inde ea quæ meus amicus Appius νεκρομαντία facit.

NECTAR, aris. *deorum immortalium potio.* de Nat. 23 b, At Poëtę quidem nectar, ambroſiã, epulas comparant. * Tuſcul. 161 b, Non ambroſia & nectare Deos lætari arbitror.

NECTOR, ris. *connector, colligor.* de Leg 166 b, Videtíſne, quanta ſeries rerum ſententiarumq́; ſit? atque vt ex alio alia nectantur? & Acad. 6 b, de Fin. 105 b, Quid non ſic ex alio nectitur, vt non ſi vnam literam moueris, labent omnia? Topic. 255 b, Ex hoc genere cauſarum fatum à Stoicis nectitur.

NEC verò. Offi. 3 b, Nec vero illa parua vis naturæ eſt. & de Nat. 67 a.

NE dicam. de Nat. 13 a, Doleo te in tam leues, ne dicam, in tam ineptas ſententias incidiſſe. de Amic. 111 b, Plerique peruersè, ne dicam impudenter volunt. in Ant. 241 a, Gallia Bruti nutum ipſum, ne dicam imperium ſequitur. pro Deiot. 144 a, Crudelis Caſtor eſt, ne dicam ſceleratum & impium. pro Pomp 230 b, Abfui ſimul cum repub. ne dicam maxima cum dignitate.

NEDVM, *non modò, quo minus.* Attic. 67 a, Epiſtolæ noſtræ tantum habent myſteriorum, vt eas ne librarijs quidem ferè committamus, nedum cuilibet. pro Dom. 241 a, Tamen in ſcelere religio non valeret, nedum valeat id, quod, &c. cont. Rul. 85 b, Homo priuatus vix facilè ſeſe continet, &c. nedum iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris, &c. Epi. 143 a, Me verò nihil iſtorum ne iuuenem quidem mouit vnquam, nedum ſenem. *aliter, ne nunc.* Epiſt. 259 a, Vix in ipſis tectis frigus vitatur, nedum in mari, & via ſit facilè abeſſe ab iniuria temporis. de Inu. 56 a, Ei non permitterem, vt illud faceret, &c. nedum nunc iſtud patiar, cùm, &c. pro Clu. 37 b, Optimis temporibus non potuerunt, &c. nedum his temporibus, &c.

† Syntaxis. *Vix aſpicit, nedum amet.*

NEFANDVS, a, um, *nefarius, deteſtabilis.* de Aru. 253 b, Nefandum ſcelus. pro Domo, Inſtitutum nefandum. ad Br. Arma nefanda.

NEFARIE'. *ſceleratè.* pro S.R. 23 a, Pater occiſus nefariè. in Cat. 104 b, Peſtem patriæ nefariè moliri. I.V. 69 b, Libidinosè, nefariè, crudeliter.

NEFARIVS, a, um. *ſceleratus.* pro Syll. 172 a. Horum ego voluntates conſceleratas & nefarias ſanare non potuit. de Orat. 103 b, Qui animorum motus in iudicum mentibus concitent, ſcelus eos nefarium facere. pro S. R. 24 b, Sceleſtum & nefarium facinus. Epi. 4 b, Subitò exorta eſt nefaria Catonis promulgatio. In Ver. act. 3. Latrocinium nefarium. de Off. lib. 2, Habendum eſt religioni nocentem aliquando, & nefarium, impiumq́; defendere.

NEFAS. *deteſtandum, non fas, ſcelus.* Epiſt. 256 a, Tibi licet, mihi nefas eſt obliuiſci? I.V. 217 a, Illi verè dicebant id ſibi nefas eſſe. de Nat. 70 b, Mercurius, quem Aegyptij nefas habent nominare. pro Fl. 148 a, Cælius putabat nefas eſſe, publicanum iudicare contra publicanũ. pro Mil. 103 a, Si ſceleratos interfici nefas eſſet. Attic. 8 a, & 7 b, Idq́; ab ijs nefas eſt decretum. de Senec. 79 b, Nefas dictu eſt miſeriam fuiſſe talem Senectutem. de Inu. 79 a, Nefas eſt legi non obtemperare. pro Mil. 115 b, Is cui nihil vnquam nefas fuit, nec in facinore, nec libidine.

NEFASTVS, a, um. *nefarius, impius, religioſus infelix.* de Leg. 173 b, Quæ augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, diráue dixerit, (*rectius legitur defixerit*) irrita infectaq́; ſunto.

† Syntaxis. *Conſcelerata & nefaria voluntas. Scelus nefarium facere. Sceleſtum & nefarium facinus. Nocens, nefarius. Nefas habeo dicere. In hac re nihil tibi nefas eſt. Nefas decernere.*

NEGANS, tis. Topic. 224 a, b, Sunt etiam valde contraria alia quæ appellantur negantia, ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus, vt, Si hoc eſt, illud non eſt.

NEGANTIA, tiæ. Topic. 225 b, Deinde addunt coniunctionum negantiam, ſic: Non ſi hoc eſt, & illud: hoc autem non, igitur illud.

NEGATIO, onis. *inficiatio, negantia.* pro Syll. 174 b, Cùm is qui de omnibus ſcierit, de Sylla ſe ſcire negârit, eandem vim eſſe negationis huius, quàm ſi extra coniurationem hunc eſſe ſe ſcire dixiſſet. de Inu. 51 b, Diſparatum eſt id, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo, ſapere & non ſapere. de Fat. 143 b, Quid eſt, quod non poſſit iſto modo transferri ad coniunctionum negationem. Part. 239 a, * Primus ille ſtatus rationem habet iniqui criminis, ipſam negationem inficiationemq; facti.

NEGLECTIO, onis. *neglectus.* pro Mur. 126 a, Amicorum neglectio improbitatem coarguit.

NEGLECTVS, a, um. *contemptus.* Poſtq. 207 a, Homo inhumanus, neglectus, &c. de Fin 104 a, Abiect⁹ & neglect⁹ vir.

NEGLIGENS, tis. *ſocors, indormiens.* de Cl. 186 a, Nam M. Glabrionem ſocors ipſius negligensq́; natura tardauerat, Att. 115 a, Improuidi & negligentes duces. in Verr. 179 b, Sit aliquis ſociorum atq; amicorum negligentior. Epiſt. 203 a, Is non te in me liberalem, ſed me in te negligentem putabit. in Verr. 184 b, Verres negligens & diſſolutus,

NEGLIGENTER, tius. *indiligenter, oſcitanter.* Ora. 204 a, Minuta non negligenter tractanda ſunt. Orato 200 a, Multa apud alium negligentius. pro Cec. 299 a, Negligentius adſeruare aliquid.

NEGLIGENTIA, tiæ. *indiligentia, inertia, pigritia, ſocordia, inertia.* Orat. 204 a, Quædam etiam negligentia eſt diligens. ibid. Non ingrata negligentia. ad Heren. 30 b, Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum. de Aruſ. 248 a, Nihil cuiuſquam aut negligentia contemptum, aut ſcelere eſſe pollutum. de Orat. 118 a, Quarum rerum negligentia pleráſq; cauſas videmus amitti. *id eſt, neglectione.* Offic. 26 b, Fugere agreſtem & inhumanam negligentiam. de Amic. 112 a, Cùm multis in rebus negligentia plectimnr, tum maximè in amicis & deligendis & colendis. * Oecon. 1, In re familiari laborioſior eſt negligentia quàm diligentia. * pro Roſc. 28 a, Negligentiam eius in accuſando conſiderare. Offi, 6 b, Aut enim negligentia, pigritia, inertia, &c. ſic impediuntur. Attic. 4 a, Vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis.

NEGLIGO, gis. *poſt mitto, non curo, curare omitto, deſero, prætermitto, omitto, leuiter fero, diſſimulandum puto, excludo.* Attic. 286 b, Libertate contentum negligere humana, I. Ant. 187 a, Antonius diem edicti obire neglexit. & 254 a, De Theopompo ſummo homine negleximus. in Vat. 29 b, Num Heliam? num Fuſiam legem neglexerit? * I.A. 188 b, Qui omnino prouinciam neglexit. pro C. Rabir. 93 b, Qua tu in actione quanquam omnia exempla maiorum, omnes leges, omnem autoritatem Senatus, omnes religiones atque auſpiciorum publica iura neglexiſti.

NEGLIGOR, ris. pro Clu. 44 b, Hoc prætermitti à cenſoribus & negligi non poſſe videbatur. pro S.Roſ. 28 a, Gratiam potentiamq́; eius negligi.

† Syntaxis. *Negligens.)(. diligens. In faciendo negligentia. Negligentia plecti.*

NEGO, as. *denego, inficior, recuſo, abnuo, diſſimulo.)(. fateor, dico, ait.* de Clar. 171 a, Tu qui à Mæuio vel ſumpſiſti multa, ſi fateris: vel ſi negas, ſurripuiſti. de Aruſp, 246 b, Nego vnquam poſt ſacra conſtituta tam frequens collegium iudicaſſe. & 247 a, Nego vllam domum, &c. pro Mil. 102 b, Negant intueri lucem fas eſſe ei, qui à ſe hominem occiſum fateatur. Att. 121 b, Præcisè negare alicui. * Epiſt. 59 b, A' te propinquos tuos, quibus negare non potuiſſes, impetraſſe, vt. & 246 b, Quòd paulò antè me negâram rogaturum.

* NEGOR, ris. Epiſt. 247 a, Cui *philoſophiæ* negari à Catone fas eſſe non puto.

NEGOCIALIS, le. *vt negocialis conſtitutio.* de Inu. lib. 1. 45 a,

Hæc

Hæc ergo conſtitutiò quam generalem nominamus, partes nobis duas videtur habere, iuridicialem & negocialē. Negocialis eſt, in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit, conſideratur: cui diligentiæ apud nos præeſſe iuriſconſulti exiſtimantur. & lib.2,69 b, Negocialis eſt, quæ in ipſo negocio iuris ciuilis habet implicitā controuerſiā.

NEGOCIANS, tis. At.82 b, Negaui me cuiquam negocianti dare præfecturam.

NEGOCIATIO, o, nis. *mercatura*. Epiſt. 228 a, In reliquis veteris negociationis colligendis.

NEGOCIATOR, oris. *mercator*. Att.17 b, Sub luſtrum cenſeri germani negociatoris eſt.* Attic.93 a, Quod ego nemimini tribui negociatori. Q. fra.291 a, Improbum negociatorem, paulò cupidiorem publicanum comprimere non poſſis.

NEGOCIOLVM, li. Q. frat. 325 a, Etenim erit aliquid negocioli.*At.259 a, Vnde me de Torquati negociolo ſciturum puto. *alij actuariolo legunt*.

NEGOCIOR, aris. *negocium gero mercaturam exerceo vel facio*. I. V.80 a, Tum ciues Romani, qui Lampſaci negotiabantur, concurrunt. pro Pom. 7 a, Homines induſtrij, qui in Aſia negociantur. pro Deio. 148 b, Equites Romani, qui in Aſia negociati ſunt. pro Fl.160 a, Nogociaris in libera ciuitate. & ibid. Quouſq; negociabere? Oecon, 1, Alio genere negociari.

NEGOCIOSVS, a, um. *plenus negocij*. de Na.d.12 b, pro Mur. 128, a, Prouincia negocioſa & moleſta.

NEGOCIVM, cij. *res, munus, cura, prouincia*. de Nat.12 a, Næ ille eſt implicatus moleſtis operoſiſq; negocijs. pro Quin. 12 b, Locuples & ſui negocij bene gerens. Qu.fr.299 b, In extrema parte & concluſione muneris ac negocij tui diligentiſſimus ſis. Off.25 b, & 6 b, Peregrini officium eſt nihil præter negocium ſuum agere. de Or.110 b, Quando ages negocium publicum? quando amicorum? quando tuū? de Orat.134 a, Aliquando tibi tuum negocium agere licebit. Att.104 a, Cùm negocium noſtrum aut confecerimus, aut depoſuerimus. pro Fl.162 a, Non debuit cum prætor eſſet, ſuum negocium agere. de Diu.129 b, O' acutos homines, quàm paucis verbis negocium confectum putant. Att.215 b, Expedire & conficere negocium. pro Q.13 b, Tranſigere ſuſceptum negocium. I.V 181, Procurare negocium alterius in decumis. Attic.141 b, Procurare negocia alterius. pro Dom.223 b, Eidem inquit, vtraq; de re negocium dedi. de Or.112 a, Videamus, quid ei negocij demus, cuiq; eum muneri velimus eſſe præpoſitū. de Aruſp. 247 a, & Ep.179 a, Negocium magiſtratibus eſt datū anno ſuperiore, vt curarent, vt ſine vi mihi ædificare liceret. in Cat. 120 a, neſcio, an amplius mihi negocij contrahatur. pro Qu.11 a, Qui ad negocium ſuum relicto procuratore proficiſcitur. pro S.R. 38 b, Rei familiaris negocio ſeruorum diligentia cognoſcitur. pro Plan. 273 a, Quid dicam de occupatis meis temporibus? cui fuerit negocium nunquam ocioſum. pro Cæl.49 a, In negocio, quod actum eſſe dicitur, nullum veſtigium eſt ſermonis. Ep.208 b, Suſcipere, adminiſtrare, & conficere negocium. Epiſt.5 b, Intereſſe negocijs: & præeſſe negocijs. pro Cl.59 a, Qui prędia, qui negocia, qui res pecuniarias habent in agro Larinati. Ep.3 b, Qui in prouincia magna negocia & ampla & expedita habet. Att.72 b, Verſari in negocio. de Fin.121 b, Gerere negocia. Ep.34 b, Et gerere aliquid negocij. pro Qu.R.50 b, Tu tuum negocium geſſiſti bene. Epiſt.118 b, Imponere negocium alicui. Epiſt.153. Conficere negocium ex ſententia. pro R. P. 123 a, Mittere in negocium, & dare partes alicui. Epiſtol.96 a, Agere negocium alicuius diligenter. Offic.72 b, Deum nihil habere ipſum negocij, nihil exhibere alteri. de Am.112 a, Qui ſuum negocium gerunt ocioſè. Att.11 b, Datur negocium magiſtratibus. in Ant.164 b, Quidnam homines putarent, ſi tum occiſus eſſet, cùm illum gladio ſtricto inſecutus es? negociumq; tranſigiſſes, niſi, &c. pro Mil.110 b, Non enim video, cur non agam negocium meum. Att.206 a, Velim des negocium alicui qui quærat, &c. pro Syll.178 a, Cuius æs alienum negocij gerendi ſtudio contractum eſt. Attic. 74 b, Noſtra negocia, amabo te, explica. & 75 b, Eſt incredibile, quàm me negocij tędeat. Parad.123 a, b, Vt eum ne in familia quidem dignum maiore aliquo negocio putet. * pro Cluent. 26 a, Cùm ſe ab omni eiuſmodi negocio remouiſſet. Hortenſ. Diſputatio tantum videtur attuliſſe negocijs hominum quandam oblectationem otij.

¶ *Labor*. Attic.74 a, Negocium magnum eſt nauigare, atq; id menſe Quintili. Brut.90 b, Ego hic cum homine furioſo ſatis habeo negocij. Attic.60 a, Puer, quo ego regendo habeo negocij ſatis. de Nat.18 a, Habere negocium, & exhibere negocium alteri. pro Clu.51 b, Si cui fortè ea lege negocium faceſſeretur. Epiſt.23 b, Tantis opibus tantoq; negocio oppidum oppugnabam. in Verr.233 a, Cùm audiſſem ei negocium faceſſitum. Epiſt.40 a, Qui tibi negocium faceſſerent. Epiſt.163 a, Aliquid recuperari nullo negocio poſſe. Ep.63 a, Plurimumq; in eo negocij habui, vt, &c. de Diu.116 b, Deus nihil habēs nec ſui, nec alieni negocij. de Or.117 b, Cauſæ, in quibus pluſculum eſt negocij & ibi. Nihil eſt negocij cauſam hanc defendere. & Tuſ. quæſt. 118 a, Mihi cum illa eſt negocium. Att.195 b, Nolo enim negocij Qu. fr. habere quicquam. & 77 b, Satis enim negocij habeo in ſanandis vulneribus, quę prouinciæ ſunt impoſita. & 169 a, Cato qui Siciliam tenere nullo negocio potuit.

† Syntaxis. *Negocia operoſa. Sui negocij bene gerens. Muneris, & negocij ſui diligens. Suum agere negocium conficere, deponere, expedire, tranſigere, procurare. Dare alicui negocium de. Negocium eſt mihi contractum. Nunquam Cæſari fuit negocium ocioſum. Negocijs præeſſe. Datur illi negocium, vt. Negocium eſt docere. Negocium alicui exhibere, faceſſere. Tanto negocios caſtellum oppugnas? Nullo negocio docere.*

NEMEA, eæ. *Locus eſt, vbi Hercule leonem interfecit*. de Fato 141 b.

NEMEAEVS, a, um. Tuſc.219 b, Leo Nemeæus.

NEMO, inis. *ne quis, omnis, non nullus, nemo omnium, quis omnium*. Epiſt.5 b, Neminem ex conſularibus amicum tibi eſſe video præter Lucullum. pro Qu.13 b, Nemo ex tot creditoribus alijs, &c. & 14 a, Nemo de ijs qui peritiſſimi ſunt, huic anteponendus eſt. de Orat.101 a, & Epiſt 6 b, Nemo de conſularibus. de Leg.188 b, Quod enim eſt tam deſperatum collegium, in quo nemo è decem ſana mente ſit? de Nat.45 a, Nemo homo. & 25 a, Nemo nec homo, nec deus. ad Her.29 a, Nemo rex. Tuſcul.154 b, Nemo omnium tam eſt immanis, qui, &c & de Or.119 b, Nemo omnium tot ac tanta habuit, &c. I.V.130 a, Nemo omnium mortalium, &c. pro Fon.276 a, Nemo Gallorum, &c. I.V. 111 b, Fortaſſe non nemo veſtrûm audiuit. pro Dom. 235 a, Ciuis eſt nemo in tanto populo, qui, &c. Tuſcul.248 a, Nemo de nobis vnus excellat. in Cat.220 a, Video de illis abeſſe non neminem, &c. pro Mur.144 a, Hoſtis eſt in vrbe, &c. non nemo etiam in illo ſacrario. item, In ipſa, inquam, curia non nemo hoſtis eſt. pro Dom.231 a, Cùm me in iudicium populi nemo omnium vocârit. de Diu.98 a, Excipi de antiquis præter Xenophanem neminem. Tuſ. 170 b, Vtrum ſit melius, dij immortales ſciunt, hominem quidem ſcire arbitror neminem. de Cla.175 b, Gracchus eloquentia neſcio an habuiſſet parem neminem. Epiſt.35 b, Collegit tibi quod haud ſcio an nemini, vt, &c. Epiſt.85 a, Me quotidie Cæſar magis amplectitur: familiares quidem eius ſicuti neminem. Attic. 119 a, Reſpub. te mihi ita commendauit, vt chariorem habeam neminem. de Orat. 95 b, Roſc. dicebat ſe reperire diſcipulum, quem quidem probaret, potuiſſe neminem. ad Her.25 b, Vnus nemo potuit, &c. Attic, 119 a, Facio pluris omnium hominum neminem. & 147 b, Magis idoneum quàm ego ſum reperies neminem. Off.53 b, Quod cùm omnibus eſt faciendum, tum haud ſcio, an nemini potius quàm tibi.* Frag. ep. Neminem tibi ex omnibus antepoſuiſſem. * pro Marc. 134 b, Quibus vulneribus pręter te mederi nemo poteſt. & 136 b, Vt vix C. Marcello fratri, præter eum quidem cederem nemini. I.P.81 b, Quas leges auſus eſt non nemo improbus (potuit quidem nemo vnquam) conuellere. *Videtur hic Non redundare.*

† Syntaxis. *Nemo ex, de, è. Nemo homo, omnium, omnium mortalium. Non nemo ſcit. Nemo rex, ciuis. Nemo de ſenatoribus vnus affuit. Te amo, ſicuti neminem. Vnus nemo te amat.*

NEMPE. *nimirum, quippe, certè*. pro Fl.163, Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ne rata ſit emptio. I.A. 156 a, Cn. Pompeij conſulatus in quibus actis conſiſtit? nempe in legibus. I.A.193 a, A' quo tempore futurum eſt? nempe eo, cum, &c. & pro Cl.30 a, Quo crimine, nempe quòd, &c. pro Dom. 220 a, Quod eſt pontifices ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui, &c. de Nat.79 a, Iidem etiam vota ſuſcipi dicitis oportere, nempe ſinguli vouent. Acad.29 a, Non me inquit, dico ſcire, optimè: nempe iſta, quæ, &c. de Cl.166 a, Nempe eum dicis qui, &c. I.V.139 a, Nempe ita dicitis propter decumas. Part. Nempe igitur ea reſtant, quæ, &c. Tuſc 230 b, Nempe negas, &c. Epiſt.18 b, Nempe ſtudium meum non defuit declarandorum munerum tuo nomine. Att.151 b, Scimus nempe, hæremus nihilominus. pro Qu.15 a, Nempe, ſi, &c. Part.232 b, Nempe ea ſequuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent. Att. 285 a, Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? nempe quia poſtulabat hæc. in Ant. 186 b, At auus huius nobilis Tuditanus, nempe ille qui, &c. in Ant 244 b, Sed effugi inſidias, nempe in Antonij congreſſum veniēdum eſt. pro Mil.104 a, Quid ergo tulit? nempe vt quæreretur.

NEMVS, oris. de Diu.104 a, Multos nemora & ſyluæ commouent. de Aruſp.249 a, Agros & nemora peragrare. Att.

240 a, L. Cæſar vt veniam ad ſe rogat in nemus. * Heren. 12 b, de Inuen. 59 a, Top. 226 a, pro Cæl. 41 a, de Fin. 50 a, de Nat. 75 a, de Fat. 147 a. *Ennij.*

*Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus*
*Cæſæ cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes,*
*Nève inde nauis inchoandæ exordium*
*Cœpiſſet.*

NEOPACTVM. L. NAVPACTVM.

NEOPTOLEMVS, mi. *Pyrrhus*, de Am. 110 a.

NEPA, pæ. *ſcorpius*. de Nat. d. 47 b.

*Atq; oculos vrget pedibus pectuſque nepai* in Arat.
*Hæc caput atque oculos torquere ad terga nepai.*

de Fin. 134 b, Nepas aculeis vti. *al. veſpas.*

NEPOS, otis. *qui ex filio vel filia natus eſt.* pro Deio. 144 a, Qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. Tuſc. 166 a, Metellum multi filij, filiæ, nepotes, neptes in rogum impoſuerunt, de Cl. 189 a, Ex filia nepos. Tuſc. 165 b, Quærerem ex eo, cuius ſuorum ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos in Verr. 189 b, Numulis corrogatis de nepotum bonis.

¶ *Patrimonij diſſipator*. pro Quint 7 a, Quis tam perditus ac profuſus nepos ne adeſa iam, ſed abundanti pecunia ſic diſſolutus fuiſſet. de Aruſp. 257 b, cont Rul. 85 b, Aliquis vt in ſuis rebus, ita in repub. luxurioſus nepos. cont. Rull. 61 a, Eſſe nepotem in patrimonio.

NEPTIS, ptis, Tuſc. 166 a, * Metellum multi filij, filiæ, nepotes, neptes, in rogum impoſuerunt.

NEPTVNIVS, a, um. in Arat.

---- *Neptunia prata ſecantes.* &,
-- - *Neptunia piſtrix.* ad Her. 27 a, Neptuniæ lacunæ.

NEPTVNVS, ni. de Nat. 1, Neptuni cærulei oculi. & lib. 3, Neptunum eſſe animum cum intelligentia per mare pergentem. & lib. 1, 10. a, Neptunum eſſe aërem, qui per maria manaret, diſputat Chryſippus. de Nat. 39 a, Datum eſt igitur Neptuno alteri Iouis, vt volunt, fratri maritimum omne regnum, nomenq; productum, vt Portunus à portu. ſic Neptunus à nando.

NEQVA in Verr. act. 1, Nequa deductio fieret.

NEQVAM, ior, iſſimus. *nihili, improbus, impurus.*)(. *frugi*. pro Cæl. 36 a, Homo nequam atq; improbus. pro Sext. Roſ. 40 a, Serui nequam & improbi. in Verr. 101 a, Verres tam nequam. & ibidem, Ius tam nequam eſſe Verrinum. Epiſt. 177 b, Homo nequiſſimus omnium qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Epiſt. 183 b, Homo perditus, multoq; nequitior, quàm ille ipſe, quem tu nequiſſimum occiſum eſſe dixiſti. de Prouin. 71 b, Ne Gabinius vnus omnium nequiſſimus exiſtimaretur. in Piſo. 30 a, Niſi nequior, quàm Gabinius exſtitiſſet. in Piſon 94 a, Nihil iſto ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius, nihil poſterius, nihil nequius. Tuſc quæſt. 198 b, Nihil nequius aut turpius effœminato viro. Attic. 6 b, Homo ſanè nequam Att. 10 a, Cùm accuſator homines nequiſſimos reijceret, reus frugaliſſimum quenquam ſecerneret. & 98 a, Nunquam vidi hominem nequiorem. in Anton 210 a, Nequam eſt homo ille atque confidens. * I. Ver. 147 b, Homo flagitioſiſſimus, libidinoſiſſimus nequiſſimuſq;. Att. 90 a, Homine non nequam, ſed etiam tuo iudicio probati.

† Syntaxis. *Homo nequam & improbus. Tam nequam. Serui nequam, ius. Nihil Verre nequius. Nequam & confidens.*

NEQVANDO. de Am. 107 b, Vt nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus. ad Her. 2 b.

NEQVAQVAM. *minimè, nullo pacto, nulla ex parte.* de Fin. 81 a, Nequaquam iſta amicitia eſt. de In 56 b, Nequaquam tātum inter eos intereſſet. Epiſt. 246 b, Nequaquam paribus rebus. de Inu. 63 a, Vt nequaquam cum illius commodo fuerit comparanda. de Natu. 72 b, Nequaquam iſtâc ibit. pro S. R. 19 a, Nequaquam ſimiliter, &c.

NEQVE. *nec*. de Orat. 94 a, Nullæ enim lites neq; controuerſiæ ſunt, quæ, &c. Attic. 128 a, Nam certè neq; tum peccaui, cùm, &c. neq; cùm, &c. 8 Fam. in Epiſt. Cælij: Neque abſolutus, neq; damnatus. pro Clu. Neq; dum rem perfectam arbitraretur. Att. 14, Neq; dum Roma es profectus. ad Qu. frat. lib. 3, Sed eius rei maturitas neq; dum venit, & tamen iam appropinquat. 5. Ver. Neq; enim hoc poſſum negare. de Amic. Neq; enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem duram & quaſi ferream eſſe quandam volunt. 5. Famil. Neque expectare temporis medicinam, quam repræſentare ratione poſſumus. de Fin. Neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. de Am. Quare ſibi habeant ſapientię nomē & inuidioſum & obſcurum: concedantq; vt hi boni viri fuerint. neque id quidem facient: negabunt id niſi ſapienti poſſe concedi. de Nat. d. 2, Neq; ira neq; gratia teneri. pro R. Com. 5, Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neq; nihil, neq; tantum quantum poſtulauimus, conſequamur. 15. Fam. Neque non verè. 2. Philip. Ergo vt te catamitum, neq; opinatò quum oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret, &c. 1, Offic. Nulla enim vitæ pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forēſibus, neq; domeſticis in rebus, neq; ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt. &c. de Am. Neq; quicquam vnquam niſi honeſtum & rectum alter ab altero poſtulabit: neq; ſolùm colēt inter ſe ac diligēt, ſed etiam verebuntur. de Nat. 1, Ea facie, Neque ſolùm facie ſed etiam ornatu nouimus. 11. Fam. in epiſt. D. Bruti, Neq; tamen non te cautum eſſe volo. * 5. de Leg. Neq; dum ſatis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur. de Orat. 99 b, M. Bucculeius homo neq; meo iudicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens.



NEQVEO, quis. *non queo, non poſſum, non habeo quemadmodum, mihi liberum non eſt.* de Orator. 137 a, Quædam quæ ſanare nequeunt, exulcerāt. Or. 218 b, Nec tamen hęc ita adſtricta ſunt, vt ea cum velimus, laxare nequeamus. Ac. 44 a, Nihil in rerum natura eſt minimum, quod diuidi nequeat. de Diu. 128 b, Demoſthenes Rho literam dicere nequibat. de Sen. 84 b, Quę ſi exequi nequirem, tamen, &c. de Som. 129 a, Sicut ſolem intueri nequitis aduerſum. pro Mil. 116 b, Nequeo vetera illa iudicare, &c. Orat. 211 a, Nequire, pro non quire. Attic. 17 b, Atq; hoc loco illud non queo præterire.

NEQVICQVAM, *fruſtra*. pro Qu. 14 b, Et ſerò & nequicquā pudet. & Antequam. 194 a, Att. 285 b, Cæterùm nequicquam perijt ille, ſi, &c. Tuſcul. 203 b, Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt. Tuſc. 194 a, Nequitia ab eo, quòd nequicquam eſt in tali homine.

¶ *Non nihil*. Tuſcu. 164 a, Secernere autem à corpore animum, nequicquam aliud eſt, quàm emori diſcere.

NE. *quidem*. pro Deiot. 150 b, Deiotarus nunquam ſuccumbet inimicis, ne fortunæ quidem. L. NE.

NE *quis*. de Opt. 244 b, Cùm eſſet lex Athenis, ne quis plebiſcitum faceret, vt quiſquam, &c.

NEQVITER. de Fin. 70 a, Ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. ad Her. 7 a, Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hunc tam perperam feciſſe non eſt mirādum. Tuſc. 198 b, Turpiter & nequiter facere aliquid.

† Syntaxis. *Malè, prauè, nequiter, turpiter cœnare.*

NEQVITIA. tiæ. *flagitium, malitia. inertia.*)(. *frugalitas*. I. C. 98 a, Iam me ipſum inertiæ nequitiæq; condemno Tuſc. 194 a, Nequitia ab eo, quòd nequicquam eſt in tali homine: ex quo idem nihili dicitur. & ibid. Frugalitas, cui contrarium vitium nequitia dicitur. & 181 a, Scio dolorem non eſſe nequitiam. pro S. R. 41 a, Officina nequitiæ, diuerſorium flagitiorum omnium. ad Her. 18 a, Ab omnibus vnicam malitiam atq; nequitiam cognoſci. de Fin. 138 a, Homo ſingulari nequitia præditus. pro Cl. 24 b, Fuit Aiulius perdita nequitia & ſumma egeſtate. Attic. 12 a, Nequitia, libido *in Verr. 147 b, Infamia nequitiæ. I C. 103 a, Non eſt vehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ ac nequitiæ pertimeſcenda. Att. 12 a, Vt apertè victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoq; peteret ſui doloris.

NEREIDES, *nymphæ marinæ.* in Arat.

*Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.*

* NERONIANVS, a, um. de Orat. 131 b, Ridiculum eſt illud Neronianum vetus in furace ſeruo.

NERVII, *populi*. Att. 527.

NERVOSE`. *enixè, fortiter, callidè.* Epiſt. 158 a, Vigilanter, neruoſeq; aliquem ſubornare. Planci. Orat. 208 b, Aliquanto neruoſiùs dicere. Off. 73 b, Neruoſiùs aliquid diſſerere.

NERVOSVS, a, um. *fortis, robuſtus.* de Cl. 175 b, Quis Ariſtotele neruoſior?

NERVVLVS, li. Attic. 269 a, Si tu neruulos tuos mihi ſæpe cognitos adhibueris.

NERVVS, vi. *torus, vis, vires.* de Nat. 37 b, Nec enim dij venis, & neruis, & oſſibus cōtinentur. & 45 a, Huc adde neruos à quibus artus continentur, eorumq; implicationem toto corpore pertinentem, qui ſicut venę & arteriæ à corde tracti, & profecti, in corpus omne ducuntur. * con. C. Anton. Hiſpanienſi pugiunculo neruos incidere ciuium Roman.

¶ *Muſici neruuli*. de Orat. 163 a, & pro S. R. 41 a, Nerui in fidibus ita ſonant, vt à digitis ſunt pulſi. Tuſc. 148 b, Cantus vocum, neruorum & tibiarum. de Diuin. 115 a, Iam neruos in fidibus alijs pulſis reſonare alios. de Leg. 177 a, Illa ſeuera Lacedæmon neruos iuſſit, quòd plures quàm ſeptem haberet in Timothei fidibus, inde demi.

¶ *Virtus, vis, robur, tranſlatè.* Epiſt. 78 b, Quantum in cuiuſq; animo roboris & neruorum. Epiſtol. 40 a, Planè video fore neruis opus, ſapientiaque tua. I. V. 72 b, & Epiſto. 251 b, Contendere omnes neruos in aliqua re, de Fat. 144 b, Itaque contendit omnes neruos Chryſippus, vt perſuadeat, &c. Quint. frat. 328 a, Et tu vt poſſis, eſt tuorum neruorum. Orat. 292 b, Oratio Philoſophica neque aculeos,

neque neruos forenſes habet. cont. Rul. 75 b, Incidere neruos populi Rom. Acad. 45 b, Theophraſtus neruos virtutis incidit, Tuſcul. 80 b, Poëtæ neruos virtutis elidunt. I. A. 240 b, Legionum noſtrarum neruos his conſilijs incidemus. Quint. de Pet. 211 a, Nerui atq; artus ſapientiæ ſunt, non temerè credere. pro Pomp. 7, Vectigalia neruos reipub. ſemper duximus. *I. A. 185 a, Quid hoc aliud eſt, quàm ad bellum ciuile hoſti arma largiri? primùm neruos belli pecuniam infinitam.

† Syntaxis. *Neruosè ſubornare aliquem. In dicendo neruoſus. Neruos adhibere. Continetur neruis animal, artus à corde tracti & profecti in corpus dicuntur.*

NESCIO, ſcis. *ſum ignarus, ſum inſcius, ſum rudis, ſcientiam meam fugit.* de Orat. 93 b, Dum mihi liceat fateri neſcire, quod neſciam. de Ora. 90 b, Neminem in eo diſertum eſſe poſſe, quod neſciat. Orat. 212 a, Non ſcire quidem barbarum iam videtur, neſcire dulcius. Tuſc 169 b, Nec me pudet, vt iſtos, fateri neſcire, quod neſciam. Attic. 192. Opinor, ſed certum neſcio. I. P. 214 b, Peruenit res ad iſtius aures neſcio quomodo. Off. 13 a. Ea neſcio quomodo pleniore ore laudamus. Orat. 204 a, Sententiæ neſcio vnde ex abdito erutæ. Acad. 20 b, At ille neſcio qui, qui ſolet, &c. pro Seſt. 8 a, Ligur iſte neſcio qui, &c. Epiſto. 71 a, Neſcio quo pacto, neſcio quomodo, & caſu neſcio quo. de Orat. 101 b, Cauſidicus neſcio quis. Att. 206 b, Iſta neſcio quæ. Qu. fra. 293 b, Paçonij neſcio cuius hominis querelæ. pro Fl. 154 b, Supplet enim ille neſcio qui, &c. item, O' paſtores neſcio quos, &c. in Anton. 167 b, Neſcio quid conturbatus mihi eſſe videris.

† Syntaxis. *Neſcio quid conturbetur ille.*

*NESCITVR. Acad. 9 b, Vt ſtellarum numerus par an impar ſit, neſcitur. Attic. 109 b, Inde vtrum conſiſtere vſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur.

NESCIVS, a, um. *inſcius.* pro Deiota. 145 a, Iratum te regi Deiotaro fuiſſe, non erant neſcij. de Orat. 88 b, Non ſum neſcius Craſſe iſta inter Græcos dici ſolere. Epiſt. 67 a, Neque tamen hæc cum ſcribebam, eram neſcius, quantis oneribus premerere. de Fin. 49 a, Non eram neſcius Brute, &c. ad Heren. 21 a, Non ſum neſcius, quantum. &c, Attic. 143 a, Heus tu, ne fortè ſis neſcius, Dolabella me ſibi legauit, ad IIII. Non. April.

NESIS. *locus eſt in Italia Campano littore.* Attic. 252, & 253.

NETINENSES. *populi.* in Ver. 140.

NETINI. *populi.* in Ver. 247.

NEVTER, tra, um. *indifferens, nullarum partium.* Attic. 98 b, Ita effici, vt neutri illorum quiſquam eſſet me charior. Offic. 14 b, In quo quidem neutrorum eſt contemnẽda ſententia. de Diu. 150 b, Quid bonum ſit, quid malum, quid neutrum. Offi. 36 b, Hæc ſine hominum operibus neutram in partem effici poſſunt Or. 211 b, Quæ non ſanè ſunt in omnibus neutris vſitata. Acad. 33 a, Huic ſummum bonum eſt, in his rebus neutram in partem moueri, quæ ἀδιαφορία ab ipſo dicitur. Att. 98 b, Neuter quemquam omnium pluris facere quàm me videtur. & 125 a, Sed neuter σκοπὸς eſt ille, vt nos beati ſimus: vterq; regnare vult.

¶ *Neque mas neque fœmina.* de Diu. 121 b, Neuter anguis.

NEVTIQVAM. *nequaquam.* Attic. 146 a, Cui te ſocium neutiquam puto eſſe oportere. de Vniuerſ. 202 a, Indiſſolubiles vos quidem eſſe non poteſtis, neutiquam tamen diſſoluemini, Academ. 14 a, Mihi neutiquam cor conſentit cum oculorum aſpectu. * de Virtut. Illud neutiquam probares

NEX, cis. *mors violenta.* pro Mil. 103 a, Latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? de Na. 27 b, Iunius necem ſibi ipſe cõſciuit. pro Cecin. 394 b, Homines vincla, neces, ignominiasq; vitant. de Leg. 181 a, Denicales feriæ à nece appellatæ. *I. C. 101 a, Tibi multorum ciuium neces tibi vexatio direptioq; ſociorum impunita fuit ac libera, Tuſc. 204 b, Vt apud Homerum quotidianæ neces interitusq; multorum ſedationem mœrendi afferunt.

† Syntaxis. *Necem afferre alicui, ſibi conſciſcere.*

NEXVM, xi: & NEXVS, us. *obligatio ciuilis quædam eſt, quæ fiebat ſeptem adhibitis teſtibus, ciuibus Romanis puperibus, idque per æs & libram: id eſt, ære, nummóve aliquo percuſſa libra: quo facto, ſolutio repræſentabatur: ſicque non minus corpus, quàm bona, obligabantur, vt pignus: præſertim ſi quis pro pecunia quam debet, operas ſuas corpusque ſeruituti ſubijciat.* pro Cec. 304 b, Sylla ita tulit de ciuitate, vt non ſuſtulerit horum nexa atque hæreditates. de Aruſp. 247 a, Multæ ſunt domus iure mancipij & iure nexi. de Orator. 99 a, Nexorum & mancipiorum iura de Orat. 157 b, Nexum, quod per libram agitur, Top. 223 a, Tradere rem alicui nexu. Parad. 122 b, Mancipia, quę ſunt dominorum facta nexu aut aliquo iure ciuili. pro Mur. 124 b, In ijs rebus repetendis quæ mancipij ſunt, is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit, Epiſt. 109 b, Atticus noſter, cuius quando proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu, contentus iſto ſum. & 108 b, Sum enim χρήσει μὲν tuus κτήσει δὲ Attici noſtri: ergo fructus eſt tuus, mancipium illius.

NEXVS, a, um. *aptus, coniunctus.* Tuſc. 194 a, Omnes virtutes inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. de Diuin. 106 b, Cum cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignit, Tuſc. 242 a, Cauſæ alię ex alijs aptæ, & neceſſitate nexę. Ora. 209 b, Res collocatæ & quaſi ſtructæ & nexæ verbis. de Fat. 148 a, Ex æternitate quædam vera eſſe, & ea non eſſe nexa cauſis æternis, & à fati neceſſitate eſſe libera. * Hortenſ. Altera eſt nexa cum ſuperiore, & inde aptéque pendens.

NI. *niſi.* de Orator. lib. 2, Quid ploras pater? mirum, ni cantem. pro Mur. Sponſionem facere poſſent, ni aduerſum edictum prætoris vis facta eſſet. idem I. V. act. 5, & 7. Attic. Me nullo modo facere poſſe, ni mihi exploratum eſſet, &c. in Ver. 198 a, Ni ad equeſtrem ordinem iudicia referantur. Epiſtol. 83 a, Ni vererer, ne &c. in Cat. 10 a, Ni exeunt, ni pereunt. Tuſcul. 259 b, Ni ita ſe res haberet. *Iocul. lib.

*Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.*

NICANDER. *poëta Colophonius, de rebus ruſticis ſcripſit.* de Orat. 99 b.

NICE, es. *Verris amica Syracuſana.* in Ver. act. 7.

NICAEA, æ, *vrbs.* pro Pl. 277 b, Neſcio cur ſeueriorem Nicæam putes, quàm Rhodum.

NICAEI, orum. pro Pl, 277 b. Putabam in Nicæis dicturum.

NICENSES. *populi.* Epiſt. 226.

NICETAS Syracuſius terram moueri, cætera ſtare aſſerit, Acad. 31 a.

NIDOR, ris. *odor præſertim rerum aſſarum.* in P. 82 a, Pauliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Tuſcul. 196 a, Situ nidoris, barba pedore horrida *poëtæ,*

NIDVLVS, li. de Orat. 101 a, * Ithaca illa in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulus affixa.

NIDVS, di. de Natur. deor. 52 a, Aues cubilia ſibi nidosque conſtruunt, eosque, quàm poſſunt molliſſimè ſubſternunt. de Orat. 110 b, Volucres videmus fingere atq; conſtruere nidos.

† Syntaxis. *Auium cubilia nidique. Nidum ſubſternere, fingere, conſtruere.*

NIGER, a, um. *ater.* de Diu. 110 a, Quæ alba ſint, quæ nigra, dicere. pro Cec. 290, Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio.

*NIGIDIANVS, a, um, in Saluſt. 274 a, Sacrilegium Nigidianum.

NIGROR, oris. *quam nigredinem barbari, nigritudinem & nigritiam Plin. nigritiem Cor. Celſus appellat, hic verò pro tenebris & caligine vſurpatur.* de Orat. 157 a, & de Diuin. 85 b, Noctisque & nimbûm occæcat nigror.

NIHIL. *nihilum nequicquam, nihil quicquã, non quicquam, nulla pars, ne pilus quidem.* Offic. 30 b, Nihil omnium rerum agricultura melius. de Inue. 54 a, Nihil omnium rerum melius, quàm omnis mundus adminiſtratur. de Orat. 125 b, Omnia dicendo excitanda ſunt, nihil adiuuante natura. de Clar. 183 b, Curio literarum admodum nihil ſciebat. Quint. frat. 327 b, Nihil iſtorum fuit faciendum. de Orato. 66 a, Sine quo cùm in vita nihil quicquam egregium, tum certè hoc quod tu expetis, nemo vnquam aſſequetur. Epiſt. 88 b, Dolabellam antea tãtummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. cont. Rull. 78 a, Beneficio iſto legis nihil vtitur. Off. 68 a, Cadit ergo in virum bonum mentiri? nihil minus. I. V. 168 a, Ciuitatibus pro frumento nihil ſoluit omnino. de Orato. 121 a, Sed hoc nihil ad me, in Piſ. 94 a, Rectè an ſecus, nihil ad nos: aut ſi ad nos, nihil ad hoc tempus. de Orator. 207 b, Quando autem, &c. nihil ad hoc tempus. de Som. 129 b, In quo qui inſiſtunt, nihil ad noſtrum genus. Orat. 218 a, Nihil ad rem, illud ſit an non, nihil refert. de Clar. 177 a, Antonius nihil non ad artem dirigebat. Att. 137 b, Optimatibus verò tuis nihil confido, nihil iam ne inſeruio quidem. Parad. 116 b, Hoc tamen opus in apertũ vt referas, nihil poſtulo. & 118 a, Sic te proſternas, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquid putes intereſſe? de Leg. 156 b, Quorſum tandem, aut cur iſta quæris? nihil ſanè, &c. & ibi. In hoc etiam Græciæ nihil cedimus. * pro Cecin. 252 b, Ea *actio* ſi nihil valet.

† Syntaxis. *Obligatus tibi nihil ſum. Nihil ad me, ad hoc tempus. Nihil tibi inſeruio. Hoc vt agas, nihil poſtulo. In hoc tibi nihil cedo.*

NIHIL dum. *nihil adhuc, non adhuc, nondum quicquam.* Attic. 135 b, Brunduſio nihil dum erat allatum. & 109 b, A' te nihilo dum certi exquiro. in Cat. 112 a, Eum nihil dum ſuſpicantem ad me vocaui. Att. 240 b, Summatim adhuc ad te: nihil dum enim ab Albo.

NIHIL. *nequam.* Tuſcul. 194 a, Nequitia ab eo, quòd nequicquam

quicquam ſic in tali nomine, ex quo idem nihili dicitur.

NIHILI facio *nullo de numero*. de Fin. 83 a, b.

NIHILOMAGIS. in Verr. vbi videt eum nihilomagis minis quàm precibus permoueri, &c.

NIHIL NON. de Cl. Nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat Antonius.

NIHILOMINVS. *nihilo ſecius*. Epiſt. 144 a, L. NIHILVM.

NIHILOSECIVS. ad Her. 35 b, L. NIHILVM.

NIHILVM, *nihil*. Tuſc. 176 a, Atque oratorum laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, vt iam ſeneſcat, breuiq; tempore ad nihilum ventura videatur. & Epiſt. 173 b, Ora. 220 a, Ad nihilum omnia recidere. de Diu. 116 a. Et erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum ſubitò occidat. & Academ. 44 a, Interire in nihilum. de Fat. 44 a, Ex quo exiſtet, vt de nehilo quidpiam fiat, quod nulli placet. pro Cec. 303 b, Si quid ius non eſſet rogari, eius ea lege nihilum rogatum. pro Dom. 221 a, Hæc adoptio pro nihilo eſt habenda. pro Mar. 135 a, Præterita voluptas pro nihilo eſt. in Verr 58 b, Contemnere ac pro nihilo putare vel ducere aliquem. de Fin. 73 a, At dolorem nihili facit. I. V. 116 b, Pro nihilo ducere alios præ ſe. de Fin. 96 a, pro Cec. 295 b, Quæ cadere in hominem poſſint, deſpicere ac pro nihilo putare. de Fin. 73 b, Quę Pyrrhoni viſa ſunt pro nihilo. Att. 225 b, Dij immortales quàm mihi iſta pro nihilo. Epiſtol 45 a, Beneuolentior tibi quàm fuerim nihilo ſum factus. & 80 b, Ego tibi hoc confirmo, nihilo te nunc maiore in diſcrimine eſſe quàm quenquam noſtrûm. de Diuin. 130, & de Fin. 100 a, Sed ea ſumitis, quibus conceſſis, nihilo magis efficiatis quod velitis. de Cl. 181 b, Legam, inquit, nihilominus. Epiſto. 144 a, Quæ nihilominus, vt ego abſim, confici poſſunt. de Inu. 65 a, Nihilo ſibi magis quàm alij commodum dicet. Attic. 127 b, a, Non ſolùm eos, qui, &c. ſed eos nihilominus, qui, &c. & 151 b, Scimus nempe, hæremus nihilominus. Epiſto. 58 a, b, Niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas quàm rempub. offendiſſe. Orat. 219 b, Tamen nihilo amplius explet ſententias pro Cl. 33 b, Tamen nihilominus putabant ſe, &c. I. A. 199 b. Legati proficiſcantur, bellum nihilominus paretur. Parad. 119 b, Peccauit verò nihilominus. Epiſ. 210 a, Et tamen nihilominus αἰὲν ἀριστεύειν. pro Mil. 105 a, Minus dolendum fuit re non perfecta, ſed puniendum certè nihilominus. de Diu. 116, Veſter autem Deus poteſt non impertire, vt nihilominus mundum regat. Att. 129 b, Cùm hoc tempore nihilomagis quàm vos ſubſidio ire poſſim. I. A. 171 a, Aliquem cõdemnatum eſſe pro nihilo. I. A. 214 a, Hunc tantum apparatum ne ad nihilum recidere patiare. * I. A. 155 b, Vt Rempub pro nihilo haberemus.

† Syntaxis. *Hoc ad nihil venit, recidit. Nihilo oriri, in nihilum occidere, interire. De nihilo nihil fit. Habere pro nihilo, eſſe, putare, ducere. Nihili facere Deſpicio, ac pro nihilo duco. Pro nihilo videri. Nihilo maior. Nihilo in maiore diſcrimine. Nihilo tibi magis. Tamen nihilominus. Nihilo magis quàm tu ego poſſum. Pro nihilo condemnare innocentem.*

NIL. *nihil.* pro Syl. 18 b, Ego verò mihi nil aſſumo.

NILVS, li. de Nat. 52 a, Aegyptum Nilus irrigat: & cùm tota æſtate obrutam, oppletamq; tenuerit, tum recedit, mollitosq; & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. * pro Mar. 135 b, Rhenum, Oceanum, Nilum, triumphos audientes & legentes tuos.

¶ *Item aquæductus & alueus opere magnificus, qui aquam fluuiorum in morem deductam conciperet exundantem.* Q. fr. 328 b, Imagines enim iſtæ, & palæſtra, & piſcina, & Nilus multorum Philotimorum eſt, non Diphilorum. * de Leg. 169 a, Ductus verò aquarum, quos iſti Nilos (*al. tubos*) & Euripos vocant, quis non cùm hæc videat irriſerit.

NIMBVS, bi *imber. pluuia.* At. 242 a, Sed hunc quidem nimbum citrò tranſiſſe lætor. * de Orat. 157, & de Diuin. 85 b, Noctiſq; & nimbûm occæcat nigror. * de Nat. 28 b, Quæ cauſa terreret animos fulminibus, tempeſtatibus, nimbis, niuibus, grandinibus.

NIMIRVM. *nempe, ſcilicet, videlicet, nam.* I. V. 139 b, Is eſt nimirum ſoter, qui ſalutem dedit & 200 b, Nimirum didici, &c. Attic. 145 b, Itaq; nimirum hoc illud eſt, quod Cæſar ſcribit, ſe velle vti conſilio meo. pro Fl. 160 a, Hoc nimirũ eſt illud quod nõ longè à gradibus hæc cauſa dicitur. Tuſcul. 187 a, Et hic nimirum eſt fletus, qui, &c. pro Sex. Roſ. 34 b, Luxuries igitur hominem nimirum ad hoc ſcelus impulit. cont. Rul. 80 a, Et nimirum iſtud eſt. quod ab hoc Tribuno dictum eſt in ſenatu, vrbanam plebem, &c. pro Mar. 131 b, Si conſideràris, &c. omnibus regibus, cum quibus, &c. hunc regem nimirum anteponens. de Inu 49 b, Nam genus eſt omnium nimirum libidinum cupiditas. Orat. 201 b, Veſtibula nimirum & aditus ad cauſam faciet illuſtres. de Orat. 86 a, Sed nimirum maius eſt hoc quiddam, quàm homines opinantur. de Clar. 171 b, Et nimirum is princeps ex Latinis iſta tractauit. Attic. 207 a, Et nimirum id fuit: ſoluendo enim non erat. Acad. 28 a, Itaq; in cognitione nimirũ aſſentiar, &c. Tuſc. 207 b, Nimirum igitur vt in cauſis, &c. ſic in ægritudine, &c. ad Her. 33 b, & 4 a, Eum extinguere, id nimirum fuit capi Troiam. & 6 b, Nam cùm diſſoluerimus, &c. abſolutè nimirum confecerimus, &c. Tuſc. 242 a, Horum nimirum aſpectus, &c. pro Sex. Roſc. 44 b, Nimirum ſimiliter arbitremini iſti, &c. pro Seſt. 24 a, Nimirum hoc illud eſt, quod &c. de Diu. 105 b, Hoc nimirum eſt illud, &c. pro Sext. Roſc. 43 b Nimirum iudices, &c. de Amic. 16 a, Hæc enim eſt tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, &c.

¶ *Potius.* pro Mar. 134 a, Quæ non modò ſumma bona, ſed nimirum audebo vel ſola dicere.

NIMIOPERE. Parad. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. in Ver. act. 6.

NIMIO plus. Att. lib. 10, Sed quia te nimio plus diligo.

NIMIS & NIMIVM. *immoderatè, extra modum, præter modum, vltra quàm ſatis eſt, ſubtilius quàm ſatis eſt, nimis valde, plus æquo, nimio opere, nimio plus.*) (. *ſatis parum.* Att. 216 b. de Legi. 184 a, Tu verò illum nec nimis valde vnquam, nec nimis ſæpe laudaueris. Orat. 215 a. Nimis inſidiarum ad capiendas auras adhiberi videtur. Att. 116 b, Philotimi literæ me quidem non nimis, ſed alios admodum delectarunt. Att. 114 a, Sed hæc non nimis exquiro à Græcis. de Orat. 90 a, Si cuipiam hoc nimis infinitum videtur. de Cl 195 a, Nimis multa de me. de Ora. 96 a, Quoniam quę à natura expetenda ſunt, ea dicis non nimis deeſſe nobis. & ibid. Non ſumus nimis auidi, tua iſta mediocri eloquentia contenti ſumus. & 131 b, Nimis multa in genere diuidere aliqua. de Orat. 141 b, Homo certè non nimis pudens. Ep. 140 b, Non nimis honeſtus. ad Her. 30 a, Magna nimis licentia. de Fin. 144 a, Quod ſatis eſt, eo quicquid acceſſerit, nimiũ eſt, & nemo nimium beatus eſt, & nemo beatior. Orat. 203 b, In omni re videndum eſt, quatenus: etſi enim ſuus cuiq; modus eſt, tamen magis offendit nimium quod eſt. offendit vehementius, quàm id quod videtur parum. pro Planc 276 b, Succumbam tibi in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe nimium. & ibid. Quoniam tu ita vis, nimium gratum eſſe concedam in Ant. 229 a, In illius viri conſilijs atque factis nec nimium nec parum vnquam fuit. de Or. 123 a, Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimium loquax. de Or. 116 b, Verba efferueſcentia, & paulò nimium reduntantia. Or. 104 b, Sales qui in dicendo nimium quantum valent. *aliter, mirum quantum valent.* in Cat. 99 b, Nimium diu te illa caſtra deſiderant. Att. 190 b, Tempus nimium longum. de Fin. 73 a; Quod vos interdum, vel potius nimium ſæpe dicitis. & ibid. Nimium boni eſt cui nihil eſt mali. Attic. 162 a, Ego te nimio plus diligo. Offic. 4 b, Alterum eſt vitium, quo nimis magnum ſtudium in res obſcuras conferunt. Offi. 18 a, Mediocritas illa quæ eſt inter nimiũ & parum. pro Arch. 191 a, De meo amore gloriæ nimis acri fortaſſe, ſed tamen honeſto vobis confitebor.

† Syntaxis. *Nimis valde, nimis ſæpe. Inſidiarum nimis. Nimis multa. Non nimis honeſtus. Magis offendit nimium quàm parum. Paulo nimium redundans. Nimium longum tempus. Nimio plus diligere. Inter nimium & parum mediocritas.*

NIMIVS, a, um. *immoderatus, intemperatus, plus æquo, quod ſuperſit, nimis magnus, nimis acer, multus.*) (. *modicus.* Att. 282 a, Epiſtola, qua mihi multa tribuens vnum reprehendebas, quòd in honoribus decernendis eſſem nimis, & tanquam prodigus pro Mil. 114 a, Diligentiam tota republ. ſuſcepta nimiam nullam putabam. Tuſcu. 221 b, Hoc magis intelligendum eſt, hæc ipſa nimia in quibuſdam futura non fuiſſe, niſi quædam eſſent modica natura. Offic. 26 b, Cauẽdum eſt, ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates. de Sen. 88 a, Vitis putanda eſt, ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. * de Finib. 66 b, Ille apud Trabeam voluptatem animi nimiam, lætitiam dedit.

† Syntaxis. *Nimius in dicendo. Vitis nimia funditur.*

NIOBE. Tuſcu. 264 a, Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium.

NIPTRA, orum. *nomen tragœdiæ Pacuuij.* Tuſc. 185. & 186.

NISAEI. *populi.* Epiſt. 227.

NISI. *ni, ſi non, niſi ſi, niſi quòd, præter, præterquam.* Attic. 108 a, Niſi ego inſanio, ſtultè omnia agi iudico. pro Seſt. 25 b, Quem vnquam ſenatus ciuem niſi me nationibus exteris commendauit? de Cl. 170 a, Nec verò habeo quenquam antiquiorem, niſi quem, &c. Epiſt. 135 b, Nihil video, quod timeam, niſi quòd omnia ſunt incerta. de Fini. 124 a, Mementote, quæ nos ſentiamus, omnia probare, niſi quòd verbis aliter vtamur. de Fin. 80 a, Nunquam facies: cur, niſi quod turpe eſt. Att. 23 a, Hoc me delectat niſi quòd, &c. de Cl. 190 a, Niſi quid de Epaminonda ſuſpicari libet. &c. pro Syl. 172 a, Niſi verò paucos fuiſſe putatis, qui, &c.

pro

pro Flac. 153 a, Niſi verò hactenus,&c.in Cat.121 a, Niſi cuipiam L. Cæſar crudelior nudiuſtertius eſt viſus, cùm, &c. Atticor. 155 a, Niſi fortè iſte ſummarius,&c. de Fat. 147 b, Niſi fortè volumus ſequi, &c. & de Fin.150 a,pro Planc.279 b,Nihil amplius dico,niſi me in Sciciliam venire nolle.pro Sex.Roſ.36 a, Si nihil aliud fecerunt,niſi rem detulerunt,nónne ſatis fuit his gratias agi? pro Syl.175 b, Si Torquatus Syllam ſolum accuſaſſet, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem,niſi eum qui accuſatus eſſet, defenderem.Atticor.24 a, Niſi ſi quid erit,&c. & 236 a,Erat autem nihil noui, quod aut ſcriberem aut ex te quærerem, niſi fortè hoc ad te putas pertinere.pro Sext.Roſc. 35 a,Quid erat,quòd Capitoni primùm nunciârit, neſcio, niſi hoc video Capitonem in his bonis eſſe ſocium. Attic. 257 a,In freto medio hanc epiſtolam legi,vt quid poſſem prouidere, in mentem non venerit mihi,niſi quòd præſens me ipſe defenderem. Quin.frat.312 b,Niſi verebor,ne quando, &c.de Orator. 130 b, Miſeros illudi nolunt,niſi ſi ſe forè iactant. Epiſtol. 233 a, Niſi ſi quis ad me plura ſcripſit.

¶ *Sed.*Epiſtol.230 a, De re nihil poſſum iudicare,niſi illud mihi certè perſuadeo,te nihil temerè feciſſe.item ibi. Nec cur ille tantopere contendat,video, niſi tamen multo minus tibi concedi poteſt.

† Syntaxis. *Veniam.niſi ſi. Niſi quòd.Niſi hoc vide: id eſt, niſi quòd.Hoc ignoro,niſi quòd illud ſcio.id eſt,verùm.*

NISVS,us. *conatus,greſſus,inceſſus.* Tuſc.185 b, Pedetentim, inquit,ite & ſedato niſu.Poëtæ.

NITEDVLA,æ.*muris genus.* pro Seſt.19 a, Vt illa ex vepreculis extracta nitedula,Remp.conaretur arrodere.*Seruius, nitela legit. vide Georg.lib.1.*

*NITELA,æ.vide NITEDVLA.

*NITENDO,dum,*à Nitor.* Tuſc.150 a,Tum illud quod Siſyphus verſat

*Saxum ſudans nitendo,neque proficit hilum.*

& 228 b,Vereor ne non tam virtutis fiducia nitēdum nobis ad ſpem beatè viuēdi, quàm vota facienda videantur.

*NITENS,tis.*à Nitor.* de Nat.47 b.

*Ille tamen intens grauiter veſtigia ponit.* & 48 b,
*Quem propter nitens pennis conuoluitur ales,* ibid.
*Exinde Orion obliquo corpore nitens.* ibid.
*Extrema nitens plumato corpore coruus Roſtro tundit*

Attici 275 b, *Bruti.* Tum verò incipiam proqonere mihi Remp.iuſtam,& iam ſuis nitentem viribus.

NITENS,tis.*nitidus.* de Clar.186 b, Non valde nitens, non planè horrida oratio.

NITEO,es.*niteſco, ſplendeo, floreo.)(. ſqualeo, obſoleſco.* in Cat. 105 b, Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura.contra Rull.64 b,Vectigal quod amiſſis alijs remaneat, intermiſſis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat. de Fin.107 a,Eorum vides quàm niteat oratio.

NITESCO,ſcis. *niteo.)( obſoleſco.* Tuſcul.162 b, Non intermittit ſuo tēpore cœlum niteſcere.in Arat. --- *amnem,*

*Exiguo qui ſtellarum candore niteſcit.*

ad Heren.21 b, Ingenio,doctrina,præceptione natura niteſcit.

NITIDVS,a,um: ſſimus.*nitens,cultus.)(. incultus, horridus, agreſtis.* I. V.157 a, Campi colleſq; nitidiſſimiq; viridiſſimiq;. I.C.109 a,Quos pexo capillo nitidos videtis.de Or. 91 b,Nitidum & lætum genus verborum.Ora.200 a, Nitida pictura.)(.*inculta & horrida.* Attic.188 a, Pro iſto aſſo ſole,à te nitidum ſolem vnctumq; repetemus.

† Syntaxis. *Nitere vnguentis. Vectigalia nitent.)(.obſoleſcunt. Campus nitidus, viridiſsimus. Nitidum & lætum genus verborum.Pro aſſo ſole nitidus,vnctusque.*

NITOR, oris. *cultus, munditia.)(.ſqualor.* pro Cæl.53 b, Si quem offendit huius ſplendor,ſi nitor, iam iſta deſeruerit. de Sene. 89 b, Tum Lyſimachus intuens eius purpuram & nitorem corporis, dixit,&c.in Arat.

*Delphinus iacet haud nimio luſtratu' nitore.*

de Clar.167 b, Aetas oratorum, in qua naturalis ineſſet, non fucatus nitor.Orator.207 a, Sed quia hæc ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in eis explicandis quidam orationis nitor.ad Heren.28 b, Cuius nitor vrbis Italiam nuper illuſtrauit.de Leg.157 a, Antipater habuit vires agreſtes ac horridas ſine nitore ac palæſtra. *ad Her. 59 b,Exiſtimat ſe gemmæ nitore & auri ſplendore aſpectus omnium perſtringere. Att.209b,Quę diligenter à me expreſſa acumen habent Antiochi,nitorem orationis noſtrum,ſi modò is eſt aliquis in nobis.in Arat.

*Conſimili ſpecie ſtellas parilique colore.*

† Syntaxis.*Nitor & ſplendor auri, orationis, non fucatus, ſed naturalis.Nitor illuſtrans.*

NITOR,eris: nixus ſum, & niſus ſum. *enitor, connitor, adnitor,fulcior,confido,pendeo.* de Nat.49 a,Partes terræ vndique medium locum capeſſentes nituntur æqualiter. de Sen.94 a,Optimi cuiuſq; animus maximè ad immortalē gloriam nititur. pro Mil.105 a, In huius vita nititur ſalus ciuitatis. pro Deiota.144 b, Ea frequentia in qua oratorum ſtudia niti ſolent.in Sall.272 b,Satius eſt me meis rebus geſtis florere,quàm maiorum opinione niti. de Diu.85 b,Diuinatio coniectura nititur.& 120 a,Diuinatio in coniectura nititur.de Somn.127 a, Tu eris vnus,in quo nitatur ciuitatis ſalus.pro Cæl.42 a, Vt aliquando in quibus cauſa nititur, ad ea veniamus. Attic.2 a, Domitius in quo vno maximè ambitio noſtra nititur.Part.241 b, Defenſor autē ea,quam propoſui æquitate,nitatur.Epiſt.4 b,Cùm maximè conſilio,ſtudio,labore,gratia de cauſa regia niteremur.pro Cęlio 37 b, Hoc non faceret, niſi alicuius intolerabili libidine,& nimis acerbo odio niteretur.pro Clu.40 b, Is hoc vno nititur, quòd ſit ignobilis.& 18 a, Niti,& magnopere confidere aliqua re.pro Flac.159 a,Vt iam fractum Græciæ nomen huius vrbis laude nitatur. Attic.43 a, Suſtentabimus nos,& ſpe qua iubes,nitemur.Epiſtol.187 b, Niti ope alterius in Verr.69 a, Niti gratia & autoritate.de Inu. 80 b, Vt lex ipſo ſcripto videatur niti.de Fin.61 b, Virtus nititur honeſto.Tuſcul.235 b, Quod ita ortum eſſet è terra,vt ſtirpibus ſuis niteretur. de Orator.103 a,M. Scaurus, qui prudentia rerum magis quam dicendi arte nititur. de Orator.92 b,Tum etiam exemplorum copia nitebatur. de Inuen.88 a,Id quo nititur aduerſariorum cauſa. Qu.frat. 299 b, Ratio ſalusq; omnium noſtrûm, qui ad Remp.accedimus,nō veritate ſolùm,ſed etiam fama nititur. de Senect.83 b, Tantum quiſque,quantum poteſt,nitatur.Tuſ. 25 a,Ipſe quoq; ad omnium nitetur facultatem.Attic.189 b, Ad omnia nitor,non ad animū,ſed ad vulnus reficiendum.Tuſc.158,Sed plurimi contra nituntur.in Piſ.83 a. & Epiſtol.64 a,Ego iſtius pecudis conſilio ſcilicet aut præſidio niti volebam.pro Cæl.38 a, Fundamenta defenſionis meæ,quæ firmiſſima ſunt,ſi nitantur iudicio ſuorum.Antequam. 194 a,Frequētes profectò talibus conatibus obuiam ire niteremur.Attic.147 b, Niti contra honorem alicuius.de Nat.51 a,Ipſe dux,qui non habet,vbi nitatur,reuolat.de Nat.50 b, Quædam ſerpentes extra aquam ortæ, ſimul ac niti poſſunt,aquam perſequuntur.Accdem.17 b, Nitamur igitur nihil poſſe percipi.* pro Cæl.40 a, Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdā facilitatis & patientiæ radicibus niteretur.pro Clu.18 a,Quarum partium altera mihi niti & magnoperè confidere videbatur inuidia iam inueterata iudicij Iuniani.

† Syntaxis. *Sudare nitendo. Ad ſpem nitendum. Suis nitens viribus.Nitentem ponere veſtigia.Niti ad,in.Coniecturis niti. Vrbis ſalus in te nititur. Aequitate nititur cauſa noſtra. De hac re rationibus nitor. Nitor & confido. Suſtentare ſe & niti ſpe. Nitor tantum,quantum poſſum,nitor ad.Vbi nitar,non habeo. Simul ac ſerpens niti poteſt.*

NITRVM,tri * Epiſt.123 b, *Cælij.* Perſuaſum eſt ei, cenſuram lomentum aut nitrum eſſe.Errare mihi videtur.Nam ſordes eluere vult,& venas ſibi omnes & viſcera aperit.

NIVALIS,le. *niueplenus* de Diuin.84 a.

----- *cum tumulos Albano in monte niuales*
*Luſtraſti,& læto mactaſti lacte Latinas* * Poëtæ.

NIVEVS,a,um.ad Her.34 b,Niueus candor.de Diuin.

*Saxaque cana, ſalis niueo ſpumata liquore.*

NIX,niuis.de Nat.51 a,Aquam conglaciare frigoribus, & niue pruinaq; concreſcere. in Cat.109 b, Pruinas ac niues perferre.Acad.18 b,Anaxagoras niuem nigram dixit eſſe. & 25 a, Auaxagoras dixit aquam nigram eſſe. vnde nix congregata eſſet. Qu. frat.314 a, Riſi niuem atram,&c.de Nat.lib.1,Niue obriguerit pars regionum.

† Syntaxis.*Niues perferre. Niue obrigere.*

NIXVS,xi. * *Engonaſis.*in Arat.

---- *ille vagans vulgato nomine Nixus.*
*Pellitur ac flexo confidens corpore Nixus.*

NIXVS,xus. *niſus,vis,nutus.* * de Nat.40 a,Quæ *aſtra* ſe nixu ſuo conglobata continent.

NIXVS,a,um,de Diu.84.b,

*Nam pater altitonans ſtellanti nixus olympo.*

in Ver.253 a,Prætor cum pallio purpureo, tunicaq; talari nixus muliercula.pro Pla.273b,Ego huc à me ortus,& per me nixus aſcendi.Antequam.192 a, Vniuerſorū auxilium eo plurimum poteſt, quo firmioribus opibus eſt nixum. pro Cor.71 b,Cùm Carthago nixa duabus Hiſpanijs huic imperio immineret.Anteq 194 a,Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi.pro Cl.51 a, Sicuti veſtra æquitate nixi confidimus.den Sen. 87 b, Viriditas herbeſcens,quæ nixa fibris ſtirpium,ſenſim adoleſcit.Orat.111 b,Res, quæ mendacio nixa eſt.pro Rab. 94 b, Qu. Scæuola haſtili nixus.Attic. 272 a,In cubitum nixus.de Nat.57 a.

*Engonaſin vocitant genibus quia nixa feratur.*

* de Fin.61 b,Virtutem nixam hoc honeſto nullam requirere voluptatem.

† Syntaxis. *Aequitate nixus, amico, Cæſare, per ſe nixus aſcendit. Nixa fibris viriditas. Nixus haſtili, in cubitum, genibus.*

No, as. *nato.* de Fin. 134 b, Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas. Tuſc. 235 b, Natura beſtias nantes aquarum incolas eſſe voluit. * de Nat. 72 a, Quoniam Neptunum à nando appellatum putas.

Nobilis, le. *clarus, inſignis, nobili genere natus, nobili, ſummo honeſto loco natus, bono ſummo genere natus, clariſſimo patre natus, non ignobilis, auis maioribus, equeſtri loco ortus, regali ſanguine creatus, nobiliſſima familia natus, ſtirpe antiquiſſima ortus, in ſumma familia natus, natus in ampliſſima familia, bonis parentibus atque honeſto loco natus, eſſe ex equeſtri loco. ampla & honeſta familia natus, ciuili, generoſa ſtirpe profectus, honeſtiſſimi & nobiliſſimi generis, generoſus, quaſi maiorum gentium, non ignobilis non obſcurus, in veteri dignitate fortunaque natus.*) (. *ignobilis, ignotus, obſcurus.* Epiſtol. 15 a. Quidam nobiles homines, & de me optimè meriti. I. V. 93, b. Pericles Epheſius homo nobiliſſimus. Tuſcul. 192 b, Crantor in noſtra Academia vel in primis nobilis. de Orator. 89, Multi in philoſophia præclari & nobiles. de Orat. 122 b, & 123 a, Tres illius ætatis nobiliſſimi & clariſſimi philoſphi. pro Flac. 175 a, Homo apud nos notus, inter ſuos nobilis. pro Cæl. 43 b, Mulier non ſolum nobilis, ſed etiam nota. in Verr. 273 a, Qui nobili genere natus eſt. Q. de Pet. 207 a, Qui nequaquam ſunt tam genere inſignes, quàm vitijs nobiles. de Inuen. 63 a, Magnus & nobilis rhetor Iſocrates. in Ver. 217 a, Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuiſſe dicitur. in Verr. 243 b, Tam illuſtre & nobile municipium. de Cl. 175 b, Ciceronis de inceſtu nobilis oratio. de Opt. 244 b, Gladiatorum par nobiliſſimum. pro Sext. Roſc. 35 a, Tres nobiliſſimi fundi. in Verr. 125 b, Accipite aliud eius facinus nobile. Orato. 199 b, Thucydides fuit honoratus & nobilis. in Anton. 277 b, At quàm nobilis tua illa peregrinatio, pro Rab. P. 126 a, Demetrius ex doctrina nobilis & clarus. * cont. C. Ant. Nemo nobilis & valde in quæſtu notus & cognitus. de Fat. Piſcis inprimis nobilis. * I. V. 112 b, Greges nobiliſſimarum equarum.

Nobile, pro nobili. de Iure ciuili, teſte Chario: Aliquo excellente ac nobile viro.

† Syntaxis. *Vel in primis nobilis. In philoſophia præclarus & nobilis. Nobilis & clarus. Inter ſuos nobilis. Nobilis, imò nota mulier. Vitijs nobilis. Illuſtris & nobilis. Par nobile gladiatorum. Honoratus & nobilis. Ex pietate nobilis & clarus. Excellens & nobilis.*

Nobilitas, tis. *claritas, antiquitas, dignitas generis, amplitudo nominis, vetuſtas familiæ.*) (*ignobilitas generis, nouitas generis.* de Orat. 131 a, Per tuam nobilitatem, per veſtram familiam, &c. per tuas ſtatuas. Poſtquam. 209 b, Vera nobilitas magnam vim habet. de Clar. 170 a, Ipſæ familiæ ſua quaſi ornamenta ac monimenta ſeruabant, &c. Ad memoriam laudum domeſticarum & illuſtrandam nobilitatem ſuam. pro S. Roſc. 20 b, Aliquis genere ac nobilitate ſuæ ciuitatis facilè primus. & 21 a, Sex. Roſcius nobilitatis fautor fuit. pro Seſt. 7 a, Omnes boni ſemper nobilitati fauemus. de Diuin. 99 a, Familiæ duæ Aruſpicinæ nobilitate præſtantes. de Orat. 155 b, Cùm Iſocrates diſcipulorum nobilitate floreret. * pro C. Cor. 1. Adoleſcens ſumma nobilitate, eximia virtute præditus. Frag. ep. Cùm nobilitas ſit nihil aliud quàm cognita virtus. Tuſcul. 209 a, Erat illis penè in conſpectu præſtanti ſapientia & nobilitate Phythagoras. ibid. L Brutus præclarus autor nobilitatis tuæ.

¶ *Fama, gloria.* pro Arch. 190 b, Philoſophi in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemq́; deſpiciunt, prædicari de ſe ac nominari volunt.

† Syntaxis. *Per tuam nobilitatem oro. Genus & nobilitas. Prædicationem nobilitatemque deſpicere,* hic nobilitas pro fama, nominiſq́; claritate.

Nobilitatus, a, um. Offic. 38 a, Phalaris, cuius eſt præter cæteros nobilitata crudelitas. pro Fl. 159 a, Spectata & nobilitata virtus Lacedæmoniorum. Offic. 4 a, Quod etiamſi nobilitatum non ſit, tamen honeſtum ſit. Tuſc. 118 b, Clari & nobilitati labores. de Senect. 82 b, Nec enim ex te vnquam nobilitatus es, ſed ex lateribus & lacertis tuis. * de Finib. 124 b, Academiæ non ſine cauſa nobilitata ſpatia. Partit. 233 a, Obſcuri *loci,* an rerum geſtarum veſtigijs nobilitati.

Nobilitor, ris. *illuſtror, ornor, celebror.* Tuſcul. 155 a, Opifices poſt mortem nobilitari volunt. & ibid. Poëtæ poſt mortem nobilitari volunt.

† Syntaxis. *Nobilitata crudelitas. Spectata & nobilitata virtus. Clarus & nobilitatus labor. Ex ſe nobilitatus.*

Nobiscum. Orat. 211 a, Cum illis dicitur, cùm autem nobis, non dicitur, ſed nobiſcum: quia obſcœnius concurrerent literæ. Acad. lib. 2. Nobiſcum malè agitur.

Nocendum. pro Cæcin. 296 a, Arma alia ad nocendum, alia ad tegendum.

Nocens, tis. *noxius.*) (. *innocens.* de Nat. 50 a. & Att. 121 b, Vites à caulib. vt à peſtiferis & nocẽtibus refugere dicuntur. in Ver. 56 a, Libido hominum nocentiſſimorum. de Orator. 102 a, Orator, qui ſcelus fraudemq́; nocentis poſſit ſubijcere odio ciuium. pro S. Roſc. 27 b. & ad Her. 54 b, Innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt, nocens niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt. pro Seſt. 23 a, Qui nocentes ſunt, & natura improbi. Antequam. 193 a, Turpis & nocens vita. )(. *honeſtiſſimè & laudatiſſimè acta vita.* pro Mur. 135 a, Reus nocens. Parad. 124 b, Nocentes & pecunioſi rei.

Noceo, es. *officio, obſto, fraudi ſum.* de Nat. 77 b, Nec ſi grando quippiam nocuit, id Ioui fuit animaduertendum. de Inu. 54 b, Hoc nulla in re vnquam quicquam nocuit. Att. 202 a, De quo nihil nocuerit, ſi cum Balbo eris locutus. Off. 56 b, Eodem modo conſtitutum eſt, vt non liceret ſui commodi cauſa nocere alteri. * Incert. Fœminas omnes viſu nocere, quæ duplices pupillas habent.

Nocetur. in Cat. 117 a, Mihi nihil iam ab iſtis noceri poteſt.

Nociturus, a, um. Offi. 3 a, Declinare ea, quæ nocitura videantur.

† Syntaxis. *Caulis viti peſtifer, & nocens. Nocens homo, & improbus vita, reus. Nocens accuſatur meritò. Mihi nocetur ab illo.*

Noctu. *nocte, nocturno tempore, tenebris.* pro Milon. 111 b, Illi ſi inſidiaretur, nocte prope vrbem expectandam. ad Her. 7 a, Noctu an interdiu. de Diuin. 95 a. Et noctu ad oppidum reſpicientes flagrantes onerarias videbatis Epiſtol. 236 b, χολὴν ἄκρατον noctu eiecı. Tuſ. 218 a, Noctu ambulabat in publico Themiſtocles.

Noctua, æ. Qu. fr. lib. 2, Tibi verſus quos rogas, hoc eſt, Athenas noctuam mittam.

Noctuabundus, a, um. *de multa nocte ambulans.* Attic. 185 b, Cùm complicarem hanc epiſtolam, noctuabundus ad me venit cum epiſtola tua tabellarius.

Nocturnus, a, um. pro Sex. Roſc. 21 b, Decem horis nocturnis LX millia paſſuum peruolauit. de Leg. 177 a, Diagondas Thebanus omnia nocturna ſacra lege perpetua ſuſtulit. de Inu. 51 a, Diurnum nocturnúmve ſpacium. de Sen 94 a, Nocturni diurniq́; labores. pro Dom. 216 a, Concurſatio nocturna. in Cat. 97 b, Nocturnum præſidium palatij. pro Mil. 193 a, Fur nocturnus.

Nodus, di. *colligatio, vinculum.* de Vn. 107 a, Omnia ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quaſi nodũ vinculumque deſiderant. de Amic. 206 a, Amabiliſſimum nodum amicitiæ tollere. de Nat. 48 a

*Aeternum ex aſtris cupiens connectere nodum. ſc. ſtella.*

& ib. Orbes vincti inter ſe, & nodis cœleſtibus apti. de Or. 133 b, Gallus in ſcuto pictus, ſub nodis diſtortus, eiecta lingua, &c. de Som. 129 a, Qui numerus rerum omnium ferè nodus eſt. Orator. 218 b, His igitur ſingulis verſibus quaſi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus.

¶ *Eſt & nodus cœleſtis, piſcium ſidus & ſignum.* in Arat.

*Piſces, &c.* -----
*Atque vna tandem in ſtella communiter hærent,*
*Quam veteres ſoliti cœleſtem dicere nodum.*

¶ *Difficilis ad expediendum locus, res, quæſtio,* Att. 81 a, Dum hic nodus expediatur. Epiſt. 121 a, Incideramus enim in difficilem nodum. ad Brut. 289 a, Magnus in repu. nodus eſt inopia rei frumentariæ.

† Syntaxis. *Nodus & vinculum. Nodus amicitiæ. Vinctus & nodis aptus. Sub nodis diſtortus. Continuationis nodi in ambitu coniuncti. Nodos expedire. Caritas annonæ magnus nodus in vrbe: id eſt, difficultas, calamitas.*

Nola. *vrbs.* de Clar. 165.

Nolanus, a. Att. 126 a, Fundus Nolanus. * de Diuinat. Ager Nolanus.

Nolo, ne vis, ne vult. *non volo, non libet, pænitet, negligo.* Attic. 84 b, Noli putare me quicquam maluiſſe, quàm vt mandatis tuis ſatisfacerem. in Piſ. 89 b, & pro S. Roſ. 29 a, Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis, &c. de Ora. 126 Quare nolite exiſtimare, &c. de Cl. 175 b, Noli putare, quẽquam, &c. pro Fl 166 a, Nolite exiſtimare eos qui, &c. non expectare huius exitium iudicij. Ep. 2 b, Cui qui nolunt, ijdem tibi non ſunt amici. Epiſ. 7 b, Euolare altius certè noluerunt. Or. 211 a, Nolle, pro non velle. de Or. 115 b, Cùm is ſe non nolle dixiſſet. Attic. 114 a, Si erit (quod nolim) accerſendus. * Epiſt. 74 a, Nollet hoc temporis potius eſſe aliquando beneficium, quàm ſuum.

Nomen, nis. *verbum, vocabulũ,* de N. 11 a, Nomina noua nouis rebus ponẽda ſunt. de Fin. 142 b, Nomina ſunt tanquã rerũ notæ. de In. 50 a, Nomen eſt, quod vnicuiq; perſonæ datur, quo ſuo queq; ꝓprio & certo vocabulo appellatur. de In. 65 a, Nomẽ cùm dicimus, cognomẽ quoq; & agnomen intelligatur oportet. de Nat. 27 a, Quoniam Neptunum à

num â nando appellatum putas, nullum erit nomẽ, quod non poſſis vna litera mutata explicare vnde dictum ſit. de Finib. lib. 3, Si Zenoni libuit cùm rem aliquam inueniſſet inuſitatam, inauditum quoque ei nomen imponere: cur non liceat Catoni? de Finib. 93 a, & 90 b, Imponendaque noua nouis rebus nomina. Tuſcul. 208 a, Omnis caſus, in quo nomen poni ſolet calamitatis. & 192 a, Qui hæc rebus nomina poſuerunt. de Diuin. 86 b, Quod bacillum ab eius litui, quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit. & 86 b, Ariſtolochia, quæ nomen ex inuentore inuenit. Orator. 220 b, Theophraſtus diuinitate loquendi nomen inuenit. de Diuin. 123 a, Quid ergo? Aius iſte aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit. in Ant. 192 a, Legio Martia, quæ à Marte traxit nomen. de Orator. 132 a, Vt Neptolemus ad Troiam, ſic Nummius diuiſor in campo Martio nomen inuenit. pro Cecin. 290 a, Sex. Clodius, cui nomen eſt Phormio. Tuſcul. 214 a, Eique morbo nomen eſt auaritia. in Verr. 229 b, Fons, cui nomen Arethuſa eſt. de Cl. 185 a. Saltatio, cui ſaltationi Tityus nomen eſt. de Legib. 169 a, In inſula, quæ eſt in Fibreno (nam opinor illi alteri flumini nomen eſſe) &c. de Legib. 182 b, Cui nomen Neniæ. pro R.P. 127 a, Sed res habebat nomen hoc apud illos, non hic impoſuerat, de Legib. 171 b, Quæ non magis legis nomen attingunt, quàm ſi, &c, pro Lig. 139 b, Scelus tu illud vocas Tubero? cur iſto enim nomine illa adhuc cauſa caruit? alij errorem appellant, alij timorem: qui durius, ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui grauiſſimè, temeritatem: ſcelus præter te te adhuc nemo. Ac mihi quidem ſi proprium & verum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædam neceſſitas incidiſſe videtur. de Am. 113 a, Notare aliquid multis nominibus. Offic. 8 b, Qui proprio nomine perduellis eſt, is hoſtis vocabatur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. de Nat. 44 a, Hæc ſpirabilis natura, cui nomen eſt aër. pro Mur. 127 a, Cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent. I. Ver. 173 a, Huic prædæ ac direptioni cellæ nomen imponis. ad Heren. 35 b, Hæc exornatio, cui licentiæ nomen eſt. & 22 a, Aliquis, cui prænomen ſit Decimo. de Diuin. 81 b, Cùm ambulandi cauſa in Lycæum veniſſemus: nam id ſuperiori gymnaſio nomen eſt. Epiſtol. 25 b, Nomen imperij, quo appellor. pro Sext. Roſc. 26 b, Alter Chæreſtratus. nam, vt opinor, hoc nomine eſt. Orat. 202 b, Quanquam omnis locutio oratio eſt tamen vnius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. de Orat. 105 b, Appellare aliquem nomine. de Orat. 129 a, Nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. pro Sex Roſc. 34 a, Hi quos qui leuiore nomine appellant, percuſſores vocant. in Ver. 261 b, Pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetunt. pro Dom. 227 a, Vtrum igitur peccato meo nomẽ exulis ſubeo, an re iudicata? Epiſtol. 69 a, Eorumque nomina magna voce pronunciauerunt. de Cl. 191 a, Hic nomen honoris adeptus eſt, non honorem. Epiſto. 63 b, Ego autem meis rebus geſtis hoc ſum aſſecutus, vt bonum nomen adeptus exiſtimer.* I. V. 177 a, Tuum nomen in re tam turpi interponerent. ibid. Cùm tui nominis terror in auribus animiſq; oratorum verſaretur: cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas nõ ſuum vim, ſed tuum ſcelus ac nomẽ opponerent. Topic. 223 b, Quia res differebant, nomina rerum diſtare voluerunt. ibi. Cùm intelligitur quid ſignificetur, minus laborãdum eſt de nomine. pro C. Cor. 1, Vulgare nomen eſt Philerotis. pro C. Cor. 2, Contemptiſſimum nomen eiectum eſſe ex ijs, qui tribuni plebis fuerunt. in L. Piſon. Qui colore ipſo patriam aſpernâris, oratione genus, moribus nomen. Frag. epiſt. Impudentiſſimum nomen delegerit. ibid. Nomine ipſo admoneor. ibid. Quod videret nomine pacis bellum inuolutum fore. Oec. Qui apud nos hoc nomine dignantur. Hortenſ. Incontinentibus terris veſtrum nomen dilatari poteſt. Incer. Inſidiæ quæ latent in aliquo neceſſitudinis nomine. de Finib. 61 b, Stoici negant bonum quicquam eſſe, niſi neſcio quam illam vmbram, quod appellant honeſtum, non tam ſolido quàm ſplendido nomine. Acad. Quæ tu ſi alio nomine vis vocare. ibid. Quibus rebus hæc nomina imponam. de Inuen. 62 b, Quarum nomina multi poëtæ memoriæ tradiderunt. & 69 a, In quodam iudicio cum venefici cuiuſdam nomen eſſet delatum. de Cla. 192 b, Nomine nos capi ſummi viri. I. V. 86 a, Cuius *Tenis* ex nomine Tenedus nominatur. I. A. 260 a, Grauius ſi quis attulerit nomen, libenter aſſentiar: hoc vulgari contentus vix ſum: leuiore non vtar. Acad. 42 a, Qui *Academici & Peripatetici* rebus congruentes, nominibus differebant. ibid. Ex loci vocabulo nomen habuerunt *Academici.* ibid. Quæ quidem *philoſophia* erat primò duobus nominibus vna. de Finib. 90 b, In omni arte, cuius vſus vulgaris communiſq; non ſit, multam nouitatem nominum eſſe. ibid, Agricultura, &c. eas res in quibus verſatur, nominibus notauit nouis. Tuſcul. 93 a, Cùm in Græco ſermone hæc ipſa quondam rerum nomina nouarum nouabantur, quæ nunc conſuetudo diuturna triuit. Tuſc. 209 b, In hisque *vrbibus.* primum ipſius Pythagoræ, deinde poſteà Pythagoreorum, tantum nomen eſſet. de Diuin. 87 a, Erat in magno nomine & gloria.

¶ *De nomine alia quædam.* de Finib. 91 a, Acquieſcere in nomine alicuius. de Orat. 95 a, Impudentiæ nomen fugiendum. Epiſtol. 36 a, Tamen iſta veſtra nomina nunquam ſum admiratus. Att. 5 a, Nullus vſquam delectus, &c. nec nomina dant. in An. 211 b, Omnes nomina dant. pro Dõ. 236 b, Quem in numerum nemo nomen dedit, niſi ſcelere perditus. Quin. frat. 323 a, Appius Gabinium accuſauit maieſtatis, nomina data.* pro Dom. 220 a, Quas adoptiones hæreditates nominis, pecuniæ, ſacrorum, ſecutæ ſunt. Epiſtol. 9 b, Cùm illud ipſum grauiſſimum & ſanctiſſimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis eſſe videtur.

¶ *Cauſa, prætextus, titulus.* Attic. 90 a, Dicæarchus multis nominibus Græcos in eo reprehendit, quòd mare tam ſecuti ſint. in Ver 237 b, Damnatur nomine coniurationis. Epiſtol. 18 a, Quanquam me nomine negligentiæ ſuſpectum tibi eſſe doleo. pro Fl. 151 a, Claſſis nomine pecunia ciuitatibus imperata eſt. pro Mur. 143 b, Neq; iſti me meo nomine interfici volunt. in Piſ. 98 b, Omni totius prouinciæ pecore compulſo pellium nomine & ibi. Quod quaſi vaſarij nomine adſcripſeras. de Amic. 116 b, Quoniam illud munus in tuo nomine apparuit pro Qu. Roſc. 51 b, An alio nomine alia de cauſa abſtuliſſe? Topic. 222 b, Omnia vxoris, viri fiunt dotis nomine. Epiſt. 188 b, Hoc à te peto non ſolùm Reipublicæ, ſed etiam amicitiæ noſtræ nomine. pro Cec. 388 a, Is nomine hæredis arbitrium familiæ herciſcundæ poſtulauit. Epiſt. 50 b, Quid eſt, quod tu cum fortuna hoc nomine queri poſſis? 148 a, Quo nomine etiam C. Furnio, &c mandata dedimus. pro Rab. 97 a, Omnes hi abs te capitis C. Rabirij nomine citantur. pro Q. Roſc. 52 a, Flauius H S. CCCLIII. Panurgi nomine Fannio diſſoluit. Quint. frat. 307 a, Quod ad me Lentuli nomine ſcripſiſti, locutus ſum cum Cincio, &c. pro Cec. 298 b, Honeſto & probali nomine errorem obijci cuipiam.

¶ *Fama, autoritas, grauitas, dignitas.* de Inuen. 62 b, Viri nomine & memoria digni. de Cla. 186 b, Huius magnum nomen in patronis fuit. & 193 a, In dicendo pauci digni nomine euadunt. Orat. 198 b, Quidam magnum nomen in oratoribus habuerunt. de Clariſ. 187 a, Verùm qui omnino nomen habuerint, non ita multi fuerunt. * de Clariſ. 176 a, Qui cùm tanto nomine eſſet. pro Marc. 135 b, Vagabitur modò nomen tuum longè atq; latè: ſedem quidem ſtabilem & domicilium certum non habebit.

¶ *Voce, verbis, propter.* pro Mur. 140 b, Præſertim talis viri nomine rogatus. Attic 275 b, Cicero mihi meritò, & meo nomine, & reipub. chariſſime. in An. 158 b, Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabantur. in Cat. 107 a, Etenim credo bellum populo Romano ſuo nomine indixit.

¶ *Crimen.* in Verr. 127, Hic tum ait nomen abſentis deferre ſe velle iſte verò ſe recepturum. de Inu. 69 a, Cùm veneficij cuiuſdam nomen eſſet delatum.

¶ *Ratione crediti, debiti.* Epiſt. 75. Neque id *nomen* erat ſeſtertijs X X X. Atticor. 228 a, Et ſi nomina iam facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. Offic. 65 b, Caninius nomina facit, negotium conficit. pro Planc. 273 b, Vtrum igitur me conturbare oportet? an cæteris cùm cuiuſq; dies venerit hoc nomen quod viget, nunc cùm petitur, diſſoluere. in Ver. 238 a, Pecuniam alicui eſſe in nominibus, numeratam non habere in Ver. 81 b, Exigere nomina ſua. Epiſt. 4 b, Qui nunc populi Romani nomine, re autem vera ſceleratiſſimo latrocinio conantur, &c. pro Quint. 3 a, Cùm æris alieni aliquantum eſſet relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. & 6 b, Moritur C. Quintius qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. & 13 b, A me nominis eius, quod inficiatus eſſet, diem petiuit. Attic. 83 b, Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternos ſperabat. pro Quint. Roſc 45 b, Non refert parua nomina in codicem? imò omnes ſummas. Leue & tenue hoc nomen H-S. CCCLIII ſunt? Atticor. 202 b, Suſtinenda ſolutio eſt nominis Cereliani, dum de Metione ſciamus. & 214 b, Si Faberius nomen illud explicat, noli quærere quãti & 255 b, Nomina mea per deos expedi. & 216 a, Sed ille turpe arbritror eo nomine quod ſatis dato debeat, procuratores eius nõ diſſoluere. in Sal. 275 a, Ex Africa tãtum hic exhauſit, quantũ potuit aut fide nominum traijci, aut in naues contrudi.* Top. 222 a, Quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt. Multum enim differt, in arcáne poſitũ ſit argentum,

argentum, an in tabulis debeatur. pro Qu.Roſc.45 b,Qui quod nomen referre in tabulas timeat,id petere audeat? quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? ibid.Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confitetur: ſed in aduerſarijs patere (*alparere*) contendit.pro Font. 287 a, Si hoc crimen optimis nominibus delegare poſſumus.Att.67 a, Hęc pactio nō verbis, ſed nominibus & perſcriptionibus, multorū tabulis,cùm eſſe facta diceretur,prolata à Memmio eſt,nominibus inductis, autore Pompeio. I. V.97 a, Neq; in tuas tabulas vllum nomen referres : cùm tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent.

†Syntaxis. *Nomina rerum notæ. nomen eſt perſonæ proprium, certumq; vocabulum.* definitio. *nomen eſt etiam cognomen & agnomen.In hoc caſu ponitur nomen calamitatis.Rebus ponere.imponere nomina.Ariſtolochia nomen ab inuentore inuenit, ſimilitudinem inuenit.Et ex eo,id eſt,atq; ideò ſic nomen inuenit.id eſt,* appellatur. *nomen trahere à Marte.Saltatio,cui ſaltationi nomen eſt,&c.nomen habere. notare aliquid multis nominibus. nomine appellare aliquem.Proprio res nomine ſignare. nomen damnati ſuo peccato ſubire.Dare nomina in numerum aliquem,ad bellum.Data nomina ad iudicium,ad crimen. Claſſis nomine pecunia imperata.In medicis magnum eſt Gal. nomen. Qui nomen habuerunt omnino pauci ſunt.Dei nomine te oro.Suo nomine bellum indicere. nomen delatum eſt veneficij.nomina facere. nomen quod vrget diſſoluere.id eſt,* debitum.*Hoc in nominibus eſt,numeratum nequaquam.Exigere ſua nomina.Multis nominibus tibi grandem pecuniam debeo.In codicem parua nomina referre.Solutio nominis.nomen explicare,expedire.Soluunt procuratores eo nomine, quod ſatiſdato debet Pompeius. nominum fide cogere pecunias.*

NOMENCLATIO,nis, *appellatio, nominatio.* Quint.de Pet. 211 a,Ea deſiderat nomenclationem,blanditiam,&c.

NOMENCLATOR,oris,*monitor,qui ciuium & ſeruorum nomina nouerat,* ὀνομακλήτωρ. pro Mur.141 b,Quid,quòd habes nomenclatorem? Quin.de Pet.209 b, Att.53 a, Nemo vllius ordinis nomenclatori notus fuit, qui mihi obuiam non veniret.Qu.fr.301 a,Legi epiſtolam, quam ipſe ſcripſiſſe Sylla nomenclator dictus eſt.

*NOMINANDVS,a,um. *appellandus,vocandus.* cont. C.An. Si aut illud iudicium,aut illa abſolutio nominanda eſt.Acad.Quæ probilia vel veriſimilia putaui nominanda.

NOMINATIM.)(.*ſine nomine,generatim.*de Nat.23 b, Epicurus voluptates perſequitur omnes nominatim. Epiſt.216 a,Duo ſunt,quæ te nominatim rogo,primum,&c.deinde, &c.& 106 a, Nominatim tibi ſigna mihi nota mādaſſem, ſi probaſſem Att.174 a,Tum ille ita edixit, vt me exciperet nominatim. ibid. Poterat enim ſine nomine res excipi Att.175 a, Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. Att.112 a,Poſthumius,de quo Senatus nominatim decreuit,vt ſtatim mitteretur in Siciliam. pro S. R.25 b,Poſſum multos nominatim honore aliquo. Attic, 49 a,Sed tibi,nihil nominatim,&c.

NOMINATIO,onis.I.A.248 b, Paternus auguratus locus, in quo eum vt quod à patre accepi,filio reddam,mea nominatione cooptabo. & Attic.277 b. * Eam nominationem à te petimus.

¶ ὀνοματοποιία,*figura Rhetorica.* ad Heren.33 b, Nominatio eſt;quæ nos admonet,vt cui rei nomen aut non ſit, aut ſatis idoneum non ſit,eam nosmet idoneo verbo nominemus,aut imitationis,aut ſignificationis cauſa,&c.

† Syntaxis. *Nominatim appellare, perſequi,aliquem excipere, pro ſcriptionem informare.De aliquo nominatim decernere, vt. Multos nominatim proferre,in cuſtodiam dare. honore excludere.*

NOMINATVS,a,um. in Ver.228 a, Vrbs,quæ Tythe nominata eſt ibid.69 b,C.Curio,quem hominem honoris potius quàm contumeliæ cauſa nominatum volo. Orat.200 a, Multiq; alij,qui ſunt nominati philoſophi. * pro Quin. Gal.Quidam nominatus Poëta. Offic.75 b,Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici atq; Annicerij philoſophi nominati ,omne bonum in voluptate poſuerunt.

NOMINO,as. *appello,nuncupo,voco,nomen pono vel impono, nomine appello,nomen appello,verbo noto,proprio nomine ſigno, nomine noto, vſurpo, compello.* pro S.R.19 a,Vir clariſſimus & fortiſſimus L.Sylla,quem honoris cauſa nomino. & ibid. Quas,vt æquum eſt.familias honeſtatis amplitudinisque gratia nomino. Epiſto.15 a,Vbi nominabit Phædriam,tu Pamphilam continuò. pro Cet. 274 b, Rem aliquam ſuo certo ac proprio vocabulo nominare.de Finib.99 b,Ex omnibus philoſophis Stoici plurima nominauerunt.Attic. 277 b,Eam nominationem à te petimus : nam digniorem nominare non potes, quā Bibulum. de Nat.70 b,Mercurius,quem Aegyptij nefas habent nominare.

NOMINOR,ris,*appellor.* de N.58 a,Res ipſa in qua vis ineſt maior aliqua, ſic appellatur,vt ea ipſa vis nominetur De*. Tuſc,233 b,Ex maiore parte pleræq; res nominantur. Ep. 14 a, Qui tum optimates nominabantur. de Diuin.123 b, Attulit in cauea pullos is,qui ex eo nominatur pullarius. Offic.43 b,Nam ei ſordidum erit ad famam committere, vt accuſator nominetur. pro Planc. 278 a,Ergo ego committerem,vt proditor reipub.nominaretur. Orato.217 b, Ab alijs ijdem pedes alijs nominantur vocabulis. * pro Cælio 46 b, Quorum partim nimia libertas in adoleſcentia,partim profuſa luxuries, magnitudo æris alieni, ſumptus, libidines nominarentur.I.V.86 a,Cuius *Tenis* ex nomine Tenedus nominatur.

¶ *Fama illuſtri ſunt.* pro Arch.190 b,Omnes prædicari de ſe & nominari volunt.

† Syntaxis. *Multi ſunt Empirici nominati.Honoris cauſa, honeſtatis & amplitudinis nominare Caſ.familias.Nominantur res. id eſt, nomen aſſumunt, inueniunt, appellantur. Bibulus digna eſt nominatio.Nefas habeo nominare Mercurium. Cupiunt omnes de ſe prædicari & nominari.*

NOMIOS. L. APOLLO. de Nat.71.

NOMOPHYLACES. *legum cuſtodes.* de Legibus 193 a,b.L. CENSOR.

NON.*haud,parum,minus,nihil,neutiquam,handquaquam.*)(.*etiam.*pro Flac.157 a,Non eſt ita iudices.non profectò. Atticor.92 b, Equidem doleo, non me tuis literis certiorem fieri.Academ.26 a,Vt ſequens probabilitatem,vbicunque hæc aut occurrat aut deficiat,aut Etiam,aut Non reſpondere poſſit.& 24,Cùm Dialectici ſic ſtatuant,omne quod ita disiunctum ſit,quaſi aut etiam,aut non,non modò verum eſſe,ſed etiam neceſſarium.Attic.173 b, Non poſſum eius caſum nō dolore.4 Ver.Cognitorem adſcribit Sthenio, quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. de Senect.Nec verò dubitet agricola,quamuis ſenex,quærenti cui ſerat,reſpondere.dijs immortalibus,qui me non accipere tantùm à maioribus voluerunt,ſed etiam poſteris prodeſſe.Atticor.lib.10, De die nihil ſanè poteſt ſcribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam. 7.Fam. Græcos verò ita non ames, &c. *pro oderis.* de Senect. Quod equidem non amiſi adhuc,& videtis annos meos, 2 de Legib.Non attingunt ea legis omen. ibi. Non cogere omnia vi ac minis,ſed perſuadere aliquid. pro Roſc. Amer. Non continuò, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. 1 de Nat.In quo leuiter apparet claudicatio non deformis. de Amic.Quid enim tam abſurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt veſtitu, cultuque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare poſſit,non admodum delectari? de Amic. Quid enim intereſt, motu animi ſublato, non dico inter pecudem & hominem,ſed inter hominem & ſaxum,aut truncum, aut quiduis generis eiuſdem? ad Att. Vt ea non dicam comprobes,ſed ſtudioſè libenterq; comprobes. ad Brut. Non dicam.in epiſtol. Bruti. *pro,ne dicam.* 7 Verr. Non dicam ne illud quidem, ſi maximè in culpa fuerit Appollonius. 4 Academ.Illi non dubitant, quin ea vera non ſint quæ defendunt. ad Cat.libr.15, Itaque & prouinciam ornatam, & ſpem non dubiam triumphi neglexi. 3 Offici. In mancipio vendendo,dicendáne vitia? non ea, quæ niſi dixeris,redhibeatur mancipium iure ciuili.1 de Nat.deor. Non enim ſi mundus nullus erat,ſecula non erant 3.Verr. Non eſt, non eſt in hoc homine cuiquam peccandi locus. de Vniu.Non eſt cunctandum profiteri.9 ad Attic.Non erat nec recentior nec melior. Topic. Non eſſe quæ dicantur. de Amic.Quod non ferè contingit niſi ijs,qui etiam contemnendos ſe arbitrantur.pro Seſt.Denique ex bellica victoria,non ferè quenquam eſt inuidia ciuium conſecuta. 7 Verr. Non ferè quiſquam noſtræ induſtriæ fauet.pro Roſc.Amer.Domum ſuam iſtam non ferè quiſquam vocabat. 2 de Legib.Non ſani, ſed duelli inſtrumenta æs atque ferrum. ibid. Non floreret tam diu memoria Attij Nauij nomen.de Amic Non igitur vtilitatem amicitia,ſed vtilitas amicitiam conſecuta eſt. ad Cæſarem libr.7, Sed more Romano quomodo homines non inepti loquuntur,probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem eſſe neminem. 1 Ver.Non inertiſſimus homo.6.Ver. Non ita antiqua ſimulacra. 4 Verr. Non ita multum tecum fuit pro Roſc.Amer.Non ita multis antè annis. 1 de Natur.deor. Non ita valde mouentur his homines mediocres. Academ.edit.libr.2,Ita priori poſterius,poſteriori ſuperius non iungitur.5 Verr.Homo non malus.6 Verr. Non minimè commoueri. 1 Verr.Hi ſciunt hoc non modò à me petitum eſſe, ſed ita ſæpe, & ita vehementer eſſe petitum,vt,&c.de Ami.Eaq; adhibeatur admonendum, nō modò apertè,ſed etiā acriter.ſi res poſtulabit,&c. Att. li.4 Aca.Nos aūt in libris habemus nō modò Coſſ. à Prætoribus,ſed ne Prætores quidē creari ius eſſe.2 Phil. Quos cliētes nemo habere velit,nō modo illorū cliens.de Ami. Quare talis improborū conſenſio,non modò excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindican-

vindicanda eſt Dolabellæ lib.9 4. Acade. Contingit enim tibi quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non modò non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet. de Aruſpic. Gaudeo mihi de toto hoc oſtento, datam non modò iuſtam, ſed etiam neceſſariam cauſam eſſe dicendi. Epiſtol. Pollonis libr.10, Militem non nō modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoquam miſit. 3 de Legibus, Nihil habui ſanè non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. de Amicit. Qui duabus vrbibus euerſis inimiciſſimis huic imperio, non modò præſentia, verum etiam futura bella deleuit. Atticor.lib.8, Nihil prætermiſſum eſt, quod non habeat ſapientem excuſationem, non modò probabilem. ad Attic.lib.10. Horum ego ſummorum imperatorum non modò res geſtas non antepono meis, ſed ne fortunam quidem ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictari videmur. de Am. Vt omnia ſubterfugere, non modò ſapientiæ, ſed etiam felicitatis diceret ſibi videri. Epiſtol. Trebonij, lib.12, Non enim neſcis quanti te faciā, & quòd pro veterrimo, veriſſimoq; amore omnib. tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. Atticor. lib.13, Sed vnum eiuſmodi quod niſi exercitus ſciret, non modò Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere. pro Mur. pro Qu. & 4. Verr. Non nemo etiam in illo ſacrario Reipubl. in ipſa, inquam, curia non nemo hoſtis. pro Leg. Man. Quum eſſet non nemo in ſenatu, qui diceret non oportere. ad Cæl. lib.2. Quod tamen fortaſſe non nollem, ſi poſſem ad ociū. 2 de Leg. Non operoſius textile, quàm mulieris opus menſtruū. pro Q. Non parum facetus ſcurra. pro Roſ. Ame. Non pauca ſuis adiutoribus largè effuſeq; donabat. pro Roſ. Am. Non paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit. de Am. Magnum opus eſt, egetq; exercitatione non parua. 2 de In. Non parū cognôſſe, turpe eſt, ſed in parū cognito ſtultè & diu perſeueraſſe. 4. Ver. Non plus quàm Liguri, &c. de Am. Quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. pro Syl. Nō poſſunt omnes eſſe patricij. de Am. Sed hoc primùm ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. 2 de Le. Non præfinio omnia tam reſtrictè vel hominum vitijs, vel ſubſidijs temporū victus. 1 de Nat. Non pudet igitur phyſicum? de Amic. Sine lacrymis non queo dicere. Att. li.7, Vt ab vrbe diſceſſi, nullum adhuc intermiſi diem, qnin aliquid ad te literarū darem: non quòd haberem magnopere quod ſcriberem, ſed vt loquerer tecū abſens. 5 Ver. Magnæq; pecuniæ coactæ ſunt: non quò iugerûm numerū verè profiteri eſſet difficilè, &c. 12. Fam. C. Trebonij, Non ſciebā *pro, neſciebā*. 2 de Leg. Non ſciſcā aliter rem maiorem vllā. pro Clu. Att. li.4, Non ſecus hanc cauſam defendiſſem, ac ſi lege Habitus teneretur. de Amic. 2. de Nat. Quia non ſine magna cauſa ſit neglecta amicitia. ad Cornif. lib. 12, Vultus mehercule tuos mihi expreſſit omnes, non ſolùm animum ac verba pertulit. de Sen. Omnia memoria tenebat, non domeſtica ſolùm, ſed etiam externa bella. in Ver. Nō ſolùm effugiemus, &c. accedet nobis etiam illud, &c. ibid. Eſt enim minus eius non ingenij ſolùm, ſed laterum etiam & virium. pro Cl. Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrymę impediūt, veſtræq; iudices, non ſolùm meæ. 1 Offi. Ad quod eſt adhibenda actio quædam, non ſolum mentis agitatio. Terentiæ lib.14, Veſtrum iam conſilium eſt, non ſolùm meum, quid ſit vobis faciendum. de Sen. Non ſolū quia nunquam deſerunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id quidem maximum eſt) verumetiam quia conſcientia bene actæ vitæ, multorumq; benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. At.29, Literæ nō ſolùm quid Romæ, verumetiam quid in Republiba: neq; ſolùm quid fieret, verumetiam quid futurum eſſet, indicabāt. ad Len. lib.1, Habui non temporum ſolùm rationem eorum, ſed etiam naturę. de Am. Non tam vtilitas parta per amicum, quàm amici amor ipſe delectat. de Seneſt. Nec tamen omnium adoleſcentum, ſed non proborum. pro Roſc. Amer. Niſi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab inſania. de Amic. Quamobrem angor iſte, qui pro amico ſæpe capiendus eſt, non tantum valet, vt tollat è vita amicitiam, non plus quàm vt virtutes, quia nonnullas curas & moleſtias afferunt, repudientur. de Sen. At hi quidem iam mortui ſunt: non verò tam iſti, quàm tu ipſe nugator. 1 de Inuen. Nam ſæpe ſatis eſt quid factum ſit, dicere, non vt enarres queādmodum ſit factum. in Ver 71 b, Non ſolùm effugiemus, &c. accedet nobis etiam illud, &c. Attic. 264 b, Vt ea non dicam comprobes, ſed ſtudioſè libenterq; comprobes. Off. 76 a, Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas eſſe poteſt, non plus quàm amicitia, &c. de Sene. 82, Nec nunc quidem vires deſidero adoleſcentis, non plus quàm adoleſcens etiam vires tauri deſiderabam. *2. Acad. Non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.



¶ *Nónne*? Att.120 a, Non ager Picenus amiſſus? non patefactum iter ad vrbem? non.

† Syntaxis. *Non nemo adeſt. Non volo. Non plus quàm. Non paulum neſcio. Non parum cognoſſe turpe eſt, ſed. Non eſt, non eſt hic locus. Non ferè quenquam amat. Non ferè quiſquam illum amat. Non ita verum hoc eſt. Non ita multum dubito, tecum fui. Non ita valde cupio. Non ita multis ante annis. Non ager amiſſus? Non modò. Non ſolùm. Non ingenio ſolùm, ſed, &c. Non verò tam tu prudens, quàm, &c.*

Nonae, arum. pro Flac. 165 b, O' nonæ illę Decembres, quę me conſule fuiſtis. pro Quint. 10 b, Aliquid factum eſſe nonis Februarij.

Nonageſimvs, a, um. de Sen. 97 b, Nonageſimus annus.

Nonagies. in Verr. 185 b, In alteras decumas fermè ad nonagies.

Nonaginta. de Seneſt. 83 b, Maſaniſſa nonaginta annos natus.

Nondvm. *nec dum, neq; dum, nihil dum, etiam nunc non, non adhuc.* Att. 65 a, Iudicia reliqua impendent, nondum eſt planè expeditum. de Clar. 190 b, Quorum tamen ipſorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. de Diu. 111 b, Nondum dico, quum hæc ſigna nulla ſint. Epiſt. 181 a, Nondum ſatis conſtitui, &c.

Nongenti, orum. *id eſt*, 900. pro Fl. 163 b, Falcidius emerat H-S nongentis millib. Ep. 70 a, De H-S. nongentis millibus. * Hort. Nongenti anni.

Nónne. *an non.* pro Cec. 392 a, Verum ita eſt, vti dicis, te deiectum debeo intelligere. nónne? Tuſ. 235 a, Cùm eſſet ex eo quæſitum Archelaum Perdiccæ filium nónne beatum putaret? in Ver. 266 a, Nónne ita eſt? de Nat. 78 a, Tu qui putas, &c. nónne animaduertis?

Nonnihil. *aliquantum.* pro Quin. 1 a, Nonnihil commoueor. de Fin. 4. Non quia bonum ſit valere, ſed quia ſit nō nihilo æſtimandum. * Attic. 21 a, Meus liber, &c. ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit.

Nonnvllvs, a, um. *aliquis, non nemo.* pro Mur. 138 b, Conſilium tuum nonnulla in re forſitan emendare poſſim. Phil. 1, Nonnullum officium. de Legib. lib.2, Non nulli iſti faciunt imperite. Acad. lib.4 & Ver. 5, Sunt inter nos nonnulla communia.

Nonnvnqvam. *aliquando, interdum, eſt cum.* de N. 78 a, At nonnunquam bonos exitus habent boni. Epiſt. 64 a, Et te nonnunquam à me alienârunt, & me aliquando immutârunt tibi. Oct. 339 a, Nonnunquam & aliquando.

Nonvs, a, um. de Som. Scip. 129 a, Nam terra nona immobilis manet. * de Inuen. 61 a, Nonus locus.

Norma, mæ. *regula, lex quædam, præſcriptio.* Acad. 35 b, Fontem omnium bonorum in corpore eſſe, hanc normā, hanc regulam, hanc præſcriptionem eſſe naturæ. de Ora. 160 b, Nec ſunt hæc rhythmicorum aut muſicorū acerrima norma dirigenda. de Amic. 99 a, Nunquam ego dicam eos ad iſtorum normam fuiſſe ſapiētes. de Orat. 124 b, Plura homines iudicāt odio aut amore, &c. quàm veritate aut pręſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. pro Muræn. 124 b, M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentiſſimè perpendens momenta officiorum omnium. de Leg. 265 a, Nos legem bonam à mala nulla alia, niſi naturali norma diuidere poſſumus. de Leg. 182 b, Natura, quæ norma eſt legis. * 2. Academ, Non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

† Syntaxis. *Norma regulæ, præſcriptio naturæ. Acri norma dirigere. Ad optimam normam ſapiens. Ad rationis normam dirigere vitam. naturali norma diuidere veritatem à mendacio.*

* Noscendvs, a, um. Frag. ep. Philoſophiæ quidem præcepta noſcenda, viuendum autem ciuiliter.

Nosco, ſcis. *cognoſco, notum vel cognitum habeo, notitiam alicuius rei habeo.* Tuſc. 159 a, Et nimirum hanc habet vim pręceptum Apollinis, quo monet, vt ſe quiſq; noſcat. & ibid. Cùm igitur Noſce te dicit, hoc dicit, Noſce animū tuum. de Fin. 153 b, Noſti credo illud, Nemo pius eſt, qui pietatem cauet. de Fin. 97 a. & Epiſt. 108 b, Noſti cætera. Attic. 103 b, Reliqua, quæ noſti ferenda. Attic. 8 a, Noſti illas λεκύθους. pro S. R. 27 b, Sed ſi ego hos bene noui, literam, &c. Att. 141 a, Si Cæſarem bene noui. & 83 b, Si digitos tuos noui. Or. 201 a, Nouerit igitur hic. & in Piſ. 86 a, Qui ciuitatis veſtrę non leges, non iura noritis. de Leg. 158 a, Atqui vereor, ne iſtā cauſam nemo noſcat. & 168 a, Sapiētia nos cùm cæteras omnes, tum quod eſt difficillimū, docuit, vt noſmetipſos noſceremus: cuius præcepti tanta vis, tanta ſentētia eſt, vt ea non homini cuipiam, ſed Delphico Deo tribueretur: nam qui ſe ipſe norit, primùm aliquid ſentiet ſe habere diuinum. Quint frat. 326 b, Vt bona noſtra norimus. de Inu. 53 b, Noui intelligentiam veſtrā, iudices, non poteſt ita videri. de Leg. 182 a, Noſtis extra portam Collinam ædē Honoris. in Ver. 79 b, Qui noſtrûm vnumqueēq;

optimè

optimè norunt. de N. 99 b, Deus ille quem mente noſcimus,atq; in animi notione tanquam in veſtigio reponimus.*Attic.264 b,Noui humanitatem tuam.in Clod.Qui omnia ſacrificia noſſet. de Orat. 139 b, Ad conſilium de Repub.dandum caput eſt, noſſe Rempub. ad dicendum verò probabiliter,noſſe mores ciuitatis.

Noscor,ris.de N.3 b,Omnes philoſophiæ partes atq; omnia membra tum noſcuntur,cùm totæ quæſtiones ſcribendo explicantur. Ac.21 a, Nihil eſſe, quod noſci, percipi,comprehendi poſſit.

†Syntaxis. *Noſſe,percipere,comprehendere.*

ΝΟΣΗΜΑ.L.Morbvs.

Noster,a,um pro Dom. 122 b, Sexte noſter bona venia, &c.Q fra.291 b, Alienus autem noſter cum animo & beneuolentia,tum etiam imitatione viuendi.

Nostras,tis. *noſter,noſtræ gentis, conſuetudinis, artis, ſectæ,* &c Epiſt.124 b, Capior facetijs,maximè noſtratibus. Tuſcul.246 a, Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtrates philoſophi facere non poterunt.Epiſt.23 b, Mihi verba deſunt,neq; ſolùm iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia.

Nota,tæ. *ſignum,inſigne,veſtigium.* de Orat.124 a,Si aurum defoſſum cuipiam commonſtrare vellem ſigna & notas oſtenderem locorum.de Fin.142 b,Nomina ſunt tãquam rerum notæ.Part.232 a, Literatura conſtat ex notis literarum.in Piſon.75 a,Ariſtarchus, qui notam apponebat ad malum verſum. de Diuin.94 a,In quibus *animis* tanquam Inſignitæ notę veritatis appareant.Acad.10 b,Inſigne veri: *id eſt,nota veri.* de Clar. 191 b, Atq; eæ notæ ſunt optimæ.de Nat.deor 4 b,Vt in ijs nulla inſit. Certa iudicandi & aſſentiendi nota. Attic.7 a, Literæ inſignes amoris notis.de Inuen. 80 a,Literæ tenues & obſcuræ notæ ſunt voluntatis. de Diui 118 a, Quàm ſcitè per notas nos certiores facit Iupiter.Top.223 b, Ariſtoteles hoc idem σύμβολον appellat,quo eſt Latinè nota: quia ſunt verba rerum notæ. * de Clar.191 b,Nec illam præclaram Thucydidis nimis veterem *orationem* tanquam Anicianam notam perſequendam. ad Heren. 22 b, Rei totius memoriam ſæpe vna nota & imagine ſimplici comprehendimus.Orat.201 a,Idem locos (ſic enim appellat) quaſi argumentorum notas tradidit. Top.221 b, In ipſo *de quo agitur, hærent loci* tum ex toto,tum ex partibus eius,tum ex nota, *id eſt, notatione.*I.V. 132 a,Vt multis in locis notas ac veſtigia ſcelerum ſuorum relinqui velint. pro Mur 129 b, Notas quaſdam compoſuerunt *Iuriſconſulti.* Aca.9 b,Nec poteſt is vllum habere iudicium,aut vllam omnino veritatis notam. Tuſc.161 a,Qui ſonos vocis,qui infiniti videbantur,paucis literarum notis terminauit.de Diu.126 a, Perfracto ſaxo ſortes erupiſſe,in robore inſculptas priſcarum literarum notas.

¶*Formula.* pro Mur. 129 b, Iuriſconſulti notas quaſdam compoſuerunt.

¶*Ratio.* Epiſtol.109 a, Sulpitio ſucceſſori nos de meliore nota commenda.

¶*Dedecus,infamia,ignominia.* de Prou.74 a, vos Gabinij literas inſigni quadam nota atq; ignominia noua cõdemnaſtis.I.C.100 a,Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt? & quod dedecus non hæret infamiæ? pro Rab.95 b, Homo inſignis omnibus notis turpitudinis. pro Clu.44 a, Is cenſoriæ ſeueritatis nota nõ inuretur? pro Dom. 271 a,In hiſce ædibus monumentum collocaſti ad equitum notam,ad dolorem bonorum omnium. in Verr. 246 a,Inerat in illo fœdere quaſi quædam nota ſeruitutis.Offic.17 a, Barbarus compunctus notis Threicijs. in Ant.159 a, Hæc inuſta eſt à te mortuo Cæſari nota ad ignominiam ſempiternam.Offic. 66 b, O' turpem notam temporum illorum.

¶*Id.quam vulgò Ziphram vocant,σημεῖον* Græci. Epiſt. 205 a, Reliquis epiſtolis tantum faciam, vt notam apponam eam,quæ mihi tecum conuenit,&c.Attic.216 a,Parum intellexit credo,quia διὰ σημείων ſcripſeram.

† Syntaxis. *Nota & ſignum. Literarum notæ,id eſt, characteres. Nota inſigni condemnare aliquem.Nota turpitudinis inuſta vitæ. Inſignis notis turpitudinis.Id egit ad hoſtium notam.Notam appone,quæ mihi tecum conuenit.*

Notabilis,e. *inſignis,conſpicuus, conſpiciendus.* Epiſt.68 a, Si exitu notabili concluduntur.

Notandvs,a,um.in An.198 b, Quæ quanquam rata eſſe non poſſunt,tamen ſeparatim ſuo nomine notanda cenſeo. de Clar.194 b, Apollonius in notandis animaduertendisque vitijs prudentiſſimus. & 195 a, Quid tanquam notandum animaduertendumq; ſit in Hortenſio, breuiter licet dicere. Att.245 a, Quæ quidem συντάξεις vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint.in An. 197 b,An illa non grauiſſimis ignominijs monumentisq; huius ordinis ad poſteritatis memoriã ſunt notanda? quòd M.Antonius,&c.Epiſt.135 b,Habere tritas aures notandis generibus poëtarum. de Sen.85 a,Sed notandam putaui libidinem nimiam. de Finib. 86 a, Quòd ſi dies notandus ſit.

Notans,tis.Tuſc.162 b, Sol quaſi faſtorum notans & ſignificans dies.

Notatio, onis. *nota etymologia, interpretatio.* Top.221 b, Notatio *adhibetur,*cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur.& ibid.Argumentum ex nota. *Top.223 b,Multa etiam *argumenta* ex notatione ſumuntur. En eſt autem, cùm ex vi nominis argumentum elicitur, quàm Græci ἐτυμολογίαν vocant,id eſt verbum ex verbo,veriloquium. Nos autem nouitatem verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus.ibid.Multa in diſputando notatione eliciuntur ex verbo. Top.224 a, Cuius primus eſt locus ex cõiugatione,finitimus notationi, de qua modò dictum eſt.Top.227 a, Cùm profectus ſis à definitione,à partitione,à notatione.

¶*Obſeruatio, animaduerſio, deſcriptio.* de Diuin. 126 b. Chaldæis in prædictione & in notatione cuiuſq; vitæ ex natali die minimè credendum eſt.de Clar.170 a,Licet eligant ea quæ notatione & laude digna ſunt,omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. ibi. 181 a, Ego verò delector iſta quaſi notatione temporum.de Ora.141 b, Similium verborum conſeruata & immutata caſibus, aut traducta ex parte ad genus notatio,& vnius verbi imagine totius ſententiæ informatio. Orat.215 a, Notatio naturæ & animaduerſio peperit artem.pro Seſt.15 a, Vt Notatio cenſoria & grauiſſimum iudicium ſanctiſſimi magiſtratus. de Republ tolleretur. I. A. 197 a, Delectus verò & notatio iudicum etiam in noſtris ciuibus haberi ſolet. Offic.74 b, Indicant notationes animaduerſionesq; cenſorũ. ad Her. 39 b,Notatio eſt,cum alicuius natura certis deſcribitur ſignis * ad Heren.22 b,Si formarum diſpoſitione & imaginum diligenti notatione vtemur. pro Clu. 44 a, Ad notationes autoritatemq; cenſoriam exemplum illos à conſuetudine militari tranſtuliſſe. & b,Paucis poſtea menſibus alia vehemens erat in iudicijs ex notatione tabularum inuidia verſata.

Notatvs,a,um. *deſcriptus.* Tuſc.192 a, Melius hæc notata ſunt verbis Latinis quam Græcis.

¶*Signatus.* de Prou 60 b, Via illa caſtris Thracijs diſtincta ac notata eſt.Poſtq.207 b,Frõs calamiſtri notata veſtigijs.

¶*Illuſtratus.* Epiſtol.110 a,Equidem ſperabam ita notata me reliquiſſe genera dictorum meorum,vt cognoſci ſua ſponte poſſent.

¶*Turpis,fœdatus,infamis.* pro Cl.42 a,Homines ignominia notati.pro Dom.217 b, Contaminatiſſimus, & omnium ſcelerum libidinumque maculis notatiſſimus. Epiſt.84 b, Boni ciues nulla ignominia notati.in Vat.* Scis te tribulium tuorum iudicio notatum. pro Cl. 30 a, Iudicia vera, atq; inſigni turpitudine notata,atque oppreſſa dedecore & infamia. pro Do.226 b, Homo ſcelere furore notatus. item,Cùm tantis ſceleribus eſſes & factis notatus.in Ver. 271 b, Nolo eos ſic in hac vrbe notatos ambulare, vt non cera,ſed cœno obliti eſſe videantur. pro Fon. 276 b, Galli triumphis ac monumentis notati. * cont. C. Ant.Cum grauiſſimis veſtris decretis abſens notatus eſt.

¶*Animaduerſus.* de Orat 120 a,Pauca enim ſunt, quæ animo quaſi habere notata videamur. ad Heren.36 b, Notatior forma.de Finib. 120 a, A' nobis iſta deſcripta, notata, præcepta ſunt.de Diu.80 a,Chaldæi motus ſtellarum obſeruauerunt: quibus notatis, quid cuique ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. de Finib 74 b, His tribus generibus honeſtorum notatis,ſequitur quartum. pro Fon. 282 b,Quod in monumentis rerum geſtarum inciſum ac notatum videmus. de Diu.87 b, Oſeruatis ac notatis ſignis. de Orat.94 a, Quæ obſeruata ſunt in vſu dicendi,hæc ab hominibus peritis animaduerſa ac notata ſunt. de Diu.82 b,Obſeruata ſunt hæc tempore immenſo, & ſignificatio euentus animaduerſa ac notata.* de diuin.106 b, Quibus curſus rerum obſeruando notatus eſt.

† Syntaxis. *Notandum & animaduertendum. Via notata & diſtincta veſtigijs.Frons calamiſtri veſtigijs notata. Notatus maculis,ignominia.Notatus iudicio bonorum. Turpitudine notatus, & dedecore oppreſſus.Furore notatus. Notati Galli triumphis ac monumentis. Deſcribere & notare. Inciſum & notatum in monumentis.*

Notitia, tiæ. *notio, cognitio, prudentia.* Orat.207 b, Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda eſt. Acad.9 a, Notitiæ rerum,quas Græci ἐννοίας vocant.de Fin. 139 a, Natura ingenuit notitias paruas rerum maximarum. de Fin. 97 a, Hoc quarto,&c.bonorum notitia facta eſt. Offic.51 a,Valetudo conſeruatur notitia ſui corporis. de Fin. 67 a, Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt. de Leg.160 b,Nullum eſt animal pręter hominem, quod ha-

beat no-